UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Tractatvs De// Beneficiis// Amplissimvs,// Et Doctissimvs

Garcia, Nicolaus

Coloniae Allobrogvm, 1618

urn:nbn:de:hbz:466:1-98550

Visual Library

Th. 1347 Zw.

N. IV.
189

GARCIA
de
Benf.

G VII
15

GARCIA
de
Benf.

G VII
15


TRACTATVS
DE BENEFICIIS
AMPLISSIMVS
ET DOCTISSIMVS,

DECLARATIONIBVS CARDD. S. CONGREgat. Concilij Tridentini & Decisionibus Rotæ tàm MS. quàm impressis ornatus, & ad singulas materias secundùm hodiernam praxin accommodatus,

AVTHORE

NICOLAO GARCIA HISPANO I. V.
Professore, & Ecclesiæ Abulensis
Canonico.

Tomus II.



AVGVSTAE TAVRINORVM,
APVD ALBERTVM DE BELLA-GAMBA.

M. D C. XVIII.



ILLVSTRISSIMO ET REVERENDISSIMO

D. D. IOANNI GARCIA MILLINO, S. R. E. CARDINALI AMplissimo, & S. D. N. Papæ Vicario.

CVm primum tomum mei tractatus de beneficiis communi applausu, & maxima approbatione; vbique receptum, Illustrissime Cardinalis, tibi eum videre cupienti Romæ in secundo meo aditu obtulerim, valdeque probaueris, visum est mihi secundum eiusdem tractatus tomum, quem non minus placiturum spero, tibi etiam offerre, ac dicare, sub tuoque patrocinio, & nomine clarissimo edere: sic enim fiet, vt fœlicibus prodeat auspiciis, prosperoque procedat cursu munitus tanto patrono, in quo vltra Pontificiam, Cardinalitiámque dignitatem amplissimam, elucent eximia generis claritas, egregia morum probitas, & integritas, summa iuris rerúmque peritia, quæ te auditoratu sacræ Rotæ, (quem per multos annos præclare, & doctissime, magnáque cum laude, & satisfactione gessisti) Legatione, seu Nuntiatura Hispaniæ Pontificia, & Cardinalitia dignitate, maioríque dignum fecerunt. Impulit etiam ad id faciendum beneuolentia, & humanitas maxima, qua me semper tractasti, & prosecutus es, ex quo primùm vrbem adij, vbi te statim iudicem Rotæ in propria causa habui: atque in secundo aditu, cum Romam rediissem ad limina Apostolorum visitanda pro domino Episcopo Abulensi meo prælato, cuius visitationis negotium, cùm te potissimum agere oportuit, vti præfecto sacræ Congregationis Concilij. Accipe igitur illustrissime domine ea, qua soles benignitate, munus hoc obsequij mei argumentum, & testimonium, méque & librum sub tua tutela prodeuntem tuere semper. Et vale fœlix.

Ill. Nicolaus Garcia Abulen. Canonicus.

CLARISSIMO, ET NOBILISSIMO D. D. LVDOVICO FERNANDEZ DE CORDOVA, Episcopo Salmantino.

TRactatvs mei de beneficiis primus tomus, Præsul illustrissime, bonæ memoriæ D.D.Andreæ Fernandez de Cordoua Episcopo Pacen.patruo tuo dicatus sub eius patrocinio fœliciter prodiit prospero successu,ab omnibus enim magno cum applausu,& summa approbatione receptus est Dei beneficio, & munificentia. Cui etiam, si viueret, secundus tomus eiusdem tractatus,qui nunc in lucem exit, nec minus,vt spero placebit,dicandus erat,& sub ipsius etiam protectione,& tutela proditurus. Sed eo iam vita functo, sicut Domino placuit, iure repræsentationis tibi debetur, tu enim in locum eius,& patrocinium successisti,eiusque personam, vti ex fratre nepos mihi merito repræsentas,cui opus hoc dicem, fouendúmque, ac protegendum committam, in quo etiam concurrunt par nobilitas, & generis claritas, (cum ex eadem sis Cordubensium antiquissima,& nobilissima familia,atque ex domo illustrissima Marchionis de Guadalcaçar, tui ex fratre nepotis proregis Indiarum)literarum scientia,& iuris peritia eximia, egregia virtus, atque Pontificia dignitas,in qua optimi prælati, vigilantissimi pastoris, & integerrimi Episcopi specimen omnibus præbes,accedit etiam tua humanitas, & in me beneuolentia,quam mihi iam diu ostendisti. Accipe igitur, illustrissime Præsul,librum hunc tuo nomini merito consecratum,atque tuo patrocinio,& tutelæ commendatum,eúmque tua authoritate tuere,& protege,munúsque hoc, qualecumque sit, meæ tamen erga te obseruantiæ pignus, benigne, & ea qua tibi offertur voluntate,suscipe,& vale fœlix.

Lic. Nicolus Garcia Abulen. Canonicus.

INDEX

INDEX PARTIVM ET CAPITVLORVM SECVNDI TOMI TRACTATVS DE BENEFICIIS.

SEPTIMA PARS.

Quibus debeant beneficia conferri, seu de qualitatibus requisitis ad beneficia, continet sexdecim capita.

CAP. 1. *De clericatu, & ordine.*
§. 1. *De aliquibus difficultatibus, & dubiis.*
Cap. 2. *De legitimitate.*
Cap. 3. *De filiis presbyterorum.*
Cap. 4. *De ætate beneficiandorum.*
Cap. 5. *De coniugatis.*
Cap. 6. *De bigamis.*
Cap. 7. *De scientia, seu literatura.*
Cap. 8. *De moribus & vita.*
Cap. 9. *De naturalitate.*
Cap. 10. *De beneficiis sæcularibus, & regularibus regularibus conferendis.*
Cap 11. *Quod non sit irregularis.*
Cap. 12. *De corpore vitiatis.*
Cap. 13. *Quod non sit excommunicatus.*
§. 1. *De fructibus beneficiorum excommunicati.*
Cap. 14. *Quod non sit suspensus, seu interdictus.*
Cap. 15. *De beneficiis debitis certis personis, seu certo generi personarum.*
Cap. 16. *An beneficia sint conferenda digniori, an satis sit digno conferre.*

OCTAVA PARS.

De requisitis prouisionis beneficij: continet quatuor capita.

CAP. 1. *Quod fiat gratis, libere, & sine pacto, modo, vel conditione, ac sine diminutione.*
Cap. 2. *Quod pure fiat collatio, non conditionaliter, nec alternatiuè, nec copulatiuè.*
Cap. 3. *Quod non sit surreptitia prouisio.*
Cap. 4. *An requiratur, quod collatio fiat publice, seu palam, & non clandestine, & de probatione illius.*

NONA PARS,

e forma in prouisione seruanda, continet quatuor capita.

CAP. 1. De forma in communi, & an ea non seruata, prouisio sit nulla, etiam in foro conscientiæ.
Cap. 2. De forma seruanda in prouisione parochialium.
§. 1. De aliis dubiis.
§. 2. De aliis dubiis.
Cap. 3. De forma seruanda in prouisione beneficiorum simplicium.
Cap. 4. De forma edicti, seu vocationis in institutione seruanda.

DECIMA PARS,

De tempore quo, & intra quod, debet prouideri de beneficiis, & de deuolutione, continet quatuor capita.

CAP. 1. Quando debeat prouideri de beneficiis.
Cap. 2. De tempore intra quod debet de beneficiis prouideri.
Cap. 3. De deuolutione.
Cap. 4. De tempore intra quod debet fieri institutio, & confirmatio, & collatio necessaria.

VNDECIMA PARS,

De modis vacandi, & amittendi beneficia, continet decem capita.

CAP. 1. De vacationis modis in communi.
Cap 2. De vacatione per obitum.
Cap. 3. De renuntiatione.
§. 1. Qui possint renuntiare beneficio.
§. 2. Quod renuntiatio debet esse libera.
§. 3. Quod renuntiatio, cum authoritate superioris fieri debet.
§. 4. De publicandis resignationibus.
Cap. 4. De permutatione beneficiorum.
Cap. 5. De vacatione per assecutionem alterius.
§. 1. De declaratione prædictorum & requisitis ad huiusmodi vacationem.
§. 2. De incompatibilitate duorum beneficiorum, sub eodem tecto.
§. 3. De incompatibilitate, seu compatibilitate beneficiorum simplicium.
§. 4. De dispensatione super pluralitate beneficiorum.
Cap. 6. De vacatione ob promotionem ad Episcopatum.
Cap. 7. De vacatione ob promotionem ad Abbatiam.
Cap 8. De vacatione ob contractum Matrimonij.
Cap. 9 De vacatione per ingressum Religionis.
Cap 10. De vacatione per priuationem.
§. 1. De hæreticis, apostatis, & schismaticis.
§. 2. De periuris, falsariis, sacrilegis, concubinariis, & sodomitis.
§. 3. De violento beneficij possessore, & intruso.

DVO-

ET CAPITVLORVM.

XII. & VLTIMA PARS.

De modis quibus extinguitur, vel alteratur, beneficium, Continet quinque capita.

Cap. 1. De suppressione & extinctione
Cap. 2. De vnione.
§. 1. Quis possit vnionem facere, & ex qua causa.
§. 2. Quæ forma & solemnitas requiratur in vnione.
§. 3. Quomodo probetur vnio, & quando dicatur sortita effectum, & de eius reuocatione.
Cap. 3 De dismembratione.
Cap. 4. De diuisione beneficij.
Cap. 5. De erectione beneficij, seu Ecclesiæ in alium statum.

Septima Pars.

QVIBVS DEBEANT BENEFICIA CONFERRI, SEV DE QVALITATIBVS REQVISITIS AD beneficia.

CAP. I.

De Clericatu & Ordine.

SVMMARIA.

INter qualitates, quas habere debent ij, quibus beneficia conferuntur, prima, & præcipua est clericatus, numero 1.

Per primam tonsuram clericalis ordo confertur, secundum Canonistas contra Theologos, licet non sit sacramentum, à numero 2. de quo & quot sunt ordines remissiue, numero 5.

Quicquid sit de hoc, an prima tonsura sit ordo, certum videtur, quod verbum ordo generaliter prolatum comprehendit etiam primam tonsuram, secundum communem vsum canonum, numero 6. & sic decreta Concilij, sess. 7. c. 7. quoad principalem dispositionem, & sess. 23. cap. 8. à vers. vnusquisque autem de refor. comprehendunt etiam primam tonsuram, num. 7. & 8.

Si non sunt clerici saltim primæ tonsuræ, sed laici, incapaces sunt beneficiorum, n. 9. adeo vt non sufficiat destinatio concurrente etiam habitu clericali, n. 10, neque etiam reputatio, qua quis existimetur clericus, si reuera non erat talis, num. 11. quamuis clerico putatiuo, de cuius clericatu non constat, nisi per communem reputationem, potest dari pensio & beneficium, pro quo obtinendo sufficit communis reputatio, n. 12

Quod legitur de B. Nicolao, B. Seuero, & B. Ambrosio, sunt diuina miracula, non trahenda in consequentiam, vel fuit cum illis dispensatum, numero 13. & 14.

Hodie ex constitutione Sixti V. de habitu & tonsura requiritur quod tempore collationis beneficiorum sint actu clerici in habitu clericali, & tonsura incedentes, alias collatio est nulla, n. 15. Et decretum irritans, quod in fine habetur, refertur ad omnia præcedentia, numero 16. & cum sit in iure positum, ligabit etiam ipsum Papam, nisi ex certa scientia contra fecerit. n. 17.

Clerici etiam primæ tonsuræ habentes beneficium, etiam simplex, aut etiam ius in illo, vel ad illud, seu pensiones percipientes, debent tonsuram & habitum clericalem, vestes scilicet talares, iugiter deferre, alias ipso facto sunt priuati omnibus beneficiis, & c. ex d. constitutione, n. 18.

Ista constitutio in his partibus cœpit ligare post lapsum octo mensium à die publicationis Romæ factæ, & ex tunc ad huiusmodi priuationem incurrendam non requiritur lapsus alicuius certi temporis, sed eo ipso, quod in publico quis non gestat habitum clericalem supra dictum, id est tonsuram, & vestes talares, incurrit huiusmodi priuationem, numero 19. & 20.

Quamuis vestes talares in rigore dicantur, quæ hominem vsque ad pedes tegunt, tamen ex epieiceia & æquitate tales iudicabuntur, quæ iuxta consuetudinem clericis sunt decentes, quamuis non sint nimis longæ, n. 21. & 22. nec est necessarium portare duas vestes longas, sed vna sufficit, n. 23.

Forsan non est vsu recepta dicta constitutio, saltim quoad hoc, vt non deferentes prædictum habitum clericalem maxime tonsuram, sunt ipso facto priuati beneficiis, & quod collatio illis facta sit nulla, n. 24

Cum laicus, qui non habet primam tonsuram, sit incapax beneficiorum, non potest ad beneficium præsentari, alias præsentatio erit nulla, numero 25. quod limitat Flamin. Paris. ex Rota non procedere, quoties fuit præsentatus proxime clericandus, &c. nu. 26. quæ tamen limitatio videtur esse contra doctrinam Lamber. & aliorum docentium non sufficere præsentatum post præsentationem in continenti clericari, &c. numero 27.

Ista limitatio procederet, quando proxime clericandus, expresse, vel tacite præsentaret in tempus, quo esset clericus, & sic in tempus habile, numero 28. & tacite diceretur præsentari in dict. tempus, quando patronus cum præsentaret, non absolute, sed dicendo præsento talem proxime clericandum, vel præsento talem, & peto eum ordinari, &c. numero 29. & ita est accipienda declaratio S. Congregationis adducta, numer. 30.

In casu quo absolute præsentaretur nondum habens primam tonsuram, præsentatio esset nulla, & facta de indigno, & incapace, quantumuis de proximo clericaretur, & ita procedit doctrina Lamber. & aliorum, numer. 31.

Rota quam Flamin. citat, non loquitur in istis terminis, sed in longe diuerso casu, nempe de præsentatione facta per literas seu instrumentum de eo, qui tempore factæ scripturæ & nominationis, non erat clericus, quæ valet, si tempore factæ præsentationis coram ordinario iam erat clericus, quia tunc vere fit præsentatio, cum nominatio, seu scriptura præsentatur ordinario, n. 32. & 33. & si ex nominatione nullum ius acquiritur ante actualem præsentationem, numer. 34. & n. sequentibus adducuntur resolutiones Rotæ ad prædicta.

Impugnatur resolutio Rotæ quatenus ait, quod prouisus ante clericatum de canonicatu, immissus tamen in possessionem post clericatum dicendo, quod contulerunt ac sibi prouiderunt, non censeatur de nouo prouisus, nu. 38.

Quamuis tempore præsentationis omnino clericatus requiratur, non tamen requiritur, quod tunc præsentatus incedat in habitu clericali, ex constitutione Sixti V. quæ solum id requirit tempore collationis, quamuis ex ea teneatur statim dict. habitum assumere, numer. 39.

Sunt aliqua beneficia sacerdotalia, quæ requirunt de iure, consuetudine, statuto, priuilegio, vel fundatione, quod ea obtinētes in presbyteros ordinentur, alia diaconalia, & alia subdiaconalia similiter, n. 40. & tunc dicitur annexus ordo aptitudine, & attento tempore prosecutionis, n. 41. ¶ Iuxta hoc in Episcopatu Abulen. est quædam constitutio synodalis antiqua relata, n. 42. Quod dictum est de archipresbytero, vt debeat in presbyterum ordinari, non videtur hodie procedere in archipresbyteris ruralibus, supposito quod sunt beneficia simplicia, nec personalem residentiam requirunt, & sic in his videtur cessare iam d. constit. synodalis Abulen. n. 43.

An de ordine annexo beneficio, seu præbendæ ex consuetudine, statuto, priuilegio, vel fundatione, sit necessario facienda mentio ab impetrante, esto sit in ætate ad talem ordinem requisita à nu. 44. resolutur negatiue cum communi contra alios, & additur dec. Rotæ, cuius ratio est, nam de qualitatibus non consideratis & expressis à iure, seu stylo, non est facienda mentio, nu. 48. & qualitates, exprimendas qui ponunt, n. 49. Improbatur, quod ait Flam. Par. & Zechus in resignatione archidiaconatus, qui habet vocem in capitulo, faciendam esse mentionem de hoc, nu. 50. & 51. respondetur cuidam dec. Paleoti.

Hodie in supplicationibus de canonicatibus ac portionibus Ecclesiarum cathedralium dataria vult exprimi ordinem sacrum annexum. Etsi in supplicatione ponitur clausula, etiam si sacerdotalis, quæ antea solebat concedi, cassatur: vnde cum iam ista qualitas sit à stylo considerata, videtur in istis gratiis necessario faciēda mentio de ordine sacro annexo, nisi esset subdiaconatus, quem ad minus debent habere annexum de iure Concily, & c. n. 52. & 53. sed nihilominus existimat author, id non esse necessarium, à n. 54.

Clausula etiamsi sacerdotalis *cassatur, quando narratur diaconatus, vel subdiaconatus, quo casu gratia est surreptitia, si præbenda habet annexum superiorem ordinem si impetrans illo caret, alias secus. numer. 55. 56. Alia sunt beneficia, quæ non nisi actu presbyteris, vel alium ordinem habentibus prouideri possunt ex fundatione, consuetudine, statuto, vel priuilegio, num. 57. vt quando institutio, vel statutum dicit, quod beneficium non conferatur, nisi presbytero, vel quod conferatur presbytero. Et capellaniæ, in quarum fundatione dicitur, quod præsentetur sacerdos, vel quod præsentetur capellanus, seu clericus qui missam celebret, vel alia verba respicientia tempus, seu actum præsentationis, & tunc præsentatus tempore præsentationis debet esse sacerdos actu, & c. n. 58.*

Idem est, quando fundator, vel statutum diceret, quod prouisus de capellania sit capellanus, vel sacerdos, aut quod sit sacerdos, vel capellanus, num. 59. & 60.

Improbatur Ferretus dicens per verba fundationis, quod eligatur, seu præsentetur sacerdos, non requiri sacerdotium actu tempore electionis, seu præsentationis, sed solum aptitudine, nisi quando ordo sacerdotij fuit annexus per verba negatiua, seu annullatiua & prohibitiua, numero 61. improbantur etiam Zerola Flam. Paris. & Zechus idem fere dicentes, nume. 62. Improbatur etiam Marcus Anton. Genuen. dicens, quod quando debet eligi sacerdos, debet esse actu, quando onus impositum est à laicis, secus si ab Ecclesiastico, vel per statutum Ecclesiæ, & Gonçal. & alij, n. 63. ¶ Prædicta doctrina est communis & approbata per Rotam, n. 64. & alias deuolui prouisionem ad superiorem, n. 65. & 66. ponitur dec. Rot. & allegantur aliæ decisiones. Impugnantur sententiæ d. authorum, n. 67.

Allegata per Flamin. Paris. & capitulum ei cui de præben. in 6. loquuntur de beneficio sacerdotium requirente, non tamen actu, & decis. 1. de præben. in nouis fundatur in derogatione per clausulas generales, nu. 68. Non placet quædam decisio Rotæ, beneficium non esse sacerdotale, ex obseruantia interpretatiue subsecuta, licet bulla Papæ loquatur de presbyteris, & c. nā ista reuera non est obseruantia interpretatiua, sed cōtra d. bullam n. 69. & 70.

Non placet etiam decisio, quod stante fundatione capellaniæ, quod eligatur vnus presbyter, qui pro ipsius anima missam celebret, & quod patroni possunt eligere vnum presbyterum, siue capellanum, & c. non sit sacerdotalis, quia testator alternatiue locutus est de presbytero, seu capellano, & c. sed dictio, siue, stat expositiue, n. 71. & 72.

Si in fundatione capellaniæ caueatur, quod præsentetur sacerdos proximior de parentela, si inueniatur alias clericus, si tempore præsentationis fuerit aliquis sacerdos, ille debet præsentari, licet sit remotior & erit præferendus, etiam si postea ante institutionem alter proximior esset sacerdos, n. 73. & 74. vbi ponitur Rotæ decisio.

§. 1.

SVMMARIA.

AN capellania sit sacerdotalis ex eo solum quod habeat onus celebrandi annexum n. 75. & n. 76. ponitur prima sententia esse sacerdotalem actu, etiamsi fundator dicat, quod præsentetur capellanus, qui per se, vel per alium debeat celebrare secundum Barb. & alios, n. 77.

Ponitur secunda sententia esse sacerdotalem, non tamen actu, sed aptitudine num. 78. quam tenuit Rota in decisio. adductis, numer. 79. & 80. & in resolu-

tione

tione adducta n.81.

Tertia sententia, quod prima procedat in fundatione laici. Secunda in fundatione personæ Ecclesiasticæ, n.82. sed quantum ad hoc non videtur esse differentia inter fundationem personæ Ecclesiasticæ & laici num.83. & seq.

Quarta sententia vera, & tenenda, capellaniam, non esse sacerdotalem, nec actu, nec habitudine ex eo quod in fundatione dicatur capellanus debere celebrare, sed posse provideri simplici clerico 14. annorum, num.85. quia nisi exp esse caueatur, quod per se ipsum hoc agat, potest per alium celebrare, nec requiritur personalis residentia, ex quo fructus in beneficio simplici, in quo ex generali consuetudine non requiritur residentia à n.86. vbi ponuntur declarationes S. Congregationis, & resolutio Rotæ.

Verbum interesse, vel assistere tantum habet, quantum verbum residere, secus de verbo cantet, vel seruiat, vel sacris operetur, nisi aliunde colligatur, numero 89.

Appellatione clerici venit simplex clericus primæ tonsuræ, etiam in capellaniis in quibus clerici generaliter vocantur, n.90.

Hanc quartam sententiã videtur tenere Zerola relatus numero 91. & Genuen. relatus numero 92. & in terminis, est approbata per S. Congregationem in declarationibus positis, numer. 100. ex certo & attenta declaratione Historien. Rotæ mutauit sententiam amplectendo hanc, vt in decis. posita numero 94. & in resolutionibus adductis, numero 95. & 96. & fuit alias tentum, quod quando testator mandat præsentari presbyterum, seu rectorem cum a celebrandi Missas, beneficium non dicitur sacerdotale, quæ tamen resolutio difficultatem patitur ex supra adductis, numero 97.

Vbi in fundatione caueretur, quod per se ipsum deberet celebrare, seu quod deberet personaliter deseruire, aut quod resideat, tunc procederet secunda sententia, numero 98. & numero 99. Ponitur declaratio S. Congregationis, & ita procederet resolutio Rotæ in causa Lucana supra relata: & ita etiam videtur accipienda decisio. Abulen. capellaniæ de Cebreros, &c. numero centesimo & sequenti & seq. vbi ponitur decisio.

An vbi capellania est sacerdotalis actu, vel habitu ex fundatione, possit Episcopus cum consensu patroni hæredis, seu successoris fundatoris saltim pro vna vice dispensare, vt prouideatur non habenti dict. qualitatem, numero 102. & quæritur de patrono hærede, seu successore, nam de patrono fundatore clarum videtur posse tollere & alterare conditiones, seu qualitates cum consensu Episcopi, saltim ex iusta causa, quando essent viles Ecclesiæ, numero 103. & seq.

In dict. difficultate prima sententia est affirmatiua, numero 105. quam aliqui intelligunt subsistente aliquali causa, & omnibus patronis volentibus, &c. numero 106.

Secunda sententia est negatiua, numero 107. pro qua facit doctrina Gambari relata, numer. 108 & doctrina quam tradit Valdes relata num. 109. de qua numero seq.

Hæc secunda sententia de plano procedit stante Concilio Trident. sess. 25. c. 5. n. 111. & ita S. Congregatio censuit in declarationibus adductis nu. 112. & tenuit Rota in decisione adducta, n. 113. & in alia adducta, n. 114. & n. 115. ponitur decretum Concilij prouincialis Mediolanen. 5.

An per clausulas generales derogatorias in literis Apostolicis positas, non obstantibus statutis, &c. censeatur derogatum fundationi, & ordinationi sacerdotium actu requirentia n. 116. resolutur per d. clausulas censeri derogata, seu dilata statuta Ecclesiarum, etiam confirmata sacerdotium actu requirentia. Ita quod possit quis huiusmodi beneficium consequi, licet non sit sacerdos, dummodo sit ætatis legitimæ ad sacerdotium, non tamen censeri derogatum fundationi & ordinationi testatoris, nec fundationi etiam clerici contra aliquos.

Id habet speciale fundatio laici, vt non censeatur ei derogatum, etiam si in clausulis derogatoriis dicatur, etiam non obstantibus fundationibus, &c. quæ de fundationibus clericorum intelligenda sunt, &c. numero 112.

In literis Apostolicis de beneficiis vacantibus, non solet poni derogatio statutorum Ecclesiæ, nisi in beneficiis & præbendis Ecclesiarum Cathedralium, seu Collegiatarum vnde in aliis beneficiis non vitiabitur doctrina supra dicta, n. 123.

Esto ordinarius nullo modo possit alterare conditiones, vel qualitates possibiles annexas beneficio ex fundatione, an possit eas mutare, quando reditus ipsius beneficij essent impotentes, seu insufficientes ad illas, & reducere Missas, &c. num. 124. Resolutur secundum Doctores, Episcopum id posse facere cum consensu patroni, aut etiam eo inuito, si vocatus nolit consentire. n. 125.

Si aliqua capellania esset fundata cum obligatione residentiæ personalis, cuius fructus essent adeo diminuti, vt non essent sufficientes tali oneri, posset ordinarius tollere eam obligationem, ita quod per substitutum possit illi deseruiri, &c. n. 126.

Obicitur Conc. Trid. sess. 25. de refor. c. 4. ex quo videtur Episcopum id non posse facere nisi in Synodo diœcesana, n. 127.

Sententia Nauarri, quod illud decretum est ius nouum, quoad abbates & Generales ordinum, sed non quoad Episcopos qui possunt hoc facere, etiam sine Synodo iure antiquo, quod non videtur per hoc sublatum, cum fuisset additum ad augendum. n. 128.

Sententia Enriquez, P. Ledesmæ, & Man. Rodriguez, quod illud decretum procedit in commutatione, seu reductione anniuersariorum, seu Missarum dotatarum, in qua eget Episcopus Synodi consilio, non vero in reductione Missarum beneficij, & capellaniæ collatæ, n. 129. ait tamen Man. Rodriguez cum Nauarro, posse Episcopum absque Synodo anniuersariæ commutare, etiam hodie, n. 130.

Primum dictum authoris, quod Concilium ibi non loquitur de Missis impositis beneficio, seu capellaniæ, & sic tanquam casus omissus relinquatur dispositioni iuris communis, sed de Missis & anniuersariis relictis in aliqua Ecclesia, num. 131. vbi ponuntur declarationes S. Congreg. & numer. seqq. referuntur aliæ declarationes.

Secundum dictum, quod in reductione dictarum Missarum, & anniuersariorum, de quibus Concilium loquitur, seruanda videtur forma Concilij, ita quod Episcopus non possit eam facere sine Synodo, esto ante Concilium posset, n. 135. vnde stante Concilio non videtur valere constitutio Synodalis Salmantina relata, n. 136.

In aliquib. Episcopatib. non est vsu receptũ d. decretum Concilij, & vbi non est receptum, procedet opinio

Nauarri & Man. Rodrig. nume. 136. probabile enim videtur, quod stylus saltim decennalis valeat contra legem, etiam Canonicam ab initio non receptam, sicut stilus iudicis præscriptus spatio quadraginta annorum, valet contra ius ab initio receptum, numero 137.

Quomodo probetur clericatus, qui cum sit qualitas extrinseca, non præsumitur, numer. 138. resolutur probari non solum literis testimonialibus Episcopi, seu ordinum, sed etiam testibus, numer. 139. etiam de publica voce & fama, nam sufficit probatio de communi reputatione & fama, & per argumenta & inditia, seu coniecturas, & per semiplenas & leues probationes probatur, numero 140. & ita seruat Rota in possessorio & petitorio, numero centesimoquadragesimosecundo contra Rebuffum & alios relatos, n. 141. & seq.

Limitatur dicta doctrina, vt non procedat in nostra obiectiua, numero 144. aut vbi præsumptio est contra aliquem, puta, quia est illegitimus, qui debet probare suum clericatum per literas: nec sufficit communis reputatio & fama, numer. 145. nisi probetur dispensatio, quæ non probatur per narratiuam literarum ordinarij, numer. 146. & seq. constando enim de dispensatione clericatus illegitimi probatur per communem reputationem, sicut clericatus legitimi, numero 148. & numero seq. adducitur resolutio Rotæ & ita poterit proc dere quædam decisio Rotæ relata numero 150. licet contrarium dicatur alia decis. relata, numero 151.

Concurrentibus aliquibus coniecturis eum fama probatur clericatus illegitimi, numero 152. & in iudicio possessorio restitutionis sufficeret illegitimo probare clericatum per reputationem, & actor illegitimus non tenetur dare literas sui clericatus ex Rota, numero 153.

Probatur etiam clericatus vnico teste, numero 154. etiam in iudicio, quando lis esset super beneficio, numero 155. contra Rebuffum & alios relatos, numero 156.

Solo sigillo Episcopi recognitio probatur clericatus etiam collatus non subdito, n. 157.

An probetur clericatus per literas, seu ostensionem superiorum ordinum, puta sacerdotij, seu diaconatus, &c. num. 158. Et non probari tenent Rebuffus & alij, quia per saltum posset esse promotus, quo casu non valet prouisio ei facta de beneficio, numero 159. nam per saltum promotus est irregularis, numero 160. quamuis aliqui dicant eum suspensum, num. 161. non tamen est irregularis respectu ordinum inferiorum, quos legitime susceperat, nam ab vsu illorum non est suspensus, numero 162. Vnde valeret prouisio ei facta de beneficio non requirente alium ordinem, &c. numero 163.

Contrarium tenetur in dict. difficultate, nempe quod ad probationem clericatus, & minorum ordinum satis sit probare & ostendere maiores, numero 164. & adducuntur ad id resolutiones Rotæ, à numero 165. & procedit etiam in clericatu illegitimi, numero 169. & respondetur Bartolo in contrarium allegato, numero 170.

Licentia proprij Episcopi probatur sola assertione ordinantis, n. 171.

INter qualitates, quas habere debent ij, quibus beneficia conferuntur, prima, & præcipua est clericatus & ordo: oportet enim eos esse clericos saltim primæ tonsuræ, per † quam clericalis ordo confertur, 1
cap. cum contingat de ætate & qualitate, vbi id notant Doctores, & est communis sententia Canonistarum, vt per Feli. in c. sicut el. 3. de simonia. n. 2. Mandos. regul. 24. q. 1. n. 2. Couarr. in c. quia nos, de testamen. n. 4. Gregor. Lopez. in proœmio ti. 6. par. 1. Hieronymum Gabrielem cons. 184. lib. 2. Calda Pereiram in lege si curatorem habens, ca. de in integrum restitut. verb. lasis, n. 104. Mendez de Castro in lege cum oportet: C. de bonis quæ liberis, n. 166. Rota, decis. 731 n. 5. & 6. par. 1. diuersorum, & idem tenet Guido Papa, decis. 449. numero 1. vbi † addi- 3
ditio, recte ait id esse verum loquendo de ordine, non vt sacramentum, sed vt largo modo pro deputatione ad diuinum officium seu cultum. Quamuis † Theologi contrarium teneant, nempe primam 4
tonsuram non esse ordinem, sed dispositionem, & præparationem ad ordines, de † quo & quot sint or- 5
dines, an nouem, vt volunt Canonistæ, an septem tantum, vt volunt Theologi, agunt Albertus Trot. *de vero & perfecto clerico, lib. 1. cap. 2. Lamber. de iure patronatus. 1. par. 2. lib. q. 7. art. 2. Mandos. supra num. 2. & 5. Couarr. lib. 11. variarum cap. 10. à nu. 10. Nauar. in Manu. c. 22. nu. 18. Velazquez de Auendanno in leg. 29. Taur. glos. 3. num. 9. & 10. Gironda de Gabellis 7. p. in principio, Zauallos. q. 524. Soto in 4. dist. 24. q. 1. art. 3. & quæst. 2. art. 1. Valentia. 4. to. disputatione 9. q. 1. pun. 2. Ange. Syluester, Rosella, Tabiena, Armilla, & alij summistæ, verb. ordo, Catechismus ad parochos de sacramento ordinis, versic. docendum igitur erit, Barth. Ledesma in summario de sacramentis, de sacramento ordinis, difficultate 5. Cosmas Philiarcus de officio sacerdotis 2. par. lib. 1. cap. 13. candelabrum aureum, ti. de sacramento ordinis, numer. 6. 10. & 11. Ludouicus Lopez instruct. conscientiæ 2. tom. p. 1. cap. fin. Enriquez in summa, li. 10. c. 2. & 9. §. 4- F. Man. Rodrigu. in summa. 2. tom. cap. 13. Pet. Ledesma in sua summa. 1. par. tit. de sacramento ordinis. c. 1. & Vega in espeio de Curas. cap. 14. à num 4. Nunno. 3. par. in addit. q. 37. & 40. ar. 2. D. Sahag. de sacram. ordinis, à nume. 7. Carrillo in Itinerario ordinandorum, sect. 3. cap. 7. à num. 17. D. Card. Tuschus. cons. 189. lit. O.*

Et quidquid † sit de hoc, an prima tonsura sit ordo, 6
an non, illud certum videtur, quod verbum, ordo, generaliter prolatum, comprehendit etiam primam tonsuram, secundum communem vsum Canonum, argumento d. c. cum contingat, & secundum communem vsum loquendi, *vt recte docet Nauarrus cons. 11. de tempor. ordinatio. n. 1. & 3. Suarez de relig. tract. 3. lib. 4. c. 13. n. 8. & c. 56. n. 5.*

Vnde decretum Concilij *sess. 7. de refor. capit. 10.* 7
quoad principalem dispositionem comprehendit primam tonsuram, *vt dictum est supra 5. par. c. 7. num. 95. & decretum est, capit. 8. sess. 23. de reformatione vers. vnusquisque autem, & sequenti*, comprehendit non solum minores ordines contra Zerolam *in praxi Episc. 1. par. verbo dimissoriæ. §. 2.* & Tolet. *supra relatum 1. par: cap. 5. numer. 142.* vt sacra congregatio Concilij censuit super illo, c. ibi: *A proprio Episc. ordinetur, de omnib. ordinibus, tam in sacris, quam in minorib. intelligitur, & sic etiam ordinati in minorib. comprehendantur in pœna suspensionis*: Sed † etiam primam tonsuram 8
cum de ordinatione, & ordinibus generaliter, & absolute loquatur, *& dictum est supra. d. 1. par. c. 5. num. 142.*

Alias † vt ad nostrum propositum redeamus, si nō 9
sunt clerici saltim primæ tonsuræ, sed laici, incapaces sunt beneficiorum, *c. ex literis, de trāsactionib. c. 2. de instit. vbi Abbas, & alij, & dictum est 1. par. c. 2. n. 28. vbi plures citati.* adeo † quidem, vt non sufficiat desti- 10
natio

natio concurrente etiam habitu clericali. *Abbas ibi, Felin.in c.cum adeo de rescription.ex n.2.Staphil.de literis gratiæ noua forma expectatiuarum, n.24.Selua de benef.3. par.q.6.Couar.3.par.c.1.nu.1. Lamber.1.par.2. lib.q.7. art.29.ad finem.Gomezius de gratiis expectatiuis,n.89.Duarenus de beneficiis lib.4.c.6.P.Pechius in regula beneficium in 6.n.29.ad fin.Mandos.de signatura gratiæ tit. de prouiso.versi. amplia, etiamsi is cui,in vltima editione,Zauallos dicens receptissimam,q.523. & Zechus de benef.& pensio.capitulo 3.vers. inhabilis, & Thom.Sanchez de matrim.li.7.disp.42.numer.14. Villar del patronado de Calatayud.4 p.in prin.numero 11. Azor institut.Moralium.2. par. libro 6 capit.2.q.5.& Perez de Lara de anniuer.& capell.libro 2. c 5 a.numero 2.*

Neque etiam sufficit reputatio,qua quis existime-
11 tur † clericus si reuera non erat talis, *Rota decis.139. libro tertio p.3. diuersorum,Flam.Paris.de resign.beneficior.libro 4.quæst.2.cons.19.& Zechus, & Villar ibi,*
12 quamuis clerico † putatiuo, de cuius clericatu non constat nisi per communem reputationem, potest pensio, & beneficium, & pro obtinendo beneficio sufficit communis reputatio,licet vere clericum esse non appareat, *Rot.ibi iuxta dict. infra à numero 140.* & ita procedet.decis Rotæ. 13. *de probatio. alias 312. in antiquis*, quam sequitur Pontanus *de spolio. libro secundo numero 179.*alia est falsa, *Gonçalez post hæc visus ad regulam de mensibus glossa secunda à numero 64.*

13 Neque obstat,quod legitur de B.Nicolao, qui ex laico electus est in Episcopum,& de B.Seuero, qui ex lanificio assumptus est in Archiepiscopum, & de B. Ambrosio qui nondum baptizatus in Archiepiscopum est delatus,*vt in c.statuimus §.è contra 61.dist.*
14 quia † omissa responsione Gratiani *ibi, §. sed sciendum*,& aliorum,quod ob excellentem virtutem,eximiamque, & egregiam sanctitatem laicus eligi possit,quod sequitur Ioan.Quintinus *in repet.c.de multa de præben.nu. 67.* dicens,quod si cui laico non deest competens sacerdotio virtus,& perfectio, huic facta collatio beneficij valebit. Respondetur, quod illa sunt miracula diuina, non trahenda in consequentiam,vel fuit cum illis dispensatum. *Ita Archidiaconus in d.c.statuimus,§.his omnibus,Felin.in d. cap. cum adeo,sub num.5.Selua,d.q.6.ad finem.Corras.d.c.1.nu. 4.Pechius supra num. 27. & Maiolus de irregularitate. lib.15.cap.31.num.4.Oieda de incompat.benef.cap.24. num.4.*

15 Et hodie ex † const 38.Sixti V.*de habitu & tonsura clericos.seu milites beneficia, vel pensiones obtinentes deferen. &c.* quam ponit,& explicat Viualdus *in fine Candelabri aurei*, & videndus Zechus *de casibus reseruatis,casu.4.*requiritur quod tempore collationis beneficiorum sint actu clerici in habitu clericali,& tonsura incedentes,alias collatio est nulla, vt in vers.in futurum,vbi sic dicitur:*In futurum autem non nisi actu clericis in habitu clericali & tonsura, & militibus infra dicendis in militari incedentibus suæ militiæ propriæ,aut alia quæcumque Ecclesiastica,etiam simplicia beneficia,respective conferantur,aut commendentur,aut pensiones, fructus ve,aut bona Ecclesiastica reseruentur.*Et in fine habetur decretum irritans,quicquid secus à quoquam quauis authoritate, scienter,
16 vel ignoranter contigerit attentari. Quod † refertur ad omnia præcedentia,*ex cap.in quisitioni de appellationibus & decisio Rota in causa Toletana professionis in addicta septima part.dubio 21. numero 330. & dictum est alias quinta parte capitulo quarto numero 173.*

Et cum † sit in iure positum, ligabit etiam ipsum 17
Papam, *vt supra dictum est quinta par.capitulo primo numero 28.* nisi Papa ex certa scientia contra fecerit, &c.*ad leg.quidam consulebant ff. de re iudicata, cum aliis.*

Et clerici † etiam clericali tantum tonsura insigniti habentes iam beneficium etiam simplex, aut et- 18
iam ius in illo,vel ad illud, seu pensiones percipientes,debent tonsuram,& habitum clericalem,,vestes scilicet talares iugiter deferre; alias ipso facto sunt priuati omnibus beneficiis,nec non pensionibus, omnique iure sibi in eis,vel ad ea quomodolibet cõpetenti, & beneficia sic per huiusmodi priuationem vacantia dispositioni Sedis Apostolicæ reseruantur, ex dicta constitutione. Quæ in † his partibus cœpit 19
ligare post lapsum octo mensium à die publicationis Romæ 18.Ianuarij 1589. factæ, & ex tunc ad huiusmodi priuationem incurrendam non requiritur lapsus alicuius certi temporis, sed incurrit eam eo ipso, quod in publico quis non gestat habitum clericalem supradictum,id est tonsuam, & vestes talares. Ita enim † videtur intelligenda dicta constitutio,vt colligitur ex illa dictione, supradictum, quæ refert præcedentia cum suis qualitatibus, *Rota decisio.194.numer.7.part.2.diuersorum,& ex sequenti constitutione eiusdem Sixti.* Et quia habitus clericalis in tonsura & vestibus copulatiue consistit, *Bald. in l.si qua per calumniam.cap.de Episcopis & cleric.sub numero 1.& Pacianus de probat.lib.2.cap.34.nu.25. cum aliis.*

Quamuis autem † vestes talares in rigore dican- 20
tur,quæ hominem vsque ad pedes tegunt, Hispanè, *Hasta los pies*,Calepinus verbo talares,seu *Hasta los touillos,o cerca*, dicit Pet. Ledesma *in summa 2. part. tract.7.cap.2.circa decimam quartam conclusionem circa finem,pagina* 384. Tamen ex † epieicia & æquita- 21
te talares vestes iudicabuntur, quæ iuxta consuetudinem clericis sunt decentes. *Adde Tho. Sanchez de matrim.lib.7.disp.46.num.6.* quamuis non sint nimis longæ,neque ad pedes descendãt, vt ferriolum longum cum galero,modò non adsit lactucula,Hispanè *Lechuguilla,Pet. Ledesma,ibi.* Etiam † sine tunicella, 22
seu veste longa interiori,Hispanè *Sotana*; nec enim est necessarium portare duas vestes longas, sed vna sufficiet:& ita dicta constitutio videtur recepta, & interpretata, *& docet Viualdus in dict. explicatione sub nono notab.Et vide dicta supra 1.par.cap.5.à numero 11.*

Et forsan † non est vsu recepta dicta constitutio 23
saltim quoad hoc, vt non deferentes prædictum habitum clericalem,maxime tonsuram, sint ipso facto priuati beneficiis,& quod collatio illis facta sit irrita & nulla.

Cum ergo † laicus, qui non habet primam ton- 24
suram,sit incapax beneficiorum, non potest ad beneficium præsentari,alias præsentatio erit nulla,*Millis in repertorio. verbo beneficium si impetrat, Rebuff. in concordatis titulo de forma mandati verb. pro expressis,versic. quæro quæ sint,Lamber.dict. quæst. septima art.secundo ad finem,& art. septima & 29. ad finem, Hoieda de incompatibilitate beneficiorum prima part.capitulo fin. numero 72. Ioann. Gutierrez cons. secunda n.21.Parladorus differ.120.n.18. Card. Thuscus concl.56.litera B.n.4.*& Flam.Paris.*dict. lib.4.quæst.2.*

n.9. † qui n.6. ait, quod Rota in vna Imolen. iuris patronatus 19 Nouemb. 1584 coram d. Orano limitauit hanc conclusionem non procedere, quoties fuit præsentatus proxime clericandus: nam hoc casu præsentatus non est penitus indignus, cum ante institu-
27 tionem sit tonsuratus. Quæ † tamen limitatio videtur esse contra doctrinam Lambert. Hoiedæ, & Ioannis Gutierrez *supra*, qui docent non sufficere præsentatum post præsentationē in continenti clericari, sed omnino clericatum requiri tempore præsentationis: & contra doctrinam Duare. *supra*, ac Rophiniaci *de benef. c.* 1. *n* 39. & 40. qui docent si quis post obtentum beneficium clericus effectus fuerit, irritam nihilominus esse beneficij collationem, nec illud posse retinere.

28 Vnde ista † limitatio procederet, quando proxime clericandus expresse vel tacite præsentaretur in tempus, quo esset clericus, & sic in tempus habile: quo casu præsentato facto clerico intra tempus datum ad præsentandum, præsentatio valeret ex tunc ad lēgem in tempus. ff. de hæredib. instituendis, & *Lamber. 2 par. 2. lib. quæst. 3. art. 9.*

29 Et tacite † diceretur præsentari in dictum tempus, quando patronus eum præsentaret non absolute sed dicendo, præsento talem de proximo clericandum, vel dicendo præsento talem, & peto eum ordinari prima tonsura, &c. tunc enim videtur eum præsentare, vt cum sit clericus instituatur. Et ita † erit accipienda declaratio sanctæ congregationis Concilij *super cap. 10. sess. 7. de reform.* quę sic ait: *Vicarius capituli sede vacante infra annum potest concedere dimissorias ad primam tonsuram ei, qui est præsentatus à patronis laicis ad beneficium Ecclesiasticum iuris patronatus ipsorum, vt illud obtinere valeat.*

In casu † vero, quo absolute præsentaretur non-
31 dum habens primam tonsuram, credo præsentationem esse nullam, & factam de indigno, & incapaci, quantumuis de proximo clericaretur: & ita præcedit doctrina Lamber. Hoiedæ, & Ioan. Gutierrez *supra*. Clericatio enim subsequens etiam de proximo non potest retrotrahi ad tempus præsentationis, in quo requiritur capacitas, & habilitas præsentati cum ex præsentatione ius ei quæratur ad beneficium, &c. *& facium dicta infra capitulo quarto ad finem.*

32 Rota autem † in dict. Imolen. iuris patronatus 19. Nouemb. 1584. coram domino Orano, quam Flaminius citat, non loquitur in istis terminis, sed in longe diuerso casu, nempe de præsentatione facta per literas, seu instrumentum de eo, qui tempore factæ
33 scripturæ, & nominationis non erat clericus, quæ † valet si tempore factæ præsentationis coram ordinario iam erat clericus, quia tunc vere fit præsentatio cum nominatio, seu scriptura præsentationis præsentatur ordinario, *Francus in capitulo primo §. verum. numero primo de iure patronatus in 6 Rochus verbo honorificum, numero 27. & 73. Lamber. prima par. secundo libro quæst. 4. art. 16. & 2. par. secundo lib. quæs. 4. art. 1. 2. & 3. Rota decis. 3. de iure patronatus in nouis alias 211. Achilles 325 seu 12. de iure patronatus*, vbi habetur, quod præsentatio intelligitur tantum quando sit superiori, alioquin dicitur magis nominatio: & † sic licet patronus præsentandum nominet, &
34 tradat nominato instrumentum præsentationis: tamen antequam sit præsentatum superiori, non habet ius in re, nec ad rem, nec vllum ius acquirit ex nominatione ante actualem præsentationem, *Sarmien. in regula de non tollendo iure quæsito. g. 1. Crescen. deci. 6 n 9. & 10. de iure patronat. & fuit resolutum coram domino Penna in quadam Calagurritana de anno* 1588.

Et id, nempe † quod valeat præsentatio de eo, qui 35
tempore ipsius præsentationis factæ coram ordinario est clericus, licet tempore factæ nominationis seu scripturę præsentationis nō esset clericus, ex dictis, est quod fuit resolutum in dict. Imolen. iuris patronatus, *vt fuit dictum in vna Burgen. Abbatiæ de Sobarco 29. Decemb. 1588. & 10. Martij, & 89. coram domino Penna, vbi idem fuit resolutum, & etiam dictum, quod idem fuit resolutum in vna Maceraten. cappellaniæ coram dict. Ioan. Aldobran. 15. Maij* 1564.

Et prædicta † confirmantur ex decisio. Rotæ *in* 36
Vercellen. canonicatus 23 Ianuarij 1598. *coram domino meo Corduba*, in qua fuit dictum: *Resignationem fuisse nullam, ex quo resignans tempore suæ prouisionis erat laicus, ac inde nullū ius habebat, quod potuisset resignare*, c. 2. de institutio. cap. ex literis de transactio. Capra regula 97. n. 39. cum aliis. *Fuerat enim illi facta collatio 22. Martij* 1594. *& tonsuram accepit 1. Aprilis subsequentis: qui actus non est reiterabilis, vt possit præsumi antea idem clericatum recepisse, vt fuit dictum in Barchinonen. pensionis de anno* 1548. *coram Peregrino, & in Elnen. beneficij 5. Octobris* 1594. *coram Pamphilio. Nec obstabat simile, quod non sit necessarium, quod tempore, quo quis nominatur à patrono, sit clericus: nam hoc procedit ex eo, quod per illam nominationem, quam patronus potest reuocare, nullum ius quæritur nominato: secus vero in hoc casu, in quo de tempore prouisionis ius quæritur prouiso, & sic requiritur clericatus, vt fuit dictum in dict. Burgen. Abbatiæ de Sobarco. 19. Decemb. 1588. & 10. Martij* 1589. *Nec superueniens suffragatur, quia non retrotrahitur.* Peregrin. decis. 50. libro 1.

Et hoc † idem fuit postea confirmatum coram eo- 37
dem D. Corduba. 4. Maij 1598. *Et quod electio capituli ad canonicatum habet vim collationis, cum nulla indigeat confirmatione, ac ideo erat necessarius clericatus tempore electionis, cum electo ius quæratur in beneficio: nec obstare actum gestum 2. Aprilis, quando fuit immissus in possessionem post clericatum, in quo dicitur, quod contulerunt, ac sibi prouiderunt, quia cum tunc non fuerit seruatus modus solitus votandi per vota secreta, apparet capitulum noluisse nouam electionem facere: sed illa verba fuerunt posita ad maiorem, & abundantiorem cautelam.* Hæc ibi.

Quæ tamen † decisio, quoad istud vltimum non videtur vera & solida: nam bene verum est, quod illa verba fuerunt posita ad maiorem cautelam, sed ea cautela non videtur esse ad alium effectum, nisi ad prouidendum de nouo, si forte prouisio non valuit, supposito quod modus solitus votandi secreto 39
non est de essentia, nec pro forma requiritur: sed † quamuis tempore pręsentationis omnino clericatus requiratur, non tamen requiritur, quod tunc pręsentatus incedat in habitu clericali, ex dict. constitutione trigesima Sixti quinti, quę solum id requirit tempore collationis, quamuis ex ea teneatur statim dictum habitum assumere, & deferre: ex quo habet ius ad beneficium.

His

40 His præmissis, notandum † est cum Doctoribus *in cap. ei cui de præbendis in 6.* & ibi Prob. ad Monachum *à nu. 1. Paris. consil. 50. à nu 14. par. 4.* & Petro Gregorio *de benef. c. 36.* & aliis, esse aliqua beneficia Sacerdotalia, quæ requirunt de iure, quod ea obtinentes in presbyteros ordinentur, vt Parochialis Abbatia, Decanatus, Præpositura, & Archipresbyteratus; *cap. 1. de ætate & qualitate, ca. cum in cunctis. §. inferiora de elect. vbi Decius num. 6 Rebuffus in praxi tit. requisita ad collationem bonam. num 31. & de Archipresbyteratu, Lamber. 1. par. 2. lib. quæst. 7. art. 29. nu. 4. Curtius in institutio. Maioribus lib. 2. n. 11. de Archypresbytero,* & alia, quæ idem requirunt, ex consuetudine, statuto, priuilegio, vel fundatione, *vt in dict. cap. ei cui, vbi notatur Hoeda dict. c. final. n. 20.* Alia diaconalia, quæ de iure requirunt, quod ea obtinentes in diaconos ordinentur, vt Archidiaconatus *dict. §. inferiora, & dict. cap. 1.* seu alia exconsuetudine, &c. Alia sub-
41 diaconalia similiter, &c. Et † tunc dicitur annexus ordo, aptitudine, & attento tempore prosecutionis. *Bonifacius in Clement. 2. §. illi vero, num. 17. de ætate & qualitate.*

42 Et iuxta hoc in hoc Episcopatu Abulensi est quædam constitutio synodalis synodi antiquæ quam D. Didacus de Alaba Episcopus Abulen. imprimi fecit anno 1557. 2. ti. c. 4 in qua statuitur, quod omnes Abbates Benedicti, Decani, Archipresbyteri, Vicarij perpetui, & Clerici curati intra annum ordinentur in Presbyteros, & Archidiaconi in Diaconos, modo & forma statutis in sanctis iuribus, alioquin dicto termino elapso si non receperint dictos ordines annexos de iure, suis dignitatibus, & beneficiis & curatis, & Archipresbyteratibus, & Vicariis ipso facto sint eis priuati &c.

Id tamen † quod diximus de Archipresbytero, vt
43 debent in presbyterum ordinari, non videtur hodie procedere in Archipresbyteris ruralibus, supposito quod sunt beneficia simplicia, nec personalem residentiam requirunt, vt dictum est *supra 5 part. cap. 3. à num. 95* vbi adduxi declarationes Sacræ congregationis super hoc, & sic in his videtur cessare iam dicta constitutio synodalis antiqua Abulen. maxime cum se referat ad iuris dispositionem: *conducit decis. Farin. 112. circa Abbatiam.*

Sed est † difficultas, an de ordine annexo benefi-
44 cio, seu præbendæ ex consuetudine, statuto, priuilegio, vel fundatione sit necessario facienda mentio ab impetrante, quod sit in ætate ad talem ordinem requisita.

In qua † difficultate breuiter respondetur nega-
45 tiue *ex dict. cap. ei cui, glossa in Clementina 1. verbo vel alteri de præbendis, & cum Calder. tenet Abbas in cap. ad aures, num. 4. de rescrip. & ibi Decius num. 25. & 26. & Feli. num. 3.* (*qui licet in cap. in nostra eodem tit. conf. 31. videatur dicere contrarium, tamen remittit se ad dicta per eum in dict. cap. ad aures*) *Milles in repertorio verbo gratiam beneficij impetrans. Hieronym. Paulus in pract. Lancel. in notabilibus super vacantibus non reservatis in principio, Selua 3. par. quæst. 11. num. 42. Rebuffus in repetitione cap. nulla 2. de concessio. præbenda 2. & de qualitate exprimenda, qui iuxta ibi dict. debet intelligi in concordatis in forma mandati, vers. 24. Corrasc. 4 par. cap. 4. num. 56. & Ioan. Nicol. Gimonetus in Enchiridio beneficiorum tit 4. cap 5. numer. 23. Acor. 2. par. libro 6. capite 33. quæstione 2.*

Quamuis † contra teneat Rota *decis. 41. de rescrip.*
46 *in antiquis*, & Ripa. *in d. cap. ad aures, nu. 22* quia impetrantem teneri facere mentionem de ordine annexo beneficio, quod impetratur, vt si est sacerdotale, vel diaconale, quãuis non teneatur exprimere, quod patiatur defectũ ordinum, quos requirit beneficium: & dict. cap. ei cui procedere in impetratione beneficij in genere.

Sed nostra sententia † est communis, quam videtur
47 tenere Rota in vna Abulens. Canonicatus 16. Iunij 1589. coram d. Gipsio, vt in sequenti decisione, *Domini resoluerunt, Petrum non esse restituẽdum, quoniam sponte canonicatum, & præbendam, de quibus agitur, renuntiauit, & sic à possessione facto proprio cecidit,* ad cap. accepta, de restitutione spoliatorum, Rota decis. 4. de renuntiatione in nouis. Cassadorus 4. nu. 3. & 5. de restit. spoliatorum, Alexander consi. 92. nu. 5. lib. 1. de communi. Socinus in leg. rem quam nobis num. 8. de acquiren. possess. *Nec dicatur, hoc locum sibi non vendicare, quando resignatio est nulla,* Verallus decis. 172. numer. 7. part. 3. *quoniam nullitates quæ pro Petro asseruntur, non placuerunt dominis: nam per testes quorum copia datur, constat de sufficienti publicatione, & licet ita explicite non affirment literas Apostolicas, quibus fuit facta publicatio, fuisse authenticas, nihilominus sat est, quod dicti testes super 7. dicant Bullas præditas fuisse originales. Nec ad rem pertinet, quod testibus non credatur, etiamsi dicant instrumentum publicum, nisi doceatur de missione instrumenti.* Decius consil. 82. num. 2. Ripa in l. 1. num. 81. & 84. si certum petatur, *quoniam hic non agitur de probando instrumento publico, vel eius tenore, sed solum de actu simplicis publicationis: quo fit, vt depositio testium suffragetur per supra allegata, quibus non refragatur decis. in causa Calagurritana prioratus, quia* ibi *per testes non probabatur publicatio, vt in casu proposito, sed Notarius tantum asseruit se publicasse resignationis supplicationẽ per relationem ad librum registri, ad quem se retulit: & sic quodammodo clare constabat, scripturas authenticas tunc non fuisse publicatas, & populo ostensas. Nõ obstat quod obiicitur, mandatum de prouidendo, & non prouisionem publicatam extitisse, quoniam si hoc esset verum, non propterea vitiaretur; quia dicta publicatio possessionem canonicatus subsequitur, datur intelligi, non mandatum de prouidendo, sed ipsam prouisionem publicatam fuisse. Tollitur postremo surreptio allegata quod non fuerit expressum canonicatum esse sacerdotalem, quia in supplicatione fuit petitum de canonicatu prouideri, etiam si sacerdotalis esset, ex quo dignoscitur Papam potuisse cogitare, & satis percipere esse sacerdotalem: quocirca cessat surreptio.* Crauetta consil. 79. num. 8. Verallus decis. 49. in fin. par. 1. *& in simili de pensione concessa laico fuit resolutum coram me in vna Cathanien. pensionis 4. Maij 1583. præsertim quia Didacus erat in tali ætate constitutus, vt infra tempus à iure statutum poterat ad sacerdotium promoueri: quod sufficit,* iuxta dispositionem Concilij Trident. sess. 24. cap. 12. *Non placuit tamen dominis fundamentum desumptum ex possessione pacifica triennali, quoniam licet ex ea præsumendum sit publicationem rite factam, vt in decisionibus, quarum copia datur, attamen prædictæ decisiones non procedunt, quando agitur de spolio, vt fuit resolutum in istis terminis in vna Bergomen. parochialis 28. Februarij 1586. coram bo. memoriæ reuerendissimo Laureano. Cætera bene tolluntur per informantes, tam in facto, quam in iure pro Didaco, & responsiones placuerunt dominis.*

Et † ratio nostræ sententiæ est, nam de qualitati-
48 bus non consideratis, & expressis à iure, seu stilo, nõ

est facienda mentio, *Felin. in cap. super literis nu. 2. & in cap. in nostra cor. 20. de rescrip. Corras. 4. par. ca. 5. n. 38. Caputaquen. decis. 224. par. 3. & Flam. Paris. de resignatione beneficiorum lib. 10. p. 2. num. 17. de quo Menochius de arbitrar. lib. 2. casu 201. à num. 25.* Et † qualitates exprimendas ponunt Felin. *in dict. cap. in nostra*, Ripa *in dict. c. ad aures.* Selua *d. quæst. 11. & 12.* Rebuff. *in dict. repetitione, cap. nulla post tertium notabile, & in dicta forma mandati verb. pro expressis*, Corras. *dict. cap. 4. num. 56. & 57.* Menoch. & Flam. Paris. *supra.* 49

Vnde non † videtur verum quod Flam. *ibi* ait *n. 106.* & Zechus *d. cap. 3. vers. inhabilis*, in resignatione Archidiaconatus, quia habet vocem in capitulo, faciendam esse mentionem de hoc: nam licet de iure non habeat vocem in capitulo, tamen ista qualitas non est à iure nec stilo considerata, nec iure, aut stylo cauetur, vt de ea sit necessario faciẽda, mentio, quinimo de stilo non fit mentio de hac qualitate in portionibus Hispaniæ, quæ fere omnes sunt de capitulo, aut habent vocem in capitulo, ex consuetudine immemoriali, vel alias; nec in dignitatibus, quę idem habent in aliquibus Ecclesiis. 50

Nec obstat † decisio Paleoti *in Carthagin. Archidiaconatus de anno 1556. quæ est 3. pars diuersorum, li. 3. dec. 354. 355. 357. & 360.* quia, *vt apparet ex ista vltima decistone*, ideo in illo casu erat faciẽda mentio de hac qualitate, quia resignatarius erat minor, & non in ætate legitima, vt posset dare vocem in capitulo, qua Papa non voluisset priuare Ecclesiam, cum inde dicatur damnum pati, *Glossa in Clement. 2. de ætate & qualitate.* Hodie † tamen in supplicationibus de canonicatibus, ac portionib. Ecclesiarum Cathedralium, dataria, vult exprimi ordinem sacrũ annexum, & si in supplicatione ponitur clausula, *etiam si sacerdotalis*, quæ antea solebat concedi, *vt in decis. Abule.* cassatur, vnde cum iam ista qualitas sit à stilo considerata, videtur in istis gratiis necessario faciẽda mẽtio de ordine sacro annexo Canonicatui, vel portioni, alias gratia erit surreptitia, & nulla, si prouisus nõ sit illum ordinem consecutus, etiam si sit in ætate legitima, saltim vbi habent annexum ordinem presbyteratus, vel diaconatus. Nam † si esset annexus ordo Subdiaconatus, non videtur gratia vitiari, etiam si de eo non esset facta mentio, cum Papa possit intelligere canonicatum, vel portionem, ad minus habere talem ordinem annexum, *iuxta Concilium Tridentinum sessione 24. de refor. cap. 12. vers. nominibus vero:* & non oportet exprimere qualitates, quæ insunt beneficio de iure communi, sed illas tantum, quæ insunt de facto ratione consuetudinis, vel alio modo, *Felin. in d. c. in nostra, cons. 4. Selua. 3. par. q. 126. qualitate num. 12.* 51 52 53

Nihilominus † tamen existimo, quod in supplicatione non sit expressus ordo sacer, annexus canonicatui, vel portioni, & si sit presbyteratus, vel diaconatus, gratia non sit surreptitia, quia ex eo quod dataria soleat petere, quod in supplicatione exprimatur ordo, non sequitur esse & stilum, quod debeat exprimi, etsi non petatur, maxime quia aliquando signantur supplicationes, etsi non sit expressus ordo, quia forte impetrans ignorat ordinem annexum, nec in resignationibus & coadiutoriis solet fieri, aut peti ista expressio ordinis. 54

Et illa, clausula, *etiamsi † sacerdotalis*, cassatur, quando narratur Diaconatus, vel Subdiaconatus: quo casu non stante d. clausula, gratia est surreptitia, & nulla, si forte præbenda habet annexum superiorem ordinem expresse, maxime si impetrans illo caret. Alias, † si impetrans illum haberet, gratia videtur posse sustineri, etsi narrauerit inferiorem ordinem, quoniam non videtur surreptio considerabilis, quia Papa eadem facilitate gratiam concessisset expresso ordine superiori, cum impetrans illum haberet. 55 56

Alia † sunt beneficia, quæ non nisi actu presbyteris, vel alium ordinem habentibus conferri, seu ad ea præsentari possunt, ex fundatione, consuetudine, statuto, vel priuilegio *Pet. de Bayslo in directorio electionum, c. 9 2. par. n. 3. Pet. Gregor. cap. 36. cum aliis supra citatis.* vt † quando institutio vel statutum dicit quod tale beneficium non conferatur nisi presbytero tunc tempore collationis debet esse presbyter actu. Et capellaniæ, in quarũ fundatione dicitur, quod præsentetur sacerdos, vel q̃ præsentetur capellanus, seu clericus, qui Missam celebrat, Hispane, Clerigo de Missa, vel alia verba respicientia tempus, seu actũ præsentationis, quo casu præsentatus tempore ipsius præsentationis debet esse sacerdos actu, quia qualitas adiuncta verbo intelligitur seruandum tempus illius, *l. in delictis, §. 1. ff. de noxalibus, ita Abbas in d. c. cũ in cunctis, §. inferiora, num. 10. de electione. & in Clemẽtina, vt ỹ qui, num. 7. de ætate & qualitate, & ibi glos. §. illi vero, verb. annexi, & Bonifacius, num. 16. Decius in d. §. inferiora, nu. 22. & cons. 129. num. 5. Paris. d. cons. 5. 4. par. à num. 13. Ripa in lege ex facto. num. 31. ff. de vulgari, Rebuffus in praxi tit. requisita ad collationem Bonanin 35. & in repet. c. extirpanda, §. qui vero. 2. notabili de præbendis, Rochus sic intelligendus, verb. honorificũ. nu. 21. Lamber. 1. par. 2. lib. q. 7. art. 29. Ferretus cõs. 211. nu. 8. & 9. Pet. Gregor. dict. c. 36. & Spino de testament. gloss. 4. n. 67.* 57 58 59

Et idem † dicit Zerola *in praxi Episcopali, 1. par. verb. beneficium, §. 7. 5. conclus. 8. conclusionis principalis*, quando fundator, vel statutum diceret, quod prouisus de capellania sit capellanus, vel sacerdos, quod requitatur tunc quod sit actu sacerdos, & dictio *vel* esset declaratiua: & ita fuisse sententiatum, & quod tunc capellania sit sacerdotalis, non tamen actu, sed aptitudine, tenet Perez de Lara, *lib. 2. c. 5. à num. 11.* 60

Et similiter † Zechus *de republica Ecclesiastica, ca. de beneficiariis. nu. 4. notabili vltimo, vers. quo vero ad ordinem*, inquit, quod si testator leget, aut statutum, vel consuetudo habeat, quod prouisus de capellania sit sacerdos, vel capellanus, oportet vt sit actu sacerdos, vel capellanus, autem clericus tantum, &c. *& notissime D. Card. Tuschus, concl. 57. lit. B.*

Et ita tenendum † est, quamuis d. Ferretus *consil. 305.* dicat per verba testamenti, & fundationis, quod eligatur seu præsentetur facerdos, non requiri sacerdotium actu tempore electionis, seu præsentationis, sed solum aptitudine, nisi quando ordo sacerdotij fuit annexus per verba negatiua, seu annullatiua, & prohibitiua, verbi gratia, dicendo, quod non conferatur nisi presbytero, vel quod non possit præsentari sentari nisi sacerdos, &c, *quod etiam dicit Zaullos infra relatus num. 78.* 61

Et † quamuis Zerola *supra verbo ius patronatus, §. 8. 15. dubio*, dicat, quod fundata Ecclesia hac conditione, vt ad illam præsententur, & instituantur tot presbyteri, qui quotidie debeãt celebrare Missã, &c, præcisè loquendo, poterunt institui in istis beneficiis actu sacerdotium requirentibus, etiam non sacerdotes modo infra annum ad sacerdotium promoueantur. Et Flam. Paris. *lib. 4. de resignatione, q. 9. à n. 34.* quod in casibus, in quibus requiritur ætas viginti quinque 62

tiquinque annorum, & sacerdotium possit resignari, & prouideri beneficium existenti in dicta ætate, licet non sit sacerdos, *quod etiam tenet Zechus de beneficiis & pensionibus, c. 3. vers. requiritur etiam, & capit. 5. numer. 3. vers. septimo requiritur, & in constitutione, aut priuilegio, capit. 12. numero 21. vers. quo vero ad ætatem.*

63 Et † quamuis Marcus Antonius Genuen. *in praxi Archiepiscopali curiæ Neapolitanæ, cap. 24. nu. 11.* dicat, quod quando debet eligi sacerdos, debet esse actu sacerdos & nõ sufficit quod intra annum possit promoueri, idque quando tantum onus impositum est à laicis, ne ecclesiæ rahantur ab ædificatione, secus, si ab Ecclesiastico, vel per statutum Ecclesiæ, *Lamber. 1. par. 2. lib. ar. 17. q. 7.* & quod capitulum ei cui de præbendis in 6 procedit, quando non à laicis est impositum onus, &c. *quem in effectu sequitur Acor 2. p. li. 6. c. 24. q. 4.* & quãuis nouissime Gonçalez *gloss. 5. à n. 104.* doceat, quod si fundator facit capellaniam sacerdotalem, vel dicat quod sacerdotes præsententur, & non alij, adhuc sufficiat esse in ea ætate, vt saltim intra annum ad presbyteratus ordinem promoueri valeant, nisi expresserit, quod capellanus præsentandus sit actualiter sacerdos, &c. *quem sequitur Prosper de Augustino in appen. ad summam bullarij quarantæ, 2. par. verb. seruitium capellaniæ, pag. 608.* & idem tenet Perez de Lara *dict. c. 5. à nu. 16.* qui ait, quod si fundator requirit presbyteratum per verba affirmatiua, seu mixta, incipiendo affirmatiuis sufficit præsentare idoneum ad presbyteratum: si vero vtatur, seu incipiat verbis negatiuis, seu alias verba sunt clara, debet
64 præsentari actu sacerdos. Sed † prædicta doctrina, à qua non est recedendum, est communis, & approbata per Rotam in vna Romana capellaniæ 19. Martij 1586. infra adducta. num. 79. & in Valentina iuris pa-
65 tronatus, 20. Martij. 1585. infra adducta num. 193. † vbi etiam fuit resolutum, aliàs deuolui prouisionem ad superiorem, *ad Rochum, verbo honorificum, nu. 16. in fine, & Lamber. d. art. 27. in fine, & d. infra 10. par. c. 3. ad prin.* Et in causa Foroliuien. capellaniæ 10. Maij, 1589. coram D. Seraphino vt in sequenti decisione. *Fuit †*
66 *dubitatum an capellania, de qua agitur, sit sacerdotalis, ita vt capellanus debeat esse actu sacerdos, & habitu, & d. Iulius possit de hoc opponere contra dictum Octauianũ. Et quantum ad primam partem domini censuerunt, capellaniam esse sacerdotalem, cum in instrumento dotationis dicatur, quod debeat præsentari vnus sacerdos bonæ conditionis & famæ presbyter secularis, Ex quibus verbis geminatis apparet hanc capellaniam requirere sacerdotium tempore præsentationis,* cap. nemo deinceps, & ibi Gemin. & glossa de electio. in 6. Barbacia cons. 38. nu. 8. lib. 2. Decius cons. 129. n. 5. Rochus de iure patro. verbo honorificum, nu 27. Lamber. lib. 2. par. 1. q. 7. art. 27. *& fuit pluries resolutum, & cum iuris dispositione concurrit obseruantia, cum semper fuerint præsentati sacerdotes, vno excepto. Non obstat, quod Molina non potuerit in dotatione reseruare sibi ius patronatus, quia quamuis ipsa dotauerit in executionem dispositionis suorum maiorum, nihilominus potuit sibi reseruare ius patronatus, quia testator iubendo, quod capella constituatur & dotetur, si hæres hoc faciat, poterit reseruare ius patronatus, quia repræsẽtat personam defuncti,* Lamber. lib. 1. par. 1. q. 2. art. 12. nu 6. *facit decisio Rotæ. 5.* de iure patronatus in antiquis. *Nec obstat, quod non appareat de consensu Episcopi de tẽpore dotationis, quia ex diuturnitate temporis & obseruantia, præsumitur consensus Episcopi,* per ea quæ deducit idem Barbacia dict. cons. 33. in principio, lib. 2. *Nec obstat vltimus status, ex quo constat prouisum per Abb. item fuisse simplicem clericum, quia potest patronus de cõsensu ordinarij pro vna vice præsentare ad beneficium eum qui non habeat omnes qualitates in fundatione appositas,* vt per Feli. in cap. cum accessissent, n. 19. vers. 2. restringitur de constitutionibus, Berolus, cons. 5. nu. 38. lib. 1. *Præterea, non obstat etiam quod demus illam præsentationem fuisse nullam, cum non constituat statum aliquem legitime prescriptum, quare sequitur requiri vt præsentetur, is qui sit actu & habitu sacerdos. Quantum ad secundam partem, an de hoc defectu possit Iulius opponere, fuit resolutum posse, quia cum sit reus & possessor, potest vincere ob non ius aduersary. Nec obstat, quod in prouisione Apostolica per clausulas generales censeatur derogatum huic qualitati, quia dictæ clausulæ non operantur derogationem qualitatum in fundatione expressarum, nisi de his fiat expressamentio in impetratione.* Felinus in cap. nonnulli in principio de rescriptis, numero vigesimotertio *& idem tractatu quando literæ Apostolicæ in septima ampliatione, non obstant decisiones Sanct. Congregationis Concily allegatæ in pluribus causis. Et in specie in causa Romana Capellaniæ coram D. Pamphilio, quia procedunt iuxta terminos allegationis Lapi. 35. nempe, quando simpliciter fundans vult, quod præsentatus celebret diuina in altari constructo, quia potest per alium celebrare* non autem quando expresse in fundatione cauetur, vt præsentetur sacerdos, *& ita perpetuo fuit in Rota obseruatum.*

Et in causa Lucana capellaniæ, 4. Decemb. 1595. coram Domino Gipsio, *de qua infra nu. 81.* fuit idem tentum, & in aliis pluribus causis.

Et sententiæ † authorum *de quibus supra, nu. 61. 62. & 63* conuincuntur clare, nam qui non est actu, sed aptitudine, sacerdos non est, nec dicitur vere, nec absolute, & simpliciter sacerdos, vt patet, & sic in eo non verificantur verba requirentia sacerdotium. 67

Et allegata † per Flam. *d. q. 9. n. 36.* & dictum capitulum ei cui, loquuntur de beneficio sacerdotium requirente, non tamen actu, *de quo* s. *n. 40.* & decisio 1. *de præbendis in nouis,* quam allegat *nu. 37.* fundatur in derogatione per clausulas generales, *vt infra d. 119.* 68

Vnde non † placet decisio Rotæ in causa Pampilonen. beneficij 11. Februarij, 1591. coram D. Mantica, in qua domini *censuerunt beneficium non esse sacerdotale ex obseruantia interpretatiua subsecuta, licet Bulla Pauli III. loquatur de presbyteris, & proprie dicatur, qui habent ordinẽ sacerdotij; tamen quod hoc nomen potest etiam clericis conuenire, vt colligitur ex capite vestra, iuncto principio cum fine de cohabitatione clericorum, &c.* Nam ista † reuera non est obseruantia interpretatiua, sed contra d. Bullam, & sic non valeret, nisi esset legitime præscripta, *vt in d. Foroliuien. supra adducta:* nec dict. cap. vestra probat, quod nomen presbyterij conueniat clericis simplicibus, & repugnat etiam communis vsus loquendi, &c. quamuis istam decis. referat & sequatur Gonçalez *supra numero 85.* 69

Nec etiam mihi placet decisio in causa Lucana capellanię 17. Dec. 1593. coram D. Gipsio, *in qua fuit resolutum stante fundatione capellaniæ, quod eligatur vnus presbyter honestus, & idoneus, qui pro ipsius anima missam celebret cessante iusto impedimento & quod eius filij & descendentes essent patroni, & vti tales possint eligere vnum presbyterum, siue capellanum, & c. præsentationem & prouisionem Apostolicam subsecutam, non esse inualidã, non obstante defectu ordinis & ætatis ad sacerdotium præsentati, qui infra annum nõ poterat ad sacer-* 70 71

Actum promoueri, non maior 14. annis, licet minor 25. non est incapax beneficij, nec debet per se ipsum deseruire L. apud allegatione 35. & 116. maxime, quia testator alternatiue locutus est de presbytero, seu capellano, & fuit allegata declaratio S. Congregationis in causa Pistorien. & maxime stante obseruantia iuxta hoc, cum ultimi præsentati non essent sacerdotes, & ad iudicandam qualitatē beneficij, vltimus status inspicitur, Dec. consil. 126. *& de præsenti statu præsumitur in præteritum, maxime vbi adest probabilis causa ita præsumendi*, Alciatus de præsumptionib. reg. 2. præsumpt. 26. &c.

72 Hæc tinquam decisio mihi non placet, nam in illis verbis, quod possent eligere vnū presbyterum, siue capellanum, dictio, siue, stat expositiue & declaratiue, *vt per Zerolam & Zechum sup. relatos, num. 59. &* 60. quod in casu istius decisionis clarius apparet, ex quo in fundatione prius fuerat dictum, quod eligatur vnus presbyter honestus & idoneus, &c. Et vna pars scripturæ declarat aliam, *l. qui filiabus, ff. de legatis. 1.* Nec suffragatur d. obseruantia & status vltimus, nisi esset legitime præscriptus, *vt in d. Forolunien.*

73 Vnde etiamsi † in fundatione capellaniæ cauetur quod præsentetur sacerdos proximior de parentela, si inueniatur alias clericus, si tempore præsentationis fuerit aliquis sacerdos, ille debet præsentari, licet sit remotior, & erit præferendus, etiamsi postea ante institutionem alter proximior esset sacerdos. nam debet attendi tempus præsentationis, *Perez de Lara lib. secundo capit. 9. numero 59.* vt ex superioribus apparet, & ex decis. Rotæ in causa Tarraconen. beneficij. 9. Decemb. 1580. coram D. Seraphino, quæ sic ait. *Fuit resolutum ambas descendentias esse bene probatas: Nā quātum ad descendentiam Iacobi nulla prorsus adest dubitatio, quantū ad descendentiam Gabrielis, ea quoque est bene probata, nam quod controuertitur an primus Berengarius sit filius Bernardi secundi facile tollitur: primo enim adest testamentum Bernardi, qui inter cæteros instituit Berengarium in filium suum, & licet sit vnicum instrumentum, tamen coadiuuatur, quia Berengarius Ortomeda, & ipse fecit testamentum, & instituit Berengarium filium suum: & ita habemus duo, quæ faciunt mentionem de Berengario: & licet in secundo non dicatur Berengarius filius Bernardi, tamen cum dicatur Berengarius Ortomeda, & sic concurrant duæ demonstrationes, satis dicitur probata identitas: & idem est de sequentibus gradibus. Hoc supposito subintrat alia difficultas, quisnam eorum sit præferēdus, & licet Iacobus prætendat se esse præferendum, cum descendat per lineam masculinam, Gabriel vero per fœmineam, tamen hoc fundamentum non placuit*, ex dictis per Castrensem, l. 1. numero 4. C. de conditionib. insertis, & ex notatis per Doctores, in cap. nouit, de iudiciis: *quia quando non est habenda ratio conseruationis agnationis, semper comprehenditur masculus ex fœmina*, Socinus l. Gallus, §. nunc de legen. 8. de liberis & posth. & alij ibi, *tunc enim habet locum textus* lege prima. Cod. de condi. insertis, & leg. Lucius de hæredibus instituendis. *& hoc per subsequētem obseruantiam declaratum fuit, ex quo fuerunt postea præsentati, & instituti descendentes ex fœmina*, Aim. cons. 118. numero secundo *Præterea cum in fundatione mādetur, vt præferatur & instituatur presbyter, si inueniri poterit sin minus clericus, & Gabriel esset presbyter tempore præsentationis, Iacobus vero clericus tantum, cessat difficultas, quia attenditur tempus præsentationis & institutionis*, cap. si ex eo tempore de rescrip. in 6. Sarnen. de non tollendo, q. 1. n. 10. *& ita fuit alias tentum in vna Parmen. iuris patronatus, coram R. Domino Blancheto de anno 1573. Quæ de mala fama obiiciuntur, tollerentur ex testibus pro eo examinatis, concurrente etiam præsumptione, quæ ex institutione per ordinarium de eo facta oritur: cætera ex deductis tolluntur.*

§. 1.

De aliquibus difficultatibus & dubiis.

SEd est difficultas, † an capellania sic sacerdotalis ex eo solo, quod habeat onus celebrandi annexum, vt quia fundator disposuit, quod capellanus celebret, seu debeat celebrare tot missas, vt est ordinarium 74

In qua difficultate est prima sententia esse sacerdotalem actu, ita vt non possit prouideri, nec ad eam 76 præsentari nisi actu sacerdos, nam eo ipso, quod fundator vult, quod capellanus debeat missas celebrare, videtur voluisse præsentandum esse sacerdotem, vt illas possit celebrare. *Ita Barbatia cons. 33. scripsit Psalmista hic. 2. quem sequuntur Lamber. dict. quæst. 7. artic. 27. Didacus Perez in lege prima tit. sexto lib. 1. ordinamenti, glossa secunda ad finem, vers. notabile etiam est dubitare. Ioan. Gutierrez. cons. 1. numero 11. & cons. 2. num. 15. Quintanaduennas, lib. 4. Ecclesiast. nu. 67. Mart. Rod. 3. q. quæst. regularium, 2. to. q. 122. ar. 2. ad finem & videtur tenere Beroius, cons. 5. numer. 14. vol. 1.* Et † procedit etiamsi fundator dicat, quod 77 præsentetur capellanus, qui per se, vel per alium debeat celebrare. *secundum Barbaciam supra, & Lamber. d. q. 7. ar. 28. & Ioan. Gutierrez sup.* ¶ Secunda † 78 sententia est, capellaniam per onus celebrandi iniūctum esse sacerdotalem, non tamen actu & contemporanee, sed solum aptitudine, & ideo non oportere, quod præsentādus sit actu sacerdos, sufficere quod sed sit in ætate legitima ad sacerdotium, licet non habeat nisi primam tonsuram, *iuxta dicenda infra c. 3. Ita cum Ferreto dicons. 305. tenet D. Spino d. gloss. 4. n. 68.* & hoc idem videtur velle Abbas *in cap. dilecto n. 3. de præbend.*, quem pro prima sententia citat Io. Gutier. *supra*, dum ait, quod possunt dici sacerdotales illæ præbendæ, quæ habent onus celebrandi annexum: *facit capitulum et cui, de præb. lib. 6. & clarius in d. Clem. vt ij qui nu. 7. sequitur Zanallos, quæst. 693. ex num. sexto* etiamsi fundator dicat, quod præsentetur presbyter, nisi aliter expresse esset dispositum à testatore, dicendo, quod præsentetur sacerdos qui celebret missas, & non etiamsi sit in minoribus, & ætatis legitimæ. *Sequitur etiam Parlad. differ. 120. à n. 14.*

Et hanc † secundam sententiam tenuit Rota in d. 79
Rom. capellaniæ 19 Martij. & 14. Nouembr. 1586 coram Illustrissimo Pamphilio, vt in decisionibus sequentibus.

14. Martij 1586.

Domini concorditer resoluerunt in capellania sanctorum Laurentij & Antonij, de qua agitur, non requiri, quod præsentatus sit actu sacerdos, dummodo sit talis, quod infra annum possit promoueri: licet enim quando annexus ordo, requiritur in ipso actu præsētationis, vt si dicatur, quod præsentetur sacerdos, vel capellanus qui missam celebret, vel alia verba de necessitate respicientia ipsū tēpus præsentationis, requiratur, quod de eo tēpore sit actus

sit actu sacerdos, quia qualitas iuncta verbo intelligitur secundum tempus illius, Abbas in c. cum in cunctis §. inferiora sub nu. 10. & Decius, n. 12. de electione, Vital. in Clem. 2. §. in illa n. 16. post Imolam, vol. 1. de ætate & qualitate, Paris. cons. 50. n. 12. cum seq. libro 4. *Nihilominus, quando verba fundationis non respiciunt actum præsentationis, sed potius illius prosecutionem, tũc sufficit, quod præsentatus sit sacerdos habitu licet non actu*, Abbas d. §. inferiora n. 10. & ibi Dec. 22. Imol. & Vital. vbi supra. *Et alias fuit per dominos resolutum die 20. Nouembr. 1573. coram bonæ memoriæ Cota in causa Romana capellaniæ de Capesuchis: & facit, quia regulare est in beneficiis sacerdotalibus sufficere solam habilitatem ad sacerdotium*, c. 2. cum ibi notatis de institutio. lib. 6. c. si pro clericis, vbi Francus, Gemin. & alij de præbendis eodem lib. Innocentius in d. capit. cum in cunctis §. inferiora, & ibi Abbas & Decius, Rom. cons. 325. n. 1. Decius cons. 122. sub nu. 2. Rolan. cons. 47. n. 59 lib. 1. *vnde cum in præsenti casu inspectus verbis fundationis capellaniæ, non sit habitus respectus ad ipsum tempus præsentationis, sed potius ad tempus post institutionem, cum dicatur pro sustentatione vnius clerici, qui eidem capellaniæ in diuinis deseruiat. Et inferius, quod beneficium pro tempore obtinentes certas missas qualibet hebdomada celebrare debeat, &c. Quæ omnia respiciunt prosecutionem ipsius præsentationis, & tempus post institutionem, concludendum est sufficere, quod præsentatus sit sacerdos habitu, licet non actu, vt in d. Romana capellaniæ dictum fuit. Non obstant in contrarium allegata, quia loquuntur quando verba fundationis respiciunt ipsam præsentationem, & ita loquitur Barbacia* cons. 33. 2. dub. num. 8. libro 2. *vbi testator dixerat, quod capellania conferretur presbytero, & ita debet intelligi Lamber. qui Barbaciam sequitur*, de iure patron. part. 1. libro 2. q. 17. art. 25. & sequenti, & *Rochus* verb honorificum q. 41. sub numero 21. *qui exemplificat quando dictum fuit, quod præsentaretur sacerdos, vel capellanus qui missas celebret, & Decius* cons. 127. sub num. 5. *vbi in fundatione cauebatur, quod præsentaretur presbyter, & in istis terminis procedit decisio facta coram R. P. D. Blancheto in causa Parmen. iuris patronatus, sub die 8. Iunij de anno 1573. & alia facta coram R. P. D. Orano in causa Firmana iuris patronatus, die 26. Nouembris* 1582. & ita domini vnanimiter resoluerunt.

In eadem † coram eod. 14. Nouem. 1586. 80

Fuit resolutum non constare de sufficienti ætate domini Pauli, ita quod potuerit præsentari ad capellaniam, de qua agitur, licet enim domini admittant, ex testibus probari clericum de tempore præsentationis attigisse 24. annum per quatuor menses, dixerunt tamen hanc ætatem non sufficere, quia cum illa capellania, vt fuit resolutum, habeat annexum ordinem sacerdotalem, saltim aptitudine, seu habitu, debet præsentatus tempore præsentationis esse in ea ætate, quam annexus ordo requirit, & sic attigisse 25. annum. iuxta Clemen. vltimam de ætate & qualitate. *Ita notat gloss.* in cap. ei cui, in verbo, ætate de præbendis in 6. *quam omnes sequuntur, Ioan. Andr.* n. 1. *qui licet dicat hanc opinionem non modicum rigoris habere in eo, qui est ita proximus ætati legitimæ, quod ante aduentum priorum temporum ordinandus inchoasset 25. annum, adeo quod ob defectum ætatis non impediretur, quominus in illis proximis temporibus posset fieri sacerdos, subdit tamen nimis præsumptuosum esse hoc assertiue dicere, & conditoris esse & non g ossatoris hunc æquitati prouidere.* Idem notat Butr. ibi numero duodecimo, Franc. numero 13. Gemin. numero decimo & alia gloss. in cap si eo tempore, & ibi Franc. numero 10. de rescript. in 6. *Abbas* in cap. cum in cunctis §. inferiora numer. 10. *vbi quod annus non datur ad complendam ætatem, sed vt is, qui tempore præsentationis est legitimæ ætatis quanto citius, statutis tamen temporibus se promoueri faciat*, & ibi Decius glo. 4. nota, & n. 11. de electione, Roma. cons. 35. nu. 1. Rochus de iure patronatus, verbo honorificum, nu. 23. Lamber. li. 2. p. 1. q. 7. ar. 29. sub n. 4, late Rolan. cons. 47. sub n. 59. lib. 1. *qui alios allegat, & ita domini concluserunt.*

Eandem sententiam † videtur tenuisse Rot. in d. Lucana capellaniæ 4. Decembr. 1595. coram Domino Gipsio, in qua fuit dictum: *Quod quando verba respiciunt actum præsentationis, scilicet præsentetur presbyter, tunc præsentandus debet esse actu sacerdos: si vero verba presbyterum significantia prosecutionem præsentationis respiciunt, vt scilicet præsentetur qui celebrare teneatur, tunc satis est, quod sit habitu presbyter, quamuis non sit actu, &c.* 81

Tertia sententia † est, quod prima sententia procedit in fundatione laici, secunda vero in fundatione personæ Ecclesiasticæ, *ita lo. Gutier. d. consil. 1. numero 18. in additione vltimæ editionis, ex Lamber. dict. qu. 7. artic. 29. num. 3. & Ferret. d. consil. 305. cuius opinionem ita saluat & intelligit, sequitur Açor 2. p. lib. 6. c. 24. q. 3. & 4.* 82

Sed reuera † quantum ad hoc non videtur esse differentia inter fundationem personæ Ecclesiasticæ, & laici: nam si in fundatione laici illa verba important, quod sit sacerdotalis actu, idem etiam importabunt in fundatione personæ Ecclesiasticæ, & econtra, si in fundatione personæ Ecclesiasticæ non important, quod sit sacerdotalis actu, sed aptitudine. Idem erit in fundatione laici: nam hic attendenda sunt verba fundationis & eorum vis. Nec † Lamb. *d. art. 29. n. 3.* facit istam differentiam, sed solum facit differentiam, quãtum ad derogationem fundationis per clausulas generales gratiæ, non obstantibus iuxta Collectorem, *dec. 1. de præbendis in nouis*, de quo infra *à numer.* 116. 83 84

Quarta sententia † vera & tenenda est, capellaniã non esse sacerdotalẽ, nec actu, nec aptitudine ex eo, quod in fundatione dicatur capellanum debere celebrare missas, seu diuina officia, sed posse prouideri simplici clerico 14. annorum. 85

Et ratio † est, quia nisi expresse videatur, quod per seipsum hoc agat, satis censetur prouisum voluntati fundatoris, si per alium celebrare faciat. nec requiritur personalis residentia, ex quo sumus in beneficio simplici, in quo ex generali consuetudine non requiritur residentia, *vt supra dictum est 3. par. capit. secundo à numero 3. Lapus allegatione 36. seu 35. numero 2. & 4. & allegatione 116. & 117. numero 2. vbi Mando. Felin. in cap. cum omnes de constitut. sub numero 32. & ibi Dec. 2. lectura numero 55. Millis in repertorio verb. beneficium simplex, Ferretus cons. 112. Oteda de incompatibilitate beneficiorum 2. par. 1. num. 2. Zerol. in praxi Episc. verb. beneficium. §. 7. 1. 2. & 3. concl. 8. concl. principalis, Zech. de repub. Eccl. d. c. de beneficiatis num. 4. vers. ad dignoscendum vero, Emanuel Sa ex congregatione Concilij verb. beneficium. nu. 28. & verb. residentia numer. 10. Açor 2. par. libro 3. c. 8. quæst. 5. ad finem*, dicens nunc consuetudine receptum esse, vt capellani simplex tantum beneficium habentes liberi sint ab obligatione residendi: hoc tamen locum habere in his capellanis, quibus nullum præceptum resi- 86

dendi est impositum ex peculiari ipsarum institutione, vel priuilegio, vel statuto, vel consuetudine speciali, &c. *Azened. cons.20. à nu.4. qui in fine ponit declarationem Parm. adductam n.seq. Gratian. dec.155. & nouissime Perez de Lara de anniu. & capel. li.2. c.7. n.7. & c.8. n.42.*

87 Et sic † censuit S. Congregatio Concilij in vna Parmen. his verbis. *Episcopus non potest cogere obtinentem capellaniam, vt ipsemet celebret, licet in eius fundatione disponatur quod rectores celebrent: nam istis oneribus missarum recte per substitutum satisfit.* Alia. *Habens capellaniam non tenetur promoueri ad sacerdotium, nisi in fundatione cautum sit, vt capellanus per se ipsum missas celebret: sed debet curare, vt per alium missæ in illa celebrentur. Neque erit satisfactum oneri, si missæ in alia Ecclesia celebratæ erant: nec personalem residentiam requirit, nisi aliter in fundatione cautum esset.* Et in vna Aquilana ait: *Capellani, qui in eorum capellaniis residentiam requirentibus personalem inseruiunt per substitutos, non sunt cogendi ad personaliter residendum, antequam inspiciantur verba fundationum dictarum capellaniarum.*

Et fuit † resolutum per Rotam in vna Brixien. ca-
88 pellaniæ 2. Martij 1598. coram D. Tita, *Quod capellania non requirit personalem residentiam, nisi fundator iusserit, quod capellanus per se ipsum inseruire teneatur.* Lap. alleg.36. *quia ex generali consuetudine beneficia simplicia personalem residentiam non requirunt: & licet id non procedat, vbi liquido constat de particulari consuetudine in contrarium,* ad consi. 170. libro secundo cum aliis, *tamen ad eam probandam non sufficit probare prædecessores resedisse, & per seipsos inseruisse, cum simus in materia facultatiua: sed quod id fecerint coacte, & non voluntarie. Quod satis difficile erit,* iuxta notata in capit. cum Ecclesia Sutrina, de causa possess. &c.

89 Vnde apparet † falsum esse, quod ait Nauarr. *cons. 6. n.3. de clericis non resid.* quod verbum, interfit, cantet, vel seruiat in fundatione capellaniæ positum, tantum importat, quantum verbum, resideat: quod intelligitur de residentia personali: nam licet verum sit de verb. interfit, vel assistat, non tamen de verb. cantet, vel seruiat, nisi aliunde id colligatur, *vt apparet ex declarationibus addictis n.87. & 93. & aliis allegatis.* Vnde etiam non videtur verum, quod dicit Açor 1. *part. lib.10. c.24. q.7. ad fin.* & cum eo Perez de Lara *lib.2. c.8. n.43.* quod si fundator capellaniæ dixerit, volo quod presbyter ad hanc capellaniam electus sacris operetur quotidie, tunc persona sacerdotis censetur electa, ita vt per se ipsum debeat celebrare, quia verba diriguntur ad personam. Quod est contra dictas declarationes, & alia allegata quæ loquuntur etiam vbi verba diriguntur ad personam. Placet tamen quod dicit idem Perez de Lara *d. lib.2. c.7. num.6.* quod capellaniæ habent residentiam personalem, quando vltra missarum celebrationem habent onus adiuuandi curatum in cantando, & aliis similibus: & vbi imponitur interessentia, seu assistentia, & residentia chori, censetur iniunctum seruitium personale, non solum chori, sed etiam missarum.

Addo quod † appellatione clerici venit simplex
90 clericus primæ tonsuræ, *cap.1.21. dist. Glos. & DD. in cap.2. de præbend. l.1. in fine, & ibi Gregor. tit.6. par.1. Abb. in rubr. de vita & honestate clericorũ, Aufrerius in repetitione Cle.1. de officio ord. in prin. nu.1. Rebuff. de congrua numero 19. Lambert. dicta quæst.7. artic.2. Caldas Pereira in dict. l. si curatorem habens, verb. læsis n.* 104. *Mendez de Castro in l. cum oportet, C. de bonis quæ liberis num.166.* & Zauallos *q.524. ad finem,* dicens notabile, & ad causas capellaniarum, in quibus clerici generaliter vocantur: quod est intelligendum de clerici primæ tonsuræ, & *Carillo in itinerario ord. sect.7. n.28*

Et hanc quartam † sententiam videtur tenere Ze-
rola *d. §.7.4. & 5. concl.8. conc. princip.* vbi ait, in capel- 91
lania requirente missarum celebrationem simpliciter posse beneficiari clericum, qui non sit actu sacerdos, cum possit per alterum deseruire. Et Marc. An- 92
ton. Gen. *d. cap.24. num.11.* dicens notandum, quod si testator mandauit, quod eligatur capellanus sacerdos, tunc sacerdos eligi debet, & secus si dixerit, quod capellanus celebret, nam tunc potest huic oneri missarum satisfieri per substitutum, cum non sit electa industria personæ, & qui per aliũ facit, per se ipsum facere videtur, *Lap. d. alleg.116. & 117.* & quod ita censuit S. Congreg. ac proinde potest conferri non sacerdoti: & quod ita debet intelligi Lamber. *d. art. 27.* Tenet etiam hanc quartam sententiam Gratian. *d. dec.155.*

Et hæc quarta † sententia est in terminis approba- 93
ta per S. Congregat. Conc vt apparet ex declaratio-
nibus sequent. *super cap.5. sess.25. de ref.* Prima, *Potest conferri simplici clerico capella habens onus celebrandi missas, nisi in fundatione cautum sit, vt per se ipsum celebret.* Secunda, *Stante fundatione capellæ cathed. Pistor. sub his verbis testatoris, quod capellanus debeat celebrare diuina officia, die, nocteque, sicut cæteri capellani faciũt, Dubitatur, vtrũ capellanus iste debeat esse presbyter, Congregat. Concil. censuit, ex istis verbis positis in fundatione huius capellæ, non censeri necessario quod capellanus debeat esse presbyter.* Quæ declaratio habetur etiam in declaratione Abulen. *infra adducta numer.99.*

Qua † declaratione Pistor. attenta, Rota in d. Ro. 94
capel.2. Ianuarij 1589. coram Do. Pamphilio mutauit sententiam, & recessit à resolutis, amplectendo hanc sententiam, vt apparet ex ipsa decisione, quæ sic se habet: *Domini attenta resolutione illustrissimorum Dominorum, S. Conc. interpretum in causa Pistor. quod præsentandus non debeat esse presbyter, ex eo quod in fundatione dicatur capellanum debere celebrare diuina officia,* quia iuxta allegat. Lapi 36. *nisi expresse caueatur, quod per se ipsum hoc agat, satis censetur prouisum voluntati testatoris, si per alium diuina celebrari faciat:* ad reg. qui per alium, &c. & tradit Card. in cap. de multa in fi. vers. quanto, &c. de præb. *recesserunt à resolutis in hac causa, & dixerunt capellaniam non esse sacerdotalem, quia ex verbis fundationis non astringitur capellanus ad deseruiendum capellæ in diuinis, & missam celebrare per se ipsum: & cum simus in beneficio simplici, in quo ex quadam generali totius orbis consuetudine non requiritur residentia,* vt post Cardin. tradit Imol. in cap. fin. numero nono de cler. non residen. *sufficit quod deseruiatur per substitutum,* ad not. in cap. super eo de præb. in 6. Lap. alleg.36. sub numero 4. & alleg.117. sub numero secundo, Cardin. d. cap. de multa in fin. Dec. cap. cum omnes 2. lect. de constitut. cum aliis allegatis. *Non obstat, quod in hoc casu verba fundationis videantur directa in personam ipsius capellani, cum dicant, quod beneficium pro tempore obtinens certas missas in qualibet hebdomada, in eadem capella celebrare deberet, quia illa non respiciunt actum ipsum celebrationis missarum ab ipsomet capellano: sed potius sunt posita ad denotandam obligationem, & onus, quod ipsa testatrix capellæ imponebat: & sufficit quod onus*

non

non sit ita impositum capellano, quod per alium explere nō possit, quia alias cum à iure personalis residentia non requiratur, poterit per alium inseruire, ex prædallegatis: vltra quod in casu resolutionis Congreg. verba erant directa ad capellanum, prout etiam in casu allegationis Lapi, vbi testator mandauit dimidiam suorum bonorum presbytero eligendo dari pro celebrandis missis. Quod dicitur in casu dec. Pistor. non fuisse factam mentionem celebrationis missarum, sed tantum diuinorum, tollitur per rationem deseruire per alium, quæ militat vtroque casu: & eo magis venerunt Domini in hanc sententiam, quia concurrit mens fundationis, quæ colligitur ex præsentatione ab ipsamet facta de Hieronymo de Longonibus, qui huic capellæ deseruiuit per substitutum. Paris. consi. 56. n. 19. lib. 4. *& postea fuit fere semper possessa à simplicibus clericis, qui missas per alios fecerunt celebrari,* l. si de Intentione. ff. de legib. Aim. conf. 101. cum similibus.

95 Eandem † sententiam tenuit Rot. *in d. Forol. supra adducta numero* 66. & in d. Lucana capellaniæ 17. Decembris 1593. *supra relata numero* 71. & in vna Cæsaraugustana beneficij 4 Maij 1594. coram Domino
96 Mantica, 4 in qua fuit † resolutum, *quod in capellania, ad quam testator, seu fundator vocat consanguineos, & in pari gradu vult præferri magis idoneum scientia, doctrina, & moribus, præferendus est ex duobus præsentatis in pari gradu is, cui ordinarius fecit institutionem, qui præsumitur magis idoneus iuxta dispositionem testatoris: nam in his multum præsumitur pro ordinario,* Concil. Triden. sess. 24. cap. 18. vers. peracto. *Et fuit resolutum in pluribus causis, & accedebat, quod ille præsentatus fuit ab omnibus patronis, alter vero à duobus iuratis tantum, qui cum sint nominati, nomine collectiuo, habent tantum vnam vocem,* Felinus in cap. pastoralis de rescrip. numero 9. Ias. in l. iuris gentium, §. fin. ff. de pactis numero 13. Abb. consi. 57. prima p. & Dec. consil. 122. Selua de benef. 2. p. qu. 17. n. 5. Roch. verb. ipse velis q. 3. Lamber. 2. p. 1. lib. q. 1. ar. 28. Prob. ad Monach. in rub. de iure patr. in 6 à n. 15. Crescen. dec. 3. & 4. de iure patr. & Rota dec. 408. 1. par. diuer. *Accedebat etiam, quod ille erat consanguineus per lineā masculinam, alter vero per fœmininam: vnde cæteris paribus est præferendus. Nec obstare, quod alter esset actu sacerdos, & sic præsumatur magis idoneus.* Lamb. 1. par. 2. lib. q. 7. ar. 27. 28. & 29 *quia hoc cessat stante iudicio ordinary, iuxta dicta. Nec etiam obstare capellanū debere esse sacerdotem, cum deberet celebrare, quia cum non requiratur sacerdotium in actu præsentationis, non est sacerdotale beneficium, vt fuit resolutum in d. Romana capellaniæ coram D. Pamphilio, & pluribus aliis causis, &c.*

Et dictam quartam sententiā tenet post hæc Gonçalez *ad reg. de mensibus glos. 5. ex numero* 72. dicens, ita etiam nouissime resolutum in Tirasonen. capellę 9. Iunij 1603. coram Do. Sacrato. vbi etiam fuit adducta alia ratio, quod prædicta verba, *Qui celebret tot missas,* non respiciunt factum ipsum celebrationis ab ipsomet capellano, nec obligationem sacerdoti, potius sunt posita ad denotandum obligationem, & onus, quod ipse fundator capellaniæ ponebat: & sufficit quod onus expresse non sit ita impositum capellano, quod per alium explere non possit: & ideo cum capellania sit beneficium simplex, in quo ex generali totius orbis cōsuetudine nō requiritur residentia, resultat sufficere quod seruiat, & missas dicat per substitutum, & c. Et numero 44. ait, quod ista opinio est sine difficultate amplectenda, cum tam S. Concilium Trident. Congr. quàm Rota multoties illam canonizauerit. *Tenet etiam dictam quartam sententiam Pref. de Aug. in append. ad summam Bullary 2. part. verb. seruitium capellaniæ pag. 607. citans Gonçalez supra, & adducens declarationem Parmen. supra positam, nu. 87. & Pistorien. positam num. 93. Et nouissime eandem quartam sententiam tenet Perez de Lara lib. 2. c. 5. numero* 8.

Et † quod quando testator mandauit præsentari 79
presbyterum, seu rectorem causa celebranda missas, beneficium non dicitur sacerdotale, fuit tentum in vna Firmana altaris 5. Decembris 1594. *infra relata* 10. *par. cap. secundo, numero* 37. Quæ tamen resolutio difficultatem patitur ex supra dictis *nu.* 72.

Vbi vero † in fundatione caueretur, quod per se 98
ipsum deberet celebrare, seu quod deberet personaliter deseruire, aut quod resideat: quod verbum secundum vulgarem modum intelligendi intelligitur de residentia personali. *Nauar. d. cons 6. numer. 2. de cleric. non resid. de quo supra n.* 89. tunc procederet secunda sententia, *ex Rebuf. in d. repet. cap. extirpanda, §. qui vero 2. notab. & alijs supra citatis, & Goncalez sup. à n.* 100.

Et † ita censuit Sacra Congregatio Concilij anno 99
1604. ad instantiam agentis Episcopi Abul. vt in sequenti declaratione, quam vidi authenticam ad 23. *Stante decreto S. Concily Trident.* cap. 5. sess. 25. *infrascriptæ dubitationes oriuntur, quæ ad instantiam agentis Reuerendissimi Episcopi Abulens. per S. Congregationem Illustrissimorum Cardinalium Concily Tridentini petuntur declarari, stante fundatione capellæ in Ecclesia cathedrali, sub his verbis testatoris, quod capellanus debeat celebrare diuina officia, die, nocteque: dubitatur, vtrum capellanus iste debeat esse presbyter. Secundo, si ex fundatione cautum sit, vt capellanus per se ipsum celebret missas capellaniæ, an possit ista capella conferri simplici clerico. Tertio, an capellania, cui est annexum onus duarum missarum in hebdomada per proprium rectorem celebrandarum, dicatur sacerdotalis, & non possit conferri clerico 14. annorum. Quarta, an si de consensu patronorum possit dispensari cum minori 25. annorum ad capellam simplicem obtinendam, ad quam ex fundatione est præsentandus sacerdos. Ad primum Congregatio Concily respondit ex his verbis non inferri, vt capellanus debeat esse presbyter. Ad secundum & tertium, posse quidem conferri simplici clerico, in ea tamen ætate constituto, vt intra annum ad sacerdotium promoueri queat; nisi alias essent verba in fundatione posita, quæ requirerent obtinentem tempore collationis esse actu presbyterum. Ad quartum, hanc dispensandi facultatem Episcopis post Concilium non competere. P. Aemil. Cardin. S. Marcelli.*

Et ita procederet † dict. resolutio in causa Lucana 100
capellaniæ, 4. Decembr. 1595. supra relata *numero* 81. Et ita etiam videtur accipienda decisio in causa Abul. capellaniæ de Crebreros 12. Nouembr. 1599. coram Do. Seraphino, in qua aliqui ex dominis existimabant ius patronatus esse sacerdotale, & ideo debuisse præsentari sacerdotem, vel saltim constitutum in ea ætate, vt posset fieri sacerdos, vt in sequenti decisione, *Fuit † resolutum, Francisco non posse* 101
adiudicari capellaniam, de qua agitur: nam præsentatio de eo facta nullius est momenti, cum emanarit à fratre Didaco de Valdes, quem etsi admittamus à Magdalena descendere: tamen cum esset professus in monasterio S. Dominici in Indis ordinis B. Mariæ de Mercede redemptionis captiuorum, totum ius præsentandi translatum fuerat in monasterium, & eius superiorem, authentic. ingressuri, C. de sacrosan. Eccles. cum

ad monasterium de statu regul. Lmb. de iur. patr. p. 1. lib. 2. art. 11. quæst 2. n. 12. *Nec tuuari potest licentia prouincialis, ex pluribus. Primo, quia eius iurisdictio non poterat excedere fines Regni Castellæ in Hispaniis, super quibus habebat iurisdictionem, non autem super monasteriis Indiarum*, capitulo 2. §. fin. de constitut. in 6. *Secundo, quia Generalis ordinis adit us pro obtinenda licentia illam noluit concedere, ideo inferior contra eius voluntatem non potuit eam concedere*, capitulo vt nostrum, capitulo vt debitus de appel. Gambar. de authorit. legati libro sexto numero 708 & Neuiz. consil. 116. numero 11. *Tertio, quia cum Didacus vsus est dict. facultate, iam expirauerat officium eius, qui licentiam dederat*, capitulo præsenti de officio leg. in 6. *& in hoc fuerunt concordes omnes domini. Ex alio quoque capite aliqui ex dominis existimabant hanc præsentationem inualidam: nam ex verbis fundationis videtur hoc ius patronatus esse sacerdotale, ac ideo fuisse necessarium præsentare capellanum, vel sacerdotem; vel saltim constitutum in ætate tali, vt posset fieri sacerdos.* Glo. in cap. ei cui. verb. ætate de præb. in sexto & ibi Ioan. And. But. num. 12. Franc. numero 13. Gemin. numero 10. *& alij allegati in causa Romana capellaniæ 14 Nouembr. 1586 coram R. P. D. meo Pamphilio. Quamtum ad præsentationem nihil fuit resolutum, sed restricta fuit difficultas cæteris reiectis, an præsentatio Generalis fuerit in tempore, quòd ex eo pendet, an hoc ius patronatus, quando est penes monasterium, sit iudicandum ad hunc effectum Ecclesiasticum, vel laicale.* Sed certe visa fundatione istius capellaniæ, ex eius verbis potius apparet esse sacerdotalem actu.

102 Modo † succedit secunda difficultas, an vbi capellania est sacerdotalis actu, vel habitu ex fundatione possit Episcopus, cum consensu patroni hæredis, seu successoris fundatoris, saltim pro vna vice dispensare, vt prouideatur non habenti dictam qualitatem requisitam.

103 Et † loquitur de patrono, hærede, seu successore fundatoris: nam de patrono fundatore clarum videtur posse tollere, & alterare conditiones, seu qualitates tempore fundationis appositas, etiam ex post facto cum consensu Episc. *vt volunt DD. in c. cum accessissent de const. vbi Fel. n. 19. & Dec. 51. Roch. d. verb. pro eo quod q. 14. n. 30. Lamb. d. q. 7. ar. 23. Prob. ad Monac. in c. ei cui de præb. in 6. n. 23. Azeu. in l. 5. tit. 6. lib.*
104 *1. Rec. n. 2. & Ioan. Gut. d. cons. 1. nu. 28.* saltim † ex iusta causa quando conditiones, vel qualitates essent vtiles Ecclesiæ, *Rochus, & Azeuedo ibi, & Ioan. Gut. num. 23 ibi.*

105 In † qua difficultate prima sententia est, posse Episcopum cum consensu patroni successoris fundatoris pro vna, vel altera vice alterare qualitates, seu conditiones in fundatione requisitas, & dispensare contra ordinationem fundatoris, & sic beneficium, seu capellania prouideatur non habenti qualitatem requisitam in fundatione, *Imola, & Abbas n. 4. & 5. in d. c. cum accessissent, & ibi Corse. in additione ad Abbatem, verbo vnire sine consensu patroni, & in singul. verbo patronus, Feli. ibi, n. 19. Probus in d. c. ei cui, n. 22. 23. & 24. Rebuf. in praxi 3 p. signaturæ, verbo, necnon iuris patronatus, nu. 46. in concordantiis in forma mandati, verbo, pro expressis, versi. 24. Beroius cons. 5. vol. 15. Ferretus consil. 133. numero 7. & consi. 211. numero 10 Bursatus consi. 185 numero 18. lib. 2. Iacobus Benius de priuil. iurisconsultorum priuileg. 32. numero 8. Nauarr. consil. 6. de clericis non resid. numero 4. & de oratione c. 3. nu. 73. Cerola d. verbo, beneficium, §. 7. 3. concl. 8. conclusionis principi. & verbo ius patronatus, §. 8. 15. dub. Genuen. d. c. 24. nu. 7. & 8. Cech. de Repub. Eccl. d. de benef. c. 1. n. 4. versi. quo vero ad ordinem, Enà. Saverbo beneficium, num. 37. & videtur tenere Pet. de Baisio in directorio electionum, cap. 9. 2. p. num. 4 & 5. & fauet Socin. de oblatio. libel. 19. num. 3. & 4. 2. concl.* & est decisio. Crescen. 7. *de iure patron. numero 2.* vbi dicitur, quod id procedere poterat, quando soli voluntati fundatoris præiudicabatur, vtputà, quod debet esse talis ætatis, conditionis, &c. secus vbi fieret præiudicium certæ personæ, quæ debebat præsentari, &c. Eandem sententiam tenuit Rota in d. Foroliuien. capellaniæ, *addu&a supra, numero 66.* & ait communem, & in practica obseruari, Lambert. *dict. quæst. 7. artic. 1. 30.*

106 Quam † tamen ipse intelligit subsistenti aliqua causa, (*vt etiam Ferretus, Nauarr. Genuen. & Salicet.* etiam sine causa id velit Bero. supra) ex Corseto *in dict. c. cum accessissent in lectura*, & omnibus patronis volentibus: & nisi fundator non solum disposuerit beneficium esse sacerdotale, ordinando præsentari sacerdotem, sed etiam vltra processerit, prohibendo, ne alius, quam sacerdos præsentetur, quia dixerit, nolle præsentari, nisi sacerdotem, vel volo omnino sacerdotem præsentari, &c. *Et tradit etiam idē Lamber. d. 1. p. 2. lib. q. 10. ar. 6. & 7. num. 4. & sequitur Cechus de benef. & pensionibus, c. 12. .21 versi. quo verò ad ætatem.* Et post hæc Perez de Lara *lib. 2. cap. 5 à n. 28.* & Prosper. de Augustino *in appendice ad summam Bullarij, 2. p. verbo seruitium capellaniæ, pag. 608.* dicit secundum Doctores, posse Episcopum ex causa pro vna vice dispensare: sed an huic potestati sit derogatum per Concilium Tridentinum, *sess. 25 cap. 5. de reformat.* esse consulendam sanctam congregationem.

107 Secunda † sententia est opposita, nempe non posse Episcopum cum consensu d patroni dispensare etiam pro vna vice contra ordinationem fundatoris, *ex Clemen. quia contingit, de relig. domib. ibi: Cum tamen ea, quæ ad certum vsum largitione sunt destinata fidelium, ad illum debeant, non ad alium, saltem quidem Sedis Apostolicæ authoritate conuerti.* Ita tenet latè probans Roch. *d. verbo pro eo, quod q. 15. n. 32. & seq.* Aymon. Craue. *cons. 63. n. 5.* & Ioan. Gut. *d. cons. 1. nu. 19.* qui *n. 23 & 24* ait: quòd etsi dispensare posset, tamen non procederet, vbi præiudicaretur iuri alicui tertio quæsito per oppositionem ad capellaniam, &c. Et hanc sententiam ait veriorem de iure Decius *in d. c. cum accessissent, n. 54.* quia tex. *in d. Clemen. quia contingit*, generaliter loquitur, & non probatur iure, quod in vno casu authoritate Episcopi possint relaxari dispositia per fundatorem. Et sequitur, dicens veram opinionem Azeuedo *sup.* qui ait, hac de causa vidisse iam per Cancellariam Pincianam in gradu de fuerça iussum annullari similem prouisionem, de patroni consensu factam contra fundatoris qualitates, &c. quamuis *consi. 16. num. 35.* contradicat. *Et videtur tenere Nauar. consil. 5. de præben. nu. 2. & Azor 2. p. lib. 6. c. 24. q. 1.*

108 Et † facit pro hac sententia doctrina Gambari, *de offi. legati. lib. 9 à n. 222. vsque ad fi.* vbi tradit, legatū, & Episcopum posse mutare voluntatem piam defunctorum, quando non potest impleri, vt per testatorem dispositum est, ne legatum maneat caducum, *ad legem legatam, vbi Bar. ff. de vsufru. legato, & c. nos quidem & ibi Abb. & in c. tua nobis detractam, Alex. consil. 73. volum. 3. De quo etiam Genuen. d. c. 24. à num. 2.* Tamen quando legatum potest impleri, existimat nullam potestatem super his concessam Episcopo,

seu

seu legato, cum nihil magis homini debeatur, quam quòd vltima eius elogia obseruentur, *l.1.C. de*
109 *sacros.an. Eccles.c.vltima voluntas*,13.*quæst*,2.& c.

Facit † etiam doctrina, quam tradit Valdes *in tract. de eleemosyna*,3.*p.* 12.*a folio* 85.cum Rocho, *sup.& verbo, construxit*, *q.*4.Feli. *in c. Ecclesia sanctæ Mariæ de consti.ti.*96.Berta *de Epis.*4.*p.*4.*lib.q.*31.& Mar. Soc. *in tract.de obl.libro* 19. qui affert limitationes,& l.6. tit.4.lib.4. fori iuzgo, quod relictum ad certũ opus pium, non potest in aliud etiam melius commutari, nisi authoritate Papæ,d. Clem.quia contingit, quæ
110 cum indistinctè loquatur,debet intelligi vt nec in toto,nec in parte fieri possit commutatio. Qui † tamen malè limitat d. Clem. vt procedat in voluntate testatoris iam executa, secus in non executa, quam (ait)posse Episcopum alterare,*citans Imolam in l.*1.3. *col.ff.de conditio.& institut.& Feli.in c.super his*,2.*col. de accus.& Pala. Rub.in repet.Rub. de dona. inter virum.col.*209 §.47.*n.*10.*contra quos, & Hippol.singu.* 194.*Rotam dec.*1122 *lib.*3.*p.diuers.& Sarm. lib.*1 *select. c.*8.*n.*24.*versic.ex his intelliges, Azeue.d.consil.*16.*n.*36. *tenent Couar.in c.tua,de testam.n.*7.*Pinel.in Rub.C.de rescin.vend.*1.*p. c.*2.*n.*19. & nouissime Perez de Lara *lib* 1.*c.*14.*n.* 20.qui tamen *à n.*29.*&* 35. male ait cum Guilliel.Bened.*in c.Raynutius, ver.reliquit, à n.*17 Episcopum non solum ex causa necessaria, sed etiam vtili, posse facere alterationẽ,& cõmutationẽ relicti pij,quod plane est contra dictam Cle. quia cõtingit.
111 Et hæc † secunda sententia de plano procedit,stante sacro Concil.Trid.*d.sess.*25.*c.*5.*de refor.*vt per Marc. Ant.Genuen.*d.c.*24.*n.*10 qui ait notandum, quod hodie post Concil.Trid.*d.c.*5.non potest Episcopus tollere qualitates appositas in fundatione beneficiorum,nec etiam à consensu patroni,vt censuit S.Congregatio,& colligitur *ex dict.c.*5. contra notata per Anton.Abb.Imol.& Feli.*latissimè in d.c.cum accessissent*,dum dicũt,posse pro vna vice Episcopum conferre capellaniam sacerdotalem non sacerdoti de consensu hæredis,&c.
112 Et reuera ita S.Congregatio † censuit, vt constat ex declaratione Abul.ad 4.*sup.adducta num.*99 & ex declarationibus sequentibus *super d.c.*5.*Concilij*, ibi: *is non derogetur,nec de consensu patronorum, sed per hoc censetur sublatam esse facultatem huiusmodi*,de qua per DD.in c.cum accessit.de const.& ibi Abb.n.5.*Secunda, nec de consensu patronorum potest dispensare cum minore* 25.*annis ad capellam simplicem obtinendam ad quam ex fundatione est præsẽtandus sacerdos. Quod si in fundatione cautum esset, vt capellanus per seipsum deseruiat,& secus fiat ad denunciationem hæredum,Episcopus de alio prouideat:at si hæredes non denunciant, respondit Congregatio,spectare ad officium Episcopi prouidere,nec isto modo capellanum posse percipere fructus, si non per seipsum deseruierit.Tertia,Mediolan.Taurin.Episcopus non potest, etiam accedente consensu patronorum derogare qualitatibus in fundatione beneficij appositis:quia huiusmodi facultas sublata est per hoc decretum.Quarta Cremon.Licet de iure commun*,vt volunt DD.in c.cum accessisset.de constit.*posset episcopus de consensu patronorum conferre beneficium illi,qui non habet ætatem in fundatione requisitam,tamen hodie per hoc decretum prohibitum est.*
113 Et ita etiam † tenuit Rota,ex d.decreto Concilij in causa Valentina iuris patronatus,20.Martij,1589.coram D.Orano,vt in decis. seq. *In erectione beneficij fundator ordinauerat, quod occurrẽte illius vacatione præsentaretur presbyter missam cãtans, facta per Vicarium Metropolitanum,sub die* 22.*Nouembris*,1585. *ad præsentationem patronorum institutione ad fauorem d. Bertrandi in S.presbyteratus ordine nequaquam constituti,d.Michael Dalmau apud sedẽ,tanquam deuolutũ illud sub datis* 13.*Augusti*.1586.*impetrauit,liteque corã me desuper introducta dubitari obtinuit, an gratia sua esset iustificata,Domini affirmatiue resoluerunt: nam quod attinet ad caput deuolutionis,clarum est, ex quo Vicarius Metropolitani contra formam electionis beneficij nulliter ad institutionem deuenit; quod dispositio illius fuit ad Metropolitanum deuoluta*, c.2.de concess. præb.Abb.in cap.cum nostris,num.2.& Imola in c.si de beneficio, de præben. *qui cum intra tempus debitum notitiam huiusmodi defectus habens, collationem intra sex menses facere neglexerit dicit locum impetrationi apud Sedem*,Roman.cons.361.num.6. *Quod autem nulla fuerit institutio ordinaria, non potest reprobari: nam cum fundator beneficij voluerit præsentari presbyterum,qui missam cantaret, per ista verba visus est respexisse actum præsentationis. Itaque necessum fuit,præsentatum actu fuisse tũc presbyterum:quia qualitas adiuncta verbo intelligitur secundum tempus illius*,l.in delictis,§.si extraneus, ff.de noxal.Abbas in c.cum in cunctis,§.inferiora,num.2.& ibi Decius n. 12.de electione.*Vnde cessante in D. Bertrando tempore præsentationis,ista qualitate; præsentatio fuit inualida,& in consequentiam institutio.* Barba.cons.33. numero 8.lib.2.Sequitur Lamber. de iure Patro. lib.2. p.1.q.2.ar.29.cum seq.Roch.de Cur.in ver. honorificum,numero 21.Rebuf.in sua praxi, tit. de requisitis ad collationem,n.35. *Quod verò scientiam huiusmodi vacationis,propter nullitatem præsentationis,& inde secutæ institutionis,d.Metropolitanus habuerit,sine qua alias tempus conferendi illi non currebat*, iuxta notata per Innocen.in d.c.2.de concess.præb.capit. quia diuersitatem,c.licet,de supplenda neglig.Prælat.*manifeste patet ex dispensatione, quam super defectu Ordinarius per suum Vicarium ante factam institutionem D.Bertrando concessit:quæ quidem dispensatio,cum repugnet decreto Concilij Triden.* cap.5. sess.25. *nullius fuit momenti*,glos.c.cum dilecti,verbo ætate, de lect. Dec.in cap.at si clerici,§.fi.num.65.de iudiciis, cum aliis hic per informantes allegatis. *Neque præmissis obstat resolutio facta coram R. P. D. meo Pamphilio in vna Roma. capellaniæ:quia illa procedit in casu diuerso; quando scilicet verba fundationis non respiciunt actum præsentationis, sed potius illius prosecutionem, vt si fundator dixerit,quod præsentetur, qui interfit diuinis,vel tot missas celebret:nam eo casu sufficit,quod præsentatus sit sacerdos habitu,licet non actu*, Abbas in d. c.cum in cunctis,§.inferiora Paris. consil. 50.num. 12.& seq.li.4.cum similib. Circa alias qualitates in impetratione expressas, *cessauit omnis difficultas; nam vt bene in facto deducitur gratia in omnibus est verificata:& quoad valorem beneficij obtenti,cum sufficiat talis qualis probatio, testes deponentes de auditu visi fuerunt dominis sufficientes.*

Et † idem videtur antea tenuisse Rota *in vna Toletana capellaniæ*,34.*Februarij*,1583.*coram* D.*Robusterio*,quæ sic ait:*Fuit resolutum,quod sententia de partibus est confirmanda,cum sit iusta:nam ex fundatione apparet,quod consanguineus,qui est præsentandus, saltim debet esse in ætate legitima presbyteratus, & sic habilis habitu ad suscipiendos infra annũ sacros ordines presbyteratus,vt clarè colligitur ex fundatione, & bene deducunt informantes.Vnde cum Rodericus sit consanguineus & presbyter,Petrus vero non sit in ætate legitima, vt possit suscipere presbyteratum infra annum,præferendus est Rodericus,& habẽdus,ac si ipse,& non Petrus ha-*
114

beret qualitates requisitas, vt per allegatos Cassado. & Sarnen. reg. de nō tollendo, n. 11. in terminis nostris. *Nō obstāt testes, q̄ intentio fundatoris erat, vt Petrus haberet hanc capellaniā: quia intelligūtur, quando haberet qualitates requisitas, cum peruenisset ad ætatem requisitam, vt concordetur fundatio cum ista voluntate, ne inducatur correctio. Non obstat, quod dicitur de dispensatione Ordinarij: quia posset forsan intrare, vbi Ordinarius posset dispensare, quod non intrat hic.*

115 Vnde † in concilio Prouinciali Mediol. 5. *p. 3. tit. quæ ad beneficij collationem attinent*, sic statuitur: *Si capellania etiam simplex, aliud ve beneficium, etiam iuris patronatus, ex præscripto erectionis, fundationisve, aut alterius constitutionis certum ordinum, aut alias conditiones requiret in eo, de quo vel collationis, vel institutionis, vel alio nomine prouidendum est illud beneficiū, ne episcopus deinceps, etiam patronorū cōsensu permittat, concedat, vt quisquam sine Sedis Apostolicæ dispensatione illud beneficium assequatur, qui vere eo ordine non sit initiatus: quamuis ætate congrua sit pro illo ordine suscipiendo. Neque qui aliis conditionibus præditus non sit, & quas illa, vel erectio, vel fundatio, vel constitutio requirit.* Quod decretum plane sumptum est ex d. decreto Concilij, & declarationibus sanctæ con-
116 gregationis.

Tertia † difficultas est, an per clausulas generales derogatorias, in literis Apostolicis positas, *nō obstantibus statutis*, &c. censeatur derogatum fundationi, &
117 ordinationi sacerdotium actu requirenti. In † qua dicendum est, per dictas clausulas censeri derogata, seu dilata statuta Ecclesiarum etiam confirmata, sacerdotium actu requirentia: ita quod per ea possit quis huiusmodi beneficium consequi, licet non sit sacerdos, dummodo sit ætatis legitimæ ad sacerdotium, *Rota decis. 41. de concess. præb. in antiquis, & 1. de præbendis, alias 3. in nouis, Abbas in c. cum in cunctis, §. inferiora, n. 11. de elect. Francus in c. si pro clericis. &c. ei cui, n. 5. de præben. in 6. Felin. in c. nonnulli, n. 23. & 24. de præscr. & in tractatu, quando literæ Apostolicæ, amplatione 7. n. 7. Staphil. de literis gratiæ, tit. de vi & effectu clausularum, §. de clausulis non obstantiarum. Lam-*
118 *ber. d. q. 7. ar. 29. n. 3. Caputaqu. dec. 127. n. 2. p. 1. & 257. lib. 1. & in manuscrip. Azor. 2. p. lib. 6. c. 8. q. 15.* Non † tamen per eas cēsetur derogatum fundationis testatoris sacerdotium actu requirenti, *Rota, Abbas, Frācus, Felin, Staphil. & Lamber. & Azor ibi, & Rota in d. Foroliuien. capellaniæ supra adducta, n. 66.* Quidquid
119 dicat Gonçalez *glos. 5. n. 106.*

Quod † Collector *d. decis. 1.* intelligit in fundatione laici, secus, si clerici, cui Papa vult, & potest leuius præiudicare. *Et sequuntur Abbas, Francus Staph. &*
120 *Lamber. & Azor ibi.* At † Felin. *supra* idem etiam ait in fundatione clerici, vt per dictas clausulas non censeatur illi derogatum, nec modis, conditionibus, &
121 ordinationibus per clericum in fundatione appositis, cum Ancharano *cons. 16.* Quod † mihi magis placet, nam fundatio etiam clerici est multum fauorabilis, nec ei debet censeri derogatum nisi de ea fiat expressa mentio maxime, quia fundatio, seu ordinatio in fundatione posita, non solet dici statutum, & sic in
122 derogatione statutorum non venit. *Et facit, quod supra dictum est 4. p. c. 3. à n. 73.* Id † autem habet speciale fundatio laici, cum non censeatur ei derogatum, etiam si in clausulis derogatoriis dicatur etiam, *Non obstantibus fundationibus, &c.* Quæ verba de fundationibus clericorum intelligenda erunt, & non laicorū: am ad derogationem fundationis laici oportet, ōd expresse & in indiuiduo fiat derogatio, & non per clausulas generales, & prægnantes, *Caputaquen decis. 122. par. 1.*

Aduertendum † vero est, quod in literis Apostolicis, & gratiis de beneficiis vacantibus non solet poni derogatio statutorum Ecclesiæ, nisi in beneficiis. & præbendis Ecclesiarum Cathedralium, seu collegiatarum, in quibus additur, ac dictæ Ecclesiæ, &c. statutis, & consuetudinibus. Vnde in aliis beneficiis quibus non ponitur derogatio statutorum, non intrabit doctrina *de qua supra n. 118.* 123

Sed † est alia quarta difficultas. Esto Ordinarius 124
nullo modo possit alterare conditiones, vel qualitates possibiles annexas beneficio ex fundatione, an possit eas mutare, quando reditus ipsius beneficij essent impotētes, seu insufficientes ad illa, v. g. beneficium est oneratum certo numero missarum, postea reperitur, quod fructus non sunt sufficientes, vel quod sunt diminuti, an possit illas missas moderari, & reducere ad minorem numerum, iuxta quantitatem redituum beneficij. In † qua difficultate DD. do-
125 cent, Episcopum id posse facere cum consensu patroni, aut etiam eo inuito, si vocatus nolit consentire, *ad d. c. nos quidem, & ibi DD. de testam. & d. l. legatum ff. de vsufruct. lega.* ita Feli. *in d. c. cum accessit. de cōstit. n. 19.* vbi dicit, quod cessantibus reditibus, cessare debet ordinatio testatoris, *& Roch. d. verbo, pro eo quod de diœcesani consensu. q. 15. & Lamber. lib. 3. q. 6. ar. 4. Perez de Lara. lib. 1. c. 15. à n. 6. & Azor. 2. p. lib. 6. cap. 24. q. 6.*

Vnde † videtur, quod si aliqua capellania esset fun- 126
data cū obligatione residentię personalis, cuius fructus essent adeò diminuti, vt non essent sufficientes, & proportionabiles tali oneri, posset Ordinarius tollere obligationem residentiæ: ita quod per substitutum posset illi deseruiri, maximè, si non reperiretur qui eam vellet cum eo onere residentiæ personalis, ibi melius videretur tollere residentiam personalem, quam reducere missas in casu, quo vnum, aut alterum esset faciendum.

Sed † obstat Concil. Trid. *sess. 25. de refor. c. 4. 3.* Ex 127
quo videtur, Episcopum id non posse facere, nisi in synodo diœcesana.

Ad † hoc Nauar. *in manu. c. 25. n.* 138. ait, quod illud 128
decretum videtur ius nouum quoad Abbates, & Generales ordinum, sed non quoad Episcopos, qui *argum. cap. cum accessissent, & c. ex parte, de constitutio. & eis adnotatorum*, possunt hoc facere etiam sine synodo iure antiquo, quod non videtur per hoc sublatum, cum fuisset additum ad augendum, *argum. cap. fin. de verbo sig.* Hæc Nauar.

Henriquez † verò *in Summa lib. 9. 22. §. 6.* ait, d. de 129
cretum procedere in commutatione, seu reductione anniuersariorum, seu missarum dotatarum: in qua eget Episcopus synodi consilio, *iuxta Concil. ibi:* Sed vt onera dicendi missas in beneficio, & capellania collatiua temperet Episcopus, non egere synodi congregatæ consensu, *vt tenent recentiores, Consulit. & sequitur P. Ledesma in summa de sacramento Euch. capitulo 18. circa 16. concl. ad fi. & Man. Rodr. quæstionum regul. 1. tomo, q. 43. art. 13.* Qui † tamen cum Na- 130
uar. *supra* ait, posse Episcopum absque synodo anniuersaria commutare iure communi, quod non videtur sublatum per Concilium, *vt dictum est*,

In hoc † dico primò, verum esse, quod Concilium 131
ibi non loquitur de missis impositis beneficio, seu capellaniæ in fundatione, seu alias (& sic tanquam casus omissus relinquitur dispositioni iuris communis,

qu

munis, *l. commodissimè. ff. de lib. & posth.* sed de missis & anniuersariis relictis in aliqua Ecclesia vulgo, dotationes, vt patet ex verbis ipsius Concilij, & censuit sancta Congregatio, vt in sequentibus declarationibus super d. decreto. *Prima, hoc decretum locum non habet in obligationibus missarum, quæ impositæ sunt capellis erectis in titulum, siue ex prima dispositione testatoris, siue alia quacunque. Secunda, ex hoc decreto non competit Episcopo facultas diminuendi onus à testatore impositum hæredibus, pro certis missis, & anniuersariis celebrandis, eleemosynisque erogandis pauperibus, propter causas, de quibus hic, neque in oneribus similiter impositis beneficiatis in fundatione beneficiorum, si fructus beneficiorum non sufficiant dictis oneribus supportandis. Tertia, neque habere locum censuit Congregatio hoc decretum in reducendis eleemosynis, & quatenus facienda esset reductio ab habente potestatem potius eleemosynas reduci debere, quam missas, vel anniuersarias quando à testatore fuissent relictæ, & missæ, & anniuersaria, & eleemosynæ. Quarta, caput hoc intelligendum est de missis tantum, non de aliis suffragiis, nec de missis impositis in fundatione, sed de relictis à testatoribus habet locum etiam in reductione officiorum pro defunctis: Quinta, Archiepiscopo Neapolitano Congregatio Concilij censuit decretum Concilij* sess. 25. c. 4. *in sacrorum etiam anniuersariorum reductione locum habere.* Et † refert Man. Rodr. *supra* dicens, congregationem respondisse, hanc taxationem esse intelligendam de missis tantum, & non de aliis suffragiis, nec de missis in fundatione positis, sed pro alia causa à testatoribus relictis. Qui etiam ait, esse aduertendum, quod huiusmodi facultas Episcopis, Abbatibus, ac Generalibus concessa intelligitur tantum de onere missarum ante Concil. Trident. impositio, sicut ita fuisse respõsum ab Illustrissimis Cardinalibus S. Congregationis anno Domini 1573. testatur Parasellus *in tract. priuilegiorum. fol.* 232. (quod mihi non videtur certum, nec conforme Concilio, & fortè fuit sibi priuatum responsum) Et refert Ledesma *supra*, & tradit Mar. Anto. Genuen. *c.* 24. *n.* 9. Vbi † dicit quod circa illum textum Concilij sancta congregatio declarauit, quod sufficit, si in momento fiat commemoratio pro defunctis, pro quibus erant dicendæ missæ reductæ. Item, quod loquitur de missis relictis à fidelibus, & procedit etiam in reductione officiorum defunctorum, non tamen in aliis suffragiis, nec in missis impositis in fundatione beneficij.

Dico † secundo, quod in reductione dictarum missarum, & anniuersariorum, de quibus Concil. loquitur, seruanda videtur forma Concilij, ita, quod Episcopus non possit eam facere sine synodo: nam esto ante Concil. id posset, tamen cum Concilium ibi præscribat istam formam, non est ab ea recedendum. Quidquid dicant Nauar. & Man. Rodrig. *supra.* †Vnde stante Concilio, non videtur valere constitutio synodalis Salmantina, *quã refert Henriquez supra*, qua facultas hæc anniuersaria commutandi committitur Episcopo cum consilio Capituli, *capitulo quod super his, de maiorat. & obed.* Nec synodus diœcesana, cuius consilium, & industriam in hac re requirit Concilium, potest id aliis committere, maxime generali, & in communi. Verum † est tamen, quod in aliquibus Episcopatibus, vt in hoc Abulens. non est vsu receptum, dict. decretum Concilij; semper enim fiunt sine synodo reductiones, non solum missarum capellaniarum, sed etiam anniuersariorum, & dotationum Ecclesiarum: & sic vbi non est receptum dictum decretum, procedet opinio Naua. & Man. Rod. *supra, iuxta adducta infra. 11. p. cap. 5. num.* 150. Probabile † enim videtur quòd stylus saltim decennalis valeat contra legem etiam Canonicam ab initio non receptam, sicut stylus iudicis præscriptus spatio 40. annorum valet contrarius, ab initio receptum, *Rochus in Rubrica de consue. numero* 27.

Pro † complemento huius capitis restat videre, quomodo probetur clericatus, qui cum sit qualitas extrinseca, non præsumitur, *Innocen. in cap. super his, de accus. Feli. n.* 2. *& alii in c. fi. de præsum. & Corras. 3. p. c.* 1. *numer.* 4. Et † dicendum est probari non solum literis testimonialibus Episcopi, seu titulo ordinum, *l. si qua C. de Episc. & cler.* sed etiam testibus, *cap.* 1. *& 2. de cleric. pereg. Corras. ibi, & Prob. ad Monach. in c.* 1. *de tempo. ord. in* 6. *nu.* 12. *Farin. in praxi crim. 1. p. q.* 8. *num.* 40. *& 41. post Guido. Papam, dec.* 474. Etiam † de publica voce, & fama: Nam ad probandum clericatum sufficit probatio de communi reputatione & fama, *Rota dec.* 4. *&* 14. *de probatio. in antiq. Sarnen. in regu. de annal. q.* 58. *Pontanus de spolio lib.* 2. *numero* 179. *Caputaquen. dec.* 277. *numer.* 8. *p.* 1. *Mohed. dec.* 21. *num.* 3. *de renun. c. his sane, dec.* 26. *in manuscrip. Rota dec.* 1163. *numer.* 5. *lib.* 3. *p. diuersor. & dec.* 139. *eod. lib. de qua supra, num.* 12. *& in Hispal. & Coruben. beneficiorum.* 2. *&* 16. *Iunij* 1597. *coram D. Gipsio supra relata, c. præced. cap.* 4. *nume.* 19. *& in aliis pluribus causis. Et facit decisio Ægidy* 113. *&* 114. *quam secuta est Rota in vna Legionen. Præstimoniorum,* 27. *Nouemb.* 1592. *coram D. Pamphilio supra adducta, d. c.* 4. *ad fi. & alibi sæpè*, & probatur per argumenta, & indicia, seu coniecturas *Boer. dec.* 171. *num.* 25. *Anton. Gabr. concl.* 1. *de testibus numero* 69. *Mascar. de prob. concl.* 305. *numero* 5. *& Parian. eod. tract. libro* 2. *cap.* 34. *num.* 70. Et per semiplenas, vel leues probationes probatur, *Mandos. reg.* 18. *q.* 11. *numero* 10. Et † ita seruat Rota in possessorio & petitorio, *vt per Guidobon. decisio.* 132. *seu* 133. *in manuscriptis, Rota dec.* 8. *de causa poss. in antiquis. Flam. Paris. de resig. benef. lib.* 4. *q.* 2. *numero* 74. Quidquid † velit Rebuffus *in praxi, tit. de forma literarum tonsuræ. numero* 26. *& Mascar. de probat. concl.* 204. *numero* 18. *&* 19. *& Farin. dict. q.* 8. *num.* 44. & obseruantia Rotæ per eum adducta procedit in clericatu illegitimi, vt patet ex allegatis per eum. Et † quamvis idem Rebuff. *de nominatio. q.* 22. *numero* 13. *Aim. de antiq. 3. p. sectio. vidimus in genere, numero* 33. *& cons.* 134. *numero* 40. Boer. *dec.* 171. *numero* 13. & Menoch. *de præsump. libro* 6. *præsum.* 76. *numero* 23. Farin. *d. num.* 44. & Perez de Lara *lib.* 2. *c.* 5. *num.* 6. post Bal. *in c. duarum. 1. de elect.* dicant, quasi possessionem clericatus non prodesse in agente, vt sibi adiudicetur beneficium, & longam quasi possessionem, ac bonam famam clerici requirat. *Pacia. supra. à numero* 46.

Limitatur † tamen prædicta doctrina, vt non procedat in materia obiectus, *Rota dec.* 2. *de probatio. in antiq. & Guidobo. vbi supra.* Aut † vbi præsumptio est contra aliquem, puta, quia est illegitimus, qui debet probare suum clericatũ per literas, *Guidobo. ibi. Et facit decisio. Caputaquen.* 227. *num.* 10. Tunc enim sufficit communis reputatio. *Sarnen. supra Put. dec.* 359. *nu.* 1. *lib.* 1. *Rota dec.* 26. *libro* 2. *p.* 3. *diuersorum*, Mando, *de signatura gratiæ. titulo de prouis. vers. clericatus*, vbi ait, quod clericatus illegitimi, ex Rotæ obseruantia non probatur per cõmunem famam, & reputationem, *per cons. Cornei* 91. *libro primo Pontanus supra Mascar. concl.* 305. *n. decimotertio* Nisi pro-

be. † dispensatio, *Rota decis.* 129. *li.* 3. *p.* 3. *diuersorum,*
146 *Papaz. in additio. ad Rotã, dec.* 2. *de filiis presbyterorum*
147 *in nouis, n.* 13. *Pontanus. supra.* Quæ † non probatur per narratiuam literarũ ordinarij, *Verallus decisione* 128. *lib.* 2 *in manuscrip.*

148 Vnde † videtur, quòd constando de dispensatione clericatus illegitimi, probatur per communem reputationem, sicut clericatus legitimi: Nam eadem videtur ratio in illo data dispensatione, & habilitatione, ac in legitimo. Pro quo facit, decisio in causa Calagurritana de Zalduende. 9. Decemb. 1588. coram D.
149 Seraphino. *Vbi* † *fuit resolutum, iniustas. esse sententias prohibentes concursum filij naturalis dispensati cũ aliis legitimis ad beneficium, & cum admittentes in defectum filiorum patrimonialium ex legitimo matrimonio natorum tantum propter defectum natalium, quia dispensatio eum fecerat habilem.* Specu. de dispen. §. postremo, post princip. *Nec inter istos fieri debet differentia,* Bald. in l liberos. C. de collat. Bero. cons. 5. n. 25. lib. 1. *Nec concursus impediri.* Lamber. lib. 2. 3. p. q. 5. ar. 15.

150 Et † ita constando de dispensatione ad clericatum poterit procedere, quòd ait dec. Rotæ in causa Burgen. pensionis 19. Februa. 1596. coram D. Blancheto, *(supra relata, 1 p. c. 5. nu.* 117. Nempe, *In illegitimo clericatum probari ex communi reputatione fuisse resolutum coram Oradino in Taruisina pensionis, 13. Decembris* 1571.

151 Quamuis † *decis.* 780. *lib.* 3. *p.* 3. *diuersorum dicitur* quòd illegitim⁹ debet probare, secum dispensatum fuisse, & vlterius clericatum per literas, non reputa-
152 tionem. Præterea, † concurrentibus aliquibus coniecturis cum fama probatur clericatus illegitimi, *Rota d. dec. f.* 26. *lib.* 2. *p.* 3. *diuer. Papaz. d. nu.* 13. *Mascar. d.*
153 *conclu.* 305. *numero* 12. Et † in vna Barchinonen. præposituræ, de anno 1550. voluerunt Domini, quòd in iudicio possessorio restitutionis sufficeret illegitimo probare clericatum per reputationem, & quòd actor illegitimus non tenetur dare literas sui clericatus, *vt*
154 *per Guidobo. vbi sup.* Probatur † etiam clericatus vnico teste, *Bal. & Feli. in cap. licet vniuersis, de testibus ad fi. Iason in repe. leg. admonendi, ff. de iure iur. numero* 198. *Boer. dict. decis.* 171. *Pet. Gerar. sing.* 49. *Rebuf. de nominatio. q.* 22. *numero* 14. *Corras. d. c.* 7. *n.* 5. *Mandos. regu.* 18. *q.* 11. *num.* 10. *Mohe. dict. dec.* 21. *de renun. numero* 3. *& Guidobon. dict. decis.* 132. Et reddunt rationem, quia iste actus de se, & sui natura nemini principaliter præiudicat. Et, *vt ait Flam. Paris. d. lib.* 4. *q.* 2. *numero* 69. inspicitur initium, & tempus ordinis collati, non beneficium, aut pensio, de quo postea li-
155 tigatur. Vnde † ista probatio sufficeret etiam in iudicio, quando lis esset super beneficio. Sicut etiam sufficit probatio per communem reputationem quæ etiam est semiplena, vt dictum est. Quamuis † con-
156 trarium in hoc teneat Rebuff. *in praxi d. tit. de forma literarum tõsuræ, n.* 24. *& de nominatio. q.* 14. *n.* 54. *alias* 32. & Marscar. *concl.* 303. *à n.* 4. Anto. Gab. *concl.* 1. *de testib, n.* 70. Pacia. *d. li.* 2. *c.* 34. *num.* 64. *Quibus consonat Cou. pract. c.* 33. *numer.* 3. *quem sequitur Iacob. de Graf. in decis. aureis casuum conscien. libro* 4. *c.* 18. *num.* 155. *& Farin. d. q.* 8. *n.* 43. *& in tract. de testibus q.* 63. *numer.* 27. *& seq. quos vide, & Menoc. de præsum. libro* 6. *præsu.* 66. Et † solo sigillo Episcopi recognito probatur cle-
157 ricatus etiam collatus non subdito, *Mohed. d. decis.* 21. *de renun.* quamuis contra Mascar. *concl.* 305. *numero* 2. Sed † est difficultas, an probetur clericatus per
158 literas seu ostensionem superiorum ordinum, puta, sacerdotij, seu diaconatus, &c. Et † non probari, nec satis esse ostendere literas sacerdotij, tenent Rebuff. d. tit. de forma literarum tonsuræ, *n.* 28. Corras. *d. c.* 1. *n.* 5. Aymon. *cons.* 134. *n.* 45. Ferretus *cons.* 354. *num.* 8. Mascar. *concl.* 304. *à n.* 13. *& concl.* 1145. *à n.* 6. & Menoch. *dict. li.* 6 *præsump.* 76. *n.* 3. Pacian. *su. n.* 42. post Gemin. *cons.* 91. & allegant Bart. *in l. illud. ff. de acquir. hæred.* Et reddunt rationem, quia per saltum posset esse promotus, quo casu non valet prouisio ei facta de beneficio. Præpos. *in c. solicitudo,* 52. *dist.* & Corras. *d.*
c. 1. *ad fin.* Nam † per saltum promotus est irregula- 160
ris, *cap.* 1. vbi Doctores *de clerico per saltum promoto* Concil. Trident. *sessione* 23. *de reformatione, c.* 14. *in fine,* Spec. *tit. de dispensatione. §. iuxta. sub num.* 13. Villadiego *de irregularitate, c.* 8. *de clerico per saltum promoto,* Bernard. Diaz, & Salzedo *in praxi, c.* 24. Nauar. *c.* 27. *n.* 242. & Ferretus *d. cons.* 354. *num.* 8. Maiolus *de irregul. li.* 4. *c.* 12. Vgolin. *eodem tract. ca.* 38. *§.* 1. *num.* 1. Cerola *in praxi Episcopali,* 2. *par. verbo irregularitas, §.* 3. Ludou. Lopez *instructor. conscientiæ,* 2. *tom.* 2. *par. c.* 29. Pet. Ledesma *in summ. de sacram. ordinis, cap.* 60. 8. *conclusione,* 2. *difficultate,* Vega *in Espeio de Curas, c.* 12. *n.* 224 & sic intraret doctrina, de qua infra, *c.* 11. *num.* 2. quod collatio irregulari facta est nulla. Quamuis † Toletus *in Summa lib.* 1. *c.* 71. & Suarez 5. *tom. de* 161
censuris, disput. 31. *sect.* 1. *à num.* 44. & Auila *de censuris,* 7. *par. disp.* 9. *dub.* 2. cum aliis doceant, istam non esse irregularitatem, sed suspensionem, sed & Nauar. *c.* 25 *n.* 71. *& cons.* 1. *de sacramentis non ster. an. num.* 11. & Sayrus *de censuris lib.* 4. *c.* 14. *n.* 26. qui tamen *li.* 7. *c.* 10. *num.* 39. eum dicit irregularem, seu suspensum. Quod tamen ad propositum parum refert: nam etiam collatio suspenso facta, est nulla, vt infra dicetur *cap.* 14.

Non tamen † est irregularis per saltum promotus 162
respectu ordinum inferiorum, quos legitime susceperat: nam ab vsu eorum non est suspensus, vt apparet ex *d. c.* 1. *& d. c. solicitudo,* 52. *distinctione,* & tenet Enriq. *in Summa lib.* 14. *c.* 6. *nu.* 3. & sentit Syluester *ver. irregularitas, §.* 11. & Abbas *d. c.* 1. *vltimo notabili,* dicens, quod ordinatus præpostere non potest sine dispensatione administrare in ordine sic suscepto: & nouissime docet Suarez *d. disp.* 31. *sect.* 1. *n.* 48. & Auila *vbi supra.*

Vnde quod † dictum est, non valere prouisionem 163
beneficij ei factam, non procedet in prouisione beneficij, quod non requirit alium ordinem præter illos inferiores, quos legitime susceperat, vt alias in simili docet Suar. *sup. disp.* 40. *sect.* 3. *n.* 38. dicens, quando irregularitas non est totalis, sed respectu alicuius actus, aut temporis, tunc non reddere clericum incapacem cuiuscunque beneficij, sed tantum illius, quod habet annexam obligationem tali irregularitati repugnantem. quia cum hæc prohibitio nascatur ex prohibitione circa exercitium ordinis, non potest amplius extendi, quam illa ex qua nascitur: & id procedere non solum in irregularitate sine peccato contracta, vt ait Nau. *d. c.* 27. *n.* 252. sed etiam in alia: nam ratio facta generaliter probat, si culpa non obstante talis irregularitas non impedit omnem actum ordinis, sed aliquem, vt in casu *c.* 2. *de clerico non ordinato ministrante.*

Contrarium † tamen in proposita difficultate, 164
nempe quod ad probationem clericatus, & minorum ordinum, satis sit probare, & ostẽdere maiores, tenet Didac. Per. *in l.* 1. *tit.* 8. *lib.* 5. *ord.* & Salz. *in prax.* Bern. Diaz. *c.* 24. *lit. A.* qui ait non dubitare hanc opinionem esse cõmuniter receptã, Put. *dec.* 144. *lib.* 2. *n.* 5. Vbi † *fuit resolutum in vna Conchen. paroch. quod.* 165
cle-

clericatus sufficienter probaretur per ostensionem quatuor minorum, in quibus Episcopus promouens narrabat eum per prius ad clericalem tonsuram promotum, quia probatis maioribus probantur minores, ex Bald. in l. si solemnibus. C. de fide instru. nu. 1. *Maxime vbi illa narratiua sit à persona fide digna. Innoc.* in c. 1. circa fi.

166 de cler. peregr. &c. Et † in vna Leodien. canonicatus 7. Decemb. 1589. coram D. Pamphilio fuit dictum, *non posse dubitari de clericatu stante susceptione maiorum ordinum*, ad not. per Felin. in cap. super his de accus. Put. d. decis. 144. *& fuisse dictum in causa Meten. canonicat. 25. Iunij* 1584. *coram D. Vicecomite,*

167 *&c.* Et † in Bonon. canonicatus de anno 1591. coram D. Pamphilio, *de qua infra* 11. *p. c.* 1. *nu.* 70. fuit resolutum, *clericatum probari ex literis ostiariatus, quia cum non præsumatur ordinatus per saltum, ideo, &c. præsertim cum agatur de clericatu incidenter, & per literas ordinatis dicentis se ordinasse de licentia ordinarij sufficienter dici constare de tali licentia, præsertim cum sint ordines celebrati in Ecclesia cathedrali publice, vt fuit consideratum coram D. Seraphino in causa Neapolitana*

168 *canonicatus*, & dec. 87. Cæsaris de Grassis, &c. Et † idē fuit resolutum coram eodem D. Pamphilio in vna Burgen. beneficij de Portugalete 13. Nouemb. 1595. *nempe ex literis subdiaconatus probari clericatum, cum regulariter non præsumatur quis per saltum promotus.* Put. d. dec. 149. in fin. lib. 2. *quod sine difficultate procedit, quando ordinarius est discretus, & prudens, taliter, quod nisi sibi de præcedentibus ordinibus constitisset verisimiliter, sequentes non contulisset, vt fuit resolutum in d. Bonon. canonicatus* 24. *Maij* 1599. *coram D. Pamphilio, & habilitatem ad beneficium simplex constare: quia idoneus censendus est, qui alias ad sacrum subdiaconatum fuit approbatus, cap. accepimus de ætate & qualitate, vt in causa Calagur. portionis de Amarita* 27. *Ian.* 1576. *coram Lauretano Capitaquen.* 367. parte. secunda.

169 Et procedit etiam † in clericatu illegitimi, vt in v. Astoricen. parochialis S. Brixiani, quæ habetur *decis.* 124. *li.* 2. *p.* 3. *diuers.* vbi fuit resolutum, *Quod clericatus illegitimi probatur per literas diaconatus.* vbi enim dicitur per literas Decani, debet dicere per literas diaconatus, *Etiamsi non fuerit promotus à proprio Episcopo, sed per alium dicentem habere facultatem à proprio Episcopo*, sequuntur Pap. supra n. 14. & Masc. d. concl. 305. num 3.

170 Bartolus † autem in dicta lege illud solum dicit, quod si probo, quod aliquis sit ordinatus sacerdos, non sequitur de necessitate, quod alij ordines præcesserunt: non tamen negat, quod ita sit præsumendum.

171 Et licentia proprij Episcopi probatur sola assertione ordinantis, Oldra. *cons.* 215 *num.* 9. Felin. *in cap. Albericus sub num.* 4. *de testibus*: Puteus *dec.* 359. *lib.* 1. *&* 407. *lib.* 2. Mohedanus *d. dec.* 21. *num.* 3. *de renuntia.* Rota *in dict. Bononien. canonicatus.* Flamin. Paris. qui alias decisiones refert supra à *n.* 66. & Ioan. Gutier. *can. q. li.* 2. *c.* 17. *n.* 30.

CAP. II.

De Legitimitate.

SVMMARIA.

Oportet etiam promouendos ad beneficia legitimos esse, ex legitimo matrimonio: nam illegitimi inhabiles sunt ad Ecclesiastica beneficia, cum nec ad ordines, nec ad clericatum admittantur n. 1.

Verba Concilij Tridentini de ordinandorum natalibus & genere, iuxta ius antiquum intelligenda sunt, & per ea Concilium voluit excludere illegitimos, filios, aut nepotes hæreticorum, & seruos, ac neophytos. num. 2. *Nam Concilium ibi non intendit corrigere aut alterare iura antiqua circa qualitates promouendorum.* nu. 3. & numero 4 *adducitur declaratio S. Congregationis.*

De illegitimorum inhabilitate ad ordines & beneficia, seu irregularitate, qui sunt videndi. n. 5.

An expositi, quorum parentes ignorantur, sint pro legitimis, an pro illegitimis habendi. nu 6. & 7 *ponitur prima sententia habendos esse pro legitimis, & posse absque dispensatione promoueri.* & n. 8. *secunda sententia contraria, cuius ratio ponitur.* n. 9. *Et magis placet,* n. 10. *& ea admissa, non poterit Episcopus tum eis dispensare. Posset prima sententia post factum admitti propter authoritatem eam tenentium.* numero vndecimo.

Alia ratio pro secunda sententia adducitur, quod in dubiis tutior pars est eligenda. n. 12. *Quæ regula vera est, intelligiturque & procedit generaliter quoad hoc, vt in dubio debeat quis à faciendo abstinere, non tamen vt debeat spoliari re possessa, vel facere votū positiuū, de cuius obligatione non constat.* n. 13. *Nam tunc vitiat alia regula, quod in dubio, & pari causa, melior est conditio possidentis, quæ procedit non solum in materia iustitiæ, sed etiam aliarum virtutum*, numero 14.

Pro ista distinctione facit axioma, quod turpius eiicitur, &c. n. 15.

Vnde in dubio voti & præcepti distinguendum est inter negatiuum de non faciendo, quod est seruandum, & affirmatiuum de faciendo, , *quod non obliget &* nu 16. *Et inde etiam procedet distinctio* ca. inquisitioni, ver. verum de sententia excomm. *de qua late agunt relati.* n. 117.

Ideo in dubio non solum homicidij, sed etiam alterius cuiuscunque facti, ob quod incurritur irregularitas, censeri debet quis irregularis ad effectū abstinendi & cessandi ab officio irregularib. prohibito, etiam in foro exteriori, post factam diligentiam, vt in ca. ad audientiam, & capit. significasti de homicidio, *quæ nouum ius non inducunt, non vero vt debeat spoliari beneficio, &c.* n. 18.

Et idem videtur in dubio iuris, vbi quis dubitat, an suo delicto sit imposita pœna irregularitatis, antequā fiat diligentia, & examen in iure & etiam post, dum manet dubius: quamuis vbi dubium esset apud omnes, an in aliquo casu sit iure imposita irregularitas, tunc non esset quis censendus irregularis, numer. 21. & 22.

In hac materia dubij reprobantur, quædam dicta Reuelli. Tho. Sanchez, & Suarez. numer. 23. & 24. *& Salas* n. 25.

Licet prædicta ita sint, non tamen videntur applicanda in proposito de filiis expositis, in quo si dubium esset æquale, aut fere, ob fauorem prolis melior, & benignior pars esset sumenda: & ideo censentur Christiani antiqui, & ex puro sanguine, &c. n. 26. *De quadam bulla Gregorij XIV. circa hoc allegata per Enriquez.* numer 217.

Prædicta doctrina de inhabilitate illegitimorum fallit primo, vbi per sequens matrimonium fuerint legitimati: nam filij illegitimi naturales efficiuntur quoad omnia, præter Cardinalatum, vere legitimi per subsequēs matrimonium, n. 28. *etiam sine instrumentis dotalibus*

de iure canonico, numero 29.

Quod intelligitur per matrimonium etiam putatiuum bona fide, saltim vnius coniugum contractum, contra Sarmient. nu 30.

Secundo intelligitur, modo matrimonium non sit clandestinum, vel interdictum: nam tunc non legitimantur per ipsum, nu. 31. *Per quod tamen legitimantur, si est validum,* nu. 32.

Filij spurij putatiui naturales non legitimantur per sequens matrimonium, etiam verum, contra alios n. 33. *cuius ratio ponitur* n. 34.

Quod tempus, conceptionis, an natiuitatis sit considerandum, vt filij iudicentur naturales, vel spurij, aut etiam legitimi. Et prima opinio est, considerandum esse tempus vtilius proli, n. 35. *Secunda est, inspiciendum esse tempus conceptionis,* n. 36. *Et prima approbata est per legem Tauri,* nu. 37. *Sed magis placet secunda, quamuis prima sit approbata* d. l. Tauri, *quæ procedet quo ad effectus iuris ciuilis, non tamen quoad hoc, vt tempus natiuitatis sufficiat, vt alias sint legitimi, aut sicut naturales legitimentur per subsequens matrimonium, &c. Et si dicta lex contrarium vellet in proposito, ex defectu potestatis inutilis esset.* numer. 38.

An filij habiti ex incestu, quorum parentes postea contraxerunt matrimonium, ex dispensatione Papæ, cum Ecclesiæ prolem susceptam, si qua est, & suscipiendā exinde legitimam decernendo, efficiantur legitimi per subsequēs matrimonium quoad omnia, etiam ad successiones, fideicommissa, & maioratus: an vero legitimatio ista censenda sit, sicut si esset facta à summo Pontifice separatim absque matrimonio: ita vt solum prosit ad spiritualia, & Ecclesiastica, n. 39. *vbi ponit sententiam Couarruiæ, & aliorum censendam esse eo iure, quo censeretur, si esset facta separatim, &c. Sed contrarium tenetur* n. 40. *vbi ponuntur decisiones Rotæ.*

Legitimatio facta dispensando in radice matrimonij est ex matrimonio, & valet ad omnia. n. 41. *& quando fit dispensatio in radice matrimonij.* n. 42.

An legitimati per subsequens matrimonium admittantur ad fideicommissa, seu primogenia, ad quæ vocantur ex legitimo matrimonio nati, seu legitimi, remissiue, & resoluitur affirmatiue numero quadragesimotertio.

De filiis natis in figura matrimonij ex matrimonio putatiuo, an & quando sint legitimi, remissiue numero 44.

Secundo fallit prædicta doctrina, vbi illegitimi fuerunt per Papam legitimati, nam tunc habebuntur vt legitimi ad ordines & beneficia, n. 45. *de quo qui sunt videndi:* n. 46.

Tertio fallit, vbi cum illegitimis fuerit dispensatum per habentem potestatem, n. 47.

Episcopus dispensare potest cum illegitimis ex quocumque etiam damnato coitu ad minores ordines, & beneficium sine curâ [illegible], cum sunt honestæ vitæ, & virtute prædictarum in ista dispensatione facienda per Episc. requiritur causa, &c. n. 48. & seq. *Nec potest cum eis dispẽsare super pluralitate beneficiorum simplicium, vt plura possint retinere.* n. 50.

Ad maiores ordines, & beneficia curata nequit Episc. dispensare. sed requiritur dispensatio Papæ, num. 51. *quantumuis magna subsistente causa vtilitatis seu necessitatis Ecclesiæ.* n. 52.

Ad dignitates etiam, vel personatus etiam sine cura. solus Papa potest cum illegitimis dispensare cum communi contra Gambarum, a n. 53.

An Episcopus possit cum illegitimis dispensare in canonicatu Ecclesiæ cathedralis, n. 57 & n. 58. *ponitur sententia affirmatiua communiter recepta quæ fundatur* n. 59. *Contraria tamen sententia ponitur* n. 60. *& eius fundamenta cum* 3. *seqq. vbi eis respondetur.* n. 63. *ponitur sentẽtia Maioli, ad canonicatum in cathedrali Episcop. olim potuisse dispensare iuxta primam sententiam, & hodie, quia omnes canonicatus cathedralium annexum habent ordinem sacrum, dispensare non posse. Pro qua est doctrina glossa, quod Episcop. non potest dispẽsare in beneficio requirente sacrum ordinem, etiamsi non requirat eum actu, sed post.* n. 66. & seqq. *Quæ sententia Maioli videtur tenenda, ita tamen, quod cum illegitimo ad sacros ordines dispensato possit Episc. etiam hodie ad canonicatum dispensare,* n. 68. *& idem in portionib. Eccl. cathedralis, secus tamen in canonicatu collegiatæ, & dimidiis portionibus.* n. 69.

Circa dispensationem illegitimorum quæ sunt videnda. n. 70.

Hodie per Papam dispensatur cum illegimis ad obtinẽda quæcunque beneficia: præter dignitates, ac canonicatus in cathedralibus, ac principalem in collegiata, dummodo plura non sint, &c. de qua clausula remissiue n. 71.

An in impetratione sit facienda mentio de dispensatione n. 72. *vbi resoluitur, quod non, quãdo est executio dispensationis iam factæ, secus in secunda dispensatione, seu vbi additur dispensatio dispensationi* n. 73. *vbi ponitur decisio Rotæ.*

Stante in supplicatione clausula & quod oratoris dispẽsationes habeantur pro expressis, valeret impetratio, etiamsi adderetur dispensatio dispensationi, numero 74.

Quæ clausula tempore Sixti V. non dabatur quoad dispensationem super defectu natalium, sed per reuisores in supplicatione addebatur, non tamen super defectu natalium, n. 75.

Tempore etiam Sixti V. erat stylus non conferre beneficia illegitimis, etiamsi alias fuissent dispensati: & sic ratione illius styli tunc videbitur necessarium exprimere dispensationem super defectu natalium in impetratione, etiam quod esset executio dispensationis. n. 76. *vt in decisione Rotæ posita.* n. 77.

Hodie non viget dictus stylus, & ideo standum erit in supradictæ resolutioni. n. 78. *De quo an in secunda dispensatione seu gratia sit facienda mentio de aliis pribri, &c. remissiue* n. 79.

OPortet † etiam, promouendos ad beneficia legitimos esse, & ex legitimo matrimonio: nam spurij & alij illegitimi inhabiles sunt ad Ecclesiastica beneficia, cum nec ad ordines nec ad clericatum admittantur, *c. innot. de elect. & c. fin. de filiis presb. ca. cod. tit. in 6. cum aliis.* Facit etiam conc. Trid. *sess. 22. de refor. c. 20.* ibi: *Natalibus & sess. 23. de refor. c. 5.* ibi, *De ipsorum ordinandorum natalibus, &* c. 7. ibi, *Ordinandorum genus.* Quæ † verba iuxta ius antiquum intelligenda sunt, & per ea Concilium voluit excludere illegitimos, qui non ex legitimo nati sunt matrimonio, *vt in c. 1. sess. 7. & c. 1. sess 24. de refor.* de quibus hic agitur: & filios, aut nepotes hæreticorum iuxta *c. 2. §. hæretic. & c. statutum 2. de hæretic. in 6.* & seruos *vt in tit. de seruis non ord.* ac neophytos iuxta *c. 1. & 2. 48. dist. & c. constituit 17. q. 4.* Nam † illa decreta Concilij non intendunt corrigere aut alterare iura antiqua circa qualitates promouendorũ, vt apparet

in d.

in d.c.2. ibi, *Ac alius, quæ à sacris canonibus requiruntur, & in dict.c.7.* ibi: *Antiquorum canonum vestigiis inhærendo.* Salzed. *in pract.crim.* Bernard Diaz *cap.22. numero* 24. D. Sahagun. *cap. eam te. de rescript. numero* 23. Enriq. *in sum.lib.10.c.* 17.§.2. *in gloss. litera G.* Auila *de cens.7.p.disp.4.dub.43. concl.* Man. Rodrig. *in summa* 1 *tom.c.*159.*n.*2. *& quæst. regularium* 1 *to.q.*24. *art.* 74. Et ita alias S. Congregatio Concilij censuit,

4 *Quod per illa verba ordinandorum genus, non excluditur filius neophyti.*

Et de illegitimorum † inhabilitate ad ordines, &

5 beneficia, seu irregularitate, & eius materia, videndi sunt vltra ordinarios *in tit. de filiis presbyterorũ*, præsertim *in* 6. Host. *in summa eodem tit.* Albert. Trocius *de vero & perfecto clerico lib.2.c* 1. & 2. Lambert. *de iur. patronatus* 1. *par.2.li.q.7.art.*11. Rebuf. *in praxi tit. de dispensatione super defectu natalium.* Corras. *de benef.3.par.c.2.* Rosinianus *de benef.3 par.c* 13. Dua. *li.4.c.5.* Pet. Gregor. *eod. tract. c.5.* Villadiego *de irregularit.c.*10. *vers. dixi vlterius quod illegitimus*, & latissime Maiolus *eodem tract. li.*1. *à c.* 4 *ad* 10. Mandos. *de signat. grat. tit. de dispensatione super defectu natalium* Bernard Diaz. *in pract. crim.c.* 14. & ibi late Salz. Paleot. *de nothis & spuriis*, præcipue *c. quinquagesimoseptimo.* Menoch. *de arbitrar. li.2. casu* 201, *à n.* 35. Flamin. Paris. *de resignat. benef. li.4.q.4. à n.* 8. Vgolin. *de irregular. c.44. l.12. tit.6. part.*1. & ibi Gregor. Lop. Nauarr. *in Manuali c.27. num.* 201. & in consiliis *tit. de filiis presbyterorum*, Angelus, Sylvester, Rosella, Armilla, & alij Summistæ *verb. illegitimus*, Candelabrum aureum *tit. de irregularit. à n.*107. *ad* 127. *& in appendice c.2. de illegitimis*, Lud. Lop. *instructorio conscientiæ 2. tom.2.par.c.*23. Manuel Rodrig. *in sum.1.tom.c.*16. *& q.regul.* 1. *to. q.* 13. Petr. Ledes. *in sum. de matr. c.*34. Tolet. *in sum. lib.*1. *cap.* 58. in editione Romana, Sayrus *de censuris li.6. c.*10. & Suarez 5. *tom. disputat.* 50. & Auila *de censur.7.p.disp.3.dub.* 6. *& seqq.*

Et an expositi, quorum † parentes ignorantur,

6 sint pro legitimis, an pro illegitimis habendi, & absque dispensatione possint promoueri, grauis difficultas est.

In qua prima † sententia est, habendos esse pro

7 legitimis, & posse absque dispensatione promoueri: nam multi etiam legitimi exponuntur: & sic cum veritas non possit constare, sit interpretatio in meliorem partem, & in fauorem prolis videtur declinandum, ad *d.cap. ex tenore. qui filij sint legitimi*, ibi: *In fauorem prolis potius declinamus.* Quam sententiam tenent Anan. *in cap.*1. *num.* 11. *de infant. expos.* Feli. *in cap. cum deputatis num.* 1. *de iudic.* Bermon. *de public. concubinar. verb. qui etiam filios numer.* 90. Paleotus dicens receptum *d. tract. cap.* 63. Menoch. *casu* 396. Man. Rodrig. *d. quæst.*13 *art.*1. *& quæst.*14. *ar.*3. & D. Ioann. Vela *de pœn. delict. cap.*9. Salas 1.2. *tract.*8. *disp. vnica sect.*24. *num.*246.

Secunda sententia † est contraria, quam tenent

8 Couar. *in Clem. si furiosus. in pr.*1 *par. n.* 9. Maiol. *sup. c.*11. Salze. *d.c.*14. *litera C. vers. sed huic loco*, Vgoli. *d. c.*44.§.7. *n.*1. Candelabrum aureum supra *de irregular. à nu.*120. Enriq. *in summa li.*11. *c.*20.§.3. *li.*14. *c.*8. §. 10. Lud. Lop. *d.c.*23. Man. Rod. *c.* 161. *num.* 1. Gab. Vazq. 1.2. *disp.*66. *n.*48. Tolet. *d.c.*5. & Iayrus *d.c.*10. *n.* 59. Auila *sup. dub.*9. Reuellus *de obl. iust.* 2. *p. li.*1. *q.*2. *n.*15. & eam videtur tenere Castillo *li.*2. quotidianarum controuersiarum *c.*19. *n.*51. cum Hondedeo *consil.* 47. *li.*2. *nu.*23.

9 Et ratio est, cum hic coniecturis † sit agendum, non solent filij legitimi exponi, sed potius qui nascuntur ex furtiuis & fornicariis congressibus: & vero similius est eos contra matrimonium nasci, qui sic à genitoribus contemnuntur, & ait Vgolin. se vidisse re ipsa per multos annos, quibus animarum curam gessit, solum ex fornicatione, & illegitima copula natos exponi: & quamuis Doctores citati exempla nonnulla afferant, plura afferri posse contraria.

Et hæc sententia magis placet, nam re vera i- 10
ta est, vt experientia docet, quod quamuis aliqui legitimi exponantur, tamen hi sunt pauciss imi: & fere omnes qui exponuntur, sunt illegitimi, & ex centum qui exponuntur, certum est plusquam 90. esse illegitimos, & ita expositi communiter reputantur, & dicuntur ex copula illicita, & ab eo quod fere semper fit, videtur interpretatio sumenda, quam ab eo, quod aliquando, sed raro fit, quamuis id sit melius, & benignius. Et admissa hac sententia non poterit Epiſcopus cum eis dispensare ad sacros ordines & curata, *ca.*1. *de fil. presb. in* 6. contra Couar. Enriq. Lop. & Auilam.

Posset tamẽ prima sententia † post factum admitti 11
propter authoritatem DD. eam tenentium, secundũ Couar. Salz Vgolin. Enriq. Lud. Lop Man. Rod. *d.n.* 1. Auil. *vbi* §. & vtramque dicit probabilem P. Ledesma *d.c.*34.8. *diffic.* & Suar. *d. disp.* 50. *sect.* 4. Aliam † 12
rationem pro secunda sententia adducit Gabr. Vazq. *sup.* quod in dubiis tutior pars est eligenda, *cap. illud de clerico excommunicato ministrante*, vt in dubio homicidij censeri debet quis irregularis, *ca. ad audientiam, & ca. significasti.* 2. *de homicid.* Eandem rationem adducit Toletus supra dicens, quod in dubiis debemus potius reputare eos irregulares. Est autem maxime dubium, imo & probabile, ex illegitimo natos esse cõcubitu. hi enim frequẽtius exponuntur. Eam etiam adducit Ruell. supra dicens, quod quando parentes omnino latent, dubium est facti vt minimum æquale: ergo vt in casu homicidij dubij debet se quisquam pro irregulari gerere. 13

Et quidem vera est illa † regula, quod in dubiis tutior pars est eligenda, quæ intelligitur, & procedit generaliter quoad hoc, vt non possit quis facere id, de quo est dubium an sit prohibitum, sed debeat ab illo abstinere: non tamen procedit quoad hoc, vt in dubio debeat quis spoliari, seu priuari re possessa, vel facere actum positiuum, de cuius obligatione nõ 14
constat. Nam † tunc intrat alia regula, quod in dubio & pari causa melior est conditio possidentis, *reg. in pari. li.*6. quæ procedit non solum in materia iustitiæ, vt aiunt Gabr. Vazq. *supr. disp.* 65. *n.*13. *&* 14. & Açor. *instit. moral.*1. *par. li.*2. *c.*19. *q.*10. & M. Fr. Ant. Perez nunc Generalis Ordinis S. Benedicti Hispaniæ *certamine* 10 *schol. n.*131. *& seq.* sed etiam aliarum virtutum, vt rectius aiunt Thom. Sanchez *de matr. li.* 2. *disp.*41. *q.*3. & Suar. 5. *tom. disp.*40. *sect.*5. *n.*15. *& sect.* 6. *& de relig.*2. *tom. tra.*1. *li.*2. *c.*33. *& tra.*6. *li.*4. *c.*5. *& seq.* qui tamen non perceperunt vim primæ regulæ. Pro † qua distinctione facit illud axioma, de 15
quo *in capit. quemadmodum de iure iuran. quod turpius eiicitur.*

Vnde in dubio † voti distinguendum est inter vo- 16
tum negatiuum de non faciendo, quod est seruandum, & affirmatiuum de faciendo, quod non obligat, & similiter in dubio præcepti inter præceptum negatiuum, & affirmatiuum.

Vnde etiam procedit † distinctio c. inquisitioni, 17
vers. verum de sent. excom. *de qua late agunt Nauar.*

in c.si quis autem de pœn.dist.7.à n.9.Couar.in 4.2.p. c.7.§.2.n.7.Corduba lib 3 q.5. & 8. Bart. Med.1.2.q. 19.ar.6.P.Ledesm.de matr.q.45.ar.1.Gab. Vazq.d.disp. 66.ex n.6.Açor.d.li.2.c.18.& Th.Sanch.su.& Doctor. per eum relati,& Salas sup.sect.20.21.& 22.& Suar.d. c.5.n.17.Lorc.su.

18 Et ideo in dubio † non solum homicidij, sed etiam alterius cuiuscumque facti, ob quod incurritur irregularitas, censeri debet quis irregularis ad effectum abstinendi, & cessandi ab officio, & opete irregularibus prohibito, etiam in foro exteriori, propter periculum errandi contra salutem animæ, & etiam post factam diligentiam, quidquid tunc dicant Enriq.*l.*1.4.*c.*3 §.4.& *c.*14 §.3.& *c.*15.§.5. & Auil.*de censur.*7.*p.disp.*2.*dub.*5.vt in p.c.ad audientiam & c.significasti,2.de homic.quæ nouum ius non inducunt,*Gab.Vazq.d.disp.*65.*num.*9. quidquid velint Tho.Sanch.*sup.* & Suar.*d.sect.*6.& *d.ca.*33. *numero* 2. *d.capit.*5.*numero* 16.sed ex dict.1.regu.generali obligationem per existentem declarant, & de iure respondent, non vero quoad hoc, vt debeat spoliari, seu priuari beneficio,& alias pœnas, quæ in dubio non debent imponi,*l.absentem,ff.de pœnis, & reg. cum sunt partium iura obscura in* 6. quamuis si non abstineat ab his,à quibus vere irregulares abstinere tenentur,pro eo vero & certo delicto in nõ abstinendo commisso punietur condigne,& competenter in foro exteriori.

19 Et id plane † est,quod vult & docet Abbas *in d. c.ad audientiam n.3.& in d.c.significasti n.4. quem sequuntur Anan.& Feli.n.1.in d.c.ad audientiam,Marian.Socin.ibidem n.46.Rosell.verbo dubia, Ang. ver. dubium,1.& 2.Sylu.eodem verbo q.4. Armilla verb.dubitatio,n.3.Sayrus de censuris li.6.c.2.n.16.& clarius in Claui Regia li.1.c.13.n.33.& 24.Tolet.d.li.1.c.* 57. *circa*
20 *fi.* & communis, quam † non videntur recte intellexisse, Nau.*in d.c.si quis autem à n.35.& in man. c.* 27. *n.*193.*& cons.*6.& 46.*alias* 11.*&* 12.*de homic. n.*2. & Couar.*in Cle.si furiosus* 1.*p.initio n.*3.*imponentes ei*,& Abbati *sup.* quod dicant neminem in dubio censendum irregularem in foro exteriori: *cum quib. nempe Nau.& Couar.alij transeunt,Plac.de delict.c.*12. *n.*11. *Maiol.de irregular.li.*1.*c.*2.*reg.*7.*& li.*3.*c.*51.*n.* 10. *Vgoli.eod.tra.c.*4.§.1.*n.*4 *Cosm.Philiar.de off.sacerd.*1.*p. li.*4.*c.*6.*Candelabrum aureum de irregul.n.* 20. *Zech. de casib.reseruatis,casu* 1.*de irregul.in pr.n.*31. *vers.* 5. *Bannes de iust.& iur. q.*64.*ar.*8.*Lu.Lop.*2.*to.*2.*p.c.*22. *Man. Rodrig.in sum.* 1. *tom.capit.*156.*num.* 3. *Valet.*4.*to.disp.* 7. *q.*19.*pun.* 2.*Veg.in espeio de curas*, *c.* 12.*n.*218.*Auil.sup.Ant.Per.d.n.*132.*Rebel.d.*2.*p.li.*1. *q.* 2.*n.*13,*Salas d.tra.*8.*disp.vni.sect.*19.*n.*171.& Molin.*de iust.tra.*3.*disp.*67.*n.*3.qui tenet prędictã nostrã resolutionẽ,& iuxta eã explicat,& intelligit Nauar.*vbi su.* qui secũ pugnare videbatur, iuxta quam etiã sunt intelligendi Couar. & reliqui Doctores modo citati.

Et idem videtur in dubio iuris, vbi † quis dubitet,
21 an suo delicto, seu facto sit imposita pœna irregularitatis, antequam fiat diligentia & examen in iure, interim enim debet abstinere, tanquam irregularis, & etiam post factum examen & diligentiam, dum manet dubius, *Ant.Per.sup.nu.*135. quamuis vbi dubium esset apud omnes, an in aliquo casu sit iure imposita irregularitas, seu in casu dubio apud Doctor. an sit de illis, in quibus irregularitas incurratur, tunc non esset quis censendus irregularis, ex quo non est in iure expressum, *vt in c.is qui de sent. excom.in* 6.*Innoc. in d.c.ad audientiam in fi.Nau.in d. c.si quis autem.n.*39.*& sequen.& alij, & ita recte ex plicat.Gab.Vazq.d.disp.*65.*num.*11.& 12.*& facit dec. Rot. in causa Vrgell.canonicatus* 3.*Mart.* 1595. *coram illustriss.Blancheto sup.adduct.*2.*p.c.*5.*n.*12.*ad fi.* Et † ita erit accipiendum, quod docet Coua. *supra. quem* 22 *sequuntur Plaça,Vgol.Bann.Lud.Lop.Val. & Sayr. sup.Tolet.d.c.*57.*n.*4.*Açor.d.li.*2.*c.*19.*q.*11.*Suar.d.sect.* 5.*ex n.*13.*Auil.sup.Rebel.d.n.*13.*& Salas sup.sect.*17.*n.* 153.*& sect.*18.*&* 19.*n.*176.quod in dubio iuris, an sit in aliqua specie inducta irregularitas, non est quis censendus irregularis. ¶ Oportet autem † hic animaduertere contra Rebell.*d.*1.*p.li.*2 *q.*14.*à n.*8.*&* 2. *p.li.*1.*q.*2.*à nu.* 10.nihil referre in hac materia dubij, 23 quod dubium sit æquale vel non: nam stante vero dubio, licet pro vna parte sit maior verisimilitudo, seu probabilitas non tenetur dubitans ad id, ad quod alias in dubio æquali nõ teneretur, nec deobligatur ab eo, ad quod alias in dubio æquali teneretur *Gab. Vazq.disp.*66.*cap.*7.*n.*42. quidquid velit Rebell.*ibi:* nec etiam teneretur ad diuidendum, quidquid dicat cum aliis Th. Sanch.*d.disp.*41.*n.*16.*&* 34.contra quos rectius tenent Mol.*de iust.tr.*2.*disp.*103 Vazq.*sup.nu.* 36.*&* 37.Salas *sect.*23.*n.*231.*& sect.*25.*n.*25.Non enim est considerabilis ille excessus, nec facit imparẽ causam si nihilominus res non extrahitur à dubio, sed adhuc reuera manet dubia, *facit reg. iuris in* 6. cum sunt partium iura obscura reo (qualis est possessor) fauendum est potius, quam actori; nam etiam si sit maior probabilitas pro vna parte, adhuc res manet obscura, vt supponitur, *& ita colligitur ex d.c.inquisitioni.de sent. excom.*& est de mente cõmuni DD. qui cõmuniter dicũt, quod in dubio melior est conditio possidentis, & non quod in æquali dubio, quidquid velit Rebel.*sup.* Vnde etiam non placet, quod † docet 24 Suar.4.*to.de pœn.disp.*22 *sect.*9.*n.*6.*& d.tr.*6.*de relig. li.*4.*c.*5.*n.*5.quod quando habet quis iudicium probabile vtriusque partis, quod dubium posit iuum vocat, potest tuta conscientia sequi quam partem maluerit, quia homo in reb. practicis potest sequi opinionem probabilem, non obstante contraria probabili, vel etiam probabiliori, &c. Quæ doctrina non est vera; nam licet opinionem probabilem ex parte iuris possit quis sequi relicta contraria probabili aut etiam probabiliori, *vt ducitur inf.*11.*p.c.*5.*à n.*361: tamen quando ex parte facti sunt vtrinque rationes, seu coniecturæ probabiles, necessario resulsat dubiũ de tali facto, & debet homo se gerere, tanquam in re dubia, quantumuis habeat pro vtraque parte iudicium probabile, *vt satis colligitur ex d.c.inquisit. nam vt dicit Sot.in* 4.*dist.*27. *q.*1: *art* 3.*vers. tunc ergo*, *& ita eo Th.Sanc.d.disp.*41.*n.*3 in proposito potius perpendẽda est causa dubij, vel assensus quam assensus ipse, & ad iudicandum non tam attendendum est, an adsit dubiũ, vel opinio, quam ad casum; vnde oritur, &c. & ita sentiunt communiter DD. quidquid Suarez dicat: & Sylu.*verb.confessio* 2.*q.* 2. quem allegat *Suar. d.n.*6. loquitur in habente † opinionem, & assensum vnius partis tantum, licet cum formidine. Denique 25 oportet animaduertere d.regulã, in dubio melior est conditio possidentis, & alteram, in dubiis tutior pars est eligenda, non pendere ex eo, quod sit vel non sit magna incommoditas, molestia aut difficultas, seu periculum contra Salas, *d.tr.*8.*disp.vni. à sect.* 17. *ad* 25. qui tandem omnia ad id reducit, & in summa tenet, quod in materia iustitiæ generatim, & maxime verum sit meliorem esse in dubio conditionem possidentis: ita vt qui legitime possidet rem aliquam externam, vel ius ad illam, non teneatur in dubio re illa, vel iure se spoliare, & alteri

& per quandam accommodationem, & cum quadam exceptione, ita scil. vt is qui alioqui erat liber, seu possidebat libertatem ad aliquid agendum, vel omittendum, non teneatur illud facere, vel omittere, si molestum, vel oneroſum est, nisi constet cadere sub promissione, voto, iuramento, vel præcepto, secus si facile, & commode id fieri potest, nam sine causa & necessitate, nemo se exponere debet periculo violandi legem, promissionem, vel præceptum; & in dubio regulariter, & per se loquendo, tutior pars necessario est amplectenda, secus tamen per accidens ad vitandum aliquod magnum incommodum. Itaque in quocumque dubio, siue iuris, siue facti, præcepti, promissionis, voti, iuramenti, vel alterius rei, quando facile, & sine magno incommodo fieri potest, tutior pars sequenda est; nisi forte ius ipsum aliud concedat, vt videtur concedere in dubio iuris de irregularitate, *in c. is qui de sent. excom. in 6.* Quando vero id non potest fieri, nisi cum magna difficultate, & incommoditate, id non est faciendum de præcepto, sed de consilio, nisi aliud iura ipsa exprimant, vt exprimere videntur in irregularitate homicidij, quoad cessationem à diuino ministerio, &c. *vt etiam ait sect. 6. n. 70.* Ita Salas, cuius doctrina non placet, & conuincitur ex dictis: nec est simile quod tradit Thom. Sanchez, *lib. 2. de matrim. disp. 36. numero 8.* loquitur enim de opinione ex parte iuris aliqualem habente probabilitatem, &c. Sed licet præ-
26 dicta ita sint, non † tamen videntur applicanda in proposito de filiis expositis, in quo si dubium esset æquale, aut fere, ob fauorem prolis melior, & benignior pars esset sumenda, iuxta *dict. cap. ex tenore*, & ideo expositi censentur Christiani antiqui, & ex puro sanguine, & possunt obtinere præbendas in Ecclesiis, seu Collegiis, in quibus est statutum, quod non admittantur, nisi Christiani antiqui, & ex puro sanguine, vt communiter tenetur. Enriq. *dict. lib. 11. capit. 20. §. 2. in gloss. litera K.* Auila *dict. disp. 3. dub. 9.* Salas *dict. num. 26.* quod non esset verum, si ratio prædicta hic valeret. Verum est, quod contrarium in eo nouissime tenet Perez de Lara *de anniuers. & capell.*
27 *lib. 2. cap. 24. à numer. 37.* Aduertendum † tamen est, quod Enriq. *lib. 14. c. 8. §. 10. gloss. lit. K. L.* ait, quod Greg. XIV. anno 1591. data bulla in gratiam confraternitatis pro expositis decernit, vt habeantur pro legitimis, & puri sanguinis ad omnes præbendas. Sed de hac bulla ego non habeo notitiam, forte est bulla particularis in gratiam & fauorem expositorum alicuius confraternitatis particularis, vt sonant
28 verba Enriq. Prædicta doctrina de inhabilitate † illegitimorum fallit, primo, vbi per sequens matrimonium fuerint legitimati: nam filij illegitimi naturales efficiuntur, quoad omnia (præter Cardinalatum ex cõstitut. Sixti V.) vere legitimi per subsequens matrimodium, *cap. tanta, qui filij sint legitimi*, & ibi gloss. Abbas, *numero 4. & 7.* & alij, *cap. innot. de elect. l. 1. tit. 13. p. 4.* vbi Greg. Lopez Villadiego *de irregularitate, ca. 16. vers. item aduertendum, quod per subsequens matrim.* Ant. Gabr. *de legitim. con. 1.* Couar. *in 4. 2. p. c. 8. §. 2.* Duen. *reg. 350.* Cuch. *in inst. maior. lib. 5. tit. 11. nu. 129. 140. & seq.* Card. Mant. *de coniect. lib. 11. 12.* Matienço & Azeued. *in l. 10. tit. 8. libr. 5.* recop. Io. Grac. *de nobil. gloss. 21.* Pereg. *de fideicom. artic. 24. ex num. 1.* & Zauall. *quæst. 2. numero 60. & quæst. 606. à numer. 1.* Morquecho *de bonor. diuis. lib. 4. cap. 6. à n. 17.* Vgoli. *de irreg. c. 44. §. 3.* Enriq. *in sum. lib. 11. cap. 20. §. 1. & 2.* Sayr. *d. l. 6. c. 10. à n. 13* & Suarez *sup. sect. 1. .2. & sect. 5.*
29 *n. 1. & 11.* etiam † sine instrumentis dotalibus *de iur. can. ex d. c. tanta*, DD. citati, & Ant. Thesau. *deci. Pedemont. 83.*

Et intellige per matrimonium, † etiam putatiuum 30
bona fide, saltim vnius coniugum contractum *d. cap. tanta.* iuncto *c. ex tenore eodem titul.* Anton. de Butr. *in dict. cap. tanta, & in cap. quod nobis. eodem*, Cassador. *decisio. vni. desponsa.* Ant. Gabr. *cap. 1. conc. 1. num. 4. & 6.* Duennas *dict. reg. 350. ampliat. 9.* Molin. *de Hispan. primogen. lib. 3. cap. 1. numero 11.* Matienço *dict. l. 10. gloss. 1. numero tertio*, Menoch. *de præsumpt. libro 4. præsumpt. 81. numero 3.* & sentit Suarez *dict. sect. 1. numero 11.* contra Sarmiento *libro 1. selectarum cap. sexto*, quem sequitur P. Molin. *de iustit. tract. 2. disputat. 172.*

Secundo intellige, † modo matrimonium non sit 31
clandestinum, vel interdictum, nam tunc non legitimantur per ipsum, si est inualidum, *cap. fin. §. primo de clandest. desponsatione.* Zauall. *quæstion. 697.* Per † 32
quod tamen legitimantur, si est validum, vt contra alios recte docet Mantic. *dicto titulo duodecimo, numero 13.* & Thomas Sanchez *de matrim. libro tertio, disput. 44.*

Filij tamen spurij † putatiui naturales non legiti- 33
mantur per sequens matrimonium, etiam verum, vt contra *gloss. 2. in dicto cap. tanta*, Cassado. *supra*, & plures relatos per Anton. Gabr. *supra conc. 2.* & per Couar. *dicto §. 2. numero 17.* & per Cuchum illis libentius accedentem *supra numero 139.* tenent Joan. And. Anton. & Abb. *numero 8. in dicto c. tanta*, Couarr. *supra numero 17. & 18.* Roder. Suar. *in l. 1. tit. 6. lib. 3 fori ver. ad prædicta*, vbi Valdes *in additio.* alios citat, Duennas *supra limitatio 3.* Sarmiento *dicto cap. 6.* & Molin. *dicto numero vndecimo*, Spino *de testamentis gloss. decimaquinta, numero 119.* Velazq. de Auend. *in l. vndecima, Taur. gloss. 2. ex numero 3.* & Ceruantes *ibi ex numero 156.* Peregri. *d. art. 24. ex numero 52. & 73.* Sylueſt. Aldobran. *in §. fin. de nuptiis numero 21.* Fachin. *controuers. libro 3. cap. 55.* Lud. Lop. *instruct. conscientiæ, 2. tom. cap. 57.* P. Molina *dicta disput. 172.* Suarez *d. sectione 1. numero 5. 7. & 11.* & videtur tenere Anto. Gabriel. *dict. concl. 2.* qui alios referunt pro hac sententia.

Et ratio est, quia danti † operam rei illicitæ im- 34
putatur, quidquid inde euenit, etiam præter eius cogitatum & intentionem, *capit. continebatur, capit. tua de homicid.* saltim vbi non agitur de imputatione culpæ, seu malitiæ, & eius pœna, vt hic: & quia illi reuera non sunt naturales & solum de iure legitimantur per subsequens matrimonium filij naturales.

Sed est difficultas, quod tempus, † conceptionis, 35
an natiuitatis sit considerandum, vt filij iudicentur naturales. vel spurij, aut etiam legitimi. In qua prima opinio est, considerandum esse tempus conceptionis, vel natiuitatis, quod vtilius fuerit proli, argumento textus *in §. sufficit institutis de ingenuis, & in l. nuper, C. de natural. liberis, & in authen. quibus modis natural. efficiant. sui, §. tribus*, seu, *§. si quis igitur propè finem*, qui idem dicit, quod *d. lex nuper.* Ita tenent Hostien. Ioan. Andr. Cardin. Anton. Anchar. & Collectarius *in d. c. tanta*, Enriq. *in d. cap. ex tenore*, Salicet. *in d. l. nuper.* Anton. Gabr. *d. conc. numero 10. & concl. 4. numero 11.* Greg. Lopez *in l. secunda, titul. 15. p. 2. verb. sino el hijo, versic. sed pone, & in l. 1. tit. 13. p. 4. verb. se casa*, Couarr. dicens communem *d. §. 2. numero 2.* Duennas *sup. ampliatione 19.* Rojas *de successionibus ab intestato, c. 10. à numero 38.* Cuelues *supra numero 130.* Aluarado *de coniecturata mente defuncti*,

lib.1.c.3.numero 66. Spino *d.gloss.*15.*numero* 118. Vgolì.*d.§.*3. Fachineus *d.lib* 3.*controuersiarum c.*50. Lud. Lop.*sup.* Enriq.*d.c.*20.*num.*3. Molin.*sup.d.disput.*172. dicens communiorem sententiam, P. Ledes.*in summ. de matri.c.*34.3.*diffi.*1.*conc.* & Sayr.*d.c.*10. *n.*29. Th. Sanc.*de matri.lib.*8.*disp.*7.*n.*19. Morq.*d.lib.*4.*c.*6. *nu.* 18.*&* 21.

36 Secunda opinio † est, inspiciendum esse in proposito tempus conceptionis, cum hic agatur de qualitate, & macula, quæ ex vitio, & crimine in coitu, & cõceptione commisso contrahitur, & probatur ex *l. Paulus* 11.*ff.de statu homin.* vt eam expendit Sarmiento *infra.* Ita tenuerunt Cinus & Paulus, *in l.cum ex libera, C.de suis & legitim.hæredib.* Bald. & Alberic. *in d.l.Paulus*, Salicetus *in l.etsi contra, C.de nuptiis, & in l.filium, C.de suis & legitim.hæredib.* Anton.de Rosell.*in tract.de legitimatione, colum.*8.*&* 9. Maiolus *de irregularitate, lib.*1.*cap.*4.*numero* 14. optime Sarmiẽto *d.libro primo selectarum cap.*5. *a numero* 10. cuius rationibus ait Couarruu. *supra in vltimis editionibus*; sed dubium esse an sua opinio vera sit, atque ideo lectorem admonere, vt & in iudicando & consulendo, caute & cum iudicio quæstionem istam diffinire velit. Et hanc videtur tenere Bartol.*in dict.l.Paulus*, vbi opponit de *d.l.nuper*, & soluit, quod ibi ille coitus concubinarius erat licitus de iure ciuili: in casu vero *d.l.Paulus*, coitus erat omnino illicitus de iure ciuili, &c. Sequuntur Bald. & Angel. & Peregr. *dict. ar.* 24.*n.*50. qui eandem opinionem videntur tenere, quam etiam ait probabiliorem Suarez *d.sect.*1.*numer.*3.

37 Prima tamen opinio approbata † est per *d.l.*11. *Taur.* quæ est.9.*ti.*8.*lib.*1.*recop.* vt rectè aiunt Rojas *supra n.*40. & Velazq.*ibi glo.*1.*n.*5. Enriq. & P. Molin. *sup.* & Ioan. Garc.*de nobilitate, gloss.*20.*num.*29. dicens in Hispania eam sententiam veram esse, aut saltim recipiendam ex authoritate *dict.l.*11. de iure tamen communi fortissimum textum esse *d.l.Paulus*, si expendas, vt expendit Domin. Franc. Sarmiento *vbi supra.*

38 Mihi vero magis † placet secunda sententia; quãuis prima sit approbata *d.l.*11.*Tauri*, quæ procedet quoad effectus iuris ciuilis, non tamen quoad hoc vt tempus natiuitatis sufficiat, vt alias sint legitimi, aut sicut naturales legitimentur per subsequens matrimonium, si attento tempore conceptionis erant incestuosi, aut adulterini, &c. ex ratione adducta. Etsi *d.lex Tauri* contrarium vellet in proposito, ex defectu potestatis inutilis esset, *c.venerabilem.de election. ca.*2.*de iudic.* cum aliis Doct.*in c.Eccles.S.Mariæ de constit.* & in simil. Couarr.*in c.quamuis pactum*, 1.*p.§.* 3.*nu.*7.

39 Secunda difficultas est, an filij † habiti ex incestu, quorum parentes postea contraxerunt matrimoniũ ex dispensatione Papæ, cum clausula in dispensationibus cum copula apponi solita, *prolem susceptam, si qua est, & suscipiendam exinde legitimam decernendo*, efficiantur legitimi per subsequens matrimonium, & ex eo vere legitimi censeantur, quoad omnia etiam ad successiones, fideicommissa, & maioratus, sicut naturales: an vero legitimatio ista censenda sit, sicut si esset facta à summo Pontifice separatim, absque matrimonio, ita vt solum prosit ad spirituali a, & Ecclesiastica, tanquam facta per rescriptum Papæ. Quæ difficultas grauis est, & quæ potest in praxi frequenter occurrere, & nunc versatur circa aliquos maioratus Hispaniæ, in qua Cou.*in* 4.2.*p.ca.*8.*§.*8.*n.* 13. tenet legitimationem istam censendam esse eo iure, quo cẽseretur si esset facta à summo Põtifice separatim absque matrimonio, cum ratione matrimonij facta non fuerit, sequuntur Molina *de Hispanorum primog.libro tertio ca.*2. *numero* 11. Humada ad Greg. Lopez *in l.*2.*titu o* 15.*p.*2.*gloss.*10.*numero septimo*, Peregrin. *de fideicom.art.*24.*a num.*76. præsertim *num.* 70. Lud. Lop *instruct.consc.* 2.*to.c.vlt.*3.*con.* & Tho. Sanchez *de matrim.lib.*8.*disp.*6.*num.*25. *& disputat.*7. *num.*14.

Contrarium tamen † nempe, quod efficiantur legitimi per subsequens matrimonium, & ex eo vere legitimi censeantur ad omnia, etiam ad successiones fideicommissa, & maioratus, sicut naturales, verius videtur, nam ista legitimatio non fit per Papam absque matrimonio, sed ratione matrimonij, & respectu illius, dependenterque ab illo extendendo & ampliando dispositionem, & fauorem *dicto cap.tanta*, vt intret etiam in isto casu: quod patet, nam si huiusmodi dispensati postea non contraherent matrimonium inter se, proles suscepta non maneret legitima vllo modo, nec posset legitimari virtute illius dispensationis, vt recte tradit Thom. Sanchez *dicto libro* 8.*disput.*6. *numero* 26. *& disput.*7.*numero decimoquinto*, quidquid alias sit in terminis *decis.Rot.*207. *p.*1.*diuersorum*, quam sequuntur Gonçal.*in reg.mensium, gloss.quinta, §.*9.*numero* 57. & Prosper. de Augustino *ad summam Bullarij Quartanæ in appen.p secunda verb. matrimoniales dispensationes ad fin.pag.* 585. Et ita in proposita difficultate videtur tenere Abbas *in d.c.tanta, numero* 14. ibi: *Nisi aliud dicatur in dispensatione*, Guillel. Benedict.*in cap.Raynutius, verb. & vxorem el.*1.*à numero* 202. ibi: *Aut celebrando*, & Enriquez *in summa libro* 7.*cap.*13.*§.*5.*in fin.* & nouissimè post hæc hanc sententiam amplexa est Rota in causa Pampilonen. illegitimitatis R.P.D. Iusto ciusdem Rotæ Auditore proponente 5. Decembr. 1608. vt in decisionibus sequentibus Romæ impressis, & etiam Matriti ad causam maioratus Hispalen. Martini Ceron pendentem in Consilio Regio, in quibus decisionibus inter alia adducitur prædicta ratio à me adducta, quæ meo iudicio est ratio fundamentalis, & principalis huius sententiæ. *Pro illegitimitate Martini Iunioris plura deducebantur per informantes. Primò, quod Martinus est ex coitu incestuoso, cum parentes essent tertio consanguinitatis gradu coniuncti*, cap. non debet, de cons. & affin. *Vnde non fuit effectus legitimus per subsequens matrimonium, Abb.* in capit. tanta, numero 14. qui fil. sint legitimi. *Et in his terminis Rota coram fœl.rec.Clemente VIII. tunc Auditore in causa Syracusana legitimitatis*, 19. *Octobris* 1573. *Nec sufficit dispensatio, quia non potest operare hunc effectum, cum non sit in radice matrimonij, quia tempore conceptionis Martini copula non fuit affectu maritali, Ancha.* consi. 409. sub numero quarto vers. sed est discutiendum, *Abb.* in cap. per venerabilem, numero 21. qui fil. sint legit. *Put.* decisio. 483. *quæ incipit*, Matthæus Gabella lib. 2.

40

Ad hæc responsum fuit, quod legitimitas probatur ex subsequenti matrimonio celebrato iuncta dispensatione Papæ.

Non obstat oppositio, quod Martini, & Vrsulæ copula non fuerit aspectu maritali, & sic dispensatio non tangit radicem matrimonij. Nam tollitur primo, quia affectio maritalis adfuisse ab initio præsumitur, nam qui hodie nuptias contraxit, ex qua antea liberos susceperat, regulariter præsumitur eundem ab initio animum habuisse matrimonij contrahendi, Cache. in decisio. Pedemont. 154.n.4. *contra quam præsumptionem nihil est probatũ*

in casu

in casu nostro , & est negatiua probanda ab hæredibus aduersariis, vt in decisio. R. P. D. mei Cauallery in hac causa facta.

Nec facit, quod tunc præsumitur consensus & effectus maritalis , quando de facto, & nulliter contractum est matrimonium, & subsequuta copula, in quibus terminis procedit Rota in d. decisio. Siraçusana, *& ponit exemplum Ioann. Andr.* in d. cap. per venerabilem, numer. 30. versi. si proles. *Nam Doct. dicunt, quod legitimatio non sit in radice matrimonij, nisi in prole genita ex coitu matrimoniali, saltem ex affectu, vel consensu. Ita dicit Ancha. allegatus* dicto consilio 409. sub numero 4. *post Ioann. Andr.* in dict. c. per venerabilem, numero 30. *& ibi Abb.* sub num. 22. *repetit eadem verba, saltem consensu, & affectione, sine quibus non est matrimonium de facto, & non potest suppleri consensus: & ita sunt intelligendi alij Doctor. Vnde cum satis sit coitum fuisse ex affectu, vel consensu maritali, in hoc præsumitur adfuisse & adfuit, licet non sint publice celebrati actus matrimoniales, de qua publicitate non loquuntur Doctores.*

Neque ista negatiua probatur ex narratiua dispensationis, vbi habetur, quod Martinus & Vrsula scientes se tertio consanguinitatis gradu esse coniunctos, non se cognouisse, vt crimine admisso facilior esset dispensatio, sed sola vesana libidine victi, ergo non secreto affectu maritali. Nam vis huius narratiuæ est, reddere Papam faciliorem ad concedendam dispensationem, quæ fuisset difficilior, si ea intentione, vt facilius dispensationem impetrarent, se cognouissent: sed est præter omnem intentionem velle excludere consensum, & affectum maritalem in copula, de quo nullum verbum , & qui esse poterat coniunctus cum illa vesana, & incestuosa libidine, ante obtentam dispensationem.

Secundo non obstat oppositio, quia dispensatio prolis per subsequens matrimonium sine solennitatibus iuris ciuilis est indulgentia iuris canonici, in d. ca. tanta, *Coua.* in 4. decre. 2. p. cap. octauo, §. secundo, numero 18. *vbi subdit, Papam renocare posse , si iusta ratione placeret: sicut igitur Papa constitutione vniuersali decreuit prolem susceptam legitimam esse per subsequens matrimonium, non intelligendo de suscepta ex coitu incestuoso, ita nihil prohibet quominus ex iusta causa possit, etiam prolem ex isto coitu susceptam legitimam decernere & ius canonicum extendere, & maiorem vim tribuere matrimonio, quam habeat de iure. Et Papa hoc pacto imprimit qualitatem effectui producto ante esse matrimonij, vt dicit Anton. de Butr.* dicto cap. tanta in princip. *quod à iure non erat indultum: & hoc patet, siquidem Martinus & Vrsula exposuerunt Papæ coitum incestuosum, prolem ex eo susceptam , & alia, quibus non obstantibus Papa concessit mandatum de dispensando, cum decreto legitimationis prolis susceptæ, & suscipiendæ, quod sufficit, Maresch.* in cap. primo numero 126. de constitut. in 6. *& operatur vbique effectum suum contra sententiam, Præpos.* in dict. cap. tanta, columna sexagesimaoctaua in fin. *& secundum communem, & veriorem opinionem, de qua per Illustrissimum Domin. Cardinalem Manticam* de coniectur. libro vndecimo tit. 12. numero 14. *post Couarr.* in dict. capit. 8. §. 2. numero octauo, *vbi in specie in contrarium allegat, & reprobat Præpos. & Angel. & eosdem reprobat Gabr.* consilio vigesimoprimo numero decimoquarto libro primo *qui multos adducit, alias nimium esset restricta facultas dispensandi secuta copula, & prole suscepta, non celebrato palam matrimonio de facto, quæ tamen vt plurimum est necessaria ad euitanda scandala, quorum timor remaneret in prole non legitimata. Vnde falsum est dicere, quod deficiat potestas, vel intentio Papæ in his dispensationibus, quoad legitimationem prolis præterquam quoad spiritualia , vt dicunt modern. Cordubens.* de matrimon. lib. 8. disputation. 7. numer. decimoquarto. *Nam quoad potestatem in his, quæ à iure humano, & positiuo prohibentur, qualis est casus propositus, absque alicuius dubitatione Romani Pontifices amplissimam habent potestatem,* cap. proposuit, §. licet autem, de concess. præbend. *Ferdinand. de Loaez,* in tract. de matrimon. Regis Angliæ, dubit. secunda in respons. ad primum partis negatiuæ fundamentum, numero primo vers. in his enim , & in respons. ad sextũ argument. *post Abb.* in capit. per venerabilem, numero vigesimosecundo vers. aut non tenuit impediente lege Canonica, qui filij sint legitimi, *& ibi omnes. Quibus accedit, quod nullus alius præter Papam potest se ingerere de matrimonio & consecutiuis, vt dicunt Doct. allegati per Gabr.* dict. consilio 21. numero decimoquarto , *& addit neminem de hoc dubitare, quinimò vt dicit idem Loaez* vbi supra dub. 10. numero vigesimosexto *dispensatio ad accessoria, & consecutiua trahitur, vt voluit gloss. notab. quam ibi Doct. communiter sequuntur* in cap. quia in tantum. de præbend. *Anton. de Butr. Abbat. & Doct.* in cap. cum in cunctis de election *Socin.* consi. 136. *incipit : Quæstio principalis,* libro secundo. *Et de intentione dubitari non potest, vbi sunt verba clara,* l. ille aut ille, ff. de leg. 3. *Intentio enim principalis est dispensare super matrimonio, non obstantibus constitutionibus & ordinationib. Apostolicis, & consecutiue prolem susceptam & suscipiendam legitimam decernere, vt legitur in literis, siue mandato de dispensando, quia abstulit impedimentum canonicum, respiciendo principium, quando adfuisse præsumitur effectus maritalis, etsi illicitus tunc, vt dictum est supra.*

Secundo loco opponebatur contra mandatum illius, qui matrimonium celebrauerat cum Vrsula, tanquam procurator Martini, quia nullibi reperitur, & non præsumitur ex allegatis , sed fuit responsum sufficere probationem mandati ex testibus, l. in exercendis litibus, Cod. de fid. instrument. cap. primo de procura. *Boer.* decisio. 281. in princip. *vbi plures allegat. Et de mandato deponit frater Thomas,* vt in summario numero quarto, *& dicit illud vidisse , & legisse , & idem tertius testis* in summario numero sexto, *qui concordat cum fratre Thoma , quibus adminiculantur testes ibidem deponentes de auditu, & mdltum facit, quia pro hæredibus Mariæ dicitur , dum impugnant mandatum, quod continebat conditionem de eo non vtendo, nisi de tempore, quo Vrsula viuere non posset; nec ostenditur, quod in alio casu sit vsus procurator , & satis est, quod Vrsula tunc erat in graui periculo mortis constituta.*

Tertio dicebatur , matrimonium non fuisse contractum coram parocho, iuxta formam Concilij Tridentini sessione. vigesimaquarta, cap. primo, de reformatio. matri. *Sed placuit responsio, satis fuisse satisfactum Concilio per assistentiam sacerdotis, de licentia illust. D. Car. Zepatæ, tunc Episcop. Pampil. & ita decreuit S. Congr. Concilij.*

Licentia vero probatur ex depositione ipsiusmet Dom. Cardinalis, qui licet non recordetur de explicita licentia ad hoc data fratri Thomæ: tamẽ deponit de licentia petita ad illos coniungendum in matrimonio, non præcedentibus monitionibus propter periculum quod erat in mora, & quod ei responderat, quod dabat licentiam, & dedisset cuicunque presbytero , vt coram ipso celebraretur

dictum matrimonium, & quod frater Thomas intelligere potuit, quod illam dabat, qui est vir doctus, & bene intelligens, & idem frater Thomas testatur se habuisse.

Quarto oppugnabatur matrimonium, vt inde excluderetur legitimitas, quia constabat, quod die 26 mensis Iulij, anni 1599. hora 8. de mane fuerat concessa dispensatio in ciuitate Pampilonen. vt in summario hæredum, num. 6. & eadem die fuit data licentia contrahendi, & matrimonium contractum post duas horas in circa, cum tamen locus contracti matrimonij in oppido sancti Sebastiani distet à ciuitate Pampilonen. per 40. milliaria, & sic erat inuerisimile notitia dispensationis. Cui obiectioni responsum fuit, quod de matrimonio contracto post dispensationem constabat: probatum tamen non fuit, de iure necessariam esse notitiam, saltem verisimilem, quinimo contrarium videtur probari posse exemplis, nam eligentes qui erant excommunicati, si eligunt post absolutionem, quam ignorabant, valet electio, Archid. in cap. quanto in fin. & ibi Gemin. 2. quæst. 4. & Rota tenuit coram Illustriß. D. Cardinali Seraphino in causa Calciaten. Canonicatus 6. Martij 1589. Idem dicitur ante notitiam prodesse restitutionem Principis, parique modo libertatem concessam, l. eius qui in prouincia. §. fin. ff si cert. peta. Bartol. in l. fin. numero 5. C. de sentent. pass. & collatio beneficij facta à Collatore vacationem ignorante valet, Rota decisio. 36. de præben. in antiq. Ioann. Monach. in capit. si tibi absenti. numero 5. 6. & ibi Prob. numero 5 6. & 7. Geminia. numero 9. de præben. in 6. Ità in hoc casu valet matrimonium, etiamsi coniuges nondum sciuerint sententiam executoris, quia habebant intentionem contrahendi, quatenus esset consequuta gratia dispensationis, vt per Monach. supra allegatum in simili.

Non obstat executorem nulliter procedere ante præsentationem literarum suæ facultatis, Cassad. super reg. decisio. 33. numero 3. & de restitut. spol. decisio. 8. numero 10. quoniam ibi executor debet esse certus pro exercenda iurisdictione inter partes, cuius qualitates scire debet ex rescripto: in casu nostro in hac dispensatione gratia dependet à facto executoris, qui vigore mandati de dispensando concessit licentiam de contrahendo dicto matrimonio, post cuius concessionem; statim factæ fuerunt personæ coniugum materia legitima ad contrahendum.

Reliquæ obiectiones surreptionis, & non verificationis mandati de dispensando, fuerunt visæ minus releuantes, & bene euacuata in dicta decisione domini mei Caualery, & in responsionibus datis pro Martino Iuniore.

Vnde fuit resolutum per dominos sententiam Rotalem esse confirmandam.

R. P. D. Iusto Pampil. illegitimitatis, Mercurij 10. Iunij 1609. Iterum proposui hanc causam super prima parte decisionis iam factæ, & domini diligentissimè visis omnibus, & discussis, remanserunt in decisis, tam ex doctrina Ioann. Andr. in cap. per venerabilem, numero 30. qui fil. sint leg. cum turba sequacium, quam ex priori sententia Hostiens. ibidem & aliorum, de quibus infra. Non enim negari potest decretum legitimitatis, de quo tractatur esse occasione matrimonij, & in eius initio, & radice. Tum quia in querela Vrsulæ de Sarastumæ, contra Martinum de Vrnieta exponitur ipsum Martinum Vrsulam defloraſſe sub promissione (quia erant in gradu prohibito) impetrandi dispensationem à Sede Apostolica, & cum ea matrimonium contrahendi. Quapropter petebatur Martinum condemnari, vt formaliter adimpleret promissionem, & contraheret cum ipsa, vel competenter dotaret, vt condemnatus exitus, & in literis ad supplicationem partium expeditis, sine mãdato de dispensando expositum est, & petita ab vtroque parente legitimatio prolis susceptæ, & suscipiendæ. Et sic adest promissio, vsque a principio postmodum exequtioni demandata. Tum etiam, quia sufficeret affectio, vel consensus in matrimonium illicitus ex præmissis, videlicet expetita dispensatione post copulam, & prolem, & ex subsequuto matrimonio, quæ sunt tantæ vis, & virtutis, vt dicendum sit, non adfuisse impedimentum à principio, & tunc vere contractum fuisse matrimonium. Alcia. consilio quinquagesimosecundo sub numero sexto, versicul. & loquitur præfatus, libro nono, per text. expressum in leg. cum quis, §. cum enim C. de natur. libr. Osasc. decisio. Pedemont. 154. numero quarto in fin. Riminald. Iun. consil. matrimon. 37. nu. decimo, Surd. late consilio 213. numero decimoseptimo seq. lib. secundo, & consequenter non potest & considerari aliquod impedimentum interuenisse, vti dicitur in dispositione, cap. tanta, qui fil. sint legitimi, in quo fily incestuosi non dispensantur per subsequens matrimonium ex dispensatione Ecclesiæ, sunt tamen attendenda verba dispensationum, quæ impetrantur secundum Ioa. Andr. ibi numero quinto versic. credo verba dispensationum esse attendenda, Abb. numero decimoquarto ibi: Nisi aliud in dispensatione dicatur, Præp. numero vndecimo, vers. sed putat. Ioann. And. Card. in fin. numero nono, sed dispensatio potest esse talis, quod sic, Alexan. de Neu. numero 33. Bald. in capit. 1. §. naturales, numero duodecimo in fin. vers. vltimo scias, si de feud. fuer. controuers. Marsil. sing. 121. n. 1. Alex. conf. 70. numero 2. lib. 6. Ita inferendo ad casum nostrum, si fuisset obtenta dispensatio absque explicito decreto legitimationis prolis susceptæ, vtique proles non fuisset legitimata, & ita loquuntur omnes Doctor. in l. Paulus, ff de stat. hom. Sed cum adsis decretum, non potest dubitari, quia attendenda sunt verba dispensationum ex præmissis, quæ tollunt omne dubium illegitimitatis, quoniam & ista dicitur legitimatio per subsequens matrimonium, vigore dispensationis, quæ facit sic legitimatum omnino capacem, Cephal. consilio 307. numero 53.

Et in hoc differt iste casus ab eo, quando, narratur sequutam esse copulam in figura consensus matrimonij, cum defectu matrimonij in essentia propter impedimentum, quia tunc satis est facere mentionem prolis absque aliquo decreto super legitimitate, & Papa dispensando censetur prolem ex illo matrimonio susceptam legitimare ab initio, & non nuper, quia approbat matrimonium, & eius effectum, ac si ab initio contractum fuisset, nullo existente canonico impedimento, & disponit in radice matrimonij, Anton. de Ross. in tract. de legitim. libro secundo in princip. num. decimonono, Couarr. de sponsal. 2. p. capit. octauo, numero 13. vbi Doctor. allegat. in capit. per venerabilem, qui fil. sint legit. Quinimo in casu nostro, non est legitimatio, sed decretum legitimitatis, quia Papa tollendo impedimentum Iuris Canonici disponit super radice matrimonij, tanquam à principio, & proles reintegratur ad idem principium, ac si non adfuisset Canonicum impedimentum ex præmissis, & ex Goz. ad. consil. 6. numero 63. & dispensatio in radice matrimonij est ad differentiam simplicis legitimationis, quando legitimatio impetratur circa solam illegitimitatem seorsum, & separatim à matrimonio, vt colligitur ex Nauarr. consil. 3. numero 12. de sponsal. & in nostris terminis, imo in fortioribus quoad

hoc

hoc decretum in dispensatione Papæ, materiam, & verba declarat Cephal. dict. consil. 307. num. 49. cum pluribus sequen. libr. tertio, *asserens quod illa verba*, prolem susceptam, & suscipiendam exinde legitimam decernendo, *minus sunt necessaria in filiis susceptis in figura matrimonij; magis autem necessaria in non susceptis in figura matrimonij. Et alia dicit, ex quibus patet quantum sit malè fundatus intellectus modern. Cordub.* in tractat. de matrimon. libro 8. disputatione 7. numero 16 & 24. *& prius* numero 14. *credens verba illa*, prolem susceptam, *impropriè esse intelligenda, & enervare conatur eius vim, non solida ratione, quia videlicet, sunt clausulæ de stylo apponi solitæ. Quod est falsum in facto, & in iure. In facto enim notum est peritis, quod ista non sumuntur ex clausulis supplicationis, sed ex corpore petitionis ad supplicationem partium. In iure, quia clausulæ, quæ sunt solitæ apponi de stylo, sunt attendendæ, ex Anton. Gabr.* libro 6. titul. de consuet. concl. quarto & de clauſ. concluſ. 7. *Et ista fraus, & fallacia contra literas Apostolicas etiam in his, quæ consistunt in clausulis, & decretis, est omnino reiicienda.*

Nec obstat distinctio Ioann. Andr. in d. cap. per venerabilem, numer. 30. *cum omnibus, qui eum sequuntur, excepto Ant. de Butr.* ibidem, num. 11. *Mil.* in repert. in verbo, dispensatio numero 23. versic. dispensatio Papæ, *& quibusdam aliis, scilicet, quia loquantur in matrimonio de facto contracto. Nam in casu nostro adest promissio explicita ducendi ab initio copulæ, & verba Ioannis Andr. sunt ista: Dic opinionem glossæ veram in prole genita ex coitu non matrimoniali, saltem ex affectu, vel consensu. Vnde includit etiam casum, in quo fuerit affectio maritalis, sine promissione excludendo omnino prolem susceptam ex coitu non matrimoniali, vt ibi per Abb. sub* numero vigesimo secundo, *& transeunt omnes sequaces cum opinione Ioann. Andr. inter quos licet aliqui moderni loquantur multum strictè, cum exemplo matrimonij de facto contracti, nihilominus nullus huc vsque visus fuit, qui audeat reprobare Ioann. Andr. & alios, in illis verbis,* saltem ex affectu, vel consensu.

Nec ratio stringit, cùm dicitur, quod in matrimonio de facto, non est supplendus consensus, supplendus tamen esset in matrimonio contrahendo, quia vera est propositio, sed consequentia non procedit, vbi saltem non constet de coitu omnino fornicario, absque aliqua affectione, vel consensu in matrimonium, quod probatur, quia in dict. cap. tanta, *Papa non supplet consensum, quando est suscepta proles, nec vllus dixit ibi præcedere debere matrimonium de facto, vel concubitum in figura matrimonij, sed text. & Doctor. indistincte loquuntur, & tenent prolem esse legitimam, ex Canonica dispensatione, etiam in terris Imperij, vt late per Gabr. post allegat.* consil. 21. lib. 1.

Quinimo sicut Papa ampliare posset dispositionem d. cap. tanta, *vt coniuncti in tertio consanguinitatis gradu possint ad inuicem matrimonialiter copulari, eo modo, vt procederet dispositio eiusdem,* cap. tanta, *etiam in quocumque loco sibi non temporaliter subiecto, quia hodie non est diminuta potestas, sed est integra, vt tunc erat, idem dicendum est posse facere de gratia speciali, quia facilius est limitare legem in vno, vel pluribus casibus, quam in totum abrogare, Felin.* in cap. quæ in Ecclesiarum, num. 19. de const. *nec reperitur ratio, cur id facere possit Papa, edendo constitutionem, qua potest vbique hæreditatem deferre, & auferre,* cap. quod nobis, cap. ex tenore, qui fil. sint legitimi. *Et constat ex notat. à Bartol.* in l. 1. in fin. C. de sacrosanct. Eccles. *Alexan.* in l. captatorias, ff. de testament. milit. *Gabr.* dict. consil. 21. num. 19. *non autem posit idem facere rescripto, vel gratia dispensationis, quæ procedit à canone animato, & quando legitimationis causa, & radix est matrimonium, Papa decernendo quem legitimum in ipsa dispensatione, disponit super his, quæ spectant ad suam potestatem excluſiuè quoad omnes alios, vt in prima decisione declaratum fuit.*

Præmissa verò videntur clare explicari, ex tex. in capitulo quia circa, de consan. & affin. *vbi probatur causas concedendi dispensationes matrimoniales, duas esse, præcipuas scilicet, prolem susceptam, & euitationem scandali, & ibi text. loquitur in matrimonio de facto contracto, quia tunc ille casus, & ante Concilium Tridentinum facilius dispensabatur cum his, qui iam contraxerant aliquo modo, & consummauerant matrimonium, & ideo facilè casus contingebant, & in illis loquebantur Doctor. quam eueniat post Concil. ex* ses. 24. capitulo 5. de reform. matr. *& exponit Nauarr.* in manual. conf. capitulo 22. numero 68. *& tamen ibi Abb.* numero secundo *& Alexand. de Neuo etiam,* nume. secundo, *dicunt procedere in matrimonio contracto, & in contrahendo, quod est fauore filiorum, cum ipsis non legitimatis semper remaneret causa scandali, & Castrens.* consil. 467. numero 7. in princip. libro secundo *dicit, quod si fily non essent nati in figura matrimonij, tunc si matrimonium adhuc subesse potest, quia viuunt ambo, & matrimonium contrahere volunt, tunc Papa dispensando super matrimonio, potest filios legitimare, quod in nostra dispensatione non est vi meri rescripti, quia Papa non legitimat prolem, sed cum matrimonio ritè contracto mandat decerni legitimam, & sic expresse vi matrimonij. Et non procedit dictum Baldi,* consil. 129. numero tertio libro 3. *& Couarru.* super 4. decret. 2. p. cap. 8. §. 8. numer. 13. *nam decernendo prolem litigitimam, decernit retro, & non ex tunc, quia per dispensationem, & matrimonium subsequutum, tollitur impedimentum à principio, quando cum copula interuenit contractus, consensus, vel affectio in matrimonium. Quam diuersitatem verborum considerat Anchar.* consil. 409. num 4. *quia si Papa procedit per remotionem obstaculi à iure Canonico interpositi, nemini facit iniuriam.*

Non obstant decisiones Rotæ, quæ in contrarium allegantur, pro quarum intellectu dicebant Domini esse aduertendum, quod vna specialis dispensatio aliam non declarat, sed attendenda sunt verba dispensationum singulariter ex doctrina Ioann. Andr. & aliorum supra allegatorum. Vnde decisio. Putei quadringentesima octuagesima tertia, libro secundo, *Than.* decisio. 71. *Chisanen.* decisione 83. *& in causa Siracusana coram Clemente VIII. tunc Rotæ Auditore allegata in prima decisione, loquuntur, quando vnus ex coniugibus, qui contraxerant de facto obierat, antequam dispensatio fuisset sortita effectum, & in eo casu decidit, quod ibi in prole suscepta in figura matrimonij, etiam de per se absque nouo matrimonio, potest habere locum legitimatio prolis, tanquam æque principaliter concessa, vt supradictum est, quod in matrimonio de facto sufficit narrata proles, vt intelligatur legitimam post dispensationem effectum sortitam, de quo non quæritur in præsenti casu. In aliis vero decisionibus Leodien. canonicatus primo coram R. P. D. meo Ludouisio 23. February 1601. & postmodum coram illustriss. D. Cardinale Pamphilio, tunc Rotæ Auditore 19. Aprilis 1602. fuerat Papæ expositum, quod erat contractum matrimonium de facto, & suscepta proles. Vnde Papa post dispensationem legitimat prolem exinde susceptam, vt colligitur ex decisionibus, & supplica-*

tione dispensationis tunc data, & cum ibi non fuerit probatum matrimonium, & prolem exinde susceptam, idcirco concluditur prolem non fuisse legitimam, quia fuit concessa sub illa forma, & idcirco ibi dicitur explicite, quod dispensatio comprehendebat solum prolem susceptam in figura matrimonij, vt ibi narrabatur, & nemo dicit litigimationem Papæ esse extendendam ad alium casum, sed cuiuslibet dispensationis verba esse attendenda. In nostra autem narratur copula, & proles suscepta, nec tempore copulæ excluditur matrimonium, vel affectio maritalis, & Papa dispensat, & decernit absque aliqua limitatione, quo decreto dicitur etiam, vti non solum in claris, sed etiam in dubijs capitulo quod nobis, &c. ex tenore, qui fil. sint legitim, vt bene declarat Ant. de Butr: in dict. capitulo per venerabilem numero decimo, circa fin. verfic. videamus ergo, dicendo, quod data certitudine defectus, consensus non est in radice matrimonij, licet Papa possit fingere consensum stante dubio capitulo is qui, de sponsal. & dictum est supra in princ. decisionis, ex text. in l. cum quis, §. cum enim, C. de natur. liber. & Alexand. Rimin. Surd. & decis. Pedemontan. cum allegatis. In casu vero nostro nulla est certitudo defectus consensus, sed sumus in claris & posset etiam procedere in casu dubio. Vnde tutum est decretum legitimitatis prolis susceptæ.

Nec facit dicere copulam fuisse libidinis causa, quia ad hunc effectum satis est non constare, quod non fuerit ex causa matrimonij, libido enim est causa impellens, & non impedit affectionem, & consensum in matrimonium, cap. tua nos, vbi Abba, n. quarto, de sponsalib. quæ procedunt, vt dictum est petita & obtenta dispensatione, & sequuto matrimonio, quia dispensatio est vis matrimonij, alias non præsumeretur animus, & affectio maritalis, quod euenit, vt plurimum in fornicarijs. Si enim præsupponeretur concubitus omnino fornicarius, ex hoc capite, tanquam super radice matrimonij, Papa non decerneret prolem susceptam legitimam, sed si placeret, legitimaret.

Procedunt autem omnia prædicta sic, quia in manibus Papæ est radix & fundamentum, à quo surgit hæc legitimitatis, & illegitimitatis differentia. Quapropter Papa potest vbilibet, ex quo habet etiam purum laicum ad matrimonium subiectum, c. 1. & c. causam, qui fil. sint legit. c. tuam, de ordi. cogn.

Verum aliqui ex Dominis occasione præsentis disputationis, quæ ex præmissis est sufficienter determinata, cum informantes vlterius progrederentur, tenuerunt quod Papa principaliter, vel in consequentiam potest legitimare in toto mundo, respectu spiritualium & temporalium. Nam affirmatiuam opinionem sequuti sunt Ioan. Antiquus gloss. in d. cap. per venerabilem, in 3. compilatione, in verbo potestatem, asserendo, quod eo ipso, quo quis est legitimatus in spiritualibus, intelligitur legitimatus in temporalibus, & ibidem Præpositus. num. 77. recenset eundem Ioann. inter Doctor. tenentes affirmatiuam sententiam, quam sequitur Gaufredus de Trano (qui fuit Auditor Rotæ) in summa, titul. qui fil. sint legitim. vbi concludit, quod as, quem Papa legitimat, intelligitur legitimatus ad temporalia in consequentiam quandam per text. in dict. capitulo per venerabilem, vbi Præpos. numero 77. Hostien. vero ibidem indistincte tenet, Papam posse legitimare in temporalibus, & in summa eod. titul. §. qualiter, & à quo, numero 11. verficulo salua reuerentia aliorum, vbi dicit esse tex. in dict. capitulo per venerabilem, & alias rationes adducit, Ioan. And. in antiquissima lectura manuscripta affirmat opinionem Hostiens. posse habere locum, quando pater in vita sua petiuisset legitimationem, sicut petiuit Rex Franciæ in dict. capitulo per venerabilem, dum autem in lectura impressa numero 26. allegat Gaufred. est mendosa, quia Gaufredus loquitur vt supra. Hanc eandem opinionem affirmatiuam tenuit Ioann. Cald. & Gasp. eius filius, qui dicit, quod est etiam opinio Nuso. vt refert Ant. de But. in dict. capitulo per venerabilem, numero 10. col. 3. verfic. Ioann. Cald. & filius eius, & opinionem Hostiens. approbauit Rota decision. 200. alias prima, in nou. qui fil. sint leg. à qua dicti domini censuerunt non esse recedendum. Quamuis contrariam opinionem tenuerit Bernar. de Botono Parm. Glossator decretalium Gregorij Noni in dict. capitulo per venerabilem, in glossa 2. super verbo habet potestatem, non ex ratione, quia Papa non possit, sed quia non debet interturbare alienam iurisdictionem, iuxta terminos, capitulo nouit. de iud. Et negatiuam tenere videtur, ibidem Inno. numero primo super verb. euaderet, vbi loquitur in Episcopo, licet num tertio, ers. alij tamen dicunt, videatur tenere, quod per quandam consequentiam intelligatur dispensatum in hæreditate, Marsil. Laudens. in tract. de legit. numero 34. tenet cum gloss. & Guido Pap. sing. 331. incipit, legitimatus à Papa, Angel. de Clauasio in summa, in verbo, legitimatio, §. 1. incipit, vtrum Papa, Couarru. super 4. decretal. p. 2. capitulo 80. §. 8. numero 14. & numer. 18. vbi generaliter inquit, nullum Principem posse natalibus restituere, vel legitimum efficere sibi non subditum, quoad bona intra alterius imperij, aut Regni limites existentia. Sed numero 16. concl. 5. affirmat, quod Papa ex causa potest legitimum efficere eum, qui Principi seculari subiectus sit, etiam quoad bona, & munera temporalia, quem refert & sequitur Ludo. Molin. Societatis Iesuitarum, tom. primo de iust. & iur. disput. 173. & alter Lud. Molin. de Hisp. primog. libro 3. capitulo 2. num. 11. negatiuam profitetur cum Guilielm. Benedict. & Couarru. sed num. 12 sequitur distinctionem Ioann. And. & modern. Cordub. alias allegatus lib. 8. disput. 7. in princ. efficacioribus verbis vtes dixit, quod hæc est verissima & receptissima sententia, & quod ita communiter tenetur, quia sicut Princeps secularis nequit legitimare quoad Ecclesiastica, eo quia caret iurisdictione Ecclesiastica, cuius id est, sic nec Pontifex extra ea loca potest quoad temporalia. Quæ verba antiquorum scriptorum modestiam non imitantur, & fallitur, cum ista non sit vera, nec communis opinio, sed tantummodo illorum qui negant temporalem Papæ iurisdictionem, & ipsemet inferius numero 3 & 4. defendit opinionem Ioann. Andr. & dicit esse frequentissimam & veriorem sententiam, allegando infinitos authores. Et ad tria aduertebant isti domini in proposito. Primum, quod tempore Glossatorum, & antiquorum Doctorum nondum emanauerant decretales Bonifacij VIII. & Ioann. XXII. super vtroque gladio. Ideo non ipsi, sed quidam moderniores audaciter loquuti sunt scientes definitionem Ecclesiæ, secundum quod Ioann. Andr. & alij, qui sequuntur eius opinionem allegari non possunt pro prædicta parte negatiua, quia non loquuntur in simplici legitimatione seorsum à dispensatione matrimoniali, sed in dispensatione secundario ad dispensationem matrimonialem, ponendo casum, in quo constituunt opinionem Hostiens. esse sine difficultate, & sic pro secunda præmissa opinione admodum pauci simpliciter loquuntur. Tertio, quod sumus in dispensatione cum decreto legitimitatis impetrato ab ipsomet patre, quo casu dixit Ioann. Andr. procedere opinionem Hostiens. & est communis opinio Doctor. per text. in d. cap. per venerabilem, quia pater bene potest proroga-

rogare iuris dictionem, Dec. consil. 55. n. 7. cum aliis allegatis per Decian. cons. 3. n. 188. lib. 3. *Et sic in vtroque capite sumus extra difficultatem, quod tenet, & valet vbique hæc dispensatio cum pronuntiatione, vel decreto legitimitatis, & ita decisum.*

41 At quando Papa legitimat, prolem † susceptam ex matrimonio irrito, ob impedimentum Iuris Canonici, legitimando, seu ratificando ipsum matrimonium, seu disponendo, aut dispensando in radice matrimonij, receptissima sententia est talem dispensationem esse ex matrimonio, & valere ad omnia etiam temporalia, ac fideicommissa, & maioratus, *argum. Clement. vnicæ, de immunitate Ecclesiarum*, ibi: *Et quicquid ex eis, &c.* & ibi gloss. *verb. pro infectis*, & Doctor. Et hanc sententiam tenent Ioann. Andr. *nu.* 30. Card. *numero* 9. Abb. 22 Anchar. 21. Alexan. de Neuo. 18. *in capitulo per venerabilem qui filij sint legit.* & Præpositus *ibi* §. *quod autem, num.* 74. Anchar. etiam *in cap. vnic. numer.* 3. *de Sponsal. in* 6. & *in d. Clem. vnic. in fi. & consil.* 409. Felin. *in c. quæ in Ecclesiarum de constit. numero* 21. 2. *ampliat.* Guill. Benedict. *in dict. capit. Raynutius, verbo, & vxorem el.* 1. *à numero* 202. Celsus, *consil.* 31. *à numero* 7. *M. A.* Eugenius *cons.* 53. *à numero* 52. Ant. Gabr. *conc.* 3. *de legitimat. numero* 1. & 2. Couarr. *in* 4. 2. *p. capitulo* 8. §. 8. *numero* 13. Roias *de succes. cap.* 23. *numero* 113. Molina *de primog. li.* 3. *cap.* 2. *numero* 12. Humada ad Greg. *in l.* 2. *tit.* 15. *p.* 2. *glos.* 10. *n.* 8. Nau. *cons.* 2. *qui filij sint legit.* Peregri. *de fideicomm. ar.* 23. *numero* 7. & *art.* 24. *à numero* 77. Enriq. *in sum. li.* 12. *cap.* 20. §. 2. Lud. Lop. *instru. cons.* 2. *to. capitulo vlt. conc.* 3. Puteus *decis.* 483. *li.* 2. Rota *decis.* 207. *n.* 1. *p.* 1. *diuersorum*, & alij plures quos refert & sequitur Tho. Sanchez *d. l.* 8. *disp.* 7. *nu.* 4 dicens his diebus in Prætorio Granat. sententia partem hanc diffinitam esse, licet contrarium teneat Ant. de Butrio *in d. c. per venerabilem n.* 10. Milis, *verb. dispensatio, n.* 23. Ceruantes *in l.* 12. *Tauri à n.* 102. & Molina *de iust.* 3. *to. disp.* 624. *nu.* 3. & Peregrinus sibi contrarius, *cons.* 1. & *vlt. Gall. vol.* 3.

49 Et tunc censetur † dispensatio in radice matrimonij, & legitimatio prolis, quoad omnia, quando Papa dispensaret in matrimonio de facto contracto, vt ex tunc, seu ab initio, Tho. Sanch. *dict. disp.* 7. *nu.* 4 & 22. seu quando approbat seu ratum habet, aut legitimat matrimonium, etiam simpliciter, & non facta mentione prolis, quia id sonat illud ratum habere, & legitimare, ac si ab initio esset legitime contractum, nisi aliud exprimat, & legitimatio prolis fit in consequentiam legitimati matrimonij, vt videtur tenere Peregrinus *dict. numer.* 77. & 78. quamuis mentionem prolis Papæ fieri tunc requirant Couarr. & Lud. Lop. *sup.* & Rota *in* 2. *decis. Pampilonen. sup. posita, numero* 40. & nec id sufficere dicat Thom. Sanch. *nu.* 8 nisi expresse quoque dicat Pontifex se prolem legitimare, vel addat, *vt ex tunc, &c.* Est etiam dispensatio in radice matrimonij, quando dispensat Papa, quod in matrimonio contracto remanere, seu perseuerare valeant, quia licentia perseuerandi super contracto contractum implicite confirmat, ideo retro respicit, & in consequentiam prolem natam legitimat, vt tenent Ant. de Rosellis *de legitimat. lib.* 2. *num.* 19. Celsus *d. cons.* 31. *num.* 6. & 7. quem maxime commendat Molina *dict. numero* 12. dicens melius quam alium hanc materiam declarare & resoluere. Boerius *dec.* 264. *num.* 26. Peregrin. *d. ar.* 24. *nu.* 79. & Rota *dict. decis.* 207. quam sequuntur Gonçalez & Prosper. de Augustino relati *numero* 40. maxime, quando vltra illam dispensationem prolem legitimat, vt solet, Molina *d. num.* 12. quamuis contrarium teneant Couar. Enriq. Lud. Lop. *sup.* & Tho. Sanch. *num.* 25.

Sed an legitimati per † subsequens matrimonium 43
admittantur ad fideicommissa, seu primogenia, ad quæ vocantur ex legitimo matrimonio nati, seu legitimi, & de legitimo matrimonio nati, vide Ruinum *cons.* 92. *libro* 3. Gregor. Lopez *in leg.* 2. *tit.* 15. *p.* 2. *verb. sino el hijo, vers. quid autem de legitimato, & in l.* 1. *tit.* 13. *p.* 4. *verbo. se casa*, Couarr. *in* 4. 2. *p. cap.* 8. §. 2. *num.* 30. Eman. Suarez *in thesauro receptarum sententiarum, verb. legitimatus*, Crassum *de successio.* §. *fideicommissum, quæst.* 38. *numero quinto* & 7. Molin. *de Hispan. primog. li.* 3. *cap.* 1. *numero* 10. Mieres *de maioratibus* 2. *p. q.* 1. *numero primo* Manticam *de coniecturis libro* 11. *ti.* 12. Sforciam Oddum *de compendio. p.* 6. *art. vltim. vers. legitimati*, Ioan. Garci. *de nobilit. glossa* 21. *numero* 21. & 62. Anton. Thesaurum *decis.* 196. Meno. *de præsumpt. libro* 4. *præsumpt.* 81. Peregrinum *de fideicomm. ar.* 24. *à numero* 14. Surd. *decis.* 319. Fachineum *libro septimo controuers. capitulo* 51. Zauallos *q.* 20. *numero* 63. Molin. *de iust. tract. secundo disp.* 172. & Pet. Ledesmam *in summa de matrim. capitulo* 34. *prima difficultate primæ conclusionis*. Et mihi placet sententia affirmatiua, quæ est in Hispania recepta, nam & legitimati per subsequens matrimonium dicuntur, & censentur communiter ex legitimo matrimonio nati; nec illa verb. ponuntur ad eos excludendos, sed alias legitimatos; Crassus & alij supra & hanc dicunt communem plures relati, & alij quos refert, & sequitur Bursat. *cons.* 18. & magis communem Morquecho, *li.* 4. *cap.* 6. *numero* 19. latissime Lancellotus, Gallia. *cons.* 122. Menoch. *cons.* 227. *vol.* 3. & alij complures.

Et de filiis natis in figura † matrimonij ex matri- 44
monio putatiuo, an & quando sint legitimi, vide textum & ibi Doct. *in c. ex tenore, & in cap.* 2. *& in c. perlatum, & in cap. peruenit, qui filij sint legitimi, l.* 2. *tit.* 15. *par.* 4. & ibi Gregor. Lop. Anto. Gabrielem *de legitimatione, conclus.* 4. Paleotum *de nothis & spuriis, capitulo* 9. Couarr. *in* 4. 2. *par. cap.* 8. §. 1. Roias *de successionibus ab intestato, cap.* 2. *à numero* 11. *& cap.* 30. *à numero* 38. Maiolum *de irregular. libro* 1. *cap.* 5. Tellum Fernandez *in l.* 6. *Tauri, numero* 7. 8. & 9. & ibi Velazq. *gloss.* 1. Molin. *in d. libro* 3. *capitulo* 1. Nauarrum *cons.* 3. *qui fil. sint legitimi*, Peregrinum *d. ar.* 24. *à nu.* 65. Ioan. Gutierr. *practicarum lib.* 3. *q.* 74. Vgolinum *de irregularitate, c.* 44. §. 1. *n.* 6. *decis. Auinionen.* 70. Ludo. Lop. 2. *to.* 2. *p. c.* 57. Per. Ledesmam *dict. capitulo* 34. 2. & 10. *diffi. primæ conclusionis*, Suarez *dict. sectione prima à numero* 6. & Sayrum. *dict. libro* 6. *capitulo* 10. *à numero* 31. & nouissime Castillo, *controuers.* 2. *to. capitulo* 11.

Secundo † fallit prædicta doctrina, vbi illegitimi 45
fuerint per Papam legitimati, nam tunc habebuntur vt legitimi ad ordines, & beneficia, Corras. *dict.* 3. *par. c.* 2. *numero* 1. *l.* 4. *tit.* 15. *p.* 4 & ibi Greg. Auil. 7. *p.* 46
disp. 3 *dub.* 6. 4 *not.* De † quo vide Doct. *in c.* 1. §. 1. *de filius presbyterorum in* 6. & *in cap. per venerabilem, qui filij sint legitimi*, Rotam *decis. vnic. eodem titulo in nouis*, Tiraquel. *in l. si vnquam, verbo susceperit liberos à numero* 64. *seu.* 52. Couar. *in* 4. 2. *capitulo* 8. §. 8. 9. & 10. Roias *de successio. ab intestato capitu.* 23. Tellum & alios *in leg.* 12. *Tauri*, Matienço & Azeuedo *in leg.* 10. *ti.* 8. *li.* 5. *recopil.* Molinam *dict. libro tertio capitulo tertio.* Ioan. Garciam *de nobilitate glos.* 21. Nauar. *cons. primo & 2. qui filij sint legitimi*, Peregrin. *de fideicomm. art.* 23. Vgoli. *supra* §. 4. Gammam *decis.* 21. & 279.

& ibi Flores *in additione*, qui plures refert, Achillem & Cæsarem de Grassis *in suis decis. tit. qui filij sint legitimi*, P. Molin. *de iustit. tom. 1. tract. 2 disp. 173. & seqq. & 3. tom. disp. 624.* Suarez *supra sect. 5. à n. 7.* & Sayrum *d. lib. 6. c. 11. à n. 5.*

47 Tertio fallit, vbi cum † illegitimis fuerit dispensatum per habentem ad id potestatem *d. cap. 1. de filiis*
48 *presbyterorum in 6. cum alijs.* Et quidem † Episcopus dispensare potest cum illegitimis ex quocumque etiam damnato coitu ad minores ordines, & beneficiũ sine cura tantum *d. cap. 1. de filiis presbyterorum in 6.* & ibi gloss. & Doctores, Vgoli. *d. cap. 44. §. 2. n. 3.* Suarez
49 *supra sectione 5. à n. 2.* Sayrus *d. cap. 11. n 8.* Cum † sunt honestæ vitæ, & virtute præditi, Lamber. *de iure patro. 1. p. 2. lib. 9. 7. ar. 11 n 12.* Nam in ista dispensatione facienda per Episcopum, cum sit inferior Papa, requiritur causa, & quod eorum suffragantibus meritis fiat, Man. Rodrig. *quæst. regul. 1. to. q. 13. ar. 14. &* 15.

50 Nec potest † cum eis dispensari super pluralitate beneficiorum simplicium, vt plura possit retinere, ex *d. cap. 1.* quod loquitur in singulari, & sic cum simus in materia prohibitiua, nõ extenditur ad plura, *c. gaudemus de diuort.* ita Domi. *n. 8.* & Francus *n. 4. in c. final. de filiis presbyter. in 6.* Syluester *verbo, beneficium 3. num. 17.* Armilla *eodem verbo, numer 32.* Valentia *4. tom. disput. 7. q. 9. punc. 3. de 2. specie irregularitatis*, Toletus *d. lib. 1. capit. 52. ad finem.* Zerola *in praxi 1. par. verbo, ordo, circa finem.* Ema. Sa, *verbo, beneficium, nu. 19.* Açor *2. p. lib. 6. c. 3. q. 12* id tenens etiam, quando vnum non sufficit ad sustentationem, & Auila *de censuris, 7 p. disp. 3. dub. 6. 2. concl.* Quamuis contrarium videantur sentire *glos. 2. in d. cap. fin.* & Selua *de benef. 3. p. q. 12. numero 19.* & cum eis Menochius *de arbitrariis, lib. 2. casu 201. nu. 15.* vt infra *8. p. c. 3. numer. 4. & 5.*

51 Ad † maiores tamen ordines, & beneficia curata, nequit Episcopus dispensare, sed requiritur dispensatio Papæ, *d. c. 1. versi. ad ordines*, & ibi glos. Vgoli. *dict. §. 2.* & Rota in Abulen. infra adducta *numero 77.*

52 Quantumuis, † magna subsistente causa vtilitatis, seu necessitatis Ecclesiæ Domin. *n. 5.* & Francus *n. 2. ibi*: quamuis tunc contrarium teneat Archidiaconus *ibi* & Gambarus *de officio legati lib. 7. rubr. 1. q. 18. à n. 187.* & Paleotus *de nothis & spuriis, 57. n. 6.* & facit quod dicetur infra *11. part. c. 5 à n 337.*

Similiter etiam ad dignitates † vel personatus, et-
53 iam sine cura, solus Papa potest cum illegitimis dispensare, glo. *in d. cap. 1. verbo. beneficium*, quam sequuntur ibi Archidiaconus, Anchar. Domin. *num. 8.* Francus *numero 6* & alij, Albertus Trocius *de vero & perfecto clerico, lib. 2. c. 2. numero 1.* Mando. *de signatura gratiæ, ti. de dispensatione super defectu natalium, versi. ad dignitates*, Rosiniacus *de beneficiis c. 13. numero 28.* P. Gregor. *eodem tract. cap. 35. numero 7.* Maiolus *de irregul. lib. 1. cap. 8. numero 10.* Rosella *verbo, illegitimus, num. 11.* Sylvester *d. verbo beneficium 3. numero 12.* Armilla *eodem nume. 25.* Pater Molina *dict. disput. 173.* P. Ledesma *dict. cap. 34. de matrimonio*, Valentia & Toletus *supra*, Suarez *dict. sectione 5. numero 6.* Sayrus *dict. capitulo 11. numero 8. & 10.* Enriq. *lib. 14. cap. 8. §. 10.* Lessius *de iust. & iur. lib. 2. ca 34. numero 86.* Açor *d. c. 3. q. 3.* Aual. *d. dub. 6. 2. concl.* & Doct. communiter, vt per Sylvestrum & Armillam *supra*: † quamuis
54 Gambarus supra *q. 12. à n. 172.* in contrarium inclinet ex eo, quia textus *in d. c. 2.* generaliter concedit hanc dispensationem in beneficiis non curatis, & hæc potestas est fauorabilis.

Sed nihilominus † tenenda est communis senten- 55
rimo, nam textus *in d. c. 1.* videtur solum intelligendus in beneficiis simplicibus, non autem in personatu, vel dignitate quæ solent curatis æquiparari, *vt in c. dudum 2. de electione*. Secundo † & præcipuè 56
ex textu *in capitulo fi. de filiis presbyter. 2. de. retal.* vbi habetur quod illegitimus absque dispensatione Papæ ad dignitatem, vel personatum, vel beneficium curatum, promoueri non potest, iuxta quod videtur intelligendus textus *in dict. c. 1.* præsertim ex illa restrictiua, *dummodo sit tale, &c. ad leg. præcipimus, C. de appellatio. & c. cum expediat de elect. in 6.*

Difficultas † est, an Episcopus possit cum illegi- 57
timis dispensare in canonicatu Ecclesiæ Cathedralis, in qua glos. *in d. c. 1. verb. beneficium*, cum † Archi- 58
diacono ibidem tenet posse; sequuntur ibi Lapus, Ancharr. Domin. *nu. 7.* & Francus *num. 6.* Calder. *cons. 1. de filiis presbyt.* Oldrad. *cons. 216. nu. 6.* Ias. *cons. 104. 1. vol.* Selua *de beneficijs, 3. p. q. 63.* Villadiego *de irregularitate c. 16. vers. circa irregularitatem vero, quæ contrahitur ex defectu natalium*, Gigas *de pensi. q. 17. n. 3* Rosinia *supra à num. 53.* P. Gregor. *d. c. 35. numer. 7.* Nauarr. *cons. 4. de filiis presbyter. n. 4.* dicens communiter receptam, Tabiena *verbo, beneficium. 2. num. 14. &* 15. Sylvester *num. 11.* & Armilla 25 *vbi supra*, & dicit communiorem, & veriorem Gambarus *supra q. 8. à num. 161.* & ait receptam Suarez *dict. sectione 5. numero 6.* & sequitur Açor *d. ca. 3. q. 11.* & in legato *libro 5. cap. 30. q. 4.*

Quæ sententia fundatur ex † eo præcipuè, nam 59
textus *in d. c. 1.* permittit dispensationem Episcopis in beneficiis sine cura, & canonicatus Ecclesiæ Cathedralis est beneficium sine cura, etiam si ei esset annexa Ecclesia parochialis accessorie, vt notatur *in 6.* & præterea huiusmodi dispensandi potestas, cuius effectus in alium deriuatur, est fauorabilis, vt dictum est supra *1. p. c. vlt. n. 73.*

Contrarium tamen † tenet Ioa. Monachus *in d. c.* 60
1. num. 7. & idem videtur tenere Rota *deci. 2. de filiis presbyter. in nouis*, alias 136. *& decis. 3. de officio ordinarij in antiquis*, alias 408. Bellamera *decis. 362.* Feli *in c. postulasti sub num. 4. de rescriptis* Cosmas *in pragmatic. sanctione, tit. de collatione, §. item censuit, verbo, Cathedralibus* sequitur Rebuf. *in praxi tit. de dispensatione super defectu natalium. num. 10. & seq.* & Vgoli. *d. §. 2. n. 3.*

Et hoc † propter præeminentiam, & maioritatem 61
canonicorum Ecclesiæ Cathedralis, super alios clericos, & quia cura solet accedere præbendæ Ecclesiæ Cathedralis per annexionem, non autem è conuerso *c. extirpandæ, §. qui vero de præbendis*, & sic videtur dignior canonicatus quàm cura. Sed ista ratio tollitur ex *capitulo cum in illis in princ. de præben. in 6.*

Rebuffus † supra adducit pro hac sententia tex 62
tum *in d. c. 1.* ibi: *Dummodo sit tale, super quo per ipsum Episcopum valeat dispensari*: ergo Episcopus, nec in omnibus quidem simplicibus valet dispensare, videlicet, in canonicatibus. Sed † ista verba nihil fa- 63
ciunt pro ista sententia, quia ponuntur ad excludenda beneficia paterna principalitèr, vt ait glos. *ibi verbo, tale.*

Et † secundum Francum *supra nu. 6.* non videtur, 64
quod Rota supra teneat præcise & resolute opinionem Io. Monachi, quantum ad hoc, quod Episcopus non

pus non possit expresse dispensare cum illegitimo in canonicatu Ecclesiæ Cathedralis, sed quod dispensatio facta ab Episcopo iuxta formam *d.c.*1. non extenditur ad canonicatum Ecclesiæ Cathedralis, vt etiam ait Domin. cum Io. Andr. & Nauar. *ex dictis* §. *d.*1.*p.cap.vltim.à n.*58.

65 Maiolus † *supra d.cap.*8.*numer.*11. docet ad canonicatum in Cathedrali Episcopum olim potuisse illegitimum dispensare iuxta primam sententiam, at hodie quia omnes canonicatus Cathedralium annexum habent ordinem sacrum saltim subdiaconatus iuxta decretum Concilij, *sess.*24.*de refor.cap.*12. consequens esse, quod Episcopus ad canonicatum in Cathedrali dispensare non possit, cum ad sacrum ordinem habilitare non possit, sequitur Zerola *in praxi*, 1.*p.verbo, canonici*, §.3. & Sayrus *d.cap.*11. *num.* 13. Enriqu. *lib.* 14.*cap.*8.§.10.*ad fi.* Lessius *d.lib.*2.*cap.*34.*num.*86. Aquila *d.*7.*p.disp.*3.*dub.*6.3.*not.*

66 Pro qua † sententia est doctrina *gloss.* ¼. *d. verbo, tale*, quæ ait quod Episcopus non potest dispensare in beneficio simplici requirente sacrum ordinem, sic etiam intelligens d. verba: *Dummodo sit tale &c.* Quã sequuntur Doct. ibi Gambarus, *nu.*177. Roffini *n.*29. *supra*, & Zechus, *de republica Eccles. cap.*24.*de canonicis, nu.*3.*vers.*2. & Sayrus *d.cap.*11.*num.*11. Et procedit, etiamsi non requirat sacrum ordinem actu tempore collationis, sed post, vt cum Imola & Domin. tenet Francus *ibi nu.*8. & sentit Zerola supra ex eo quod qui promouetur ad beneficium, debet esse habilis tempore promotionis, saltim habito respectu ad ea, qui sibi incumbũt ratione beneficij, *vt in c.dudum* 1.*de electione, & c.si pro clericis.de præbendis in* 6. quamuis in hoc contra teneant Lapus & Ancha. *in d.c.*1. & cum eis Açor *d.lib.*6.*c.*3.*q.*15.

67 Et huic sententiæ † Maioli videtur fauere Suarez *d.sect.*5.*nu.*6. ait enim primam sententiam intelligendam esse, dummodo aliud non obstet ratione specialis institutionis, vel obligationis, alicuius præbendæ, seu canonicatus.

68 Hæc sententia Maioli mihi † videtur tenenda: ita tamen q̃ cum illegitimo, etiã ad sacros ordines dispensato per Papam, vel alium ad id facultatem habentem, qui ex eo non censetur dispensatus ad beneficia, vt supradictum est 1 *par.c.vlt.num.*71. & *seq.* possit Episcopus, etiam hodie dispensare an canonicatum Ecclesiæ Cathedralis, iuxta primam sententiam, quæ re vera est communis & meliore nititur ratione, nam cum ea dispensatione sit habilis iam ad sacrum ordinem, quem præbenda requirit, cessat ratio de qua supra, & ita tenet Lessius *supra.*

69 Vnde cum hodie, etiam † portiones Ecclesiæ Cathedralis annexum habeant ordinem sacrum, iuxta decretum Concilij *d.c.*12.*sess.*24. idem dicendum erit in eis in proposito, ad canonicatum vero Ecclesiæ Collegiatæ, & dimidiam portionem Cathedralis, rectè poterit Episcopus cum illegitimo dispensare. Gonçalez *gloss.* 5.*n.*98. & *seq.* cum non habeant annexum ordinem sacrum, vt dicetur *infra cap.*4. *n.* 38. & ita etiam tenet Enriqu. *d.*§.10.*gloss.lit.X.* & Aquila *d.*3.*not.in fi.*

70 Et circa dispensationem † illegitimorum, videnda sunt quæ tradit Feli. *in d.c.postulasti.à n.*2. & *in c.* 2.*nu.*6.*de rescript.* Rebuffus & Mandos. *d.tit.de dispensatione super defectu natalium*, Villadiego *vbi proxime*, & Menoch. *d.casu* 201.*à n.*34. & *dicta* §. 1.*p. c.* 5. *ex n.*145.

71 Et aduerte, hodie † per Papam dispensari cum illegitimis ad obtinenda quæcumque beneficia, præter dignitates, ac canonicatus in Cathedralibus, ac principalem in Collegiata, dummodo plura non sint, &c. de qua clausula, *dummodo plura non sint*, vide dicta infra 11.*par.c.*5.*à nu.*333.

Et an in impetratione sit † facienda mentio de 72
dispensatione, dic, quod non, quando est executio dispensationis iam factæ, secus in secunda dispensatione, seu vbi additur dispensatio dispensationi, *c.* 2. & ibi Doct. *de filiis presbyt. in* 6. Rota *decis.* 3. *eodem tit. in antiquis.* Puteus *decis.*101.*lib.*1.& 246.*n.*2. & 4. Gigas *de pensio.q.*20. Rebuff. *in praxi tit.de dispensatio. à nu.*24. & *d.tit. de dispensatio. super defectu natalium nu.*63. Rofin. *sup.c.* 13.*à nu.*65. Mandos. *de signatura, ti. de dispensatio. ad finem*, Nauar. *consil.*6.*de rescrip.* Rota *decis.*214.*nu.*4.*p.*1.*diuersorum*, Et fuit † resolutum 73
in causa Burgen. Abbatiæ de Foncea, 1. Iunij 1584 coram D. Blancheto, & 24. & 27. Ianuarij 1586. coram D. Cantucio, *vt in decis. seq. Proposui loco causæ* 34.*Ianuarij* 1586.*memorialia in causa Burgen. Abbatiæ, in quibus pro parte Didaci quatuor deducebantur. Primò, quod Gregorius tenebatur verificare qualitatem beneficiorum per eum obtentorum, videlicet, illa esse sine cura, & personalem residentiam non requirere. Secundò, quod in suis literis prouisionis Abbatiæ non fecit mentionem suæ illegitimitatis, & licet esset dispensatus, tamen debebat facere mentionem dispensationis*, cap. 2. *& ibi Francus* de filiis presbyter. lib. 6. nu. 5. *Rota* decis. 3. eodem tit. in antiquis, *Puteus* decis. 101. *incipien.* fuit dubitatum in vna Queten. lib. 1. *Tertio, quod non probauit Didacum habuisse notitiam detreti appositiui in noua prouisione ad eius instantiam impetrata, nec ex scientia procuratoris infertur ad scientiam principalis*, *Crescen.* decis. 193. *Sarnen.* in reg. de annali. in fin. *Afflict.* decis. 129. nu. 10. *Quarto, quod tempus sex mensium præfixũ in decreto ad dimittendũ canonicatũ nõ incipiebat currere à die supplicationis d. nouæ prouisionis, & sic à die* 1. *Iulij* 1582. *sed à die, quo supplicatio missa fuit ad registrũ, sic & die* 2. *Octob. eiusd. anni. His tamen non obstantibus, Domini* 24. *&* 27. *Ian. contradixerunt. Non obstat primum, quia gratia m Gregorij fuisse iustificatam resolutum fuit* 9. *Decemb. anni præteriti, nam testes tam in curia, quàm in partibus vigore remissoriæ examinati, bene probant beneficia per Gregor. obtenta, personalem residentiam non requirere, ex testibus examinatis in partibus, in ciuitate Palentina, probant* 2. 3. 4. 5. 6. 7. *&* 8. *super* 10. *de examinatis in ciuitate Hispal.* 2. *&* 3. *super* 9 *Non obstat secundum, quia in gratia Gregorij non erat necessaria mentio suæ dispensationis, vt in hac causa resolutum fuit* 1. *Iunij* 1584. *coram R.P. D. Blancheto*, per decisionẽ 3. de filiis presbyter. in antiquis. *Nec obstant allegata in contrarium, quia Io. Andr.* in d. c. 2. nu. 1. *quem sequuntur ibi Gemin.* col. 2. circa finem, vers. sed quid si dispensatum est, *Francus* sub num. 5. *Ancar.* in 3. notabili, *Rota* d. decis. 3. *Puteus* 101. lib. 1. *distinguit, quod aut impetratio continet dispensationem, quæ additur primæ dispensationi, & tunc non valet impetratio, non facta ratione primæ dispensationis, & ita procedit textus* in d.c. 2. *aut impetratio non continet dispensationem addentem priori dispensationi, sed est executio dispensationis iam factæ, & tunc non est opus de ea mentionem facere: sed impetratio Gregorij de hac Abbatia est executio suæ gratiæ dispensationis, quia cum fuerit dispensatus ad quæcumque, quotcumque & qualiacumque beneficia, sub hac dispensatione satis includitur Abbatia, de qua agitur, & ideo in impetratione, non erat necessaria mẽtio dispensationis, quia ad obtinendũ beneficium inclusum sub prima dispensatione non expedit iterum de ea mentionem facere, vt inquit Anchar.*

d.c.2.in 3 notabili, versi.ex quo collige. *Non obstat tertium, quia Didacus dedit mandatum ad consentiendum pensioni,& alia fecit:de quibus hæc per informantes pro parte Gregorij. Non obstat quartum, quia terminus sex mensium ad dimittendum canonicatum incipit currere à die datæ supplicationis,cùm in ea expresse dicatur cum decreto,quod ipse infra sex menses, à data præsentium computandos canonicatum, & præbendam Ecclesiæ Salamantinæ dimittere omnino teneatur.*

74 Stante vero in supplicatione † clausula: *Et quod oratoris dispensationes habeantur pro expressis*, valeret impetratio,etiamsi adderetur dispensatio dispensationi,id enim importat d.clausula.

75 Quæ † tamen tempore Sixti Quinti non dabatur quoad dispensationem super defectu natalium sed per reuisores in ipsa supplicatione addebatur,*nõ tamen super defectu natalium.*

76 Et † insuper tempore D.Sixti erat stylus , non conferre beneficia illegitimis,etiamsi alias fuissent dispensati,& sic ratione istius styli tunc videbatur necessarium exprimere dispensationem super defectu natalium,in impetratione etiam,quia esset executio dispensationis.

77 Vt fuit resolutum in vna Abulen. parochialis D. Thomæ,1.Februarij 1593.coram illustriss.Mantica, vt in decisione sequenti:*Cum hæc causa ageretur per audientiam contradictarum,dubitaui,an resignatio parochialis facta à Gundisaluo del Varco, ad fauorẽ Marci Lopez,sit nulla in casu de quo agitur:& die 29.mensis præteriti dubium proposui,nec potui capere resolutionem,quia Domini qui viderant,inter se dissentiebant. Rursus d.die 1.February proposito dubio quinque ex sex Dominis,qui viderant,vno dissentiente,in eandem sententiam conuenerunt,vt resignatio propter vitium surreptionis sit nulla,nam Marcus Lopez in supplicatione non expressit se esse filium sacerdotis,quod si expressisset, aut gratiam non obtinuisset,aut saltem difficilius. Quo casu gratia ipsa intelligitur surreptitia*,c.2.de filiis presbyterorum,*vbi Doct.*c.postulasti de rescrip.& c.super literis,*& ibi Doctores omnes,& maxime Abbas* n. 7.in fi.eodem tit. *idemque Abbas* in c.ad aures n. 4. & in c.in nostra n.9.cum seq.eod.tit.*& Felin.* ibidẽ nu.10.cum multis seq.& in d. c. postulasti,num.13.& nu.17.cum seq.*Non obstat,quod ipse Marcus à Nuntio Hispaniarum,ad obtinenda quæcumque beneficia sit dispensatus,& consequenter non fuerit necesse aliam illegitimitatis,seu dispensationis facere mentionem;Rota*, deci.3.de filiis presbyter.in antiquis;*quia primo fuit responsum de facultatibus Nuntij non constare, & ad curata,nec Legatum cum illegitimo posse dispensare,nisi hoc ei specialiter à Papa concessum fuerit,glos.*in c verbo,sede Apostolica,*& ibi Doct.*de filiis presbyte.lib. 6.*Paris.*cons.536.num.26.lib.4.*Rebuf.*pract. benefi. de dispensatione super defectu natalium,n.45. *Secũdo,etiamsi de speciali potestate ipsius Nuntij constaret, fuit responsum communem stylum Cancellariæ,seu signaturæ tempore felicis recor. Sixti V.fuisse & esse notorium,videlicet,noluisse cum spuriis conferre beneficia,etiamsi ad obtinenda quæcumque beneficia fuissent dispensati , & quoties in supplicationibus exprimebatur , quod dispensationes oratoris haberentur pro expressis , eum fuisse solitum addere hæc verba,Præterquam ex defectu natalium,qui quidem stylus dum non est incognitus , & testium depositionibus comprobatur. Quare cum de huiusmodi defectu natalium nulla mentio facta fuerit,gratia redditur surreptitia,nam cum quæritur , si esset expressum, id quod fuit tacitum,an Papa esset gratiam cõcessurus,vel difficilius concessurus, inspicitur communis stylus Cancellariæ , seu signaturæ, alias hoc nunquam posset intelligi vt ex mente Lapi explicat Socinus Senior* cons.164.num.5.lib 2.*Felinus* in cap.super literis, n. 18.& in cap.in nostra num 51.de præscriptio.*Ioan.de Selua*,de benefic.part.3.quæst.72.num.51.*Cassadorus*, decis.12.num.14.de præbendis *Puteus* decis. 187. n. 8.lib.1. *Quod multo etiam magis in casu proposito, domini dicebant esse recipiendum, ac esse indubitatũ, quia quod defectus natalium non fuerit expressus,non processit ex probabili ignorantia,vel simplicitate,sed ex calliditate.Nam cum idem Marcus intellexisset Papam eius supplicationem,propter defectum natalium in ea expressum reiecisse,postea dedit oreram , vt iste natalium defectus in alia supplicatione supprimeretur, vt ex deductis apparet,& ideo liquido constat de vitio surreptionis,& Papam, si natalium defectus fuisset expressus huiusmodi resignationem, quam semel reiecit, nullo modo ad fauorem ipsius Marci fuisse concessurum, atque ita conclusum fuit resignationem nullius esse momenti.*

Hodie † tamen non viget dictus stylus, & ideò 78
stándum erit in hoc de expressione dispensationis supradictæ resolutioni,de qua *n.*72.

De quo an in secunda † dispensatione , seu gratia, 79
sit facienda mentio de alia priori , &c. vide vltra Doct.*in d.cap.2.de filiis presbyt.in 6. & in cap. penul. de præscr.*Tho.Sanch.*de matrimo.lib.*8. *disput.* 22. & D.Card.Tuschum.*lit.D.conc.*460. *& lit.G.concl.*56. *& lit.D.conc.*729.*& 732.*

CAP. III.

De filiis Presbyterorum.

SVMMARIA.

De filiis presbyterorum,qui à beneficiis paternis, Ecclesiaque paternæ specialiter repelluntur,num.1. *de quibus cum agitur,an possint succedere in beneficio patris,seu obtinere beneficia in Ecclesia paterna, cætera habilia supponuntur, & sic illos esse alias habiles, seu dispensatos ad obtinenda beneficia*,n.2.

Sunt distinguenda tria tempora,primum est decretaliũ de quo filij presbyterorum, etiam legitimi , non poterant immediate succedere in beneficio patris ; nisi ex dispensatione Papæ, mediate vero poterant succedere,num.3 *quod procedit non solum in filiis presbyterorum,sed etiam eorum,qui in minoribus sunt constituti*, num.4.

Etiam cum legitimo non posset Episcopus,nec etiam Legatus dispensare in beneficio paterno immediate,contra Gambarum,num.5.

Illegitimus etiam,maxime spurius,in Ecclesia patris viuentis,non poterat etiam ex dispensatione Episcopi habere Canonicatum,seu aliud beneficium ,secus in legitimo, num.6. *quamuis in hoc aliter loquantur Abb. & alij*,num.7.*& quod dicunt Felin. Decius, & Selua, cum Calderino , accipiendum est de legitimo*, num.8.

Secundum tempus est constitutionis Clementis septimi, quod de cætero filij presbyterorum,ex fornicatione nati, nullo tempore quoquomodo obtinere possint beneficia,quæ eorum parentes in titulum,vel commendam aut ad-

aut administrationem, seu vt alius perpetuo vnita, aliquando obtinuerunt, & sic nec immediate, nec mediate, &c. n. 9.

Hanc constitutionem limitauit Rota. Primo, non procedere in beneficijs, quæ patres dimiserunt ante illam constitutionem. Secundo, quando beneficium erat portio tempore quo pater illud obtinebat, & postea fuit factus Canonicatus, & sic erat aliud beneficium, nu. 10. Sed prima limitatio, non placet, numero 11.

Dicta constitutio habet locum in clerico non presbytero, & in filio nato ante clericatum, ex Rota numero 21.

Tertium, & nouissimum tempus est Concilij Tridentini sessione 25. de reformatio. cap. 15. relati nu. 13. quod in multis differe à iure cõmuni, vt in declaratione S. Congregationis, posita nu. 14.

Sicut dicta constitutio Clementis, ita etiam istud decretum habet locum in filijs naturalibus, procreatis ante clericatum, num. 15.

Istud decretum facit inhabilem filium clerici ad obtinẽdum beneficium in Ecclesia paterna, & sic collatio ei facta non valet, num. 16.

An per istud decretum Concilij & dictam constitutionem Clementis Septimi, aliquid innouetur quoad filios presbyterorum, qui sunt nati ex legitimo matrimonio, à num. 17. & 2. seqq. resoluitur nihil innouari, nec comprehendere nepotes illegitimos presbyterorum, ex filio legitimo, respectu beneficij aui, numero. 20.

An dicta constitutio Clementis, & decretum Concilij, & dispositio iuris communis, comprehendant nepotes legitimos presbyterorũ ex filio illegitimo, respectu beneficij aui, à num. 21. resoluitur negatiue cum Rota, & S. Congregatione, contra Rebuf. & alios. num. 22. & seq.

Nepos tamen legitimus, ex filio, seu filio illegitimè, non potest, viuente auo, obtinere pensionem super beneficio, quod auus possidet, vt auitæ incontinentiæ memoria arceatur, secundum Sanctam Congregationem, cuius declaratio ponitur, numero vigesimoquarto.

Etiam in nepote illegitimo ex filio illegitimo, idem videbatur, nempe non comprehendi in dictis dispositionibus, quia in materia odiosa, & pœnali appellatione filiorum non veniunt nepotes, & c. num. 25. & facit quod licet filius clerici non possit patri succedere, nec ab eo quicquam capere, nec à consanguineis ex parte patris, ex lege Regia, nepos tamen etiam non legitimus potest succedere, & capere ex testamento aui clerici, num. 26. & ita tandem censuit Congregatio, num. 27.

An pater prohibeatur succedere in beneficio filij, à nu. 28. resoluitur non prohiberi, cum communi contra Hostien. & alios, n. 29.

An pater post Concilium possit obtinere beneficium in Ecclesia, in qua eius filius illegitimus est beneficiatus de præsenti, numero. 30. resoluitur non posse, num 31.

An pater habens pensionem, cum facultate transferendi possit illam transferre in filium, à numero 32. resoluitur negatiue, contra Gigantem: & si pensio esset constituta super beneficio, quod pater nunquam obtinuit, tam ex constitutione Clementis, quam ex decreto Concilij. numero trigesimotertio, & numero 5. seqq.

Non prohibetur à Concilio filius illegitimus obtinere pẽsiones super beneficijs Ecclesiæ paternæ. n. 39.

An decretum Concilij haberet locum in illegitimis, habentibus beneficia in Ecclesia, in qua fuit beneficiatus eorum pater, qui tamen tempore Concilij iam erat mortuus, vel resignauerat, ita vt non posset ea retinere, à numero. 40. resoluitur negatiue contra Nauar. & adducuntur declarationes Sanctæ Congregationis, quæ ita censuit, numero 41. & tertio seq.

Similiter dictum decretum non habet locum in habentibus pensionem ante Concilium, super beneficio à patre obtento, num 45. & seq. vbi ponuntur declarationes S. Congregationis, nec dictum decretum, quo ad pensiones, videtur habere locum in pensione post Concilium imposita super beneficio, quod nec erat nec fuit patris, licet postea ad eum perueniat, num. 47.

Prædicta resolutio procedit in eo, cui ante Concilium fuit collatum beneficium in Ecclesia, in qua pater, etiam si possessionem eius obtinuisset post Concilium, dummodo per eum non steterit, quominus antea illam obtineret, num. 48. vbi ponitur declaratio S. Congregationis.

Secundo procedit, etiam si ante Concilium habuisset solũ titulum, reseruatis alteri fructibus titulo, & denominatione, & post Concilium cessasset huiusmodi reseruatio, num. 49. vbi ponitur declaratio S. Congregationis.

Tertio procedit in habente regressum reseruatum ante Concilium, qui cum habeat causam de præterito, non subiicitur dispositioni Concilij, quamuis post illud fortiatur effectum, num. 50. & seq. vbi ponitur decisio Rotæ n. 51.

An in prædicto casu, is qui ante Concilium obtinuit beneficium in Ecclesia, in qua pater eius olim fuit beneficiatus, possit post Concilium ad aliud beneficium ascendere, seu transire, post optionem, vel alias, à n. 52. resoluitur negatiue, & adducuntur declarationes S. Congregationis, n. 53.

An dicto decreto comprehendatur filius eius, qui habuit titulum, & prouisionem beneficij, non possessionem, à n. 54 resoluitur negatiue, & adducuntur declarat. S. Congreg. n. 55. & seq.

Sufficit quod habuerit possessionem, nec requiritur quod pater ministrauerit in Ecclesia, seu beneficio, n. 57.

An filius clerici possit obtinere beneficium olim à patre aliquamdiu possessum sine legitimo titulo, & minus pacifice. à num. 58. resoluitur non posse, nec etiam posse obtinere beneficium in Ecclesia in qua eius pater aliud possederit, licet sine canonico titulo. num. 59. & seq.

An filij illegitimi possint obtinere beneficia vnita Ecclesijs, quas obtinuerunt, seu obtinent eorum patres, seu Ecclesijs filiales, & ab illis dependentes, nu. 61. super quo ponuntur declarationes Congregationis, nu. 62. quæ planè procedunt quoad Ecclesias filiales, quæ sunt beneficia distincta à matricibus, tunc enim rectè potest filius illegitimus habere filialem, licet pater habuerit, seu habeat matricem, vel è contra, nisi habens vnam, habeat ministrare in alia numero sexagesimotertio, Quoad beneficia vero vnita faciunt difficultatem dictæ declarationes, vt in numero sexagesimoquarto, quæ difficultas resoluitur numer. 65.

An filius illegitimus possit obtinere beneficium in Ecclesia, in qua pater habuit solam sedem in choro ratione dignitatis, quam in alia Ecclesia obtinebat, num. 66. vbi resoluitur negatiue, & ponitur declaratio S. Cõgregationis, quod procedit, etiam si nunquam act-

sedisset in tali sede. n. 67.

An filius illegitimus possit canere tanquam musicus simplex, seu alias ministrare in Ecclesia, in qua pater habuit, vel habet beneficium, numer. 68. *vbi resoluitur non posse, & ponuntur declarationes Sanctæ Congregationis, vnde non potest obtinere beneficium ratione cuius habet aliquod ministerium, seu seruitium facere in Ecclesia, in qua pater fuit beneficiatus, &c.* numero 69. *nisi posset seruiri per substitutum,* numero 70.

Filius illegitimus non prohibetur in Ecclesia paterna ministrare, quando ministraret, & celebraret ibi ex deuotione, & voluntariè, non ex officio, vel salario, numero 71.

E conuerso filius illegitimus non prohibetur ministrare & habere beneficium in Ecclesia, in qua pater ministrauit, & inseruiuit, etiam tanquam Capellanus, non tamen habuit titulum beneficij, seu tanquam Vicarius temporalis, n. 72. *vbi ponitur declaratio Sanctæ Congregationis.*

Nec prohibentur pater, & filius celebrare Missam in eadem Ecclesia, cum non habent beneficium, numero 73. *vbi ponuntur declarationes Sanctæ Congregationis.*

Similiter non prohibentur filij illegitimi clericorum cum suis patribus habitare, n. 74.

An vbi pater, & filius tempore Concilij obtinebant beneficia in eadem Ecclesia, filius præcise teneretur beneficium resignare, aut permutare infr. tres mẽses, nec sufficeret patrem inf. illud tẽpus suũ beneficiũ dimittere, n. 75. *vbi resoluitur, filiũ præcise teneri sine alia monitione, sub pœna priuationis ipso iure, & ponuntur declarationes Sanctæ Congregationis. Pius tamen Quartus extendit dictum terminum ad sex menses,* num. 76.

Adeo verũ est, quod filius teneretur resignare, vt procederet, etiam si non posset permutare, nisi ex gratia cum aliquo dispensaretur, vt in declaratione Sanctæ Congregationis, posita n. 77.

Procedit etiam licet super beneficio filij, aliquis haberet regressum, quo casu oblata illi resignatione, cum honesta pensione, & non acceptata, poterat cum ea alteri resignare, suspenso interim regressu, vt in declarationibus S. Congregationis positis. numer. septuagesimooctauo.

Quod si vnum tantum esset beneficium, in persona tamẽ patris, & filij cum alternatiua residentia, numer. 79. *vbi ponitur declaratio, & decretum Sanctæ Congregationis circa hoc, quod pater in totum cederet filio totum ius, quod haberet reseruata sibi pensione, & idem est quando pater esset coadiutor filij,* numero octuagesimo.

An habens ante Concilium coadiutoriam, cum futura successione in Ecclesia paterna, posset succedente vacatione post Concilium succedere in tali beneficio, vigore coadiutoriæ, num. 81. *resoluitur non posse, &* numero 82. *ponitur declaratio Sanctæ Congregationis,* num. 83. *decisio Rotæ, & idem esset in accessu,* numero 84.

Sed contra obiicitur quædam declaratio S. Congregationis, num. 85. *cui satisfit ex alia declaratione posita* nu. 86.

An facta resignatione alicuius beneficij in fauorem filij clerici, reseruata tamen pensione resignanti super beneficio patris, de consensu eius intret d. decretum Cõcilij verſ. ad hæc, n. 87. *vbi resoluitur intrare, & ponitur declaratio S. Congregationis.*

An regula de triennali iuuet contra d. decretũ Concilij num. 88. *vbi resoluitur negatiue cum S. Congreg. & Rota* num. 89.

SVccedit nunc de filiis presbyterorum † tractatio, qui à beneficiis paternis, Ecclesiæque paternæ specialiter repelluntur. 1

Et in primis aduertendum † est, quod cum agitur de filiis clericorum, an possint succedere in beneficio patris, seu obtinere beneficia in Ecclesia paterna, cætera habilia supponuntur, & sic illos esse aliashabiles, seu dispensatos ad obtinẽda beneficia: vt rectè aduertit Mandos. *de signatura gratiæ, titu. de dispensatio. ad beneficia in Ecclesia, in qua pater, versic. verum neque.* 2

Et † pro huius materiæ explicatione oportet distinguere tria tempora. Primum tempus est decretalium, de quo filij presbyterorum, etiam legitimi nõ poterant immediatè succedere in beneficio patris, nisi ex dispẽsatione Papæ, mediate vero poterat succedere, *vt in cap. ad extirpandas, & c. dilectus. & cap. ex transmissa, de filiis presbyter. cum aliis,* vbi Doctor. Decius *in cap. inter cæteras, de præscriptio. num. 6. &* 7. Nauarrus *in ca. si quando. eodem tit. in auctuario, numer. 3. &* 4. Quintana Dueanas, *Ecclesiasticon. libr. 2. à nu. 92.* 3

Quod procedit non † solum in filiis presbyterorum, sed etiam eorum, qui in minoribus sunt constituti, Maiolus *de irregularitate lib. 1. cap. 6. numer. 6.* Ad quod optimè facit constitutio Clementis Septimi, de qua infra, *tibi. Sanè postquam felicis recordationis Alexander Papa Tertius prædecessor noster, filios præsertim Sacerdotum in Ecclesia paterna succedere prohibuerat.* Pondero illa verba: *Præsertim Sacerdotum,* quæ implicant, idem in aliis ad dicta infra *cap. sequen. numero. 8. & 11. ca. 5. num. 91.* 4

Et quod etiam † cum legitimo non posset Episcopus, nec etiam Legatus dispensare in beneficio paterno, immediate est glo. *in c. 1. ver. tale, in princ. de filiis presb. in 6.* quam post Io. Andr. Specul. Monachum, & Domin. sequuntur Franchus, *ibi numero* 7. Rebuf. *in prax. tit. de dispensat. super defectu natalium, nume. 32.* & Mandos. *tit. de dispensat. ad beneficia in Ecclesia in qua pater,* quamuis contra teneat post alios Gambarus, *de offi. lega. lib. 7. rubr. 1. quæst. 34. à num. 306.* 5

Illegitimus etiam † maximè spurius, in Ecclesia patris viuentis non poterat etiam ex dispensatione Episcopi habere Canonicatũ, seu aliud beneficium, *cap. cum decorem, cap. ad abolendam, de filiis presbyter.* secus in legitimo, *cap. ad hæc, eodem tit.* ita glos. 3. *in d. cap. ad abolendam, ad finem.* & glo. *& in c. Apostolica. 8. q. 1.* Rebuff. *à num. 33. ad 39* Bernard. Diaz. *in praxi crimin. cap. 48. num. 4.* & ibi Salzedo *litera B.* Sy luesterin *summa, verb. beneficium. 3. nu. 17.* Armilla *eodem verbo, num. 33.* Man. Rodrig. *in summa. 1. tom. cap. 29. num. 4.* & Vega 1. *par. summ. cap. 39. cas. 18. versic. 4.* 6

Quamuis in hoc † aliter loquantur Abbas *in d. cap. ad abolendam,* & Nauarrus *dict. num. 4.* Mandos. *supra, versic. rursus limitanda,* Hoieda *de incompatibilitate benefic. 1. par. cap. vltim. num. 7.* Quintanaduenas *d. lib. 2. num. 94.* & Sayrus *de censuris, lib. 2. c. 10. numer. 45.* 7

Vnde † quod dicunt, Felin. *in cap. in nostra, de rescript. cor. 3.* Decius *d. num. 9.* & Selua *de benef. 3. par. 9. 12. n. 11. 5. qualitate,* cum Cald. *cons. 1. de filiis presbyt.* accipiendum est de legitimo. 8

Secundum

9 Secundum tempus † est constitutionis Clementis Septimi de anno 1530. quæ in Bullario est 36. in ordine suarum Constitutionum, cuius tenorem ponit Nauarr. *in d. cap. si quando, excep. 21. in prin.* & Gigas *de pension. quæstio. 86.* in qua statuitur, quod de cætero filij presbyterorum, ex fornicatione nati, nullo vnquam tempore quoquomodo obtinere possint beneficia, quæ eorum patres in titulum, vel commendam, aut administrationem, seu vt aliis perpetuo vnita aliquando obtinuerunt, & sic nec immediate, nec mediate, &c.

10 Quam † tamen constitutionem limitauit Rota in vna Calciaten. coram d. Fabio, de anno 1549. dupliciter, primo non procedere in beneficiis, quæ patres dimiserunt ante illam constitutionem propter verbum: *De cætero*, & quia natura legis respicit futura, per quæ declararunt Domini illa verba: *Quæ aliquando obtinuerunt.* Secundò, quando beneficium erat portio tempore quo pater illud obtinebat, & postea fuit factum Canonicatus, & sic erat aliud beneficium, vt per Achillem *decisio.* 47. seu 1. *de filius presbyteror.* & per Mandos. *supra versic. rursus sciendum est*, qui in ista causa ita consuluit, *vt in consilio* 52. & Hojedam *numero octauo*, vbi supra & primam limitationem ponit etiam Puteus *decisio. 225. lib. 3.* quâ male intellexit Gonçalez *ad reg. mens. secunda glossa quinta, num. 33.* vbi refert etiam secundam limitationem.

11 Sed prima † limitatio mihi non placet, & conuincitur ex traditis per Nauarrum *dict. sectio. vigesima prima.*

12 Et dictam † constitutionem habere locum in clerico non presbytero, per illa verba: *Et præsertim Sacerdotum, & illa alia, quæ presbyteri, & clerici, & religiosi eorum patres, &c.* habere etiam locum in filio nato ante clericatum, quia rationes militant, de quibus per Turrecremata, *in capit. Apostolica 8. quæstio. prima*, fuit resolutum per Rotam in vna Ariminens. sancti Pauli. 27. Aprilis 1561. vt in decisionibus Oradini.

13 Tertium, & nouissimum † tempus est S. Concilij Tridentin. *sess. 25. de reformat. cap. 15.* in quo decernitur, quod vt paternæ incontinentiæ memoria à locis Deo sacratis longissimè arceatur, non liceat filiis clericorum, qui non ex legitimo nati sint matrimonio in Ecclesiis, vbi eorum patres beneficium aliquod Ecclesiasticum habent, aut habuerunt, quodcunque etiam dissimile beneficium obtinere, neque in dictis Ecclesiis quoquomodo ministrare, nec pensiones super fructibus beneficiorum, quæ parentes eorum obtinent, vel alias obtinuerunt, habere: quod si in præsenti, scilicet tempore publicationis Concilij, pater & filius in eadem Ecclesia beneficia obtinere reperiantur, cogatur filius suum beneficium resignare, aut cum alio permutare extra Ecclesiam intra trium mensium spatium, alias ipso iure eo priuatus existat, & super his, quæcunque dispensatio surreptitia censeatur, &c.

Vnde † istud decretum in multis differt à iure cõmuni, vt in sequenti declaratione S. Congregatio. super eo fuit quæsitum, in quo differat hoc decretum à iure communi? responsum est, quod in quinque. *Primo, quod non solum ratione successionis, prout de iure communi, sed etiam ob incontinentiæ paternæ memoriam inualuit hac prohibitio. Secundò, quod talis memoria longissime arceatur, si non solum immediatè, prout de iure communi, sed etiam mediatè, contra Abb.* capit. dilectus, nota 2. eodem titulo. *Tertiò, quod non solum prohibetur successio in eodem beneficio, sed in alio quocumque, etiam in dissimili, dummodo sint in eadem Ecclesia, contra ius commune, de quo per Abb.* in cap. ad abolendam, post princ. *Quarto, nedum prohibetur filius obtinere beneficium in Ecclesia, in qua pater obtinet, sed ministrare contra ius commune, quo tantum patri ministrare prohibetur, Abb.* in capit. cum decorem eodem. *Quinto, quod nec pensiones super fructib. beneficiorum, quæ parentes eorum obtinuerunt, vel obtinent, habere poterunt filij.*

Et † sicut d. constitutio Clementis, ita etiam istud 15
decretum habet locum in filiis naturalibus procreatis ante clericatum, vt patet ex illis verbis: *Qui non ex legitimo nati sunt matrimonio: & S. Congregatio censuit his verbis: Hoc decretum habet locum in filiis naturalibus, procreatis tempore quo parentes eorum nondum erant effecti clerici.*

Et istud † decretum facit inhabilem filium cleri- 16
ci ad obtinendum beneficium in Ecclesia, in qua pater beneficium habuit, & sic collatio ei facta non valet. Nauar. *cons. 1. de constit. q. 18.* Salzed. *supr. in lit. A.* in nouissima editione. Sed † circa istud decretum 17
Concilij, & dictam constitutionem Clem. VII. dubitatur. Primò, an per ea aliquid innouetur quoad filios presbyterorum, qui sunt nati ex legitimo matrim.

Et dicendum † est, nihil innouari, quia solum lo- 18
quuntur de filiis ex fornicatione natis, & non ex legitimo matrimonio, vt patet ex dict. constitutione Clementis, ibi: *Ex fornicatione*, & aliis verbis eiusdem constitutionis, & in dicto Concilio, ibi: *Qui non ex legitimo nati sunt matrimonio*, & ita quoad legitimos remanet ius antiquum incorrectum, *l. præcipimus. C. de appellario.* & ita docet Nauarr. *in dicto auctuario numero 3.* Salz. sup. Ma. Rodrig. *in sum. 1. tom. cap. 29. numero 4.* & Vega *1. p. c. 36. casu 18. versicul. lo quarto.*

Et † ita etiam debet intelligi d. decretum Conci- 19
lij, *in vers. quod si in præsenti*, dum loquitur de patre & filio obtinentibus simul beneficia in eadem Ecclesia, debet enim intelligi retentis terminis, de quibus in principio, scilicet, quando filius non est natus ex legitimo matrimonio.

Vnde † etiam d. constitutio Clementis, & decre- 20
tum Concilij, non comprehendunt nepotes illegitimos presbyterorum ex filio legitimo, respectu beneficij aui.

Secundo † dubitatur, an d. constitutio Clementis, 21
& decretum Concilij, & dispositio iuris communis comprehendant nepotes legitimos presbyterorum ex filio illegitimo, respectu beneficij aui. Et respondetur negatiue, vt consuluit Nauar. *cons. 9. de filiis presbyter.* præcipue *n. 9* & tenent Spin. *de testam. gloss. 3. à n. 23.* & Sayr. *d. lib. 6. c. 10. n. 46.* Açor *2. p. lib. 6. c. 4. q. 17.*

Et † censuit Rota 12. Februarij 1574. coram Dom. 22
Rubeis, quæ decisio habetur apud Nauar. post *d. consil. 9.* & ita etiam declarauit alias S. Congregatio Cõcilij. Quidquid † contra teneant Rebuf. *sup. num. 27.* 23
& *de pacificis possessoribus, numero 276.* & *277.* alias 225. & Rojas *de successio. ab intestato, c. 20. à num. 112.* Mier. *de maiorat. 2. p. q. 2. num. 25.* & Salze. *sup. lit. A.* & quamuis Sylueſt. cum Ostien. *verb. beneficium, quæst. 6.* & Lessius *de iust. & iu. lib. 2. c. 34. n. 91.* dicant nepotem non posse obtinere beneficium aui patre mortuo, &c.

Tenet tamen S. Congregatio † nepotem legiti- 24
mum ex filio, seu filia illegitimis non posse viuente

auo,

auo, obtinere pensionem super beneficio, quod auus possidet, vt auitæ incontinentiæ memoria arceatur, vt in sequenti declaratione. *Stante declaratione, quod Concilium non comprehendat nepotem legitimum ex filio, seu filia illegitimis, respectu beneficij, quod auus obtinuit, an procedat etiam viuente ipso auo, adeo, vt nepos ex filia illegitima, siue illa viuat, siue non, possit obtinere pensionem super beneficio parochiali, quod auis possidet, Congregatio censuit negatiue, vt arceatur memoria auitæ incontinentiæ, licet omnes Illustrissimi dixerint contrariam opinionem esse de iure veriorem ex sententia Rotæ.*

25 Quinimo etiam in nepote † illegitimo, ex filio illegitimo, idem videtur de iure dicendum, nempe non comprehendi in dictis dispositionibus, quia in materia odiosa & pœnali appellatione filiorum non veniunt nepotes, Bart. *in l. liberorum, nu. 6. ff. de verb. signif.* communiter receptus, vt per Couarr. *libro 2. vari. c. 8. num. 2.* Anton. Gabr. *de verb. signif. concluſ. 1. à numero 54.* & plures relatos à Surdo *de alimen. titulo 9. q. 36.* Gratia. *reg. 205.* Pet. de Lar. *de anniu. lib. 1. ca. 6. nu. 5.*

Neque est tanta ratio in nepote, ac in filio, & ita tenet gl. *in d. c. Apostolica,* & Gambar. *d. lib. 7. rubri. 1. q. 37. ex n. 311.* & cum magis communi Nauar. *d. consi. 9. à num. 1.* vbi indistincte loquitur. & plures tenentes refert Quintanaduennas *sup. nu. 95.* & Spin. Man. Rodrig. *1. tom. c. 29. num. 4.* & Vega *1. p. c. 36. casu 18.* & Açor *sup.*

26 Pro quo facit in simili, quod licet filius † clerici nõ possit patri succedere, nec ab eo quidquam capere, imò nec à consanguineis ex parte patris, ex *l. Regia 22. tit. 3. lib. 1. ordinamenti,* hodie *lex 6. tit. 8. lib. 5. recop.* tamen nepos etiam non legitimus potest succedere & capere, ex testamento aui clerici, *l. fin. C. de naturalib. liberis,* Roder. Suar. *in l. 9. tit. 11. lib. 1. fori, n. 4. & in l. 1. tit. 6. lib. 3. fori, §. hæc de filiorum,* Ant. Gom. *in l. 9. Tauri, nu. 17.* Didac. Per. *in d. l. 22.* Duennas *reg. 366. limit. 2.* Paleotus *de nothis & spuriis, c. 53.* Couarruu. *in 4. 2. p. ca. 8. §. 5. numero 11.* Roias *de succeßio. c. 20.* Iulius Clarus *§. testamentum, q. 32.* Pinel. *in l. 3. C. de bonis maternis, à numero 2.* Parlad. *rerum quotidianarum libro 1. cap. 16.* P. Molin. *de iustit. tom. 1. tract. 2. disp. 167. 9. conclu.* & alij quos refert Valdes ad Roder. Suar. *d. nu. 4.*

27 Sed contrarium † in proposito ex Concilio censuit S. Congregatio, vt in d. declaratione sequenti. *S. Congregatio censuit procedere, non solum in filio respectu patris, sed in nepote respectu aui, propter verbum longissimè, quod excludit omnem personam mediatam, postea tamẽ intellexi quod 1. Martij 1589. Congregatio Concilij censuit, decretum* cap. 15. sessione 25. *minime prohibere, vt nepos illegitimus ex filio illegitimo beneficium, quod auus habuit, obtinere non possit, cui declarationi standum est.*

28 Tertio dubitatur, † an è conuerso pater prohibeatur succedere in beneficio filij. Et dicendum est, patrem non prohiberi succedere, etiam immediate in beneficio filij, siue sit legitimus, siue illegitimus, quoniam *titul. de filiis presbyterorum, & dict. constitut. Clementis, & decretum Concilij,* tantum loquuntur de filiis : & sumus in pœnalibus & exorbitantibus quæ non sunt amplianda, *reg. in pœnis, reg. quæ à iure, lib. 6. cum aliis.* Nec est eadem ratio in patre, ac in filio, non enim ita videtur dari successio in beneficijs per hoc quod pater succedat in beneficio filij, ac per hoc quod filius succedat in beneficio patris, nec memoria paternæ incontinentiæ ita viget per successionem patris in beneficio filij ac è conuerso : filius enim repræsentat incontinentiam paternam, vt dicitur in prima declaratione adducta infra *dub. 11. numero 75.* & vt dicitur in declaratione quarta ibi adducta, per personam filij magis repræsentatur incontinentia paterna, quàm per personam patris. Ita tenẽt glossa *in dict. cap. Apostolica 8. quæst. 1.* & post antiquos Ioan. Andr. Cardin. Butrius *in cap. quoniam de filiis presbyt.* Anchar. & Abbas, *numero 7. in c. ex transmissa eodem titulo.* Rebuffus *dicto titulo de dispensatione super defectu natalium. numero vigesimonono,* Bernardus Diaz, Quintanaduennas *numero 95.* Man. Rodrig. Vega & Sayrus *numero 44. & 45.* Lessius & Açor. *quæst. decimaoctaua vbi supra.* Quam opinionem contra Hostien. ait communem & tenendam Gigas *de pensio. quæstio. 86. numero decimo.* Quamuis † in 29
puncto iuris inquit fortè sustineri posse opinionem Hostiens. & Mandos. *vbi supra ad fin.* quorum tamen rationibus pro opinione Hostien. ex supra dictis satisfit.

Sed hîc sese offert difficultas, esto † pater possit 30
succedere in beneficio filij, & obtinere beneficium in Ecclesia, in qua filius olim fuit beneficiatus, an post Concilium possit obtinere beneficium in Ecclesia, in qua eius filius illegitimus est beneficiatus de præsenti. Et † videtur dicendum non posse ex 31
d. decreto, *vers. quod si in præsenti,* nam cum Concilium ibi præcipiat filium resignare beneficium vbi tempore Concilij pater & filius reperiebantur obtinere beneficia in eadem Ecclesia, satis vult ne vnquam pater & filius habeant simul beneficia in eadem Ecclesia, & in casu proposito filius non est cogendus resignare suum beneficium prius habitum, cum nulla culpa ei adscribi possit, & agat de retinendo beneficio quæsito, & sic de damno vitando, sed potius pater, qui de nouo intrat in Ecclesiam, in qua filius habet beneficium, & sic agit de acquirendo beneficio, & de lucro captando impediendus est ab acquisitione illius, & facit regula *c. quemadmodum de iureiur.*

Quarto dubitatur, an † pater habens pensionem 32
cum facultate transferendi, possit illam transferre in filium. Et † dicendum videtur cum Gigante *d. q. 86.* 33
à numero 1. per dictam constitutionem Clementis id non tolli, ex eo quod pensio non est beneficium, vt late dictum est *1. p. c. 5. ad prin.* nec in ea militat eadem ratio prohibitionis, & aliis quæ deducit Gigas *ibi,* sequitur Flam. Paris. *de resigna. benef. lib. 6. q. 4. ex n. 18.* & posthæc Gonç. *ad reg. mensium, glos. 5. §. à numero 22.*

Et idem eadem ratione † videtur dicendum de d. 34
decreto Concilij, nisi illa pensio esset constituta super beneficio, quod pater habuit: tũc enim non posset illam transferre in filium ex dicto decreto, ex quo filius illegitimus prohibetur habere pensiones super fructibus beneficij, quod pater obtinet, vel aliàs obtinuit, Flam. Paris. *sup. n. 22. & 23.* & Gonçalez, *n. 23.* sequitur Açor *2. p. lib. 8. c. 8. q. 7.* qui tamen adducit in contrarium constitutionem Pij Quinti, incipientem : *Quæ ordim Ecclesiastico in bullario fo. 1159.* quæ non facit ad propositum, loquitur enim tantum de successione bonorum, quamuis † filius legitimus 35
non prohibeatur habere pensionẽ super beneficio paterno, vt mihi relatum est S. Congr. declarasse.

Sed etsi pensio † huiusmodi esset constituta su- 36
per beneficio, quod pater nunquam obtinuit, adhuc non videtur tuta, nec vera dict. sententia Gigan-

tis,

tis, nec in terminis d. Constitutionis Clementis, nec in terminis Concilij, ex quo d. pensio succedit loco beneficij ad tradita *d.c.*5 1.*p.* præsertim *6.illatione*, & ex verbis d. constitutionis Clementis ibi: *Et alia quæcunque beneficia*, sub quibus videtur comprehendi pensio Ecclesiastica ex doctrina Felini & Cacialupi, de qua *d.c.*5.*n.*93 vbi vide. Ex quibus verbis contra Gigan. in proposito tenet Mandos. *de signatura, r.* 37 *de translatio. pensio. ad fi. in nouis.* † Quamuis d. constitutio Clementis non obstaret, ne pater in aliquem resignare posset beneficium reseruata pensione super illius fructibus, in fauorem filij, vt tradit Gigas *in additione d. quæst.*86. *& cons.* 113. aliàs *responso* 4. *de pensio.* & sequitur Mandos. vbi proximè *vers. Quæro.* & Flam. Par. *d. lib.*6. *quæst.*2. *ex n.*110. dicens hodie secus in filiis illegitimis, ex dicto decreto Concilij.

38 Et facit etiam † contra supradictam sententiam Gigantis dictum decretum Concilij, ex quo enim prohibet filium habere pensionē in beneficio, quod pater obtinet, vel alias obtinuit, vt paternæ incontinentiæ memoria longissime arceatur, à fortiori non videtur posse habere pensionem, quā pater habuit, & in eum transtulit.

39 Certum autem est, † quidquid ex illis verbis Concilij, *quodcumque etiam dissimile beneficium*, velit Quintanaduennas, *libro* 2. *numero* 86. non prohiberi Concilio, alias filium illegitimum obtinere pensiones super beneficiis Ecclesiæ paternæ, nam Concilium condistinguens expresse pensiones à beneficio solum prohibet obtinere eas super beneficio paterno.

40 Quinto dubitatur, an dictum decretum Concilij haberet locum in illegitimis habentibus beneficia in Ecclesia, in qua fuit beneficiatus eorum pater, qui tamen tempore Concilij iam erat mortuus, vel resignauerat, ita vt non posset ea retinere. † In qua 41 difficultate Nauar. *in d.c. si quando in actuario. nu.*11. & 12. tenet de rigore iuris esse verius, quod illi non possent ea retinere, ex rationibus per eum adductis *ibi, nu.*12.

42 Nihilominus tamen † contrarium est dicendum, nam d. decretum Concilij non respicit præterita, sed futura, *l. leges.*7. *C. de legib. c.*2. *& fin. de constitutio.* vbi Doct. & patet ex *vers. quod si in præsenti.* vbi Concilium solum cogit filium resignare, quando tempore Concilij pater & filius in eadem Ecclesia beneficia obtinebant: ergo, si tunc pater iam erat mortuus, vel resignauerat, filius rectè poterat beneficium retinere.

43 Et censuit S. congregatio † vt in sequentibus declarationibus: *Prima, filij presbyteri decreto hoc Concilij Tridentini non prohibentur retinere beneficium legitimè obtentum in eadem Ecclesia, in qua fuit beneficiatus eorum pater, qui ante publicationem eiusdem Concilij è vita migrauit. Secunda, patre ante Concilium mortuo, non tenetur eius filius illegitimus, qui in eadem Ecclesia aliud beneficium obtinet, illud resignare, quia hoc decreto tantum prohibentur in futurum obtinentes. Tertia, c. hoc, cuius vigore filij illegitimi arcentur à beneficiis, quæ in Ecclesia sunt, in qua fuit beneficiatus eorum pater, locum non habet nisi in filiis, qui mortuo patre beneficia in eadem Ecclesia impetrare volunt, & in illis, qui vna cum patre in præsenti reperiuntur obtinere in eadem Ecclesia. Quarta, Episcopo Illerden. Conc. Triden. in decreto de filiis presbyterorum, qui non possum habere beneficium in Ecclesia, in qua habuit eorum pater ad præsens mortuus, non ligat eos, qui obtinuerunt ante publicationem Concilij Triden. beneficium in Ecclesia, in qua habuerat, vel tunc temporis habebat eorum pater.*

Sunt etiam aliæ declarationes, † quas omitto, 44 & ita tenent Salzedo *supra litera A.* & Man. Rodri. & Vega *vbi supra* adducentes d. primam declarationem.

Et similiter dict. decretum † non habet locum in 45 habentibus pensionem ante concilium super beneficio à patre obtento. Spino *d. gloss. numer.*22. qui dicit, ita ex congregatione cardinalium fuisse resolutum.

Et respondit S. congregatio † Archiepiscopo cę- 46 saraugustano his verbis: *Decretum* 15. sessione 25. *non obstat quin filius presbyteri, in cuius fauorem fuit imposita pensio ante Concilium Triden. super parochialem, quam tunc temporis pater eius resignauit, possit prædictam pēsionem exigere. Et Nuntio Apostolico apud Venetos sic respondit, c.*15. sess. 25. *Quo prohibetur filiū illegitimum posse habere pensionem super beneficio alias à patre obtento, non habet locum in eis, qui pensionem huiusmodi ante confirmationem ipsius Concilij legitime impetrarunt.*

Nec dictum decretum † quoad pensiones videtur 47 habere locum in pensione post concilium imposita in fauorem illegitimi super beneficio, quod nec erat nec fuit patris, licet postea perueniat ad patrem post constitutam pensionem. nam de ista pensione non loquitur d. decretum, nec prohibetur filius eam retinere.

Et prædicta resolutio † procedit in eo, cui ante cō- 48 cilium fuit collatum beneficium in Ecclesia, in qua pater, etiamsi possessionem eius obtinuisset post cōcilium, dummodo per eum non steterit quo minus antea illam obtineret, vt alias censuit S. congr. in vna Burgen. his verbis: *Cui ante Concilium co latū fuerat beneficium in Ecclesia, in qua pater eius administrauerat, hoc decretum non obest, licet possessionem d. beneficij non obtinuerit, nisi post Concilium, dummodo per eū non steterit, quo minus prius possessionem illius adipisceretur.*

Secundò procedit, etiamsi ante † concilium ha- 49 buisset solum titulum, reseruatis alteri fructibus, titulo, & denominatione, & post concilium cessasset huiusmodi reseruatio, vt in sequenti declaratione S. congregationis. *Dicitur etiam obtinere resignatarius, cum reseruatione tituli & denominationis, necnon fructuum pro resignante, perinde ac si non resignasset, vnde resignatarius censetur priuatus titulo, si post publicationem Concilij, intra tempus hic præscriptum non resignauit, si tamen eius pater viueret beneficiatus in eadē Ecclesia, vere enim beneficiatus est, licet reseruatis fructib. vt supra; secus vero, si eius pater in eadem Ecclesia beneficiatus ante prædictam publicationem Concilij fuisset mortuus, tunc enim veniente morte resignantis illud beneficium plene possidere potest fructusque inde percipere pleno iure, & ista conscientia, tanquam ante Concilium acquisitum.*

Tertio, † procedit in habente regressum reseruā- 50 tum ante concilium, qui cum habeat causam de præterito, non subiicitur dispositioni concilij, quamuis post illud sortiatur effectum, vt in terminis fuit resolutum in vna compostellana canonicatus 25. Iulij 1574. coram D. Rube. & alias in vna Virdunen. canonicatus de anno 1589. coram D. Pamphilio, & in aliis causis.

Et decisio compostellana † sic se habet. *Difficul-* 51 *tas proposita fuit distincta in duas partes. Prima fuit*

an gratia Petri Garsiæ esset regressus, vel tamen simplex accessus. Secunda vero, an subiaceret dispositioni Concilij Triden. sess.25.c 15.vt incontinentia paternæ: quoad primum fuit conclusum gratiam Petri Garsiæ, si ipse intendit niti, & vti priori titulo, prout potest, & illum verificare possit, esse vere & proprie regressum, non autem accessum, nam cum ipse haberet bonum ius in canonicatu, quod postea cessit ad fauorem Ioannis Garsiæ, & ex causa illius cessionis fuerit sibi reseruatus regressus, & accessus, huiusmodi gratia, habens causam de præterito, dicitur proprie & vere regressus, Oldradus consi. 275.sub numero tertio, vers.ad istud, & sub numero septimo, vers.ad hoc respondetur, vbi dicit, quod regressus non est acquisitio noui tituli, sed antiqui continuatio, quod etiam sentit Cassadorus decisio.4.sub numero 2. de priuilegiis, dum dicit, Quod regressus habet causam, & pendet à iure de præterito, in quo fundatur, & Achilles decision.3. de regressu dicit, quod est reliquia iuris cessi, Puteus decis.3.eodem tit. Fabius deci. 5. accessus autem totaliter pendet à futuro euentu, nec aliquod ius de præterito habet, vt declarat Cassadorus deci.vnica numero 1. & 9. de pactis, & post eum Fabius decis.33. & Rebuf. in praxi, part.3.tit. de regressu. Non obstat, quod in literis expeditis super huiusmodi gratia Petri dicatur tantum accessus & ingressus, & non dicatur regressus, quia in hoc est attendenda substantia rei, non autem verba, vt per Fabium dict.decis.trigesimatertia, ex regula de qua per Bart. in l.cotem. §. qui maximas de publicanis, & in l.si vno locati, prout etiam in istis standum est supplicationi, tanquam matrici, & originali, & non literis, Baldus & alij per Paris. cons.51.numero 17.volum.4. Minus etiam obstat quod Petrus super suo iure cesso non expediuerat literas: ob quam rationem Cancellaria non dat regressum, sed tantum accessum, cum propterea iudicet ius non esse plene radicatum in prouiso ante expeditionem literarum, quia imo plene acquiritur ius in beneficialibus per solam supplicationem absque literarum expeditione, quæ tantum requiritur ad effectum probationis, non substantiæ ipsius gratiæ, Archidiacon. in procemio 6.verb.sacrosanctæ, column. penult. Ioann. Andr. ibidem numero quinto cum seq. Cassadorus deci.quarta, numero 2. de causa possessionis, &.decis. octaua, numero tertio de restitu. spoliatorum, Sarnen. reg.de non iudicando, iuxta formam supplicationis, quæst.1.vers.tamen cõsiderandum, & ideo beneficium vacat per mortem illius, qui habebat tantum supplicationem, & literas non expediuerat, & Rota decis.vltim.numero 2. de rescript. in antiquis cum aliis per Sarnen. proxime citatum, sicut etiam per prouisionem factam cũ sola supplicatione expirat reseruatio, secundum veriorem & æquiorem, de qua testatur Simoneta de reseruatio. quæstio.55. & ibi respondet ad illam rationem, quod Cancellaria potest restringere & limitare gratiam, quia vt ipse dicit, hoc non tollit perfectionem gratiæ, nam Camera, per quam etiam possunt literæ expediri, non solum omnia contenta in supplicatione, sed etiam vltra supplicationem multa sæpe concedit. Neque etiam obstat, quod Petrus nunquam fuerit adeptus possessionem canonicatus, vigore sui primi iuris, ob quam etiam rationem Cancellaria tenet, quod cedenti tale ius non possit dari regressus. Quia respondetur, quod possessio non est aliquo modo, de substantia ipsius gratiæ, ita quod sine ea prouisus dicitur habere bonum ius, & titulum canonicum, Rota in antiquis de præbendis dec.24. Gemini. c. licet Ecclesiarum in fi. de præbendis in 6. Franchus in præsenti, §. finali in fine eo. tit. & lib. Simoneta, d. tract. de reseruatio. q.55. Non obstat, quod Cancellaria sit organum Papæ, quia hoc intelligitur circa ea, quæ concernunt expeditionem literarum, non autem quoad ea, quæ concernunt substantiam gratiæ, nam hæc sunt de his, quæ cõcernunt plenitudinem potestatis, quam tamen non habet Cancellaria, vt per Ægidium dec.46.in fine. Felin. in rubrica de rescrip. n.9. & in c. super literis sub n.12. vers. amplia tertio, eod.tit. Rebuf. in praxi 2.part.signaturæ, n.19. Præterea Cancellaria est organum Papæ in faciendo, & sic in addendo, & augendo gratiam cum clausulis & aliis, quæ de stylo solent concedi, sed non in faciendo, vel minuendo, & detrahendo ea quæ in supplicatione conceduntur, & quæ Cancellaria non expedit, vt quotidie videmus, & testatur glossator Hispanus in regula Cancel. 66. & Simoneta, d. tract. de reseruatio. q.55. Quo vero ad secundam difficultatem, an esset locus dispositioni Concilij, fuit dictum, quod illius resolutio resultabat à resolutione præcedenti: nam cum gratia Petri esset regressus, & haberet ius de præterito, iuxta tradita per Cassadorum d.decisio. vnica de pactis, & dec.4.sub n.2. de priuil. sola enim executio, quæ post legem nouam effectuatur, non est in consideratione, quando ius est de præterito, l. iubemus, & ibi Iason sub n.8. C. de testamen. Angel. in authen. vt cum de appellatione in princip. vers. aduerte pro declaratione, Abbas. Felin. & post omnes Decius in c.fi. n.18. de constitutio. & quando futura habent connexitatem & dependentiam à præterito, non comprehenduntur sub lege noua, Abb. in cap. Pastoralis, §. verum numero 2.versic. & ex hoc infertur. de appellatio. Felin. d. cap. fin. vltima fallentia sub num. 2. versic. secunda declaratio, de constitutio. Cassadorus decisio.3.sub num.25. de præbendis Io. Paulus decis.6.

Sed † subdubitatur, an in prædicto casu is, qui ante Concilium obtinuit beneficium in Ecclesia in qua pater eius olim fuit beneficiatus possit Concilium ad aliud beneficium ascendere, seu transire per optionem vel alias, & dicendum est non posse, quia tunc agit de acquirẽdo beneficio de nouo, & sic subiacet d.decreto Concilij. 52

Et † ita censuit S. Congregatio, vt in sequentibus declarationibus. Habens canonicatum in Ecclesia, in qua pater eius similiter canonicatum obtinuit, non potest in eadem Ecclesia de canonicatu ad dignitatem ascendere. Secunda, filius illegitimus presbyteri, dimidius beneficiatus in vna Ecclesia, in qua pater eius olim beneficium habuit, non potest ascendere ad integram portionẽ. Tertia, illegitimus beneficiatus in Ecclesia, in qua pater similis, vel dissimilis beneficij, mortuo patre ante Concilij publicationem, non potest ex vigore cuiuscumque eius dispensationis, ante Concilij publicationem obtenta, obtinere aliud beneficium dimisso eo, quod obtinebat in eadem Ecclesia, in qua pater reperitur beneficiatus, nec optare ex vi statuti illius Ecclesiæ aliud beneficium, quod sibi competeret, vel vti antiquiori, vel ex aliqua causa: acquiritur enim de nouo, & dispensationibus per Concilium sublatis remanet indispensatus. 53

Sexto dubitatur, an in dicto † decreto comprehendatur filius eius, qui habuit titulum, & prouisionem beneficij, non tamen possessionem, & videbatur comprehendi, nam per solam prouisionem, seu collationem acceptatam, quis rectè dicitur habere beneficium, cum habeat ius in re, ca. si tibi absenti. de præben. in 6. 54

Nihilominus tamen contrarium † est dicendum, nam in proposito, iuxta subiectam materiam §§ non dicitur pater habuisse beneficium, nisi saltim

tim per se, vel procuratorem obtinuerit possessionem, per quam causatur vitium in persona filij, & inducitur successio, aut paternæ incontinentiæ memoria.

56 *Et ita censuit* † *S. Congregatio, vt in sequentibus declarationibus. Prima, Episcopo Miranden. congregatio Cõcilij censuit canonicum illegitimum, cuius Pater possessionem alterius Canonicatus in eadem Ecclesia apprehendit, licet in dict. Ecclesia non ministrauerit, nec iustus fuerit, nec aliquid perceperit ex fructibus ipsius canonicatus comprehensum esse decreto Concilij*, sess. 25. capit. 15. *illum vero, cuius pater sola Romani Pontificis signatura sibi obtinuit, conferri canonicatum eiusdem Ecclesia, sed neque literas Apostolicas expediuit, neque vnquam habuit possessionem, non comprehendi. Secunda, nec etiam filius eius, qui tantum per procuratorem cepit possessionem, potest habere beneficium in eadem Ecclesia: secus si illius pater nunquam per se, aut per procuratorem possessionem beneficij obtinuisset, aut super eo literas Apostolicas non expediuisset, si eius collatio ad Sedem Apostolicam spectabat. Tertia, non dicitur habuisse ad hoc, vt comprehendatur sub hoc cap. ille, qui fuit prouisus, & literis non expeditis, & possessione non habita cessit alteri.*

57 Sufficit autem, quod habuerit † possessionem; nec requiritur quod Pater ministrauerit in Ecclesia, seu beneficio, quia Concilium id non requirit, & patet ex dicta prima declaratione, licet contra teneant Man. Rodrig. & Vega supra, cum Salzedo *dict. litera A.*

58 Septimo dubitatur, an filius † clerici possit obtinere beneficium, olim à patre aliquamdiu possessum sine legitimo titulo, & minus pacificè. Et dicendum est, non posse, nam per possessionem, siue bonam, siue malam, satis dicitur illud habuisse, & militat ratio prohibitionis.

59 Et ita † censuit S. Congregatio, his verbis: *Filius Presbyteri illegitimus non potest obtinere beneficium, quod olim pater suus, absque legitimo titulo, & minus pacificè aliquamdiu possedit*, die 4. Septemb. 1586. Vn-

60 de † etiam non poterit quis obtinere beneficium in Ecclesia, in qua eius pater aliud possederit, licet sine canonico titulo.

61 Octauo dubitatur, an filij illegitimi † possint obtinere beneficia vnita Ecclesiis, quas obtinuerunt, seu obtinent eorum patres, seu Ecclesias filiales & ab illis dependentes, in quas Congregatio censuit, vt in

62 sequentibus declarationibus. Prima. *An illegitimus,* † *cuius pater fuit Rector Ecclesiæ matricis, possit Ecclesiam filialem obtinere dependentem, seu alias illi vnitam, in qua eadem matrix habet etiam quædam iura Parochialia, saluo hoc decreto Congregatio censuit posse, modò vnio facta sit accessorie, & per viam subiectionis Ecclesiæ matrici, & pater in ea non ministrauerit: vnitam verò æque principaliter, ita vt intitulatus in vna, censeatur in vtraque intitulatus, aut si in vtraque pater ministrauit, non posse. Secunda fuit dubitatum, an filij illegitimi possent obtinere beneficia vnita Ecclesiis, quas obtinuerunt, vel obtinent patres eorum, & fuit resolutum, quod si beneficia sunt vnita æque principaliter, tunc illegitimi obtinere non possunt. si vero non sint vnita æque principaliter, sed accessorie, tunc possunt; si tamen obtinentes Ecclesias vnitas non tenentur ministrare in principali. Tertia fuit pariter dubitatum, an illegitimi obtinere possint Ecclesias filiales, quando eorum patres obtinerent matrices, & fuit dictum posse, quando obtinentes filiales non tenerentur ministrare in matrice* 1588.

Quæ declarationes planè † procedunt quoad 63
Ecclesias filiales, quæ sunt beneficia de per se, & distincta à matricibus, vt in terminis *capitulo ad audientiam primo, de Ecclesiis ædificandis*, seu alias quando vna Ecclesia est alteri in aliquo subiecta, seu ab illa dependet, tanquam membrum, vtraque tamen est beneficium de per se, & separatim, tunc enim cum sint beneficia distincta, & in diuersis Ecclesiis, rectè potest filius illegitimus habere filialem, licet pater habuerit, seu habeat matricem, vel è contra, nisi habens vnam, habeat ministrare in alia.

Quoad † beneficia vero vnita faciunt difficultatem 64
dictæ declarationes, nam si sunt vnita accessorie, iam non sunt beneficia, sed veluti prædium principalis, nec datur vacatio eorum, vt dicitur infra *vltima parte, cap. 2. a numero* 12. Et sic non potest dici, quod illa possint per filium, vel alium obtineri: si vero sunt vnita æquè principaliter, cum vnus sit amborum Rector, non cadit dubitatio, an pater possit obtinere vnum, & filius aliud eodem, vel diuerso tempore.

Dicendum est, quod cum vnio † facta est accesso- 65
riè, & pater habuit, seu habet Ecclesiam, seu beneficium principale, filius potest obtinere vnitam, tanquam Vicarius perpetuus, vt in terminis *cap. extirpanda, §. qui vero, de præbendis.* seu tanquam Vicarius temporalis, vel in eadem obtinere aliud beneficium, quia non dicitur pater in illa intitulatus, vt alias dicitur infra 11. *par. cap.* 5. *n.* 193. Quamuis beneficium, quod pater obtinuit, vt alteri vnitum, etiam accessoriè, & perpetuò non possit per filium obtineri vnione dissoluta, ex *dict. constitutione. clem.* 7. ibi: *Seu vt aliis perpetuo vnita.* Quando vero beneficia sunt vnita æquè principaliter, non potest filius aliquod eorum obtinere, etiam tanquam Vicarius temporalis, seu vnione dissoluta, nec aliud in eadem Ecclesia, ex quo in vtraque est intitulatus pater, iuxta dicta infra *vltima p. c. 2. n.* 37. & idem erit, quando est vnio ad vitam iuxta dicta *ibid. n.* 38. & ita sunt accipiendæ dictæ declarationes.

Nono dubitatur, an filius † illegitimus possit obti- 66
nere beneficium in Ecclesia, in qua pater habuit solam sedem in choro ratione dignitatis, quam in alia Ecclesia obtinebat, & dicendum est, non posse ex dict. decreto Concilij, & eius ratione, & censuit S. Congregatio his verbis: *Item fuit quæsitum, an filius illegitimus per Concilium hoc cap. excludatur, ne possit obtinere beneficium in Ecclesia, in qua eius pater habuit solam sedem in choro ratione dignitatis, quam in alia Ecclesia obtinebat? Congregatio respondit* † *excludit: quod* 67
puto procedere, etiam si nunquam actu sedisset in tali sede.

Decimo dubitatur, an filius illegitimus † possit 68
canere, tanquam mufícus simplex, seu, alias ministrare in Ecclesia, in quo pater habuit, vel habet beneficium, & dicendum est non posse ex dict. decreto Concilij, ibi: *Nec in dictis Ecclesiis quoquo modo ministrare.* Nauarrus cons. 1. de constitutio. quæst. 17. & *censuit Sacra congregatio, vt in sequentibus declarationibus. Prima, dubitatum est, an filius illegitimus laicus, qui in Ecclesia, in qua pater, nec beneficium habet, nec pensionem, sed vt cantor musicæ tantum in ea Ecclesia cantat, prohibeatur per* istum tex. *Congregatio censuit affirmatiue, quia Concilium dicit, nec in dictis Ecclesiis quoquomodo ministrare, eadem enim est ratio, siue ministret in officio, siue in beneficio. Secunda, non solum filius non*

poteſt retinere beneficium in Eccleſia, in qua pater obtinuit, ſed nec canere in eadem Eccleſia, tanquam muſicus ſimplex. Tertia, an hoc decretum impediat, etiam quin pater, & filius poſsint ſimul, proceſsionaliter incedere, vnus tanquam beneficiatus, alter tanquam capellanus diuersarum Eccleſiarum: Congregatio censuit minimè impedire, verum ſi proceſsionaliter accederent ad Eccleſiam in qua pater obtinet beneficium, filius non poterit aliquo modo miniſtrare.

69 Vnde filius illegitimus † non poteſt obtinere beneficium, ratione cuius habet aliquod miniſterium, ſeu ſeruitium facere in Eccleſia, in qua pater fuit beneficiatus. Quamuis re vera tale beneficium non ſit illius Eccleſiæ, ſeu in illa Eccleſia, in qua pater fuit beneficiatus. Rot. *decis. 6. de conceſſ. præbend. in nouis, & dec. 8. à n. 2. de præben. in antiquis*, quam refert & ſequitur Gonça. *gl. 10. à n. 16.* ita cenſuit S. Congregatio in vna Leodien. his verbis: *In ciuitate Leodien. ſunt plures Collegiatæ Eccleſiæ, quarum Decani, & Canonici vigore ſtatuti accedunt ad certas proceſsiones, in certis diebus Feſtis anni ad Cathedralem, & inibi canunt vnum verſiculum, aut collectam, hoc ſtante fuit pluries dubitatum, an valeat electio facta de filio illegitimo ad Decanatum vnius illarum Collegiatarum cum prædicta præſtare teneatur in Cathedrali, in qua pater eius Canonicus fuit, Congregatio ter censuit filium prædictum illegitimum incapacem eſſe talis Decanatus, quia quoquomodo inseruire dictæ Cathredali videtur: & quia Sanctiſſimus mandauit iterum partes audire, tamen Congregatio ſtetit in deciſis 31. Auguſti, & 3. Septem. 1587.*

70 Intelligenda autem videtur † prædicta doctrina, vt filius illegitimus non poſsit in Eccleſia paterna quo modo miniſtrare, quãdo id faceret inſeruiendo ſeu, ſeu miniſtrando Eccleſiæ, ſeu quando miniſtraret ex officio, vel ſalario, licet non fieret beneficium, ſecus vero quando miniſtraret, & celebraret ibi, ex deuotione, & voluntariè: hoc enim non videtur prohibitum, vt praxis oſtendit, quamuis contradicat Nauarr. *d. q. 17.* & Salzed. *ſup. d. lit. A.* in nouiſſima editione, quorum opinionem ſibi videri rigoroſam, & conſuetudinem eſſe in contrarium, ait Man. Rod. *in ſup. 1. to. c. 247. n. 1.*

71 Rurſus illa † declaratio Leodien. videtur intelligenda quando beneficium, ratione cuius acceditur in certis diebus ad Cathedralem, ſeu aliam Eccleſiã, requirit ſeruitium, & reſidentiam perſonalem, alias enim ſi poſſet ſeruiri per ſubſtitutum, rectè poſſet filius illegitimus illud obtinere, licet eius pater eſſet beneficiatus in Eccleſia Cathedrali, ſeu alia Eccleſia, ad quam acceditur, quia tunc poſſet, & deberet accedere, & miniſtrare ibi per ſubſtitutum.

72 E conuerſo vero filius † illegitimus non prohibe- miniſtrare, & habere beneficium in Eccleſia, in qua pater miniſtrauit, & inſeruiuit, etiam tanquã Capellanus, non tamen habuit titulum beneficij, ſeu tanquam Vicarius temporalis, *cap. conſtitutus*, & ibi gl. *de filiis presbyt.* quia reſpectu Patris Concilium requirit beneficium, & ita cenſuit S. Congregatio, his verbis: *Filius clerici, ex hoc decreto non prohibetur, quominus tanquam Capellanus amouibilis deseruire poſsit, atque obtinere beneficium in Eccleſia, in qua eius pater nunquam fuit intitulatus ad aliquod beneficium Eccleſiaſticum, licet pro Capellano amouibili inseruierit in eadem Eccleſia.*

73 Nec † prohibentur pater, & filius celebrare Miſſam in eadem Eccleſia, cum non habeant beneficium, vt in ſequentibus declarationibus S. Congregationis. Prima. *Concil. Triden. non prohibet, quin pater & filius poſsint celebrare Miſſam in eadem Eccleſia, dummodo ambo non obtineant beneficium in ea, ſed id fiat ab altero deuotionis gratia, ab altero causa legati, quod relictum ſit Miſſam celebrantibus. Secunda, ad Epiſcopum N. ſcribatur, vt deſinat moleſtiam exhibere illegitimo presbytero celebrandi Miſſam, ob quoddam legatum in eadem Eccleſia, in qua pater celebrat ob deuotionem, cum neuter habeat beneficium, & hic casus non ſit prohibitus à Concilio.*

Et † ſimiliter non prohibentur filij illegitimi cle- 74
ricorum, cum ſuis patribus habitare, vt alias reſpondit S. Congreg. Epiſc. Calagurritano, his verbis: *Filij illegitimi clericorũ non prohibentur à Concilio Tridentino cum patribus habitare.* nec de iure eſt talis prohibitio, quamuis aliquî Epiſcopi, ſeu Ordinarij id prohibeant ſine cauſa.

Vndecimò † dubitatur, an vbi pater, & filius tem- 75
pore Concilij obtinebant beneficia in eadem Eccleſia, filius præcisè teneretur beneficium reſignare aut permutare extra Eccleſiam infra tres menſes, nec ſufficeret patrem infrà illud tempus ſuum beneficium dimittere, & dicendum eſt filium præcisè teneri ſine alia monitione, ſub pœna priuationis ipſo iure, vt conſtat ex dicto decreto Concilij, *verſic. quod ſi in præsenti*, & ex ſequentibus declarationibus S. Congregationis. Prima, *Viſen. filius omnino cogendus eſt reſignare beneficium, quod obtinet in illa Eccleſia, in qua pater obtinuit, quia filius ſemper repræsentat incontinentiam paternam, hoc tamen moderatum quandoque fuit de consensu Ordinariorum, ſi pater reſignaſſet ſua ſponte ſuum beneficium. Secunda Compoſtellan. filij intra trium menſium ſpatium reſignare debent ſua beneficia: quod adeò verum eſt, vt ſi poſt dictos tres menses reſignauerint, nihil eis prodeſt hoc decretum. Tertia, potius filius quam pater, cogendus eſt reſignare, hinc dubitatur, deberet ne moneri prius, & niſi monitus fuiſſet, haberet locum hæc priuatio, ſi intra tres menses filius non reſignaſſet: Congregatio censuit, quod niſi infra hoc trium menſium ſpatium, & ſine alia monitione reſignet filius, ipso iure vacare censeatur, quia lex posuit tempus, infra quod liberum erat filio reſignare. Quarta, Item in casu, quo pater & filius erant in eadem Eccleſia beneficiati, censuit cogendum omnino filium ad reſignandum ſuum beneficium, & de Eccleſia paterna exeundum, quamuis pater ipse paratus eſſet ſuum reſignare: tum quia concilium præcisè diſponit de filio, tum quia per personam filij magis repræsentatur incontinentia paterna, quam per præsentiam patris: fuit tamen quandoque adhibitum temperamentum, vt concederetur filio facultas tranſeundi ad aliam Eccleſiam, quæ iuxta consuetudinem Hiſpaniarum diceretur ſoror, in qua quis reſidens, haberetur pro reſidente in altera Eccleſia, & perinde fructus, & diſtributiones perciperet; ac ſi in illa ſtaret cum decreto, quod filius amplius, reuerti non poſſet ad Eccleſiam paternam, etiam mortuo patre, & concurrentibus ſupplicationibus Episcopi, & capituli, nec non iuſta cauſa.* Ad idem etiam eſt declaratio infra addu&ta *n. 82. ad 2.*

Pius tamen IV. per ſuam † Bullam extendit dictum 76
terminum ad ſex menſes, vt in ſequenti declaratione S. Congregationis conelq. *Pius IV. per Bullam ſuam aſsignauit terminum ſex menſium omnibus filiis presbyterorum, vt reſignarent beneficia,*

Et adeo verum eſt, quod filius teneretur reſigna- 77
re, † procederet etiam ſi non poſſet permutare, niſi ex gratia cum aliquo diſpenſaretur, vt alias fuit diſpenſatum cum quodam illegitimo calagurritano, de

no, de quo in sequenti declaratione: *Illegitimo habenti beneficium patrimoniale, quod permutari non potest in Ecclesia, in qua pater habet, sed non seruit, tam diu iacens in lecto paralyticus, concessum est, vt retineat, quia non potest permutare.*

78 Procedit † etiam, licet superbeneficio filij aliquis haberet regressum, quo casu oblata illi resignatione, cum honesta pensione, & non acceptata, poterat cum ea alteri resignare, suspenso interim regressu, vt in sequentibus declarationibus. Prima, *Cum N. portionem habente in Ecclesia, in qua pater viuit, cũ regressu eius qui resignauerat, permissum est vt resignet, reseruata sibi pensione, modo beneficium maneat liberum ei, qui regressum habet. Secunda, cogatur filius suum beneficium resignare, etiam si fuerit locus regressui, & quod regressum habens nollet consentire, oblata prius resignatione cum honesta pensione, & non acceptata admittitur resignatio, & regressus suspenditur vsque ad cessum, vel decessum resignatary. Tertia Burgen. Filius illegitimus, qui vigore huius decreti resignare tenebatur, non fuit excusatus a resignatione, etiam si super eo alter haberet regressum. Quarta Corduben. Filius illegitimus, cum haberet portionem sibi datam in titulum, & ille qui resignauit ei, reseruauit sibi pensionem, & regressum, & pro expeditione resignationis, & liberatione pensionis dict. filius consumserat totum patrimonium, in ea vero Ecclesia pater eius habebat aliam portionem, vnde filius nec retinere poterat obstante Concilio, nec resignare repugnante alio decreto Concily, quod non haberent vnde viuerent, nec minus suspendi regressus: ideo in hac perplexitate adhibitum fuit moderamen, quod filius resignaret portionem suam, habenti regressum, & reseruata sibi congrua pensione, vel portione fructuum, quod si habens regressum recusaret acceptare resignationem, tunc facta prius ei oblatione, & eo recusante, posset alteri resignare, reseruata sibi pensione, ac suspenso interim regressu, ita vt locum habere non possit, nisi per cessum, vel decessum ipsius.*

Sed quid si vnum † tantum esset beneficium, in per-
79 sona tamen patris, & filij, cum alternatiua residentia, S. Congregatio Episcopo Ciuiten. sic respondit, ibi: *In eadem Ecclesia beneficia obtinere, idem esset si vnum tantum, sed esset in persona patris, & filij, cum alternatiua residentia, quo casu fuit decretum, quod pater in totum cederet filio totum ius, quod haberet, reseruata sibi pensione, & perpetuò abstineret à seruitio.*

Et idem est quando pater esset † coadiutor filij, vt
80 in declaratione sequenti: *Pater, qui est coadiutor filij, in Canonicatu cedere tenetur omne ius filio, posset tamen sibi aliquid reseruare fructuum, aut pensionem.*

18 Duodecimo dubitatur, an habens † ante Concilium coadiutoriam cum futura successione in Ecclesia paterna, posset succedente vacatione post Concilium, succedere in tali beneficio vigore dictæ coadiutoriæ, & dicendum est non posse, ex Nauarro *in cap. si quando, de rescriptis, exceptio. 21.* vbi plura fundamenta adducit ad propositum, & *in auctuario ex n. 5.*

82 Et † censuit S. Congregatio in vna Calagurritana canonicatuum, vt in declaratione sequenti; *Illustrissimi, & Reuerendissimi domini Iustinus Sanctoro, filius naturalis Ioannis Sanctoro, Canonici, & presbyteri Calagurritani, fuit datus coadiutor Francisco Ximenez, Canonico eiusdem Ecclesiæ, cum futura successione in Canonicatu & Prebenda, quæ ipse Franciscus possidebat, cum primum illos per cessum, vel decessum, aut aliam quamuis dimissionem vacare contigisset die 11. Decembr. 1561. de consensu dicti Francisci, & accepit possessionem dictorum Canonicatus & Prebendæ, adhuc Francisco viuente, & post obitum eius patris, de ann. 1563. d. Francisco in reali possessione manente ad effectum tantum Bullarum, non secus, & sine præiudicio iuris, tituli, & possessionis, quæ dictus Franciscus, eius vita durante habebat ad dictos Canonicatum, & prebendam, & Franciscus obiit in possessione sui Canonicatus, die duodecimo Iunij 1565. & Iustinus fuit admissus ad possessionem & residentiam, vt titularis, & canonicus, die 13. eiusdem mensis.*

Dubitatur, an Iustinus post Concilij publicationem potuerit succedere in dicto Canonicatu, Didacus Ximenez, filius similiter naturalis Francisci Ximenez, Canonici, & presbyteri eiusdem Ecclesiæ fuit datus coadutor perpetuus, quod vixerit cum futura successione Ioann. Sanctoro, Canonico eiusdem Ecclesiæ, in regimine, & administratione Canonicatus, & prebendæ, quos ipse Ioannes possidebat, cum primum illos per cessum, vel decessum, aut dimissionem dict. Ioannis vacare contigisset 11. die Decemb. 1561. deinde accepit possessionem dictorum Canonicatus, & prebendæ die 17. Iuly 1563. post obitum Ioannis, taliter quod ab eo tempore citra, vsque ad ann. 1565. videlicet 12. Iunij pater & filius habebant singulos Canonicatus, & prebendas in eadem Ecclesia. Dubitatur, an Didacus Ximenez suo Canonicatu priuatus fuerit ipso iure, ob non dimissionẽ, intra tres menses, vel an stante successione Iustini in titulo post Concilium Triden. dicatur coadiutoriæ huiusmodi reciprocæ, & in fraudem Concily, factæ sint nullæ. Ad primum, Congregatio Concily censuit, minime succedere potuisse. Ad secundum, vtique ob non dimissionem intra tres menses post Concily publicationem, filium ipso iure Canonicatu priuatum fuisse. Ad tertium, decretum Concily, cap. 15. sess. 25. de reformat. disponere tantum circa reciprocas resignationes post ipsum Concilium, à parentibus in fauorem filiorum faciendas. Hiero. Card. Matheius. 83

Ex qua declaratione † idem fuit resolutum per Rotam in eadem causa Calagurritana Canonicatuum 1. Iulij 1594. coram Illustr. Pamphilio, vt in decisione sequenti *Fuit resolutum intrare vacationem in casu, de quo agitur, ad fauorem Andreæ, dummodo producat iura per ipsum allegata, quia stante quod Ioannes Sanctorus, & Franciscus Ximenez fuerint Canonici in Ecclesia Calagurritana, & in dictis Canonicatibus, vigore coadiutoriarum Iustinus filius Ioannis Sanctori successerit Francisco, & Didacus, filius Francisci, successerit Ioanni, subintrant resolutiones per Illustrissim. dominos S. Concily interpretes factæ, quod Iustinus post publicationem, de ann. 1565. quo obiit Franciscus, non potuerit ei succedere in Canonicatu, existente in eadem Ecclesia, in qua Ioannes eius pater alium obtinuerat, & quod Didacus, qui tempore publicationis Concily possidebat Canonicatum, habitum per obitum Ioannis, de anno 1563. in eadem Ecclesia, in qua Franciscus eius pater tunc temporis habebat alium Canonicatum, eo fuerit ipso iure priuatus, ob illius non dimissionem intra tres menses post Concily publicationem, iuxta decretum sess. 25 cap. 15. à cuius dispositione non videntur posse excusari ex præsumpta dispensatione, orta ex diuturnitate temporis quo possederunt, quia vt in his terminis resoluit eadem S. Congregatio, illa non suffragatur contra decreta Concil. Triden. præsertim cum isti nitantur hoc solo titulo coadiutoriæ, absque eo quod habuerint alium, vt in iudicio criminali fatetur iste Iustinus.*

84 Et idem esset † in accessu, vt in decisione Compostell. supra adducta *dub. 5. n. 5.*

85 Sed contra videbatur † posse succedere, & acquirere vigore coadiutoriæ, beneficium, licet cum obligatione illud resignandi infra sex menses, vt alias respondit S. Congregatio Episcopo Vicen. his verbis: *Decanus Ecclesiæ Vicen. habebat etiam Canonicatum in eadem Ecclesia, in qua fecit sibi coadiutorem, cũ futura successione filium suum naturalem, & pariter sibi eundem fecit coadiutorem in Ecclesia parochiali eiasdẽ diœcesis, quam idem Decanus obtinebat, decretum fuit, quod pater de præsenti resignaret filio in totum dictam parochialem, & post mortem patris haberet filius spatiũ sex mensium ad resignandum Canonicatum, quem sibi virtute dictæ coadiutoriæ, cum plene acquisiuisset, dum tamen eo viuente, & mortuo patre, abstineret ab ingressu Ecclesiæ in qua dictus Canonicatus existit. Idem placuit decernere in aliis casibus similibus, in quibus filij illegitimi clericorum reperiuntur, dati coadiutores, cum futura successione in Ecclesia, in qua pater, vt scilicet, cũ nunc plene non obtineant beneficia, sed tantum officium coadiutoriæ fungantur, habeant spatium sex mensium post mortem eorum, quibus dati sunt coadiutores ad resignandum beneficium, quod per eorum mortem plene acquisuerunt, dum tamen omni tempore abstineant ab ingressu ipsius.*

86 Sed huic † declarationi satisfit ex alia declaratione eiusdem S. Congregationis, quæ sic ait: *Aliquando Congregatio Concily, in casu quo filius datus fuerat ante Concilium coadiutor patri, cum futura successione, censuerat post mortem patris dandum esse terminum filio sex mensium, ad dimittendum, etiam quod Episcop⁹ & Capitulum pro filio supplicarent, sed postea 12. Maij 1568. eadem Congregatio censuit, non concedendum, vt filius possit retinere Canonicatum, quia agitur de succedendo de nouo, & sic de acquirendo beneficium, in quo pater contra expressum decretum Concily hic.* Vnde apparet illud fuisse ex speciali gratia, & concessione.

87 Decimotertio † dubitatur, an facta resignatione alicuius beneficij in fauorem filij clerici, reseruata pẽsione resignanti super beneficio patris, de consensu eius intrat dictum decretum Concilij, *vers. ad hæc, & dicendum est intrare*, vt censuit S. Congregatio, his verbis: *Antonius Correa legitimus obtinens Canonicatum Ecclesiæ Algaraben. illud resignauit in fauorem Nicolai Cassada, reseruata pensione super parochiali, quam Matthæus pater Nicolai obtinebat, de consensu patris, quæsitum est, an huic pensioni obstet decretum Concilij? Congregatio censuit casum propositum comprehendi decreto Concily, sess. 25. c. 15. in fin. & patrem in fraudem consensisse pensioni.*

88 Decimoquarto † dubitatur, an regula de triennali iuuet contra dictum decretum Concilij, & respondetur negatiue, vt censuit S. Congregatio Concilij in declaratione infra adducta. *11. p. c. 5. ad fin. numero* 379. & in causa Calagurritana Canonicatuum, de qua supra *numero* 82. *& seq.* his verbis: *Illustr. & Reueren. Domini, supplicatur, eidem dari resolutionem super dubio sequenti. Dubitatur, an ij, qui ante, & à tempore publicationis Conc. Trid. possident beneficia, contra dispositionem* cap. 15. sess. 25. de refor. *ex præsumpta dispensatione resultante ex regula de triennali, & possessione huiusmodi diuturna, se tueri valeant? Congregatio Concily censuit, filio illegitimo, qui ante Concilium habebat beneficium in Ecclesia, in qua pater simile, vel dissimile beneficium obtinebat, & ex decreto Concily,* capitulo 15. sess. 25. de reform. *tenebatur intra tres menses illud dimittere, non suff. agari regulam de triennali.*

Et idem † Rota resoluit in eadem causa, *vt in* 85 *dict. decisione* Calagurritana supra adducta, *numero* 82.

CAP. IV.

De ætate beneficiandorum.

SVMMARIA.

Vltra clericatum, legitimitatemque requiritur etiam ad beneficia legitima ætas, nu. 1. *de qua qui sunt videndi* nu. 2. *& quia multa sunt annotata per Concilium, examinanda est ætas in quolibet beneficio hodie requisita*, n. 3. & seqq.

Ad beneficia simplicia, licet de iure antiquo tantum requiratur ætas septem annorum, & sic quod quis sit maior septennio, nu. 5. *ex quo septenni potest conferri prima tonsura*, n. 6. *& idem in minoribus Ordinibus*, n. 7. *tamen hodie nullus ante decimum quartum annum beneficiũ potest obtinere ex decreto Conci. Trid.* n. 8. *quod procedit secundum S. Congregationem, nisi in fundatione aliter statuatur, quia non est ei derogatum*, num. 9. & 10. *vbi refertur quædam Rotæ resolutio.*

Sufficit attigisse decimum quartum annum ætatis, licet non sit expletus, n. 11. & seq. & n. 13. *affertur alia declaratio S. Congregationis, super d. decreto, & de ætate ad pensiones remissiuè*, n. 14.

Licet olim esset controuersia circa ætatem requisitam ad Canonicatum, præcipue Ecclesiæ Cathedralis, qui de iure communi non habet annexum ordinem sacrum, sed tantum primam tonsuram, an sufficeret ætas septẽ annorum, sicut ad alia beneficia simplicia, vt tenent multi, an vero requiratur ætas 14. annorũ, vt alij tenent, tamen hodie cessat ista controuersia, & regula Cancell. 18. de ætate, ex decreto Cõcily, vbi statuitur, quod nemo ad dignitatem, Canonicatum, aut portionem recipiatur, nisi qui ordine sacro requisito sit initiatus, aut in ætate, vt infra annum initiari valeat, & quod in omnibus Ecclesiis Cathedralibus omnes Canonicatus, ac portiones habeant annexum ordinem presbyterij, Diaconatus, vel Subdiaconatus, &c. à nu. 15. & n. 5. seqq.

Cum hodie ex eodem Concilio ad subdiaconatum requiratur 22. annus, ad diaconatum 23. & ad presbyteratum 25. incepti, ad canonicatum, aut portionem Ecclesiæ Cathedralis subdiaconalem requiritur ætas 21. annorum, & ad diaconalem, ætas 22. annorum, & ad presbyteralem 24. annorum completorum, ita quod attigerit annum sequentem, à nu. 21. *vbi adducuntur aliquæ declarationes sanctæ Congregationis.* n. 22. & n. 5. seqq.

In Ecclesiis autem vbi nec ante Conlilium, nec post facta fuit designatio & annexio sacrorum ordinum, & sic nullus sacer Ordo canonicatui annexus est, qui canonicatum, vel portionem consequi velit, debet esse subdiaconus, vel saltim in ætate requisita ad subdiaconatum, nempe, quod attingat 22. ætatis annum, cum ad minus debeat habere annexum ordinem subdiaconatus, à numero 28. *vbi adducuntur declarationes S. Congregationis sic accipiendæ.* numero 29. & 2. seqq.

In canonico pœnitentiario requiritur vltra gradum Doctoratus, vel licentiæ in Theologia, vel iure Canonico,

quod

quod sit 40. annorum, seu alias, qui aptior pro loci qualitate reperiatur, num. 32. & secundum sanctam Congregationem defectus istius ætatis non obstat, vbi alias aptior pro loci qualitate non reperitur, num. 33. sufficietque, quod non reperiatur in ciuitate, aut etiam in diœcesi persona apta cum dictis qualitatibus, nec est quærenda extra diœcesim, nisi Episcopus velit eũ eligere extra diœcesim, n. 34. & debent esse dicti 40. 35. anni completi, n. 35.

Circa ætatem promouendorum ad canonicatus Ecclesiæ collegiatæ nihil innouat, seu disponit Concilium, n. 36. & seq. vbi ponuntur declarationes Sanctæ Congregationis. n. 38.

Ad canonicatus Ecclesiæ collegiat. ætiam insignis, requiretur, & sufficiet prima tonsura, & quod quis attingat 14. ætatis annum, sicut ad alia beneficia: interim tamen non habebit vocem in Capitulo, n. 39. & idem est in dimidiis portionibus Ecclesiæ Cathedralis. n. 40.

Ad parochiales Ecclesias, seu curata beneficia, & dignitates quascumque, quibus animarũ cura subest, promouendus debet attigisse vigesimum primum ætatis annum, & alias prouisio est nulla, numer. 41. hinc in Abbate ea ætas requiritur, numero. 42. & quando dicatur animarum cura subesse: remissiuè numero. 43.

Quilibet poterit obtinere beneficia curata, & quælibet alia sacerdotalia aptitudine, etiamsi tantum habeat primam tonsuram, dummodo sit in dicta ætate. Nec requiritur, quod sit in quatuor minoribus constitutus n. 44. & seq. vbi adducuntur declarationes Congregationis. n. 46. & 2. seqq.

In aliis beneficiis habentibus ordinem sacrum annexum licet non actu, requiritur ætas requisita ad ordinem annexum, num. 49. & alias prouisio est nulla, etiam ex causa permutationis facta, numero. 50. Quod non solum procedit in beneficiis habentibus annexum ordinẽ presbyteratus, sed etiam diaconatum, vel subdiaconatum, contra Ioannem Andream, & alios à nu. 51. Et in his ætas ordinum requiritur tempore datæ impetrationis, nisi sit ad vacatura in genere, tunc sufficit tempore vacationis. n. 52. & seq.

Ad dignitates, vel personatus, quibus animarum cura nulla subest, licet de iure antiquo requiratur eadem ætas, quæ in curatis, in quibus tamen Episcopus poterat dispensare cum maioribus viginti annis, tamen hodie ex Concilio requiritur, quod sint viginti duobus annis, non minores, quod non poterit Episcopus dispensare, à numer. quinquagesimoquarto & 3. seqq.

Istud decretum Concilij comprehendit dignitates, & personatus etiam in Ecclesiis collegiatis. vt censuit sancta Congregatio: quamuis in contrarium sit alia declaratio eiusdem sanctæ Congregationis. Et improbatur Manuel Rodriguez à num. 58. cum nu. 6. seqq. Ad dignitatem tamen principalem in collegiata regulariter requiritur ætas vigintiquinque annorum, cum habeat curam animarum. n. 65.

An satis sit attingere vigesimum secundum annum, vt quis possit ad dictas dignitates, vel personatus ascisci, an vero sit necessarium habere viginti duos annos completos à num. 66. Resoluitur necessarium esse habere viginti duos completos. numero 67. & 2. seqq. Et ponuntur declarationes S. Congregationis. numero 70.

Debent esse completi quadraginta anni, qui requiruntur in eligenda in Abbatissam, nec contra potest Episcopus, aut Nuntius dispensare, n. 71.

Hoc de ætate 22. annorũ requisita ad dignitates, & personatus non curatos, intelligit, nisi alias habeant annexum ordinem presbyteratus, tunc enim requiritur ætas 25. annorum ad sacerdotium requisita. num. 72. Vnde ad Decanatum, Præposituram, & Archipresbyteratum, etiam si eis animarum cura nulla subsit, ea ætas requiritur etiam hodie. num. 73. Et in Abbate. n. 74. Improbatur Mandosius, dicens, quod stante constitutione, quod Abbas constitutus esse debeat in ætate annorum triginta, sufficiat annum trigesimũ attigisse. n. 75.

Ad Episcopatum promouendus debet esse maior 30. annis, ita quod 30. annum iam exegerit, & in sacro ordine saltim ante sex menses cõstitutus, n. 76. & n. 77. ponitur constitutio Greg. 14. de forma faciendi processus, & inquisitiones super promouendis ad Ecclesias Cathedrales.

Eadem ætas, quæ in Episcopo, requiritur in Cardinalibus n. 78. Hodie tamẽ diaconus Cardinalis esse potest, qui in 22. ætatis anno fuerit constitutus ex constitutione Sixti Quinti, n. 79.

De ætate Abbatissæ, seu Prioris̃æ remissiuè. n. 80. & de ætate requisita ad beneficia regularia, etiam remissiuè. nu. 81.

Prouisio facta non habenti ætatem in beneficio requisitam est nulla. n. 82. Etiam in conscientia. num. 83. Et etiamsi ad ætatem requisitam desit quantumuis paruum & modicũ tempus, vt vnus dies vel hora, quidquid alias circa ætatem ordinum male teneant aliqui. n. 84.

Id procedit etiam in præsentatione, & in oppositione, nam etiam tempore oppositionis, & petitionis requiritur habilitas, & qualitas requisita. numero. 85. & 86.

Improbantur Man. Rodrig. & Vega, dicentes, quod laicus potest se opponere ad beneficium presbyterale in Ecclesia vbi est statutum, quod obtinens beneficiũ intra annum fiat presbyter, dummodo attigerit 25. annum, quod non dicit Nauar. per eos allegatus n. 87. Et quod ibi subdunt, quod quando patronus præsentat absentem sufficit, quod tempore, quo accedit nuncius cum schedula, habeat ætatem requisitam, accipiendum est iuxta alias dicta c. 1. n. 88.

Ætas, à natiuitate connumeranda est, non à die conceptionis. nu. 89.

Eadem ætas, & habilitas, quæ requiritur & sufficit ad titulum beneficij, requiritur & sufficit ad coadutoriam à Papa concessam. n. 90.

VLtra † clericatum, legitimitatemque, requiritur 1
etiam ad beneficia legitima ætas, de † qua in sin- 2
gulis beneficiis requisita præsertim iure antiquo ante Concilium Tridentinum, vide tex. *in ca. cum in cunctis, in prin. & in §. inferiora, de elect. & in c. super inordinata, de præb.* & ibi Abbat. & Dd. & tex. *in c. 1. de ætate & qual. lib. 6. & in clem. generalem, eod. & in clem. nec in agro, §. cæterum, de statu regul.* & ibi Dd. & gloss. & Franc. *nu. 4. in c. si eo tempore, de rescrip. li. 6.* Alber. Troc. *de vero & perfecto cler. li. 2. c. 18. & 19.* Bertachin. *de Episcopo, 1. p. 2. lib. 9. 30.* Selua *de benef. 3. p. q. 5. 2. qualitate, à n. 13. ad 30.* Rebuf. *de pacificis possessorib. à nu. 208. ad 220.* alias *à num. 174. ad 184. & in praxi tit. de dispensatione ratione ætatis*, Corras. *de beneficio, 3 p. c. 3* Ioan. Nicol. Gimon. *in Enchirid. beneficiorum, tit. 1. c. 7.* Rosiniacum *de beneficiis c. 2.* Duare. *libr. 4. c. 9* Petr. Gregor. *eodem tracta. c. 37. à n. 5.* Guil. Bened. *in repet. cap. Rainutius, de testam. vers. c. adiectæ*

impuberi, à num. 58. Felin. *in c. cum vigesimum, de offic. deleg. à n.* 8. Mandos. *de minori ætate, c.* 4. & 5. & particulariter *de ætate ad canonicatus requisita, regul.* 18. *Cancellariæ, q.* 1. & 2. Hoiedam *de incompatibilitate beneficiorum, c.* 24. *à n.* 9. Maiolum *de irregul. li.* 1. *c.* 30. *à n.* 11. Quintanad. *Ecclesiasticor. lib.* 1. *cap.* 60. *num.* 11. Sylvest. *verb. beneficium,* 3. *q.* 1. Armil. *eodem verbo à n.* 78. Enriquez *in summa lib.* 10. *de sacramento Ordinis, c.* 19. Lælium Cechum *de benef. & pensio. ca.* 3. & Açor *inst. moral. 2. p. lib.* 6. *cap.* 5. Lessium *de iust. & iur. li.* 2. *c.* 34. *dub.* 20.

3 Sed quia circa hoc † multa sunt etiam innouata per Concil. Trid. quæ à Dd. non traduntur, operæ pretium erit breuiter examinare ætatem in quolibet beneficio hodie requisitam.

4 In quo dico 1. circa beneficia † simplicia, quod licet de iure antiquo ad ea tantum requiratur ætas 7. annorum, & sic, quod quis sit maior septennio, glos. in *d. c. si eo tempore, verb. ætatem.* & ibi Franchus *n.* 1. & alij, Albertus Trocius *d. cap.* 18. *nu.* 3. & 40 Decius *in l.* 2. *§. item impuberes. n.* 7. *ff. de regul. iur.* Rofiniacus, *c.* 2. *n.* 23. & 24. Mandos. *de ætate minori. cap.* 3. *nu.* 21. & *c.* 4. *n.* 13. & 15. Hoic. *d. c.* 4. *n.* 23. Fus. *de visitatione li.* 27. 5 *c.* 7. *n.* 7. & alij. Saltim, quando † non sonant in nomen rectoriæ, nec consilij maturitatem requirunt, Abbas post alios *in d. ca. super inordinata, n.* 4. Selua *sup. n.* 2. Guil. Bened. *n.* 60. Rebu. *de pacificis. nu.* 209. alias 175. Lamb. *de iure patron. 1. p. 2. lib. q.* 7. *ar.* 26. Corr. *d. c.* 3. *nu.* 2. Gregor. Lopez *in l.* 3. *tit.* 16. *par.* 1. *glos.* 2. Sylvest. & Armilla *supra* & Henriq. statim citandus, & Azor 6 *d. c.* 5. *q.* 7. 8. & 9. Ex † quo septenni potest conferri prima tonsura, *c. nullus,* & ibi glos. *verbo, infanti,* & Doct. *de temporib. ordination. in* 6. Alber. Trocius *sup. c.* 17. *n.* 1. Rebuf. *in praxi, tit. requisita ad collationem bonam, n.* 36. vbi ait, in tonsura requiri septem annos completos, Corra. *d. c.* 3. *n.* 3. Mand. *d. c.* 4. *n.* 12. Salcedo *in pract. crimina. canonica. c.* 26. *additione* 2. Ioan. Gutierr. *canonicarum quæst. lib.* 1. *c.* 26. *n.* 2. Vgoli. *de irregularitate, c.* 45. *nu.* 1. Enriq. *d. lib.* 10. *c.* 19. *§.* 1. Toletus *in summa lib.* 1. *c.* 55. Sairus *de censuris, li.* 6. *cap.* 12. *nu.* 7 2. & 10. Et † idem in minorib. ordinib. aiunt 10. Gut. *supra cum glos. fin. in Clem. fin. de ætate & qualitate.* & Soto *in* 4. *dist.* 25. *q.* 1. *art.* 2. & Vgoli. *sup. nu.* 2. dicens, quoad ordines minores suscipiendos ætatem idoneã esse eam, quæ sequitur post infantiam, Suarez 5 *to.* 8 *disp.* 51. *sectione* 1. *n.* 22. Azor *d. q.* 8. & 9. Tamen † hodie nullus prima tonsura initiatus, aut etiam in minoribus ordinibus constitutus ante 14. annum beneficium potest obtinere ex decreto sancti Concilij Tridentini, *sess vigesimatertia de reform. capit.* 6 contra quod non posse Episcopum dispensare recte inquit Azor *vbi supra quæstione nona vers. si quærat:* 9 quod sacra † Congregatio eiusdem Concilij censuit procedere, nisi in fundatione aliter dicatur, quia non est ei derogatum, refert & tenet Eman. Sa. *verbo beneficium, n.* 30. & posthæc Gonçalez *ad reg.* 10 *mensium, glos.* 5 *n.* 9. Vnde † in vna Gerunden. beneficij 12. Iunij, 1579. coram Illustrissimo Lancelloto, in fundator mãdauit præsẽtari eos, qui sunt de suo genere, & præsentari presbyterũ, si adsit, quo nõ existẽte, eum, qui intra annum possit promoueri, & si nec talis adsit, voluit præsentari clericum, & cum occurrẽte vacatione fuisset præsentatus simplex clericus de suo genere, qui negabat alios adesse, reseruarunt domini de Rota, an ex quo non probabatur, quod præsentatus esset cõstitutus in quartodecimo anno, prout Concilium requirit, sed tantum esset constitutus in duodecimo anno, ei obstaret dictum Concilium. In qua difficultate ait decisio: Illustrissimi Cardinales Congregationis sancti Concilij Tridentini censuerunt, non obstare, die secundo Iunij 1579. vt habetur *decis.* 482. *ad fin. par. diuersorum.* Sed certè dicta declaratio S. Congregationis non videtur conuenire casui istius decisio. vbi non dicitur in fundatione, quod posset prouideri minori quatuordecim annorum.

Censuit etiam † sancta Congregatio, hoc Capitulum non prohibere quin ille, qui iam quartum decimum annum suæ ætatis attigit, licet nondum ex- 11 pleuerit, possit beneficium simplex obtinere, Enriquez *sup. §.* 2. & Zauallos *q.* 523. *num.* 4 & 593 *num.* 18. Gonçalez *sup. nu.* 90. & 95 Lessius *nu.* 109. & Azor. *q.* 7. & 9. *sup.*

Pro qua distinctione facit † glos. *verbo in* 18. *in d. clem. Generalem. de ætate & qualitate* quam ibi sequuntur Dd. Et quod Ioan. Gutierr. *d. cap.* 26. *à n.* 8. 12 *tradit* quamuis quartumdecimum annum completũ ad beneficium simplex, ex *d. cap.* 6. Concilij requirat, Mandos. *de ætate minori, cap.* 4. *num.* 15. & *cap.* 5. *nu.* 55. & Tuschus *concluf.* 338. *lit. E. tomo* 3. *numero decimo* & 13.

Habetur etiam † alia declaratio super d. c. 6. quæ facit ad propositum, & sic ait: *Prouiso in* 13. *anno ætatis de canonicatu in Ecclesia collegiata vbi vigore statuti Ecclesiæ prouisi ante realem possessionem, & fructuum perceptionem tenentur expectare per biennium, obstat hoc decretum. Ita censuit Congregatio* 14. *Aug.* 13 1586.

Et videnda sunt † dicta supra 1. *p. c.* 5. *ex num.* 127. vbi de ætate ad pensionem.

Dico secundo, quod licet olim esset controuersia 14 circa ætatem de iure requisitam ad canonicatum, præcipue Ecclesiæ Cathedralis, qui de iure commu- 15 ni non habet annexum ordinem sacrum, sed tantum primam tonsuram. Abbas *in cap.* 2. *de institutio vltimo notabili, per textum ibi, & in Clem, vt ij, qui de ætate, & qualitate, nu.* 4. & 5 & ibi Bonif. *nu.* 11. & 20. Boer. *dec.* 171. *in princ.* & Mandos. *consil.* 2. *numer.* 1 an sufficeret ætas septem annorum, sicut ad alia beneficia simplicia, vt † videtur probare tex. *in cap. ex eo, de election. in* 6. vbi id tenet glossa, *verb. in tua, & d. c.* 16 *si eo tempore, verb. ætatem, & in c. statutum, verb. canonici, de rescript. lib.* 6. sequuntur Franchus cum communi Doct. *ibi in d. c. ex eo nu.* 2. & *in d. c. si eo tempore num.* 10. Felin. *in cap. ex insinuatione, de simonia, nu.* 2. dicens communiorem & probabiliorem. Decius *in d. §. item impuberes, numero* 6. & ibi Cagnolus *num.* 10. dicens communem Albertus Tacitus *d. cap.* 18. *n.* 4. Mandosius *d. reg.* 18. *quæst.* 1. & de ætate minori *d. c.* 4. *num.* 14. Hoieda *supra num.* 12. Flami. Paris. *de resignatione beneficiorum, lib.* 4. *quæst.* 9. *num.* 7. & Nauarrus *de operatione miscel.* 97. *nu.* 1. qui ex glossa *in d. reg.* 18. ait portiones & præbendas, quæ non essent canonicales, posse conferri maiori septem annorum, non obstante illa regula, & quod mortuo Papa, quia per obitum eius cessant regulæ Cancellariæ, per procœmium earum posset Ordinarius conferre canonicatus maioribus septem annorum. An † vero requiratur ætas quatuordecim annorum, vt cũ Hostiense ibi tenet Abbas *in d. cap. super inordinata, nu.* 17 4 & Archidiacon. *in d. c. si eo tempore, & in d. c. ex eo,* Felin. *in d. c. cum vigesimum. nu.* 9. Guil. Bened. *d. n.* 60. Corras. *d. cap.* 3. *num.* 2 additio Decij *in d. §. item impuberes. verb. pupillus.* Sylvest *d. q.* 1. Armilla *nu.* 81. & Selua *sup. nu.* 26. Qui † ait, dictam *reg. Cancellariæ* 18. ita concordare opiniones, quod clericus non potest esse

esse canonicus Ecclesię Cathedralis, nisi habeat quartumdecimum annum completum: in Ecclesiis vero, collegiatis inferioribus, minor quatuordecim annis, dum tamen habeat decem annos, potest esse ca-
19 nonicus. Quæ † regula habebat locum in Ordinario Puteus *decis.* 329. *lib.* 1. Tamen hodie, vt aduertunt Mandosius *d. capit.* 4. *num.* 14. & Hoieda *supra numero.* 15. Azor *quæstione* 5. Cessat dicta † contro-
20 uersia, & dicta regula Cancellariæ (quæ iam non extat) ex decreto sancti Concilij Tridentini *sess.* 24. *de reformatione, capit.* 12. vbi statuitur, quod nemo deinceps ad dignitatem, canonicatum, aut portionem recipiatur, nisi qui eo ordine sacro, aut sit initiatus, quę illa dignitas, præbenda, aut portio requirit, aut in tali ætate, vt infra tempus à iure, & à dicta Synodo statutum: scilicet, infra annum vt *in c.* 4 *sessione* 22. *de reformatione* initiari valeat: Et quod in omnibus Ecclesiis Cathedralibus omnes canonicatus, ac portiones habeant annexum ordinem presbyterij, diaconatus, vel subdiaconatus ab Episcopo cum consilio Capituli designandum ac distribuendum, prout viderit expedire.

Vnde cum hodie † ex eodem Concilio *sessione* 23
21 *de reformatione, cap.* 12. ad subdiaconatum requiratur vigesimus secundus annus, ad diaconatum vigesimus tertius & ad presbyteratum vigesimus quintus incepti, vt sancta Congregatio super illo declarauit, & tradit Nauarrus *in Manuali cap.* 25. *num.* 116. Ioannes Gutierrez *d. cap.* 26. *à num.* 8. & Enriquez *supra §.* 2. Qui voluerit obtinere canonicatum, aut portionem Ecclesiæ Cathedralis, si non est initiatus illo ordine sacro, quem canonicatus, aut portio habet annexum debet esse in ætate ad talem ordinem requisita. Et †
22 sic si habet annexum ordinem subdiaconatus, debet habere ætatem vnius & viginti annorum, seu quod idem est, esse maior 21. annis, ita quod attigerit vigesimum secundum, & si habet annexum ordinem diaconatus, debet habere ætatem viginti duorum annorum, seu esse maior viginti duobus annis, ita quod intrauerit in vigesimum tertium. Et si habet annexum presbyteratū, debet habere ætatem 24. annorum, seu esse maior 24. annis, ita quod attigerit vigesimum quintum. Hoieda *sup. d. cap.* 24. *num.* 16. Maiolus *d. cap.* 30. *num.* 12. Flamin. Paris. *supr. dict. quæst.* 9. *num.* 11. Cerola *in praxi Episcopali, parte* 1. *verb. canonica, §.* 2. *&* 9. Enriquez *d. §.* 2. & Cechus *de de Republica Ecclesiastica, cap. de beneficiatis, n.* 3. *sub versic. Quarto licet d. cap.* 3. *de benefic. & pensio. versic. Pari ratione, ad finem*, videatur variare. Sic † enim
23 sunt accipienda illa verba Concilij *d. cap.* 12. *Aut in tali ætate, vt infra tempus à iure, & ab hac sancta Synodo statutum initiari valeat, id est, aut in ætate legitima ad talem ordinem, vt infra annum initiari valeat*, ad textum *in cap.* 2. *de institutio. libro* 6. ibi: *Et infra tempus à iure statutum ad ordines, quos ipsius Ecclesiæ cura requirit, valeat promoueri*: iuncto *capit. licet canon, de election. libr.* 6. *& capit. cum in cunctis, §. inferiora, eodem tit.* & Francho *in d. capit.* 2. *numero primo*, & ad Rebuf. *d. tit. requisita ad collationem bonam numero trigesimotertio.* Armillam *supra n.* 83. & ita videtur interpretari Flamin. Paris. *d. num.* 11. *&* 18. & Cerola *supra.*

Pro qua interpretatione † facit tex. *in c. ei cui, de*
24 *præbendis in* 6. & decisio Rotæ in causa Romana capellaniæ, 14. Nouemb. 1586. sup. adducta *c.* 1. *nu.* 80. & decretum eiusdem Concilij *sess.* 22. *de refor. capit.* 4. vers. *Nec aliis in posterum fiat prouisio, nisi iis, qui iam ætatem, & cæteras habilitates integre habere dignoscantur, aliter irrita sit prouisio.*

Qui versiculus † vt S. Congregatio censuit, declaratur per *d. cap.* 12, *sess.* 24. videlicet, vt non requira- 25
tur ordo actu, vt videbatur statui *vt in d. vers. sed ætas legitima ad ordinem*, vt per Bonifacium *in Clem.* 1. *n.* 54. *&* 55. *de ætate & qualitate*, & in terminis Nauarr. *cons.* 8 *nu.* 2. *de præben.*

Facit etiam quædam † declaratio S. Congregationis super *d. c.* 12. quæ sic ait: *Prouisus de Canonicatu* 26
habente annexū ordinem sacrum, qui est completæ ætatis, vt possit intra annum ordinem requisitum suscipere, non habet vocem in Capitulo iuxta hoc decretum, & Clemen. vt ij qui. de ætate & qualitate, *sed non perdit partem aliquam distributionum, quæ dantur his, qui cæteris horis intersunt pro primo anno, infra quem ad ordines potest se facere promoueri, elapso vero anno, si nō fuerit ad ordinem sacrum annexum promotus, subtrahitur illi dimidia pars distributionum, nec habet vocem in Capitulo, licet alias sit in sacris, ex quo non habet ordinem requisitum, iuxta dispositionem* d. Clem. iuncta glos. *verb. ex tunc.* Pondero verba illa, *Completæ ætatis.*

Est etiam alia declaratio super *d. c.* quæ sic ait: *Vacāte præbenda presbyterali, poterit Episcopus illam conferre illi, qui diaconalem, seu subdiaconalem habet, & has vni, qui ætatem habet pro his obtinēdis.* Facit etiam quod infra dicitur *dict.* 4.

Et ita tenendum est, quamuis † Lessius *d. li.* 2. *c.* 34. *n.* 110 dicat eum, qui accepit beneficium, quod requirit subdiaconatum, vt sunt omnes canonicatus Ecclesiæ Cathedralis, debere inchoasse annum 21. & 27.
si diaconatum, annum 22. si sacerdotium, annum 24. vt intra annum, seu in principio anni sequentis possit eo ordine initiari, alioquin irritam esse collationem, vt colligitur, inquit, *sess.* 22 *c.* 4. *& sess.* 25. *c.* 12. sic interpretando illa decreta. Quod etiam videtur tenere Azor *d. li.* 6. *c.* 5. *q.* 5, *versi. verum*, ibi: *Aut certe ea ætas.*

In Ecclesia autem, vbi nec † ante Concilium, nec post facta fuit designatio, & distributio, & annexio sacrorum ordinum, & sic nullus ordo sacer canonicatui assignatus est, qui canonicatum, vel portionem 28
consequi velit, debebit esse subdiaconus, vel saltem in ætate requisita ad subdiaconatum, nempe, quod attingat vigesimum secundum suæ ætatis annum, cum ad minus habeat annexum ordinem subdiaconatus, ex dicto decreto Concilii, quod vt inquit Lessius *d. cap.* 34. *numer.* 106. sua authoritate annectit omnibus ordinem sacrum in genere, & si velit ab Episcopo cum consilio Capituli designari in particulari quis, cui connecti debeat. Ita † Hoieda *supra d. num.* 16. Maiolus *d. capit.* 30. *numer.* 11. *&* 12. & Azor *d. quæstio* 5. *versic. verum*, dicens, saltim tunc, canonicum debere esse in ætate, vt subdiaconus fie- 29
ri queat, quia omnes canonicatus Ecclesiæ Cathedralis habeant annexum ordinem sacrum sacerdotij, diaconatus, vel subdiaconatus, ex Concilio *dicto capite* 12.

Et in vna Algarbien. Congregatio censuit, quod etiam in Ecclesia, vbi non fuit facta distributio sacrorum ordinum, requiritur, quod prouisus de canonicatu ad minus attingat 22. *annum, & collationem factam habenti viginti tantum, non valuisse.*

Et ita † est accipienda alia declaratio sanctæ Cōgregationis, quæ habetur super dictum caput duodecimum, & sic ait: *Si neque ante, nec post Concil. Tridentinum nullus ordo, siue diaconalis, siue presbyteralis canonicatui annexus fuit, & parochialis Ecclesiæ legiti-* 30

ne & perpetuo esse canonicatui vnita tanquam principali accessorium, attendenda est natura canonicatus, non autem parochialis: & ita sufficit, vt is, cui collatio facta est, sit in ea ætate vigintiduorum annorum, quæ in canonicatus collatione requiritur, debet enim intelligi de ætate vigintiduorum annorum incep-

31 *torum, non completorum.* Et † sic etiam potest accipi alia declaratio super *d.c.*12. quæ ait: *Ætas 22. annorũ sufficit ad acquirendum canonicatum, cui vnita est parochialis.*

32 In canonico † vero pœnitentiario requiritur vltra gradum Doctoratus, vel licentiæ in Theologia, vel iure Canonico, quod sit quadraginta annorum, seu alias, quia aptior pro loci qualitate reperiatur ex decreto S. Concilij, *sess.*24. *de reformatione, ca.*8. Hoieda *sup. num.*18. Ioann. Gutierrez *d. cap.*26. *num.* 40.

33 Et † sancta Congregatio Concilij declarauit, defectum ætatis quadraginta annorum non obstare, vbi alias aptior pro loci qualitate non reperitur. Existi-

34 moque † sufficere, quod non reperiatur in ciuitate, aut etiam diœcesi persona apta cum dictis qualitatibus, nec esse quærendam extra diœcesim, *argum. cap. nullus*, 61. *distinct. & cap. sacrorum*, 63. *distin.* P. Nauar. *de restit. lib.*2. *c.*2. *num.*197. vt alius, qui aptior pro loci qualitate reperiatur, possit eligi in pœnitentiariũ: si tamen in diœcesi non reperitur talis persona apta, & Episcopus velit eũ eligere extra diœcesim, nõ poterit eligere, nisi habentem dictas qualitates, si talis ibi reperiri potest commode.

35 Et debent † esse dicti quadraginta anni completi, ex quo dicitur in plurali, quadraginta annorum ex gloss. *in dict. Clem. generalem. verbo, in* 18. Abbate Felin. Corneo, & Ioanne Gutierrez, & aliis infra citandis *dict.* 5. quamuis Azor *d.c.*5. *q.*6. *in fine*, dicat

36 requiri annum quadragesimum inchoatum. Circa † ætatem promouendorum ad canonicatus Ecclesiæ collegiatæ nihil innouat, seu disponit in particulari Concilium, vt patet ex *dicto decreto*, Mandos. *cons.*20.

37 Man. Rodrig. *quæst. regul. tom.*1. *quæst.*11. *art.*2. Et † sancta Congregatio declarauit sequentibus declarationibus super *d. cap.*12. Prima. *Ætas 22. annorum non requiritur in canonicatibus collegiatarum Ecclesiarum magis nũc, quam ante Concilii. Secũda Cõcilii nihil innouat super ætate promouẽdorum ad canonicatus collegiatarum Ecclesiarum. Tertia. In hoc c. etiã quoad ætatem illius, qui prouidendus est, canonicatus collegiatarum non comprehenduntur. Quarta. Nullo Concily decreto statutum est, quæ in eis ætas requiratur, qui canonicatus in Ecclesiis collegiatis consequi volunt, sed id relictum est intra illos terminos, qui ante Concil. Tridentin. prescripti sunt. Quinta. Sanctissim. dominus nostet Gregor.* 13. *decreuit, nihil disposuisse Concil. qua ætate debeant esse ij, qui canonicatus, acquirere volunt in collegiatis Ecclesiis, sicque reliquisse hoc in illis terminis, qui ante Concil. constituti sunt.*

38 *Et* † *versiculum*, in omnibus vero Ecclesiis, *censuit sancta Congregatio habere locum solum in Cathedralibus, & non extendi ad canonicos in collegiatis, nec etiam habere locum in dignitatibus, & dimidijs portionibus.* Et quod licet portiones habere debẽt annexum ordinem sacrum, dimidiæ tamẽ portiones huic ordini nõ sunt subiectæ, & sic ad dimidias portiones nõ requiritur ætas requisita ad ordinem sacrum, tra-

39 dit Gonçalez *supra. à num.*92.

Vnde ad canonicatus † Ecclesiæ collegiatæ etiam insignis requiretur, & sufficiet prima tonsura, & quod attingat 14. ætatis annum, sicut ad alia beneficia, ex *d.c.a.*6. Mandos. *d. cons.*20. Cerola *d. verb. Canonica*, §.9 Enriquez *d.c.*19. §.2. & Cechus *de Repub. Ecclesiast. c.*24. *de canonic. n.*3. *vers.*2. *n.*6. *vers.*5. Azor *d. c.*5. *q.*6. Interim tamen non habebit vocem *in cap. vt in d.c.*4. *sess.*22. *de refor.* Et † idem est in dimidiis 40
portionibus Ecclesiæ Cathedralis, & vtrumque tradit nouissimè Gonçalez *vbi proximè.*

Dico tertio, quod ad parochiales Ecclesias † 41
seu curata beneficia, & dignitates quascunque, quibus animarum cura subest, promouendus, debet attigisse vigesimum quintum suæ ætatis annum, & alias prouisio est nulla, *caput. cum in cunctis, §. inferiora, de election. capit. licet canon. eodem tit. in* 6. Concilium Tridentinum *d. capit.* 12. *sessione* 24 Corras. *dict. capit.* 3. *numero* 3. Hoieda *supra numero* 19. Nauarrus *capit.* 25. *numero* 116. *& cons.* 4. *de ætate & qualitate*, Flamin. Paris. *lib.* 4. *de resignatione, capit.* 9. *num.*16. *& capit.* 11. *numero* 14. Lessius *d. cap.* 34. *num.*107. *&* 108. Azor *in d. cap.*5. *q.*2. 4. *&* 9. & alij.

Hinc in Abbate † ea ætas 25. annorum requiritur, 42
Corras. *ibi numero septimo*, & Hoieda post alios *numero vndecimo.* Quintanaduennas *dict. lib. primo capit. sexto numero vndecimo.* & Enriq. *supra. §. tertio*, Lessius *d. nu.*107. Azor *d. q.*2 & dicit communem Selua *d. q.*5. *n.* 16.3. *casu*, quamuis ipse dubitet, dicens, quod videtur in eo requiri eandem ætatem, quæ in Episcopo, & in Abbatissa, nempe, triginta annorum. Cui argumento de Abbatissa satisfacit Guil. Bened. *supr. num.*59.

Et quando dicatur, animarum † cura subesse, vi- 43
de textum *in cap. dudum.* 2. *de elect.* & ibi Doct. *& in Extrauagan. execrabilis, de præben. vers. quantum*, & ibi gloss. Nauarr. *d. cons. quarto & cons. decimoquinto de præben. numero secundo, & dicta sup.* 1. *p. c. vltimo, à num.*4.

Et quilibet poterit † obtiner e beneficia curata, 44
& quælibet alia sacerdotalia aptitudine, etiamsi tantum habeat primam tonsuram, dummodo sit in dicta ætate, Rebuff. *in praxi, d. tit. requisita ad collationem bonam, num.*33 *&* 34. *& de congrua. numero* 19. *& in repetitione capit. exturpanda*, §. *qui vero, de præbend.* 2. *notab.* Flamin. Paris. *dict. lib.* 4. *quæst.*9. *à numero* 34. Quintanaduen. *lib.* 4. *Ecclesiasticon, n.*66. & Enriquez. *in sum. lib.*13. *c.*57. §.4. Et † sic non requiritur, quod sit 45
in quatuor minoribus constitutus, vt male ait Lamb. 1. *p.*2. *lib, quæstio.*7. *artic.*29. *numero* 4. *& articulo* 30. *numer.*25 allegans Franchum *in d. c.*2. *de instit. lib.* 6. qui *n.*11. notat, præsentatum ad Ecclesiam parochialem dici idoneum, licet non sit in sacris, debere tamen ad minus esse in minoribus, *vt in c.*2. *eodem tit. in decretal. &c.*

Sed certe Franchus ibi † per minores intelligit et- 46
iam primam tonsuram, & per illa verba solum vult excludere laicum, vt patet ex text. quem allegat *in d. c.*2. vbi probatur, quod laici nõ possunt obtinere beneficia, & ita intelligitur Azor *d. lib.*6. *c.*5. *q.*9. *& c.*8. *q.*13.

Et sic est accipienda † declaratio S. Congregatio- 47
nis Concilij, quæ sic ait: *Licet ex decretis huius Concily post minores ordines expectandus esset annus antequam quis ad sacros ordines promoueatur, vt c.*11. *sess.*23. *potest tamen quis parochialem acquirere, etiam si non habeat aliquem ordinem sacrum, & infra annum promoueri ad sacerdotium debet.* Et † alia quæ sit ait: *An obtinentem beneficium curatum oportet esse diaconum, vel saltem subdiaconum, cũ intra annum debeat promoueri ad sacerdotium, Congregatio censuit non oportere.* Azor d. quæst. 9. ad finem, *post Nauarrum* dict. cap. 25. n. 116.

Dico

Dico quarto, quod † in aliis beneficiis habenti-
49 bus ordinem sacrum annexum, licet non actu, ex fundatione, consuetudine, statuto, vel priuilegio, requiritur ætas ad ordinem requisita annexum, *cap. ei cui, de præben. in* sexta glossa *in dict. cap. si eo tempore, verbo ætatem*, & ibi Franc. *numero decimo de præscrip. in* 6. & gloss. *verbo prouideri, in cap. cum in illis, de præben. eodem libro*, Rota *dec. 1. n. 3. de præbendis, in nouis*, Rebuf. *d. n. 33. & d. 2. notab.* & Hojeda *nu. 20.*
50 *vbi sup.* Et alias † prouisio est nulla, etiam ex causa permutationis facta, Puteus *dec. 331 & 338. lib. 1.* Mohed. *decis. 7. de conces. præb.* Tanis *decisio. 58. & 59.* & Flam. Paris. *d. lib. 4. quæst. 9. nu. 31. & 42.* Pro quo videnda sunt dicta supra *capit. 1.* & decisio. Rotæ ibi adductæ.

Quod non † solum procedit in beneficiis haben-
51 tibus annexum ordinem presbyteratus, sed etiam in habentibus annexum diaconatum, vel subdiaconatum, vt pariter requiratur ætas ad talem ordinē requisita: quia eadem est ratio, etsi textus *in dict. capitulo ei, cui*, expressit de sacerdotali, id non est gratia taxationis, sed gratia exempli. Et ita post Archidiaconum Calder. Ioann. de Lignano, Imolam, & Dominicum tenet Franchus *in dicto cap. ei, cui, numero decimoquarto*, & ibi Probus ad Monachum, *numero primo*, & Lambert. *prima par. 2. lib. quæst. septima, articulo vigesimoseptimo numero octauo*, qui alios citat, & dicit, omnes Doct. *in dicto cap. ei cui*, hoc tenere, & Puteus Gregorius *de beneficiis, cap. trigesimoseptimo, num. 2.* qui ait, quod † in his ætas ordinum requiri-
52 tur tempore datæ impetrationis, nisi sit ad vacaturā, intellige in genere, tunc sufficit, tempore vacationis beneficij, *vt in dict. cap. ei cui*, & ibi Domi. quem sequitur Felinus *in cap. eam te, n. 18. de rescrip.* & ibi Ripa *nu. 25.*

Quamuis Ioann. † Andreas *in dict. cap. ei, cui*, di-
53 cat, id solum procedere in beneficiis habentibus annexum ordinem presbyteratus, sic limitando *d. cap. ei, cui*, alia vero posse conferri non habenti ætatem in ordine requisitam, quem sequitur Roman. *consilio 325. n. 1.* & Decius *in d. cap. cum in cunctis, §. inferiora, num. 21.*

Dico quinto, quod ad dignitates † vel personatus,
54 quibus animarum cura nulla subest, licet de iure antiquo requiratur eadem ætas, quæ in curatis, & sic, quod promouendus attigisset vigesimum quintum ætatis annum, vt *in d. §. inferiora*, vbi Abb. *n. 3.* & Decius *n. 11.* Franc. *in d. c. si eo tempore, n. 10 & in c. 1. de ætate, & qualit. & in 6. sub nu. 3. vers. in eadem glos.* Selua *sup. num. 17 & 24.* Albertus Trocius *d. lib. 2. c. 18.* Nauar. *in manuali c. 25. num. 116.* & Maiolus *dict. cap. 30. num. 11. & 13. cum aliis*: in quibus tamen Episcopus poterat dispensare cum maioribus viginti annis, vt
55 *in cap. 1. de ætate & qualitate, lib. 6.* Tamen † hodie in sancto Concilio Tridentino, *dict. c. 12.* statuitur in hunc modum: *Ad cæteras autem dignitates, vel personatus, quibus animarum cura nulla subest, clerici alioquin idonei, & 22. annis non minores asciscantur.* Vnde † in his discordat à iure communi Concilium, Flam.
56 Paris. *d. lib. 4. q. 11. num. 14.* Contra † quod non pote-
57 rit Episcopus dispensare, cum ei dispensatio nō permittatur, sicut antea, Rebuf. *sup. num. 41.* & Nauar. *d. cap. 25. num. 116. & à 35.* Lessius *d. c. 34. num. 108.* Azor *dict. cap. 5. quæstio. 9.* Facit quod ait Mandosius *de signatura, titul. de dispensatione super defectu ætatis, in princip.*

Quod decretum videtur † comprehendere digni-
58 tates & personatus, etiam in Ecclesiis collegiatis: nā Consilium in hac parte generaliter & absolutè de dignitatib. & personatibus loquitur, secus ac circa canonicatus. Et patet ex principio eiusdem capituli, ibi: *Cum dignitates in Ecclesiis præsertim Cathedralibus*: nam dictio, *præsertim*, quæ est implicatiua, implicat idē in collegiatis, & includit illas ex citatis infra 11. *par. c. 5. n. 91.* Et faciunt illa verba, *Ad dignitates quascunque*, & ibi: *Ad cæteras autem dignitates*, quæ sunt vniuersalia.

Et ita censuit † Congregatio, vt in declaratione 59
sequenti super dictum *c. 12.* ibi: *Asciscantur hoc decreto, dignitates etiam in Ecclesiis collegiatis comprehenduntur.*

Sed in contrarium † est alia declaratio sanctæ Con- 60
gregationis quæ sic ait: *tum Concilij Tridentini* sess. 24. c. 12. vers. nemo igitur deinceps ad dignitates. *non habet locum in collegiatis Ecclesiis.* Et refert Cerola *in praxi Episcopali, 1. p. verb. beneficia, §. 1. vers. ad dignitates.*

Sed & Man. Rod. *quæst. Regul. 1. tom. 3. 11. art. 2.* ait 61
se † scire secundum quandam Cardinalium declara-
tionem, fuisse quendam ætatis solum decem & sex annorum admissum ad quandam dignitatem in Ecclesia collegiata in diœcesi Burgen. Declarauerunt enim, inquit, Illustrissimi Cardinales, quod Concilium Tridentinum requirens vigesimum secundum ætatis annū ad huiusmodi admissionem loquitur de dignitatibus & canonicatibus Ecclesiarum Cathedralium, non autem collegiatarum, vt patet ex litera eiusdem Concilij, & probat Quintil. Mandos. *consilio* 20. quod etiam tradit idem Manuel Rodrig. *in additionib. ad Budlam compositionis num. 4.* vbi ait, virtute huius declarationis. Domin. Christophorum Velam Archiepiscopum Burgen. contulisse dignitatem Scholastriæ collegiatæ Ecclesiæ de Aguilar de Campo, cuidam scholari, qui non habebat maiorem ætatem 17. annorum: & cum litigaretur super hoc, fuis-
se iudicatum, collationem esse canonicam, & iuridicam.

Nihilominus standum est † primæ declarationi 62
quę ait illo decreto dignitates etiam in Ecclesiis collegiatis comprehendi, quam existimo veriorem, & Concilio conformem ex dictis. Et † id quod dicit 63
Man. Rodrig. de declaratione sanctæ Congregatio-
nis esset de canonicatibus Ecclesiæ collegiatæ & non de dignitate: & Mandos. quem allegat *dict. consil. 20.* solum loquitur de canonicatibus Ecclesiæ collegiatæ, & non de dignitatibus. Et † si concilium ibi non 64
loqueretur de dignitatibus Ecclesiæ collegiatæ, relinquendæ essent dispositioni iuris communis, ad *l. commodissime ff. de liber. & posthum.* & sic dicendum esset requiri in eis, etiamsi non essent curatæ, ætatem non 14. sed 25. annorum, quæ de iure communi, in quibuscunque dignitatibus Ecclesiasticis, seu personatibus requiritur, vt *in d. c. cum in cunctis, §. inferiora, de electione, & in d. c. 1. de ætate & qualit. in* 6. & Dd. supra citati, *numero* 54. Et sic requireretur hodie maior ætas in dignitatibus, seu personatibus non curatis Ecclesiæ collegiatæ, quam in huiusmodi dignitatibus, seu personatibus Ecclesiæ cathedralis, quod esset absurdum.

Ad dignitatem † tamen principalem in collegiata 65
regulariter requiretur ętas 25. annorum inceptorum cum regulariter habeat curā animarum in foro interiori, vel exteriori, & de Abbate diximus *supra num. 42.*

Sed circa hoc quintum dictum † est dubium, an 66
satis sit attingere vigesimum secundum annum, vt

quis possit ad dictas dignitates, vel personatus asci-
sci, an vero sit necessarium habere viginti duos an-
nos completos.

67 In quo dubio dicendum est † necessarium esse ha-
bere viginti duos annos completos, vt pro constanti
tenet Mandos. *d. tract. de ætate minorum, cap. 5. numer.*
68 10. & hoc de momento ad momentum. Et videtur †
certum ex *l. 3. §. minorem, ff. de minorib.* & ex traditis
per gloss. *in d. Clement. generalem, de ætate & qualita.*
verbo in 18. Abbatem *in d. cap. cum in cunctis, numero*
6. Felin. *in cap. cum vigesimum, numero primo de offic.*
delegati, Corneum, *consil.* 213. *numero* 7. *volum.* 1. Sylue-
strum, Aldobran. *in §. pupillis, institut. 7. quibus modis*
tutela finit. numer. 14. Ioann. Gutierr. *d. cap.* 26. *numer.*
10. Rotam *decis.* 26. *de rescrip. in nouis*, Bellam. *decisio.*
726. Tabien. *in summa, verbo, ætas, nume.* 2. Armillam
eodem verbo. numero 3. Vegam *in summ.* 1. *p. cap.* 96.
casu vnico, & Molinam *de iustitia*, 2. *tomo*, *disput.* 573.
circa princip. & nouissime ita tenet Lessius *d. cap.* 34.
numero 108. dicens illa formula, vt non sit minor 22.
annis insinuare annos 22. debere esse completos, qui
enim nondum compleuit, est etiam minor ætate.
69 Quamuis † contrarium teneant Cerola *d. verbo be-*
neficia, §. 1. versic. ad dignitates, qui ait, sufficere illos
inchoasse, citans Nauarrum, *capit.* 25. *numero* 116. (qui
id non dicit) Enriq. *lib.* 14. *cap.* 8. *§.* 10. *in fi. gloss.* 10. &
Emanuel Sa *verbo, beneficium, numero* 31. dicens, quod
ad dignitates & personatus sine cura requiruntur 22.
70 anni incepti, ex Triden. & Azor *d. cap* 5. *quæst.* 3. Et †
ita declarauit S. Congregatio Concilij, vt apparet
ex declarationibus sequentibus. *Prima in Concilio*
Tridentino sess. 24. cap. 12. *§.* ad cæteras, ibi: *Ad cete-*
ras autem dignitates, vel personatus, quibus animarum
cura nulla subest, clerici alioquin idonei, & 22. annis, non
minores asciscantur, dubitatur, an complesse vigesimum
secundum sit necessarium, vel tantum attigisse sufficiat?
Congregatio Concilij censuit, requiri ætatē viginti duo-
rum annorum completam. A. Cardinalis Carrafa. Se-
cunda Episcopo Abulen. Illustris & Reuerendissime do-
mine, vti frater dubitationi super amplitudinis tuæ nomi
ne propositæ super ætate, quæ per Concilium Triden-
tinum cap. duodecimo, *§.* ad cæteras autem dignitates,
&c. sessione. vigesimaquarta de reformat. *requiritur*
in iis, qui dignitates, vel personatus, quibus animarum
cura nulla subest, obtinere volunt. Congregatio Illustrissi-
morum Patrum eiusdem Concilij interpretum ita re-
spondendum duxit; nempe, decretum illud esse intelli-
gendum de anno vigesimo secundo completo, quod reliquū
est Deum amplitudini tuæ propitium in omnibus precā-
mur. Romæ die 24. Septemb. 1593. Amplitudinis tuæ Il-
lustris & Reuerendissime vti frater studiosissimus Hie-
ronymus Card. Matthæus. Quam declarationem & epi-
stolam directam Episcopo Abulen. ego habeo in forma
authentica.

71 Vnde infertur ad decretum † eiusdem Concilij
sessio. 25. de regul. cap. septimo ibi: *Non minor annis* 40.
quod debent esse completi illi 40. anni, qui requi-
runtur in eligenda in Abbatissam, seu Priorissam.
Nec contra illud decretum potest Episcopus, aut
Nuncius dispensare, cum inferior non possit in lege
superioris, maxime Concilij, dispensare, vt est no-
tum, licet in Compendio Mendicantium fratris Hie-
ronymi à Sorbo, verbo *Abbatissa*, in Margine, dica-
tur, quod per Concilium Tridentinum ordinatur,
vt non eligatur, nisi quadragesimum annum atti-
gerit.

72 Et hoc de ætate 22. annorum † requisita ad digni-
tates, & personatus non curatos, intelligitur, nisi
alias habeant annexum ordinem presbyteratus, tunc
enim requireretur in eis ætas 25. annorum ad sacer-
dotium requisita, iuxta *vers. neminem etiam deinceps,*
& dicta sup. dub. 2. & 4.

Vnde ad Decanatum † præpositurā, & Archi- 73
presbyteratum, etiam si eis animarū cura nulla sub-
sit, requiretur etiam hodie promouendus attingat
vigesimum quintum ætatis annum, ex quo de iure
annexum habent sacrum presbyteratus ordinem, vt
etiam Abbatia, *c. 1. de ætate & qualit.* & dictum est §.
c. 1. n. 40.

Ex quo etiam in Abbate † eadem ætas requiritur. 74
Maiolus *d. cap.* 30. *num.* 30. & Mandos. *consil. 1. numero*
1. Qui † tamen male ait, quod stante constitutione, 75
quod constitutus debeat esse in ætate annorum tri-
ginta, sufficiat annum trigesimum attigisse; quod
conuincitur ex dictis supra *numero* 67. *& sequen. &*
ibi allegatis.

Dico sexto, quod † ad Episcopatum promouen- 76
dus debet esse maior triginta annis: ita quod trige-
simum annum iam exegerit, & in sacro ordine sal-
tim ante sex menses constitutus, vt *in dicto cap. cum*
in cunctis, de electione, Concilium Tridentinum *sessio.*
septima cap. primo & sess. 22. cap. secundo, & sess. 24. ca-
pit. primo de reformation. & constitutio Gregorij
XIV. de forma faciendi processus, & inquisitio-
nis ex præscripto Concilij Tridentini super pro-
mouendis ad Ecclesias Cathedrales. Cuius tenorem
† non abs re erit hic ponere, quia communiter non 77
habetur.

GREGORIVS EPISCOPVS
seruus seruorum Dei ad perpe-
tuam rei memo-
riam.

ONus Apostolicæ seruitutis, ad quod nuper nos di-
gnatio diuina prouexit, assidue admonet, in eam po-
tissimum curam nobis esse pastorali solicitudine incum-
bendum, vt quæ à sacris, œcumenicisque Conciliis pro
communi totius Christiani populi salute pie prudenterq;
statuta sunt, nulla aut temeritate violetur aut negligētia
deserātur: ea præsertim, quæ ad bonos, idoneosq; Pastores
Cathedralibus, ac superioribus Ecclesiis gubernandis
præficiendos pertinent: nam si in quibusuis Ecclesiæ gra-
dibus, & ministris curandum est tales eligi, qui religio-
ne, & sanctitate fideles ædificent, multo certe magis ela-
borandum est, ne in eius electione erretur, qui supra om-
nes gradus constituitur; cui tanquam seruo fideli &
prudenti totius familiæ cura traditur, qui ad omnem
virtutem, & mandatorum Dei obseruantiam aliorum
forma esse debet: cum certum sit gregis salutem magnope-
re pendere ex boni pastoris præstanti vita, & doctrina.
Sane venerabiles Patres, qui ex toto terrarum orbe ad
sacrum generale Tridētinum Concilium à summis Pon-
tificibus prædecessoribus nostris euocati magna frequen-
tia conuenerunt, cum in aliis rebus multis præclarum
studium ad corrigendos depranatos mores, & collapsam
Ecclesiasticam disciplinam restituendam ostenderunt,
tum in eo potissimum insigni zelo, magnaque cum laude
laborarunt, vt rationem inuenirent, qua viri doctrina,
pietate, prudentiaque excellentes, & in Ecclesiasticis
functionibus diu, multumque versati, Ecclesiis Cathe-
dralibus præficerentur. Nos igitur, qui cum in minorib.
constituti Cremonen. Ecclesiam regeremus, in eodem
Concilio cum sanctis, & egregiis illis Patribus interfui-
mus,

mus, & Concilio absoluto ad Ecclesiam nostram reuersi magno semper desiderio flagrauimus, vt tam salubria generalis Concilij decreta executioni debita mandarentur, atque vt id fieret pro virili parte curauimus. Multo nunc magis, cum disponente Domino omnium Ecclesiarum cura & solicitudo nos premit, summo desiderio tenemur, vt Pastores ij præficiantur Ecclesiis, qui opus suum & ministerium impleant, & de ouium salute nos in Domino lætificent. Illud autem in hoc saluberrimo, & pernecessario negotio, quod est de Episcopis eligendis, & præficiendis videtur esse præcipuum, vt instructio examen, & inquisitio de fide, vita, moribus, doctrina, & prudentia promouendorum tam accurate, fideliter, ac serio instituatur, vt omnis fallaciæ fuco semoto, certo confidere valeamus, tales à nobis Christi gregi pascendo esse præpositos, quales tantum onus, Angelicis videlicet humeris formidandum exigit, & quales ille expetit, qui prò iisdem ouibus redimendis propriæ vitæ, ac sanguini non pepercit. Et quidem in hac parte prouidentia dicti Concilij Tridentini minime defuit, cum statuerit, ac mandauerit, vt in Prouinciali Synodo per Metropolitanum habenda præscriberetur quibusque locis & prouinciis, propria examinis, seu inquisitionis, aut instructionis faciendæ forma Romani Pontificis arbitrio approbanda, quæ magis eisdem locis vtilis, atque opportuna esse videretur. Verum neque id hactenus nisi à paucissimis factum est, neque spes est, nisi longissimo temporis spatio, vt ab omnibus fiat, atque interim dum certa examinis, siue inquisitionis ratio à prouincialibus Concilij expectatur, perit vber ille fructus, qui ex tam vtilibus Concilij generalis decretis sperari posse videbatur. Et experientia ipsa docuit per tot annos à publicatione Concilij prædicti elapsos, quid in vnaquaque prouincia opus sit, quidve possit fieri. Habita igitur cum venerabilibus fratribus nostris sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus; matura deliberatione, ac de eorum vnanimi consilio, & assensu, præsenti nostra perpetuo valitura constitutione decernimus, vt cum extra Romanam Curiam examen, instructio, siue inquisitio facienda erit, nemo omnino cuiuscunq; status, gradus, conditionis ve fuerit, inquisitionem prædictam sibi arrogare præsumat, sed integrum hoc negotium iis, qui à prædicto Tridentino Concilio designantur, Apostolicæ videlicet sedis legatis, seu Nũciis prouinciarum, aut eius, de quo inquisitio fit, Ordinario, eoque deficiente, Ordinariis vicinioribus relinquatur, nisi iustis de causis nobis, aut pro tempore existenti Romano Pontifici per speciale mandatum alicui alteri hoc munus quandoque committendum esse visum fuerit. Quod si forte aliquis prædictorum consanguinitate, aut affinitate vsque ad tertium gradum inclusiue promouendum contingeret, vt omnis suspicio carnalis affectus à tam sancto negotio repellatur, ille quidem eo casu censeatur exclusus, atque ad eum, qui proxime sequitur, hoc est si legatus excludendus erit, ad Nuncium, si Nuncius, ad Ordinarium, si Ordinarius, ad vicinioremOrdinarium Inquisitionis officium deferatur. In Curia vero hæc functio spectet ad eos Cardinales, qui à nobis, vel pro tempore existente Romano Pontifice deligentur, vel ad Cardinales earum prouinciarum, seu Regnorum apud nos, & Sedem Apostolicam protectores, in quibus Ecclesiæ ipsæ consistunt: si tamen ad ipsos huiusmodi vacantium Ecclesiarum relatio pertinebit, quod si de Episcopo, vel Metropolitano extra Romanam Curiam degente ab vna Ecclesia ad aliam ex aliqua graui, & iusta causa transferendo agetur, hoc munus deficientibus Legato, vel Nuncio Apostolico eius prouinciæ, aut Regni, vbi Ecclesia ipsa à qua transfertur, sita erit: ad Metropolitanum, si Episcopus ad suffraganeum vero antiquiorem residentem, si Metropolitanus, transferendus erit, pertinere declaramus. Deinde, quia sacrum Tridentinum Concilium, non sine magna ratione eminentes personas, & quæ negotij magnitudinem probe intelligerent, ad hoc officium nominauit. Declaramus, & statuimus, tam Legatos, siue Nuncios, quam Ordinarios, vel alios ab hac sancta Sede forte delegandos, non per Auditores, aut Vicarios, aliosve ministros, sed per se ipsos inquirendi munus exercere debere, quamuis ab huius modi personis, aliisque viris peritis adiuuari possint. Et si Prælatus inquirens per se non posset ob locorum distantiam testes examinare circa articulum aliquem, vt legitimos natales, vel ætatem, aut aliquid huiusmodi, liebit ei articulum illum alteri personæ dignitate Ecclesiastica constituta subdelegare, non autem vniuersam inquisitionem. Quod si forte contingat, aliquem supradictorum legitime impediri, vt per se hoc munus præstare non possit, ad alios ea cura transferetur, qui sunt ab eodem Concilio Tridentino ad hoc officium designati, vt supra dictum est, de iis, qui ob consanguinitatem, vel affinitatem ab hoc munere excludantur. Adhæc, vt mens eiusdem sacri Concilij recte, ac fideliter debitæ executioni mandetur, & tale sit examen, quale requiritur in negotio tanti ponderis. Declaramus, ac statuimus, non esse in vita, ac doctrina promouendi inuestiganda eam rationem adhibendam, vt ab ipso promouendo articuli offerantur, ac testes producantur, sed oportere, vt Prælatus, qui munus inquirendi suscepit, articulos conscribat, atque ipse ex officio suo illos testes vocet, atque examinet, quos de rebus inquirendis syncerum, ac fidele testimonium daturos esse existimet. Verum, vt inquisitio prædicta facilius, ac plenius perfici, atque expediri queat, vtile erit, si Prælatus, qui inquisitionem facturus est, vel à promouendo, vel alio aliquo confici curet schedulam, in qua sint ordine descripta nomen promouendi, cognomen, patria, parentes, ætas, ordo, gradus, professio, functio si quam is forte exercuit, loca in quibus aut Theologiæ, vel iuri Canonico operam dederit, aut longo tempore versatus fuerit, denique amici, ac familiares, qui tam ipsum, quam parentes eius intime norint. Quod si promouendus documentum aliquod exhibere voluerit, vnde ipsius ætas, gradus, dignitas, sacri Ordines, functio, officia, muneraque, aut aliquid eiusmodi comprobetur, admittendum, ac processui inserendum erit, modo documentum publicum, seu authenticum fuerit. Illud quoque prohibendum censuimus, ac expresse prohibemus, ne ad testimonium dicendum de fide Catholica, vita, moribus, doctrina, atque aptitudine, ad regendam Ecclesiam quilibet homines admittantur, sed viri tantum graues, pij, prudentes, docti, qui de qualitatibus promouendorum rectum iudicium ferre valeant, ac vt supra diximus, sincerum, ac fidele testimonium dare velint. Proinde tam cognati, ac nimium familiares, quam inimici, atque æmuli excludendi erunt. Porro testes eiusmodi prælatus, qui examen, seu inquisitionem habiturus erit, seorsum, ac sigillatim examinabit, & si quando iudicauerit expedire, eis ad memoriam reducet, tum iuramenti vim, tum periurij grauitatem: eosdem etiam serio, & grauiter admonebit, ipsos reos futuros apud Omnipotentem Deum eorum omnium, quorum, vel committendo, vel omittendo rei erunt, qui promouebuntur, si vel falsa narrando, vel reticendo vera, in causa erunt, vt homines indigni, vel minus idonei eiusmodi Ecclesiis præficiantur. Diligenter etiam testium qualitates cognoscere studebit, ac potissimum quam sint ad promouendos af-

ecti, vt inde conficiat, vtrum ex affectu, an ex veritate testimonium dicant. Denique cum testes de qualitatibus promouendi interrogabit, dabit operam, vt quoad eius fieri poterit omnia & singula, quæ ad prædictam inquisitionem facere videbuntur, per ipsos exprimantur. Quamuis autem qualitates omnes promouendorũ, quæ in generalium Synodorũ decretis, aliisq; Canonicis sanctionib. continentur, probe cognitæ esse debeant, iis, quibus inquisitionis officium demandatum est, quales sunt, natum esse ex legitimo matrimonio; atque ex parentibus Catholicis, annum trigesimum iam expleuisse, sacris ordinibus, saltem ante sex menses initiatum esse, gradum Doctoratus, aut licentiæ in Theologia, vel iure canonico, aut certe publicum alicuius Academiæ testimonium obtinuisse, quoad alios docendos idoneus esse declaratur, ad hæc in Ecclesiasticis functionibus diu esse versatum: item fidei puritate, innocentia vitæ, prudentia, vsu rerum, integra fama, doctrina denique præditum esse. Tamen, quia circa doctrinam plures committi solent, & sæpe contingit, vt nonnulli scientia vacui, de solo Doctoris titulo, aut priuilegio glorientur: volumus, vt de eorum etiam doctrina diligenter inquiratur; qui vel Doctoratus, aut licentiæ titulis, & priuilegiis gaudent, vel etiam à publicis Academiis testimonium habuerunt, quod idonei essent ad alios docendos, nisi forte aliquorum insignis doctrina, ex publica ipsorum functione notoria esset. Ita vero inquisitio facienda erit, vt quibus in locis, quanto tempore, & quo fructu Theologiæ, vel iuri Canonico promouendos operam dederit, cognoscatur. Et quoniam in quibusdam prouinciis nulla sunt Studia generalia, neque vllæ publicæ Scholæ, neque vsus habet, vt qui studiis operam nauant, vllis Doctoratus, aut licentiæ insignibus decorentur, declaramus, in eiusmodi locis sufficere, si testimonio virorum grauium, & sacræ Theologiæ, vel iuris Canonici peritorum constet, promouendos ea scientia Theologiæ, vel Canonum vere pollere, vt idonei sint ad ea docenda, quæ populum Christianum scire oportet, ac muneris sibi iniungendi necessitati valeant satisfacere. Testes præterea deponant, se de scientia promouendorum certos redditos esse, ex eo quod prædictos promouendos specimen suæ doctrinæ publicè vel priuatim dedisse cognouerint. Quod autem ad regulares pertinet, cum ad Ecclesias Cathedrales promouendi fuerint, ne fraus vlla subrepere possit in eo, quod idem Tridentinum Concilium statuit, vt regulares à suis superioribus sufficientis doctrinæ testimonium habeant, Declaramus nomine superiorum eos dumtaxat intelligendos esse, qui nullum sui Ordinis superiorem agnoscunt, siue vi cuiusuis Ordinis Abbates, Magistri, aut Ministri, aut Præpositi generales, aut quarumlibet Congregationum Præsidentes, siue Definitores, aut Visitatores Capitulum generale repræsentantes, siue alij, quocumque vocabulo nominentur, & in eorum absentia ipsorum Vicarij, seu Commissarij generales, vel in Romana Curia Procuratores Ordinum, aut Congregationum generales in hac parte succedant. Et nihilominus præter superiorum testimonium, qui fidem faciant eiusmodi regulares ad alios docendos idoneos esse, volumus ea seruari, quæ de iis diximus, qui publicum suæ doctrinæ ab aliqua Academia testimonium habent, vt videlicet serio inquiratur, an regulares ad Cathedrales Ecclesias promouendi, eos progressus in studiis fecerint, qui in futuro antistite requiruntur. Post inquisitionem vero de fide, vita, moribus, doctrina & prudentia promouendi, necnon informationem de statu Ecclesiæ, aliisque necessariis rebus, quæ pariter coram superius expressis Prælatis, iuxta eiusdem Concilij decreta fieri debet, professio fidei Catholicæ à promouendo faciendæ erit, quam quidem ab eo dumtaxat recipiendam esse declaramus, ad quem inquisitio pertinebit: nisi forte qui professionem emissurus est, à Prælato inquirente longe distet: tunc enim is Prælatus ex subdelegatione inquirentis professionem admittere debebit, cui promouendus vicinior erit: quod idem intelligatur de informatione de statu Ecclesiæ accipienda, si quando contingeret, vt in alia prouincia, siue Regno esset Ecclesia, in alio promouendus. Recipiet autem Prælatus professionem promouendi, præsente notario publico, ac testibus, atque eam à se admissam, ac receptam propriæ manus subscriptione testabitur. Is quoque, qui professionem eiusmodi fecerit, in eo loco, vbi proprium nomen profitentis exprimi solet, nomen suum manu propria adscribet. Denique his peractis notarius publico instrumento fidem faciet de professione prædicta, adhibitis testibus, vt præfertur. Vbi vero totum examen, seu inquisitio de persona promouenda perfecta fuerit, ea in instrumentum publicum redacta cum toto testimonio, ac professione fidei emissa ad hanc sanctam Sedem, vt Concilium statuit, quamprimum clausa, & obsignata, in forma authentica transmittenda erit. In quare obseruari volumus, vt professio Fidei iisdem omnino verbis descripta sit, quæ in ea forma continentur, quam felicis recordationis Pius Papa IV. prædecessor noster statuit obseruandam, & vt Prælatus, qui institutionem, examen, & inquisitionem fecit, vel per literas separatas, simul tamen cum processu mittendas, vel per subscriptionẽ dicti processus significet, quanta fides testibus examinatis, eorumque dictis, & scripturis productis suo iudicio habenda sit: simul etiam quid de promouendo ipse sentiat. Processus autem sic formati, & ad Curiam transmissi, à Cardinali, cui proponendi munus incumbet, & à tribus Prioribus Ordinum Cardinalibus, vt moris est, iuxta formam Concilij, prædicti subscribentur, & expedientur. Volumus autem, vt Cardinalis relator moneat promouendum, si præsens in Curia fuerit, vt iuxta Concilium Lateranen. nouissime celebratum omnes Cardinales, siue maiorem partem Collegij adeat, antequam Ecclesiam proponat, vt quæ à referente collega sint audituri, oculata fide quantum ad personam promouendi attinet, cognoscere possint. Hæc porro omnia, quæ de promouendis ad Ecclesias Cathedrales dicta sunt, ad eos etiam pertinere, atque in eorum promotione seruanda esse declaramus, & decernimus, qui nominati, præsentati, aut electi fuerint ad dignitates Abbatiales, ac Prioratus, seu Præpositatus Monasteriorum regimina, aut alias Regularium cuiusuis Ordinis, aut etiam secularium præfecturas, de quibus consistorialiter prouideri cõtigerit, atque eos præsertim, quibus præter curam, & regimen monachorum, aut canonicorum, clericorumque regularium, vel secularium, annexa est in populum iurisdictio spiritualis, vel temporalis, exceptæ tamen ætate, circa quam nihil innouamus. Quo vero ad doctrinam, cum generalia Concilia nõ statuant, vt personæ promouendæ ad regulares dignitates Doctoratus, siue licentiæ gradum suscipere, vel publicum testimonium ab academia aliqua habere teneãtur, & tamen æquum sit, vt ea doctrina polleant, qua onus sibi imponendum sustinere valeant. Declaramus, & statuimus, vt Prælati, qui inquirendi munus suscepturi sunt, studiose, ac diligenter inquirant super doctrina eiusmodi personarum, iuxta modum & formam superius præscriptam, vt nos, & pro tempore futuri Rom. Pontifices, habita de illis vera informatione per processum, qui ab inquirente trãsmittetur, certo statuere, ac iudicare possimus, an persona promouenda vere sit talis, qualem dignitas illa, ad quam prouehenda est, exigit, & requirit. Hortamur vero in viscerib. Do. nostri Iesu Christi, ac paterna charitate,

tate monemus eos omnes, qui ab hac S. n. Sede nominā-di, præsentandi, vel etiam eligendi futuros Episc. vel Abbates ius habent, vt serio apud se cogitent, quanti momenti sit hoc negotium, ex quo salus animarum, tranquillitas Reipub. incolumitas religionis, propagatio fidei, aliaque permulta, & maxima bona dependent. Illud etiam sæpe, & sæpius ad mentem reuocent quod sancta Tridentina Synodus admonet, nihil se ad Dei gloriam, & populorum salutem vtilius posse facere, quam si bonos pastores, & Ecclesiæ gubernandæ idoneos promoueri studeant, eisque alienis peccatis communicantes mortaliter peccare, nisi quos digniores, & Ecclesiæ magis vtiles ipsi iudicauerint, non quidem precibus, vel humano affectu, aut ambientium cupiditatibus, sed eorum ex gentibus meritis præfici diligenter curauerint. De nominandis vero, præsentandis, vel eligendis ad regulares dignitates præterea, quæ superius obseruanda declarauimus, illud quoque paternis his nostris hortationibus & monitionibus adiiciendum censuimus, vt nominationis, præsentationis, vel electionis ius habentes eos deligere studeant, atque omnino conentur, qui non modo eundem ordinem sint ante professi: sed in eodem etiam satis diu laudabiliter versati. Neque enim decet vt Magistri aliorum esse incipiant, qui non fuerint ante discipuli, & subditis imperare præsumant, qui prius non didicerint superioribus obedire. Eos denique, qui vel examinando, & inquirendo, vel testimonium ferendo operam suam in hac re præstabunt serio admonemus, vt ea fide, ac diligentia in negotio tanti momenti versentur, vt à Deo, & à nobis laudem pro bono opere expectare valeant. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ prohibitionis, voluntatis, declarationis, decreti, statuti, hortationis, & monitionis infringere, vel ei casu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Dat. Romæ in Monte Quirinali anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo nonagesimo primo: Idibus Maij, Pontificatus nostri anno primo. A. Card. Montaltus Summator. M. Vestrius Barbianus. Ad. de Alexus.

78 Et eadem ætas, quæ † in Episcopo, requiritur in Cardinalibus, ex *d.c.1. sess. 24. vers. ea vero omnia* iuncto *d.c.1. sess. 7. & d.c.2. sess. 22.* Maiolus *n.13.* & Hoeda 79 *27. vbi sup.* Hodie † tamen diaconus Cardinalis esse potest, qui in vigesimo secundo suæ ætatis anno fuerit institutus, ex constitutione Sixti V. de Cardinalium numero, ordine, ætate, tempore, qualitate, & officio, & aduertit Cardinalis Paleotus de sacri Consistorij *consultatione 4. par. q. 1.*

80 De ætate † Abbatissæ, seu Prioritissæ videndum est dictum decretum sacri Concilij *sess. 25. de regul. c. 7.* & 81 de † ætate requisita ad beneficia regularia, vide textum *in dict. clem. ne in agro §. cæterum, de statu regularium*, & supra in initio citatos, ac Albertum Trocium, *d. li. 2. c. 19.* & Corras. *3. p. c. 3. n. 8.* nam circa eam nihil inuenio innouatum per d. sacrum Concilium Tridentinum. Vide tamen circa intellectum *dict. §. cæterum*, Nauarrum *de regularib. commentario 3 numero 43.*

82 Tandem † aduertendum est, quod prouisio facta non habenti ætatem in beneficio requisitam, est nulla, vt per Flam. Paris. *de resignatione beneficiorum, lib. 4. q. 9. ex n. 20.* Manuel. Rodr. *in summ. 1. tomo. c. 30. n. 1.* Vegam *in summa 1. p. c. 36. casu 5.* & 21. Azor *d. c. 5. q.* 83 *12.* Etiam † in conscientia P. Ledesma *in summa 2. p. trac. 7. c. 2. 7. concl. 17. difficultate, pag. 361.* Quidquid velit Ioan. Quintin. *in repetit. cap. de multa de præben. n. 66. & seq.*

Quod procedit etiam si ad ætatem † requisitam desit, quatumuis paruum & modicum tempus, vt vnus dies, vel hora, nam in his quæ à iure sunt determinata & limitata non licet arbitrari. Facit, quòd tradit Thomas Sanchez *de matrim. li. 1. disp. 16. nu. 4.* Quidquid alias circa ætatem ordinum male teneant P. Ledesm. *1. p. summæ de sacramento Ordinis, c. 7. concluſ. 1. 1. difficultate*, & Vega *in libr. Espeio de curas, cap. 14. num. 42.* 84

Secundo procedit † etiam in præsentatione, Nauarr. *consil. 2. n. 1. de ætate, & qualitate.* Et † in oppositione: nam etiam tempore oppositionis, & petitionis requiritur habilitas, & qualitas requisita. Ioann. Gutierrez *cons. 44. n. 7.* & Zauallos *q. 693. ex num. 7.* Perez de Lara *de anniuersa. & capella. lib. 2. c. 9. num. 55. & 58.* 85 86

Vnde videtur † falsum, quod ait Man. Rodrig. *d.c. 30. n. 1. vers. Lo tercero*, & cum eo Vega *d. cap. 36. casu* 87 16. quod laicus potest se opponere ad beneficium presbyterale in Ecclesia, vbi est statutum, quod obtinens beneficium intra annum fiat presbyter, dummodo attigerit 25. annum. Nec id dicit Nauarrus, quem ipsi allegant *in manuali, c. 5. n. 116.* nam † non loquitur de laico, sed de clerico saltim primę tonsurę 88 intelligitur. Et quod ibi subdunt Manuel Rodr. & Vega, quod quando patronus præsentat absentem ad certum beneficium, sufficit, quod tempore, quo accedit nuntius cum schedula, habeat ętatem requisitam, vt sentit, inquiunt, Nauarrus, accipiendum est, iuxta supradicta *c. 1. à n. 32.*

Ætas ànatiuitate † connumeranda est, non àdie conceptionis, vt contra glossam *regulæ Cancellariæ 17.* rec- 89 te tradunt Couarruuias *in 4. 2. p. c. 8. §. 2. n. 3.* & Molina *sup. d. disp. 573.*

Eademque ætas, & † habilitas, quæ requiritur & sufficit ad titulum beneficij, requiritur & sufficit ad 90 coadiutoriam à Papa concessam, Caputaquen. *decis. 127 p. 1.* & post hæc Gonçalez *glossa 5. §. 9. numero 6. & 90.*

CAP. V.

De coniugatis.

SVMMARIA.

Coniugati, qui ordinari prohibentur, sunt incapaces beneficiorum, n. 1. Adeo, vt etiam beneficia ante matrimonium obtenta amittant, nu. 2. Et procedit etiam in administratione Ecclesiastica n. 3.

Nec ex dispositione Episcopi possunt habere beneficium etiam simplex, n. 4. Et concordia Capræ bene improbatur per Hoiedam.

Episcopus enim non dispensat contra ius, nisi in casibus à iure expressis. n. 5.

An, & quando clerici coniugati gaudeant priuilegio fori remissiue. n. 6.

SIne vxore † præterea is esse debet cui de beneficio prouidetur. Coniugati enim qui ordinarij 1 prohibentur, sunt incapaces beneficiorum *c. 2. c. diuersis fallacus, & c. cū decorem, de clericis coniugatis*, & facit tex. *in c. vnico, vers. ic. in cæteris autē eodem tit. in 6.* de quo bene Lamber. *de iure patronatus. 1. p. 2. lib. q. 7. art. 3.* Caprarega *97. à nu. 23.* & Hoieda *de incompatibil. beneficiorum, 1. p. cap. vltimo, nu. 76. & 77.* & Fla-

min. Paris. *de resignatione benefic. lib. 4. q. 2. à num. 27. & 99.* & Thom. Sanchez *de matrim. lib. 7. disp. 42. nu. 14.* Gonçalez *ad regulam mensium 9. l. 2. nu. 68.* Lessius
2 *de iust. & iur. lib. 2. c. 34. dub. 21.* Adeo, vt † etiam beneficia ante matrimonium obtenta amittant, vt dicetur infra
3 11. *par. c. 8.* Et † procedit etiam in administratione Ecclesiastica, nempe, quæ personæ Ecclesiasticæ assignatur, cuius etiam sunt incapaces, licet non sit beneficium, Cæsar de Grassis *decisione 114. & 91.*

4 Nec ex dispensatione † Episcopi possunt habere beneficium etiam simplex, vt contra antiquos tenet benè probans Abbas *numer. 7. in c. Ioannes, de clericis coniugatis.* Selua *de benefic. 1. p. q. 7. numer. 18.* Lamber. *supra num. 8.* Probus ad Monachum *in cap. nullus, de temporib. ordinationum, in 6. numer. 14. & 15.* & cum Hostien. Cardin. & Abbate, *in d. cap. Ioannes. Rosiniacus de benefic. cap. 3. à n. 3.* Hoieda *n. 77.* & Flam. Paris. *sup. numer. 29.* & Henriq. *in summa libro 13. c. 14. §. 1. in textu, & gloss. lit. K.* & post hæc Gonçalez *sup. nu. 69.* Et hanc dicit magis communem opinionem moder-
5 norum, Capra *supra numer. 43.* Cuius † concordiam *ibi num. 48. & 49.* bene improbat Hoieda *ibi*: Episcopus enim non dispensat contra ius, nisi in casibus à iure expressis, vt alias dicetur infra, 11. *par. capit. 5. num. 344.* & in proposito Thom. Sanchez *sup. numero 18.*

6 Et an & quando clerici coniugati † gaudeant priuilegio fori, vide textum *in d. c. vnico,* & ibi Dominicum Franchum, & alios, & S. Concilium Tridentinum *sess. 23. de reform. cap. 6. versi. in clericis vero coniugatis, & l. 1. titu. 4. lib. 1. recopil.* & ibi Azeuedum, Couarruuiam *practicarum cap. 31. à numer. 6. & cap. 32.* & Ioan. Gutierrez *de iuramen. confirmato. 1. par. cap. 17. à num. 11.* & Thomas Sanchez, qui late *dict. lib. 7. disputat. 46.*

CAP. VI.

De bigamis.

SVMMARIA.

Beneficiandus non debet esse bigamus. n. 1. *Nam bigami incapaces sunt beneficiorum, cum ad ordines promoueri nequeant.* n. 2.

Episcopus non potest dispensare cum bigamis, non solum ad sacros ordines, sed nec ad minores, aut primam tonsuram, aut beneficium etiam simplex, à numero tertio & *ponitur declaratio S. Congregationis.* nume. 4. & 5.

Episcopus ordinans bigamum etiam in minoribus ordinib⁹, seu prima tonsura, grauiter peccat, nempe, mortaliter, & etiam conferendo ei beneficium, nec valet collatio, n. 6. *& secundum Nau. videtur suspensus ipso iure à collatione ordinis, quem contulit bigamo, & etiam à missando per vnum annum,* num. 7. *Sed contrarium refertur tenere S. Congregationem: & de pœna suspensionis à collatione ordinis nullus est canon. Et pœna suspensionis à missando non videtur lata ipso iure, sed ferenda per sententiam,* à numer. 8. & 2. seqq.

Quamuis ex noua constitutione Sixti V. contra clericos male promotos, suspensus esset à collatione ordinum, & executione Pontificalium, &c. illa est iam redacta ad terminos iuris communis, & Concilij Triden. n. 11.

Dictum Toleti, quod S. Congregatio Concilij ex sententia Sixti V. Episcopum cum vero bigamo, qui duas successiue duxerat dispensantem ad primam tonsuram & beneficium simplex iudicauit ipso iure suspensum ab ordinum collatione, procedit iuxta d. constitutionem Sixti V. n. 12.

Improbatur sententia multorum dicentium, Episcopum posse dispensare cum bigamo in minoribus, saltim vbi maxima causa esset dispensandi, aut quoad vsum susceptorum. n. 13. & 14.

Bigamia est triplex, vera, interpretatiua, & similitudinaria, & quæ sit illa. n 15.

Contrahitur bigamia interpretatiua, quando quis vxorem adulteram cognouit, etiam ignoranter, vt est communis, n. 16. *Quamuis contra eam male teneant alij: quia ista bigamia non est voluntaria, quod parum refert, cum ista irregularitas præcipue sit inducta ob defectum Sacramenti. Et diuersa est ratio in irregularitate ex occisione hominis iusta,* à n. 17. & seq. *Reliqua de bigamia irregularitate, per quos sunt videnda,* n. 19.

NOn sat est beneficiandum sine † vxore tunc esse, 1
sed vlterius opus est, quod non sit bigamus: nam † bigami incapaces sunt beneficiorum, cum ad ordi- 2
nes promoueri nequeant, *c. 1. & 2. 33. distin. c. 1. 2. & 3. de bigamis,* & omni priuilegio clericali nudati sint, merique laici existimentur, *cap. vnico de bigamis in 6.* Facit etiam S. Concilium Tridentinum, *sess. 23. de reform. c. 17. ad fi.* ibi: *Dummodo non sint bigami,* Lamber. *de iure patron. 1. p. 2. lib. q. 7. art. 13.* corras. *de benef. 3. par. c. 4. n. 2.* & Sairus *de censuris, lib. 6. c. 5. n. 9.* Auila *eod. tract. de censuris, 7. p. disp. 8. dub. 1.*

Nec Episcopus † potest dispensare cum bigamis, 3
non solum ad sacros ordines, *c. 2. de bigamis,* vbi glos. & Abbas, Corras. *ibi.* Sed † nec ad minores, aut pri- 4
mam tonsuram, aut beneficium etiam simplex, vt apparet ex *dict. cap. vnico,* & dicto decreto Concilij. Et
† censuit sancta Congregatio eiusdem concilij his 5
verbis: *Episcopus authoritate sua ordinaria cum sibi subdito vero bigamo, qui alias cum duabus virginibus successiue legitimum matrimonium contraxit, & consummauit, & modo defunctæ sunt, dispensare non potest, vt primam tonsuram, & simplicia à se, vel ab aliis accipiat.* Ita censuit Congregatio die 30. Ianuar. 1589. Et Sixtus V. approbauit.

Vnde Episcopus † ordinans bigamum etiam mi- 6
noribus ordinibus, seu prima tonsura, grauiter peccat, nempe mortaliter, & etiam conferendo ei beneficium, nec valet collatio, Nauarrus *cons. 3. & 4. de bigamis,* qui † etiam ait Episcopum ordinantem videri suspensum ipso iure à collatione ordinis, quem 7
contulit bigamo per eundem annum, ex *ea. eos, & c. fi. de temporibus ordinationum, lib. 6. & cap. nullus pœnitentem. 55. distinct.* per quod inquit, potest dici etiam suspensus ipso iure vno anno à missando. Additio † tamen *super d. cons. 3.* ait referri Congrega- 8
tionem censuisse, Episcopum non potuisse dictas collationes facere, sed quod non incurrat ob hoc ipso iure in aliquam certam pœnam. Et † quidem 9
de dicta pœna suspensionis à collatione ordinis, quem contulit bigamo, nullus est canon. Nam dictum *cap. eos, & dict. cap. fin.* non loquuntur de ordinatione bigami, & pœnæ non sunt extendendæ ad alium casum, *reg. ordin. libr. 6. cum alijs.* Nec † *dict. c.* 10
nullum pœnitentem, ponit talem pœnam. Et quoad pœnam suspensionis à missando, potest intelligi, quod non sit lata ipso iure, sed ferenda per sententiam, vt colligitur ex illis verbis, *Ab ea die, qua ei*

potuerit

potuerit hoc approbari, quæ videtur denotare eam pœnam esse imponendam, cum delictum in iudicio
11 probabitur. Et † quamuis ex noua constitutione Sixti Quinti, contra clericos male promotos à collatione ordinum, & executione Pontificalium, eo ipso suspensus, & ab ingressu Ecclesiæ interdictus existeret, illa est iam redacta ad terminos iuris communis, & Concilij Trident. vt dictum est *supra 2. par. c. vlt. n.* 70.

12 Et quod † dicit Toletus *in summa lib. 1. c. 68. 4. concl.* quod d. S. Congregatio Concilij, ex sententia Sixti V. Episcopum cum vero bigamo, qui duas successiuè duxerat dispensationes ad primam tonsuram & beneficium simplex, quod etiam eidem dispensato contulerat, iudicauit ipso iure suspensum ab ordinum collatione, dispensatum autem ab exercitio suspensum, & beneficij nullam fuisse collationem, nec fructus suos fecisse, procedit iuxta dictam constitutionem Sixti Quinti.

13 Vnde etiam † conuincitur sententia diui Thomæ, *in 4. distinct. 27 quæst. 3. artic. 3. & aliorum ibi*, & Turrecrematæ *in cap. lector 34. distinctione, artic. 2.* per textum *ibi*, Gomezij *de Breu. num. 20. & 21. adducto*, Rotæ *decis. primo de bigamis in nouis*, Couarruuias *in Clemen. si furiosus. part. 1. §. 2. numero 4.* Nauarri *in manua. capit. 27. numero 197.* Hoiedæ *de incompatibilitate beneficiorum 1. par. cap. 23. numer. 107.* Salzedi *in praxi crimin.* Bernandi Diaz *cap. 16. litera C.* Vgolini *de irregular. cap. 56. §. 7. num. 2.* Zerolæ *in praxi Episcopali, 1 part. verb. irregularitas. §. 17. & 2. par. verb. bigami. §. 2. 3. & 4.* Sylueſtri *in summa, verbo bigamus, quæst. 7. numer. 7.* Soti *in 4. distinct. 27. quæst. 3. artic. 3.* P. Ledesma *de matrimonio, quæstion. 66. art. 5.* Enriquez *in summa, libro 12. capit. 6 §. 11. & libro 14. capitulo 20. §. 2.* Candelabri Aurei, *de irregularitate, prima specie, numero 34.* Manue. Rodriguez *in summa; tomo primo capitulo 157. numero 6. & quæst. regularium tomo primo quæstio. 24. artic. 2.* Veguæ *in summa, prima par. capit. 38. casu 1. & in espeio de Curas, capit. 12. numero 321.* & *capitulo 14. numero 38.* & Sairi *de censuris, lib. 6. cap. 6. numero 11.* qui dicunt, Episcopum posse dispensare cum bigamo in minoribus, saltim vbi maxima causa esset dispensandi aut quoad vsum susceptorum. Quam sententiam propter tantorum virorum authoritatem dicit probabilem esse, & in praxi seruari posse, vbi fuerit vsu recepta, Suarez infra citandus, *n.* 5. & vti probabiliorem sequitur Thom. Sanch. *d. lib. 7. disp. 6. num. 11.* tenens, posse dispensare quoad ordines minores, etiam suscipiendos, idem tenet Auila *d. disput. 7. dub. 4.* & Açor *instit. moral. 2. par. libro 5. cap. 20. quæst. 2. libro 6. cap. 4. quæst. 8 & 11.* qui ait, posse Episcopum dispensare cum bigamo, vt accipiat Ordines minores, & beneficia simplicia: subdit tamen *dict. quæstio. 11. in fin.* neutrum esse vsu receptum.

14 Sed mihi non probatur † ista sententia, præsertim stante Concilio *vbi supra*, ex quo, & ex *d. cap. vnico*, contra quæ non potest Episcopus, tanquam inferior, dispensare, clarè colligitur absolutè Episcopum non posse dispensare in bigamia vera, vel interpretatiua, etiam quoad minores, aut vsum susceptorum, & tenent Domin. *num. 5.* Franchus, *n. 4.* & alij *in dict. cap. vnico.* Albertus Trocius, *de vero & perfecto clerico, lib. 2. cap. 11. nu. 6.* Villadiego *de irregularitate, cap. 6. circa fin. vers. circa bigamum.* Lamber. *1. par. 2. libro quæst. 7. art. 13. num. 4.* Greg. Lop. *in l. 5. tit. 5 part. 1. verb. dos mugeres. in fin.* Maiolus *de irregular. lib. 1. cap. 33. num. 14.* rectè Ludo. Lopez. *instruct. conscientia, 2. to. 2. par. cap. 22.* Tolet. *dict. capit. 68.* & Suarez *5. tomo de censuris, disputat. 49. sect. 6. numero 4. & 5.* Zeuall. *quæstion. 559.*

Est autem bigamia triplex, † vera, interpretatiua, 15
& similitudinaria, iuxta gl. receptam *in c. 2. de bigamis*, quam sequuntur ibi Doct. Vera est, quæ contrahitur ex duobus matrimoniis validis, & consummatis. Interpretatiua est, quæ contrahitur ex consummato contracto cum vna sola, ab alio corrupta, aut cum virgine, post adulterium ab ea commissum cognita, aut duobus matrimoniis consummatis, inualidis, aut vno valido, & altero inualido. Similitudinaria est, quę contrahitur ex matrimonio contracto, & consummato, etiam cum virgine per astrictos ordine sacro, aut voto solemni. *capit. quotquot 27. quæst. 1. & cap. fin. de bigamis*, vt latiùs deducitur per infra citandos.

Contrahiturque bigamia † interpretatiua, quando 16
quis vxorem adulteram cognouit etiam ignoranter, *cap. si cuius, cap. si laici. 34. distinct.* quia hic non agitur de irregularitate ob culpam, seu delictum, inducta, sed ob defectum Sacramenti; *cap. acutus 26. dist. cap. super, cap. debitum, & cap. fin. de bigamis*, & ita tenet communis sententia, quam sequuntur Albertus Trocius, *d. lib. 2. cap. 11. num. 2.* Villadiego *de irregul. cap. 13. vers. dixi etiam quod bigamus*, addit. Capellæ Tolos. *decisio. 235.* Nauarr. *in manua. cap. 16. num. 27. & cap. 27. num. 195* Couar. *d. §. 2. num. 3.* Maiolus *dict. cap. 33. num. 6.* Salzed. *d. cap. 16. litera F.* Ioan Gutier. *canonic. quæst. lib. 1. cap. 25. num. 15 & 16.* Vgolin. *d. c. 56. §. 2. num. 7.* Candelabrum Aureum *supra num. 5.* Lud. Lopez *2 tomo, 2. part. c. 22.* Vega *1. par. summ. cap. 38. cas. 2. & in espeio de Curas, cap. 12. num. 299. & cap. 14. num. 37.* Carbo. *de legibus, lib. 8. disput. 13. c. vltimo.* Tolet. *lib. 1. c. 66.* & Suar. *d. disput. 49 sect. 3. nume. 15.* Soto & alij statim citandi, & Thom. Sanch. *d. lib. 7. disput. 84. num. 15.* & Zumel. *1. 2. q. 76. art. 4. disputat. 3. & 4.*

Quamuis † contrà hanc communem, & receptam 17
sententiam male teneant Corras. *d. cap. 4. num. 4.* & P. Ledesma. *q. 66. art. 3. ad finem, & in summa de matrimo. capit. 32. 6. concl. ad fin.* vbi docet, quod qui ex ignorantia inuincibili duxit viduam, aut ab alio corruptam, vel accessit ad propriam vxorem post eiusdem adulterium, non incidit in bigamiæ irregularitatem, quia ista bigamia non est vllo modo voluntaria.

Quod † parum refert, cum ista irregularitas præ- 18
cipuè sit inducta ob defectum Sacramenti, vt dictum est, & diuersa est ratio in irregularitate ex occisione hominis iusta, nam ista est inducta ob defectum perfectæ lenitatis in ipso occifore, & ideo debet esse voluntaria, &c. Et quod dicit Cuchus *in institutionib. maiorib. lib. 4. tit. 2. num. 164.* quod qui vxoris culpam ignorasset, acceptis ordinibus, vti non recentes adipisci permitteretur, accipiendum est ex dispensatione.

Reliqua de bigamiæ † irregularitate videnda sunt 19
per Albertum Trocium *dict. lib. 2. cap. 11.* Villadiego *d. cap. 13* Borgasium *de irreg. 5. p. tit. de bigamis.* Couar. *in d. clem. si furiosus. 1. par. §. 2.* Nauar. *d. cap. 27. a numero 195 & in consiliis, titul. de bigamis*, Io. Montaginem *tract. de bigamis*, Bern. Diaz. & Salzed. *in praxi, dict. cap. 16.* Cuch. *supra a numero 153.* Maiol. *dict. libro 1. cap 33.* Felicia. *de irreg. cap. 6.* Greg. Lop. *l. 33. tit. 5. par. 1.* Flam. Paris. *de resigna. benef. libro 4. q. 4 a numero 17. & libro 5. q. 3. à numero 168.* Vgol. *dict. cap. 56. de irregul.* Sylueſt. & alios summi stas, verbo *bigamus*.

Sot. *in 4. dist. 27. q. 3. art. 1. & seqq.* P. Ledesm. *de matrimo. q. 66. per totam, & in summa de matrim. d. cap. 32.* Enriq. *lib. 12. c. 6. à §. 9. & lib. 14. c. 4.* Candel. Aureum *de irregul. de prima specie, scilicet* bigamia. Man. Rodr. *d. 1. to. 1. par. c. 57.* Lud. Lop. *d. 2. tom. 2. par. c. 22.* Vegam *in summa. 1. p. cap. 38. & in espeio de Curas, c. 12. à numero 299. & c. 14. à numero 37.* Valen. *4. tom. disp. 7. q. 19. pun. 3.* Tolet. *libro 1. capit. 65. 66. 67. & 68.* in edit. nouis. Sayrum. *libro 6. de censur. cap. 3. vsque ad 6.* & Suarez *dis. 5. tom. disp. 49.* & Tho. Sanch. *de matrim. libro 7. disp. 83. 84. 85. & 86.* D. Carrillo *in itinerario ordinandorum sectione 4. capitulo 4. à numero 10.*

CAP. VII.

De scientia seu literatura.

SVMMARIA.

Scientia, seu literatura in beneficiando exigitur, n. 1. *& illiterati ab ordinibus etiam repelluntur;* n. 2. *de qua scientia, & literatura ad beneficia, & ordines requisita, qui sunt videndi,* n. 3.

Licet ad primam tonsuram solum requiratur, quod quis sciat legere, & scribere, tamen ad beneficium, etiam simplex, maior sufficientia requiritur, nempe quod sciat legere construere, & cantare, nu. 4. *imò videtur sufficere, quod sciat legere, & construere, vt est praxi receptum, & quod dicitur de cantu, procedit in beneficio seruitorio, modo requirat seruitium personale, quamuis nec in his soleat multum curari de cantu, nec in eo fieri examen, quia vsu & exercitio addisci solet,* n. 5. & 6.

Nec requiritur, quod illud exacte sciat, sed parum scies, & parum construens, est habilis ad beneficium simplex, &c. à n. 7. & 2. seqq.

Ordinatus ordine sacro, censetur idoneus ad beneficium simplex, n. 10.

In beneficiis, quæ aliquem ordinem habent annexum, ea scientia requiritur, quæ necessaria est in ordine annexo, n. 11.

An collatio beneficij facta imperito, seu illiterato, sit nulla ipso iure, à n. 12. & 6. seqq. *resoluitur esse nullam, intelligendo non de his, qui non habent scientiam cõpetentem requisitã, vt licite conferatur beneficiũ, sed de penitus illiteratis, & imperitis, ita quod nesciãt legere, &* n. 20. *adducuntur, & examinantur declarationes Gonçalez circa hoc.*

Obiectioni, quod illiteratus, seu imperitus sit irregularis, atque adeo collatio illi facta sit nulla, respondetur hanc non esse propriè, & strictè irregularitatem, maximè si non sit penitus, & omnino illiteratus, sicut etiam defectus morum non est irregularitas, numero 19.

Beneficiatus, qui non habet scientiam competentem beneficio, quamuis collatio valuerit, tenetur addiscere, quam primum commodè possit, alias tenetur illud dimittere, nu. 21. *& etiam fructus restituere, secundum Aragon.* n. 22. *quod tamen non videtur verum,* numero 23.

Collatores conferentes beneficia habentibus defectum scientiæ competentis, seu alias indignis, non solum peccant mortaliter, sicut etiam indignus acceptans, sed etiam tenentur Ecclesiæ de damno, & interesse, n. 24. & 25. *tenentur Ecclesiæ restituere fructus, & reditus, quos indignus quotãis percipit ex beneficio indigne* n. 26. *licet non est indistincte verum, quod aliqui dicunt, quod collatio facta indigno est nulla in vtroque foro,* n. 27.

Cum collatio non sit nulla, & ipse indignus non teneatur fructus restituere, sed illos faciat suos ratione tituli, videtur etiam conferentem non teneri illos restituere, sed solum ad damna inde sequuta, n. 28. *& prædicta sententia procedere posset, quando collatio esset nulla, & quando non esset titulus beneficij, sed merum salarium, &c. in quibus etiam ipse indignus teneretur restituere fructus, siue emolumenta officij, &c.* nu. 29. & 30.

Licet de iure communi antiquo in nullo beneficio, requiratur aliquis gradus Doctoratus, vel licentiæ, &c. tamen hodie, ex Concilio Tridentino in aliquibus requiritur gradus, n. 31.

In primis ad Episcopatum assumendus debet esse Magister, siue Doctor, aut Licentiatus in Theologia, vel iure Canonico, aut publicum alicuius Academiæ testimonium habere, &c. n. 32.

Principalis dignitas in Collegiata exempta, cui ordinaria iurisdictio, cum omnibus iuribus quasi Episcopalibus, competit, necessario conferri non debet Licentiato, vel Doctori, ex sacra Congregatione numero 33.

Scholastria, de cuius origine, & officio remissiue, conferenda est Doctori, vel Magistro, aut Licentiato in Theologia, aut in iure Canonico, & alias prouisio est nulla, numero 34. *sufficit autem quod sit Graduatus in qualibet Vniuersitate approbata, licet non sit ex illis, quæ essent in illa Regione, in qua esset scholastria, ex sacra Congregatione,* numero 35.

Archidiaconi, qui oculi dicuntur Episcopi debent esse in omnibus Ecclesiis, vbi fieri poterit, Magistri, seu Doctores, aut Licentiati in Theologia, vel iure Canonico, ex decreto Conci. n. 36. *nec sufficeret gradus iuris Ciuilis, Medicinæ, vel Artium.* n. 37. *& intelligitur de Archidiaconis, de quibus loquitur titulus* de officio Archidiaconi, *qui sunt caput Capituli, & habent iurisdictionem, & ea munera exercent, quæ de iure communi Archidiaconi exercent, &c.* à n. 38. *& adducuntur declarationes S. Congregationis,* n. 39. & 2. seqq.

Si iurisdictio, quæ Archidiacono à iure data est, esset in Archipresbytero, ex Ecclesiæ consuetudine ille Doctor esse deberet, &c. secundum Menochium numero 42.

Ad Decanatum non requiritur gradus, quia id nullo Concilij decreto statutum est, ex S. Congregatione, nu. 43.

Hortatur Concilium, vt in Prouinciis, vbi id commodè fieri potest, dignitates omnes, & saltim dimidia pars Canonicatuum, in Cathedralibus, & Collegiatis insignibus conferantur tantum Magistris, vel Doctoribus, aut Licentiatis in Theologia, vel iure Canonico, num. 44. *& cum Concilium hortetur, non autem præcipiat, id non est inducendum ex necessitate, nec per Concilium Prouinciale statui potest, secundum sacram Congregationem, cuius declarationes ponuntur,* num. 45. *& sic decreta Concilij Prouincialis Toletani, & Compostellani, quibus id statuitur non habent vim.* num. 46. *nec istud decretum Concilij Compostellani est confirmatum in confirmatione Pij V.* num. 47. *nec dicta decreta videntur vsu recepta,* numero 48.

Canonicus pœnitentiarius Ecclesiæ Cathedralis debet esse Magister, vel Doctor, aut Licentiatus in Theologia, vel iure Canonico, seu alias, qui aptior pro loci qualitate

qualitate reperiatur. numero quadrageſimonono.

Ad beneficia, ſeu dignitates requirentia gradum, ſufficit gradus etiam ſine ſcientia competens, numero 50. *non tamen gradus, contra Academiæ ſtatuta, vel conſuetudines, vel aliàs nulliter receptus*, numero 51.

1 SCientia deinde, ſeu literatura † in beneficiando exigitur. *cap. cum in cunctis. de electione. c. graue nimis. de præben. Clem. 1. de ætate & qualitate.* & Concil. Triden. *ſeſſ. 24. de reform. c. 18.* quia circa ſpiritualium adminiſtrationem eſt potiſſimum neceſſaria, *niſi cũ pridem. §. pro defectu. de renuntiat.* Et † illiterati ab
2 ab ordinibus etiam repelluntur, *cap. præcipimus, 4. diſtin. c. illiteratos, 36, diſtinct. c. pœnitentes. 55. diſtinct. & c. fi. de temporib. ordinat. in 6.*

3 De qua ſcientia ſeu literatura ad beneficia †, & ordines requiſita, videnda ſunt Conc. Tridentin. *ſeſſ. 23. de reformat. cap. 4. 11. 13. & 14.* Concilium Prouinciale Mediolanenſ. quartum, ſub Cardinali Carolo Borromeo. Imola Cardin. & Bonifac. *in d. Clemen. 1.* Albertus Trocius *de vero & perfecto clerico. lib. 2. ca. 33. cum ſeqq.* Selua 3. *par. de benef. quæſt. 5. ex nu. 1.* Rebuff. *in praxi tit. requiſita ad collationem bonam, à num. 42. & de pacificis poſſeſſoribus. n. 261.* aliàs 213. Lamber. *de iure patron. 1. part. 2. lib. quæſt. 9. art. 24.* Corraſ. *de benefic. 3. par. c. 5.* Ioan. Nicol. Gimonteus *tit. 11. cap. 7. à num. 10.* Duaren. *lib. 4. c. 2.* P. Gregor. *cap. 37. à num. 3.* Quintanaduennas *lib. 1. Eccleſiaſticon. cap. 65. à nu. 12. vſque ad finem capitis.* Bernard. Diaz. *in pract. crimina. capit. 21.* & ibi Salzed. Nauar. *in c. ſi quando. de reſcrip. except. 12. cum ſeq. vſque ad 18. & in manua. cap. 27. nu. 205.* Hoieda late *de incompat. benefic. 1. par. cap. fin. à n. 28.* Menoch. *de arbitrar. lib. 2. casu 425.* Villadiego *de irregul. cap. 15.* Maiol. *lib. 1. cap. 12.* Vgoli. *eod. tract. cap. 3. §. 2.* Flam. Pariſ. *de reſignat. beneficiorum, lib. 4. q. 4. à n. 2. & lib. 5. quæſt. 3. à num. 67.* Zerola *in praxi Epiſcopali. 1. par. verb. ordo.* Sylueſt. *in ſumm. verb. clericus. 2. §. 1.* Soto *in 4. diſt. 25. q. 1. art. 4.* Enriquez *in ſumma li. 10. c. 16. §. 2.* Manu. Rodrig. 1. *tom. ſummæ, c. 162. & 1. to. quæſt. regul. quæſt. 24. art. 7.* Candelabrum aureum 2. *par. tit. de ſuſpenſione, à num. 85.* Lud. Lop. *inſtruct. conſcientiæ. 2. tom. 2 p. c. 24.* P. Ledeſma *in ſumma de Sacramento ordinis. cap. 7.* & Sayrus *de cenſuris lib. 6. cap. 13. à n. 4.* & Gonçal. *ad reg. menſium, gl. 4. à n. 60.* Leſſius *de iuſt. & iur. lib. 2. c. 34. dub. 24.* & Açor. *inſtitut. moralium 2. par. lib. 6. c. 6.*

4 Et notandum eſt, primò, † quod licet ad primam tonſuram ſolum requiratur, quod quis ſciat legere, & ſcribere, Concilium Triden. *d. ſeſſ. 23. cap. 4.* tamen ad beneficium, etiam ſimplex, maior ſufficientia requiritur, nempe quod ſciant legere, conſtruere, & cantare, gloſſ. *in Clement. 1. de conceſſ. præbend. verb. reputamus*, quam ibi ſequuntur Imola, Car. & Abbas *n. 1.* Franchus *in c. ſi pauper. de præben. in 6. ſub num. 2.* Gom. *de expect. num. 79.* Sindon. *de offic. Eccleſiaſtico. 6. p. cap. 16.* Enriq. *lib. 9. cap. 31. ſub §. 8.* Nauarrus *de oratione, miſcella. 43. n. 3. & in d. cap. ſi quando, except. 13. numer. 13.*

Vbi tamen videtur velle ſufficere, quod ſciat le-
5 gere, & conſtruere, quod videtur verum, & praxi receptum, nõ ſolet fieri examen in cantu. & id quod dicit d. gloſſa, & Doct. de cantu procedet in beneficio
[illegible] Hoieda ſ. *n. 38.*

6 Vult † requirat ſeruitium perſonale, & non poſ-
[illegible] ſeruiri: quamuis nec in his, vt in dignitatibus, Canonicatibus, portionibus & curatis ſoleat multum curari de cantu, nec in eo fieri examen, quia vſu, & exercitio addiſci ſolet, quod ſufficit ad exercendum officium, facit Domin. *in d. c. ſi pauper*, & quod tradit Gom. *ſupra.*

Nec † requiritur, quod illud exactè ſciat, Cre- 7
ſcen. *deciſ. 12. de conceſſione præbendæ.* Rota in vna Calagurritana portionis de Amarita 27. Ianuarij 1576. coram D. Cantucio, quæ eſt ſecunda pars diuerſorum *deciſ. 16. num. 5* vbi dicitur, quod parum ſciens, etiam ſine ſpe plus proficiendi, dicitur habilis ad beneficia non requirentia ſcientiam, vel magnam curam, vt per Imolam *n. 7.* & Bonifacium 49. *in d. Clem. 1. de ætate, & qualitate*, & ſic quod parum conſtruens eſt habilis ad beneficium ſimplex, &c.

Et † accedit, quod docet Hoieda *ſupra n. 39.* nem- 8
pè quod ad beneficium ſimplex, quod ſeruitium aliquod non requirit, nec ordinem aliquem habet annexum, ſufficit prima tonſura, & ſufficientia quæ ad eam requiratur, nempe quod ſciat fidei rudimenta, ac legere, & ſcribere, & quod aliquantulum linguam Latinam intelligat, vt poſſit eſſe aptus ad officium recitandum. Quod † etiam docet Flam. Pariſ. *d. li. 4.* 9
quæſt. vlt. n. 30. dicens, quod obtinentes ſimplicia beneficia, ſufficit vt ſciant, & poſſint recitare horas Canonicas, ad quas tenentur: & poſt hæc Gonçal. *d. gloſ. 4. n. 73* ait, q̃ ſufficit vt ſciant, & poſſint recitare horas canonicas, ad quas tenentur, necnon conſtruere, & intelligere, & Açor *d. c. 6. q. 2. & 3.* quod ſcire debent Latine legere, & intelligere, vt preces horarias recitare poſſint.

Et ordinatus ordine † ſacro cenſetur idoneus ad 10
beneficium ſimplex. Rota *d. deciſ. 16. part. 2. diuerſorũ, n. 1.* & in Burgen. beneficij de anno 1595. ſupra relata *ca. 1. num. 168.* & in Abulen. beneficij 26. Iunij. 1596. ſupra adducta, 6. *par. cap. 2. 4. dub. n. 47.* Facia. *de probat. lib. 2. c. 34. n. 125.* & poſt hæc Gonçalez *d. gl. 4. nu. 84.* qui alios citat.

In beneficiis autẽ, † quæ aliquem ordinem habent 11
annexum, ea ſcientia requiritur, quæ neceſſaria eſt in ordine annexo Hoieda *d. n. 38.* & Azor. *d. q. 2.* & faciũt declarationes S. Congregationis, ſupra adductę *d. 6. par. c. 2. num. 244.*

Difficultas eſt, an collatio † beneficij facta impe- 12
rito, ſeu illiterato ſit nulla ipſo iure. Et † eſſe nullam 13
tenet Innoc. & Abb. *& cap. cum in noſtris, de conceſſ. præbendæ*, Felinus *in capit. per tuas, de ſimonia*, Rebuffus *de pacificis poſſeſſ. à numero 261.* alias 213. Probus ad Monachum, *in ca. nullus, de temporib. ordinat. in 6. à num. 25.* Corraſ. *d. cap. 5. num. 3.* Bernar. Diaz *d. cap. 21. num. 6.* & ibi Salzedo, dicens communem *litera H.* Hoieda *ſupra nu. 29.* Flam. Pariſ. *d. quæſt. 4. num. 3.* Quintanad. *d. lib. 1. cap. 6. num. 12. & lib. 4. num. 130.* Vgoli. *d. cap. 3. §. 3. n. 1. & 2.* Man. Rod. *in ſum. 1. to. cap. 29. num. 3.* & Vega 1. *p. cap. 36. caſu 17.* & Leſſius *d. lib. 2. cap. 34. num. 129.* & Açor *d. lib. 6. c. 6. q. 3. 4. & 5. & c. 26. q. 11.*

Sed id non debet † intelligi de his, qui non ha- 14
bent ſcientiam competentem, aptam, condignam, & idoneam beneficio, quæ requiritur, vt licitè, rectè, & ſine peccato conferatur beneficium, iuxta dicta, & citatos quamuis etiam in his id velle videantur Reb. Bernard. Salzed. Hoieda Flam. Man. Rodri. & Vega *ibi.* Sed † de penitus illiteratis, & imperitis, ita quod 15
neſciant legere, licet enim defectus ſcientiæ competentis reddat collationem iniuſtam, non tamen nullam, ſi non reddit prorſus illiteratum: facit *cap. fin. de ætate & qualitate*, & Conc. Trid. *ſeſſ. 7. de refor. cap. 3.*

ibi: *Irritetur*, ita Nauar. *de oratione miscell.* 40. *num.* 8. & idem dixerat *miscell.* 33. *nu.* 7. vbi ait Alexand. III. *in d. cap. cum in cunctis*, etiam requirere tantam literarum scientiam ad omnia beneficia, quanta est ad illa bene gerenda necessaria; ad hoc, vt illorum collatio sit bene facta, licet nō quoad hoc, vt sit valida, & *in d. cap. si quando, excepto.* 13. *numer.* 8. ait, collationem beneficiorum, factam eis, qui nil penitus Latine callent, modo sciant legere, esse validam, saltim de consuetudine, & praxi antiqua, & noua.

16 Licet † videatur sibi contradicere *in excep.* 16. ad primum, ex *num.* 1. sed vt patet *num.* 11. loquitur ibi de
17 omnino illiteratis. Et hoc † videtur tenere Franch. *in dict. cap. fin. de temporibus ordina. in* 6. *numero.* 2. qui ait, quod collatio beneficij facta penitus illiterato non tenet.

18 Pro qua sententia facit, nam etiam in † promouendis requiritur grauitas morum in d. cap. cum in cunctis: & tamen collatio facta criminoso, si crimen non inducit irregularitatem, valet, vt dicetur *cap. sequenti, & n.* 47. & ita tenendum est omissa distin. Vgolin.

19 Nec obstat, quod illiteratus, † seu imperitus sit irregularis. *d. c. illiteratos.* 36. *distin.* Nauarr. *c.* 27. *num.* 205. Vgoli. *d. c.* 3. & Suar. 5. *tom. disp.* 51. *sect.* 1. *à n.* 8. Aquila *de censur.* 7. *p. disp.* 4. *dub.* 1. Gonç. *d. gl.* 4. *n.* 41. atque adeo collatio illi facta sit nulla, iuxta tradita inf. *cap.* 11. quia quicquid illi dicant, hanc non existimo esse proprie, & strictè irregularitatem, maximè si non sit penitus, & omnino illiteratus, sicut etiam defectus morum non est irregularitas. Et ita tenet Enri. *li.* 10. *cap.* 16. *§.* 2 *& in glos. ibi litera Q. & li.* 14. *cap.* 8. *§.* 11. *glos. litera B.*

Et posthæc † vidi Hier. Gonçal. *gl.* 4. vbi *à nu.* 47.
20 docet, quod collatio beneficij facta illiterato, est ipso iure nulla. Quod tamen *numero quadragesimo octauo* declarat. primò, vt solum procedat in eo, qui nunquam literas didicit, ita vt prorsus illas ignoret, quia ille dicitur prorsus illiteratus, qui non habet aliqua principia, in quo nobiscum conueniat. Secundo declarat *nu.* 49 cum Salzedo *vbi supra*, quod licet collatio facta prorsus illiterato, sit à principio nulla, si tamen postea addiscat literas, & is qui contulit non pœniteat, pristina collatio tacita quadā collatione superueniente reuiuiscit, quod tamen mihi non placet ex dictis alias infra de excommunicato, *cap.* 13. *huius partis, nu.* 88. tunc etiam, quia ex non pœnitentia, seu ex taciturnitate sola non potest induci collatio. Selu. *de bene.* 3. *p. quæst.* 10. 3. *casu, num.* 15. Sylu. *ver. beneficium* 3. *q.* 19. *cum aliis.* Tertio declarat *n.* 50. cum Rota, *dec.* 13. *nu.* 5. *de probat. in antiquis.* Staphileo 9. *forma expectatiuarum, n.* 23. & Rota *dec.* 16. *num.* 4. 2. *p. diuerso.* quod procedat in beneficiis curatiuis, seu Canonicatibus, vbi acquiritur industria & concilium: secus autem in beneficio simplici, quod etiam mihi non placet, nam etiam ad beneficium simplex, videtur inhabilis omnino illiteratus, iuxta supradicta.

21 Beneficiatus autem, qui † non habet scientiam competentem beneficio, quamuis collatio valuerit, tenetur addiscere, quam primum commode possit, & alias tenetur illud dimittere, Nauar. *in d. c. si quando, excep.* 18. *numero* 4. & 8. *conf.* 8. *numero.* 4. *de præben.* Quintanaduenn. *d. c.* 6. *nu.* 18. & Açor. 1. *par. li.* 10. *c.* 13. *q.* 18.

22 Et † etiam fructus restituere, tanquam indignus, Arag. 2. *secundo quæst.* 62. *art.* 2. *vers. tertio etiam est certum.*

Quod † tamen de restitutione fructuum non vi- 23
detur verum, nam ratione tituli eos facit suos, ad tradita supra. 3. *p. c.* 1. *illar.* 1. *à n.* 7.

Et collatores † conferentes beneficia habentibus 24
defectum scientiæ competentis, seu alias indignis, non solum peccant mortaliter, sicut etiam indignus acceptans beneficium peccat. Lamb. 1. *p.* 2. *lib. quæ.* 10. *art.* 2. *nu.* 10. & Cosmas Philiarch. *de offic. Sacerdo* 2. *p.* 25
lib. 4. *c.* 22. *vers. ratione Beneficiorum.* Sed † etiam tenentur Ecclesiæ de damno & interesse. Ancha. *in d. Clem.* 1. *de ætate & qualit. vltim. notab.* Felin. *in dict. c. si quando, de rescrip. num.* 7. & ibi Nauar. *excep.* 16. *n.* 3. *& de reddit. Eccles. q.* 2. *monito.* 23. Pālac. Rub. *in repet. c. per vestras, notab.* 3. *§.* 26. *n.* 11. Couar. *in reg. peccatum,* 2. *p. §.* 7. *nu.* 2. Ioan. Gutier. *canonic. quæ. lib.* 2. *c.* 11. *nu.* 44. Soto *de iust. & iure, lib.* 4. *q.* 6. *art.* 3. *ad* 6. 1. *conc.* Mercado *in sum. lib.* 6. *c.* 17. *vers. si pero si eligieron,* Cosmas Philiarc. *d.* 2. *pa. lib.* 6. *c.* 23. 1. & 3. *dicto.* P. Nauarra, *de restit. lib.* 2. *c.* 2. *nu.* 172. 173. & 189. Aragon. *supra,* Salon. 2. 2. *q.* 63. *art.* 2. Valentia 3. *tomo disput.* 5. *q.* 7. *pun.* 2 6. *quæst.* Man. Rodrig. *in sum.* 1. *tomo, cap.* 29. *n.* 2. *& cap.* 108. *num.* 3. Vega, 1. *p. cap.* 36. *casu* 3. & 8. & 2. *cap.* 17. *cas.* 1 *in prin.* & P. Ledesm. *in sum.* 2. *par. tracta.* 7. *c.* 1. *circa* 15. *conc.* & Rebell. 1. *p. li.* 3. *q.* 4. *num.* 14. Lessius *d. lib.* 2. *c.* 34. *nu.* 74. Açor *d. lib.* 6. 2. *p. c.* 15. *q.* 15. & post hæc Gonçal. *d. gl.* 4. *a num.* 51. *& tracta.* 8. *c.* 4. 1. *conc.* 2. *difficult.* Et † tenentur Ecclesiæ restituere fruc- 26
tus, & reditus, quos iste indignus quotannis percipit ex beneficio indigne, Mercado *supra,* quem sequitur Ioa. Gutier. *vbi supra,* & idem dicunt P. Nauarra, Aragon. Valentia, & Man. *supra.* Non † est indistinctè 27
verum, quod ipse Nauarra ibi ait *d. nu.* 189. & sequitur Ioan. Gutier. *num.* 45. & Man. Rodr. *vbi supra, & quæst. regular.* 2. *tom. q.* 52. *art.* 5. Vega *d. cap.* 17. *casu* 1. *in prin.* & Iacob. Sbrotius, *de Vicario Episcopi, lib.* 2. *q.* 100. *num.* 2. quod collatio facta indigno est nulla in vtroque foro, & contra est quod ait Lessius *d. capit.* 34. *n.* 57. quod etsi omnis conditio, quæ reddit hominem indignum beneficio sufficiat ad irritandam collationem, vel electionem indigni, non tamen omnis reddit ipso facto collationem irritam, de quo supra à *n.* 14 *& c. seq. à n.* 38.

Et cum collatio † non sit nulla, & ipse indignus 28
non teneatur fructus restituere, sed illos faciat suos ratione tituli, vt dictum est, videtur etiam conferentem non teneri illos restituere, sed solum ad damna inde sequuta. Et † istorum sententia procedere pos- 29
set, quando collatio esset nulla, & quando non esset titulus beneficij, sed merum salarium, vt in Cathedris, & aliis officiis: † in quibus etiam ipse indignus te- 30
neretur restituere fructus, seu reditus siue emolumēta officij, cum non habeat alium titulum, ratione cuius illos percipiat, nisi ipsum officiū, ad quod vt supponitur, est indignus, & insufficiens: & sic illud non adimplet, vt debet, &c. & ita procedet, quod ait Rebellus *supra,* quod Ecclesiæ, siue reipublicæ restituendum est principaliter ab ipso ministro indigno, & in defectum eius à collatoribus stipendium, quod ipse recepit dempta ea parte, quam arbitratu prudentis meretur.

Secundo notandum est, quod licet † de iure com- 31
muni antiquo in nullo beneficio requiratur aliquis gradus Doctoratus, vel licentiæ, nec Ecclesiam Baccalaureatus, tamen hodie ex sacro Concil. Trident. in aliquibus requiritur gradus Doctoratus, vel licentiæ.

In primis † ad Episcopatum assumendus debet esse 32
Magister, siue Doctor, seu Licentiatus in Theologia

vel

vel iure Canonico, aut publicum alicuius Academiæ testimonium habere, quod idoneus ad alios docendos ostendatur, & si regularis fuerit, à superioribus suæ Religionis, similem fidem habeat, vt in S. Con. Triden. *sess.* 22. *de refor. cap.* 2. quod etiam habetur, ac declaratur *in d. constit.* Grego. XIV. *de forma faciendi processus super promouendis ad Ecclesias Cathedrales* quam supra posui, *cap.* 4. *n.* 77. & in Concilij, Prouinciali Compostellano, *actio.* 2. *decreto* 2.

33 Circa † quod decretū Conc. Trid. cū quæreretur, an principalis dignitas in Collegiata Ecclesia exempta, cui ordinaria iurisdictio, cum omnibus iuribus quasi Episcopalibus competit, necessario conferri debeat Licentiato, vel Doctori, vt principalis dignitas in Cathedrali, Congregatio 12. Decemb. 1585. censuit negatiuè, quia hoc nullibi cauetur esse necessarium, & Concil. quando loquitur de dignitatibus, *capit.* 12. *sessio.* 24. hortatur, vt conferantur Doctoribus non præcipit.

34 Secundo Scholastria † (de qua dignitate, & origine, & officio vide Duarenum *de beneficiis, lib* 10. *cap.* 15. P. Gregor. *lib.* 5. *Syntag. capit.* 19. Sandoual *de officio canonico.* 5. *partit. c.* 3. & *l.* 7. *tit.* 6 *par.* 1.) conferenda est Doctori, vel Magistro, aut Licentiato in Theologia, aut in iure Canonico, & alias prouisio est nulla, ex decreto S. Conc. Trident. *sess.* 23. *de refor. cap.* 18 *versi. de catero*, vbi sic ait: *De catero vero officia, vel dignitates illæ, quæ Scholasteriæ dicuntur, non nisi Doctoribus, vel Magistris, aut Licentiatis in sacra Pagina, aut in iure Canonico, & aliis personis, doneis, & qui per se ipsos id munus explere possint, conferantur, & aliter facta prouisio nulla sit, & inualida, non obstantibus quibusuis priuilegiis, consuetudinibus immemorialibus.*

35 Circa † quod sacra Congregatio declarauit, conferendam esse scolastriam Doctoribus, vel Magistris aut Licentiatis in sacra pagina, aut in iure Canonico in qualibet vniuersitate approbata, nec obstare quod non esset ex illis quæ essent in illa regione, in qua esset Scholastria, vt habetur in declarationibus ad dictum *capitulum* 8.

36 Tertio Archidiaconi, † qui oculi dicuntur Episcopi, *c. ad hæc, de officio Archidiacon.*, debent esse in omnib. Ecclesiis, vbi fieri poterit, Magistri, seu Doctores, aut Licentiati in Theologia, vel iure Canonico, ex decreto Concilij Trid. *sess.* 24. *de refor. c.* 12. *vers. Archidiaconi etiam.*

37 Circa quod † decretum Nauarrus *in manua. cap.* 25. *num.* 135. notat, non sufficere, quoad hoc Doctoratum, vel licentiam iuris Ciuilis, medicinæ, vel artium, quod Curia seruat, & patet ex dicto decreto, i-
38 bi *in Theologia, & in iure Canonico.* Et † quod per Archidiaconum intelligitur solum is, de quo loquitur titulus de officio Archidiaconi, qualem in Hispania neminem ait scire, quia prædicta rubrica solum videtur loqui de illo, qui est caput Capituli, & primus post Pontificem & tales Hispaniain secularibus Ecclesiis vocat Decanos, & in regularibus priores, & Gallia, vt plurimum Præpositos: & huic alludere *capi. quamuis, de verb. signif.* Quæ sententia Nauarri probatur ex eo, quia alias Archidiaconus nò dicitur oculus Episcopi.

39 Et † Hoieda *supra numero* 40. ait, dict. decretum Concilij, moribus, & stylo Curiæ Romanæ interpretatum esse, vt intelligatur de Archidiaconis principalibus illius Ecclesiæ Cathedralis, non autem de aliis Archidiaconis ciuitatum, seu oppidorum Ecclesiæ Cathedralis, qui vocem, & sedem habent in Cathedrali.

Et † cessat difficultas ex sequentibus declarationi- 40
bus S. Congr. super *dict. cap.* 12. quæ approbauit dict. sententiam Nauar. quam etiam tenet Cechus, *de repub. Eccles. cap* 24. *de Canonic. numero* 3. *versic.* 2. dicens Archidiaconos debere esse Doctores, vt S. Congreg. respondit, scilicet si habent iurisdictionem contentiosam, & tunc debere esse promotos in publico Gymnasio, alias gradus eis non suffragari, ex Bulla 63 Pij V.

Prima declaratio Episcop. Legionen. *Congregatio* 41
censuit decretum Concilij, sess. 24. *cap.* 12. *vers.* Archidiaconi, *intelligi de illis Archidiaconis, qui ea munera exercent, quæ de iure communi Archidiaconi debent exercere, alias enim Archidiaconus non est ille Episcopi oculus, de quo Concil. statuit* 19. Decemb. 1570. *Secunda Episcop. Abulen. Congregatio censuit, eos Archidiaconos qui verè carent cura animarum, & omni prorsus iurisdictione, & qui præter primum locum in choro, & stallum in Capitulo sunt sicut cæteri Canonici, & portionarij, non comprehendi decreto Conc. sess.* 24. *c.* 12 *versi.* Archidiaconi. *Tertia, Archidiaconi, qui non habent curam animarum & iurisdictionem, non comprehenduntur hoc decreto, vt sint, Doctores, vel Licentiati.* Refert Annas. Germonius, *de indultis Cardi. § quibusuis, num.* 4. Fl. Paris. *lib.* 4. *de resignat. q.* 1. *num.* 9. Quarta, *hoc etiam debet intelligi de illis Archidiaconis, qui reuera Archidiaconatus officium exercent. Secus si nomine tantum essent Archidiaconi.*

Ait † tamen Menoc. *d. cas.* 425. *n.* 42. quod si ipsa 42
ius dicendi potestas & iurisdictio, quæ Archidiacono à iure data est post Episcopum in Clericos suæ Ecclesiæ, esset in Archipresb. ex Ecclesiæ consuetudine, illum Doctorem esse debere ex mente d. constitut. Conciliaris crederet, quasi in Ecclesia Patauina, cuius Archipresbyter eo fungitur munere, quo in cæteris Archidiaconis dicerem, inquit, non nisi Doctorē esse ad eam dignitatem promouendum.

Circa Decanatum vero † sic respondit S. Con- 43
greg. Archiepiscopo Hispalen. *Nulla Concil. Trident. decreto statutum est, vt qui Decanatum consequi velit, is necessario sit Magister, siue Doctor, aut Licentiatus in Theologia, vel iure Canonico.*

Hortatur etiam † S. Concil. *d. c.* 12. *versic. hortatur,* 44
vt in Prouin., vbi id commodè fieri potest, dignitates omnes, & saltim dimidia pars Canonicatuum, in Cathedralibus Ecclesiis, & Collegiatis insignibus, conferantur tantum Magistris, vel Doctoribus, aut etiam Licentiatis in Theologia, vel iure Canonico.

Super quo † S. Congregat. declarauit, & censuit 45
sic. *Concilium hic hortatur, non autem præcipit, vt vbi id commode fieri potest, dignitates in Cathedralibus Ecclesiis, & Collegiatis insignibus conferantur tantum Magistris, vel Doctoribus vel etiam Licentiatis in Theologia, vel iure Canonico. Secunda, Synodo Prouinciali non licet imponere onus dignitatibus, quod quis nisi graduatus non possit eas obtinere sine sedis Apostolicæ authoritate. Tertia, quod dignitates, & Canonicatus in Cathedrali dentur tantum graduatis, non est inducendum ex necessitate, nec per Concilium Prouinciale id statui potest.*

Vnde apparet † decret. 29. Concil. Prouincialis 46
Tolet. *act.* 2. & decr. 33. Conc. Prouincialis Compostel. *act.* 3. vbi cauetur, quod dignitates, & dimidia pars Canonicatuum, sint graduatorum in S. Pagina, vel iure Canonico, & tantum Doctoribus aut Magistris, vel Licentiatis in Theologia, vel iure Canonico necessario conferantur, vt latius habeturindi-

ctis decretis, non habere vim, aut robur, nec eid indictis Concilijs statui potuisse.

47 Nec obstabit † confirmatio concordiæ initæ inter Metropolitanum, & Episcopos, ac Capitula dictæ Prouinciæ Compostell. facta Pio V. ann. 1569. quæ habetur impressa Salmanticæ, anno 1595. post dict. Conci. secunda vice impressum de ordine D. Ioannis de S. Clemente, Archiepiscopi Compostellani, in qua *in vltimo cap.* sic habetur: *Item 33. capit. eiusdem actionis, vbi cauetur, quod dignitates, & dimidia pars Canonicorum sit graduatorum in S. Pagina, vel iure Canonico, iuxta decretum ipsius Concilij Tridentini, cum declaratur, intellige circa præiudicium optionum, & optandi consuetudinis præscriptæ, vel à Sede Apostolica confirmatæ, quod declarationi & voluntati Sanctiss. D. N. relinquatur. Et postea ait Pius V. in dict. confirmatione concordiam, & declarationes prædictas, & omnia, & singula in eis contenta quæcunque authoritate Apostolica prædicta per præsentes confirmamus, declarantes diffinitionem optionis nobis remissam, tunc dictæ optioni locum esse debere, eo modo & tempore, quo illi ante huiusmodi Concilium locus erat, & non aliàs, quia respondetur, quod in dicta confirmatione non confirmatur* d. decretum 33. *sed declaratio, quod intelligatur citra præiudicium optionis, declarando ei locum esse debere eo modo, & forma, quo illi ante huiusmodi Concilium locus erat, & non aliàs.*

48 Nec dicta decreta † Concilij Toletani, & Compostellani videntur vsu recepta. nam semper dignitates & canonicatus prouidetur indistincte, etiam non graduatis in hac prouincia Compostellana & etiam in Loretana.

Quarto Canonicus † pœnitentiarius Ecclesiæ Ca-
49 thedralis debet esse Magister, vel Doctor, aut Licentiatus in Theologia, vel iure Canonico, seu alias, qui aptior pro loci qualitate reperiatur ex decreto sacri Concilij Tridentini, *sess. 24. de reform. c. 8.* vt dictum est supra. *c. 4. n. 32.* vbi dicta vide.

50 Sed dubitatur, † an ad beneficia, seu dignitates requirentia gradum, sufficiat eum habere etiam sine scientia competente, ita vt nihilominus valeat adeptio, & impetratio talis beneficij, seu dignitatis. Resp. affirmatiue, quia iste re vera est graduatus, licet indigne, & sic gaudet priuilegiis graduatorum, vt contra Barbatiam tenet Areti. *in c. clerici, de iud.* & ibi Felin. *nu. 2. & 3. in rub. de maiori. & obe. nu. 4.* Ripa *in leg. Centurio. ff. de vulg. nu. 17.* Boer. *de authorit. magni consilij, num. 94.* & Mando. *reg. 16. Cancel. q. 13. num. 4. contra glossatorem, ibi,* & in proposito Azor *2. p. lib. 6. c. 6. quæst. 1.*

51 Sed † an sufficiat gradus contra Academiæ statuiuta, vel consuetudines receptus, vt quia quis falso probauit cursus necessarios, vel descriptionem in matricula, aut non fuit seruata forma præscripta in examine, seu alias; Azor ibi ait sufficere, & valere in eo adeptionem episcopatus, si promotio ad gradum Doctoris, vel Licentiati non fuit ipso iure irrita, quamuis iudicis sententia rescindi potuerit, quod si ipso iure irrita est (vt mihi videtur esse, quando promotus, non habet requisita ad gradum, seu non seruatur forma) adoptio quoque episcopatus, seu aliorum beneficiorum illum gradum requirentium inanis est & irrita. Et idem erit quando ad gradum promotio esset nulla ob non factam professionem fidei, iuxta constitutionem Pij IV. in 2. de qua sup. 3. *p. capit. 3. numero 3.* Et probatur, quia iura requirentia gradum debent intelligi de gradu valido, *leg. 4. §. condemnatum, ff. de re iud. cum aliis,* vt alias dictum est, 5. *p. c. 4. numero 228.* Et paria sunt non habere gradum, vel illum habere nullum, & inualidum, vt ibi, quamuis in beneficiis non requirentibus gradum, si impetrans narrat se graduatum, sufficiat verificare gradum de facto, vt supra dixi *6. parte, cap. 2. a numero 205.*

CAP. VIII

De moribus & vita.

SVMMARIA.

Vitæ quoque, ac morum honestas in promouendo ad beneficium necessaria est. num. 1. *& oportet promouendum, cuius opinio in nullo vacillare debet, nulla nota, vel infamia respersum esse, nam notatis, & infamibus portæ dignitatum patere non debent,* num. 2. *Accipitur dignitas in proposito pro quolibet beneficio,* num. 3. *& semper infamia impedit habere beneficium.* num. 4. *& omnis infamis tam de iure, quã de facto repellitur à promotione,* n. 5.

Ideo accusatus, seu denuntiatus de aliquo crimine, interim pendente accusatione, seu denuntiatione promoueri non debet, num. 6. *quod procedit, quando persona est infamata apud bonos & graues homines, alias accusatio non impedit promotionem.* numero septimo.

De hac materia qui sunt videndi, num. 8. *Reg. infamibus, procedit tam in infamia facti, quam iuris.* num. 9. *Dicitur infamia iuris illa, quæ irrogatur per sententiam vel ipso facto in casibus, in quibus iure cauetur tantum,* nu. 10. *Et regulariter infames secundum leges sunt infames secundum canones.* nu. 11. *Infamia facti est cum quis est notatus de aliquo crimine apud bonos & graues, seu cum opinio alicuius grauata est apud bonos & graues super aliquo crimine* n. 12. *seu cum quis propter aliquod delictum graue apud bonos & graues viros male audit,* num. 13. *& non est aliud quam vita sordes, & vilitas diuulgata, & sic non potest esse occulta* num. 14.

Quando dicatur esse infamiam, seu aliquem esse infamatum de aliquo peccato, remissiue. numero 15. *& ista infamia quomodo probetur, etiam remissiue,* numero 16,

Infamia iuris de iure bene potest esse occulta, & incurritur, quamuis delictum ex quo illa oritur, seu propter quod ipso facto irrogatur, sit occultum: n. 17. *Sed contrarium tenent Alphonsus de Castro, Couarruuias, & Enrig.* n. 18.

Sed verior est in rigore prima sententia, quamuis de æquitate canonica possit secunda procedere, aut saltim, quod non habeatur in consideratione talis infamia ex delicto occulto prouenies.

Quamuis in vsurariis, qui notantur infamia, sit controuersia, an id solum procedat in vsurariis publicis, an etiam in occultis, & Conar. cum Saliceto ait, vsurarium publicum etiam ante sententiam notatum esse in famia facti & iuris, ac vsurarium occultum, nec iuris infamia affici, Paulus tamen de Castro tenet, etiam occultum affici infamia iuris. Pro quo facit lex Regia Partitæ, & recopilationis. numero vigesimo & 4. seqq. *Nec pro prima sententia vrget lex, improbum fœnus, dum exercentes infamia afficit: quia inde non infertur debere esse publicum sed ad summum requiri vsum, qui potest esse occultus,* à num. 25. & 2. seqq.

Quidquid esset in ista controuersia, certũ videtur, vsura-

rios

rios etiamsi non sint publici, aut manifesti, non debere ad ordines promoueri, nec eligi, aut promoueri ad dignitates Ecclesiasticas & officia, repelluntur enim à beneficio obtinendo, nec possunt eligi, aut præsentari ad beneficium, à numero vigesimooctauo & tribus seqq.

De pœnis usurariorum, & qui dicantur manifesti, resiue, num. 32.

Infamia non solum impedit præfici, sed etiam remoueri facit à dignitatibus habitis, nu. 33. *Ipso iure*, num. 34. *Sed id procedit solum in infamia iuris, nam infamia facti licet repellat quem à dignitatibus habendis, non tamen à dignitatibus quæsitis, nisi dicatur in sententia*, nu. 35. *Et licet infamis infamia facti sit inhabilis ad obtinenda beneficia, obtentis tamen non priuatur*, num. 36.

Secundo id procedit in dignitatibus & honoribus citra titulos beneficiales, secus vero in beneficialibus, quia non est tex. hoc dicens, vnde hæc pœna specialis priuationis ipso iure imponi non debet, esto infamis infamia iuris regulariter veniat priuandus, numero 37.

An collatio beneficij facta infami, seu criminoso sit nulla ipso iure, numero 38 39. cum 3. seqq. *Ponitur sententia tenentium, esse nullam, quæ fundatur*, à nume. 43. cum 3. seqq. *Contraria sententia ponitur*, numer. 47. *quæ fundatur* à numero 48 & 2. seqq. *eo præcipue, quod non est textus, qui concuncat nullitatem talis prouisionis: nam esto crimen inducat priuationem beneficij, siue per sententiam siue ipso iure, & ob id ad alia non debeat admitti, tamen non ideo prouisio est nulla, nam in priuatione ipso iure non veniunt beneficia postea acquisita. Et hæc sententia tenetur omissa distinctione Nauarri, & Couarr. quæ iure non probatur*, n. 51. & seq. *& procedit etiam in collatione facta à Papa, etiam ad instantiam partis*, à numer. 53. & 3. seqq. *Et etiam in prouisione facta virtute literarum ad vacatura*, num. 57. 58. & numero 59. *respondetur fundamentis contrariæ sententiæ*. num. 60. & seq.

Regula l. non dubium Cod. de legibus *non procedit, quando lex eadem est prohibens, & puniens*, numero 62.

Non est omnino vera doctrina Abbatis, quod collatio facta non idoneo scientia, moribus, & ætate, seu facta indignis ex quatuor defectibus, qui continentur in ca. cum in cunctis, de electione, *est nulla ipso iure*. numero 63.

Infamis, maxime infamia facti non est proprie simpliciter & absolute irregularis, sed large, secundum quid. n. 64. *Et in materia irregularitatis pro regula habēdum est impedimentum illud, quod absque dispensatione tollitur, & potest cessare facto, non esse proprie irregularitatem*, n. 65.

Infamis est irregularis vere, etiam si infamia procedat ex delicto notorio depositione digno, numero sexagesimosexto.

Improbatur doctrina glossæ magnæ in cap. nisi cum prædem, de renuntiatione, quod omne peccatum, quod ipso iure irrogat infamiam, impedit executionem ordinis, etiam post peractam pœnitentiam, numero sexagesimosexto.

Nullum crimen occultum quantumlibet graue & enorme inducit irregularitatem, nisi illud, de quo iure specialiter statuitur, n. 68.

Si usurarij pœniteant, & restituant usuras, amittunt infamiam, de æquitate canonica, numero 69.

VLtra clericatum, † legitimitatem, ætatem, & scientiam vitæ quoque, ac morum honestas in promouendo ad beneficium, necessaria est, capite cum in cunctis, de electione, cap. graue nimis, de præbendis, *clemen. 1. de ætate & qualitate*, & Concilium Tridentinum *sess. 24. cap. 18. de reform.* quamuis de hoc, proh dolor! parum curetur, & quando fit informatio, est propter formam. Cum tamen huius conditionis potissima ratio habenda sit, Lessius *de iust. & iu. li. 2. c. 34. dub. 23.* 1

Vnde oportet † promouendum, cuius opinio in nullo vacillare debet, *c. laici, 33. distin.* nulla nota vel infamia reperiri esse, *c. fi. de furtis*, Abbas *in c. super eo, de electione*, Corras. *de benefi. 3. p. c. 6. n. 8.* nam notatis & infamibus portæ dignitatum patere non debēt *l. vnica, C. de infamib. lib. 10. & l. 2. C. de dignitatibus, lib. 12. cap. inter dilectos, de excess. prælatorum, & reg. infamibus, lib. 6.* Molina *de Hispan. primog. libr. 1. ca. 13. à nu. 7.* 2

Et accipitur † dignitas in proposito pro quolibet beneficio, vt per Abbatem, & Dd. *in cap. querelam, de iureiuran.* eundem Abbatem *in dict. cap. super eo, de elect. numero 2. & 5.* Lamber. *de iure patron. 1. par. 2. lib. qu. 9. artic. 16. num. 3.* & Couarr. *lib. 3. variarum, cap. 3. num. 3.* 3

Et semper † infamia impedit habere beneficium, Duarenus, *de benef. libro 4. cap. 11.* & P. Greg. *c. 37. numero 9.* 4

Et omnis † infamis tam de iure, quam de facto repellitur à promotione. Candelabrum *in append. tract. seu c. 10. n. 3.* 5

Et ideo accusatus, † seu denuntiatus de aliquo crimine interim pendente accusatione, seu denuntiatione promoueri non debet, *l. reus ff. de muneribus l. reum criminis, C. de procurato. l. vnica, C. de reis postulatis, lib. 10. c. 318. distin. cap. fi. de testib. c. omnipotens de accusationib.* & ibi Dd. Abb. Anna. Felin. & alij, Roma. *singul. 438.* Selua *de benef. 3. p. q. 5. n. 31.* Corras. *d. c. 6. n. 9. & 10.* Duare. *d. c. 1.* P. de Baisio *in directorio electionum, c. 23. 2. p.* Nauar. *c. si. 6. & 7. de accusatio.* Cerola *in praxi Episcopali 2. p. verb. concursus, §. 1. & verb. ordo, §. 1.* 6

Quod tamen † procedit, quando persona est infamata apud bonos, & graues homines, alias accusatio non impedit promotionem, vt docent Abbas, Felinus, Romanus, Selua, Baisius, Nauarrus, & Cerola *ibi* cum Hostiense, & Ioanne Andrea *in ca. memoriam us, de accusat.* communiter receptis, & Manuel Rodriguez *in sum. 1. tom. c. 105. numero 2.* 7

Et † de hac materia videndi sunt Dynus *in d. reg. infamibus*, & additiones *ibi*, & Franchus, & alij *ibidem*, Specul. *tit. de dispensatione, §. iuxta, & §. qualiter.* Alber. Trocius *de vero & perfecto clerico, lib. 2. cap. 29.* Rochus *de iure patronatus, verb. honorificum, q. 4. nu. 16. versic. quis autem dicatur indignus*, Lambertus *d. articulo 16. & per totam illam nonam quæstionem*, Selua *supra*, Corrasius *d. c. 6. à numero 9.* Petrus de Baysio *d. 2. par. cap. 16. & 23.* Maiolus *de irregularitate lib. 3. cap. 1.* Hoieda *de incompatibilitate beneficiorum, 1. par. c. 24.* Vgolinus *de irregularitate. c. 60.* Nauarr. *in manuali, cap. 27. numero 204.* Angelus, Sylvester, Armilla, & alij summistæ, *verbo, infamia.* Henriquez *in summa lib. 14. c. 1.* Valentia *4. tomo disput. 7. q. 19. puncto 3. 2. specie irregularitatis.* Ludouicus Lopez *in instructorio conscientiæ 2. tomo, 2. p. c. 23.* Candelabrum aureum latè *in appendice d. tract.* seu *cap. 10. per totum*, Manuel Rodriguez *in summa. 1. tom. c. 158. numero 13. & q. regularium. 1. tom. q. 24. art. 6.* Toletus *in summa lib. 1. cap. 62.* Sairus *de cen-* 8

iuris, lib.7.c.11.& seq. Suarez 1. *tomo, disp.* 48.& Azor *institutio.moral.2.par.lib.6.cap.7.* Auila *de censuris,7.*
9 *par.disput.4. dub.5.* † *& d.reg.infamib.* procedit tam in infamia facti, quam iuris, vt ibi docent gloss. Dynus, Franchus, & alij; Lamber. *d.artic.16. numero* 3. &
10 alij citati. Diciturque † infamia iuris illa, quæ irrogatur per sententiam, vel ipso facto in casibus, in quibus iure cauetur dumtaxat, *c.2.§.porro.& ibi gloss.3.q.7.l.1.cum seq.ff.de his, qui notan.infam.l.*1.3.4. *&* 5.*tit.* 6,7.7. Vgol. *d.c.*60. Tole. *dict.c.*64. Sair. *d.lib.7.c.*11.*à*
11 *num.*3. Et regulariter † infames secundum leges, sunt infames secundum canones, *cap.omnes vero,7.q.*1. ita Felin. *in c.testimonium, de testib.numero* 15. Lambert. *d.art.*16.*num.*2.*additio capellæ Tolosanæ decisio.*174.*n.* 4 *&* 5. Maiol. *sup.num.*3. Armil. *supra,* & Suarez *dict. disput.*48.*sectio.*1. Auila *d.dub.* 5.1.*concluſ.* Azor *d.c.7. quæſt.*3.
12 Infamia facti est, cum quis † est notatus de aliquo crimine apud bonos, & graues, seu cum opinio alicuius grauata est apud bonos & graues super aliquo crimine, seu peccato, Dynus *supra, numero secundo,* Felin. *in d.c.testimonium, numero* 14. Vgolinus *d.c.*60. *numero* 4. Sylueſter, *numero* 2. Enriq 3. & & Candela-
13 brum 4. *vbi sup.* seu † vt dicit Tolet. *supra* cum quis propter aliquod delictum graue apud graues & bonos viros male audit, eiusque mala opinio concepta
14 est, † & non est aliud quam vitæ sordes, & vilitas diuulgata, & sic non potest esse occulta, Felin. *d.n.*15. & Auila *d.dub.*5.
15 Quando vero † dicatur adesse infamiam, seu aliquem esse infamatum de aliquo peccato, vide Nauarrum *in repetit.c.inter verba,*11.*q.*3. *concl.*6.*cor.*48.
16 *in fine,* & Suar. *sup.num.*19 20.*&* 21. Et ista † infamia quomodo probetur, vide Mascar. *de probationib.concluſ.*896.
17 At infamia † iuris de iure bene potest esse occulta, secundum Felin. *dict.numero decimoquinto* cum Baldo *ibi,* & incurritur, quamuis delictum ex quo illa oritur, seu propter quod ipso facto irrogatur, sit occultum. Paul. de Castro *in l.improbum fœnus, C.ex quibus cauſis infamia irroget.numero* 1. & Suar. *supra num.*13.
18 Contrarium † tamen tenet Alphonsus à Castro *de potestate legis pœnalis, cap.vltimo,* Couar. *lib.*3.*variarum, cap.*3.*num.*2. & Enriquez *d.num.*3. qui ad infamiam etiam iuris requirunt, quod adsit fama publica & quod delictum sit publicum, alias, si sit occultum, non afficere infamia iuris, donec delictum sit detectum per sententiam, vel alias publicum, sequitur Auila *sup.*
19 Sed verior † est in rigore prima sententia, quamuis de æquitate canonica possit procedere secunda sententia, aut saltim, quod non habeatur in consideratione talis infamia ex delicto occulto proueniens, *ex c.ex tenore, & cap.fin.de tempor.ordin.* & quæ infra dicemus.
20 Et † quamuis in vsurariis, qui notantur, & afficiũtur infamia, *d.l.improbum fœnus, cap.*2.*§.porro,*3.*q.*7. Lamber. *d.*1. *part.*2.*lib.qu.*9.*art.*21. *num.*6. Matthesil. *singul.*297. Corras. *d.c.*6.*num.*24. P. de Baysio 2.*par.c.* 33. Bernar. Diaz *in practica crimin.cap.* 88.*n.*1. Espino *de testam. in gloss.a rubrica* 13.*part.numero* 22. sit controuersia, an id solum procedat in vsurariis publicis,
21 an etiam in occultis † & Couar. *d.lib.*3.*c.*3. *numero* 2. cum Sali. *in d.l.improbum fœnus* ait, vsurarium publicum, etiam ante sententiam, notatum esse, & affectum infamia facti & iuris, ac vsurarium occultum, nec iuris infamia affici, donec eius crimen detectum fuerit per sententiam, & ad hoc suffragari textum *in d.l.improbum fœnus,* dum exercentes improbum fœnus infamia afficit, quasi exercitium eius criminis requirat, quod publicè pareat, & facit dictum *caput. inter dilectos. de exceſſibus prælatorum,* sequitur Peguera *in deciſionibus criminalibus cap.*31.*numero* 3. & videtur Salzedo ad Bernardum Diaz *dict.cap.*88.*litera A.* & Corras. *d.numero vigesimoquarto* in vsurariis manifestis loquitur, & citat *cap.quamquam, de vſuris in* 6.
Paulus † tamen de Castro *in d.l.improbum fœnus* 22
*n.*1. tenet etiam, vsurariu moccultum affici & notari infamia iuris, & idem videtur velle Baldus *ibi num.*2. & sequitur Gregorius Lopez *in l.*4.*tit.*6.*partita* 7. *verb.vſurarios.*
Et † facit secundum eum illa lex, quæ ait, vsura- 23
rios esse infames ipso facto. Et cum non distinguat, an sint manifesti, vel occulti, de omnibus videtur intelligenda.
Facit † etiam *lex* 5.*tit.*6.*lib.*8. *recopilatio.* vbi abso- 24
solutè dicitur, quod vsurarius maneat inhabilis, & infamis perpetuò, vbi Azeuedo. Et hanc etiam sententiam videtur tenere Molina *de iuſtitia,* 2.*to.tract.* 2.*disp.*334.
Nec pro prima † sententia vrget *d.lex improbum* 25
fœnus, dum exercentes improbum fœnus infamia afficit, quia non inde infertur, debere esse publicum, sed ad summum requiri vsum, ad tradita in simili de constitutione Pij Quinti contra exercentes crimen sodomiæ, per Nauarrum *in manuali, c.*27.*n.*249. quẽ sequuntur relati infra 11.*par.c.vlt.dubio* 7. Qui tamen vsus potest esse occultus, & non publicus, & † ita vi- 26
dentur posse ex æquitate accipi dictæ leges Regiæ, vt procedant in exercentibus vsuras, quod attinet ad infamiam, licet dicta lex recopilationis non videtur pati hanc interpretationem, iuxta eius verba, & tenorem.
Nec pro † prima sententia quidquam facit 27
dictum *caput quamquam,* quia non agit de infamia.
Et quidquid † dictum esset in ista controuersia, 28
certum videtur, vsurarios etiam si non sint publici, aut manifesti, non debere ad ordines promoueri, iuxta *supra dicta in principio, cap.maritum,* 33.*distinct. cap.ſeditionarios.*46.*dist.* & *c.de Petro,*49.*dist.* Salzedo *d.c.*88.*litera A.* Nec † eligi aut promoueri ad digni- 29
tates Ecclesiasticas, & officia, Peguera *d.cap.*31.*num.* 2. Licet loquatur in publicis † vsurariis repelluntur 30
enim à beneficio obtinendo, gloss. *in cap.præterea, de vſur.* Couar. *in dict.c.*3.*num.*3. Nec † vsurarij possunt 31
intelligi, aut præsentari ad Ecclesiasticum beneficium, vt tradit Salzedo *vbi proxime,* cum Bertachino *de Episcopo,*1.*par.*2.*lib.q.*33. & Lambert. *d.art.*21. dicente, clericum vsurarium præsentari non posse, & si præsentetur, & de hoc crimine opponatur, & probetur, à præsentatione repellendum: nam ad hunc effectum dicetur vsurarius omnis ille, contra quem huiusmodi crimen erit probatum, etiamsi non sit manifestus.
Et † de pœnis vsuriorum, & qui dicantur mani- 32
festi, vide Couar. *d.cap.*30. Iulium Clarum, *lib.*5.*§.vſura,* Bernard. Diaz. & Salzedo *d.cap.*88. Didacum Perez, *tit.*2.*lib.*8 Ordinamenti, Pegueram *d.capit.*31. *cum seqq.* Azeuedo *in l.*4.*&* 5.*tit.*6 *lib.*8.*recopil.* Ioannes Gutierrez *Canonicatum quæstionum, lib.*2.*cap.*18. *&* 19. Don Iuan Vela *de pœnis delictorum, cap.vltimo,* & Molinam *d.disput.*334. Zauallos *quæstione undecima &* 537.

Rur-

33 Rursus, infamia † non solum impedit præfici, sed etiam remoueri facit à dignitatibus habitis, *l. infamia, C de decurio. lib. 10. & l. iudices. C. de dignitatibus libro 12.* Glossa, Dynus, Franc. & alij *in d. reg. infamib.*

34 † ipso iure, *ex d. l. infamia*, ibi, *adimit*, quod verbum est, præsentis temporis, & *l. 2. §. miles. ff. de his, qui notantur infamia*, Roman. *singulari 74. fiat à me quæsitum*, Abbas *in c. querelam, num. 3. de iureiuran.* Additio Dyni *in d. reg. infamibus, verb. infamia*, Ripa *in ca. 2. de rescrip. nu. 18.* Couarruuias *Practicarum, cap. 19. numer. 5 conclusione 5.* & Sylueſter *d. verb. infamia, num. 15.*

Sed id procedit † primo, solum in infamia iuris,

35 nam infamia facti licet repellat quem à dignitatibus habendis, non tamen repellit à dignitatibus quæsitis, nisi dicatur in sententia, vt post alios, quos refert, tradit additio Dyni, *d. verb. infamia, ver. aduerte tamẽ* Paris. *consil. 88. num. 5. par. 4.* Enriquez *d. lib. 4. cap. 5. num. 3. & in glossa, litera O.* P. Auila *d. dub. 5. versicul. secundo sequitur.*

36 Et licet infamis † infamia facti sit inhabilis ad obtinenda beneficia Eccleſiastica, obtentis tamen non priuatur, secundum Couarruu. *libro 2. variarum, cap. octauo numero quarto*, Paris. *supra numero 6.* Abbas, & alij *in cap. at si clerici, de iudic.* Duaren. *lib. 18. c. 6. §. 6.*

37 Secundo id procedit † in dignitatibus, & honoribus citra titulos beneficiales, secus vero in beneficialibus, quia non est textus hoc dicens. Vnde hæc pœna specialis priuationis ipso iure imponi non debet, ex quo iure canonico non cauetur expresse ad glossam in capite finali, de iure patronatus, communiter approbatam, vt infra 11. *parte, cap. vltim. num. 2.* (Esto infamis infamia iuris regulariter veniat priuandus) Ita Abbas *in d. cap. querelam, num. 3* sequitur Felinus *ibi nu. 2. & 3. & in cap. 2. de rescript. sub num.* 3. & Duaren. *supra*, Sylueſter *num. 15.* & Armilla *nu. 4. d. verb. infamia*: quamuis Ripa *in d. cap 2. num. 18. &* 19. sit dubius, & est *decisio* Rotæ apud Farinacium, 134. *n. 2.*

38 Sed est grauis † difficultas, an collatio beneficij facta infami, seu criminoso, sit nulla ipso iure.

39 Et esse † nullam collationem factam infami tenet Abbas *in d. c. querelam, n. 3 & in d. c. super eo, de elect. num. 5.* vbi ait, quod collatio facta notoriè infami infamia etiam facti, non tenet, *& in dict. cap. inter dilectos, de exceſſib. prælat. n. 6.* vbi ait quod collatio facta clerico aleatori est nulla, si de hoc constabat, tanquam facta vili & indigno: & si non constabat, quia erat occultus, debet irritari.

40 Sequitur † Rota in vna Pampilonensi parochialis, coram sanctiſſimo Clemente Octauo. 21. Maij 1574. quæ habetur 1. *parte diuersorum, decisio. 426. numer. 2.* vbi dicitur, quod clericus aleator indignus est, cui beneficium conferri debeat, & si est publicus, est ipso iure nulla collatio, si occultus, irritanda non est ratione consuetudinis excusandus, *ex d. ca. inter dilectos.* & refert Flam. Paris. *de resig. benefi. lib. 4. quæsi. 3. ad fin.*

41 Eandem sententiam † tenent Selua 3. *par. q. 2. & q. 5. numero* 31. Lambert. *d. q. 9. art. 16. numer. 3. & 10. nu. 5. & 15 num. 6.* Caputaquen. *decisio. 219. numero 4. par.* 3 Flamin. Paris. *d. q. 3. à num. 2.* Sylueſt. *d. ver. infamia. numero 15.* & Armilla *numero 4. & in fine*, & Cechus *de benefi. & pensio. c. 3. versic. Secundo, si collatio*, & Auila *d. disputat 4. dub. 7.* qui ait, collationem beneficij factam infami infamia facti, vel iuris, esse nullam, & Suarez *de relig. secundo tomo. tract. 5. libro 3. capit. vltim. numero 4. 5. & 17.*

Et videtur tenere Paris. *d. consil 88. nu. 5. &* 6. Corraſ. *d. c. 6. num. 11.* ibi: *Obtinendorum beneficiorum incapaces*, & Couar. *d. cap. 8, nu. 4.* quatenus ait, infamem infamia facti esse inhabilem ad obtinenda beneficia Eccleſiastica, & Rota apud Achillem, *decisio. 201.* seu *1. de iurepatronat.* vbi dicitur, periurum ob non seruatam fidem esse infamem, & ideo inhabilem ad beneficia. 42

Quæ † sententia fundatur primo ex dicta *reg. infamibus 2. ex d. cap. cum in cunctis, de electione*, dum ait, quod beneficia non sunt conferenda, nisi ei, qui sciẽtia, & moribus commendabilis existat, qualis non est infamis, &c. 43

Tertio facit, quod infamis † tam facti, quàm iuris infamia, est irregularis. Speculator *de dispensatione, §. iuxta, numero 18.* Villadiego *de irregul. cap. 11. numero* 31. & ibi Didacus Perez *in additione*, Nauarr. *cap. 27. n.* 204 Vgolinus dicens communem *d. cap. 60. §. 5. num.* 1. Valentia *sup.* Ludouicus Lopez *d. c. 13.* Manuel Rodriguez *d. cap. 158 num. 13 & d. q. 24. art. 6.* Toletus *d. c. 62.* Hieron Llamas *in sua methodo. cap. 12. §. 10.* Sairus *d. cap. 11. à num. 1.* præsertim *num. 6. & 11. & cap. 12. seq. numero 11.* & Suarez *supra & disputat. 48. sect. 2.* Auila *supra dict. dub. 5. & 7.* Et infamiam iuris facere irregularem, aiunt Alber. Trocius *dict. cap. 29. numero quarto*, & Enriquez *d. lib. 14. cap. 5. § 3.* Ergo collatio infami facta est nulla ex doctrina infra tradita *cap. 11.* 44

Et † facit doctrina glossæ magnæ *in cap. nisi cum pridem, de renun.* quæ ait, quod omne peccatũ, quod ipso iure irrogat infamiam, impedit executionẽ ordinis, etiam post peractam pœnitentiam, quia licet culpa per pœnitentiam tollatur, infamia tamen non aboletur. *c. Euphemium, §. hinc colligitur, 2. q. 3.* Quam glossam ait communiter approbatam Lamber. *d. q. 9. ar. 18. n. 5.* 45

Et accedit † doctrina Baldi *in l. improbum fœnus, numero secundo, C. ex quibus causis infamia irroget*, qui ait, quod in magno periculo sunt vsurarij maxime manifesti, qui sunt infames infamia iuris, ex illa lege: quia etiam post pœnitentiam peractam, & restitutionem vsurarum, remanent infames, cum infamia iam sit inflicta, & sic sunt inhabiles ad testimonia, & dignitates. Sequitur Bernar. Diaz. *dict. cap. 88. numero primo.* Et Gregor Lopez *in l. 4. titulo 6. part. 7. verb. vsurarios.* 46

Contrariam † tamen sententiam, nempe, quod collatio, electio, seu prouisio facta infami, vel crimi- 47
noso, crimine non inducente irregularitatem, seu inhabilitatem ad beneficia, non sit nulla ipso iure, sed valida, tenent Calder. *consi. 20. de præben. & 4. de accusatio.* Compostel. *in cap. capitulum, de rescrip. & in c. consideraumus, de elect.* Cardin. *in d. c. querelam, de iure iuran.* & sequitur Felinus *ibi n. 4. & in c. 2. de res rip. n. 4.* (vbi retractat dicta *in c. si. de præsump. 3. concluſ.*) *& in c. postulasti, eod. tit. de rescr. sub num. 1. versic. declara etiam, & in c. dilectæ, de excep. num. 5 & in d. cap. omnipotens, num. 3. & 4. & in cap. inquisitionis, n.* 8. *de accusationib. & in cap. insinuatum, de simonia, ad principium*, Staphil. *de literis gratiæ, nona forma expectata, numero* 21. Gomezius *de gratiis expectat. numero* 87. Rota *decis. 32. de rescrip. in nouis*, & Bella. *decisio. 697.* seu 698. *nume. 5.* Rochus *dict. ver. honorificum, q. 4. num. 16. versic. quis autem dicatur indignus*, Nauarrus *in manuali, cap. 27. numero 249. versi. 6. quod alias num 251. & in Extrauaganti de datis & promissis, numero 48. & consil. 1. de constitut. numero 51. & con-*

fil.48.nu.1.de regular.& cons.7.num.4.& 9.num.3.de consanguinitat.& affinitat.& cons.10.num.3.de simonia, & cons.3.numer.8.de raptorib. Ludouicus Lopez *in instructo.conscien.1.tomo,cap.243.verſi. verum,* & videtur tenere Man.Rodriguez *in ſumma,1.tomo,ca.182. numer.126.*

48 Pro qua † ſententia quæ eſt æquior & benignior, præſertim iuxta mores huius temporis, bene facit textus *in d.cap.inter dilectos, de exceſsib.prælator.* Fa-
49 cit etiam † quod non eſt textus, qui conuincat nullitatem d.prouiſionis,vt ex ſequentibus apparebit, nã eſto crimen, in quo quis eſt conſtitutus,inducat priuationem beneficij,ſiue per ſententiam,ſiue etiam ipſo iure,& ob id ad alia nõ debeat admitti,ſeu promoueri,vt etiam illis priuetur. Abbas *in d.c.ſuper eo, de electio. n.3.* Lamber.*d 1.par.2.lib.q.9.art.16.nu.3 & 19.n.2.& 21.num.4.& 22.n.2.* tamen non inde infertur eſſe inhabilem ad obtinendum,ita vt prouiſio ſit nulla.

50 Nam † in priuatione ipſo iure non veniunt beneficia poſtea acquiſita, ad tradita per Tellum Fernãdez *in l.4.Tauri,numero 48.& 63.* Mieres de maioratibus,1.*part.q.1.numero 105* Salzedo ad Bern.Diaz, *in pract.crimin.c.86.addit.1.verſ.tum quia dicta.* Matienç.*in l 3.tit.4 lib 5.Recopilat.gloſſ.7.numero nono.* Velazq. de Auendanno *in d.lege 4.Tauri,glo.7.nu.4. & 17.*& Azeued.*in l.1.titulo 21.lib.8.Recopila.numero 54.& in l.3.titulo 10. lib.4.à numero 141.* Quemadmod.*q.10.* Siman.*de Catho. inſtitutio.titulo 9.numero 61.* Ioan.Gutierrez *pract.lib.2.quæſt.39.à numero 6.*& Farinac.*in praxi crimin.1.part.quæſt.25.à numero 138.* Zaullos *quæſt.320.*& alios, & nouiſſimè Paz *in l.40. Styli,à numero 19.* Facit lex *ſi mandauero.§.is cuius. ff. mandati,* & eſt glo.*in Clem.2.de pœnis verb.obtentis,* quam ibi ſequuntur Cardinalis,Imola,Abbas,& Bonifacius,*numero 5.* Couarr.*dicto lib.2.var.cap.8.numero 4.*& Hojeda *de incompatib.benef.capitul.23.numero 101.*

51 Vnde hæc † ſententia videtur tenenda omiſſa diſtinctione Nauarri,*de oratione Miscellan 34.& in ca. ſi quando, de rescript. exceptio.17.numero 9.* quam ſequitur Açor *d.libro 6.2. par.cap.7. quæſt.11.* quæ iure non probatur, & diſtin. Couarr.*in cap.quamuis pactum.1.parte §.7.numero 3.* quam ſequitur Ioann.Gutier.*Canonic.q.libro ſecundo cap.5.à numero 97.* quæ etiam iure non probatur, de quo etiam Salzedo ad Bernard.Diaz *in pract.cap.70.litera D.& cap.92.addit.vltim.*& Humada ad Greg.Lop. *in l.57.tit.5,part. 1.glo.3.*

52 Et pro hac ſententia † conducit regula, quam ponit Lamber.*d.quæſt.nona,artic.23.numero 2.* quam ſequitur Hojeda, *d.cap.24.numero 82.* nempe quod collatio beneficij facta criminoſo, tunc demum eſt ipſo iure nulla,cum hoc à iure ſit expreſſum,quamuis fallatur Lambert.*ibi*, & vbi ſupra,quatenus exiſtimat collationem factam periuro,& infami,de iure eſſe ipſo iure nullam.

53 Quæ ſententia † procedit, etiam in collatione facta à Papa, non facta mentione de crimine,vt tenet Felinus ſupra *in dicto c.poſtulaſti.* Rota, Bellam. & Nauar.*ſupra.*

Quamuis Lancellotus † *de attentatis.2.part.capit.*
54 *quinto numero 27.28.& 29.* ex Calder.*d.conſil.20.* dicat impetrationem beneficij Eccleſiaſtici, factam per inquiſitum, & de aliquo crimine diffamatum, non facta mentione inquiſitionis,non valere,nec illius vigore ſubſequutam prouiſionem,&inquiſitum, & diffamatum beneficium impetrare non poſſe.

Et quamuis † Caputaquen. *deciſ.ſeptima*, & 55
135.*parte prima* id intelligat, quando Papa facit collationem proprio, ſecus ſi ad inſtantiam partis.

Atratio,qua fundatur Feli. & ſequaces,militat etiã 56
in collatione facta à Papa ad inſtantiam partis.

Nec placet † mihi limitatio Felini *in d.c.2. n.5.*& 57
in d.cap.inquiſitionis,num.8. qui ex Calder.*ſupra* limitat,niſi prouiſio criminoſo, vel infami, fiat virtute literarum ad beneficia, intellige vacatura, quia propter maximam earum odioſitatem, eſt nulla ipſo iure impetratio,& prouiſio,& ſequuntur Staphil.*dicta nona forma expectata.n.21.* Gomezius *d.num.87.* Rebuffus *de pacificis poſſeſsio.num.268.*alias 222. Couarr. *d.numero 3.* Lancel.*d.cap. 5.à num.27.* Salzedo, *d.cap. 92.ad fin.*& Io.Gutier.*ſupra,num.10.* & ſequitur etiam *deciſio* Putei 508.& 514.*lib.2.* quando criminoſus erat inquiſitus,& erat graue crimen, niſi mandatum de prouidendo eſſet motu proprio,ſed hæc limitatio iure non probatur, & ideo non videtur mihi tenenda.

Vnde quod tradit † Menochius *de arbitra. casu* 58
201.numero 33.& ſeq. crimen, quod reddit indignum beneficio,narrãdum eſſe,ſi vero indignum non reddit, narrandum non eſſe, Felinus *dict.cap.poſtulaſti verſic.declara etiam,* Selua *tertia parte quæſtio.11.numero 152.ſeu 48.* & alij, intelligendum eſt de crimine,quod reddit indignum,id eſt,inhabilem,iuxta citatos.

Ad primum † fundamentum contrariæ ſententiæ 59
ex dicta regula, infamibus,reſpondetur cum Felin. *in d.cap.2.& in d.cap.querelam,* quod poſſunt,& debent excludi,ſed non probat,quod ſint ipſo iure incapaces.

Nec obſtat † dict.deciſio Rotæ in cauſa Pampilo- 60
nen.quia in fine deciſionis dicitur, quod quamuis illa,de quibus ibi, fortaſſe priuationem ipſo iure non inducant,cum tamen ibi non agatur de eo priuando, ſed de inſtituendo præſentato,videtur dominis alius quærendus,&c.

Ad ſecundum,† *ex d.c.cum in cunctis,* reſpondetur, 61
quod ibi non probatur electionem,aut collationem de criminoſo factam non valere,ſed eligentes,& cõferentes ipſo iure priuari pro illa vice poteſtate eligendi,& conferendi,vt in §.ſi quod intelligitur caſſata illa electione, vel collatione de criminoſo facta, quamuis iſtam ſolutionem impugnet Nauarrus *dict. excep.17.n.1.*

Et ſic non obſtat † regula legis *non dubium,C.de* 62
legib. quia nõ procedit quando eadem lex eſt prohibens, & puniens, Felin. *d.cap.2.numero 4.*de qua limitatione late Felin.poſt Abbatem *in cap.2.de teſtib. nu.1.* vbi plures pro ea refert Bar.*in d.l.non dubium, n.12.& in l.Prætor.ff.de noui operis nuntiat.& ibi additio.*

Vnde † non eſt omnino vera doctrina Abbatis *in* 63
d.c.cum in cunctis.§.fin.nu.6. quod collatio facta non idoneo,ſcientia,moribus,& ætate, eſt ipſo iure nulla,& poteſtas prouidendi, illa vice deuoluitur ad alium,&c. *& in d.c.graue nimis, de præbend.nu.11.* quod collatio facta indignis, ex quatuor defectibus, qui continentur *in d.c.cum in cunctis,* non habet vires ipſo facto.

Ad tertium de irregularitate † reſpondetur,in- 64
famem maxime infamia facti,non eſſe propriè ſimpliciter,& abſolutè, ſtricteque irregularem,nec id eſt expreſſum in iure,& ideo non eſt dicendum,*cap.*

is

is qui, de sentent. excommunicat. in 6. sed large, & secundum quid, quatenus prohibetur promoueri stante infamia, *cap. omnes vero, cap. illi qui, cap. infames.* 6. *quæst.* 1. *cap. qui in aliquo.* 51. *distinct. d. cap. de furtis, & dict. reg. infamibus, & d. cap. omnipotens,* vt videtur innuere Candelabrum Aureum *supra,* nam ista prohibitio, & impedimentum cessat, cessante, seu sublata
65 infamia. Et † in materia irregularitatis pro regula habendum est impedimentum illud, quod absque dispensatione tollitur, & potest cessare facto, non esse proprie irregularitatem, vt defectus ætatis, tituli, literaturæ, morum, &c.

66 Et id existimo † verum, etiam si infamia procedat ex delicto notorio, depositione digno, nam adhuc non est irregularis verè, vt dicemus infra 11. *par. cap.* 3. *à n.* 113.

67 Nec obstat doctrina † glossæ *in d. cap. nisi cum pridem,* quia contrarium verius est, vt patet *ex c. de his.* 2. 50. *distin. & cap. ex tenore, & cap. fin. de temporib. ordinan.* & facit textus *in ca. quoniam multi.* 14. *quæst.* 4. *& cap. præterea. de vsuris,* iuncta lege *improbum fœnus, c. ex quib. causis infamia irrogetur,* glos. *in cap. illi qui.* 6 *quæst. & glos. penu. in capit. presbyter.* 15. *q.* 5. qui etiam textus facit ad hoc, glo. etiam *in capit. fin.* 25. *distin.* & ibi Archidiacon. Lambert. *d. quæst.* 9. *art.* 18. *numer.* 6. & 7.

68 Et facit doctrina † Nauarri, *dict. cap.* 27. *nume.* 248. quem sequuntur Cosmas Philiar. 1. *par. lib.* 4. *cap.* 15. Enriquez, *lib.* 13. *cap.* 36. *& lib.* 14. *cap.* 5. §. 1. & 2. Ludouic. Lopez *d.* 2. *tomo.* 2. *par. cap.* 23. Valentia 4. *tomo disput.* 7. *quæst.* 19. *punct.* 1. *certio de quinta specie irregu.* Toletus *libro* 1. *cap.* 74. *numero* 3 & Vgolin. *de irregularitate, capitulo* 43. §. 2. *numero* 3 Auila *de censuris.* 7. *par. disp.* 4. *dub.* 7. & Sayr. *libro* 7. *capitulo* 12. *numero* 14. Quod nullum crimen occultum, quantumlibet graue, & enorme. inducit irregularitatem, nisi illud, de quo à iure specialiter statuitur, vt homicidium.

69 Nec obstat doctrina Baldi *in d. l. improbum fœnus,* quia contrarium tenet idem Baldus *in l. Cassius, ff. de Senator. ad fin.* vbi docet, quod si vsurarij pœniteant, & restituant vsuras, amittunt infamiam de æquitate canonica, sequuntur Matthesil. *singula.* 197. Felin. *in capit.* 1. *n.* 19. *in fine, de probatio.* Salzedo *d. cap.* 88. *litera B.* & don Iuan Vela, *de pœnis delictorum, cap. vlt. versi. puniendus igitur erit.*

CAP. IX.

De Naturalitate.

SVMMARIA.

In regnis vbi est tale priuilegium, seu consuetudo, requiritur in eo, cui de beneficio prouidetur, quod sit oriundus, seu naturalis regni, vbi est beneficium, n. 1. *Externus enim beneficium ibi obtinere nequit sine Regis permissu, & literis naturalitatis, vt in Gallia, & regnis* Castella, n. 2. & 3.

Vbi non est tale priuilegium, seu consuetudo, potest conferri beneficium clerico alias idoneo, vndecunque sit, n. 4. *Sed qui ex loco, seu diœcesi beneficij debet, si est idoneus, aliis extraneis præferri,* n. 5. *Sicut etiam alteri præferendus est qui est ex gremio Ecclesiæ,* n. 6. *Sed id intelligitur de honestate tantum.* n. 7. *Nisi simus inter duos præsentatos, aut alias habentes ius ad beneficium, tunc enim cæteris paribus præferendus esset de iure naturalitatis, & qui est de gremio Ecclesiæ extraneo.* n. 8. *Et ita consuetudo interpretata est aut recepta,* numero 10.

In concursu ad parochiales præferendi sunt clerici ciuitatis ipsius exteris aliis, dummodo in maxima scientia non præcellant extranei, &c. n. 9.

De qualitatibus considerandis in præsentatis, & in æquali gradu consanguinitatis, seu alias in paritate vocum debeant aliis præferri, & in concurrentibus in oppositione, qui sunt videndi, num. 11. *vbi ponitur decisio Rotæ.*

Concurrentibus ad beneficium, vno habente aliud, & alio non habente, non habens præferendus est habenti, ex Rota n. 12. *Et* num. 13 *ponitur eius decisio, & alias amplius fuit resolutum, quod non habens beneficium præferendus est habenti in concursu, quamuis habens sit magis sufficiens, & statutum dicat, dandum esse magis sufficienti & habiliori.* numero 14. *Sed ista decisio loquitur in beneficio simplici, & non in parochialibus, in quibus aliud dicendum est.* numero 15.

Si forensis, seu alienigena impetrat beneficium, non facta mentione de loco suæ originis, seu de sua diœcesi, grata, & est subreptitia. n. 16.

Examinatur decisio *Rotæ* 76. de rescript *alias* 628. in antiquis, *quæ ait, quod si aliquis est oriundus de aliqua diœcesi, & habet domicilium, vel beneficium in alia, si impetrat beneficium, dicendo se clericum diœcesis beneficij, & non originis, talis gratia valet, nec est subreptitia, quæ decisio videtur dubia, præcipue, cum dicens se clericum diœcesis, beneficij, seu domicilij, impetrat ibi beneficium eiusdem diœcesis,* numero 17. & 18. *Nihilominus videtur vera, nam vt quis vere dicatur esse diœcesis alicuius, satis est ibi habere vel originem, vel domicilium, vel beneficium,* numero 19. *Et prædicta doctrina procedit quando forensis impetrans simpliciter impetraret,* numero 20.

Quando impetrans se dicit clericum Abulen. significatur origo, quoniam verbum debet naturaliter intelligi, & non accidentaliter, nu. 21. *sicut quando dicitur talis de Perusio, intelligitur naturaliter,* nu. 22. *& ita cum in supplicatione quis se dicit clericum Abulen. in literis solet dici oriundus,* nu. 23. *& similiter quando in supplicatione dicitur, N. clericus Abulen. diœcesis, intelligitur secundum stylum ex diœcesi Abulen. oriundus. & ita dicitur in literis: & ita iam de stylo non videtur procedere dict. decisio Rotæ* 76. numero 24.

Verbum, oriundus, *vt apparet ex stylo, accipitur pro orto,* numero 25. *quamuis alias oriundus quis dicatur ab origine, seu natiuitate propria, vel paterna.* numero 26.

Appellatione Abulen. *venit ciuitas & diœcesis: & verbum* clericus Abulen. *est aptum capere vtrumque.* n. 27. *& etiam appellatione* diœcesis *in proposito venit ciuitas,* n. 28.

Qui narrat se clericum Abulen. seu oriundum Abulen. debet id verificare, maxime, quando ibi impetrat beneficium. num. 29. *Ad cuius verificationem non sufficit habere ibi beneficium, vel domicilium, iamsi habuerit domicilium per decem annos, & vltra,* numero 30. *Et quamuis is posset dici nauuralis ciuiliter, & improprie, ortus tamen, seu oriundus nullo modo dici potest.* numero 31. *Et quando quis diceret, se naturalem Abulen. seu diœcesis Abulen. intelligendum erat de naturalitate ratione natiuitatis, seu originis,* num. 32.

In dispensationibus matrimonialibus, in quibus impetrantes narrant esse ortos ex tali loco, non sufficit verificare habitasse ibi, & habuisse domicilium vltra decem annos, n. 33. Nec refert, si dicatur, quod si Papa sciuisset: nihilominus concessisset, quia casus omissus non habetur pro expresso, & concessio facta in vno casu, non porrigitur ad alium, n. 34.

1 PRAETEREA in regnis † vbi est tale priuilegium, seu consuetudo, requiritur in eo, cui de beneficio prouidetur, quod sit oriundus, seu naturalis
2 illius regni, vbi est beneficium: † exterus enim beneficium ibi obtinere nequit sine Regio permissu, & literis naturalitatis, vt in Gallia, Cosmas *in proœmio pragmaticæ sanctionis, §. nam Ecclesiarum, verbo, exterorum, ad finem*, Selua *de benefic. 3. p. q. 26* Corras. *3. par. c. 5. num. 12.* Rebuf. *de pacificis possess. numero 265. alias 217. & in praxi tit. de rescript. mixtis. nu. 7.* Guillermus Benedictus *in repetit. capit. Rainutius, verb. & vxorem nomine, el. 5. à numero 482.* Carolus de
3 Grassal. *libro 2. Regalium Franciæ, iure 8.* Et † idem habetur in his Castellæ Regnis, *vt in l. 18 cum seqq. tit. 3. libro 1. ordinamen.* vbi Didacus Perez, hodie *l. 14. cum seqq. tit. 3. lib. 1. recopil.* vbi Azeuedo, Couarruuias *pract. cap. 35. nu. 5.* Hoieda *de incompatibilit. beneficiorum, cap. 24. n. 115. & 116.* Flamin. Paris. *de resignatione benefic. lib. 4. q. 7.* Doctor Sahagun *in cap. eam te, de rescriptis, à num. 24.* De quo late Salzedo *in practica*, Bernardus Diaz *capitulo 54.* & in Lusitaniæ regno, vt per Cabedum *de patronatib. Regiæ Coronæ, capit. 29.*

4 Vbi † tamen non est tale priuilegium, seu consuetudo, potest confetri beneficium clerico alias idoneo vndecunque sit, *apit. ad decorem, de institutio. & ibi glossa, verb. vndecunque*, ibi: *Locus non obstat*, & Abbas *n. 4.* Selua *d. q. 26.* Corras. *d. cap. 5. nu. 9* & Lambertus *de iure patronatus, 1. par. 2. lib. q. 7. art. 24.* Sahagun *supra num. 27.* quidquid dicat Cabedo *sup. nume. 3.* Vnde in causa Vallisolletana præeminentiarum, 24. Nouemb. 1603. coram Illustrissimo Pamphilio fuit dictum, *quod de iure quilibet potest eligi, & institui, dummodo sit idoneus*, d. cap. ad decorem, *& propterea statuta excludentia à beneficiis certum genus personarum dicuntur contra ius, Butrius* in cap. cum dilectus; de consue. à n. 38. in 2. lect. *& sæpissime fuit in Rota resolutum.*

5 Sed † qui est ex loco, seu diœcesi beneficij, debet, si est idoneus, aliis extraneis præferri, *l. in Ecclesiis, C. de Episc. & cler.* Cosmas *in d. proœm. verb. exterorum*, Rochus *de iure patro. verb. honorificum, nu. 47. & 48.* Rebuf. *de nominatio. q. 9. n. 57.* alias 48. Corra. *d. c. 5. n. 9.* Mandos. *regula 16. q. 41. & 43. & cons. 27. à nu. 18. & cons. 55. à numero 1.* Gregor. Lopez *in l. 1. tit. 15. verb. præsentare, & l. 13. verb. de aquel. p. 1.* Duennas *reg. 202.* Hoieda *de incompatibil. c. 23. n. 85.* Azeue. *in l. 14. num. 10. tit. 13. lib. 1. recopil.* Spino *de test am. glos. 3. à num. 32. & num. 72.* Surdus *de alime. tit. 1. q. 93. à nume. 9* Ioan. Gut. qui alios refert *cons. 2. num. 23. & 24.* & Zauallos *in suis communibus contra communes, q. 693.* Villar del patronado de Calatayud. *3. p. in prin. à num. 7. & 8 p. costumbre 4.* vbi qui dicantur filij parochianorum. Sicut † etiam alteri præferendus est, qui ex gremio Ecclesiæ, *c. nullus, & c. obitum, 61. dist. c. metropolitano 63. dist. & capit. ne pro defectu, de elect.* Cuchus *in institu. maior. libro 4. tit. 1. numero 127.* Rota *decis. 413. num. 1. p. 1. diuersorum*, Soto *de iust. & iur. libro 3. q. 6. ar. 2. ad 4* Petrus Nauarra *de restitutione, libro 2. cap. 2. numero 196.*

Sed id intelligo de † honestate, quia valde hone- 7
stum est, & fructuosum, vt quisque in patria sua beneficietur, vt sic vnus non occupet beneficia, vel stipendia alterius, nec detur materia depauperandi beneficia, & quia facilius inducuntur ad residentiam indigenæ dulcedine patriæ allecti, quam extranei, & ita clare sentit Abbas *in d. cap. ad decorem, numero 4. gloss. in capit. cum inter. 3. de elect. verbo, aliam*, & ibi Doct. communiter, & Abbas *nume. 9.* dicentes, eam approbare consuetudinem, & gloss. fi. *in d. cap. ne pro defectu*, & ibi Ioannes Andreas, & Compostellanus, A bb. *numer. 7.* glos. Bartholomæi Brixien. *in cap. in nomine, 23. distin. verb. gremio, in fine, & in d. cap. nullus*, Felinus *in cap. sicut tuis, de simonia, col. 2. vers. in gloss. 1.* vbi ait, prædicta limitatio, si loquamur de rigore iuris, quia tunc valeret collatio etiam facta forensi, *ca. ad decorem*, & ibi per Doct. Cosmas *sup.* qui ait, quod quamuis indigenæ exteris deberent præferri, valeret collatio ordinaria facta cuicunque idoneo, *vt in d. cap. ad decorem. & c.* & Selua *d. q. 26.* vbi etiam *numero 2.* ait, quod quamuis indigenæ extraneis deberent præferri, valeret collatio ordinaria facta cuicunque idoneo, & postea *nu. 4.* ait, quod si extraneus eligatur, aut beneficium sibi conferatur, valebit, & tenebit electio, aut collatio per textum *in d. cap. ad decorem*, & ibi Doct. Sarnen. *de gratis expectan. num. 91. & in reg. de idiomate, quæstione 1.* Franciscus Marcus *decis. 1368. & seq. parte. 1.* Nauarrus *consil. 6. de electione, num. 1.* & Cerola *in praxi Episcopa. 1. parte, verb. beneficia, §. 8.* vbi ait, quod beneficia debent conferri magis incolis, quam exteris, & Doctor Sahagun *supra, numero 30.* qui ait, alienum clericum naturali præferri, fas non esse: si tamen præferatur, collationem iure valere. Et probatur ex *dict. cap. cum inter, & cap. cum nobis, & cap. in causis, de electione.* Nisi † simus inter duos præsentatos, aut alias 8
habentes ius ad beneficium, tunc enim cæteris paribus, præferendus esset de iure naturalis, & qui est de gremio Ecclesiæ, extraneo, vt per Zauallos supra post Decium, *consil. 542. numer. 13.* Est enim qualitas de iure considerabilis, ex iuribus supra citatis, & ita procedere quod tradit Lamber. *3. parte, 2. libro, quæst. quinta artic. 4. & 5.* Mandosius Gutierrez, Rota, & alij *supra.* Et ita post hæc docet Perez de Lara, alios allegans *de anniuer. & capell. libro secundo cap. 3. numer. 19.*

Vnde Fuscus † *de visitatione, libro 2. cap. 5. n. 14.* ait, 9
in concursu ad parochialem præferendos esse clericos ciuitatis ipsius exteris aliis, dummodo in maxima scientia non præcellant extranei ipsis ciuitatensibus, quod etiam ait Cechus *de Republica Eccles. cap. 28. de parocho, numer. 7.* dicens, in paritate eum præponendum, qui sit incola loci, & P. Ledesma in *summa, 2. parte, tract. 7. cap. 1. conclusione 7. 16. difficultate* ait, cæteris paribus pertinen. ad dignitatem debere præferri naturalem Episcopatus, & alias non carere graui 10
scrupulo. Et † ita consuetudo interpretata est, aut recepit illa iura.

Et de qualitatibus † considerandis in præsentatis, 11
vt in æquali gradu consanguinitatis, seu alias in paritate vocum, debeat aliis præferri, & in concurrentibus in oppositione, vide Rochum *dict. verb. honorificum, quæst. 15. 17. 18. & 19.* & Lamber. *d. 3. p. 2. libro q. 5. per totam*, & Cechum *d. nu. 7.* Ioan. Gutierr. *cons. 1. & 2.* Zauallos *dict. q. 693. ex numero 28. & q. 265.* Perez de Lara *di[illegible]. libro 2. c. 2. à numero 27. & c. 3. per totum, & c. 4. num. 1.* Cęsarem de Grassis *decis. 169. ex nume. 9.* & decisionem Rotæ in causa Salmantin 1
capella-

capellaniæ del voto, 3. Iunij 1585. quæ conducit ad dicta, & ait sic: *Domini fuerunt pro informante, nisi aliud deducatur, quod nempe capellania, de qua agitur, sit adiudicanda Francisco: nam rationes pro eius parte deductæ placuerunt dominis. Et primo, quia qualitas origims considerata in Francisco, facit, vt præferri debeat extraneo, ad Abbatem* in cap. ad decorem, in fine, de institutio. *Rochum* de iure patron. verb. honorificum, quæst. 18. *Lamber.* eodem tract. libro 2. par. 3. q. 5. art. 5. *Secundo, idem suadet qualitas nobilitatis iuncta cum paupertate, Hostien.* in c. tuam, *& ibi Butrius* de ætate & qualitate, *Rochus* in dict. verb. honorificum, quæst. 15. *Lamber.* dict. 5. quæst. art. 3. in princip. *Quibus accedit, quod Franciscus est actu sacerdos, alter non: vnde cum capellania onus celebrandi missam annexum habeat, proculdubio inspecto illo tempore, magis idoneus & dignior qui præferatur, erit idem Franciscus,* per caput primum, *& ibi Abbatem* de maiorit. & obed. *& ita resolutum fuisse, dicitur alias coram R.P. D. Cantucio, de anno* 1575. *& facit Barbacia* cons. 33. numero 8. & seq. col. 2. *Lambertus* eodem tract. libro 2. part. 1. quæst. 7. artic. 27. & seq. *Fortissimum etiam illud vsum est argumentum, quod Francisco erat acquisitum ius ad rem, cum fuerit præsentatus à patrono, & præsentatio ab eo acceptata, ac etiam facta Ordinario, quibus concurrentibus, absque dubio Rota sentit acquisitum esse ius ad rem, vt bene tradit post alios, quos allegat Sarnen. ad regulam* de iure quęsito, quęst. prima vers. 1. *non habere locum, & dicit idem D. meus Cantutius in vna sua Calagurritana portionis de Amarita, sub die* 27. *Iunij,* 1575. *Sed Andreas aduersarius nullum ius habet, quia præsentatus à patrono, antequam acquireret possessionem iuris patronatus, & sic nulliter, quia ius præsentandi non potest exerceri, nisi post adeptam possessionem, cum sit de fructibus beneficij, vt fuit dictum per Rotam* decis. 7. de iure patronatus, in nouis, *& Felin.* in cap. cum olim, sub num. 2. de maioritate. & obed. *& Ripa* responso 31. numero 1. libro 1. *vltra quod in prouisione Andreæ non fuerunt præmissa edicta, & sic non fuit seruata forma tradita* in capite finali, de electione, in sexto *& ideo est nulla, & nullum ius tribuit, & idem dicitur, & aliàs in hac eadem causa dictum fuit, vnde concluditur, sententiam de partibus approbandam, in quantum dicit, collationem per Episcopum Andreæ factam esse nullam, sed inquantum illam de nouo illi faciendam esse dicit domini reuocandam, & capellaniam ipsi Francisco adiudicandam esse censuerunt.*

12 Et alias in causa † Legionen. capellaniæ de Manfilla, 10. Octobris, 1578. coram D. Blancheto, & in Calagurritana beneficij 20. Februarij 1587. coram domino Seraphino, & in Burgen. beneficij de Portugalete, 27. Nouembris, 1595. coram domino Pamphilio fuit resolutum, quod concurrentibus ad beneficium, vno habente aliud, & alio non habente, non habens præferendus est habenti.

13 Et illa decisio Calagurritana sic se habet: *Fuit resolutum beneficium de quo agitur, esse adiudicandum Petro Grau. ex ea potissimum ratione, quia cum ipse vsque de anno* 1559. *probauerit suas habilitates coram beneficiatis loci de Ansejo, & ab eis fuerit admissus tanquam filius naturalis loci, & cantauerit epistolam, & immissus fuerit in possessionem talis admissionis, neque hactenus fuerit prouisus de aliquo beneficio, vtique in hoc concursu præferendus est Petro Merino aduersario, qui licet habeat qualitates requisitas, & prius fuerit admissus ad decantandam epistolam, tamen obtinet beneficium seruitorium, ex quo percipit congruam sustentationem vt per testes probatur. Regula enim in hac materia est, quod non habens beneficium præferendus est ei, qui habet,* per capitulũ is, cui, de præbend. in sexto, *Rota* decis. 26. numero 2. eodem tit. in nouis, *Hostiensis* in capitulo tuam, *& ibi Butrius* de ætate & qualitate, *Rochus* de iure patronat. verb. honorificum, quæstion. 15. *Lambertus* libro secundo parte 3. quæst. 5. artic. 13. in princip. *Accedit, quod post Concilium Tridentinum non fuerunt admissi in huiusmodi Ecclesia ad plura beneficia, nisi illi, qui obtinuerunt dispensationem, vt probatur per testes: vnde sit, vt is habeatur pro magis idoneo, qui dispensatione non eget, Decius* consil. 542. numer. 14. cum aliis *Præterea, vbi requiritur seruitium personale, si habilior iudicatur ille, qui vnicum tantum habet beneficium, quamis, qui plura obtinet, vt fuit resolutum in vna Calagurritana de Illarduina coram Robusterio, Rebuffus* in cõcordat is, titulo de electione in glossa idoneorum, prope finem, *sed & ex alio videtur Merinus se indignum reddidisse, nempe, ob pactum initum cum beneficiatis, de relenando eos indemnes ab omni damno, & interesse ob receptionem de eo faciendam, quod est omnino reprobatum à iure, & simonia, cum vt fuit resolutum coram domino Robusterio in vna Astoricen. de Villarin, & coram domino Vicecomite, in vna Salmantina portionis, Lambertus* parte 1. libro secundo quæst. 9. artic. 11. *Non obstat, quod per testes Merini probetur consuetudo admittendi etiã eos, qui sunt beneficiati in alia Ecclesia, quia dato, quod hoc fieri possit, tamen in concursu præferendus est ille, qui caret beneficio, cum singulis personis conferenda sint singula beneficia, maxime, post sacrum Concilium Tridentinum. Non obstat, quod Merinus fuerit primo prouisus à beneficiatis, quia cum fuerit iste actus attentatus contra prohibitionem Episcopi, de eo nulla est habenda ratio. Vltimo non obstat noua prouisio, quæ allegatur, cum neque sit producta, nec sint literæ expediæ, & ideo non possumus super ea aliquod fundamentum facere, maxime stante noua regula sanctissimi domini nostri de non iudicando, iuxta formam supplicationis. Reliqua bene in memorialibus euacuantur, & ita conclusum.*

Et in causa † Calagurritana beneficij, 19. Ianuar. 1596. 14
coram domino Penna amplius fuit resolutum, *quod non habens beneficium præferendus est habenti in concursu, quamuis habens, sit magis sufficiens, & statutum dicat, dandum esse magis sufficienti & habiliori.*

Aduerte tamen, quod ista † decisio loquitur in be- 15
neficio simplici, & non in parochialibus, in quibus aliud dicendum est.

Cum ergo † in beneficiis indigenæ, seu naturales 16
aliis præferri debeant, saltim de honestate, honestumque sit, ac rationi, & iuri conforme, quemque in patria sua beneficiari, inde est, quod si forensis, vel alienigena impetrat beneficium, non facta mentione de loco suæ originis, seu de sua diœcesi, gratia est surreptitia: quia in dubio Papa intendit cuique prouidere in patria sua: ideo taciturnitas nationis reddidit gratiam surreptitiam. Si enim expressisset, Papa sibi non dedisset gratiam in partibus alienis, vel non ita de facili, *cap. bona, 2. de postulat. prælator. circa finem,* ibi: *Nec vellemus ei præficere alienum.* Ita glossa *in cap. si proponente, de rescriptis,* quam sequuntur Abbas *ibi.* Corsetus *in singulari, verb. surreptio,* Felin. *in cap. sicut tuis. de simonia, col. 2.* qui dicit, dictam glossam singularem, Cosmas *supra,* Selua *de beneficiis, 3. parte quæst. 26. numero 2.* Corrasius *3. p. cap. 5. num. 11.* Sarnensis *d. quæst. 1. de idiomate,* Espino *dict. gloss. 3. de testament. num. 34.* Cabedo *d. cap. 29. num. 4.* Sahagun *in dict. cap. eam te, num. 26.* dicens commu-

nem, & alij relati per Rebuffum *de nominatio. quæst. 9. numer. 57.* alias 48. licet contra eam teneat ibi Butrius.

17 Vnde *decisio* Rotæ 76. *de rescriptis*, alias 628. *in antiquis*, quam † sequitur Rebuf. *in repetit. cap. nulla, 2. de concess. præbend. 3. qualitate* quæ ait quod si aliquis est oriundus de aliqua diœcesi, & habet domicilium, vel beneficium in alia diœcesi, si impetrat beneficium dicendo, se clericum diœcesis beneficij & non originis, talis gratia valet, nec est surreptitia, ad notata per Doct. *in cap. statutum, §. cum vero, de rescript. libr. 6 & cap. cum nullus, de temporibus ordina. eodem libr.*

18 *& d. cap. ad decorem, de institutio.* Hæc † inquam decisio videtur dubia, præcipue, cum dicens se clericum diœcesis beneficij, seu domicilij, impetrat ibi beneficium eiusdem diœcesis, ex traditis per Compostella. & Felin. *n. 8. in cap. significante, de rescriptis*, & Rebuf. *id praxi in forma signaturæ, verb. Magalonen.* Quod si studens Bononiæ impetrat beneficium in diœcesi Bononiensi, dicens se scholarem Bononiensem, cum non sit inde oriundus, non valet rescriptū, quia magis congruit negotio de quo agitur, scilicet, de isto beneficiando, quod verbum *Bononien.* determinet locum originis, potius quam studij: quamuis secus esset, vbi ille impetraret extra diœcesim Bononiensem. Ex quo tunc cessaret illa ratio, vt per Felinum *ibi*, & extra materiam impetrationis beneficij, vt per Rebuf. *supra, & de priuilegiis scholarium, priuilegio* 92.

Nihilominus tamen † dicendum videtur, illam de-
9 cisionem esse veram: nam vt quis vere dicatur esse diœcesis Abulensis, satis est ibi habere vel originem, vel domicilium, vel beneficium, *d. cap. cum nullus*, & quæ notant Dd. *in d. §. cum vero*, & Mandosius *reg. 16. q. 42. n. 8.*

20 Nec obstat dicta † doctrina glossæ, & Abbatis *in d. cap. si proponente*, quia procedit, quando forensis impetrans non faceret mentionem suæ originis, nec diœcesis, sed simpliciter impetraret: nā in dubio Papa intendit prouidere vnicuique in patria sua. At cum impetrans diceret, se esse clericum talis diœcesis, non videtur gratia surreptitia, etiam si ibi impetret, cum Papa possit intelligere, esse illius diœcesis, vel ratione originis, vel domicilij, vel beneficij, iuxta *supra dicta.*

21 Quando autem impetrans † dicit, se clericum Abulensem, verbi gratia, prout solet dici in supplicationibus, significatur origo, quoniam verbum debet naturaliter intelligi, & non accidentaliter, glos. *in l. sed & reprobari, §. amplius ff. de excusatio. tutorum, verb. comancus*, quæ explicat, id est, *de comanca*, Baldus *in d. cap. significante, sub num. 1.* & ibi Felin. *d. num. 8.* Rebuf. *supra d. verb. Magalonen. & in l. 2. ff. de verbor. si-*
22 *gnificat.* Sicut † quando dicitur talis de Perusio, intelligitur naturaliter secundum eos. Illi enim proprie dicuntur de aliquo loco, qui ratione originis sunt de illo, Bald. *in l. 1. §. quod autem, ff. de tutorib. datis ab his*, & Gregorius Lopez *in l. 32. tit. 2. par. 3. verb. natural. in fine.* Et † ita cum in supplicatione quis se di-
23 cit clericum Abulensem, in literis solet dici, oriun-
24 dus, vt quotidie videmus. Et † similiter, quando in supplicatione dicitur, N. clericus, Abulensis diœcesis, intelligitur secundum stylum, ex diœcesi Abulensi oriundus, & ita dicitur in literis, & ita iam de stylo non videtur procedere dicta *decisio* Rotæ 76. *de rescrip.*

25 Quod verbum, *oriundus*, vt † apparet ex stylo, accipitur pro *orto*, iuxta *leg. assumptio*, iuncta glossa, *ibi verbo, oriundus, ff. ad municip.* & quæ tradit Mandos. *d. regula 16. q. 40. numero 3.* Quamuis † alias oriundus 26
quis dicatur ab origine, seu natiuitate propria, vel paterna, Iaf. *in l. hutusmodi, §. legatum, n. 18. ff. de leg. 1.* Mandosius *dict. quæst. 40.* Ioseph. Gonçalez, Flores *variar. quæstion. capitulo 36. ex numero tertio cum aliis*,
Et appellatione † *Abulensis* venit ciuitas, & diœce- 27
sis. Et verbum, *clericus Abulensis*, est aptum capere vtrunque. Ferretus *consil. 222. numero quinto* ex Bartolo *in leg. secunda column. final. de verbor. significat.* & fuit resolutum in Toletana Parochialis, 10. Maij, 1596. coram D. Arigonio infra adducta nona *par. capitulo secundo numero* 341. quam vide. Et † etiam ap- 28
pellatione *diœcesis* in proposito venit ciuitas, iuxta dicta supra *prima parte, capitulo vltimo, à numero* 76.

Et † qui narrat se clericum Abulen. seu oriundum 29
Abulæ, debet id verificare, maxime, quando ibi impetrat beneficium, Flamin. Paris. *de resignatione beneficiorum, lib. 10. quæst. 3. 3. num.* 28. & fuit resolutum in vna Gienen. præstimonij, 19. Nouembris, 1593. coram domino Blanqueto, in qua fuit dictum, debere verificari, per d. Quesadam, pro iustificatione suæ gratiæ narratiuam literarum, quod erat oriundus ex dicta diœcesi Gienē. Et idem fuit dictum in vna Ferdinen. Prioratus, 4. Maij, 1594. coram domino Penna.

Ad cuius † verificationem non sufficit habere ibi 30
beneficium, vel domicilium, vt apparet ex dictis, etiam si habuerit domicilium per decem annos, & vltra, nam adhuc non potest dici ortus, seu oriundus, seu Abulen. proprie: illa enim habitatio solum facit incolam, seu domiciliarium, non tamen ortum, seu oriundum, *l. prima cum seqq. C. de municipalib. & origin. & leg. secunda C. de incolis, libro* 10. Gregorius Lopez *in l. 2. titulo 24. partita 4. verb. Maguer. vers. aduerte tamen*, Menoch. *de arbit. libro secundo casu* 86.

Et † quamuis posset dici naturalis ciuiliter & im- 31
proprie, ex *d. l. 2. partita*, Burgos de Paz *in l. 3. Tauri, 1. parte, n. 372.* Auendanno *de exequendis mandatis, li. 1. cap. 3. n. 5.* & Azeuedo *in l. 19. tit. 3. lib. 1. recopilationis, n. 1.* ortus tamen, seu oriundus, nullo modo dici po-
test, cum non nisi ab origine talis dicatur. Et † quan- 32
do quis diceret, se esse naturalem Abulæ, seu diœcesis Abulen. intelligendum erat de naturalitate ratione natiuitatis, seu originis, ex Gregorio Lopez *in l. 1. tit. 20. partita 2. verb. la primera*, nam verba sunt naturaliter & proprie, non ciuiliter intelligenda, *l. fin. C. de his, qui veniam ætatis*, & ibi Baldus, Cardinalis Mantica *de coniecturis, libr. 3. titul. 4. nu. 15.* Gallinius *de verb. significatio. lib. 2. cap. 21. num. 8. & libro 3. cap. 19. nu. 2.* Salazar *de vsu & consuetudine, ca. 1. num. 57. & 62.*

Ex † quibus infertur ad dispensationes matrimo- 33
niales, in quibus impetrantes narrant esse ortos ex tali loco, vt non sufficiat verificare habitasse ibi, & habuisse domicilium etiā vltra decem annos, quamuis contrarium aliquando seruetur in hoc Episcopatu.

Nec refert, si dicatur, quod † si Papa sciuisset nihi- 34
lominus concessisset: quia, vt inquit Baldus *in dict. cap. significante* casus omissus non habetur pro expresso, & concessio facta in vno casu non porrigitur ad alium. Decius *in cap. super literis, de rescriptis, nu. 18. in fine*, quod maxime procedit, quando ambo impetrantes narrant esse ortos ex vno & eodem loco.

CAP.

CAP. X.

De beneficiis sæcularibus sæcularibus, & regularibus regularibus conferendis.

SVMMARIA.

Cum beneficia alia sint sæcularia, scilicet sæcularibus addicta, qualia censenda sunt omnia, nisi contrarium probetur, alia regularia, quæ ex fundatione, vel consuetudine, &c. religiosis sunt addicta: & indecorum sit, ratioñ non congruat, homines dispares professionis, vel habitus, Ecclesiis præficere, &c. sæcularia sæcularibus, regularia regularibus conferri debent. à numero. 1. & seqq.

Beneficia regularia non possunt conferri nouitiis, sed debent dari expresse professis. n. 4.

Beneficia sæcularia non possunt conferri nouitio, & valebit collatio, seu electio de eo facta. n. 5. *qui consentiendo, & beneficium acceptando, non videtur ipsi religioni renuntiare, sicut è conuerso,* n. 6.

Concilio Tridentino prohibetur, beneficia regularia sæcularibus vniri, nu. 7.

Eodem Concilio decretum est, vt regularia beneficia in titulum regularib. professis prouideri consueta, religiosis tantum illius Ordinis; vel iis, qui habitum omnino suscipere, & professionem emittere teneantur, & non aliis conferantur. nu. 8.

Beneficia Commendatariorum Ordinis Diui Iacobi, & similium, aliis alterius professionis, nullatenus conferri poterunt, nec etiam Commendatarij ipsi ad beneficia sæcularia admitti poterunt, n. 9.

Ponitur declaratio S. Congregationis circa dictum decretum Concilij, n. 10. *Vbi etiam habetur, quod Abbatiæ non nisi professis per Ordinarios conferri possunt. Pro quo facere videtur* c. 21. sess. 25. de regularibus, vers. quæ vero imposterum vacabunt, &c. *Quæ verba licet non sint præceptiua, vt ait Rota, sed consultiua, secundum sanctam Congregationem, tamen procedit respectu Papæ, de quo ibi Concilium loquitur.* n. 11. & 2. seqq.

Reges Hispaniæ, quibus Adrianus Sextus indulsit ius præsentandi Abbates, & alios præfectos, non potuerunt præstare ante Concilium ad præfecturas regulares personas sæculares, nec regulares alterius Ordinis, & multo minus post Concilium poterunt, nu. 14.

Ponitur alia declaratio sanctæ Congregationis circa dictum decretum, n. 15.

Dicta conclusio, quod sæcularia beneficia sæcularibus, regularia regularibus conferenda sunt, limitatur, nisi vrgeat necessitas, quia puta, idonei non reperiantur, numero 16.

Secundo limitatur, vt non procedat in Ecclesiis parochialibus, seu curatis sæcularibus, ad quas promoueri potest monachus, maximè si est aptus ordinator. à n. 17. & 2. seqq. *Sed contraria sententia tenetur, scilicet quod monachi sint inhabiles ad beneficia sæcularia, etiam curata, nec Episcopus possit in hoc dispensare, Canonici tamen regulares possunt obtinere curata.* à n. 20. vsque ad n. 27.

Beneficiorum sæcularium simplicium sunt incapaces religiosi, etiam canonici regulares, n. 28. & 29. *vbi ponitur resolutio Rotæ.*

Addignitatem Episcopalem possunt monachi, & regulares de iure euehi, n. 30.

Ponuntur declarationes sanctæ Congregationis, numero 31. & 32. *Ex quibus apparet, Papam nolle, quod regulares etiam canonici admittantur ad parochiales.* num. 33.

Tertio limitatur dicta conclusio, nisi sit mutata qualitas, & status beneficij; ad quod requiritur quadraginta annorum possessio cum bona fide, scilicet quando constat de vera qualitate beneficij, & anteriori statu, nã alias attendendus videtur vltimus status, maxime sæcularitatis, numero 34. & seq. *vbi adducuntur resolutiones Rotæ. Nec sufficit quadragenaria, stante priuilegio, vel dispositione Papæ cum decreto irritante, seu prohibitione, sed opus esset immemoriali.* numero 36.

An clausula posita in commenda, attento, quod clericis, sæcularibus commendari consueuit, verificetur in vno actu numero 37. *vbi quod non licet, secus si dixisset, solita est.*

An religiosi sint omnino incapaces beneficiorum sæculariũ, maxime in titulum, & Corras. aut, quod præter Ecclesias curatas & Cathedrales aliorum quorumcumque beneficiorum sæcularium, vt temporalium rerum, etiam ex dispensatione Papæ incapaces sunt, numero 39. *Certum tamen est, ex dispensatione Papæ esse capaces beneficiorum sæcularium, etiam in titulum, sicut possunt habere titulum suorum beneficiorum regularium.* nu. 39. & 40. *Sed inquit Corrasius, esse incapaces temporalium etiam ex dispensatione Papæ.* num. 41.

Verum est, religiosos ex dispensatione Papæ esse capaces temporaliũ rerũ, non solũ quoad administrationẽ, & dispensationẽ, sed etiam quoad dominiũ, & proprietatem. n. 42. *Nam Papa potest ex causa dispensare in voto solemni religionis,* n. 43. *Quamuis contrarium teneant Diuus Thomas, & alij.* nu. 44.

Communis sententia Canonistarum, & Theologorum tenenda est, quæ comprobata est facto Pontificum, num. 45. *Et ratio est, nam sicut in voto simplici & iuramento, quorum obligatio etiam est de iure diuino, Papa potest dispensare, ita in voto solemni, cuius etiam obligatio procedit ex actu humano,* n. 46.

iectioni, quod in voto solemni non possit dispensari ra-

Obtione traditionis personæ, in qua solemnitas voti consistit, satis fit, quod qua ratione potest Papa dispensando ex causa tollere obligationem voti simplicis & iuramenti, & ius ex promissione Deo quæsitum, eadem potest tollere ius ex traditione Deo quæsitum, & traditionem reuocare. numero 47. & 48. *Sicut etiam in matrimonio rato potest dispensare.* numer. quadragesimonono.

In voto solemni castitatis, quod fit in susceptione sacrorũ ordinum, est etiam traditio personæ, & tamen in eo potest Papa dispensare, nu. 50. *Nec refert dicere, quod votũ seu debitum continentiæ non sit essentialiter annexum ordini sacro, sed ex statuto Ecclesiæ, statutum vero religionis sit essentiale: nam supposito quod sit esset indispensabile, sicut votum religionis, si traditio esset ratio indispensabilitatis,* n. 51.

Non est verum voti solemnitatem cõsistere in traditione, ita quod votum solemne sit promissio, & traditio, seu exhibitio personæ per assumptionem status, simplex vero sola promissio: nam etiam in votis simplicibus potest esse traditio, sicut in voto solemni quæ nihil aliud est, quam dedicare, & mancipare se Deo, & eius seruitio, numero 52. *Vt patet in eo, qui perpetuo vouet seruare castitatem, & in eo, qui extra religionem approbatam voueret perpetuo castitatem, paupertatem, & obedientiam, & in Societate Iesu,* numero 53.

Voti solemnitas ex sola constitutione Ecclesiæ est inuenta, vt per ista verba inquit Bonifacius, & Gregorius Decimus tertius, numero 54. *Quæ non possunt intelligi vt intelligunt Thomistæ de cæremonia solemnitatis,* num. 5.

Votum simplex, & solemne non differunt essentialiter, & specifice: sed solum accidentaliter, & ex institutione Ecclesiæ. Sicque eiusdem speciei ex parte obiecti, vnde sumitur specificatio. n. 56. *Quamuis solus Aragon, & alij teneant differre specie.* n. 57.

Consistit formaliter solemnitas voti in traditione, quam ipsum votum includit, sed in hoc quod Ecclesiæ authoritate statutum est tale votum esse solemne, scilicet, per quod homo inhabilis est ad matrimonium, seu in hoc quod fiat vt Ecclesia decernit. n. 58.

Cũ voti solemnitas sit de iure positiuo, apparet, posse Papam dispensare in voto solemni religionis, sicut in voto simplici. n. 59. *Et quod possint dispensare in voto solemni paupertatis, docent relati.* n. 60.

Obiectioni Nauarri, quod ad dispensandum in voto paupertatis, ita vt fiat verus dominuc, nulla iusta causa potest occurrere, Respondetur, quod voto paupertatis non tam repugnat dominium, quam vsus, numero 61. & 62. *Sicut etiam voto castitatis solemni non tam repugnat vinculum, & dominium matrimonij, quam vsus,* n. 63.

Votum solemne paupertatis sola Ecclesiæ constitutione facit monachum inhabilem ad dominium, vel retinẽdum, vel acquirendum, num. 64. *sicut etiam votum solemne castitatis etiam monachi sola Ecclesiæ constitutione facit inhabilẽ ad matrimoniũ, & illud dirimit.* num. 65. *& quando id introductum sit.* num. 66. & 3. seqq. *Quamuis contrarium teneant Diuus Thomas & alij, ratione traditionis, quam includit votum solemne,* numer. 69. *Cui rationi respondetur* à nu. 70. & seq.

Si votum solemne religionis faceret inhabilem ad matrimonium sua natura ratione traditionis, etiam votum solemne ordinis sacri id faceret. nu. 72. *& etiam vota simplicia Societatis Iesu.* n. 73.

Vota Societatis Iesu licet iam dirimant matrimoniũ ex constitutione Greg. Decimi tertij, adhuc dicuntur simplicia, quia nõ sunt ppetua ex parte Societatis, sed donec prælatis placuerit. n. 74. *Ex qua etiam ratione non dissoluunt matrimonium præcedens.* n. 75.

Cum votum solemne religionis sola Ecclesiæ constitutione dirimat matrimonium subsequens, consequenter dicendum est à fortiori solo iure Pontificio dissoluere præcedens ratum. n. 76. & 77. *quamuis alij aliter, & varie teneant, quorum sententia improbantur,* à nu. 78. & 4. seqq.

Cum votum solemne religionis solo iure Ecclesiastico dissoluat præcedens matrimonium ratum, sequitur posse Papam ex causa dispensare in matrimonio rato, vt tenent communiter Canonistæ, n. 81. *Quamuis contrarium teneant Theologi communiter.* n. 84.

Authoritas Matthæi, & Marci: Quos Deus coniunxit homo non separet, intelligitur de matrimonio consummato, numer. 85. *in quo non potest Papa dispensare.* n. 86.

Cum voto paupertatis & castitatis etiam solemni, non tam repugnat dominium, quam vsus, & sola Ecclesia constitutione monachus fit incapax dominij, sicut & ad matrimonium inhabilis recte poterit Papa illum facere habilem, & capacem dominij, etiam manentem monachum. n. 87. *quod id non soleat facere, sed concedere administrationem, & dispensationem rerum, qualem habent beneficiarij regulares fructuum suorum beneficiorum* numero octuagesimo octauo.

Monachus factus Episcopus non habet bonorum, seu fructuum dominium, & proprietatem, sed administrationem & dispensationem. n. 89.

Cum Papa dispensat cum monacho, vt matrimonium contrahat, illo contracto, consequenter etiam manet relaxatum votum paupertatis & obedientiæ, n. 90.

Respondetur cap. cum ad monasterium, de statu monachorum, in fine, licentiam ibi intelligi voluntariam, & sine causa. n. 91.

Secunda responsio, quod in sensu composito, idest, cum monacho manente monacho, non possit Papa dispensare in votis castitatis, & paupertatis, &c. numer. 92. & 93. *quæ defenditur ab impugnatione Ledesmæ.* à numero 94. & seq.

Improbatur doctum Innocentij, quod abdicatio proprietatis, & custodia castitatis sunt annexa Ordini à iure positiuo n. 96. & 97.

Professio facta cum conditione, pacto, seu modo de retinendo, seu habendo proprio, non valet. n. 98. *contra aliquos citatos.* nu. 99. *Et respondetur capiti finali, quod clerici vel vouentes,* n. 100.

CVm beneficia, vt † supra dictum est, 1. *par. c. 6. n.* 11. sint sæcularia, scilicet sæcularibus addicta, qualia censenda sunt omnia, nisi contrarium probetur, alia regularia, quæ ex fundatione, seu institutione, vel consuetudine, seu præscriptione religiosis sunt addicta *c. cum de beneficio, de præbendis in 6. clem. vnica de supplenda negligentia prælatorum,* Cosmas *in pragmatica sanctione, tit. de collatio. §. item placuit, verb. regularib.* Rebuff. *in praxi, tit. regularia beneficia multiplicia, nu. 1. & in concordatis, tit. de collatio. §. volumus, verb. regularia, & in tract. de nominatio, q. 15. n. 26. alias* 23. Corras. *de beneficiis 1. parte, c. 5. n. 6.* & Petrus Gregor. *cap. 10. num. 12.* Petrus Pechius *in reg. beneficium, in 6. num. 6.* Hoieda *de incompatibilitate beneficior. in præfatio. num. 6.* & Cerola *in praxi Episcopali, 2. parte verb. beneficium, §. 12. & 19.* Et † cum indecorum sit, & rationi non congruat, homines disparis professionis, vel habitus Ecclesiis præficere, aut in eadem Ecclesia sociari, *cap. in 9. 16. quæst. 7. & Clem. 1. de electio.* sæcularia † beneficia sæcularibus, regularia regularibus conferri debent, dicto capite, cum de beneficio, cum aliis, vt per citatos, & Cosmam, *d. tit. de collatio. §. illi vero, verb. religiosis,* Rebuf. *in praxi, tit. de dispensatio. cum regul. & in tract. de pacificis possessorib. num.* 311. alias 259. Corras. etiam 3. *parte, cap. 5. num.* 13. Mandosium *de signatura gratiæ, tit. de prouisio, versic. beneficia regularia, & versic. Prioratus, & versic. monacho, & tit. de dispensatione monachor. pro obtinendis beneficiis,* quem vide, Couarruuiam *in capit. 2. de testamentis. numero. 2. & 3.* Hoiedam *capit. final. numero* 92. Nauarrum *consi. 3. de præbendis,* Flam. Paris. *de resignatione, lib. 4. quæst. 5.* Man Rodrig. *quæst. regul. tom. 1. q. 34. art. 3.* & posthæc Gonçal. *de regul. mensium, gloss. 7. à numero 3. & gl.* 8. & D. Card. Tuschus, *concl. 67. litera B.*

Nec beneficia regularia possunt † conferri nouitiis, sed debent dari expresse professis, *cap. nullus, de electio. in 6. Clemen. 1. de supplenda negligentia prælatorum, & clem. 1. §. sane. 2. de statu monachor.* Paulus Lapus Domin. *n. 6. vers. in eadem glo.* ibi, *nullus,* & Franchus, *nu. 1. circa finem, in capit. beneficium. de regu. in 6.* quidquid sentiat gl. *ibi, verbo conferendum.* Açor *li. 12. cap. 3. quæst. 1.*

1

2

3

4

Bene-

Beneficia vero † sæcularia possunt conferri nouitio, & valebit collatio, seu electio de eo facta, cum possit consentire, & redire ad sæculum, & non sit vere Religiosus, quamuis contra teneat dicta glossa, *ver. conferendum*, dicens, quod constituto in probatione, non poterit conferri beneficium, quod per regulares possideri non possit, &c. quam sequitur ibi Lapus, Anchar. & Domin. *vbi supra*. 5

Sed contra † eam tenet Franchus, *dicto num. 1. versicul. in eadem*, gloss. ibi, *possideri*, dicens, satis videri, quod licet id fieri non debeat, vt dicit gloss. si tamen eidem conferantur, vel ad id eligatur, tenebit electio vel collatio, &c. qui tamen male ait, quod consentiendo, & beneficium acceptando, videtur ipsi Religioni renuntiare sicuc è conuerso, nam non est incompatibile beneficium cum nouitiatu, & probatione, idem tenet Açor *supra*. 6

Vnde in S. Concilio Trident. *sess. 24. cap. 13. & 15. de reformat.* prohibetur beneficia regularia sæcularibus viiri. 7

Hodie in eodem † Concilio, *sess. 14. capit. decimo de reform.* decretum est, vt regularia beneficia in titulum regularibus professis prouideri consueta, cum per obitum aut resignationem, vel alias illa in titulum obtinentis uacare contigerit. Religiosis tantum illius ordinis, vel iis, qui habitum omnino suscipere, & professionem emittere teneantur, & non aliis, ne vestē lino, lanaque contextam induant: conferantur, tradit posthæc Gonçalez, *glo. 8. à num. 7.* 8

Ex quo infert † Hoieda *d. cap. fin. num.* 105. quod beneficia Commendatariorum ordinis Dom. Iacobi, Calatrauæ, Alcantaræ, & Dom. Ioannis, & similium, quæ eis, & Canonicis regularibus, & sub regula Do. Augustini, & Benedicti, degentibus, sunt concedi solita, aliis alterius professionis nullatenus conferri poterunt, vt clare videtur probari *dict. capit.* 10. neque etiam Commendatarij ipsi ad beneficia sæcularia admitti poterunt, cum sint religiosi, ac Canonicorum regularium regulam teneant, circa quod tamen vide dicta supra 1. *par. cap. 4. numero.* 18. & 19. 9

Circa quod decretum † Concilij Sanct. Congregatio Illustrissim orum Cardinalium. 12. Decemb. 1585. fecit talem declarationem: *Præter Papam ordinarij Collatores possunt conferre regularia in titulum regularibus professis prouideri consueta, etiam sæcularibus, qui illius ordinis habitum omnino suscipere, & professionem emittere teneantur, quia hoc capit. loquitur generaliter, & intelligit de ordinariis, nam quando vult intelligere de Papa, illum nominat*, vt capit. 21. sessione 25. de reg. *& quia loquitur per dictionem*, vel, *& sic videtur hic æquiparare hos duos casus: Abbatiæ vero, & beneficia administrationem habentia, nonnisi professis, iuxta Canones per Ordinarios conferri possunt. Quam declarationem adducit Gonzalez*, gloss. 8. nu. 78. 10

Et pro vltima † part. huius declarationis videtur facere *dict. capit.* 21. *sessione vigesimaquinta de regul. versic. Quæ vero in posterum vacabunt, nonnisi regularibus expectatæ virtutis, & sanctitatis conferatur.* Quæ † tamen verba, licet secundum Rotam sunt præceptiua, non consultiua, iuxta doctrinam Socini Iunioris. *consil. 144. numer. decimo nono, volumine tertio.* Sacra vero Congregatio Concilij censuit esse consultiua, cum descendant ab illo verbo, *Considit*, posito *in versiculo præcedente*, vt per Flamin. Paris. *dict. quæst. 5. num. 3.* 11 12

Sed ista † declrratio, quod illa verba sint consultiua, procedit respectu Papæ, de quo ibi Concilium loquitur, & sic non est contraria præcedenti declarationi, quæ fundatur *in c. cum ad nostram, cap. officij, cap. cum in Magistrum, de election. cap. 1. nullus eodem, in 6. & Clement. 1. eodem tit. cap. cum singula. §. prohibemus, de præben. in 6. Clement. 1. de supplen. negligentia prælatorum, & Clemen. 1. §. sane, 2. de statu monachor.* Put. *decisio. 261. lib. 2.* & post hæc Gonçal. *gloss. 8. ex d. nu. 78.* 13

Ex quibus † Nauarrus *comment. 3. de regul. capit. nullam, num. 2.* & Man. Rodrig. *quæstio. regul. 2. tomo, quæst. 123. artic. 4.* dicunt Reges Hispaniæ, quibus Adrianus VI. indulsit ius præsentandi in suis Regnis Abbates, & alios Præfectos Ecclesiarum collegiatarum, sæcularium, & regularium, saltim Consistorialium, per Breue, cuius copiam inquit Nauarrus se vidisse, non potuisse præsentare ante Concilii Trident. in ad Præfecturas regulares personas sæculares, nec regulares alterius ordinis, & multo minus post Concilium poterunt, licet id non videatur recte seruari. 14

Declarauit etiam Sancta † Congregatio: *In prouisionibus beneficiorum, quas Ordinarij inferiores faciunt, non professis, non esse apponendum hoc decretū, ex nunc, prout ex tunc, & postquam, in solis prouisionibus Apostolicis apponi consuetum, sed prouisiones faciendas esse purè, & simpliciter ad formam Concilij*, d. cap. 10. *vt qui habitum omnino suscipere, & professionem emittere teneantur.* Quę professio emittenda est post annum integrum probationis & non ante, alias esset nulla, vt *in c. 15. sess. 25. de regul.* quicquid controuertat Gonçal. *supra, ex n. 87.* 15

Prædicta tamen constitutio, quod † sæcularia beneficia sæcularibus, regularia regularibus, conferenda sunt, limitatur, nisi vrgeat necessitas, quia puta idonei non reperiantur, capit. inter quatuor, de religiosis domibus, vbi Abbas, Rebuffus *in concord. 11. de collat. §. 1. volumus, verb. & conformitatem, & in praxi, tit. de dispensatio. cum regular. n. 40.* & Corras 1. *par. c. 5. n. 7. & 3. part. cap. 3 numer. 13.* pro quo facit regula *quod non est licitum 4. de regul. iur. in decret. al.* & ibi gloss. *verb. necessitas*: & post hæc tradit Gonçalez *glossa 8. num. 43.* 16

Secundo † limitatur, vt non procedat in Ecclesiis parochialibus, seu curatis sæcularibus, ad quas promoueri potest Monachus, seu Religiosus, maxime si est aptus concionator, *cap. in parochia. 16. quæst. 1.* vbi gloss. *cap. quod Dei timorem, de statu monachor.* & ibi Abbas dicens communem Domin *in dicto cap. beneficium, de regul. in 6. numero 6. versic. in eadem* gloss. *ibi, nullus.* & Franchus *ibidem, numero 1. circa finem*, Cosmas *in pragmatica sanctio. tit. de collatio. §. alli vero, verb. Religiosis*, Rochus, *de iure patronat. verb. honorificum, numero 23.* Selua dicens etiam communem, *de benefic. 3. par. quæstione 70.* Corras. *dicta 1. parte capit. 5. numero 7. & 3. part. cap. 5. numero 14.* Quintana duenas, *libro 1. Ecclesiasticon, cap. 4. numero 16.* Tuschus *conclusio. 66. litera B. numero 4.* Sylvester *verb. Religio. 7. quæst. 3. & 4.* & Manu. Rodrig. *dicto 1. tomo. quæst. reg. quæst. 34, artic. 4.* & nouissime Leonar. Lessius. *de iustitia & iure, lib. 2. cap 34. num. 6.* Qui † tamen præter Abbatem Corras. Tuschum, & Sylu. non videntur requirere, quod sit aptus concionator, sed absolute tenent, Monachum posse de iure promoueri ad Ecclesiam parochialem sæcularem, & est gloss. *in d. Clement. 1. de supplend. negligene prælator. verb. sæcula-* 17 19

ribus,& † Lamber. *de iure patrona. 1.part.2.lib.quæst. 7.artic.19.* ait, expresse monachum posse absque dispensatione præfici parochiali,etiam si non sit aptus concionator,seu prædicator, dum modo non reperiretur clericus sæcularis ita bonus, & idoneus, nam tunc inquit *ibi,in artic.22.sequenti,numero 2.* non debere præfici Religiosum,& est *l.25.tit.7.part.1.* & ibi Gregor.

20 Sed contrariam † sententiam,scilicet, quod Monachi sint inhabiles ad beneficia sæcularia, etiam curata,tenuit Rota *decisio 5. de iure patronat. & 28. de præbendis.in nouis,* & Bellamera *decis.713.& 750.* sequuntur Felin.*in cap.in nostra de rescript.col.40.* Bertach.*in repert.verb.patronus,* Rebuffus *de pacificis possessoribus, dict.numero 311.* alias 259. *& in praxt,dict. titul. de dispensatio. cum regularibus, numero 513. & quadragesimo.* Gomez. *de gratiis expecta. numero septuagesimo* Couarruu.*in cap.2.de testamen.numero tertio.* Nauarrus *cons.10.de regul.* vbi loquitur in clerico Ordinis,seu Militiæ S.Sthephani Florentiæ,sub regula D.Benedicti,*& cons.11. de statu monach. num. 6.* & Zauallos,*quæst.28.* qui tamen confundit beneficia curata cum simplicibus, nec distinguit Canonicos regulares.

21 Quæ sententia fundatur,† primò ex Concilio Lateranens. sub Alexando tertio,*in cap.Monachi, de statu Monachor.* vbi id quod antea videbatur permissum,*vt in d.cap.in Parochia, 16.quæstione prima* cum multis aliis capitulis eiusdem causæ, & quæstionis, de quibus per Quintanaduennas. *libro 3. Ecclesiastic.*
22 *numero quadragesimonono* iam prohibetur. Ex quo † etiam videtur,Episcopum non posse in hoc dispensare,vt videtur sentire Gomezius *supra*, & Mandos. *dict. tit. de dispensatione Monachor. in princip.* cum non possit contra Canones & Concilia dispensare, Duennas *regul.* 248. Hoieda *capit.11.num.4 & c.12. num.13.*

23 Quamuis Rota,Bellamera, † & Felin. *vbi proximè,* & Caputaquens.*decis.85. parte 1.* contrarium videantur tenere, & sequuntur Staphil. *de variis modis vocationis, 6.modo num.5.* & Couarruu. *d. numer. 3* & Gonçal.*gl.7.n.52.*

24 Secundo videtur † etiam dicta sententia probari *in d.cap.quod Dei timorem,* vbi solis Canonicis regularib. permittit Innocentius tertius obtinere bene-
25 ficia sæcularia curata. † De quibus non est dubium ea posse obtinere. Caputaquen.*dict.decis.85.* Guido Bonus *decis.96.in manuscripti.* Mandos. *dict.tit.de prouisio. vers.regularem.* & Nauar.*consil.11.& 12. de statu monach.* nisi esset translatus de vno ordine ad alium, ex Concilio Tridentino *sess.14. de reformatio.cap. 11.* Nec est necessaria dispensatio Episcopi,Guido Bonus *d.decis.96* & fuit resolutum in vna Papien. iuris patronatus.6.Martij.1598.coram Domino Seraphino Decano. Quidquid dicat Flam. Paris. *dict.lib.4. quæst.5.num.5* & Caputaquens. *ibi,* quem citat,loqui-
26 tur respectu Monachi. † Quod intelligitur dummodo non remaneant intra clausura. Fastol. *dub. 65.*
27 Lamber.*d.q.7.artic.21.* Quamuis † Rebuff.*supra d.tit. de dispensat.cum regular.num.40.* dicat, Canonicum regularem non posse parochialem obtinere regulariter,sed solum vbi præficiatur causa prædicationis, aut si fuerit dispensatus,aut in subsidium aliis deficientibus sæcularibus.

28 Beneficiorum † autem sæcularium simplicium sunt incapaces Religiosi,etiam Canonici regulares, Abbas,Rochus,Selua,& alij relati *supra*, Bellamera *decis.172.* & Lambert.*dict.art.29. num. 24.* etiam ex Episcopi dispensatione,Corrasius *d.3.par.c.5 numer.* 29
13. & Nauarr.*d.consil.11.* Vnde † in dicta Papien. iuris patronat.6. Martij coram domino Decano fuit resolutum,*Beneficium sæculare non posse conferri Canonico regulari,sine Apostolica dispensatione,nisi sit parochiale.*

Ad dignitatem † tamen Episcopalem possunt 30
Monachi,& regulares de iure euehi, Abbas, Selua, Couarru.& alij supra & Corras.*d 3 parte.c.5.n.14 & l.13.tit.5 part.1.* & ibi Gregor.& *in d.l.25. tit.7.* quem vide,& Gonçalez *supra n.48.*

Circa dicta † aduertendum est,quod inter decla- 31
rationes S. congregatio. concilij, super dicto capite decimo, sessione decimaquarta, habetur sequens declaratio,*Regulares sunt incapaces beneficij simplicis, etiam si essent Canonici regulares, non autem beneficij curati,iuxta dispositionem capit.* quod Dei timorem, de statu Monachor.*licet non hodie,cum obstet Concilium Lateranens.ad concordata.* Et inter † declaratio- 32
nes super *capit. 18. sessione vigesimaquarta de reformatione* habentur sequentes declarationes. *Prima quæritur,an Ecclesiæ parochiali, ex necessitate, nempe ob penuriam Sacerdotum,regularis perpetuo possit præfici? Respondit Congregatio permitti posse,ita tamen, vt deducto victu, quod reliquum fuerit redituum, in vtilitatem Ecclesiæ, & pauperum conuertatur,ob id autem necessariam esse hodie dispensationem, contra opinionem communem antiquorum Doctorum, quod ita de stylo obseruari consueuit, quod si magis placeret Sanctissimo Domino nostro Sixto,posse quod petitur ad tempus cõcedi,quoad scilicet Episcopus prouideret de clerico sæculari, nihil tamen concedendum, nisi instante Episcopo pro necessitate,vel vtilitate Ecclesiæ,supra dictam priorem sententiam Congregationis probauit Sanctissimus. Secunda, quidam clericus Miles Sancti Stephani petiit,admitti in concursu cuiusdam Ecclesiæ parochialis,Congregatio parua censuit,significandum datario,Concilium non prohibuisse, quid regulares possint habere sæculares parochiales,ius etiam vetus non obstare,videat ipse si institutum militiæ suæ obstet, Sanctissimus noluit, quia dixit prohibere Concilium Lateranens.* in concordatis *cum Leone, Rebuffus* in concordatis,*& ideo scribendum Episcopo, ne regularem admittat ad concursum,quod non debuit istum scilicet admittere. Tertia,Sanctissimus Dominus noster Gregorius XIII. noluit licere Canonicis regularibus Congregationis Lateran.etiam de licentia sui Generalis,absque permisso Summi Pontificis assumere curam animarum,etiam ad tempus, multoque minus beneficium curatum ad tempus.* Quam adducit Gonçalez *glos. 7. n. 53.*

Ex quibus † declarationibus apparet Papam nol- 33
le,quod regulares etiam canonici admittantur ad parochiales,quia id prohibuit Concilium Lateranen. *in concordat.* quæ prohibitio videtur esse, titul. *de collatio.§.voluntas,* quam Papa extendi vult etiam ad alias partes.Et post hæc tradit Gonçalez.ex *dict. numero 53.* dicens, quod ita obseruatur, & praxis semper admittit, quem sequitur Prosper de Augustino *in appẽdice ad summam Bullarij,verbo Regularis Canonicus.pag.577.*

Tertio limitatur dicta constitutio † nisi sit muta- 34
ta qualitas, & status beneficij, ad quod requiritur quadraginta annorum possessio cum bona fide, *dict. capit.cum de beneficio*, & ibi Doctor.scilicet,quando constat de vera qualitate beneficij,& anteriori statu nempe fuisse regulare, vel è contra : nam si de contraria qualitate,& anteriori statu non constaret, attendendus videtur vltimus status, maximè si est sæcu-

sæcularitatis, qui est magis iuri conformis.

Ita tenet Rota *decisione secunda de præbendis in nouis.* Felinus *in dicto capitulo in nostro, cor. quadragesimanona numero quadragesimo tertio*, Selua *tertia parte quæstione vndecima, qualitate vigesima secunda, numero quadragesimo*, Rebuffus *in concordatis. titulus de collationibus, paragrapho volumus. verbo regularia.* Hojeda *dicto capite finali, numero nonagesimo secundo*, & Maschardus *conclusione centesima septuagesima secunda*, qui tamen satis confuse loquuntur, & Petrus Gregorius *de beneficiis, capite decimo, numero duodecimo*, & Paianus *de probationibus libro secundo capite trigesimo primo à numero octauo & duodecimo*, & post hæc Gonçalez *dicta glossa septima à numero octauo & 15. & glossa 8. à numero 32.*

35 Et quod quando constat † de anteriori statu, requiratur possessio quadraginta annorum, ad mutationem illius, fuit resolutum in vna Tridentina prioratus decimoseptimo Nouembris anno millesimo quingentesimo nonagesimo quarto coram Domino Orano, & in Salamantina Vicariæ anno millesimo quingentesimo nonagesimo sexto adducta supra 1. *parte capite secundo numero nonagesimo quarto*, & in Bracharensi Monasterij, decimonono Decembris anno millesimo quingentesimo nonagesimo septimo coram Domino Pamphilio, in qua dictum est,

Quod vt recedatur ab anteriori statu regularitatis beneficij, necessarium est, quod ostendatur posterior status sæcularitatis, qui sit legitime præscriptus per possessionem quadragenariam; sublatis prouisionibus Apostolicis, & earum temporibus, quæ non mutant statum. Achilles decisione vltima. de iure patronatus, *nisi appareat esse factas animo mutandi statum, & cætera.* Et in Ostunensi Capellaniæ, decimo septimo Ianuarij anno millesimo quingentesimo nonagesimo octauo coram Domino Seraphino.

Nec sufficiet quadragenaria † stante pri-
36 uilegio, vel dispositione Papæ, cum decreto irritanti seu prohibitione Archidiaconis Ioannis Andreæ. Donatus in *numero sexto*, Franchus tertio, & alij, *in dicto capite cum de beneficio*, Crescentius *decisione quarta de priuilegijs, numero sexto* Dominus Iosephus Aldredus *in allegationibus pro regularium exemptione secunda parte capitulo tertio, numero octauo*, & alij citati supra *quinta parte capitulo quarto, numero centesimo septuagesimo sexto*, sed tunc opus esset immemoriali, *vt ibi numero centesimo octuagesimo.*

37 Et an clausula † posita in commendam, *Attento quod clericis sæcularibus commendari consueuit*, verificetur in vno actu, vide Crescentium *decisione prima de præbendis.* & Mandosium *dicto titulo de prouisionibus versiculo præceptoria.* vbi quod non, quia verbum, *consueuit*, requirit plures actus.

Licet si dixisset *solita est*, vnus tantum actus sufficeret, vt fuit aliàs dictum in causa Tirasonensi iuris præsentandi decimo sexto Octobris anno millesimo quingentesimo nonagesimo secundo coram Domino Blanqueto, & in Salamantina parochialis quinti Iulij anno millesimo quingentesimo nonagesimo tertio coram Domino Arigonio. Perez de Lara *de anniuersarijs libro primo capitulo duodecimo à numero quadragesimo tertio.* Qui alios allegat Rochus *in rubrica de consuetudinibus à numero trigesimo primo.*

Sed hic est quæstio †, an Religiosi 38
sint omnino incapaces beneficiorum sæcularium maxime in titulum, in qua Corrasius *tertia parte capite quinto numero decimoquinto* ait, quod præter Ecclesias curatas, & Cathedrales, aliorum quorumcumque beneficiorum sæcularium, vt temporalium rerum, ex dispensatione Papæ, *capite cum ad Monasterium. in fine. de statu Monachorum*, incapaces esse constat.

Certum † tamen est, nec id negat 39
Corrasius *ibi*, Monachos & Religiosos, ex dispensatione Papæ esse capaces beneficiorum sæcularium, & illa posse obtinere, etiam titulum, vt patet ex Mandosio *dicto titulo de dispensatione Monachorum*, pro obtinendis beneficiis, & Nauarro *commentario quarto de regularibus numero sexagesimonono.*

Sicut enim † possunt habere titulum 40
suorum beneficiorum regularium, vt Abbatiarum & aliorum, Rota *decisione centesima septuagesima secunda parte prima diuersorum*: & etiam Episcopatuum, ita etiam & aliorum beneficiorum sæcularium Papa dispensante, in iure Canonico disponente, quod sæcularia sæcularibus conferantur. Circa quod vide Nauarrum *de reditibus Ecclesiasticis quæstione prima monitione nona seu vndecima, numero 4.*

Sed

41 Inquit autem † Corrasius, Monachos, & Religiosos esse incapaces temporalium rerum, etiam ex dispensatione Papæ, ex *dict. capitul. cum ad Monasterium. in fine*, vbi dicitur: *Quia abdicatio proprietatis, sicut & custodia castitatis, adeo est annexa regulæ Monachali, vt contra eam nec Summus Pontifex posset licentiam indulgere.*

42 Sed verius est † ex dispensatione Papæ esse capaces temporalium rerũ, non solum quoad administrationem, & dispensationem, in quo non est difficultas, sed etiam quoad dominium, & proprietatem.

43 Nam Papa † potest ex causa dispensare in voto solemni Religionis. Innocenc. *in dict. capit. cum ad Monasterium.* & ibi Abbas *numer.* 21. dicens fere omnes Canonistas sequi, & Felin. qui plures citat, & dicit communiorem *in capit. si quando. numer.* 15. *de rescrip.* Tiraq. plures citans *de pœnis, in præfatione, num.* 46. & Menoch. *de præsumption. lib.* 2. *de præsumpt.* 10. *numer.* 33. Gregor. Lopez *in l.* 2. *tit.* 7. *part.* 1. *gloss.* 3. vbi Humada, Gratian. *reg.* 320. *numer.* 3. Ant. Gom. *in leg.* 40. *Tauri. num.* 66. Ioann. Ramirez *de confirmatione Ordinis D. Iacobi. cap.* 5. *num.* 25. Couar. *in cap.* 2. *testa. à num.* 19. Nauarrus *in manuali, cap.* 12. *num.* 75. *& conf.* 3. *n.* 6. *de his quæ vi. & conf.* 37. *&* 38. *de voto.* D. Didacus de Zunniga, *de voto, quæstion.* 6. *à numer.* 104. & ex Theologis, Durandus, Richardus, Paludanus, Maior, & alij, *in* 4. *distinctio.* 38. Enricus *quodlibet.* 5. *quæstion.* 28. D. Anton. *in sum.* 2. *p. tit.* 11. *c.* 2. §. 9. *&* 3. *p. tit.* 22. *c.* 7. 12. *casu*, Angelus *in summa, verb. votum*, 4. *quæst.* 5. Rosel. *verb. Papa, numero* 4. Caietanus 2. *secundæ, quæstion.* 88. *articul.* 11. *& in opusculis. tom.* 1. *tract.* 17. Corduba *libr.* 1. *quæstion. quæst.* 24. Mich. de Medina, *de sacrorum hominũ continentia, libr.* 5. *ex cap.* 7. & præcipue *ex cap.* 21. dicens communem Theologorũ & Iurisperitorum sententiam, Angles *in floribus Theologicarum quæstionum, in materia de voto articul.* 8. 2. *difficultate.* Candelabrum Aureum *de matrimonio, numero* 143. Graffiis *in decision. aureis casuum conscientiæ, lib.* 2. *cap.* 31. *num.* 22. *&* 23. Enriquez *in summa, libr.* 11. *capit.* 8. §. 11. *& libr.* 12. *capit.* 5. §. 3. Valentia. 3. *tom. disputat.* 6. *quæstion.* 6. *punct.* 7. Mota *de confirmat. Ordinis. D. Iacobi, lib.* 2. *cap.* 1. §. 12. *à numer.* 7. *& cap.* 2. §. 7. *ex n.* 7. Açor. *institut. moralium, lib.* 12. *cap.* 7. *quæst.* 1. 2. *&* 3. & Manuel Rodriguez *quæstio. regul. tom.* 3. *quæstion.* 1. *art.* 8. & Thom. Sanchez *de matrimonio, libr.* 8. *disp.* 8. qui plures citat, & nouissime Ribadeneyra *in tract. de ratione instituti Societatis Iesu. cap.* 15. 17. *&* 18. Gabr. Vazquez 12. *tom.* 2. *disp.* 165. *numero* 104. Lessius *de iust. & iur. libr. secundo capit.* 40. *dubi. decimoquarto.* & Rebell. *de obligation. iust.* 2. *par. libr.* 3. *quæst.* 4. *num.* 8.

44 Quamuis contarium † teneat reuera D. Tho. *d. articul.* 11. & Syluester *verb. votum.* 4. *quæstion.* 5. Tabiena *verb. dispensatio. quæstion.* 7. Armilla *eodem verbo, numero* 12. Soto *de iustitia & iure, libr.* 7. *quæstio.* 4. *articul.* 2. *& in* 4. *distinction.* 38. *quæstion.* 2. *articul.* 2 Ludouicus Lopez *instruct. conscien.* 2. *tomo.* 2. *part. cap.* 48. P. Ledesm. *in summ.* 2. *part. tract.* 10. *cap.* 8. *p.* 2. & Thomistæ moderni communiter, quam dicit probabiliorem Aragon *dict. articul.* 11 & tutiorem, & à Paulo Quarto, vt audit comprobari Mandos. *de signatura gratiæ. tit. de voti commutatione. vers. Papa an possit.*

45 Sed communis sententia † Canonistarum, & Theologorum tenenda est, quæ comprobata est facto aliquorum Summorum Pontificum qui iuxta eam dispensarunt, vt authores citati referunt, & Cenedo *collect.* 124. *ad decretales, n.* 5.

Et ratio est, nam sicut † in voto simplici, & iuramento promissorio, quorum obligatio, est de iure diuino, Papa potest dispensari, ita, & in voto solemni, cuius etiam obligatio, quamuis sit de iure diuino, procedit, & pendet ex actu humano. 46

Quod si dicas †, in voto solemni non posse dispẽsari ratione traditionis personæ, in qua solemnitas voti consistit, vt inquiunt Sotus *supra, & quæst.* 2. *art.* 5. *eiusdem libri* 7. Aragon. *dicto articulo* 11. *&* 7. Lud. Lopez, & Ledesma *supra*, & Thomistæ moderni communiter sic explicantes Diuum Thomam, *dicto articulo* 11. *&* 7. Replicatur, quod † qua ratione potest Papa dispensando ex causa tollere obligationem voti simplicis, & iuramenti, & ius ex promissione Deo quæsitum, eadem ratione potest tollere ius ex traditione Deo quæsitum, & traditionem reuocare, sicut & rem, quæ alteri tradita, & requisita est, potest Princeps ex causa tollere, vt notatur *in capit. quæ in Ecclesiarum. de constitution.* vt recte aiunt Corduba, Michael de Medina, *capite* 51. Valentia, & Manuel Rodriguez, & alij, *supra*, post Durandum, Ricardum, & Paluda. maxime cum illud ius, & obligatio, ex voto solemni, sit Religionis, & non iustitiæ, vt infra dicetur *n.* 70. ac proinde ex eo non transfertur particulare dominium proprie, sed improprie, & metaphorice. Et confirmatur, † nam in matrimonio rato, in quo est traditio ad iustitiam pertinens, & sic fortior, ex quo per eam transfertur dominium, & potestas corporum, proprie potest Papa dispensare, vt infra etiam dicetur, *n.* 83. 47 48 49

Rursus in voto † solemni castitatis, quod fit in susceptione sacrorum ordinum, vt *in cap. vnico de voto, libro* 6. & Concilium Tridentinum *sessione* 24. *de matrimonio, canone* 9. Caietanus *d. tractat.* 27. Medina *dicto libro* 5. *à capite primo ad sextum.* est etiam traditio personæ ad castitatem perpetuo seruandam, vltra consecrationem, seu deputationem personæ, quæ fit per ipsam ordinationem ad actus ordinis, & perpetuum Dei cultum, quicquid dicat Caietanus *dicto tract.* 27. & Aragon. *dicto articulo* 11, 3. *notabili*, & tamen in eo potest Papa dispensare vt omnes concedunt. Nec refert dicere, † quod votum seu debitum continentiæ non sit essentialiter annexum ordini sacro, sed ex statuto Ecclesiæ: statui vero religionis sit essentiale, vt dicit Sanctus Thomas *d. articulo* 11. Soto *d. articulo* 2. & Thomistæ, quia id solum arguit ex natura rei secluso statuto Ecclesiæ posse stare sacrum ordinem, sine voto, & debito continentiæ, suppositio tamen, quod votum sit vti Ecclesia statuit, esset indispensabile, sicut votum solemne Religionis, si traditio esset ratio indispensabilitatis, vt recte Medina *supra cap.* 8. & Lessius *d. dubitatione.* 14. *sub numero* 111. 50 51

Præterea non est verum † voti solemnitatem consistere in traditione, ita quod votum solemne sit promissio, & traditio, seu exhibitio personæ per assumptionem status, simplex vero sola promissio, & sic differant, vt matrimonium & sponsalia, vt dicunt Thomistæ, & Couarr. *in* 4. 2. *par. cap.* 7. §. 4. *numero* 7. Matien. *in rubric. tit.* 1. *lib.* 5. *Recop. gloss.* 1. *numero* 70. Ioann. Gutierrez *canonicar. quæst. libro primo, quæst.* 17. *numero* 28. Zunniga *dict. quæst.* 6. *à numero* 99. Vega *in summa* 2. *part. cap.* 129. *casu* 86. & P. Ledesma *dict. tract.* 10. *capit.* 6. nam etiam in † votis simplicibus potest esse traditio, sicut in voto solemni, quæ nihil aliud est, quam dedicare, & mancipare se Deo, & eius seruitio, & obsequio. Caietanus *dict. articulo* 7. & 52

Mi-

chael de Medina *supra lib. 4. controuers. 7. capitul. 22. 25. 37. & 39.* Enriquez *libro 12 capitulo 5. §. 4. & 5.* Man. Rodriguez *quæst. regul. tomo 1. quæstio. 1. artic. 4.* Mota *dict. §. 12. numero nono*, & Azor. *dict. libro 12. capitulo 6. quæst. prima & dict. capitulo 7. quæst. prima* Lessius *supra, & numero* 115. & Ribadeneyra *dict. capitulo* 15. *&* 17. Gab. Vazq. *dict. disput. 165. à numero* 71. vt patet in eo, † qui perpetuo vouet seruare castitatem, & in 53
eo, qui extra Religionem approbatam voueret perpetuo castitatem, paupertatem & obedientiam, nec refert ad hoc, quod non sit, qui acceptet ex parte Ecclesiæ: nam ipsemet Deus acceptat huiusmodi votum, & mancipationem, quamuis per illud, ex quo non sit in Religione approbata, & in manibus prælati, non constituatur in statu Religionis vere & simpliciter, & in eo qui voueret in manibus Episcopi, esset traditio, & acceptatio, tum à Deo, tum à Prælato: & clarius patet in Societate Iesu, in qua est vera traditio Religionis per vota simplicia, vt in constitutione Gregorij XIII. super institutô Societatis Iesu, de anno 1584. quæ est *in lib. literarum Societatis.* & affertur ab Azore *lib. 13. cap. 7. ad finem.* & est confirmata per aliam constitutionem Gregor. XIV. quę est *in dict. libro*, in qua quidem constitutione Gregorius XIII. dicit, emittentes in Societate biennio probationis peracto tria vota, tametsi simplicia, in statu Religionis vere constitui, quippe qui per ea se Societati dedicant, atque actu tradunt, seque diuino seruitio in ea mancipant. Man. Rodrig. *d. art. 4.* Mota *d. cap. 1. §. 12. numero 1. capit. 2. §. 19. num.* 16. Valentia *3. tom. disp. 10. quæst. 4. pun. 2. & 4. tomo disput. 10. quæst. 5. punct. 3* & nouissime Tho. Sanchez *de matrimonio. lib. 7. disp. 25* & Ribadeneyra *supra*, & Gabr. Aazquez *dict. disp. 165. à numero* 19. *&* 74. *&* 93. Lessius *d. num. 111. & c. 41. n. 8.* Rebellus *d. q. 4. n. 5. & 29.*

54 Sed voti solemnitas ex sola constitutione Ecclesiæ est inuenta, vt per ista verba inquit Bonifacius Octauus *in d. cap. vnico*, & Gregorius *XIII. in dicta constitutione*, docent Franchus, *n. 1.* & alij *in dict. cap. vnico.* Caietanus *dict. artic. 7.* Michael de Medina, *d. controuersia 7. cap. 38.* Palacios *in 4. distinct. 38.* Man. Rodrig. *d. art. 4.* Mota *d. §. 12. n. 1. 5. & 9.* & Azor. *d. c. 6. q. 1. & 2.* & Thom. Sanchez, & Ribadeneyra *supra*, & Gabr. Vazquez, *ex n. 8.* & Lessius *d. n. 111.* Rebellus *d. n. 5.*

55 Quæ verba Bonifacij †, & Gregor. non possunt intelligi, vt ea intelligunt Sotus *d. art. 5.* Victoria *in relectione de Potestate Papæ, & concil. n. 13.* Aragon. *d. art. 7.* Couar. *d. §. 4. n. 8.* Matienço *d. n. 7.* Enriquez *d. c. 5. §. 6. & 7.* Vega *supra casu* 85. & P. Ledesma *d. c. 6.* & Thomistæ communiter de cæremonia solemnitatis voti, & modo illud emittendi & recipiendi. Nã illud verbum, voti solemnitas, clare significat substantiam solemnitatis voti, & id, in quo formaliter consistit votum esse solemne, & constat ex ipso contextu *dict. cap. vnici.* & ex dicta constitutione Gregorij, vt per Thom. Sanchez *supra numer.* 24. & Gabr. Vazquez, *numer.* 15. & 16. & Rebellum *numero quinto.*

56 Vnde votum simplex † & solemne non differunt essentialiter, & specifice, sed solum accidentaliter, & ex institutione Ecclesiæ, suntque eiusdem speciei ex parte obiecti, vnde sumitur specificatio, vt recte tenet Caietanus *dict. art. 7.* Michael de Medina *d. cap. 38.* Mota *d. cap. 1. §. 12. n. 9.* & *d. cap. 2. §. 19. n. 17.* Azor *d. c. 6.* & *7. q. 1.* Thom. Sanchez *supra n. 6. & disp. 27. n. 18. & 27.*

Quamuis † Sotus *dict. art. 5.* Aragon *dict. art. 7.* & 57
alij teneant differre specie, & ex natura sua, quia votum simplex est tantum promissio, solemne vero traditio, in quo etiam stando adhuc esse eiusdem speciei, tenet Valentia *d. 3. tomo. disp. 6. quæst. 6. pun. 5. ad finem.* & P. Ledesma *de matrimonio. quæst. 53. art. 2. ad 4. & in summa 2. par. dict. tractat. 10. cap. 6.* maxime ad finem dicens, votum solemne non esse traditionem formaliter, sed promissionem, quæ sequitur ad traditionem.

Consistit ergo formaliter † solemnitas voti, non 58
in traditione, quam ipsum votum includit, sed in hoc, quod Ecclesię authoritate statutum est, tale votum esse solemne, scilicet per quod homo inhabilis est ad matrimonium, vt docet Caietanus *dict. art. 7.* & Hieronym. Platus infra referendus, *num. 66.* seu in hoc, quod fiat vt Ecclesia decernit, & sub forma, & conditionibus ab Ecclesia præscriptis substans tali Ecclesiæ statuto, nempe in Religione approbata, & in manibus superioris, vel in susceptione sacri ordinis, Soto. *in 4. dist. 38.* Michael de Medina *d. cap. 38.* & Azor, qui alios citat, *dict. cap. 6. qu. 1. & 2.* & Thom. Sanch. & Ribadeneira *supra*, & Gab. Vazq. *num. 83. & 92.* & Lessius *dict. cap. 40. num. 111.* Seu voti solemnitas consistit in acceptatione irreuocabili, facta, atque constituta ab Ecclesia traditionis, & voti, quo quis se statui Religionis, vel clericali addicit, ex quo consequenter inhabilis redditur ab ipsa Ecclesia ad matrimonium. Rebellus *d. quæst. 7. nu. 4.* Et ita re vera colligitur ex *dict. c. vnico.* vbi Franchus *d. num 1.*

Cum ergo † voti solemnitas sit de iure positiuo 59
canonico, clarum apparet, posse Papam dispensare in voto solemni religionis: sicut in voto simplici. Et 60
in † specie, de qua agimus, quod possit dispensare in voto solemni paupertatis, docet Innocentius *in d. c. cum ad monasterium.* & ibi Abbas, Couar. *in d. cap. 2. de testamen.* Rosella *d. numero 4.* Medina *dict. libro 5. cap. 26.* Lessius *dict. c. 40. numero* 112. & Ribadeneira *3. c. 18.* Mota *d. §. 12. num. 8.* & Azor *d. c. 7. q. 2. imo* & Soto *d. art. 2. ad fin. & lib. 10. q. 5. art. 7.* & alij supra citati.

Nec obstat, † quod dicit Nauarrus *dict. quæst. 1. de* 61
reditib. mon. 9. num. 3. & commentario 2. de regularibus. num. 17. quem sequitur Manuel Rodriguez *dict. to. 3. quæstion. regularium. quæst. 29 artic. 6.* quod licet ad dispensandum in voto solemni castitatis iusta causa possit occurrere, ad dispensandum vero in voto paupertatis, ita vt fiat verus domin⁹, nulla talis potest occurrere, cũ cuiuis necessitati, & vtilitati possit prouideri per cõcessionẽ administrationis, manẽte voto, & sic ex defectu causæ non potest Papa dispensare in voto paupertatis. Quia † respondetur, quod voto pau- 62
pertatis non tam repugnat dominium, quàm vsus, vt patet in religiosis Societatis Iesu, qui ad gradus professorum, & coadiutorum formatorum nondum peruenerunt, qui sunt veri religiosi, & tamen bonorum suorum ius & dominium retinent, vt in dicta constitutione Gregorij Decimitertij, Henriquez *d. capitulo 5. §. 5.* Manuel Rodriguez *d. 1. tomo, quæst. 1. artic. 4.* & Mota *dict. §. 12. numero 5. & 8.* Gab. Vazquez *supra, à numero 50. & 102.* Thomas Sanchez *numero 24.* & Ribadeneira *d. capitulo 18.* & Solis *de censibus, 2. tomo, lib. 1. cap. 10. num. 22.* Lessius *d. lib. 2. capit. 4. num. 22. & 27. & c. 41. num. 72.* Sicut † etiam voto castitatis solemni non tam repugnat vinculum & dominium matrimonij, quàm vsus, vt patet in coniugibus post matrimonium consummatum professi-

bus, vt *in cap. cum sis cap. vxoratus. cap. ex parte. cap. ad Apostolicam. c. constitutus. de conuersione coniugatorum.* Mota *dict. §. 12. num.* 6. Azor *d. cap. 6. quæst.* 3. Ribadeneira *cap.* 15 Lessius *dict. lib. 2. cap. 41. num. 68. & seq. & 72.*

64 Et præterea, votum † solemne paupertatis sola Ecclesiæ constitutione facit monachum inhabilem ad dominium, vel retinendum, vel acquirendum, vt recte tradit Azor *d. cap. 6. q. 4.* Les. *d. c. 4. num. 22. & d. capitulo 41. numero 71.* & Ribadeneira *dict. capit. 18.* &

65 Solis *supra* & Ga Vazq. *à d. num. 50.* Sicut † etiam votum solemne castitatis, etiam monachi sola Ecclesiæ constitutione facit inhabilem ad matrimonium, & illud dirimit, *dict. cap. vnico. de voto. in* 6. & ibi Domin. *numer.* 10. Franc. *numer.* 1. & alij, Gloss. Hostien. præpos. & Abbas *num.* 6. dicens, tenere communiter Doctores *in cap. rursus, qui clerici, vel vouentes,* Scotus, Paluda, & Palacios *dict. dist.* 38. Angelus *verb. matrimony impedimentum. 5. in princip.* dicens, esse communem Canonistarum & Theologorum, Rosella *verb. impedimentum. 4. §. 2.* dicens, communiter Doctores hoc sequi, Caietanus *dict. art. 7.* Veracruz, *in Speculo coniugiorum. 1. p. ar. 31.* late Michael de Medina *dict. libro 4. controuersia 7. ex cap. 22.* & præcipue ex *cap. 31.* Angles *supra artic. 6. difficultat. 1. & 2.* Bellarmin. *disp. tomo 2. libro vnico. de matrim. capitulo 21.* Manuel Rodrig. *dict. 1. tom. quæst. 1. art. 4. & 3. tom. q. 1. art. 2.* Mota *d. §. 12. & d. §. 19. num. 16. &* 17. Azor *d. cap. 6. q. 3.* & alij relati per Henriquez *d. cap. 5. §. 7. in gloss. lit. N.* & Thomas Sanchez plures referens *dict. libro 7. disp. 25. & 26.* & Ribadeneira *supra numero 15. & 18. &* Gab. Vazquez *à numero 63.* Lessius *dict. capitulo 4. numero 22. & dict. capitulo 41. numero 68.* & Rebellus *dict. libro 3. quæst. 4. numero 5.* (qui tamen *numero 23. 27. & 29.* male ait, per professionem includentem tria vota substantialia religionis dirimi matrimonium etiam subsequens ex priuilegio diuino, per votum vero solemne castitatis, vt sic, seu præcise dirimi iure humano: quæ distinctio est sine fundamento, & contra dictas constitutiones Bonifacij, & Gregorij, & contra Do-

66 ctores) & Hieronymus Platus *de bono status religiosi, libro secundo, capite vigesimoprimo.* vbi † ait, vota religiosa eam vim semper habuisse, vt matrimonium illicitum efficerent, illam autem vim, vt etiam irritum, ac nullum efficeret, quæ communiter à Theologis voti solemnitas appellari solet temporis progressu, & quasi gradatim introductam. Et primum quidem, qui hoc generali decreto constituit, fuisse Innocentium Secundum in Concilio Romano, anno 1139. & habetur *in cap. vt lex. 27. quæst. 1.* quem sequitur Manuel Rodriguez *dict. art. 4.*

67 *&* 2. & Mota *d. §. 12. nume. 5.* Licet † Michael de Medina *dicta controuers. 7. c. 40.* primum, qui hæc matrimonia rescindit, fuisse Innocentium Primum dicat, vt *in cap. quæ vero 27. q. 1.* & Bellarm. *d. cap. 21.* & Vazquez *num. 66.* & Lessius *d. cap. 41. nume. 68.* Alias authoritates antiquiores Conciliorum, & summorum Pontificum ad id afferunt, quæ huiusmodi matrimonia dirimi, seu separari iubent, quæ tamen de separatione quoad thorum in pœnam intelligi possunt, vt per Hieronymum Platum, & Man. Rodrig.

68 *ibi.* Et ista † separatio haberet locum, cum alter coniux scienter contraheret matrimonium cum religioso, vel religiosa, vt *in cap. hi ergo. 27. quæst. 1.* aliàs enim non deberet fieri separatio in præiudicio innocentis, qui probabiliter ignorans alterum religiosum, cum eo bona fide contraxit, Vazquez *supra numer. 76.* & non facta separatione durante aliàs matrimonio, religiosus non esset, pro tunc in statu religionis vere, quia illi repugnat vsus matrimonij, quamuis non liceret ei petere, sed solum reddere debitum, soluto autem, seu separato matrimonio, rediret ad statum religionis, in eoque permanere deberet, sicut antea. Et † ita tenendum est, quamuis contra teneant D. Thomas S. Bonauentura, Alber- 69
tus, Durandus, & Ricardus *in 4. distinction 38.* & ibi Sotus *quæst. 2. artic. 2.* Caietanus sibi contrarius *dict. tract. 27.* Aragon. *dict. art. 7.* P. Ledesma *de matrimonio, quæst. 53. art. 2. & dict. tract. 10. capitulo 6.* Henriq. *dict. capit. 5. §. 3. & 7.* Valentia *dict. puncto 5. & 3.* Vega *dict. 2. parte, capit. 129. casu 85. & 86.* & in Especio de curis, *capitulo 15. numero 69.* & Thomistæ communiter, & Matiençø *supra numero 70. &* 71. Ioan. Gutierrez *dict. numero 28.* & sentire Couarruuias *dict. numero septimo* nempe votum solemne religionis ex sua vi & natura iure naturali & diuino dirimere matrimonium subsequens ratione traditionis, quam includit, quæ facit, inquiunt, hominem inhabilem ad se tradendum alteri per matrimonium, & sequitur Barbosa *in rubrica, ff. soluto matrimonio secunda part. numero 98. & seq.* idem dicens in voto sacri ordinis.

Cui tamen rationi † respondetur cum Azore *supra d. quæst. 1. &* 3. & Thomas Sanchez *dict. disputat. 26. n.* 70
2. & Ribadeneira, *dict. capit. 15.* & Gabriel Vazquez *supra à num. 68.* quod id procederet, si vtraque traditio ex iustitia existeret, seu ad iustitiam pertineret, at traditio voti solemnis non pertinet ad iustitiam, sed ad religionem, vt inquit Ledesma *dict. art. 2. ad quartum & sextum.* & ideo non repugnat ex se cum traditione ad iustitiam pertinente, qualis est traditio matrimonij, vt patet in coniugibus post matrimonium consummatum ex consensu professentibus, qui Deo & religioni se tradunt, & mancipant, & nihilominus coniuges manent, quia matrimonium consummatum non dissoluitur quoad vinculum.

Et ratio † videtur esse, nam ex traditione ad re- 71
ligiones, & non ad iustitiam pertinente non transfertur particulare dominium proprie, vt supra dixi. Et accedit, quod statui religionis non repugnat ex se vinculum matrimonij, sed vsus, vt dictum est.

Et si votum † solemne religionis faceret inhabi- 72
lem ad matrimonium sua natura, ratione traditionis etiam votum solemne ordinis sacri, quod, vt diximus, includit traditionem ad castitatem perpetuo seruandam, sua natura dirimeret matrimonium, quod tamen negant omnes, excepto Barbosa *supra.* Et † etiam vota simplia Societatis Iesu, in quibus 73
etiam est traditio, vt dictum est, sua natura dirimerent matrimonium, quod tamen non dirimebant ante dictam constitutionem Gregorij Decimitertij, quæ iam illud irritat & annullat. Gab. Vazquez *sup. à n. 74.*

Vnde videbatur † iam posse dici, illa vota esse so- 74
lemnia, ex quo dirimunt matrimonium, nihilominus tamen adhuc dicuntur simplicia, quia non sunt perpetua ex parte Societatis, sed donec prælatis placuerit iuxta eius constitutiones, & sic ex ista parte non inhabilitant perpetuo ad matrimonium, quamuis ex parte ipsorum vouentium sint perpetua, quod satis est, vt sint constitutiua religionis vere & simpliciter, vt in dicta constitutione Gregorij Decimitertij. Man Rodriguez *dict. primo tomo. quæst. 1. artic. 4.*

& Va-

& Valentia *d.disp.10.q.4. puncto* 2. & Ribadeneira *sup.*15.17.& 19.& Gab. Vazq *sup.à n.*84. Lessius *d.c.* 41. *n.*8. Suarez *de relig.2.tom.tract.6.lib.1.c.*19.*n.*19.& *seq.ad finem.*

75 Ex qua etiam ratione, quod † non sunt perpetua ex parte Societatis huiusmodi vota, non dissoluunt matrimonium præcedens ratum, nec ante, nec post dictam constitutionem, quæ in hoc nihil innouauit, quamuis, vt dixi, sint constitutiua religionis, & aliàs religioni competat illud dissoluere, siue de iure diuino, siue de iure Ecclesiastico, vt recte tradit Henriquez *dicto libro vndecimo cap.*8.*§.*7. licet Ribadeneira *dicto ca.*19. dicat, ista vota illud non dissoluere, quia sunt simplicia, & Gabriel Vazquez *supra à n.*109. & sentit Lessius *dicto capitulo quadragesimoprimo, numero* 69.

76 Cum autem votum † solemne religionis sola Ecclesiæ constitutione dirimat matrimonium subsequens, consequenter etiam dicendum est à fortiori solo iure Pontificio dissoluere præcedens matrimonium ratum, vt tenent Hostiensis, Ioan. Andr. & Butrius *in c.ex publico. de conuersione coniugatorum.* Anchoran. *in repetit.c.*1. *de constitution.num.*28. Felin. *consilio* 26. *numero* 19. Henriq. *quodlib.*5. *quæst.*35. Michael de Medina *d. libro* 5. *ex cap.*53. præcipue *cap.*87. Summa Corona 4. *parte de matrimonio, numero* 13. & Manuel Rodriguez *d.*3. *tomo, quæstione* 1. *articulo* 4. & Ribadeneira *dicto cap.*19. Lessius *d.c.*41. *numero* 69.

77 Nam † minus est dirimere matrimonium subsequens, & impedire, ne fiat, quam dissoluere factum, vt recte inquit Ledesma *dicto articulo* 2.5. *probatione.* & turpius eiicitur quàm non admittitur hospes, *cap. quemadmodum. de iureiur.* Vnde si nec iure naturali, nec diuino dirimit matrimonium subsequens, nec etiam dissoluet præcedens: & è conuerso, si iure naturali, aut diuino dissolueret matrimonium præcedens, quod est plus, eodem iure dirimeret subsequens, quod est minus, vt recte arguit Ledesma *ibi.*

78 Et ita tenendum est †, quamuis alij velint id competere professioni ex natura rei iure naturali, & diuino, quia professio est mors spiritualis, seu ciuilis, & matrimonium ratum, cum solo consensu contrahatur, vinculum spirituale. Et quia religio est perfectior status, ad quem ab imperfectiori transire licet, non illata iniuria tertio, vt videntur tenere Bellarminus *primo tomo libro* 2. *de monachis. capitulo* 38. Barbosa *in dict. rubric. ff. soluto matrimonio secunda parte, numero* 76. *& seq.* & alij relati per Thomam Sanchez *de matrimonio, lib.*2. *disputat.*19. *numer.*1. Quam sententiam recte conuincit Medina *supra c.*81. *&* 83. & Thomas Sanchez, licet dicat probabilem. *ibi numero* 3.

79 Et quamuis Couar. † *d.*§.4. *num.*6.7. & 8. & Matien. *d. numero* 70. dicant. id competere voto solemni iure diuino, & ex natura rei, quia in eo fit realis traditio personæ, quæ in matrimonio ante copulam nondum est facta, & sic dissoluitur fortiori actu, ad *l. quoties. C. de rei vindicat.* Quod etiam tradit Ioannes Gutierrez *dicto numero* 28. (qui tamen *numero trigesimotertio* ait, non dissoluere, quod sit fortius vinculum, sed quod sit mors ciuilis) & videatur etiam Valen. 4. *tom. disputation.* 10. *quæst.*1. *punct.*7. *quæstion.*5. *pun.*3.

80 Quæ sententia † conuincitur, nam in matrimonio rato fit vera traditio personæ quoad ius & dominium, & fortior, quàm in voto solemni ex quo pertinet ad iustitiam, & per eam transfertur verum & proprium dominium, vt dictum est. Et † quamuis 81 alij teneant, professionem dissoluere matrimonium ratum præcedens in iure diuino positiuo concedente ei istud priuilegium in fauorem religionis, quam sententiam tenent Scotus *in 4. distinctione* 31. Cano *de locis libro tertio cap. quarto.* Verracruz, 2. *par. art.* 28. Angles *de matrimonio, distinct.* 27. *art.*3. Victo. *supra.* P. Ledesma *de matrimonio, quæstione* 61. *articulo* 2. (qui tamen *in summa d.*2. *par. tract.*10. *cap.*6. *vers. lo segundo seprueua,* dicit, hanc non esse iuris positiui, sed diuini naturalis) Henriquez *d. libro vndecimo capite* 8. *§.*6. Cuchus *in institutionib. maiorib. lib.*5. *titulo duodecimo, numero* 277. & alij, quos refert & sequitur, dicēs probabiliorem Thom. Sanchez *dicto numero tertio,* & nouissime Rebell. *d.*2. *p. libro* 3. *quæstione* 4. *sectione* 2. *&* 3.

Quæ sententia † conuincitur, quia ad ius diuinum in hoc casu recurrere est absque solido fundamento, & necessitate, vt inquit Medina *supra*, nec eam probat *cap. scripsit.*27. *quæst.* 2. cum loquatur de matrimonij consummati separatione, quo ad thorum ex consensu vtriusque coniugis, diuini amoris intuitu, & non de dissolutione matrimonij rati, quoad vinculum, ob ingressum religionis: vt aduertunt Summa Corona supra, & Thomas Sanchez *dict. libr. secundo disput.*13. *numero septimo.* Nec loquuntur in hoc consequenter, qui tenent votum solemne religionis sola constitutione Ecclesiæ dirimere matrimonium subsequens, vt Scotus, Veracruz, & Angles.

Et cum votum † solemne religionis solo iure Ec 83 clesiastico dissoluat præcedens matrimonium ratum, sequitur euidenter, posse Papam ex causa dispensare in matrimonio rato, vt tenet glossa, & Dd. communiter *in cap. ex publico. de conuers. coniugator.* Felinus plures referens, & dicens communem *dicto consilio vigesimosexto & in cap. quæ in Ecclesiarum. de constitut. numero vigesimo* & ibi Decius *numero* 48. & Beroius *numero* 104. Borgas. *de irregularitate* 6. *part. tit. de sponsal. d. numero* 21. Tiraquel. *de pœnis in præfat. numero* 147. & Menoch *de præsumptionibus libro* 2. *præsumptio.*10. *ex num.*37. Zauallos dicens communem *quæst.*343. Vasconcellos *diuersorum iuris argum. lib.*3. *cap.*5. Nauarrus *in man. c.*22. *num.*21. *& consilio* 3. *de sponsal.* dicens, ter vel quater ad petitiones suo cōsilio oblatas, Paulum Tertium, & Pium Quartum dispensasse, Barbosa *dict. secunda* 2. *part. rubricæ à numero* 102 & de Theologis Caietanus *in opusculis, tomo* 1. *tract.* 26. *de matrimonio.* Cathar. *libro* 6. *contra Caietan. cap.*3. Angelus *verb. matrimonij impedimen.* 13. *numero* 3. Syluester *verb. diuortium. quæst.*4. Rosella *verb. Papa, num.*2. Armilla. *verb. dispensatio. num.*8. & Medina *dicto libro* 5. *cap.*88. & 89. Grisaldus *verb. matrimonium, n.*21 Cosmas Philiarcus *de officio sacerdotis,* 2. *part.*2. *lib.c.*16. Candelabrum aureum *de matrimonio. num.*33. Summa Corona *d. num.*13. Graff. *lib.*2. *c.*82. *num.*10. Henriquez *d. lib.*11. *cap.*8. §. 11. & *lib.*12. *cap.*5. *§.*3 Manuel Rodriguez *dicto tomo* 3. *quæst.*1. *art.* 5. & nouissime Thomas Sanchez, qui alios plures refert *libro* 2. *q.*14. Lessius *dicto libro* 2. *cap.*40. *num.*116. & *cap.*41. *numero* 69. Azor 2. *p. libro* 5. *cap.*2. *quæst.*3. Rebell. 2. *p. lib.*2. *q.*15. *sect.*3. & dicit probabilem Valentia *d.*10.3. *disp.*6. *q.*6. *pun.*7. & 4. *to. disp.*10. *q.*1. *punct.* 7. Quamuis contrarium † teneant Theologi com- 84 muniter, Sotus *de iustitia & iure, lib.*7. *q.*2. *art.*5. *& in* 4. *distin.*27. *q.*1. *artic.*4. P. de Soto *lectione* 12. *de matrimonio. §. post hoc.* Veracruz *dicto artic.*28. Corduba *libro primo quæst. vigesimaquinta,* Bartholom. Ledes. *de*

sacramento matrimonij. difficultate 64. Aragon. *dict. art.* 11. P. Ledesma *de matrimon. q.* 67. *art.* 2. Vega *in summa* 2. *par. capit.* 34. *casu* 1. 2. & in Especio de Curas *cap.* 15. *num.* 37. Ludouicus Lopez 2. *tomo* 2. *part. capit.* 54. quos sequuntur ex Iurisperitis Corrasius *in rubrica. ff. soluto matrimon.* 2. *lectu. num.* 10. Ioannes Lup. *de matrimonio*, 1. *par. n.* 30. Couarr. *d.* §. 4. *n.* 14. Cuchus *d. lib.* 5. *cap.* 12. *à nu.* 271. Matienço *dict. glossa* 1. *nu.* 77. & Ioannes Gutierrez *dict. lib.* 1. *Canonic. quæst. cap.* 17. & alios pro hac sententia refert Thomas Sanchez *sup. nu.* 1.

85 Nec nostræ † sententiæ obest authoritas Mathæi 19. & Marci 10. *Quos Deus coniunxit, homo non separet*: nam intelligitur de matrimonio consummato, per quod coniuges fiunt vna caro, vt apparet ex præcedentibus: *Et erunt duo in carne vna, itaque iam non sunt duo, sed vna caro: quos ergo Deus coniunxit, homo non separet*, vt explicant Medina *d. c.* 88. Valentia *supra*, Thomas Sanchez. *d. disp.* 13. *n.* 7. *& d. disp.* 14. *n.* 5. *ad* 3. & alij relati.

86 Vnde in matrimonio † consummato nullo modo potest Papa dispensare, vt tenēt omnes relati, quamuis contra teneant Maria. Soci. *cons.* 28. *volum.* 1. quem sequitur Dec. *supra num.* 49. Gratus *cons.* 1. *num.* 31. *volum.* 2. & Sigismun. Lofredus *cons.* 50. *numer.* 41. quos merito reprehendunt Couarr. *d.* §. 4. *n.* 15. Matienço, Gutier. Barbosa, Medi. *c.* 92. & Veraer. *vbi sup.* & Th. San. *d. disp.* 13. *numer* 11 & alij citati, & Gasp. Rodrig. *de redditibus. libro tertio, capite quarto, numero septuagesimo.*

87 Cum igitur, vt ad nostrum † propositum redeamus, voto paupertatis & castitatis etiam solemni, non tam repugnet dominium, quam vsus, & sola Ecclesiæ constitutione monachus sit incapax dominij, sicut & ad matrimonium inhabilis, rectè poterit Papa illum facere habilem, & capacem dominij etiam manentem monachum, modo quoad vsum religiosam paupertatem seruet, vt in dicta constitutione
88 Gregorij Decimitertij. Quamuis † id non soleat facere, sed concedere administrationem, & dispensationem rerum, quales habent beneficiarij regulares fructuum suorum beneficiorum, Nauarrus *dict. quæst.* 1. *de redditibus monito* 8. *seu* 10. Et † ideo monachus factus Episcopus non habet bonorum, seu fructuum dominium, & proprietatem, sed administrationem, & dispensationem, D. Thomas 2. 2. *quæst.*
89 88. *art.* 11. *ad* 4. *& quæst.* 185. *art.* 8. Nauar. *dict. quæst.* 1. *monito* 9. *&* 10. *seu* 11. *&* 13. Sarmiento *de redditibus prima par. defensio. monito* 11. *&* 13. Aragon. *dict. art.* 11. *ad* 3. Molina *de iustitia, tract. secundo disp.* 140. *ad finem.* Valentia *dict. tertio tom. disputat.* 10. *quæst.* 3. *punctо* 8. P. Ledesma *in summa dict. secunda part. tractat.* 10. *capitulo* 8. 2. *part. ad* 4. Lessius *dict. libro* 2. *capitulo* 4. *numero* 29. *& cap.* 40. *numero* 113. & communis contra Sotum *libro* 7. *de iustitia. quæst.* 4. *ar. secunda ad finem, & lib.* 10. *quæst.* 5. *art.* 7. (quem in hac parte sequitur Medina *d. lib.* 5. *c.* 26.) vt per Enriquez *lib.* 12. *ca.* 3. §. 5. *in texcu & glossa, lit. H.* quamuis Ribadeneira *sup. c.* 18. ait, quod Papa in effectu dispensat cum religioso Episcopo, vt sit dominus, & habeat proprietatem
90 redituum, & † contra Nauarrum *d. mon.* 9. *nu.* 3. *& d. comment.* 2. *de regul. num.* 17. existimo, quod cum Papa dispensat cum monacho, vt matrimonium contrahat, illo contracto consequenter etiam manet relaxatum votum paupertatis, & obedientiæ, ex quo desinit esse iam religiosus, & illa vota sunt annexa statui religionis, vt ait Manuel Rodriguez *d. tom.* 3. *quæst.* 29. *art.* 6. Licet Lessius *d. c.* 40. *nu.* 112. tenet, non cessare

tunc votum paupertatis, esse tamen iustam causam, vt ei laxetur.

Non obstat † supradictis textus *in d. c. cum ad mo-* 91
nasterium. in fine. quia omissa interpretatione Ferdi. de Mendoça *de confirmando concilio Illiber. lib.* 2. *c.* 3. quod ibi summus Pontifex intelligitur pro Episcopus, quam refert Mota *dicto lib.* 2. *cap.* 2. §. 7. *nume.* 10. & impugnat Gabriel Vazquez *dicta disp.* 165. *nu.* 104. Respondetur primo cum Innocentio *ibi nume.* 4. licentiam intelligi voluntariam, & sine causa, ex Laurentio Valla elegan *lib.* 4. *cap.* 17. Quæ interpretatio confirmatur ex verbo, *indulgere*, quod in malam partem sumi videtur. Medina *dict. libr.* 5. *capitulo* 53. Mota *dict.* §. 7. *numero* 7. quamuis aliàs verbum, *licentia*, intelligatur de licentia iusta, & ratione regulata, vt per Bart. *in leg. aliud. ff. de aliment. legatis. & in Extrauagan. ad reprimen. verb. videbitur.* Iaso *in l. si sic. numero* 19. *ff. de legatis* 2. Menoch. *de arbit. libro* 148. *n.* 45.

Secundo iuxta supradicta † respondetur, quod re- 92
gulæ, id est, statui monachali, est annexa abdicatio proprietatis, id est, votum, quo quis se abdicet ab vsu bonorum non quo se abdicet à dominio, sicut & custodia castitatis, id est, votum, quo se abdicet ab vsu coniugij, non quo se abdicet à vinculo & dominio coniugij, vt ait Azor *dicto cap.* 6. *quæstio.* 3 *vers. porro.* & contra id non potest Papa dispensare cum monacho manente monacho, cum illa vota simul cum voto obedientiæ, sint de essentia religionis iuxta institutionem diuinam, vt per D. Thomam 2. 2. *quæst.* 184. Hieronymum Platum *libr.* 2. *de bono statu religios.* Valen. *dict.* 3. *tomo. disputat.* 10. *quæs.* 4. *punctо* 2. Azor *libro* 11 *cap.* 23. Lessium *dict. libro* 2. *capit.* 41. *à numero* 4. & alios supra. Et † ita quod vult ille tex- 93
tus est, quod in sensu composito id est, cum monacho manente monacho, non possit Papa dispensare in votis castitatis, & paupertatis, quia sunt de essentia religionis, non tamen negat, quin possit cum eo dispensare in sensu diuiso, id est, faciendo de monacho non monachum, & extrahendo eum à religione, vt explicant Dd. communiter supra citati *numero* 43. & Lessius *dict. libro* 2. *cap.* 4. *num.* 22. *& capit.* 41. *numero* 7. Alias etiam explicationes adducit Michael de Medina *dict. libro* 5. *capit* 53. & aliam ponit Ioan. Ramirez *de confirmatione Ordinis D. Iacobi, caput.* 5. *n.* 11.

Quamuis P. Ledesma † *supra dict. capitulo octauo* 94
dicat, quod est res puerorum interpretari illum textum in sensu composito, vt Caietanus interpretatur: quia in isto sensu non est dubium aliquod, nec est differentia inter votum simplex, & solemne, si quidem est certum, quod Papa non potest dispensare in voto simplici castitatis, loquendo in sensu composito, dum durabit tale votum. Sed † certe Ledes- 95
ma non recte percepit dictam interpretationem: nam hic non accipitur sensus compositus respectu ipsius voti, sed respectu monachatus, seu Religionis.

Vnde falsum apparet, † quod ait Innocentius *in* 96
dict. cap. cum ad monasterium. numero 1 & Hostien. *ibi* quod abdicatio proprietatis, & custodia castitatis sunt annexa ordini à iure positiuo, quia monachus nihil aliud est, quàm solitarius, tristis, *c. placuit.* 16. *q.* 1. Quidquid ergo vltra additum est, de iure positiuo est, & sic Papam posse dispensare cum monacho, quod habeat proprium, vel coniugem, sequuntur Archidiaconus *in c. solet.* 32. *qu.* 2. & Rosella *in. verb. Papa. num.* 4. dicentes, quod monachus habeat proprium,

prium non esse contra substantiam monachatus, sed
97 contra constitutionem Ecclesiæ. Quæ † doctrina plane conuincitur ex dictis : nec enim est curandum de etymologia vocabuli, sed de substantia rei, licet quod attinet ad proprium sit vera in sensu explicato *supra n.62.& 87.& 92.*

Et ita professio facta † cum conditione, pacto, seu
98 modo de retinendo, seu habendo proprio, non valet, sed vitiatur ex tali adiectione, vt pote contra substantiam illius, *argument. capit. final. de conditionibus appos.& l. per seruum. §. 1. ff. de vsu & habitatione.* vbi id tenet glossa. Abbas *in dict. capit. final. numero 7.& in capit. final. qui clerici, vel vouentes. numero 6.* Decius *in authent. ingressi. Codic. de Sacrosanct. Ecclesiis numero 22.* Couarruuias *in quarto 2. par. capit. tertio §. primo numero 18.* Salzedo a Bernardum Diaz *regul. 521.* Gratianus *regul. 320. numero secundo,* Menchaca *libro tertio de successionum creatio. §. vicesimoprimo, numero 177.* Spino *de testament. gloss. 12. numero 12.* Zauallos *quæst. 85.* qui alios citant, & dicunt communem, & Ludouicus Lopez *instructor. conscien. secundo tomo secunda par. cap. 42. circa finem.* & Lessius *de iustitia & iure. libro 2. cap. 41. num. 63.* & Ioan. Ramirez
99 *de consir. ordin. D. Iacobi c. 11. à numer. 18.* Licet † contra teneant gloss. *in dict. authen. ingressi. & in cap. solet. 32. q. 2.* quam sequuntur Imola Felin. *numer. 75.* & Ripa *82. in c. cum M. Ferrar. de constit.* & Iaso, qui quinque opiniones refert *in d. authen. ingressi. ex num. 30.* Bernar. Diaz. *d. reg. 521.* Gregor. Lopez *in l. 2. titul. 7.*
100 *par. 1. gloss. 2.* vbi Humada. Nec † obstat tex. in dict. capite finali, qui clerici, vel vouentes, quia intelligitur de retentione, seu reseruatione bonorum ad vsum professitis in domo propria pro suis necessitatibus tanquam obedientiarij, & ex voluntate prælati, vt in dubio videtur iuxta naturam actus; & vt potius valeat, quàm pereat, glossa *ibi, verb. vt in domo propria.* & Abbas *num. 5. & 6.* Nauarrus *commentario 2. de regularibus super cap. non dicatis. 12. quæst. 1 num. 4.* alias 46. Couarruuias, Salzedo, Gratian. & Ludouicus Lopez, & Ramirez *supra*, de quo latius nos aliàs in quadam repetitione *dicti cap. fin. de condit. appos.* vbi interpretamur *l. cum precario. ff. de precario. & l. vbi ita donatur. ff. de mortis causa donatio. cum alijs.*

CAP. XI.

Quod non sit irregularis.

SVMMARIA.

Cum beneficium detur propter officium, oportet, quod promouendus ad illud non sit irregularis, n. 1. *Prouisioque beneficij facta irregulari est nulla,* n. 2. *& probatur* n. 3. *Quamuis non esse nullam ipso facto, sed valere, donec priuetur, teneant Innocentius, & alij,* n. 4. *Et procedit etiam in beneficiis simplicibus, contra Cerolam.* n. 5.

Homicida, qui est irregularis, nec ad ordines promoueri potest, beneficium obtinere nequit, & collatio illi facta est nulla ipso iure, à n. 6. *vbi adducuntur decisiones Rotæ* n. 7. & 2. seqq.

Prædicta doctrina procedit, etiàsi antea quis haberet ius ad rem, ad beneficium, nam huiusmodi ius expirat per irregularitatem sequentem contractam ex homicidio, vel alias n. 10. *Quis possit cum homicida dispensare remissiue.* n. 11.

Hodie ex Concilio Episcopi possunt omnino dispensare in irregularitate ex homicidio casuali occulto, nec deducto ad forum contentiosum, vt in c. 6. sess. 24. *de ref.* n. 12.

In isto decreto Conc. non comprehenduntur inferiores habentes iurisdictionem ordinariam, & quasi episcopalem: nec etiam prælati regulares, sed tantum Episcopi priuatiue quoad omnes alios. n. 3. *Etiamsi inferiores sint nullius diœcesis, à* n. 14. & seqq. *Quorum subditi debent pro dispensatione seu absolutione, de qua ibi, recurrere ad Papam.* n. 19. *& idem est in exemptis, licet non sint nullius diœcesis: nam non sunt subditi Episcopi, nec ei se possunt subiicere, nisi in casibus à iure expressis.* n. 20.

Non excluditur Capitulum sede vacante, n. 21. *quamuis loquendo de absolutione hæresis contrarium teneat P. Ledesc. cuius rationibus satisfit.* n. 22.

Episcopi illarum regionum, in quib. Concil. Trid. receptum adhuc non est, non possunt vti ista facultate concessa in d. decreto. n. 23.

Cum homicida voluntario etiam occulto, sub quo intelligitur etiam mandans & consulens, nullo modo poterunt Episcopi dispensare, nec etiam ad minores, aut beneficium simplex contra aliquos, nu. 24. & 25. *Licet ante Concilium possent.* n. 26.

Nec cum homicida casuali non occulto, poterunt hodie Episcopi dispensare etiam ad minores ordines iam susceptos, aut beneficium simplex, ad quod antea poterant. n. 27. *Quamuis contra teneant Nauar. & alij, dicentes, quod quantum ad homicidam casualem nihil innouauit Concilium.* n. 28. *quorum sententia poterit procedere in muti latione membri, in qua etiam voluntaria nihil innouauit Concilium, & in ea etiam voluntaria, si est occulta, potest Episcopus dispensare ex d. c. 6.* nu. 29. *Appellatione enim homicidy non venit mutilatio, à* num. 30. & 2. seqq. *Quamuis contrarium sentiant aliqui.* n. 33.

Similiter quoad homicidium voluntarium iustum nihil videtur innouasse Concilium, & sic in isto poterit hodie etiam dispensare Episcopus vt antea, n. 34.

Nuntij Hispaniarum solent habere facultatē dispensandi in homicidio casuali, etiam publico. n. 35. *& similiter Commissarius generalis Cruciatæ,* nu. 36. *vbi ponitur clausula facultatis, quam explicant relati.* n. 37.

An quando in facultate dispensādi super irregularitate excipitur irregularitas contracta ratione homicidij voluntarij sub illa exceptione veniat homicidium voluntarium iustū, ita vt vigore talis facultatis nō possit in eo dispensari. n. 38. *Et certū est, Episcopum vigore facultatis Concilij* d. c. 6. *non posse in homicidio voluntario etiam iusto dispensare: nam in illo solum datur facultas dispensandi in irregularitate proueniente ex delicto, & sic ex illo decreto non potest dispensare super vlla irregularitate occulta proueniente aliunde, quàm ex delicto proprio.* n. 39.

Quoad facultatē dispensandi in omni irregularitate, excepto homicidio voluntario, certum etiam videtur, non posse vigore illius dispensari in homicidio voluntario iusto, sed comprehendi etiā sub illa exceptione. n. 40. *quamuis multi contrarium teneant,* n. 41. & 42.

Quod dicatur homicidium voluntarium, & quod casuale in proposito, remissiue. n. 43. *& ponuntur declarationes S. Congregationis.* n. seq.

Quod dicatur occultum in proposito, & Nauarrus, & alij aiunt, illud esse occultum, quod non est publicum, etiam si ab aliquibus sciatur. numer. 45. *Sed quamuis ista sententia probabiliter possit admitti quoad*

breuia pœnitentiariæ, tamen in proposito verius est, occultum dici, quod non potest probari. numero 46. & seq. *vbi ponuntur declarationes S. Congregationis.*

Improbatur quod ait Candelabrum aureum & alij, quod si delictum deductum sit ad forum contentiosum, non tamen probatum vnde reus absoluitur, aut in Ecclesiis etiam depranatis potest Episcopus dispensare, à nume. 48. & 2. seq. *& illorum sententia admitti potest in secundo casu* d. c. 6. *Concilij de absolutione,* numero 51.

Si post dispensationem delicta sunt deducta ad forum contentiosum, dispensatio facta prodest in foro interiori, non in exteriori, n. 52.

Ponuntur declarationes S. Congregationis, super caput 7. sess. 14. *de reform.* n 53.

An impetratio beneficij facta à Papa per irregularem, seu homicidam, valeat propter clausulam in literis Apostolicis apponi solitam, teque à quibusuis, *&c. quæ sumitur ex clausula supplicationis, & cum absolutione ad effectum præsentium.* à numero 34. & seq *Resoluitur negatiue contra Cordubam, & alios: nam in dicta clausula non venit irregularis, quæ non est censura, nec absoluitur, sed dispensatur.* num: 56.

Facultas absoluendi à censuris & pœnis, data per bullas, seu iubilea, non includit irregularitatem, & ita habet stylus curiæ. n. 57.

Quæ sententia confirmatur ex inbilæis, quæ modo conceduntur. n. 58. *& approbatur in Concilio 3. prouinciali Mediolanen.* num. 59. *quamuis in irregularitate cõtracta ratione peccati contrarium teneant aliqui.* nu: 60.

1 CVm beneficium detur † propter officium, vt statutum est 1. *p. c.* 2. oportet etiam, quod promouendus ad illud non sit irregularis, facit *cap. 3. & cap diuersis fallaciis, de clericis coniugatis.* Collatioque seu
2 † prouisio beneficij facta irregulari, est nulla, Dynus *in reg. 1. in 6. n. 23.* Felinus *in cap. inquisitionis. de accusatio. nume. 7.* Nec contrarium repetit nu. 8. quidquid dicat Suarez infra, Rebuff. *de pacificis possess. num. 280. aliàs 226.* Achilles *decis. 341. num. 3.* Caputaquen. 236. *num. 4. parte 2.* Couarr. *in cap. Alma mater 1. part. §. 7. n. 1. & in reg. peccatum. 2. p. §. 8. nume. 6.* Nauar. *in man. cap. 27. n. 249. ver. 6. quod omnis irregularitas.* aliàs *nu. 251. & consil. 1. num. 3. de Sacrament. non iteran. & cons. 7. de temporibus ordinationum. & cons. 40. numero 3. & cons. 61. numero 2. & 6. & consil. 97. n. 14. & 15. de simonia. & cons. 42. & 44. de homicidio.* Holeda *de incompatibilitate beneficiorum. 1. par. cap. 24. à numer. 83.* Flamin. Paris. *de resignatione benefic. lib. 4. quæst. 3. à num. 32. & lib. 5. quæst. 3. num. 181. & quæst. 6. num. 79.* Ioan. Gut. *Canonic. quæst. lib. 1. cap. 5. n. 92.* Vgolinus *de irregularitate. cap. 65. in princ. & §. 1.* Cerola *in praxi episcopali, 1. parte, verb. beneficia. §. 5. 5. dubio, & 2. par. verb. irregularitas. §. 4. &* 8. Cosmas Philiarcus *de officio sacerdotis. 1. p. libro 4. c. 6. ad finem.* Henriquez *in sum. lib. 13. cap. 14. §. 1. & c. 56. §. 1. & lib. 14. c. 2. §. 5. in tex. & glossa.* Manuel Rodrig. *in sum. 1. to. c. 182. nu. 3.* Vega in Espeio de curas, *c. 12. n. 313.* & Sairus *de censuris, lib. 6. c. 2. nu. 21.* Lessius *de iust. & iure, lib. 2. c. 34. nu. 120.* & Azor *instit. mor. 2. p. lib. 6. c. 7. q. 2.* Auila *de censu. 7. p. disp. 2. dub. 6.* Moli. *de iust. tract. 3. dis. 78. n. 2.* Quæ
3 † doctrina satis probatur ex *c. 2. in fi. de clrrico pugnan. in duello. & ex cap. 2. de clerico non ordinato ministrante, & ex c. fi. in sua ratione,* ibi. *Pro eo quod, &c. de cler. excom. minist.*

Et ita tenendum est, quamuis † contrariam sententiam, nempe, collationem irregulari factam non esse 4
nullam ipso facto, sed valere, donec priuetur, teneat Inn. ocen. *in c. cum nostris. de conces. prab. num. 1.* Anchar. *in regu. peccati venia. in 6. 1. oppositio.* & cum Speculatore Franc. *in dict. reg. 1. numero 5. ad finem.* & cum Rainerio, Sylvest. *verb. excommunicatio. 4. nume. 4.* & Nicol. Plouius *de irreg. reg. 44.* quam censet esse probabilem in rigore iuris, Sua. 5. *tomo de censuris. disp. 40. sect. 2. ex nu. 29.* Nostram tamen, quæ communis est esse securiorem, & practicè probabiliorem. Et † procedit etiam in beneficiis simplicibus, licet Cerola 1. 5
par. verb. priuatio. §. 2. 2. parte. ver. irregularitas. §. 10. ignoranter dicat, quod irregularis, & homicida, si non est homicida ex industria, non est ipso iure inhabilis ad beneficia simplicia, & quæ ordinem sacrum non requirunt, & Caputaquens. *dict. decision. 236.* quem non intellexit, loquitur enim de irregularitate ex morbo sine culpa contracta, de quo infra *cap. seq. num. 20.* Et ipse Cerola *dict. §. 10. in fine.* dicit, quod communis est in contrarium, maxime quoad homicidam, secundum Couarr. *dict. §. 7. numero 1.*

Igitur homicida, † qui est irregularis, nec ad ordines promouere i potest, *c. fi. de temporib. ordin. cap. de* 6
cætero. de homicid. Concil. Trid. *sess. 14. de refor. cap. 7.* nec in susceptis ministrare, *c. suscepimus. de homicid. & d. c. 2. de cler. pug. in duel.* beneficium obtinere nequit, *dict. c. 2. in fin.* & Concil. Trid. *d. c. 7.* collatioque illi facta non valet, sed est nulla ipso iure, Fel. *in c. 2. de rescrip. n. 4. & in d. c. inquisitionis. de accus. n. 7.* Aufrer. *ad capellam Tolos. de cis. 208. numero 2.* Salzedo *in pract. crimin.* Berna. Diaz *c. 94. lit. A. vers. notatu tamen,* Nauar. *in man. d. capitulo 27. numer. 249. aliàs 251.* Ioannes Gut. plures referens *cano. quæst. d. li. c. 5. numero 92.* Cerola *in praxi secunda p. verb. homicida. §. 1.* Corduba *in sum. qu. 42.* Man. Rod. *1. to. capitulo 179. numero 1.* Vega 1. *p. summæ, capitulo 36. casu 13.* & Toletus *in Summa libro 1. capitulo 88. vers. 9.* secundum editionem Romanam. Molina *sup.*

Et facit † declaratio S. Congregationis Concilij 7
super *d. capitulo 7.* supra adducta 1 *p. capit. 5. numero* 136. Suarez *d. 5. tomo disp. 44. sectione 4. numero 34.* & vide ibi dict. Et facit etiam *declaratio 1.* infra adducta *n. 53.*

Et fuit resolutum † in vna Curçolen. canonicatus 8
vigesimoquinto Maij 1601. & 22. Martij 1602. coram domino meo Corbuba, vt in decisionibus seqq. 25. Maij, 1601.

Contra sententiam Ordinarij Varen. & Auditoris Cameræ opponebatur de nullitate, & iniustitia, nullitas respectu Vicarij deducebatur, quia fuit allegatus suspectus, & tamen processit in casu respectu Auditoris Cameræ: quia confirmauit sententiam nullam per illum latam, sed hæc nullitas non placuit Dominis: quia cum de ea non fuerit oppositum coram Auditore Cameræ, non potest post confirmationem amplius opponi. Rota decis. 72 de re iudica. in antiquis. *Feli.* in c. ea quæ. numero 1. vers. prodest. auth. eod. titulo *Quo vero ad iniustitiam illa pendebat à iustificatione gratiæ, in qua multa narrabantur, quæ non apparebant verificata. Quibus omissis quoad principalem narrationem, quod scilicet Raphael homicidiis interuenerit, & ideo sua prouisio fuerit nulla, satis visum fuit dominis iustificatum, ex testibus maxime 5. & 10. deponentibus quod ipse interfuit in occisione Luscorum, & quod vnum ex eis vulnerauerit, inferens autem vulnus ei qui propemodum erat moriturus*

rituras, nihilominus sit irregularis. c. significasti. el secundo de homicidio. *Tabiena* in summa, verb. irregular. 3. n. 6. *Matolus* de irreg. lib. 5. c 48. §. 4. nu. 6. & *Vgol.* tr. de irregul. c. 18. Fastoli. dub. 34. *Quod procedit, etiamsi homicidium fuerit iustum, & meritorium contra latrones publicos. Corneus* cons. 57. n. 10. lib. 4. *Nauar.* cons. 11. n. 2. & cons. 15. num. 1. & 2. de homicid. par. 2. *Quinimo quamuis non apparet, an ex illa percussione fuerit mortuus, an vero ex percussione aliorum sociorum, nihilominus omnes sunt irregulares,* capite finali. 23. quæsti. 8. *dicit communem Couarruuias* in Clementin. si furiosus, p. 2. §. 2. n. 5. *& eadem irregularitas intraret, etiam si non vulnerasset, sed ex eo solum, quod armatus sponte exiuit ad occidendũ Luscos cum aliis militibus, & fuerint occisi, etiamsi ipse nil commisisset.* capit. sicut dignum. §. fi. de homici. *Spec.* lib. 1. tit. de dispensat. §. 4 num. 56. *Candel. aur.* de irregul. n. 173. *Nec obstat, quod illo tempore Raphael erat laicus, quia nihilominus erat irregularis, & effectus inhabilis ad beneficia,* c. sicut. §. fi. *iunct. a gl.* ver. consilium. de homicid. *Card.* in Clem. 1. eod. tit. *Rota* diuer. in manuscrip. dec. 188. *ex quibus dixerunt Domini gratiam fuisse iustificatã quoad vacationem: quia irregularis non potest impetrare beneficium, quamuis in imperationibus gratiarum sit solita apponi clausula, & cum absolutione ad effectum præsentium duntaxat. De qua Rebuff.* super concord. in forma mandati Apost. in verbo, harum serie absoluentes. *Irregularitas tamen non potest gaudere hac clausula, quia irregularis non est censura.* c. quærenti. de verb. sig. *Et propterea quãdo absoluitur à censuris, non censetur dispensatum cum irregulari. Nau.* in man. c. 27. n. 254. *Vgol.* de censur. c. 14. §. 1. n. 26.

9 In eadem coram † eod. 22. Martij, 1602. *Satis visa fuit Dominis iustificata gratia Francisci, qui tantum informabat quoad vacationem in mense May, de anno 1594. qui semper est reseruatus Papæ, siue Ordinarius gaudeat siue non alternatiua. Dicta enim vacatio per obitum Petri de Letis probabatur ex depositione trium testium,* 9. 11. & 14. *iuxta* 36. *interrogatorum, & 1. art. Idem fuit iudicatum circa narratiuam, quod Franciscus sit oriundus ex ciuitate Curçolen. vt probant plures testes,* in summario n. 2. *Quo vero ad obtenta, nempe, duo beneficicia simplicia, alterum sancti Nicolai, alterum sanctæ Crucis, quorum quodlibet non excedebat valorem quinque ducatorum de Camera, etiam probabatur per testes, de quibus* summario. numero 3. *qui etiam deponebant, personalem residentiam non requiri, quod erat conforme vniuersalis Ecclesiæ consuetudini, Cæsar de Gras.* dec. 115. n. 3. *Et quod canonicatus, de quo agebatur, non excedebat valorem 24. etiam asserebant testes eodem summario,* n. 4. *quod erat etiam de iure. Rota* dec. 8. de præben. in nouis, & fi. eod. tit. in antiq. *Hoied.* 6. & 16. eod. tit, *Puteus* 464. lib. 2. *De clericatu vero constabat ex literis, Cas. de Gras.* dec. 87. *De idoneitate autem ex fide examinatorum: quo vero ad irregularitatem incursam, Domini steterunt in decisis: sed quia in precibus narrabatur, Raphaelem non habuisse dispensationem d. irregularitatis, super qua, & defectu dispensationis gratia principaliter fundabatur, fuit conclusum gratiam Francisci Ardentini esse iustificatam in omnibus, præter quam quo ad narratiuam non dispensationis, de qua particulariter videatur.* † Et

10 prædicta doctrina procedit, etiamsi antea quis haberet ius ad rem ad beneficium: nam huiusmodi ius expirat per irregularitatem, seu inhabilitatem sequentem contractam, ex homicidio, vel alias. Nauar. *in c. quando de rescript. excep.* 10. *à numer.* 10. Salzedo *s. vers. procedit equidem,* & Man. Rodriguez *sup. d. ca.* 179. *n.* 1.

Et quis possit † cum homicida dispensare, vide 11
Villadie. *de irregularitate cap* 16. *& vltim, vers. vlterius quæro.* Nauarr. *capit* 27. *nu.* 239. *& seq.* Couar. *in d. Clemen. si furiosus.* 2. *par.* §. 3. Caiolum *de irregularitat. libr.* 5. *c.* 48. *n.* 3. *& §.* 3. *n.* 18. *& c.* 51. *n.* 1. *&* 3. Vgolinum *eod. trac. c.* 33. Sylvest. *verb. homicidium.* 3. Bart. Medinam *in summa lib.* 1. *c.* 11. *§.* 12. Aragon. 2. 2. *p.* 64. *ar.* 8. *ad fi.* & ibi Bannes 4. *p. dub.* 2 *vsque ad fi.* & ibid. Salon 4. *controuersia.* Cosmam Philiarcum *de offic. sacerd.* 1. *p. li* 4 *c.* 11. §. *fi.* Lud. Lopez *instruct. consc.* 1. *tom. cap.* 143. *&* 2. *tom.* 2. *par. c.* 22. *&* 30. Candelab. aur. *de irregularitate. à n.* 312. *vsque ad fi. & in appen. c.* 1. *à n.* 10. Henriq. *in summa li.* 13. *c.* 57. *& lib.* 14. *c.* 9. §. 3. *& c.* 19. Manuel. Rodrig. *in sum.* 1. *tom, c.* 178. 179. *&* 180. *& quæst. regul.* 1. *to. q.* 24. F. Hier. Llamas *method.* 1. *p. c.* 12. §. 24 Auilam de censuris, *septima par. disput. sexta sectione* 5.

Hodieque vide † concil. Trid. *d. c.* 7. *& sess.* 24. *de* 12
refor. cap. 6. ex quo hodie possunt Episcopi omnino dispensare in irregularitate ex homicidio casuali occulto, nec deducto ad forum contentio sum proueniente, vt *in d. c.* 6. in quo † non comprehenduntur inferiores habentes iurisdictionem ordinariam, & 13
quasi Episcopalem, nec etiam Prælati regulares, sed tantum Episcopi priuatiue quoad omnes alios, vt S. congregatio concilij his verbis declarauit, & tradit Suar. 4. *to. de pœnit. disp.* 30. *sect.* 2. *n.* 6. *&* 7. *& d.* 5. *to. de cens. disp.* 41. *sect.* 2. *n.* 7. *& disp.* 45. *sect.* 1. *n.* 2. & docet Cenedo *in collectanea* 4. *ad* 6. *n.* 5. Toletus *d. lib.* 1. *c.* 83. *n.* 5. *ad fi.* Et loquendo de absolutione hæresis, de qua ibi P. Ledesma *in sum.* 2. *p. tit.* 1. *cap.* 61. 20. *concl.* 2. *diff.* Quidquid dicant Henriq. *lib.* 6. *c.* 16. §. 1. Man. Rodr. *quæst. regul.* 1. *to. q.* 34. *art.* 13. *&* 16. *& q.* 61. *art.* 9. & nouissime Flores *q.* 24. *n.* 18. & Thom. Sanchez *de matrimon. lib.* 8. *disp.* 2. *n.* 12. Auila *d.* 7. *p disp.* 10. *dub.* 6. 14
Quod videbatur intelligendum, nisi illi inferiores sint nullius diœcesis, nam alias subditi illorum non haberent Episcopum, ad quem recurrerent pro huiusmodi dispensatione. Sicut † subditi exemptorum 15
& ipsi Prælati exempti, qui possunt recurrere ad Episcopum, in cuius diœcesi sunt, & ipsi se subiicere si velint; quoad hunc actum fauorabilem, vt ait Suarez *d. disp.* 41. *sect.* 2. *n.* 7. *&* 12. Et facit, quod † quan- 16
do locus est nullius diœcesis, nec est in diœcesi, nec de diœcesi, quando autem est exemptus licet non sit de diœcesi, est tamen in diœcesi. Rota *dec.* 207. *p.* 2. *diuersor.* Sed † verius est, in illo decreto non compre- 17
hendi inferiores habentes iurisdictionem ordinariam, & quasi Episcopalem etiam nullius diœcesis, vt plane vult S. congregatio, & citati Doctores. Et eadem ratio † est in eis, nempe, quod cum illa facul 18
tas sit iure speciali & exorbitanti à iure communi concessa Episcopis, intelligi debet de Episcopis proprie & vere, & non de aliis, *ad reg. quæ à iure communi. in* 6. Maxime, quia magis confidunt iura & concilium de Episcopis, quam de aliis inferioribus. Vnde 19
† illorum subditi debent pro dispensatione seu absolutione, de qua ibi, recurrere ad Papam, ad quem alias solum spectabat, vt de excommunicationibus ad finem reuelationis ex sententia eiusdem S. congregationis dictum est. *sup.* 5. *p. c.* 8. *n.* 95.

Et idem est † in exemptis licet non sint nullius 20
diœcesis, vt tenet P. Ledes. *ibi*, 3. *difficul.* loquens religiosis exemptis, & Marc. Ant. Genuen. *in praxi Archiepisc. curiæ Neapo. c.* 66. *n.* 19. nam non sunt subditi

Episcopi, nec ei se possunt subiicere, nisi in casib. à iure expressis, qualis non est iste. Vgolí. alios citans *de cens. tab. 1. c. 2. §. 17. n. 5.* Solis *de cenſib. 2. to. lib. 2. c. 3. nu. 13. & seq.* Quidquid dicat Suar. *d. num. 7. & 12.* & Man. Rod. *in sum. 1. to. c. 130. n. 2. & quæst. reg. 1. to. q. 20. art. 30. ad fi.* & Sair. *de censu. li. 7. c. 7. nu. 23.* Henri. *in sum. li. 6. c. 16. §. 8. & lib. 7. c. 25. §. 2. & lib. 14. cap. vltimo. §. 5. ad finem.* Auila *de censu. 2. p. c. 7. disp. 1. dub. 6.* Moli. *tra. 3. disp. 61. n. 4. & 5. & disp. 70. in fin.* & alij. Circa quod vide Breue Pij Quinti, concessum Superioribus Ordinis Prædicatorum, quod ponit Manuel Rodriguez *dict. art. 9.* & in explicatione Bullæ ad finem, & consonat censura Magistri S. Palatij, in Emanu. Sa. *pag. 415. n. 61.*

21 Non † tamen excluditur *cap. sede vacante.* Henriquez *d. lib. 6. c. 16. §. 1. & li. 14. cap. 20. §. 1.* Cenedo *supra,* Manuel Rodriguez *d. quæst. 61. ar. 9.* Suar. *d. 4. tomo disputatione 30. section. 2. numer. 4.* Auila *dict. disputatio. 10. dub. 6.* & dixi *supra 5. p. c. 7. num. 41.* vbi

22 alios citaui. Quamuis † loquendo de dicta absolutione hæresis contrarium teneat P. Ledesma *supra 5. difficultate.* Cuius prima ratio, quod id solum conceditur Episcopis, & sic non est extendendũ ad capitulum, tollitur, exibi dictis. Et secũdæ quoad hæresim, quod id conceditur Episcopis per seipsos, & Capitulũ non potest absoluere per se ipsum, respondetur, quod cum sede vacante iurisdictio. debeat exerceri per Vicarium Capituli ex eodem Concilio *sessione 24. cap. 16. de reformatione.* ipse Vicarius loci Episcopi deberet ab hæresi absoluere per seipsum, & ad eũ sine commissione speciali transiret talis facultas, iuxta dicta *d. cap. 7. à n. 28.*

Sed Episcopi illarum regionum, in quibus Con-

23 cilium † Tridentinum adhuc receptum non est, non possunt vti ista facultate concessa in hoc decreto *cap. 6.* vt his verbis etiam censuit S. Congregatio Concilij, cum † homicida vero voluntario etiam occulto,

24 (sub quo intellige etiam mandantem, & consulentem, Toletus *infra versic. 6.*) nullo modo poterunt Episcopi dispensare, nec etiam ad minores aut beneficium simplex, *vt in dict. cap. 7. & 6.* Concilij, & aduertunt Nauar. *supra,* Ludouicus Lopez, Manuel Rodriguez *& consil. 13. num. 3. de homicidio.* & alij, & Ioannes Gutierrez *Canonic. quæst. lib. 1. cap. 13. n. 61.* Graffiis, *in decis. aureis casuum conscien. libr. 1. cap. 13. num. 36.* Cerola *in praxi 1. parte, verb. priuatio. §. 2.* & optime Vgolinus *d. cap. 33. de irregularitate. §. 2. n. 1. & 2. & cap. 62. §. 2. num. 4.* Marcus Anton. Genuen. *cap. 66. num. 15.* Don Iuan. Vela *de pœnis delictorum c. 15. pag. 79.* Flores de Mena *qu. 9. num. 13. &* 14. & Sairus *lib. 7. cap. 7. numer. 14. &* 19. Auila *d. disp. 6. sect. 5. dub. 3.* Tolet. *lib. 1. c. 88. vers. 6.* & quoad beneficium

25 Moli. *d. tract. 3. disput. 77. numero. 11.* Quidquid † dicant Bannes sup. & Henriq. *d. lib. 13. c. 57. §. 1. & lib. 14. c. 19.*

26 *§. 1.* Cerola, *2. p. ver. dispensatio. §. 3.* Licet † ante Concilium possent cum eo dispensare ad beneficium simplex obtinendum, & etiam iuxta communiorem sententiam ad minores ordines iam susceptos, vt *in c. 2. de cler. pugnan. in duello,* quod de homicidio voluntario videtur loqui, Doct. *ibi;* maxime Hostien. Ioan. And. Cardi. & But. & Alex. de Neuo *in addit. ad Abbat. ibi. num. 7.* Staphil. *de litera gratiæ, titulo de variis modis vacationis. §. quando quis veniat priuandus beneficio. n. 11.* Petrus de Baisio *in directorio electionum, 2. p. cap. 10. nu. 6.* Couar. *in d. Clemen. si furiosus. 2. par. §. 3. n. 5.* Plaça *de delict. c. 11. nu. 11.* Nauarrus *conſ. 45. n. 1. de homicid.* Salzedo *in praxi. c. 94. lit. B.* Ioann. Gutierrez Genuen. & Don Ioan. Vela *supra,* Armill. *verb. irregularitas, n. 92.* Man. Rodrig. *d. c. 179. n. 2.* Toletus *d. lib. 1. c. 88. ver. 4. & 5.* Auila *vbi proxime.* Molina *dict. numer. 5. &* 11. Quinimo † nec cum homicida casuali 27
non occulto, poterunt hodie Episcopi dispensare etiã ad minores ordines iam susceptos, aut beneficium simplex (ad quod antea poterant, etiamsi esset publicus, vt *in d. cap. 2. & cap. continebantur, & ca. ad audientiam. de homicid.* Villadiego, Couar. *dict. numer. 5.* Cosmas Philiar. & Toletus *ad fin. vbi supra.* & Graf. *lib. 2. c. 62. num. 10.*) vt apparet *ex d. cap. 7.* Concil. vbi Concilium vult, Ordinarios non aliter dispensare in homicidio casuali, nisi ex commissione Papæ, & causa cognita, & ita tenent Maiolus *d. lib. 5. c. 48. §. 3. n. 18.* Vgolin. *d. c. 33. §. 3. numero tertio & quarto,* & Toletus *d. c. 88. ad fin.* Et sentire videtur Doctor Sahag. *in cap. at si clerici. §. de adulteriis. à n. 100. de iudicis.* & facit quod in simili dicitur *inf. 11. p. c. 5. numer. 371. & seq.* Quamuis † contra teneant Naua. Cosm. Philiar. 28
Graf. Ludo. Lop. Man. Rod. & alij sup. & Henriq. *d. lib. 13. c. 57. §. 2. & lib. 14. c. 9. §. 3. in gloss. lit. C. & c. 19. §. 2.* & Sairus *sup. numero vigesimo,* Auila *d. sectione quinta dub. 2.* Molina *d. numero 11.* dicentes, quod quantum ad homicidam casualem nihil innouauit Concilium.

Quorum sententia † poterit procedere in mutila- 29
tione membri, in qua, etiamsi sit voluntaria, nihil innouauit Concilium, & in ea etiam voluntaria, si est occulta, potest Episcopus dispensare, ex *d. c. 6.* quod solum excipit homicidam voluntarium: sub qua † 30
exceptione non intelligitur mutilatio voluntaria, cum vere non sit homicidium, Manuel Rodri. *d. ca. 180. n. 1. & d. q. 24. art. 10.* & in additione Bullæ *ad §. 13. n. 6.* Suarez *d. 5. tom. disp. 44. sect. 2. n. 4. & sect. 3. seu 4. n. 35.* & tenet etiam in proposito, Enriquez *d. c. 57. §. 13. glossa, lit. H. & d. ca. 19. §. in glossa, lit. I.* Tolet. *d. cap. 88. vers. 6. & c. 89. n. 3.* & Genuen. *d. c. 66. nu. 9.* Auila *d. sect. 5. dubio 4.* Molina *dict. disputation. 79. sub numero 8.*

Et facit Constitutio † Pauli Tertij, anno 1549. in 31
fauorem Societatis Iesu, vbi in facultate dispensandi in irregularitate cum personis Societatis excipit homicidium voluntarium, bigamiam, & mutilationem membrorum, vt in *libro literarum Apostolicarum Societatis Iesu, pag. 40.* Et ita † censuit S. Congre- 32
gatio Concilij super dictum *c. 6.* his verbis, ibi: *Homicidio voluntario, appellatione homicidij non venit mutilatio membri. Nec obstat glossa* in clem. de homicid. *quia procedit quoad incurrendam irregularitatem, non quoad dispensationem.* Et † referunt Suarez & Genu. 33
ibi, quamuis contrarium sentiant Nauar. *d. c. 27. num. 194. versic. septimo colligitur,* & Maiolus *d. libr. 5. capit. 50. n. 1.* & tenent expresse Ludouicus Lopez *d. 2. tomo 1. parte, capitul. 22.* & Candelabrum aureum *in appendice, capit. 1. numero vndecimo* & alias Henriquez *dict. capit. nono, §. tertio, in text. & in gloss. litera Z.*

Similiter etiam quoad homicidium † voluntarium 34
iustum videtur nihil innouasse Concilium, & sic in isto poterit hodie etiam dispensare Episcopus ad beneficium simplex obtinendum & minores ordines iam susceptos, vt antea poterat, *argument. dict. cap. 2. de clericis pugnan. in duello.* Ita Manuel Rodriguez *c. 183. conclusione 1. 2. & 3.* Toletus *dict. cap. 88. versic. 3.* & Auila *dict. sectione 5. dubio 2. ad finem.* qui male ait, quod potest dispensare etiam ad suscipiendos minores, cum Medina *dict. §. 12.* quem sequitur Ludouicus Lopez *d. 2. tomo, 2. par. c. 30.* cum tamen etiam in susceptis non posse dispensare, videatur velle Armilla *d. numero 92.* & Toletus *ibi.*

Ad-

35 Aduertendum est † tamen, quod Nuncij Hispaniarum solent habere facultatem dispensandi in homicidio casuali, etiam publico: solet enim eis dari facultas dispensandi super quacunque irregularitate, non tamen occasione homicidij voluntarij, hæresis, læsæ maiestatis, vel bigamiæ, vel indebitæ perceptionis fructuum Ecclesiasticorum quomodolibet contracta, vt in facultatib. D. Cæsaris Speciani Nuntij Sixti V.

36 Et similiter † Commissarius generalis Cruciatæ potest in homicidio casuali etiam publico dispensare, nam inter alia datur ei sequens facultas.

Item similiter conceditur facultas Commissario dispensandi, & componendi super irregularitate cum iis, qui quibuscunq; Ecclesiasticis censuris ligati, missas, & alia diuina officia, non tamen in contemptum clauium celebrauerunt, seu aliàs illis se immiscuerunt, & super alia qualibet irregularitate, præterquam ratione homicidij voluntarij, aut simoniæ, aut apostasiæ à Fide, aut hæresis, vel propter malam ordinum susceptionem contracta cum retentione beneficiorum, & fructuum ex eis perceptorum, & infamiæ, ac inhabilitatis exinde prouenientis, abolitione, & executione ordinum non male susceptorum. V t in Bulla Latina, & Summario Latino confecto

37 *per Pium V. & Gregorium XIII.* explicant Manuel † Rodriguez in explicatione Bullæ Cruciatæ, §. 13. & *in additione ad eundem §.* Henriquez *libro septimo, c. 13. §. quinto,* & Candelabrum aureum, *in appendice, capit. 1.*

38 Circa quas facultates † est dubium, an quando in facultate dispensandi, super irregularitate excipitur irregularitas contracta ratione homicidij voluntarij, sub illa exceptione veniat homicidium voluntarium iustum, ita vt vigore talis facultatis non possit in eo dispensari.

39 In quo in primis † certum, Episcopũ vigore facultatis Concilij *d. c. 6.* non posse in homicidio voluntario etiam iusto dispensare, nam in illo solum datur facultas dispensandi irregularitate proueniente ex delicto, & sic ex illo decreto non potest dispensare super vlla irregularitate occulta proueniente aliunde quam ex delicto proprio, & consequenter, nec super homicidio iusto, nec super bigamia, nec illegitimitate. Nauarrus *in manuali cap. 27. numero 194. in fine, & n. 217. etiam in fine, & consil. 39. de homicidio* (nec in hoc tenet contrarium *d. cap 27. numero 240.* quidquid dicat Man. Rodriguez statim citandus) Salzedo *in praxi cap. 14. litera C.* Vgolinus *d. ca. 33. §. 1. numero 1. & cap. 44. §. 2. numero 4. & cap. 62 §. 2. numero 5.* Cerola *1. parte, verf. irregularitas, §. 8.* Genuen. *d. cap. 66. numero 7.* Bannes *supra dubio 2.* Graf. *libro 1. cap. 13. numero 37. & 39.* Summa Corona *3. parte de irregularitate, numero 22. & 4. parte, cap. 6. de Sacrament. Pœniten. numero 26.* Vega *in summa 1. parte, cap. 56. casu 6. & cap. 127. casu 27. & 2. parte, c. 15. casu 40.* & in Espejo de curas, *cap. 11. numero 287. & c. 12. numero 323.* P. Ledesma *in summa de matrimonio, capite 34. post quintam conclusionem,* & infra Suarez *d. 5. tomo, disputat. 49. sectione 6. numero 9. & disputat. 50. sectio. quinta numero quinto,* Melina *d. disputat. 79. numero 8. versiculo* 4. & Manuel Rodriguez *in summa 1. tomo, cap. 178. numero 9. & quæstio. regul. secundo tomo, quæst. 105. articulo 2.* quamuis *1. tomo, d. quæst. 24. articulo 8. & 9.* contrarium tenuisset. Et quamuis Auila *7. par. disp. 3. dubio 7.* teneat, Episcopum per Concilium *d. c. 6.* posse dispensare in illegitimitate ex delicto occulto proueniente, at *disput. 6. sectione 5. dubio primo,* docet facultatem Concilij ibi non posse Episcopum dispensare in irregularitate ex defectu lenitatis.

Sed & quoad facultatem † dispensandi in omni 40
irregularitate, excepto homicidio voluntario, mihi certum videtur, non posse vigore illius dispensari in homicidio voluntario iusto, sed comprehendi etiam sub illa exceptione, nam nomine homicidij in iure quoad materiam irregularitatis comprehenditur etiam occisio hominis iusta, vt *in tit. de homicidio.* Vgolinus *de irregularitate, cap. 5. 2. §. numero 4.* & Toletus *dicto libro 1. cap. 79.* Et non sumitur ita stricte, metaphysice & formaliter, vt Caietanus, & sequaces statim citandi, volunt pro occisione hominis iniusta tantum. Ita tenet Vgolinus *dicto cap 33. §. 1. numero 1. & 2.* Aragon *supra.* & Bannes *d. dubio 2.* (quem male pro contraria parte citat Manuel Rodriguez *dict. artic. 8. & 2.*) & Toletus *d. libro 1. cap. 88. versiculo 10.* Quamuis contrarium † teneat Caietanus *in summa* 41
verb. irregularitas. ad finem. Armilla *eodem verbo, numero 13.* Nauarro *dicto cap. 27. numero 240.* Polanco *in directorio confessarij, titul. de irregularitate. reg. 3.* Candelabrum aureum *de irregularitate, à nume. 327.* dicens, sic fuisse in facti contingentia resolutum in sancta Pœnitentiaria Romæ (quod non credo) Summa Corona *dicto numero 22.* Ludouicus Lopez *dicto 2. tomo, 2. par. cap. 30.* Henriquez *d. libro 14. c. 9. §. 3. & c. 19. §. 4.* maxime in glossa *lit. K.* Manuel Rodriguez *in summa, 1. tomo, cap. 173. numero 4. & quæst. regul. 1. tomo, quæstio 24. articulo 8. & 9.* Qui tamen *2 tomo, qu. 105. articulo 2.* forte variat, Vega *in summa prima par. cap. 121. casu 8. & cap. 127. casu 27.* & in Espejo *d. cap. 12. numero 325.* P. Ledesma *in summa 2. parte tract. 3. ca. 13. 51. conclusione,* Cerola *supra* & Anton. Rochus Veronen. *de visitatione, verb. homicidio voluntario.* & Compendium Bernardorum Hispaniæ, *sub verb. homicidium.* & Auila *d. dubio 1.* Molina *à numero octauo, vers. 5.* Et sequuntur † Couarruuias *dicto §. 3. ad finem* 42
Plaça *d. c. 11. numero 11.* Ioannes Gutierrez *Canonic. q. libro secundo, cap. 6. numero 170.* alia ratione, scilicet, quod tametsi hoc homicidium voluntarium vere sit, tamen quoad hoc casuale censetur, quippe nullam culpam habeat. Sed hæc ratio non habet in iure fundamentum, & ita eam impugnat Auila *d. dubio 1.* reprehendens Couarruuiam, & Plaçan † & quod dicatur homicidium voluntarium, & quod casuale in 43
proposito, vide Caietanum *22. quæstione 64. articulo vltimo.* Nauarrum *dicto cap. 27. numero 240.* Couarr. *in d. Clemen. si furiosus. 2. parte, initio, & §. 1. numero 2.* Vgolinum *dicto cap. 33 de irregularitate.* Anton. Rochum *de visitatio. d. verb. homicidio voluntario.* Marcum Anton. Genuen. *d. cap. 66. numero 7.* Ludouicus Lopez *2. tomo 2. part. capit. 28. in principio, & capit. 30.* Man. Rodriguez *in summa. primo tomo, cap. 176. 177. & 78.* Toletum *d. libro primo cap. 77. & 79.* Gabr. Vazquez *1. 2. disput. 100. numero 39.* Suarez *d. 5 tomo, disputat. 44. sect. 1. & disput. 45. sect. 2.* & Vegam in Espejo, *cap. 12. numero 325.* Auilam *de censuris, 7. parte disput. sexta sect. secunda dubio 1.* Molinam *tract. tertia di-* 44
sputat. 3. 33. & 39. & alios. Et † sequentes declarationes S. Congregationis Concilij super dictum *cap. 7. sess. decimaquarta* de reformatione. *Mandans homicidium in persona vnius, si committatur in persona alterius, non incurrit irregularitatem, quæ contrahitur ex homicidio voluntario, 1587. Secundo quærebatur, an is, qui mandauit aliquem baculo vulnerari, eo expresso, ne occideretur, si mandatarius armis percusserit, & occiderit, intelligatur incidisse in hoc decretum Concilij, vt omni ordinatione, ac beneficio & officio absque*

ſpe diſpensationis perpetuo carere debeat. Congregatio censuit negatiue, & hanc opinionem confirmat Nauar. in man. c. 27. n. 240. *Concilium enim requirit homicidium per industriam, per insidias & ex proposito.*

45 Et quod dicatur † occultum in proposito. Nauar. *d. cap. 27. numero* 250. aliàs 255. ait illud esse occultum, quod non est publicum etiamsi ab aliquibus sciatur, sequuntur Maiolus *dict. libr. 5 cap. 51. numero* 4. Ant. Rochus *de visitatione verb. occultis.* Cerola *in praxi* 2. *parte verb. irregularitas, §. 1.* Genuen. *dict. capit. 66. numero secundo*, Candelabrum aureum *de irregularitate, numero* 315. Cechus *de casibus reseruatis, casu vltimo, numero primo & casu* 1. *de irregularitate circa finem*, Ludouicus Lopez 2. *tom. 2. part. cap.* 8. Henriquez *dict. lib. 14. capit. 20. §. 4.* Vega *in summa 1. part. cap. 49. casu* 16. Sorbo *in Compendio Mendicantium in resolutionibus materiæ absolutionum. pag.* 48. Toletus *dict. lib. capit. 89. numero quinto* & ibi Victorellus *in annotationibus* Compendium Bernardorum, *verb. absolutio quoad monachos, sub §.* 11. Azor 1. *par. lib. 8. capit. 10. quæst. nona*, Thomas Sanchez *de matrimonio, lib. 2. disput. 37. numero vndecimo & lib. 8. disput. 34. numero quinquagesimoquinto*, Auila *de censuris 2. part. cap. 7. disput. 1. dubio* 11. 2. *conclusion. & 7. part. disputat. decima dub. 6.* & Suarez 4. *tomo disp. 30. sect. 2. numero secundo & 5. tomo disputat. 41. section. 2. numero sexto*, Molina *dict. disp. 79. numero octauo versicul. secundo*, & videtur Man. Rod. *dict. 1. tomo quæst. regul. quæstione vigesimaquarta art.* 11.

46 Sed quamuis ista † sententia probabiliter possit admitti quoad breuia pœnitentiariæ in foro conscientiæ, in quibus adest clausula, dummodo impedimentum occultum sit, de quibus Thomas Sanchez *dict. numero quinquagesimoquinto*, tamen in proposito verius est, occultum dici, quod non potest probari, id enim proprie dicitur occultũ, c. vestra, de cohabitione clericorum, facit glossa *in c. manifesta. 2. quæst. 7.* Et ita videtur tenere Graf. *dict. lib. 1. cap. 13. numero* 45. dicens occultum, id, quod processit in actu, prout opponitur probabili, id est, cuius non sunt legitimi testes, si ab aliquibus scitur, non autem vt opponitur

47 publico, vel notorio. Et † ita censuit Sancta Congregatio Concilij, vt apparet ex seqq. declarationibus super dictum *c. 6 sess. 24.* ibi: *Occulto*, Intelligendum est occultum secundum terminos iuris. *Alia. Absolutus, vel dispensatus à proprio Episcopo in materia delicti perpetrati coram duobus, vel tribus testibus, quod tamen non fuit notorium, non est tutus in conscientia, quia Concilium vtitur termino occulti, quod proprie loquendo dicitur, quod probari non potest.* cap. vestra. de cohabitatione clericorum, *at per duos testes probari potest, & verba Concilij debent intelligi secundum proprietatem. Idem respondit de illis, qui occasione delictorum occultorum fuerunt inquisiti, sed quia non potuerunt delicta probari, rei ipsi non fuerunt quidem absoluti, nec definitiue, nec alio modo, sed simpliciter dimissi, recepta promissione de se præsentando, non posse istos vti huius Canonis beneficio, quia deducta ad forum contentiosum, sicque sufficit sola deductio, quidquid in se sequatur.*

48 Ex qua declaratione † ad finem conuincitur, quod ait Candelabrum aureum *de excommunicatione numero quadragesimosecundo*, & sequitur Graf. *dict. capit. 13. numero*, Quod si delictum deductum sit ad forum contentiosum, non tamen probatum, vnde reus absoluitur, potest Episcopus dispẽsare, quia adhuc manet occultum, & non fuit deductum cum effectu, ex quo non fuit probatum, & quod ita grauissimi Doctores Salmanticæ tenuerunt, licet alij contra. Quod etiam tenent Vega Suarez *in summa 2. p. ca. 15. casu 2.* Suarez *dict. disput. 41 sectione 2. num. 6.* & Sairus *libr. 7. cap. 7. n. 12.* & Molina *disput. 79. n. 8. ver. 2. & 3.* dicens tamen, ante absolutionem non posse, licet crimen deductum non sit probatum. Et † idem ait Henriq. 49 *dict. libr. capit. 20. §. 4.* in reo qui in mediis etiam de priuatis vicit causam, & absolutus est. Et nouissime Marc. Anton. Genuen. *dict. cap. 66. numero* 5. *&* 6. & Sairus *ibi.* & Thomas Sanchez *dict. disputatione 37. numero duodecimo & d. disputatione trigesimaquarta numero* 57. Auila *supra 3. conclusione, dict. dubio* 11. *& dict. disputatione 10. dubio 6. ad finem*, qui *dubio 7. sequenti* idem ait, quando iudicium est finitum, & punitum delictum, contra Ioannem Gutierrez & Manuel Rodriguez. Sed † re vera concilium ibi absolute exci- 50
pit deducta ad forum contentiosum, & sic sola deductio sufficit, vt Episcopus dispensare non possit vigore illius decreti. Et illorum † sententia admitti po- 51
test in secundo casu dicti decreti concilij de absolutione in casibus occultis, etiam Sedi Apostolicæ reseruatis, vbi nihil dicitur, de deductis ad forũ cõtentiosum, maxime, cum illa absolutio in foro conscientiæ tantum, licet Auila *dict. dubitatione vndecima* id non aduertit. Si † tamen post dispensationem sint deducta, ait Toletus *dict. cap. 89. numero quinto*, dispensationem factam in prodesse foro interiori, non in exteriori.

Tandem notandæ sunt † sequentes declarationes 52
S. congregationis concilij super dictum *cap. 7. sessione 14. de reforma.* Prima, *An is, qui omni diligentia vt præcaueret adhibita, dum operam rei illicitæ daret, solo casu fortuito homicidium commisit, irregularitatem incurrit, adeo, vt ordines suscipere, ac beneficium obtinere absque dispensatione non valeat. Congregatio censuit incidisse. Secunda, Fuit dictum, quod istud caput non in-* 53
ducebat nouam irregularitatem, & ideo ille, qui dabat operam rei licitæ, & omnem adhibuit diligentiam, ne quereretur homicidium, deinde sequatur, non incurrit irregularitatem. capite ex literis. & capite finali de homicidio, *fuit resolutum, quod Concilium loquatur in eo, quia fuisset in aliqua culpa, & indigeret dispensatione. Tertia ibi. Repellendo, &c. Congregatio Concilij censuit, hoc etiam habere locum, cum agitur repellẽda vi illata patri.*

Sed restat dubium, † an impetratio beneficij 54
facta à Papa per irregularem, seu homicidam valeat, propter clausulam in literis Apostolicis apponi solitam, *teque à quibusuis, &c.* quæ sumitur ex clausula supplicationis, & cũ absolutione ad effectum præsentium, &c. de qua infra *cap. 13. à n. 59.* in † quo cordu- 55
ba *in sum. quæst. 41.* dicit, ordinarium stylum curiæ Romanæ esse, quod dispensetur simul in censuris, vt collatio teneat, & sic homicidam, cui facta est collatio manere tutum, ex quo per dispensationem sublata est irregularitas, & ipse mansit habilitatus. Sequuntur Ludouicus Lopez 1. *tomo capit. 245. vers. secundum à nobis.* Manuel Rodriguez 1. *tomo cap. 179. n.* 1. & Vega 1. *parte summæ, ap. 36. casu* 15. Et quod in li- 56
teris absolui solet à censuris, & irregularitate, ait Lessius *libro 2. c. 34. num. 203. in fine.* Sed † id non est verum, nam solum de stylo datur absolutio, non dispensatio à sententiis, censuris, & pœnis ad effectũ præsentium dumtaxat consequendum, sub quo non venit irregularitas quæ non est censura. *cap. quærenti. de verbor. significat.* nec absoluitur. sed dispensatur. Et ita quod dicta clausula non profit irregulari. tenet Nauar. *cons. 17. num. 1. de clerico excommunicato. & consil.* 48.

*sil.*48 *de sentent. excommunicat. ad finem.* Flamin. Paris. *de resignatione benefic. lib.*4.q 3. *num.* 40. & 41. & *lib.*8. *quæst.*7. *à num.*112. Ioannes Gutierrez *canon. quæst. lib.*2. *cap.*5 *numero* 94. & Man. Rodriguez *in sũma* 1. *tom. cap.*29. *numero* 5. & Vega *dict. cap.*36. *casu* 15. qui sibi non constant, Sairus *lib.*2. *cap.*5. *n. sexto ad finem.* & *lib.*6. *cap.*2. *numero vigesimosecundo* & Rota in illa Curçolen. canonicatus supra adducta, *numero octauo.* 57 Vnde † etiam facultas absoluendi à censuris & pœnis, data per bullas, seu iubilea, non includit irregularitatẽ, & ita habet stylus Curiæ, vt post Villadiego *de irregularitate, in fine* docet Nauar. *in manuali cap.*27. *numero* 194. & 250. *vers.*9. *quod* aliàs *numero* 254. & *consil.*7. *num.*2. *de temporibus ordinationum,* & 4. *numero tertio de filiis presbyteror.* & *cons.*82. *numero tertio de simon.* sequuntur Maiolus *de irregular. lib.*5. *capit.*51. *numero septimo* Flamin. Paris. *de resignation. benefic. lib.*8. *quæst.*7. *numero* 213. dicens communem opinionem. Vgolinus *de censuris, tab.*1. *cap. decimo* §. 4. *numero vndecimo* ibi, *Nam & in irregularitate, &c.* & *cap.*26. *numero secundo* & *de irregularitat. capit.* 62. *in princip. numero septimo* Salzedo *in practica Bernardi Diaz, cap.*26. *lit. C. vers.*6. Licentiatus Antonius Gomez *in explicat. Bullæ Cruciatæ ad* 10. *clausulam. numero trigesimoprimo,* cerola *in praxi Episcopali.* 1. *part. verb. irregularitas.* §. 13. & 2. *part. eod. verb.* §. 7. *in praxi pœnitentiali. cap.* 24. *q.*18. Doctor Sahagum *in cap. at si clerici.* §. *de adulter.* & *indic. numero* 122. & 123. Flores de Mena *quæst.*9. *numero vndecimo* & commmuniter canonistæ, & ex Theologis cosmas Philiar. *de officio sacerdotis* 1. *par. lib.*4. *c.* 6. & *in additione posita post finem* 3. *partis* candelabrum aureum *de irregularitate,* seu *de dispensatione, numero* 331 qui citat Ledesmam 1. *par. c. quarto quæst.*26. *art.*2. *ad finem.* & dicit tenere communem canonistarum, & generalem curiæ Romanæ stylum, Ludouic. Beia. *in resp. casuum conscientiæ, casu decimoseptimo ad fin.* Cechus *de casibus reseruatis, casu* 1. *de irregularitate, sub numero quadragesimo* Graf. *libr.*1. *cap.*32. *numero decimoquarto* & *lib.*4. *cap.*15. *numero vigesimoseptimo* & *de casibus reseruatis, libr.*2. *cap.*17. *numero trigesimoquinto* Ludouicus Lopez *instruct. conscien.* 1. *tom. cap.*242. & præsertim 2. *tomo* 1. *part. capit.*62. & 2. *part. cap.*8. dicens contrariam non esse tutam, nec vlla firma ratione suffultam, Sũma Corona 4 *parte, c.*6. *de Sacramen. Pœnitentiæ, numero vigesimoquinto notabili* 3. Henriquez *in summa li.*7. *capit.*13. §. 6. & *lib.*14. *capit.*17. §. 4. Bernar. *in sum. cap.*35. *numero quinto* & 100. Pedraça *in summa libr.*2. *cap.*4. *in princip.* Sorbo *in compen. Mendican. verb. confessiones, ad finem, pagin.* 156. compendium Bernard. *verb. absolutio, quoad monachos. sub* §. *primo lit.* D. Llamas 1. *par. methodi. cap.*12. §. *trigesimoquinto* Toletus *in summa lib.* 1. *ca.*31 aliàs iuxta editionem Romanam, *capit.*89. *ad finem,* Sairus *de censuris. lib.*1. *cap.* 1. *numero decimooctauo* & *libr.*6. *cap.* 2. *numero trigesimotertio* & *lib.*7. *capit.* 14. *à numero primo* & constanter Manuel Rodriguez *in sum.* 1. *tomo, cap.*164. *numero tertio,* & *q. regul* 1. *tomo, qu.*20. *art. decimoseptimo* & *quæstione* 62. *artic.* 12. & *in additio. bullæ ad* §. *decimumtertium numero* 4. quamuis in explicatione ipsius bullæ, §. 9. *numero* 64. contrariam sententiam dixisset probabilem, & nouissime Suarez *dict* 5. *tom. de censuris. disp.*1. *sect.*3. *numero quinto* & *sexto* & *disput. quadragesimo sect.*3 *numero* 3. dicens contrariam sententiam esse falsam, quamquam nonnulli Theologi illam amplexi sint, & multi confessarij minus docti eorum authoritate nixi, illa facultate vtantur, Aquila 1. *par. dubio* 5. & 7. *part. disp.* 1. *dub.* 1. *in fine.* & præsertim *disput. decima dub.*4. & late Molina *tract.* 3. *disp.*80. Acosta de Andrada 48. in Bulla Cruciatæ Quæ † sententia mihi est certa, & confirmantur ex 58
iubileis, quæ modo conceduntur, in quibus declarat summus Pontifex non esse suæ intentionis, quod virtute illorum possit in aliqua irregularitate dispẽsari. Et approbatur † in concilio 3. prouinciali Mediolanen. *tit. de his quæ ad Sacramentum Pœnitentiæ* 59
pertinent, vers. ne confessarij, vbi sic dicitur: *Ne confessarij sacerdotes cum sibi facultate, vel ex iubileo, vel ex aliis Apostolicis literis concessa pœnitentium confessiones audire, eosdemque à peccatis etiam grauioribus, quæ admiserunt, & à pœnis item, ac censuris, quibus irretiti sunt, absoluere licet, cũ eo qui in irregularitatem incurrerit, dispenset, nisi eius facultate illis literis nominatim expressa.* Quod concilium licet nos non liget, tamen præstat maximum argumẽtum pro ista sententia, & pro dicto stylo curiæ. De quo etiam nouissime testatur Magist. S. Pala. *in indice librorum expurg. in Eman. Sa pag.*16. *n.*19. sic corrigens: *Non est vllo modo tenenda sententia quorumdam affirmantium: quia in contrarium est praxis Romanæ Curiæ, & omnis Canonistarum doctrina, quæ optima nititur ratione.* Potestas enim absoluendi non potest extenci ad irregularitatem, quæ tollitur dispensatione; non absolutione, & ita tenendum est, quamuis in irregularitate contracta ratione peccati, seu ob delictum contrarium teneant Soto *in* 4. *dist.*22. *quæst.*3. *art. prima* cordoua *lib. quinto quæstionum, quæst.* 43 *dub. quarto* & *in summa, quæstio.*28. & 144. *circa finem.* Barto. Medina 1. 2. *quæstion. nonagesima sexta, art.*4. & *in summa lib.*1. *c.*11. §. *nono* & *decimo* & *lib.* 2. *c.*12. Bannes 2. 2. *qu.*64. *articul.*8. 4. 60
*parte, dub.*1. & ibi Salon 4. *controuers.* Vega *in summa,* 2. *par. capit. decimoquinto casu* 2. 9. & 10. & in Espeio de curas *c.*12. *n.*313. P. Ledesma *in summa* 1. *par. tit. de censur. c.*1. & Ioann. Gutier. *can. q. li.*1. *c.*3. & dicit satis probabile Arag. *d. art.*8. *circa finem,* dicens etiam nostram sententiam satis probabilem, & nouissime sequitur Nunno 3. *parte in expositionem Bullæ Cruciatæ,* §. *vltimo.*

CAP. XII.

De Corpore vitiatis.

SVMMARIA

Oportet etiam promouendos ad beneficia non esse corpore vitiatos, nam & ij sunt irregulare. numero primo.

De qua irregularitate, seu inhabilitate ex vitio, seu defectu corporali, qui sunt videndi, numero secundo.

Non solum ad sacros ordines, & beneficia, quæ sacrum ordinem requirunt, sed nec ad minores ordines, & primam tonsuram, & consequenter nec ad vllum beneficium, promoueri possunt, qui corpore insigniter deformati sunt, ita vt sine notabili horrore aut scandalo ministri Ecclesiastici esse non possunt, aut sibi abstiderunt membrum, aut partem membri, numero tertio.

Nam vtt simpliciter & absolute sunt irregulares, numero 4.

Quod dictum est de abscindente sibi partem membri, quod sit irregularis, procedit etiã si non sit notoria eius culpa. n. 5. *Quamuis contrarium teneant Hostien. & alij,* num. 6.

Non sunt irregulares, qui non sua sponte, sed casu, aut in

cunabulis, aut per vim, aut propter agritudinem sẽcti sunt, num.7. *Nisi id sua culpa acciderit, quia dabat operam rei illicitæ, vt in adulterio, cui à marito, vel à iudice sunt abscissa virilia, quem esse irregularem tenet communis*, num.8. *Sed contrarium tenent alij*, num.9.

Ista sententia videtur verior, nam licet maneat irregularis, qui alias dans operam rei illicitæ, membrum casu perdidit, sicut dans operam rei illicitæ, ex qua mors alicuius sequuta est; tamen id procedit, quando dedit operam rei illicitæ, exponendo se tali periculo, seu ex suo genere periculosæ, & inductiuæ homicidij, veluti periculosæ, clerico prohibitæ, n.10. & 11. *& sic ille adulter non videtur manere irregularis, nisi forte temere accessit ad vxorem alterius, & sine sufficienti cautela moraliter exponens se tali periculo*, numero 12.

Ista resolutio est vera, etiam iuxta sententiam Toleti circa irregularitatem ex homicidio casuali positam, nu.13. & 14. *Quæ videtur bona cum additione posita*, num.15.

Isti consonare videtur dictum Manu. Rod. esse irregularem eum, qui cognouit carnaliter mulierem habentem morbum Gallicum, ex cuius contagio amisit membrum, nisi ignoranter etiam cognouisset, quam sanam putabat, nu.16. *Quæ tamen sententia videtur nimis dura*, n 17.

Vitium, seu defectus corporis absque culpa proueniens impedimentum præstans executioni alicuius actus, seu officij ordinis propter impotentiam, seu debilitatem, vel insignem deformitatem, licet quoad ordines suscipiendos absolute irregularitatem inducat, tamẽ quantum ad susceptos non reddit quem ex toto irregularem, sed solum quoad illum actum, seu officium ordinis, ad quem est inhabilis, n.18. *Et sic ei, qui sine sua culpa incidit in irregularitatem, quæ nascitur ex defectu ad vsum vnius ordinis, & non alij iam suscepti, potest dari beneficium non requirens maiorem vsum*, n.19.

Ita laborans morbo caduco, aut sinistri oculi infirmitate aut capitis morbo non est inhabilis ad obtinenda beneficia simplicia, licet secus in beneficiis requirentib. ordinem sacrum, & ægrotus morbo impediente vsum ordinis est irregularis ad beneficium curatum de nouo suscipiendum, non ad simplex, numero vigesimo.

Clerico incidenti in cœcitatem non potest conferri beneficium, n.21.

An qui patitur vitium, seu defectum corporis celebrationem impediens tantum, vel qui caret visu oculi canonis, vel pollice, &c. esto ob id impediatur à sacerdotio suscipiendo, possit nihilominus promoueri ad diaconatum, & alios inferiores ordines, ad quorum actuum executionem non habet impedimentum, à nu. 22. cum seqq. *Resoluitur negatiue, &* n.30. *ponitur decisio Rotæ.*

Doctrina Nauarri de eo, qui vinum non potest bibere, quin euomat, quod licet sit irregularis ad presbyteratum, possit promoueri ad ordines minores, & etiam ad diaconatum, & subdiaconatum, à nu.24. & 5. seqq. *Respondetur, contrarium esse verius*, num.31. & 32. *Et quidquid in eo esset, tamen in corpore vitiatis aliud dicendum esset, ex quo sunt absolute irregulares.* n. 33.

1 SImiliter etiam eadem ratione oportet † promouendos ad beneficia non esse corpore vitiatos, nã & ij sunt irregulares. De † qua irregularitate, seu inhabilitate ex vitio, seu defectu corporali vltra titulum de corpore vitiatis, & de clerico ægrotante, *& in decreto 55. distinct.* & ibi Ordinarios, videndi sunt Hostien. *in summ. tit. de corpore vitiatis.* Albert. Trocius *de vero & perfecto clerico, libro 2. c.16.* Villadiego de irregularitat. *c.11. de corpore vitiat.* Borgas. *eod. tr. & tit.* Maiolus *libro 1. cap.14. cum seqq. vsque ad 26. & libro 2. cap.16. & 18. cum seqq.* Bertachi. *de Episcopo, 2. lib. quæst. 24. & 1. par. eiusdem 56. & 57. distin. & 3. lib. vltima par. 7. quæst.* P. à Basio *in director. electionum, 2. par. c.18. &* 19. Corras. *de benefic. 3. par. ca.6.* Duaren. *libro 4. c.3. & 4.* Couarruu. *in Clemen. si furiosus, 1. par. initio. ex numero 5.* Plaça *de delict. ca.24. &* 25. Rebuffus *in praxi, tit. de dispensatione cum corpore vitiatis*, Mandos. *de signatura gratiæ, eodem titulo*, Menoch. *de arbitr. libro 2. casu 226. & in additione*, Salzed. *in pract. Bernardi Diaz, c.17.* Quintanaduennas *Ecclesiasticon, libro 1. cap.6. à numero 3.* Vgolinus *de irregularitate, ex cap.46. ad 55.* Dominus Antonius *in summa 3. par. tit.29. cap.5.* Soto *de iust. & iur. libro 5. q.2. artic.1. & in 4. distin. vigesimaquinta quæst. 1. art. 3.* Aragon 2.2. *q.65. articul. 1.* & ibidem Salon 4. *controuersia.* Valentia 4. *tomo disput. septima quæ. 19. punct. 3.* de secunda specie irregularitatis. Suarez 5. *tomo, disput. 51.* Felicianus *de censuris, tit. de irregularit. c.6.* Sairus *eodem tract. libro sexto c.7.8. &* 9 Angelus, Sylueſt. Rosella, Tabiena, & Armilla, *verb. corporis vitiatus*, Nauarr. *in manuali, cap. vigesimoseptimo ex numero 198. & numero 249 vers. Sexto, quod, seu numero 251.* Bernat. *in summa, cap.35. ex numero 12.* Cechus *de casibus reseruatis & censuris, casu 1. de irregularitate ex numero 129.* Iacobus de Graff. *in decisionibus aureis casuum conscientiæ, libro quarto capite 27. ex numero 39.* Summa Corona 3 *par. capit. de irregularitate, numero quarto*, Henriquez *in summa, libro 14. cap. octauo*, Ludouicus Lopez *institutorio conscientiæ, 2. tom. 2. p. ca.23.* Man. Rodriguez *in summ. 1. tom. cap.158. & quæstionum regul. 1. to. q.24. art.3.* Llamas 1. *parte methodi, c.12. à §.4.* & Toletus *in summa, lib. 1. cap.63* Auila *de censuris 7. par. disputa. 3.* Do. Carillo *in itinerario ordinandor. sect. 2. cap.3.* Molina *de iustit. tractat. 3. disput. 70.*

3 Et resolutiue dicendum † est primo, quod non solum ad sacros ordines, & beneficia, quæ sacrum ordinem requirunt, vt inquit Corras. *d.c.6. n.5.* sed nec ad minores ordines, & primam tonsuram, & consequẽter nec ad vllum beneficium promoueri possunt, qui corpore insigniter deformati sunt, ita vt sine notabili horrore, aut scandalo, ministri Ecclesiastici esse non possunt, aut sibi sua sponte ferrum iniecerunt, abscindendo membrum, aut partem membri. nam † isti simpliciter & absolute sunt irregulares, *cap.1. 4 c pœnitentes, c. si quis, 1. cap. hi, qui, capite qui partem. c. lator. cum alijs. 55. distin, ca.1. cum seqq. de corpore vitiatis*, & Doctores citati, & Lamber. *de iure patronat. 1. par. 2. libri, q.7. art.12. n.1.* absolute dicit, corpore vitiatos non posse promoueri ad ordines, vt *in tit. de corpore vitiatis, per totum*, & sic non posse habere beneficia, & *n.4.* concludit, corpore vitiatum non valentem promoueri ad ordines, non posse præsentari, Azor *instit. moral. 2. par. lib. 6. c.4 q.13.* Et † id, quod 5 dictum est de abscindente sibi partem membri, quod sit irregularis, procedit etiamsi non sit notoria eius culpa gloss. *in cap. fin. de corpore vitiatis.* Villadiego *supra* & recte Toletus *dicto cap.93. vltima regula.* Molina *supra numero 16. & seq. & disputat. 67. num.*

*num.*8. & videntur tenere Summa Corona *sup.* Suarez *sectione* 2.*numero* 6.& 8.& Sairus *dict. cap.*7.*num.* 12. nam tex. *in dict.cap.qui partem.& in dict. cap.*1.*de corpore vitiatis*. non fundantur in notorietate culpæ & delicti, sed in excessu & fœditia, quam in se exer-
6 cuit. Quamuis † in hoc contrarium, nempe, requiri notoriam culpam, quando totum membrum non est abscissum, teneant Hostien. Cardin. Butr. & Abbas *in d.c.fin.* Sylvest. *quæst.*4. Couar. Plaça *dicto cap.* 24.*numero* 13. Nauar. *dict.numero* 198. Vgolin. *cap.*51. *numero* 7.& 52.*numero* 5. Graf. *numero* 41. Henriquez *dict.capitulo* 8.§ 4.& *cap.*19 *eiusdem libri* §.4. Ludouic. Lopez. Auila *dub.*1.& alij *supra* & Valen. qui etiam id dicit in abscindente sibi membrum non im-
7 pediens vsum ordinum, sed sine fundamento. Non† tamen sunt irregulares, qui non sua sponte, sed casu, aut in cunabulis, aut per vim, seu insidias hominum, aut propter ægritudinem secti sunt, *capitulo ex parte.*1.& 2.& *cap.fin. de corpore vitiatis. capitulo qui partem. capitulo eunuchus. capitulo si quis à medicis. cap.si quis pro ægritudine.& cap.præcepta.* §.1. 55 *distinc.*& 8 docent authores citati, † nisi id sua culpa acciderit, quia dabat operam rei illicitæ, *argum. cap.continebatur.& cap.dilectus.& cap.ex literis.*2. *de homicid.* vt in adultero, cui à marito mulieris cum qua fuit deprehensus, vel à iudice in pœnam sunt abscissa virilia, quem esse irregularem tenet Hostien. *supra.* & communis, quam refert & sequitur Nauar. *dict.num.* 198. Villadiego, Coua. Plaça, Salzedo, Vgolinus *c.*51. *n.*3. Sylvester, Armilla, Candelabrum, Graf. Lud. Lopez. Manuel Rodr. Suar. *sect.*2.*n.* 8. Sairus *dict.cap.*7. *num.*12.& 13. Auila & alii supra Molina *d.disp.*70.*numer.*18.

9 Contrarium vero † tenet Henriquez *dict.c.*8.§.4. *& capitulo* 3.§.4.& *capitulo* 10.§.4. dicens recentiores tenere contra Nauarrum, contra quam etiam tenuit P. Gabriel Vazq. in materia *de irregularitate.*

Quæ sententia videtur verior, nam licet † maneat
10 irregularis, qui alias dans operam rei illicitæ membrum casu perdidit, vt tenent dicti authores, *argumect. dictorum iurium.* ex quibus dans operam rei illicitæ, ex qua mors alicuius secuta est etiam præter eius intentionem, est irregularis, vt ibi tenent Doctores communiter, Sylvester, *Homicidium* 2. §.2. Tamen† id intelligitur, quando dedit operam rei illici-
11 tæ, exponendo se tali periculo, seu ex suo genere periculosæ, & inductiuæ homicidij, vel vti periculosæ clerico prohibitæ, vt per Ancharranum *in capit. final. de homicidio, in* 6. Socin. *in cap.ad audientiam. de homicid.* Couar. *supra* 2.*p.*§.4.*numero* 10. Sotum *d. lib.* 5.*quæstion.*1.*articul.*9 Castrum *de lege pœnali. libro* 2. *c.*14. Cordu. *quæst.libro* 2.*quæst.* 26. Medina 1.2. *quæstion.*73.*artic.*8. Valentia 3.*tomo, disputation.*6. *quæst.*3. *punct.*3.& 4.*tomo, disput.*7.*quæstion.* 19. *punct.*3.*de quinta specie irregularitatis.* Gabrielem Vazquez 1.2. *disputation.*124.*numero* 4.& 5. D. Ioann. Vela *de pœnis delictorum.cap.*15.*pagin.* 80. Vgol. *sup.c.*18.§ 1.& 2. Cerolam *in praxi Episc* 1.*p.ver.irregularitas.*§.7. Suar. *disp.* 45.*sect.*6. Sairum *libr.*7.*capit.*5.*à num.*12. Vegam 1.*uar. summa, cap.* 15.*casu* 17. & in Espeio de curas *capit.*12.*à numero* 239. P. Ledesmam *in summ.*2.2. *tract.* 8.*cap.*18.4.*diffic.*14.*conclusionis.* & Toletum *libr.*1.*capit.*29. *versicul.*2. *in impress. Lugdunens.* Zumel 1.2. *quæst.*76.*artic.*4. *disput.*4. Auilam 7.*p.disp.*6.*sect.*1. *dub.*1. Moli. *de iustit. d. tract.*3.*disp.* 71.*n.*4.*disp.* 75.*n.*2. & 3.& *late disp.*77.

12 Et sic ille adulter † non videtur manere irregula-

ris, nisi forte temere accessit ad vxorem alterius, & sine sufficienti cautela moraliter exponens se tali periculo, vt in simili casu de adultero, ob cuius causam vxor à marito occiditur, tradit Suarez *d. sectione* 6.*n.* 7. Licet etiam tunc non esse irregularem, velit Gabriel Vazquez, vt colligitur ex eo, quod tradit alias dicta 1.2.*disp.*100.*n.*45. Et facit etiam quod docet idem Suarez *sup.disp.*46.*sect.*1.*n.*11.& vide Auilam *d.* 7.*p.disp.*5.*sect.*3.*dub.*1.*in fin.& dub.*3.

Et ista resolutio† est vera, etiam iuxta sententiam 15
Toleti *dict.lib.*1.*cap.*79.*seu* 82. in editionibus nouissimis, vbi docet, dictam doctrinam Ancharrani, Socini, Soti, Couar. & aliorum non esse absolute probandam, vt pote contra text. canonicos, & communem sententiam, sed distinctione opus esse, aut enim opera illicita causa est immediata homicidij, nempe, per quam occiditur homo, vt quando quis mittens sagittam aut scindens arborem, aut proiiciens lapidem, aut quid simile faciens occidit hominem, aut est causa mediata, nimirum, quando aliquid fecit, vnde mors hominis aliunde euenit, vt qui commisit adulterium, propter quod adultera occisa est à marito, aut protulit verbum iniuriosum, propter quod iniuria affectus se occidit, aut induxit alterum ad rixam, in qua occisus est ab aduersario. In primo casu ait, quomodocunque fit illicita, & prohibita opera, facit hominem irregularem, etiam præmissa omni diligentia, *d.c.dilectus.& d. c. ex literis.* à contrario sensu, Hostien. Panor. & Anania *ibi* 3 in secundo casu distinguit aut erat periculosa in se, vel ex circumstantia aliqua, vel consuetudine, aut non: si erat periculosa inducit irregularitatem, si non adhibita sit diligentia: si vero non erat periculosa, non inducit irregularitatem.

Et † ita ait de eo, qui commisit adulterium, aut 14
stuprum, propter quod occisa est à marito, vel parentibus fœmina, quod non erit irregularis, nisi quando periculum aliquod imminebat, vt quia erant fœminæ nobiles, vel maritus, aut parentes tales, de quibus præsumi poterat, eos scire posse, & scientes occisuros. Et ait confirmari ex *c. fin. de homicidio. in* 6. Quæ † doctrina videtur bona, & menti iurium 15
conformis. Addendum est tamen, quod vbi opera illicita est vti periculosa clericis prohibita, tunc si ex ea sequitur mors, erit indistincte irregularis, quãtacunque diligentia sit adhibita, vt in casu *c. tua nos. de homicid.* & recte tradit Couar. & alij *supra*, licet id limitet Auila *d. disp.*6. *sect.*1.*dub.*1. & contra dicat Lorca 12.*disp.*33. *de peccatis.* iuxta quæ videtur accipienda dicta declaratio S. Congregationis adducta *cap.præced.n.*53.

Supradictis consonare †videtur, quod ait Manuel 16
Rodrig. *sup.n.*7. nempe, esse irregularem eum, qui cognouit carnaliter mulierem habentem morbum Gallicum, ex cuius contagio amisit membrum genitale, attento, quod ex hoc id solet succedere, nisi ignoranter eam cognouisset, quam sanam putabat. Quod etiam videtur tenere summa Corona *sup.* ibi: *Aut à medicis propter infirmitatem causatam, non ex illicito actu, aut sua culpa.*

Quæ tamen sententia † videtur nimis dura, licet 17
enim ista amissio membri processerit ex dicta copula illicita, tamen ea est causa multum remota ipsius amissionis membri, & sic non videtur causare irregularitatem Couar. *d.*§.4.*num.*9.*in fin.*& Ludou. Lopez *sup. cap.* 27. nam copula est causa contagij, & morbus contagio receptus causa cancerationis, seu

putrefactionis membri: canceratio autem, seu putrefactio membri est causa amissionis, seu absciſſionis illius, maxime, cum iste non peccauerit, nisi contra castitatem, & charitatem, exponendo se periculo talis morbi.

18 Secundo principaliter † dicendum est, quod vitium, seu defectus corporis absque culpa proueniens, impedimentum præstans executioni alicuius actus, seu officij ordinis propter impotentiam, seu debilitatem, vel insignem deformitatem, licet quoad ordines suscipiendos absolute irregularitatem inducat, tamen quantum ad susceptos non reddit quem ex toto irregularem, sed solum quoad illum actum, seu officium ordinis, ad quem est inhabilis propter dictam impotentiam, vel debilitatem, aut deformitatem insignem. *c.2. de clerico ægrotan.* & ibi Abbas, Villadiego, Coua Salzedo, & Nauar. *num.200. sup. & conſ.6.n.1. de ætate & qual.* Vgol. *d.c.52.§.1.n.2. & cap.* 64.5.1. Graf. & Summa Corona, Henriquez, Lud. Lopez & Man. Rodr. *sup.* & Toletus *d.c.57.1. reg.* Suar. *d.disp.51.sect.2.a num.9.* Sairus *d.c.7.nu.7.* Auila *supra disp.2 dub.6. & disp.3. dubio 1.* Molina *numero* 14. & alij *sup.*

19 Et sic † vt ait Nauar *d.n.249. seu* 252. ei, qui sine sua culpa incidit in irregularitatem, quæ nascitur ex defectu, ad vsum vnius ordinis, & non alij iam susceptj, potest dari beneficium non requirens maiorem vsum. Et consequenter in casu dict. cap. 2. ei qui duos digitos, & dimidium palmæ amisit sine sua culpa, posset conferri beneficium non requirens celebrationem, non autem requirens illam, & sic posset illi conferri beneficium simplex, sequitur Vgol. *c.* 65. *§.1. num.* 4. Cosm. Philiar. *1.p.li.4.c.6. ad finem.* Henriq. *lib.13.c.14.§.1. in gloss. lit. F. & c.56.§.1.gl. lit. E. & lib.14.c.2.§.5 gloss. lit. E.* Tolet. *supra 4. reg.* & Sair. *lib.* 6. *c.2. numero* 23. & Less. *de iust. & iu. libro 2.c.34. numero* 121. Auila *d.dub.* Et † ita in vna Tullen. canonicatus, & præbendæ de anno 1551. fuit per Rotam resolutum, quod laborans morbo caduco non sit inhabilis ad obtinēda beneficia simplicia, quia non est delictum, licet secus in beneficiis requirentibus ordinem scil. sacrum, vt per Caputaquen *decis.* 236. *p.2.* Concordat Azor *d ct.l.6.2.p.cap.4 q.14.* vbi ait, eum, qui postquam legitime primam tonsuram susceptt, sinistri oculi infirmitate, aut capitis morbo ita laborat, vt ad sacros ordines promoueri non possit, posse beneficium simplex obtinere, dummodo deformitatem non afferat talis morbus, & Suar. *d.sect.2. numero* 18. ait, quod ægrotus morbo impediente vsum ordinis est irregularis ad beneficium curatum de nouo suscipiendum; ad simplex non ita si iam sit clericus, vt inde sustentetur. Verum † clerico incidenti in 21 cœcitatem, non videtur posse conferri beneficium etiam simplex, nam cœcus est incapax, quia preces Canonicas recitare nequit, Lessius *dict.c.* 34. *numero* 130.

22 Sed est difficultas † an qui patitur vitium, seu defectum corporis celebrationem impediens tantum, vt in casu dicti *c.* 2 vel qui caret visu oculi canonis absque deformitate tamen, vel pollice, &c. esto ob id impediatur à sacerdotio suscipiendo, iuxta dicta, possit nihilominus promoueri ad diaconatum, & alios inferiores ordines, ad quorum actuum executionem non habet ob id impedimentum aliquod considerabile.

23 Et videtur † posse ad illos promoueri, & consequenter obtinere beneficium non requirens alium ordinem, præter illos, nam cum ad executionem actuum illorum ordinum non adsit vllum impedimentum, nec debilitatis, aut deformitatis insignis, vt supponitur, non est cur ad illos irregularis censendus sit, quod videtur tenere Valentia supra, ait enim defectum alicuius membri, qui efficit irregularem respectu inferioris ordinis, consequenter etiam efficere irregularem respectu superioris, cum non possit superior ordo sine inferiori suscipi, sed non è contrario. Et idem videbatur tenere Sairus *d.c.7.n.8* qui tamen id inuoluit, nec potest satis percipi eius sententia.

Et facit quod docet † Nauar. *d.c.27. nu.204.* de eo, 24
qui vinum non potest bibere, quin euomat, quod licet sit irregularis ad presbyteratus ordinem, non videt tamen, cur is non possit promoueri ad ordines minores, sequuntur Felicia. Valen. & Ludou. Lopez *supra.*

Et quamuis Nauar. tantum † exprimat ad ordines 25
minores, tamen eadem ratio videtur in proposito de ordine diaconatus & subdiaconatus, & ita Henriquez *d.c.8.§.7.* expresse dicit, istum non prohiberi initiari etiam diaconatu, cum Maiolo *lib.2.c.25.n.2.* qui id videtur sentire tantum.

Quamuis † Manuel Rodrig. *sup. cap.158. numer.11.* 26
& 12 dicat, istum, qui vinum non potest bibere, posse sine dispensatione promoueri ad ordines minores, quia isti non solent recipi tam proxime respectu ordinis sacerdotalis, sicut diaconatus, & subdiaconatus, & sic ad illos non posse promoueri sine dispensatione Papæ.

Quæ tamen ratio † non videtur concludens, nam 27
bene potest recipi ordo diaconatus, & subdiaconatus sine respectu ordinis sacerdotalis recipiendi, quia inter eos non est necessaria actualis connexio, vt patet in primitiua Ecclesia, in qua diaconatus & subdiaconatus recipiebantur sine respectu ordinis sacerdotalis ad permanendum & ministrandum in illis, & hodie in Cardinalibus diaconis.

Nihilominus tamen † in proposita difficultate cō- 28
trarium sentire videntur Doctores supra citati, & particulariter Suarez *dict. sect.2. num.11. & 15. & disp.* 40. *sect.3. numer.25.* & expresse tenent Vgolin. *d.c.52. §.1.n.4. & d.c.64. in pr. nu.4.* & Tolet. *d.c.57.1. & 4. reg.*

Quod videtur † verius ex *c. non confidat. 50. distin.* 29
vbi absolute prohibet Gelasius Papa, corpore vitiatos diuinis applicare ministeriis. Et † ita tenuit Rota in vna Romana pensionis, 3. Iunij, 1583. coram Illu- 30
strissimo Cardinali Seraphino, vt in sequenti decisione, in qua alij plures pro ea citantur. *Dubitatum fuit, an D. Pirrus esset inhabilis ad suscipiendum clericatum, propter vitium, seu effossionem oculi. Et quidem Domini, qui ipsum viderunt, indicabant eum esse oculum, aut saltim eam partem, quæ pupilla dicitur, per quam transfunditur spiritus visorius, omnino effossam esse, ita vt non posset dici, habere maculam in oculo, vt loquuntur Summistæ, sed potius dicendum sit, carere oculo, cum ea parte, in qua inest videndi facultas, carere: quo supposito fuit eum in eam sententiam, non potuisse sine dispensatione ad clericalem tonsuram promoueri, & adesse authoritates in specie, non solum de presbyteratu, sed etiam de clericatu loquentes, Præpositus* in capitulo si. 55. dist. vers. oppono. *quod imo, Geminia. & Turrecrem.* ibid. *Et licet Bellamera* in capitulo de gradibus 35. q. 8. *dicat, quod iura loquentia de hac prohibitione, loquuntur respectu presbyteratus, & sacrorum ordinum, non autem respectu promotionis ad beneficia, tamen prohibitionem hanc generaliter inductam esse no-*

esse negare non possumus, nempe à Gelasio in c. non confidat. 50. dist. *vbi vetat corpore vitiatos diuinis applicari ministeriis, & in confesso est eum, qui admittitur ad clericalem tonsuram, diuinis applicari ministeriis. Et illum textum generaliter intelligunt Præpositus, Geminianus, & Turrecremata dicentes, ex huiusmodi corporis vitio contrahi irregularitatem: & hinc sequitur impedire non solum maiores ordines, sed etiam minores, & clericatum*, Summista in verb. irregularitas. *Præterea, casus propositus per Bellameram est valde diuersus à nostro, agit enim de eo, qui habebat maculam in oculo, qui visum impediebat, seu inducebat magnam deformitatem, nec generabat scandalum in populo: & tamen etiam hoc casu requirit dispensationem Episcopi. Præterea, quamuis Doctores communiter* in c. Thomas de corpore vitiatis, *tradant, quod vt vitium corporis repellat à promotione, requiritur, vt sit tale vitium, quod scandalũ generet in solemniter celebrãte, vel in actu solemniter celebrandi, vt post Butrium* in capi. primo & in dict. capit. Thomas, *tradit P. de Baisio* in directorio election. c. 19. 2. par. *& B. Ant.* in tr. de irregularit. c. 5. *tamen non videtur tutum in casu proposito dicere, quod vitium non sit tale, quod non inducat magnã deformitatem, & non sit aptum generare scandalum, maxime cum Doctores passim hanc distinctionem adhibeãt in quibusdam vitiis albuginum, & macularum, non autem effossionis oculi, vel mutilationis membri, vt videre est ex his, quæ tradunt præfati Doctores, & Panormus* de visitat. qu. 6. 2. part. n. 21. *& in hoc casu versatur arbitrium iudicis, non autem in mutilatione, vt colligitur ex traditis per Menoch. qui alios citat* de arbitr. casu 226. *longe enim differunt huiusmodi vitia à mutilationibus.* & quantum, cum fex, vel 7. legib. seqq. de ædil. edict. *Hinc inferebatur, necessarium fuisse hoc casu dispensationem Papæ, vt tradunt supradicti Dd.* in dict. capit. non confidat. *& Bellamera* in d. c. de gradib. col. 1. *Specul.* de dispensatio. §. iuxta, numero tertio & 61. *cum simus in mutilatione. Et facit* capit. primo de re iudicata in 6. *& ibi Archidiac. Milis* in verb. dispensare, *Ioan. Andr.* in capit. primo de corpore vitiatis. *Et secundum istam distinctionẽ sunt intelligẽdi moderni, qui tradunt in nonnullis vitiis & deformitatibus non requiri Papæ dispensationem, quia procedit in leuibus vitiis, & debilitatibus, non autem in membrorum principalium mutilationibus: vel quando quis dispensatur, vt iam susceptis ordinibus ministret, quod facilius permittitur, & ita procedit textus* in c. 1. & 2. de corpore vitiatis. & c. quicunque. 50. dist. *Sed dato etiam, quod in casu isto non requireretur dispensatio Papæ, seu sufficeret dispensatio Ordinarij, vtique clericatus non potest sustineri, quia non reperitur dispensatus cum causæ cognitione, prout requiritur in Episcopo. Speciale enim est in Papa, vt scienter gratiam faciens inhabili, censeatur cum eo dispensare, Speculat.* de dispensat. §. qualiter, n. 2. 3. & 4. *Abbas* in c. cum in cunctis, §. inferiora. nu. 8. de election. *& ibi Dec. n. 8. Et ita conclusum pro inualiditate clericatus.*

31 Nec obstat dicta † doctrina Nauarri, de eo, qui vinum non potest bibere, nam contra eum tenet Toletus *dict. capit. 57. 1. regu.* dicens, non esse probãdam eius sententiam, nam longe aliud est cum ordinato, siue cum ante promotionem superuenit defectus, & cum post promotionem: si enim ante promotionem defectus est, ad nullos debet promoueri: quia omnes homines ordinantur ad sacramentum altaris, ad quod ille inhabilis est, iam vero ordinatus toleratur in susceptis, ad quos habilis est, & sine deformitate, aut scandalo potestate xercere, vt colligitur ex *d. cap. 2. de clerico agrotante*, & ibi Panorm. & est communis sententia. Ita Toletus. Et † ad id quod diximus, quod inter sacerdotium, & alios ordines inferiores non sit necessaria actualis connexio, potest dici, requiri nihilominus habilitatem, & capacitatem ad sacerdotium, ad quod reliqui ordinantur. 32

Præterea respondetur, † quod quidquid esset in eo, qui vinum non potest bibere, tamen in corpore vitiatis aliud dicendum esset, ex quo sunt absolute irregulares, *vt in d. c. non confidat.* 33

CAP. XIII.

Quod non sit excommunicatus.

SVMMARIA.

Oportet eum, cui de beneficio prouidetur, non esse aliqua censura ligatum, n. 1. *Quæ secundum Canonistas triplex est, excommunicatio, suspensio, & interdictum.* n. 2.

Imprimis oportet, quod non sit excommunicatus, nam excommunicato beneficia conferri non possunt. n. 3. *Et collatio excommunicato facta de iure est nulla.* nu. 4. *Etiam si sit facta motu proprio.* n. 5. *Et ideo non præstat titulum coloratum, & sic possessio illius non est restituibilis, constando ex actis, quod collatio fuit facta excommunicato*, n. 6. *Licet secus ad effectũ regulæ de triẽnali.* n. 7.

Non conualescit collatio per sequentem absolutionem, n. 8.

Prædicta doctrina procedit etiam in collatione facta excommunicato occulto, & ignoranti etiam probabiliter, & inuincibiliter se esse excommunicatum, nam adhuc collatio est nulla, n. 9.

Secundo procedit etiam in foro conscientiæ, in qua beneficium excommunicato collatum ab ipso retineri non potest, num. 10.

Tertio procedit, etiamsi excommunicatio sit iniusta contra Suarez. 11. & 12. quamuis secus excommunicatio sit nulla, numer. 13.

Quarto procedit etiam in electione, & præsentatione, seu nominatione. nu. 14.

Quinto procedit etiam in permutatione beneficiorum facta per excommunicatum, quæ non valet num. 15. *& 16. Sed quamuis non valeat quoad excommunicatum, tenet tamen quoad non excommunicatum compermutantem*, numero decimoseptimo *Et non valet collatio facta excommunicato ex causa permutationis quãuis tempore resignationis, & admissionis non esset excommunicatus.* numero decimooctauo. *E conuerso, si tempore collationis non erat excommunicatus, valebit collatio, & permutatio, quamuis tempore resignationis, & admissionis Ordinarij esset excommunicatus*, numero decimonono. *Quamuis si fieret coram Papa seu Legato resignatio etiam ex causa permutationis in fauorem excommunicati, sine absolutione ad effectum, quæ dari solet, non valeret admissio in fauorem illius* num. 20.

Caput 1. de rescriptis in 6. *vbi quod nõ valet gratia, seu rescriptum impetratum ab excommunicato, non habet locum in gratiis concessis ab Ordinario*, numero vigesimoprimo.

Sexto procedit nõ solum in quibusuis beneficiis Ecclesia-

ficis, sed etiam in quacunque dignitate, & officio Ecclesiastico, etiam temporali, habente vsum iurisdictionis, seu ordinis. num. 22. Nam horum est incapax excommunicatus, quia est incapax vsus iurisdictionis, & ordinis, ad quem ordinatur, nu. 23. Et idem est eadem ratione in dignitatibus, seu officiis non Ecclesiasticis habentibus iurisdictionem, nam etiam horum collatio facta excommunicato seu electio est nulla, contra Suarez. num. 24. & 25. Licet secus, vbi obueniunt successione, seu ratione bonorum, vel maioratus. numero 26.

Septimo procedit etiam in excommunicato minori excommunione, nam collatio, electio, seu præsentatio illi facta, est nulla. num. 27. Etiamsi electores, vel collatores eum excommunicatum probabiliter ignorarent. num. 28. Quamuis alij aliter teneant, à num. 29. vbi respondetur c. fi. de cler. excom. ibi, scienter. numero 30. & 3. seqq.

Octauo procedit etiam in pensione. n. 34.

Limitatur dicta doctrina primo, vt non procedat in beneficij iam collati, vel sub sua expectatiua cadentis acceptatione facta ab excommunicato, quæ valida est. n. 35. & ratio est, quod acceptatio ius titulumque non tribuat, sed potius ad factum, quàm ad ius pertineat. nu. 36. Beneficium tamen acceptatum vigore expectatiuæ non potest ei conferri ante absolutionem, sed collatio suspendetur. n. 37. Et respondetur difficultati, quam mouet Couarruuias, quod acceptatio beneficij iam collati iuris in re, acquisitionem inducere videtur, à nu. 38. Et iuxta dicta accipiendus Caietanus. nu. 39. & 3. seqq.

Si collatio fiat excommunicato, qui eam acceptauit, ablata excommunicatione, non valebit. n. 43.

Improbatur quod ait P. Ledesma, & alij, excommunicatum acceptantẽ collationem beneficij, seu electionem, peccare nihilominus mortaliter, & satisfit eorum rationi. n. 44. & 45. & seqq.

Quando excommunicatus peccaret acceptando coram aliis, cum quibus communicare non posset, propter communicationem cum illis solum esset peccatum veniale. n. 47.

An excommunicatus possit optare, à n. 48. vbi resolui-tur, quod poterit optare, quando non mutatur titulus, sed optio sit tantum quoad præbendam temporalem, etiam si esset notorius excommunicatus, seu denuntiatus & extra Kalendarium, & communionem Ecclesiæ, vbi vero mutatur titulus, & debet fieri noua collatio beneficij, poterit optare, id est, declarare suam voluntatem ad optionem, seu illam acceptare, non tamen sibi facere prouideri de beneficio optato, sed tunc differri debet prouisio, donec sit absolutus. numero 49. & 3. seqq.

Vbi optio solum operatur retentionem vnius beneficij, & dimissionem alterius, procul dubio valet optio facta ab excommunicato. n. 53. Et respondetur cap. referente. de præbendis. n. 54.

Accessus, & coadiutoriæ cum futura successione, si sunt in forma commissaria, nihil refert, quod tempore vacationis beneficij impetrans sit excommunicatus, modo tempore collationis sit absolutus. n. 55. Si vero essent in forma gratiosa, ità quod succedente vacatione Papa ex nunc, prout ex tunc confert, & valet collatio, & prouisio facta per Papam, etiam si tempore vacationis impetrans esset excommunicatus. à numero 56. & seq. Et conducit decisio Gambari adducta. numero 58.

Secundo limitatur prædicta doctrina, vt non procedat in prouisione facta in fauorem excommunicati à Papa, vel Legato, cum clausula absolutionis à censuris ad effectum gratiæ consequendum in literis Apostolicis apponi solita. n. 59. & 60. vbi referuntur agentes de ista clausula, quæ non prodest insordescentib. nec irregulari. n. 61.

Cum absolutio illa, quæ datur in literis, si ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, excommunicatus, qui impetrauit beneficium in forma commissaria, debet absolui, antequam fiat collatio à commissario, alias collatio erit nulla. num. 62. nam ista absolutio ad effectum operatur impetrationis validitatem, propter cap. 1. de rescript. in 6. & solum prodest ad effectum, vt literæ sint validæ: & si sunt in forma commissaria ad effectum solum, vt valeat mandatum de prouidendo, si vero in forma gratiosa, vt valeat prouisio. numero 63 Et si illa absolutio prodesset, vt valeret prouisio per commissarium, & executorem facienda, prodesset etiam quoad censuram futuram, numero 64.

Impetrans sic absolutus ab excommunicatione non poterit celebrare, nec diuinis interesse, nec alia facere, cum illa absolutio sit ad effectum præsentium dumtaxat consequendum. num. 65. nec faciet fructus suos beneficij sic collati num. 66.

Per dictam clausulam, teque à quibusuis, &c. positam in literis Papæ, absoluitur etiam impetrans ab excommunicationibus, & censuris reseruatis Papæ etiam in Bulla Cœnæ. num. 67. At per dictam clausulam positam in literis Legatorum, solum absoluitur à censuris, à quibus ipse alias poterat absoluere. num. 68. Sed quamuis hoc de iure verum sit, videtur Nuntium Hispaniæ posse per dictam clausulam absoluere ad effectũ à quibuscunque censuris etiam Papæ reseruatis, à quibus alias non posset absoluere ex clausula suarum facultatum posita. num. 69. & 70.

An Ordinary possint vti dicta clausula in suis prouisionib. n. 71. vbi resoluitur affirmatiue, quamuis non soleant eam apponere, & per eam tantum possent absoluere ab iis, a quibus alias poterant. Facit, quod index potest suspendere interdictum ad aliquem effectum, & etiam cessationem. n. 72.

Tertio limitatur, vt possit quis post absolutionem retinere beneficium tempore excommunicationis collatum, si cum eo fuerit dispensatum. n. 73. Quæ dispensatio ab Episcopo fieri potest. n. 74. Et dispensatione facta non requiritur alia collatio. n. 75.

Non poterit Episcopus dispensare vbi beneficium illud conferre non potest. nu. 76. Et ideo vbi collatio, electio, seu præsentatio ad alium spectat, non potest Episcopus dispensare, nisi illo consentiente. nu. 77. Et vbi Papa beneficium prouidit, non potest etiam Episcopus dispensare, quia beneficium manet affectum. nu. 78.

Non potest etiam dispensare Episcopus, qui scienter huic beneficium contulit. n. 79. Sed contrarium tenetur cum Suarez, quia non est priuatus potestate illud iterum conferendi. Nam cap. in cunctis. §. final. de electione, habet locum solum in defectibus ibi expressis, & nõ in alio, saltim de se temporali & facile mobili, contra glossam, & alios, à numero 80. & 6 numero seqq. Et facit consilium Nauarri. quod Episcopus authoritate Concilij cap. 6. session. 24. potest dispensare in irregularitate descendente ex delicto occulto, & ipso sciente, & etiam de consensu & mandato eius facto, n. 87.

Non potest etiã Episcopus dispensare, vbi quis scienter intrusus est in beneficio sibi excommunicato collato propter

*pter inhabilitatem ex intrusione contractam.*numero 88.

*Quartò & vltimo limitatur prædicta doctrina, vt non procedat in possessione beneficij capta ab excommunicato, quæ valida est.*n.89.

1 DEnique oportet eum, cui de beneficio prouidetur, non esse aliqua censura ligatum, seu irretitum, Cechus *de Republica Ecclesiastica.c.de beneficiatis.n.3. vers.*6. Lessius *de iust. & iur.lib.2.c.34.dub.*22.
2 & Azor *instit.mor.2.p.lib.6.c.7.q.2.* Quæ † secundum canonistas triplex est; scil. excom. suspensio, & interdictum tantum, ex *c.quærenti.de verb.significat.* Lamber. *de iure patron.1.p.2.lib.q.9.ar.3.num.3.* Vgolin. *de censuris.tab.1.c.26.* & Suarez Theologus doctissimus *5.tom.de censuris.disp.1.sect.3.* recte Auila *de censuris. 1.p.dub.*5. Acosta de Andrada ad bullam cruciatæ. 48.

3 Et in primis oportet, † quod non sit excommunicatus, nam excommunicato beneficia conferri non possunt. *c.postulastis. de Clerico excommunicato minis-*
4 *trante.* Quod † adeo verum est, vt collatio excommunicato facta de iure sit nulla, vt *in d.c.* & ibi Doct. Selua *de benef.3 p.quæst.*4. Caputaquen *decis.*305.*p.*2. Flam. Paris. *de resignat.benef.lib. 4 q 3.à n. 44.& lib. 5.q.6.à num.*77. Doct. Frechilla *de excom.ar* 5.2.*p.nu.* 6.& 10. cardin. Toletus *in sum.lib.1.c.*13 in editione Rom. & Sairus *de censuris.lib.2.c.5.n.1.* & alij. Etiamsi
5 facta † sit motu proprio, Rebuff. *in concord.tit.de excommunicatis non vitan.vers.aduertendum est,* Sairus *ibi,num.6.* & coua. *n.*2. & Suarez *n.*13 & alij citandi,
6 *n.*9. Et † ideo non præstat tit. coloratum, & sic possessio illius, non est restituibilis constando ex actis, quod collatio fuit facta excommunicato, vt fuit decisum in vna Conchen. Capellaniæ de anno 1547. vt
7 per Puteum *dec.*78 *lib.*3. Existimo † tamen secus esse dicendum ad effectum reg. de triennali, cum in ea excipiantur tantum simoniacus, & intrusus in beneficio reseruato in corpore iuris, quamuis Rebuff. *de pacificis possessor.n.*253. alias 205. *& in rep.d.c. postulastis.in gloss.verb.retinere.n.*69. contrarium velit, contra quem ex Sarnen. *in d. reg. de triennali quæs.*27. *&* 28. tenet in terminis Nauar. *in c. si quando de rescript. excep.*10.*n.*9.

8 Nec conualescit collatio † per sequentem absolutionem, Rebuff. *d.vers.aduertendum est.* Corras. *de benef.4.p.c.1.n.*13. Sayrus *sup. n.*7. Vega in Espejo de curas, *c.*12.*n.*83. & statim citandi.

9 Et prædicta doctrina † procedit etiam in collatione facta excommunicato occulto & ignoranti, etiam probabiliter & inuincibiliter se esse excommunicatum, nam adhuc collatio est nulla gl.2 Panorm. & communis *in capitulo penul.de clerico excommunicato.* Rebuff. *in repet.d.cap.postulastis 2.notab.& cons.* 53. caffad. *decis.1.de præben.* Puteus 67. *libro* 1. Mandos. *de signatura gratiæ.tit.de prouision.vers. clausula, & cum absolutione.* Couarr. *in c. alma mater.1. p.*§.7. Nauar. *in man.capitulo* 27. *numero* 21. *&* 271. *vers.*8. quod alias *numero* 273. *& in cons.*13. *numero* 4. *de clerico excommunicato.* Salzedo *in pract.Bernardi Diaz c.* 33. *addit.*1. Cæsar de Grassis *decis.*191. *numero* 1 2 Frechilla *sup.* Vgol. *de censur.tab.*2.*c.*13. *numero* 2. *&* §.1. Cosm. Philiar. *de officio Sacerd.1.p.lib.3.c.*12. Enriq. *in sum. libro* 13. *c.*3. §.3. *&* c.13 §.1. Lud. Lop. *instr. conscient.* 2.*to.*2.*par.c.*17. Man. Rod. *in sum.1.to.c.*29. *n.*5. Vega *1.p.summæ.capitulo* 36. *casu* 15. Toletus *supra* & Sairus *n.*8. & 9. & Suarez *d.*5. *tom.disp.*13 *sect.1.n.*2.25. & 30. Auila *de censuris,*2.*p.c.*6. *disp.*5 *dub.*2. & Azor

*d.c.*7.*q.*8. qui late hoc explicant. Quamuis Nauar. *in c.fratres. de pœnitentia.dist.*5.*n.*46. dicat, quod impetratio beneficij facta per eum, qui se probabiliter ignorabat excommunicatum, tenet ex *gl.2.illius cap. Apostolicæ. penul.* putata singulari à Felin. *in cap. sicut tuis.col.2. de simon.* & probata per Card. *in cons.*40. & dicit probabile Less *sup.n.*117. sed communis est in contrarium, quam putat veriorem Lessius ibi, & eam potius tenet d.gl. vt sup. citauimus, vt constat circa medium, ibi: *Non credo, quod electio de ipso facta teneat, &c.* Et antea solum dicit, quod ignorans se excommunicatum non peccat, si literas obtinuerit pro beneficio, vel alio negotio, nec qui ipsum eligerent hoc ignorantes.

Secundo procedit † etiam in foro conscient. in quo 10
beneficium excommunic. collatum ab ipso retineri non potest *d.cap. postulastis.* & ibi Rebuff. *in d.gloss. verb.retinere.n.*62. Vgol. *d.c.*13.§.5.*n.*1. & Sairus *n.*21.

Tertio, procedit etiamsi excommunicatio sit iniu- 11
sta, Rebuff. *d.2.notab.n.*723. *ampliat.* Couarr. *d §.7.n.* 7. *ad fin.* Vgolin *d.ca.*12.§.1.*n.*1. Enriquez *d. lib.*13.*c.* 14 §.1. *in gloss. litera A.& cap.*15 §.2. & Sairus *num.*10.

Cæsar de Grassis *d.decis.*191.*n.*19 & 20. Quidquid † 12
Suarez *d.*5. *tom.disp.*4. *sect.*7. *à n.*26. dicat esse validam, donec in iudicio irrita declaretur, & alij Theologi male tenentes excommunicationem iniustam ex parte causæ esse nullam

Quamuis secus † si excommunicatio sit nulla, Re 13
buff. *ibi, & v.*24. *&* 29. *& d.titul.de excommun.non vitan.vers.*1. *fallit,* & Couar. *ibi,n.*5. Nauarr. *in cap. cum contingat. de rescrip.rem.*6.*n.*9. *&* 11. Cæsar de Grassis *d.decis.*119. Vgo in *d.*§.1.*n.*2. Enriquez *d. c.* 14. §.1. *in tex. & gl.litera A.& d.c.*15. §.2. *in gl.*1. *K.* Lu. Lop. *d.c.* 17. Cechus *d.vers.*6. Sairus *d.n.*10.

Quarto procedit etiã in electione, & præsentatio- 14
ne, sed nominatione. Lamber. *de iure patron.1.p.2. lib.q.9 ar.*1. Rebuff. *d.2.notab.n.*43. *&* 55. *seu n.*85. *&* 97. *& d.tit.de excommunicatis non vitan.vers.item electio & seqq.* Couarr. *n.*1. Flam. Paris. *d.lib.*4.*q.*3.*nu.*47. *& d. lib.*5.*q.*6.*n.*80. *&* 81. Vgolin. *d.c.*13 §.2. Frechilla *à n.*6. Enriquez, Lud. Lop. Toletus, Sairus *à nu.*16. *ad* 19. & Suarez *nu.*10. *vbi sup.* Lessius *nu.*116. & Azor *d.q.*8. & Auila *supra.*

Quinto, procedit etiam † in permutatione benefi- 15
ciorum facta per excommunicatum, quæ non valet, nam permutatione nouum beneficium, nouumque ius acquiritur, cuius est incapax excommunicatus, Cosmas *in pragm.sanct.titul.de collatio.§ item insuper. verb.disponere.* Rebuff. *in d.c.postulastis.d.2.notab.nu.* 73 *seu numero* 15. *& d.tit.de excomm.non vitan. vers.nec valet etiam & vers.*8. Couar. *supra numero 2.ver.*5. Flam. *d.libro* 4.*q.*3. *numero* 45. Vgoli. *d. c.*13.§.2.*n.*6. Frechilla *supra n.*8. Lud. Lop. *d.c.*17. Sairus *num.*14. & Suarez *supra numero* 11. dicens, resignationem beneficij in fauorem excommunicati, siue simplex sit, siue per modum permutationis, inualidam esse, &c. & Azor *d.quæst.*8. & Auila *supra.*

Et facit † gloss. *in clem.*1. *de pœnis. verb. obtinenda.* 16
quam ibi sequuntur Card. §. *ipsius. quæst.*3. *numero* 4. Anchar. *numero* 10. Bonifacius *numero* 54. *&* 108. de qua memini infra 11.*par.c.*3.

Aduerte tamen, quod quamuis † non valeat per- 17
mutatio, quoad excommunicatum, tenet tamen quoad non excommunicatum compermutantem, Cosmas *d.vers.disponere, circa fi.* Rebuff. *d.vers.nec valet* & Frechilla *d.n.*8.

Aduerte etiam, quod non valet † collatio facta 18
excommunicato ex causa permutationis, quamuis

tempore resignationis & admissionis non esset excommunicatus. E conuerso † si tempore collationis 19
non erat excommunicatus, valebit collatio, & permutatio, q amuis tempore resignationis, & admissionis, ordinarij esset excommunicatus, nam licet ex resignatione ex causa permutationis facta, & admissione illius acquirattur ius compermutanti, vt sibi fiat collatio beneficij, *capit. primo de rer. permutation. in 6. & clement. primo eodem.* tamen id ius non impeditur per excommunicationem, cum non proueniat ex dispositione beneficij facta circa excõmunicatum, sed ex facto ipsius resignantis, ex illa causa cum admissione ordinarij, & quasi ex conuentione ipsorum permutantium, licet contrarium videatur velle Suarez *d. num.* 11.

Quamuis si fieret † coram Papa, seu Legato resi- 20
gnatio, etiam ex causa permutationis in fauorem excommunicati, sine absolutione ad effectum, quæ dari solet, non valeret admissio in fauorem illius, quia nõ valet gratia, seu rescriptũ impetratũ ab excõmuni- 21
cato, *c. 1 de rescrip. in 6.* Quod † non habet locum in gratiis concessis ab ordinario, Nauar. *cons.* 48. *de sentent. excom.* Enriquez *d. libr.* 13. *c.* 13. *§. primo in tex. in fi. & gl. 1. & litera M.* & Suarez *d.* 5. *tom. disp.* 17. *sect.* 1. *num.* 2.

Sexto, procedit † non solum in quibuslibet beneficiis 22
Ecclesiasticis, quæ conferuntur in titulum, sed etiam in quacumque dignitate, & officio Ecclesiastico etiã temporali habente vsum iurisdictionis, seu ordinis, vt est munus Vicarij, Administratoris, seu Guabernatoris Episcopatus, Legati, Delegati, ut Inquisitoris. Nam † horum omnium, licet non sint 23
beneficium, est incapax excommunicatus: quia est incapax vsus iurisdictionis, & ordinis, ad quem hæc ordinantur, *arg. c. fi. de clerico excommunicato. & d. cap. postulastis, in fui ratione.* Felin. *in capit. cum dilectus. n.* 2. *de accusat.* Vgolin. *d. c.* 13 *§.* 3 *n.* 3. *&* 4. Enriquez *d. cap.* 13. *§.* 1 Sairus *supra numer.* 35. & Suarez *d. disp.* 13. *sect.* 1. *num.* 6.

Et idem est eadem † ratione in dignitatibus, seu 24
officiis, non Ecclesiasticis habẽtibus iurisdictionem, nam etiam horum collatio facta excommunicato, seu electio est nulla cap venerabilem. de electio. & ibi notat gl. *verb. electus* & Dd. Vgoli. *d. §.* 3. & Enriquez *ibi*, Toletus, & Sairus *n.* 36 *sup.* & Auila *d. c.* 6. *disp.* 6. *dub.* 7. *ad fin.*

Licet contra teneat † in his Suarez *disp.* 16. *sect.* 25
2 nempe non esse irritam, sed irritandam consequenter ad suam intelligentiam *dict. ca. fin.* de qua infra *numero* 30.

Quod tamen † accipiendum est, vbi electione, 26
seu libera collatione conferuntur huiusmodi dignitates, seu officia, secus vbi obueniunt successione, seu ratione bonorum, vel maioratus, in quibus excommunicatus potest succedere, & solum durante excommunicatione suspenditur vsus iurisdictionis, Vgol. *dict. §.* 3. *numero secundo*, Sairus *numero trigesimo septimo*, & Suarez *ibi, nu.* 6. Facit quod tradit Molina *de Hispanorum primogeniis, libr.* 1. *c.* 13. *n.* 13. 14. *&* 67. *&* *li.* 4. *c.* 11. *n.* 54.

Septimo procedit etiam in † excommunicato mi- 27
nori excommunicatione, nam collatio, electio, seu præsentatio illi facta est nulla, *dict. c. fi. de cle. excomm.* intelligendo verbum, *irritanda*, i. e. irrita denuntianda iuxta subiectam materiam & rationem, de qua ibi, ita gl. *ibi, verb. scienter*, Cardin. & Abb. *n.* 3. & Decius *in c. dilecti. n.* 5. *de excepti.* Lamber. *sup.* Rebuff. *in d. c. postulastis. d.* 2. *notab. n.* 22. *&* 51. *seu* 64. *&* 93. Corras. *d.* 4 *p. c.* 3. *n.* 22. Coua dicens, magis communiter receptum, *d. c. alma mater.* 1 *p. §.* 8. *n.* 3. Cuchus *in instit. materib. li.* 4. *tit.* 1. *n.* 132. Vgoli. *de censur. tab.* 3. *c.* 6. *§* 3. *nu.* 2. & Frechilla *de excommunicatione.* 5 *ar.* 2. *p. n.* 12. *&* 13. dicens communem, Armilla *verb. excommunicatio. n.* 5. Cosinas Philiar. *sup. &* 1. *p. lib.* 3. *c.* 17. Candelabrum aureum, dicens communem de excommun. *nume.* 48. Gonçalez *gl. ff.* 58. *num.* 25. & Azor *d. lib.* 6. 2. *p. c.* 7. *q.* 7. Etiamsi † electores vel collatores cũ excommunica- 28
tum probabiliter ignorarent, *d. gl. verb. scienter.* & ibi Cardin. & Abb. *nu.* 8. P. de Baisio *in directorio electionum, c.* 9 1. *p. nu.* 3. Coua. Cuchus, Vgol. Frechi. *nu.* 14. Armilla & Candelabrum *nu.* 49. vbi proxime, & est communis secundum Sylvest. *excom.* 1. *num.* 3. Quamuis † ipso *excom.* 4. *n.* 4. & Corras. *d. n.* 22. contrarium 29
teneant *ex d. c. fi.* ibi, *scienter.* Cui tamen respondetur quod ratio illius tex. est generalis, & ideo comprehendit etiam casum, vbi fuit facta ignoranter, vt ait Vgol. *ibi.*

Et ita tenendum est † quamuis Felin. *in c. dilecta.* 30
de excepti. sub n. 4. teneat, quod excommunicatio minor non reddit electionem nullam, imo tenet, sed est irritanda per sententiam vt *d. c. fi.* ibi, *irritanda.* & sequuntur Ricar. *in* 4. *dist.* 18. *art.* 7. *quæst.* 4. & Tolet. *infra* Sair. *lib.* 2 *c.* 22. *n.* 23. & Suarez *d.* 5. *to. disp.* 24. *sect.* 2. *à numero* 13. & Lessius *dist. lib.* 2. *cap.* 34. *numero* 116. & Auila *infra.* & videtur tenere Reb sibi contrarius *d.* 2. *notab. n.* 62. seu *n.* 104. Sed † & D. Ant 3. *p. tit.* 25. *c.* 2. 31
§. 1. & Soto *in* 4. *dist.* 22. *q.* 2. *ar.* 3. & Tol. *li.* 1. *c.* 17. & Auil. *d. c.* 6. *disp.* 12. *dub.* 4. dicunt esse irritandam, si sciẽter fuerit facta, vt esse clarũ in iure ait Man. Rodr. *in sum.* 1. *to. c.* 105. *n.* 1. allegans *c. fi. de electione.* voluit allegare *d. c. fi. de clarico excommunicato.* cui responsum est supra.

Et quamuis † Lud. Lop. 2. *to.* 2 *p. c.* 17. *&* 18. teneat, 32
quod talis electio est valida, sed tamen venit rescindenda per sententiã, si facta est de excõmunicato minori scienti, seu in quo fuit ignorantia crassa, nõ alias & Ema. Sa. *verb. excommunicatio. num.* 33. quod si se ignorabat excommunicatum, non videtur inualida. Et † quicquid inuoluant Didac. Perez ad Villad. *de* 34
irregularitate. c. 2. *à num.* 2. Enriq. *libr.* 13. *c.* 3. *§.* 3. *&* *in gl. litera V. & X. c.* 13 *§.* 1. & Man. Rodrig. *dict.* 1. *tom. c.* 29. *n.* 5.

Octauo procedit † etiam in pensione, vt dictum 33
est §. 1 *p. c.* 5. *n.* 130. vbi vide.

Sed limitatur prædicta doctrina †, primò vt non 35
procedat in beneficij iam collati, vel sub sua expectatiua cadentis acceptatione facta ab excommunicato, quæ valida est *dec.* 5. *de conces. præben. in nouis. &* 8. *de sentent. excom. in antiquis. &* 4. *eod. in antiquior.* Felin. *in c. cum dilectus. de accusat. n.* 1. *vers. pro quo vltimo.* Staphil. *de literis gratiæ, tit. de vi & effectu clausularum, §. executor. quomodo beneficio vacanti prouidere possit, numero vigesimo secundo* Rebuff. *dict.* 2. *notab. numero octuagesimo seu* 124. *& dict. tit. de excommunicatis non vitandis, vers.* 3. *fallit.* Gomet. *de expectat. nu. numero sexagesimo.* Naua. *in d. c. si quando excep.* 10. *n.* 9. Ant. Gab. *concl.* 8. *de probat. n.* 43. Coua. *lib.* 3. *var. c.* 16. *n.* 4. *& in d. c. alma mater.* 1. *p. §.* 7. *n.* 4. Fla. Paris. *de resig. lib.* 10. *q.* 8. *num.* 39. Vgolin. *d. tab.* 2. *c.* 13. *§.* 1. *num.* 2 *&* *§.* 2. *num.* 7 Frechilla *d. art.* 5 2. *par. num.* 10. Cerola *in praxi* 1. *par. verb. beneficia, §.* 5. 3. *dub. & verb. excommunicatio, causa formalis.* 8. *dub.* Enriquez *dict. capit.* 13. *§.* 3 Lud Lopez *dict. cap.* 17 P. Ledesma *in sum. tit. de excom. c.* 6. *penul. dubio. seu difficult.* Toletus *supra cap.* 13. & Sairus *nu.* 11. & posthæc Gonçalez *ad reg. mensium* *gl.* 58.

glos.58.nu.26. & Azor *2.par.lib.6.c.7.q.9.* & *lib.7.ca. 23.q.5.*

36 Et ratio est, quod acceptatio ius † titulumque non tribuat, sed potius ad factum, quam ad ius pertineat, &c. Licet contrarium videatur velle Nauar. *conf.53. n.3.4.* & *5.de sent.excom.*

37 Beneficium tamen † acceptatum vigore expectatiuæ non potest ei conferri ante absolutionem, sed collatio suspendetur, donec fuerit absolutus, Nauar. Couarr. Flam. *n.*40. Lud Lopez *ibi*, & Sairus *d.nu.*11. & Suarez *n.*18. Auila *d.c.*6. *disp.*5. *dub.*6. aliàs collatio esset nulla, iuxta dicta, Crescen *decis.*14. *de probatio. ad fin.*

38 Nec obstat difficultas †, quam contra mouet Couarruu. *ibi*, nempe quod acceptatio beneficij iam collati, iuris in re acquisitionem inducere videtur, nam licet ex collatione ius in beneficio detur, id tamen non acquiritur donec acceptatio fiat, *cap.si tibi absenti.de præben.in* 6. Ex † quo Suarez *vbi supra numero*

39 *decimoquinto* contra communem ait acceptationem factam ab excommunicato esse inefficacem quoad effectum acquirendi beneficium, & plus iuris quam antea habebat donec absoluatur, non tribuere, quod etiam tenet Auila *dict.6.dub.* & Lessius *de libro secundo cap.34.numero* 118. licet fateatur contrarium esse probabile, & videtur tenere Cerola *dict.3.dub.* Imo

40 † videtur amplius tenere, quod valeat non solum acceptatio, sed etiam collatio facta excommunicato, sed quod non acquirat ius donec absoluatur. Quia † respondetur, quod licet ante acceptationem non ac-

41 quiratur ius in beneficio collato, tamē acceptatio ipsa non tribuit ius in ipso beneficio, sed collatio præcedens, & acceptatio tantum declarat consensum illius, cui beneficium est collatum, & habet se tanquam cō-

42 ditio, sine qua non. Nec † refert, quod tempore acceptationis acquisitio iuris spiritualis fiat, nam ius solum prohibet fieri collationem excommunicato. Vnde è conuerso si collatio fiat excommunicato, qui

43 iam acceptauit, ablata excommunicatione non valebit, vt recte tradit Enriq. *d.lib.13.c.57.§.3.* & Lessius *d.c.34.n.*119 quicquid velit Nauar. *d.cons.53. de sentent excom.n.3.* & 4. & idem Enriquez *d.lib.13. 13 §.3.gl.h' in fin.*

44 Et iuxta dicta est accipiendus † Caietanus *in sum. verb.excommunicatio.circa fin.§.excommunicato plura sunt illicita, &c.*

Ait tamen † Pet. Ledesma *sup.* & alij excommuni-

45 catum acceptantem collationem beneficij, seu electionem, peccare nihilominus mortaliter, quia offert se tanquam minister ad exercendum ministerium Ecclesiasticum, quod non potest sine peccato, & est indignus.

Sed hoc non videtur † verum, & contrarium te-

46 net Enriq. *d.c.13.§.3.* dicens, non videri peccare excommunicatum, qui sic acceptat, nisi habeat animum exercendi officium absque absolutione excommunicationis, sequitur Sairus *d.numero* 11. *ad fin.* & Auila *supra* & idem tenet Suarez *supra numero vigesimosecundo* & 23. dicens, non esse considerandum statum, in quo acceptat, sed pro quo acceptat, est enim illa indignitas, & inhabilitas temporanea, & facile mutabilis, & collatio fuit legitima. Ex quo satisfit rationi contrariæ.

47 Et quando excommunicatus † peccaret acceptando, coram aliis, cum quibus communicari non posset, propter communicationem cum illis, solum esse peccatum veniale, iuxta tradita per Caiet *supra Sotum in 4.distinct.22.quæst.1.art.4.* Nauarr. *cap.27.nu.* 28. Couarruu. *dicto cap.alma mater.1.parte §.3.* Bart. Medi. *in sum.libro primo capite* 11. *§.5.* Angles *de excomm.art.3.7.* & *8.difficul.* Cosm. Philiar. *1.p.libro 3.c.* 15. Candelab. aur. *de excomm.numero* 90. Cechum *de casib.reservatis casu 1. de excomm.vers. an participans cum excommunicato peccet mortaliter.* Enriquez *dicto libro 13 capite* 8. Ludouicus Lopez *dicto cap.*18. Valen. *4.tom.disputat.7.quæst.17.punct.2.* Veg. *in Espeio de curas.c.*12. *n.*92. Tolet. *libro 1.cap.*11. & 17. Sairum *lib.2.c.11.à n.*20. Suar. *disp.*15. *sect.2.* Auil. *dicto ca.6.disp.* 8. *dub.3.* Zauallos dicentem communem, *quæstio.*505, & alios communiter contra Vgolin. *tab.2.capite* 23. *§.vltimo.*

Vnde infertur † ad illam quæstionem an excom- 48
municatus possit optare, in qua dicendum est quod poterit optare, quando nō mutatur titulus, sed optio fit tantū quoad præbēdā tēporalem, & solā temporalitatē, Rota *dec.5. de concess.præb. in fi.* aliàs 195. *in nou.* & *8.de senten.ex.* aliàs 126. *in antiq.* Domi. *in cap.fi.in fi.* & Franch. *n.6. de consum. in* 6. Rebuff *in d.c.postulastis, 2.not ab.num.*87. Comet. *de expectatiuis, num.*60. Gigas *de pensio.q.*63. *nu.*15. Ant. Ga. *d.conc.*8. *de pro.n.* 43. Cassad. *decis.*17. *n.*5. *de præb.* Frech. *d.art.*5.2. *p.nu.* 10. & Tolet. *d.c.*13 & Gonç. *glo.*34. *nu.*65. Auil. *d.disp.* 5. *dub.*6.

Quod procedit etiam † si canonicus optans aliam 49
præbendam esset notorius excommunicatus, seu denuntiatus, & extra calendarium, & communionem Ecclesiæ Hispanę posito eo discuento, quicquid dicat Frechilla *ibi*, cum Doctore Michaele Costa *in lectura cap.referente.de præben.* quod is optare non poterit aliam præbendam, nec valebit optio ab eo facta, quia notorius excommunicatus non potitur fructibus *ca.pastoralis, §.verum.de appellatio.* & per consequens, nec optione, siquidem est fructus canonicatus sicut electio, &c. Guil. Bened. *q.de camerariatu Lugd. Eccles.numero* 1.11. & 12. Cui † rationi respondeo, quod optio non est proprie inter fructus beneficij, quibus priuatur excommunicatus, & si electio facta ab excommunicato non valet, non est, quia sit fructus, sed quia excommunicatus specialiter prohibetur eligere & conferre, & si illa ratio valeret, idem concluderet in excommunicato occulto, qui etiam priuatur fructibus, vt *in dicto §.verum.*

Vbi vero mutatur titulus † & debet fieri noua 50
collatio beneficij, vt quando portionarius optat canonicatum, & canonicus dignitatem, & dimidius portionarius integram portionem, vel obtinens vnam dignitatem, aliam dignitatem, &c. tunc excommunicatus poterit optare, i.e. declarare suam voluntatem adoptionem, seu illam acceptare, *arg.l.ex facti. §.si quis rogatus, 2.ff.ad Treb.* Rota *d.dec.5. in fin.* Frechil. *ibi*, Sairus *libro secundo cap.6.numero* 13. & Suar. *d.sect.prima numero* 19. Auil. *supra* non tamen sibi facere prouideri de beneficio optato, sed tunc differri debet prouisio, donec sit absolutus, Frechilla, & Auila *ibi*. Et ita procedet † sententia Cardin. *in d.cap. postulastis.* Alciati *in cap.1.de iudiciis, num.*10. Ænez de Falcon *de reseruatio.4.q.5.effectu, n.3.* & *add.vlt.in fi.d.decis.*5. Rebuff. *d.tit.de excom.non vitan. vers.idem in alia.vers.*11. Couar. *d.§.7.n.*4. Vgol. *d.c.*13. *§.2. n.*7. Lud. Lop. *d.c.*17. & Suar. *d.nu.*19 tenentium excommunicatum non posse optare, & Hier. Gonça. *d. gl.34.n.*72.

Vbi vero optio † solum operatur retentionem vi- 51
nius beneficij, & dimissionem alterius vt in terminis *cap.primo referente de præben.* tunc procul dubio valet

ptio facta ab excommunicato, quia tunc nullum beneficium acquirit, sed potius dimittit. Vgolin. Frechilla & Suarez *ibi*, quicquid dicat *d. add. vltima*, cum Pet. de Perusio *in d. c. referente*.

54 Nec obstat text. ille † vbi excommunicatus ante optionem fuit absolutus, quia illud factum fuit, non quia esset necessaria absolutio ad valorem optionis, de qua ibi, sed quia erat excommunicatus propter eãdem causam, quæ pendebat coram Papa, iuxta *c. prudentiam, §. 6. de offic. del. & c. venerabilib. desent. excom. in 6.* ita Frech. *sup.* cum D. Costa *in d. lect.*

55 Vnde infertur † ad accessus & coadiutorias cum futura successione, quod si sunt in forma commissaria, ita quod in euentum vacationis beneficij committatur collatio ordinario, prout committi solet, quando expediuntur in forma digno, nihil refert, quod tempore vacationis beneficij impetrans sit excommunicatus, modo tempore collationis sit absolutus. Si † vero essent in forma gratiosa, ita quod
56 succedente vacatione beneficij Papa *ex nunc, prout ex tunc*, & è contra illud conferret, tunc si tempore vacationis impetrãs esset excommunicatus, est difficultas, quia videtur facta collatio in tempus inhabile, vel conferri in tempus inhabile, *ad l. in tempus, ff. de hæred. instituen. leg. quid sponsæ. capit. de donat. ante nup.*

57 Nihilominus † dicendum est valere collationem, & prouisionem factam per Papam, &c. non obstante d. excommunicat. ex d. clausula *ex nunc, prout ex tunc*, & è contra, quæ facit, quod succedente vacatione collatio videatur facta tempore datæ, Cassad. *decis. 3. de præben. n. 15.* Ioan. Paul. *decis. 71.* & Mand. *cons. 10. nu. 6.*

58 Et † conducit ad prædicta *decis.* Gambari 44. quod habens regressum per cessum, vel decessum, licet sit excommunicatus tempore mortis rectoris, est locus regressui, quia excommunicatus absolutus recuperat omnia iura pristina, *c. Maximum. 1. q. 7.* Feli. *in c. cum inter, de excep.* Item, quia *excommunicatus potest ea quæ sunt executionis gratiæ præcedentis, quia non requiritur nouus titulus, nec nouæ prouisio, sed satis est, ipsum intrare possessionem beneficij sic vacantis, quæ possessio est actus naturalis, excommunicatus autem in dubio potest ea, quæ sunt facti, vbi non requiritur actus, vel exercitium iuris, vt acceptare, secundum ea, quæ tradit Bisig.* decis. 4. de sententia excom. *Rota* in antiquis 720. & in nouis 195. & 307. *ita conclusit Rota vigesimoprimo Ian.* 1525.

Secundo limitatur, † vt non procedat in prouis-
59 sione facta in fauorem excommunicati à Papa, vel Legato, cum clausula absolutionis à censuris ad effectum gratiæ dumtaxat consequendum in literis Apostolicis apponi solita per illa verba, *teque à quibusuis, &c.* Quæ nascitur ex ventre supplicationis *in 2. parte in princ.* ibi: *Et cum absolutione à censuris ad*
60 *effectum, &c.* De qua clausula † Felin. *in c. Apostolicæ, in princ. de excep.* & Staphil. *de literis gratiæ, tit. de vi & effectu clausularum, §. 1. à num. 7.* Boerius *dec.* 290. Rebuff. *in praxi in forma & declaratione nouæ prouisionis, verb. teque absoluentes, & in concord. in forma mandati Apostolici, verb. quauis occasione, & seqq. & in d. c. postulastis, 2. notab. à num. 67.* Gigas *de pension. quæst. 14. in fi.* Mand. *de signatura d. tit. de prouisio. vers. clausula, & cum absolutione, & tit. de absolutione ab excom.* & bene Nauar. *in c. ita quorundam, de Iudæis. notab. 11. à n. 14. & in Man. cap. 27. num. 23. & num. 271. vers. 8. quod alias* 273. Fla. Paris. *de resignatione. lib. 4. quæst. 3. n. 53. & 62. & lib. 8. quæst. 7. à num. 110.* Vgolin. *de censur. tab. 1. c. 4. §. 5. num. 17.* Ioann. Gutierrez *can. quæst. lib. 2. capi. 5. num. 94.* Cosmas Philiar. *de offic. Sacerd. 1. part. lib. 3. cap. 26.* Enriquez *d. lib. 13. cap. 13. §. 3.* Man. Rodrig. *in sum. 1. tom. cap. 29 numer. 5.* Vega *1. par. cap. 36. casu 15.* Toletus *d. cap. 13* & Sairus *d. lib. 2. cap. 5 numero sexto & 12.* & Auila *d. c. 6. dis. 5. dub. 2.* qui istam limitationem tenent.

Quæ tamen clausula † non prodest infordescen- 61
tibus, *reg. hanc, c. 65. de insordescentibus*, quam vide, & gloss. Soto *ibid.* Rebuff. *ibidem reg. vltim.* Nauarr. *dict. not. ab. vndecimo à numero decimoquinto* Enriq. *d. §. tertio & in gloss. litera F.* & Sairum *numero decimotertio* & Auil. *ibi*, nec irregulari, vt dictum est *c. 11. præceden à num. 54.*

Aduertendum est † tamen, quod cum absolutio il- 62
la quæ datur in literis, sit ad effectum præsentium dũtaxat consequendum excommunicatus, qui impetrauit beneficium in forma dignũ, seu aliàs in formacõmissaria debet absolui, ante quã fiat ei collatio à cõmissario, aliàs collatio erit nulla, Enriq. *d. li. 13. c. 13. §. 3. in fi.* & in simili de literis ad vacatura, quod acceptans non possit habere beneficium, sine alia absolutione, nec valeat collatio illi facta per executorem, seu commissarium, quamuis mãdati impetratio teneat, docet Rebuff. *in d. forma mandati. verb. absoluentes.* Nam † 63
ista absolutio ad effectũ operatur impetrationis validitatem propter *c. 1. de rescr. in 6.* vt per Dd citatos, & solum prodest ad effectum, vt literæ sint validæ, & sic si sunt in forma commissaria ad effectum solum, vt valeat mandatum de prouidendo, si vero in forma gratiosa, ad effectum, vt valeat prouisio. Et
aliàs si illa absolutio prodesset ad effectum, vt valeret 64
prouisio, & collatio, per commissarium & executorem faciendi prodesset etiam quoad excommunicationem, & censuram futuram post ipsas literas cõmissarias incursam, in qua ille erat tempore prouisionis, & collationis factæ per commissarium. Quod tamen dici non potest, nam solum daturà censuris de præsenti, vt patet ex verbis: *Si quibus quomolibet inmodatus existis.*

Vnde etiam impetrans † sic absolutus ab excom- 65
municatione non poterit celebrare, nec diuinis interesse, nec alia facere, cum illa absolutio sit ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, Rebuff. *in praxi in dict. forma, & declaratione nouæ prouisionis, verb. teque absoluentes, à numero 15. & in dict. forma. mandati, verb. ad effectum*, & Cerola *in praxi. 2. par. verb. ordo. §. 4. ad fin.* Cosmas Philiar. *d. 1. p. lib. 3. c. 26.*

Nec faciet suos fructus † beneficij sic collati, Re- 66
buff. *ibi, n. 18.* Vgolin. *d. tab. 2. c. 12. in princip. sub nu. 1. vers. 6.*

Aduertendum est † etiam, quod per d. clausulam, 67
teque à quibusuis, &c. positam in literis Papæ absoluitur impetrans etiam ab excommunicationibus, & censuris reseruatis Papæ etiam contentis in bulla Cœnæ Domini, vt recte aduertit Nauarr. *in d. capit. ita quorundam, notabili 11. numero 21.* ex dicta regula Cancellariæ, *dicto capit. insordescentibus.* & sequitur Auila *dicto dubio 2.* limitans tamen, vt non procedat in excommunicatione incursa propter hæresim, ex Felino *supra*, & Couarruu. *in cap. alma mater. 1. part. §. 11. numero decimoquinto.* At † per dictam clausu- 68
lam positam in literis legatorum solum absoluitur à censuris, à quibus ipse aliàs poterat absoluere, non autem à censuris Papæ reseruatis, à quibus aliàs non potest absoluere, vt aduertit idem Nauarrus *ibi, numero 18.* & Auila, quidquid dicat Rebuff. *in dicta forma mandati. verb. innodatus existit. vers. & an legatus.* cum Felino *in capite ad eminentiam. de sentent. excom-*

communicat.

69 Sed quamuis hoc † de iure verum sit, videtur Nuntium Hispaniæ ex suis facultatibus posse per dictam clausulam absoluere ad effectum à quibuscunque censuris etiam Papæ reseruatis, à quibus aliàs non posset absoluere, nam in suis facultatibus habetur sequens clausula: *Et vt concessiones gratia, & litera prædicta, vigore præsentium concedendæ, sublatis obstaculis suum sortiantur effectum, quascunque personas ad effectum dumtaxat omnium, & singulorum præmissorum consequendum ab omnibus, & quibuscunque excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis à iure, vel ab homine, quauis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati fuerint, dummodo in eis per annum non incurrerint, absoluendi, & absolutos fore censendi, &c. authoritate Apostolica prædicta, tenore præsentium plenam, & liberam licentiam, facultatem & authoritatem*
70 *concedimus, & indulgemus.* Faciunt † illa verba: *Ab omnibus, & quibuscunque*, quæ important omnimodam generalitatem, & comprehendunt, quæ aliàs nõ venirent, vt per citatos supra 1. *par. cap. quinto*, *numero* 97. Et si non comprehenderent etiam censuras Papæ reseruatas, superflua esset ista clausula, & *concessio*. Et certe videtur Papa in ista clausula dare facultatem nuntio apponendi in suis literis clausulam absolutionis ad effectum, quam Papa solet apponere, & absoluendi per eam à censuris, à quibus Papa solet absoluere.

71 Sed est difficultas, an Ordinarij † possint vti dicta clausula in dictis prouisionibus? Et dico, quod quamuis non soleant eam apponere, nihil tamen obstat, quo minus ea vti possint, licet per eam tantum possent absoluere ab iis, à quibus aliàs poterant, Nauar. *dict. notabili* 11. *numero* 18. & 22. Cuchus *in institu. maiorib. libro* 4. *tit.* 1. *numero* 189. & Vgolin. *dict. tab.* 1. *c.*
72 *quarto*, §. 5. *numero* 18. Facit † doctrina Nauarri *in manuali, cap. vigesimo septimo, numero* 183. vbi ait, iudicem posse suspendere interdictum ad aliquem effectum. Couarruu. *in dicto cap. alma mater*, 2. *par.* §. *secundo, numero* 4. Vgolinus *d. tab.* 1. *cap. nono*, §. 11. *numero nono*, & Suarez *d. quinto tomo, disput.* 38. *sect.* 3. *numero* 5. qui idem ait in cessatione, *disputat.* 39. *sectio.* 4. *numero quarto*. Et ita seruat consuetudo Ecclesiæ, quamuis contradicat Cosmas Philiarcus, & Auila *quinta parte disputat.* 6. *dub.* 4. & 6. *part. disputat.* 3. *dub. vlt.*

73 Tertio limitatur, vt possit † quis post absolutionem retinere beneficium, quod sibi fuit tempore excommunicationis collatum, si cum eo fuerit dispẽ-
74 satum, vt *in dicto cap. postulastis*, † quæ dispensatio ab Episcopo fieri potest, *gloss. ibi. verb. dispensatum*, quam ibi sequuntur Abbas *numero* 8. & alij, & Rebuff. *ibidem in gloss. num.* 64. dicens communem Couarruu. *dicto capite alma mater*, 1. *part.* §. 7. Vgolinus *d. tabul.* 2. *cap.* 13. §. 1. *num.* 3. Henriquez *lib.* 13. *capite* 14. §. 2. & *capite* 56. §. 1. Ludouicus Lopez *dicto capite* 17. Sair. *d. capite* 5. *numero* 21. & Suar. *d. disput.* 13. *sect. prima, numero* 34. & *disputat. sexta, sectione.* 4. *numero* 8. & 9. & Azor 2. *par. lib.* 6. *capite* 7. *quæst.* 2. & Auila *secunda parte, cap. sexto, disputat. quinta, dub.* 4. licet contra teneat Cardinalis *in dicto cap. postulastis*. Quo † casu
75 dispensatione facta, non requiritur alia collatio, vt inquit ibi Abbas, Vgolinus, & Suarez *dicto numero* 34. quia hæc dispensatio est quædam virtualis beneficij collatio, licet Rebuffus *ibi, numero* 70. & Sairus, *numero* 23. tutius esse dicant, vt fiat noua collatio.

Non poterit tamen Episcopus † dispensare in se- 76
quentibus casibus. Primo, vbi beneficium illud conferre non potest, Rebuffus *ibi, numero* 68. Nauarrus *dicto capite* 27. *numero* 271. *versicul. octauo, quod*, aliàs *numero* 273. Vgolinus *supra* Henriquez *d.* §. *secundo*, Sairus *numero* 22. *versiculo secundo*, & Suarez *d. numero* 34. & *seq.* Auila *d. dub.* 4. *disput.* 5. licet contra teneat Abbas *ibi, numero* 9. quem sequitur Azor *vbi proxime*, & in casu particulari, Lessius *libro* 2. *cap.* 34. *numero* 122.

Et ideo vbi collatio, † electio, seu præsentatio 77
ad alium spectat, non potest Episcopus dispensare, nisi illo consentiente, vt contra Abb. *ibi* docent Couarruu. Lud. Lopez, Sairus *numero* 23. & Suarez *num.* 37. *ibi*.

Et ideo etiam † vbi Papa beneficium prouidet, 78
non potest Episcopus dispensare, quia beneficium manet affectum, Abb. *n.* 10. & Rebuff. *ibi numero* 66. Couarruu. Vgolin. Ludou. Lopez *ibi*, Sairus *numero* 22. & Suarez *d. numero* 34. & dixi *sup.* 5. *par. cap.* 1. *nu.* 138. & Simoneta *de reseruat. quæst.* 64. *numero sexto*. & post hæc Gonçalez *ad reg. mensium glo.* 52. *numero* 22. Auila *nu.* 3.

Secundo, non potest † dispensare Episcopus, qui 79
scienter huic beneficium contulit; quia cum peccauerit in conferendo, non est dignus habere hanc potestatem, &c. Ita Abb. *d. c. postulastis, n.* 9 & ibi Alex. de Neuo *in addit.* Rebuff. *sup. nu.* 65. & Sylvest. *verb. excommun.* 3. *n.* 1. *vers.* 9. & Sairus *sup. n.* 22. *vers.* 3. Auila *d. dub.* 4.

Sed contra † tenet Suarez *sup. numero* 36. dicens, 80
quod nulla est lex, quæ huiusmodi pœnam illi imponat ipso iure incurrendam, neque etiam est ipso iure priuatus potestate iterum conferendi illud beneficium: nam *in dicto cap. postulastis*, dicitur debere à beneficiorum collatione suspendi, quæ verba non continent pœnam ipso iure latam, vt constat, ergo.

Respondetur † tamen, non esse verisimile textum 81
illum concedentem hanc facultatem dispensandi eã concedere illi, qui scienter beneficium tali contulit. Et quia † contulit indigno, & incapaci, esse pro illa 82
vice ipso iure priuatum potestate conferendi illud beneficium, *ex c. cum in cunctis*, §. *fin. & cap. scriptum, versi. si vero de electio.* Rebuff. *sup. num.* 147. Vgolin. *d. c.* 13. §. 5. *n.* 3. & Sairus *d. cap.* 5. *n.* 33. Man. Rodrig. *d. ca.* 105. *n.* 1.

Et facit doctrina glo. *in c. fi. de clerico excom. verb.* 83
scienter, in fin. quæ ait priuatos esse iure eligendi pro ea vice, qui excommunicatum minori excommunicatione scienter eligunt, *ex dictis iuribus*, quam sequuntur Ricar. *in* 4. *dist.* 18. *artic.* 7. *qu.* 4. & Armilla, *verb. electio. n.* 21.

Contra quam † tamen tenet Abb. *ibi in eod. capite* 84
fin. numero 8. dicens, contrarium communiter teneri, *ibi*, & *in d.* §. *fin.* vbi *numero* 6. cum Ioan. Andr. *in regulia*, docet, quod ille §. habet locum solum in defectibus ibi expressis: scilicet quando eligitur patiens defectum in natalibus, in ætate, & scientia, & moribus: si autem canonici eligerent patientem alium defectum, tunc non incurrunt pœnam, de qua *ibi*, quia iure non cauetur, & quod idem est in collatoribus, sequuntur Frechilla *d.* 5. *art.* 2. *part. numero* 15. *ad fin.* Toletus *d. libro* 1. *cap.* 48. *versic.* 6. & Suarez *disputat.* 24. *sectio.* 2. *nu.* 22. & Auila *p. cap.* 6. *disput.* 12. *dub.* 4. *ad fin.*

Et hoc mihi videtur † verius, saltim quando ille a- 85
lius defectus de se est temporalis, & facile mobilis,

cum pœnæ non sunt extendendæ vltra casus expres-
86 sos, vt alias dicitur *vndecima part. cap. vlt. 7. dub. numero* 206. Et consequenter † tenendum est contra ipsum Abb *in d. ca. postulastis*, & citatos, Episcopum, qui scienter contulit beneficium excommunicato, posse cum eo dispensare, ex quo non est priuatus potestate illud iterum conferendi, vt tenet Suarez *dict. nu.* 36.

87 Et facit consilium † Naua. 97. *de simonia ad* 8. *quæst.* vbi concludit, quod Episcopus authoritate *Concilij Trid. sess.* 24. *c.* 6. potest dispensare in irregularitate descendente ex delicto occulto, & ipso sciente facto, imo etiam si de consensu, & mandato eius esset perpetratum, sequuntur Cerola 2. *p. verb. Episcopi*, Man. Rodriguez *in sum. 2. to. c.* 18. *n.* 1. & Vega 2. *part. c.* 101. *casu* 34.

88 Tertio, non potest Episcopus † dispensare, vbi quis scienter intrusus est in beneficio, sibi excommunicato collato, propter inhabilitatem ex intrusione contractam iuxta dicta *sup.* 11. *par. c. vl. dub.* 8. *à n.* 224. Licet contra videatur tenere Enriquez *in sum. lib.* 7. *c.* 36. §. 2. *in tex. & glo. litera N.* & Auila *d. c.* 6. *disp.* 5. *dub.* 3. & 4.

89 Quarto & vltimo limitatur † prædicta doctrina, vt non procedat in possessione beneficij capta ab excommunicato, quæ valida est, non obstante excommunicatione: nam non est ius eam annullans, &c. Et illa est quid facti potius quam iuris, Selua *de benef.* 3. *par. quæst.* 4. *vers.* 10. *numero* 15. *decis.* Gambari *supra relata, numero* 58. 1. *p. verb. excommunicatio, causa formalis*, 8. *dubio*, Henriquez *d. lib.* 13. *c.* 13. §. 3. & Sairus *d. libro secundo cap.* 5. *numero* 11. & Azor 2. *par. lib.* 6. *cap.* 7. *quæst.* 10.

CAP. XIII.

De fructibus beneficiorum excommunicati.

SVMMARIA.

Excommunicatus non amittit titulum beneficiorum ante excommunicationem habitorum, etiam insordescens: priuatur tamen ipso iure fructibus ipsorum, eosque non facit suos, nec lucratur, quamdiu est in excommunicatione maiori, etiam occulta, licet id in sententia non exprimatur. n. 90. *Quamuis glo. teneat eis non priuari, nisi in sententia exprimatur, &c.* num. 91. *Quod quamuis verum sit in suspenso ab officio, secus tamen de excommunicato*, numero 92.

Excommunicatus priuatur fructibus, etiamsi non maneat in contumacia, seu non dormiat in sententia, nec sit in mora petendæ absolutionis, num. 93. *Quamuis contra teneant aliqui*, n. 94. *Imo, & si iudex iniuste absolutionem differat, non erunt ei fructus reddendi, nec eos lucratur contra Suarez, licet contra iudicem habeat ius ad illos, &c.* numero 95. & seq. *Et quamuis Vgolinus dicat, quod fructus habebit, vbi impeditur quo minus absolutionem consequatur, &c.* nu. 97.

Quamuis depositio, & suspēso à beneficio ob pœnam propter crimen, & non in contumaciam sint alimenta exhibenda, ex reditibus sui beneficij, si non habet alias vnde viuat, secus tamen in excommunicato, etiamsi egeat, nu. 98. *Quamuis contrarium teneant Syluest. & alij*, n. 99.

Improbatur, quod air Henriquez, quod beneficiatus, qui manet contumax in maiori excommunicatione, non facit fructus suos, sed si horas recitauit, & fecit officiū parochi, aut canonici, retinere potest fructus suo seruitio respondentes. Num seruitium illius, qui alias non habet ius ad fructus beneficij, quia est illis priuatus, non est sufficiens titulus ad id, quicquid idem dicat, nu. 100. *Et similiter in eo, qui non habet legitimum titulum beneficij, seruitium non est sufficiens titulus, vt possit partem fructuum pro seruitio retinere, maxime si erat intrusus mala fide*, num. 101. & seq. *Vbi ponitur decisio Rotæ, solū posset percipere distributiones quotidianas, & alia emolumenta similia, quæ dantur pro labore, & ministerio personali, incerta tamen*, n. 103.

Quod dicitur de sustentatione excommunicati, solum potest procedere pro tempore, quo excommunicatus non posset habere absolutionem, & recessit à contumacia, nu. 104. *vel quando esset in extrema necessitate*, n. 105.

Excommunicatus amissos fructus recuperare, aut retinere non potest post absolutionem, numero 106. *Et improbatur consilium Nauarri dicentis, excommunicatum satis iuste posse retinere fructus alios à distributionibus quotidianis receptos tempore excommunicationis, postquam fuerit absolutus ab ea. Et respondetur eius fundamento*, numero 107. & sequente.

Excommunicatus amittit fructus, etiam vbi ante excommunicationem fructus percipiendi ipsius creditori assignati essent contra Vgolinum, cuius rationi respondetur, & c. peruenit. de fideiuss. *& longe diuersum est in pensione, & subsidio*, à n. 109. vsque ad n. 113. *ponitur dec. Rotæ.*

Pensionarius excommunicatus non lucratur reditus pensionis pro tempore excommunicationis, numero 114.

Cum excommunicatus sit priuatus fructibus beneficij, est etiam priuatus administratione bonorum eius, nu. 115.

Excommunicatus non amittit fructus, quando excommunicatio est nulla, num. 116. *Onus tamen docendi de nullitate incumbit excommunicato, & non capitulo, quod ei denegauit distributionem, &c. ex Rota*, n. 117.

Non amittit etiam fructus excommunicatus iniuste, nec etiam quotidianas distributiones, nu. 118. *Nec placet quod aiunt Vgolinus, & alij, quod quando distributiones aliis acquisitæ, seu adiudicatæ, vt quia illis accrescunt, non sunt ab illis petendæ, sed ab eo, qui author fuit, seu causa iniustæ excommunicationis*, à nu. 119. 120. *Quamuis appellatio ab excommunicatione, tanquam iniusta, non suspendat executionem priuationis, nec sit attentata*, n. 121. *Distributiones vero, seu fructus remanētes in mensa capitulari, ab ipso Capitulo reddendi sunt excommunicato, cum constiterit excōmunicationem fuisse iniustam, aut nullam, &* c. numer. 122.

Non placet etiam quod aliqui dicunt, quod excommunicatus iniuste, qui fuisset in mora petendæ absolutionis, seu qui se absoluendum non curaret, fructus eo tempore perceptos non recuperabit, à num. 123. *Quod procedet in distributionibus, & fructibus, qui residendo, & diuinis interessendo lucrifiunt, &* c. num. 124. & seq.

Canonicus seu beneficiatus excommunicatus pro causa

suæ

suæ Ecclesiæ non amittit fructus maxime stante statuto de hoc, & idem in canonico vicario Episcopi, seu capit. vel à Legaato Apostolico ratione officij excommunicato, secundum Ioan. Gutierrez, de quo tamen valde dubitat author, n. 126. & 127.

Excommunicatus non amittit fructus, vbi cosuetudo est, vt eos non amittat, nu. 128. *Quæ videtur esse in Hispania*, num. 129. *Et solum in Ecclesiis Cathedralibus, vel Collegiatis, seu quasi, est in vsu non computare canonicos, & beneficiatos excommunicatos*, &c. n. 130. *Et stante illa consuetudine beneficiatus excommunicatus, non videtur teneri restituere fructus temporis, quo fuit excommunicatus, sed illos lucrari, nec posse illis priuari*, n. 131.

Canonicus etiam excommunicatus, cuius excommunicatio, seu declaratoria, non fuit intimata punctatoribus, & sic non fuit positus extra calendarium, non videtur teneri restituere fructus, & distributiones illius temporis ex d. consuetudine, quamuis si interfuit diuinis excommunicatus, poterit in pœnam priuari fructibus, & distributionibus tunc lucratis, n. 132. & 133.

Fructus amissi per excommunicatum ad quem pertineat Doctores communiter dicunt, quod in vtilitatem Ecclesiæ sunt conuertendi, n. 134. *Et sub Ecclesiæ vtilitate comprehenditur subuentio pauperum, licet non sit necessarium vt aliqua pars fructuum in vsus pauperum expendatur contra Suarez* à num. 135. & duobus seqq.

Distributiones quas excommunicatus amittit, ad eos pertinent, ad quos alias pertinere solent, quotiescunque amittuntur à non residente, de quo alias nu. 138.

Reditus pensionis amissi ob excommunicationem pensionarij remanent ipsi titulari, & ipsi sunt restituendi, numer. 139.

90 HActenus actum est de beneficiis † excommunicato prouisis, & in excommunicatione obtentis, de beneficiis autem ante excommunicationem habitis, dicendum est excommunicatum non amittere titulum illorum, etiamsi insordescat in excommunicatione per annum, & amplius Abb. *in ca. 1. de iudic. à numero* 24. & ibi Decius 2. *sect. à numero* 83. & Ripa *numero* 78. Rom. *sing.* 303. Ang. *in sum. verb. excommunicatio, numero decimosepsimo* quorum sententiam, vti veriorem confirmauit Rota in vna Segorbicen. insordescentiæ, 5. Iun. 1598. coram D. Seraphino contra Meno. *de arbitr. casu* 416. *à num.* 52. & Salcedum *in praxi c. 1. 6. numero* 13. & 14. vt per Gonçalez *ad reg. de mensibus, gl. 15. à num.* 101. Priuari tamen ipso iure fructibus ipsorum, eosque non facere suos, nec lucrari, quamdiu est in excommunicatione, scilicet maiori etiam occulta, licet id in sententia non exprimatur, *capit. pastoralis, §. verum, de appellat.* vbi Imola, & Abb. Franchus, & Decius, Marian. Socin. Senior *in c. sacris, à numero* 109. *de sentent. excommun.* Ripa dicens communem *in c. 1. numero* 27. *de iudiciis*, Borgasius *de irregularitate. 6. par. tit. quot sint effectus excommunicationis*, Maranta *in speculo aduocator. 6. par. tit. de appellatio, numero* 179. Gigas *de pension. quæstion.* 64. Mandos. *de signatura gratiæ, tit. de absolutione ab excommunicatione, in fin.* Couarr. *lib. 3. variarum, capit. decimotertio numero octauo*, Did. Perez *in leg. 1. tit. 5. libr. 8. ordin.* Iulius Clarus *libr. quinto quæst. 37. numero septimo*, Lancellotus *de attentatis, 2. par. capit. 12. limitatione* 22. D. Ioan. Ocon Senator Regius *in repetit. capit. vnic. de cleric. non residen. in 6. ex numero* 72. Flamin. Paris. *de resignatione beneficij, li. 4. quæst. 3. nu. 52. & lib. 5. q. 6. nu.* 76. Ioan. Gutierrez *canon. q. lib. 1 c. 1. ex n. 90. vsque in fin.* Vgolin. *de censur. tabula 2. c. 12.* & Manu. Rodriguez *in sum. 1. tom. c. 23. n. 4.* Vega 1. *par. sum. c. 36. casu* 1. P. Ledesma *in sum. 1. par. de excommunicat. cap. sexto.* Toletus *in summ. li. c. 13. vltimo effectu in nouissimis editionibus*, Sairus *de censuris lib. 2. c. 5. nu. 24. & 30.* & Suarez 5. *tom. disp. 13. sect. 2.* & est l. *p. 3. tit. 9. partita* 1. vbi Gregor. Lopez, & est *decis.* Putei 280. *lib. 1. & decis. Thams* 20. *in manuscrip. & decis. Farin.* 121.

Quamuis † glo. *in d. §. verum, verb. subtrahuntur*, teneat excommunicatum non priuari fructibus, nisi in sententia hoc exprimatur, quod etiam tenet Pet. Nauarra *de restitutione lib. 2. ca. 2. numero* 243. *& seq.* dicens, quod præcise ratione censuræ non est priuatus reditibus, quicunque beneficiatus excommunicatus, vel suspensus ab officio, siue curatus, siue canonicus, siue simplex habens beneficium, modo tamen officia exequatur, licet cum peccato, & Auila *de censur. 2. par. cap. 6. disp. 6. dub. primo* dicens, quod excommunicatus si præstat officium, lucratur fructus, nec eos tenetur restituere ante sententiam, & condemnationem iudicis, &c. & ait satis probabile Thom. Sanchez *de matrimonio lib. 3. disput. 51. numero duodecimo*, & idem tenuit P. Gab. Vazquez dicens, quod *in d. §. verum*, non dicitur quod excommunicatus ipso facto sit priuatus fructibus, nec alibi id in iure habetur, sed quod merito auferuntur. 91

Sed quamuis † id verum sit in suspenso ab officio, quia nullibi ipso facto priuatur fructibus, tamen de excommunicato communis sententia bene probatur *in d. §. verum*, vt recte expendunt Vgolinus *d. cap. 12. nu. 1.* & Suarez *d. sect. 2. n. 4. & 5.* post Abb. *ibi, n.* 17. & Franchum *n.* 15. 92

Quæ conclusio † ampliatur primo; vt procedat, etiamsi excommunicatus non maneat in contumacia, seu non dormiat in sententia, nec sit in mora petendæ absolutionis, vt tenent relati, maxime Ledesma, Toletus, & Suarez, quia id non fundatur in mora, & duratione contumaciæ, sed est effectus ipsius excommunicationis ob culpam, & contumaciam latæ. 93

Quamuis contra † teneant Syluest. *verb. clericus, 4. quæstion. vigesimaquinta & verb. excommunicatio, 3. numero primo versicul. 9.* Armilla *verb. clericus, numero vigesimooctauo*; Enriquez *lib. 7. capit. 36. §. 1. & lib. 13. cap. 3. § 3. ad fin. & cap. 13. §. 4.* Cechus *de casibus reseruatis, casu 1. de excommunicatione. §. de malis excommunicationis, vers. 7.* Vega *in sum. d. c. 36. casu 2. & in espeio de curas, cap. 12. nu. 83.* Sairus *d. c. 5. nu. 26.* Lud. Lop. *secundo tom. 2. part. capit. 18.* qui ait, quod excommunicatus, & suspensus in contumaciam, per quos non stat quo minus absoluantur, non amittunt fructus. 94

Imo & si iudex † iniuste absolutionem differat, non erunt ei fructus reddendi, nec eos lucratur: sufficit enim à principio iuste excommunicatum fuisse, licet Suarez 8. *num. 16. & 20. ad fin.* dicat, quod si iudex iniuste absolutionem differat ex eo tempore, quod talis iniusta dilatio incipit, omnes fructus sui beneficij sunt tali excommunicato reddendi, quia iam illud nocumentum non ex eius culpa, sed ex alterius iniuria ortum est. 95

Sed re vera iniusta † iudicis dilatio non tollit effectum excommunicationis iustæ, solum facit, vt contra eum habeat ius, & actionem ad fructus pro illo tempore amissos, & ad resartionem damni ex eius culpa subsecuti, &c. *arg. capit. sacro, versic.* 96

cumque, de sentent. excommunicat.

97 Et quamuis † Vgolinus *sup. n.* 4 *vers.* 3. dicat, quod fructus habebit, etiamsi iure excommunicatus sit, vbi impeditur, quo minus absolutionem consequatur, huic enim subueniendum esse inquiunt Cardin. & Ioan. de Lignano, quos refert Decius *in citato §. verum, numero* 7. alias 18. Certe fallitur Vgolinus, nam illi solum loquuntur de sustentatione, de quo infra.

98 Secundo ampliatur, † vt quamuis deposito, & suspenso à beneficio ob pœnam propter crimen, & nõ in contumaciam, sint alimenta exhibenda ex reditibus sui beneficij, si non habet alias, vnde viuat, ne mendicare cogatur, secus tamen in excommunicato, etiamsi egeat, cum possit à contumacia respipiscens absolutionem consequi, & sic ab excommunicatione liberari, *gloss. final. in cap. studeat.* 50. *distinct. & glossa recepta, in dicto §. verum, verb. subtrahuntur*, & ibi Abbas *numero* 16. Franchus 13. & 14. Deci. *cap* 3. & alij, Borgas. Couarruu. Didacus Perez, Iulius Clarus, Io. Gutierrez, à *numero* 96. Vgolinus *numero primo*, Manu. Rodriguez *numer.* 5. Vega *casu* 1. Ledesma, Toletus, Suarez *à numero* 12. & alij *supra* & Nauarr. *in man. cap.* 25. *nu.* 124. Ludouicus Lopez, 1. *tom. instruct. cap.* 247. & Surdus *de alimentis, tit.* 1. *quæst.* 82. & *tit.* 7. 99 *quæst.* 36. & Doctores communiter. Quamuis † contrarium teneat Sylues. *d. verb. clericus*, 4. *quæst.* 25. Sair. *supra numero* 82. & Enriquez *dicto verb. libro* 13. *cap.* 13. *§.* 4. dicens, excommunicatum fructus suæ sustentationi necessarios retinere posse, etiam qui fuit 100 in mora, quod non est verum. Nec illud † quod ait, *dict. cap.* 3. *§.* 3. *ad fin.* quod beneficiatus qui manet contumax in maiori excommunicatione, non facit fructus suos, sed si horas recitauit, & fecit officium parochi, aut canonici, retinere potest fructus suo seruitio respondentes: nam seruitium illius, qui alias non habet ius ad fructus beneficij, quia est illis priuatus, non est sufficiens titulus, vt ratione eius possit partem fructuum recipere, quicquid etiam dicat idem Enriquez *dicto libro decimotertio, cap.* 32. *§. tertio litera X.* sed tunc alius sumptibus illorum fructuum beneficio inseruire, & eius munera obire debet, Vgolinus *numero tertio*, & Suarez *numero vigesimoquarto supra.*

101 Et similiter in eo, † qui non habet legitimum titulum beneficij, seruitium non est sufficiens titulus, vt possit partem fructuum pro seruitio retinere, maxime si erat intrusus mala fide, quicquid dicat Nauarr. *consil.* 2. alias 5. *numero* 5. *de filiis presbyteror.* & cum eo ipse Enriquez *d. cap.* 3. *§.* 3. *litera C. & cap.* 14. *§.* 3. *ad fin.* Manu. Rodriguez 1. *tomo, cap. cap.* 29. *num.* 5. *ad fin.* & Suarez *disp.* 13. *sect.* 1. *nu.* 3. & Auila *dict. c.* 6. *disp.* 6. *dub.* 7. *vers. ex dictis in hoc dubio*, cum istud seruitium sit exhibitum gratis, siue titulo beneficij, & ex alia parte non sit conductus ad illud, sed illud fecerit tanquam titularis, & ratione beneficij, quod non est suum.

102 Et ita videtur † tenere Rota in vna Placentina parochialis de Malpartida 20. Octobr. 1595. coram D. Lita, quæ sic ait: *Domini censuerunt posse procedi ad declaratoriam contra Michaelem pro illo residuo ducatorum 400. occasione fructuum perceptorum à die motæ litis citra, nec non & pro expensis, in quibus alias per tres conformes condemnatus fuit, nam stante eius proteruia in soluendo, quod debet, & quod literæ executoriale eidem intimatæ fuerunt, quodque iam diu lapsus est terminus, eidem postmodum ex benignitate Rotæ pro dicta solutione faciendæ concessus, & nunquam paruit, aliaque omnia de iure seruanda ad effectum prædictum seruata fuisse ex actis constet. Nec obstare dixerunt Domini, quod dicti ducati 400. ab Archidiacono de Medellin fuerunt, detracti ex fructibus contra dictum Michaelem liquidatis pro seruitio, quod præstitit in dicta Ecclesia, quia vltra quod Archidiaconus prædictus vti merus Rotæ executor, non habuerit circa hoc iurisdictionem aliquam, Innoc.* in cap. de cætero, num. 1. *ibi*, mora est, de re iudicata, *cum alijs per Specul.* de executione sententiæ, *§.* 2. numero 6. vers. sed vtrum sententia, *ista detractio est iniusta, cum iniustus beneficij possessor teneatur restituere à die motæ litis, non tantum omnes fructus, sed etiam distributiones quotidianas perceptas, quæ non dantur, nisi interessentibus pro seruitio, vt fuit dictum in causa Sacens. beneficij de Anso, 16. Ianuary* 1577. *coram illustrissimo Lancelloto, quod fortius procedere habet hoc in casu, ex quo Dom. Michael erat intrusus*, authentic. multo magis, C. de sacrosanct. Eccles. *Neque etiam obstare dixerunt Domini commissionem admissionis*, ad cap. Odoardus, *obtentam pro parte Michaelis, per quam mandatur, quod reseruata in fine litis solutione ducatorum 400. & expensarum, procedatur in causa ad ulteriora, quia fuit dictum, quod ex quo dicta commissio continet clausulam constito de paupertate, ei non potest suffragari, nisi prius dicta conditione purificata, & sic probata ipsa paupertate, quam non probari fuit resolutum sub die 26 Mar.* 1593.

Solum posset is † qui non habet legitimum titu- 103
lum percipere distributiones quotidianas, & alias emolumenta similia, quæ dantur pro labore, & ministerio personali, ex quo sunt merces laboris, incerta tamen, nam distributiones certas, & assignatas perceptas teneretur etiam restituere, iux. *d. decisione n Placentinam, & d. præced. parte, c.* 3. *à nu.* 116. quæ sunt videnda.

Illud autem de sustentatione † excommunicati 104
solum potest procedere pro tempore, quo excommunicatus non posset habere absolutionem, & recessit à contumacia, Decius *numero* 18. & Nauarr. *sup.* idem Nauarr. *consil.* 37. *de sententia excommun. numero* 10. & 11. Ioannes Gutierrez *numero* 101. Surdus *dicto tit. quæst.* 82. *numero* 10. & *d. tit.* 7. *quæst.* 36. *numero* 7. & *tit.* 8. *priuileg.* 83. *numero* 16. Manuel Rodriguez *d. numero* 5. Vega *d. casu* 1. & Suarez *num. ero* 16. & alij. Vel quando esset † in extrema necessitate, *gloss. dicto* 105
verb. subtrahuntur, in fin. quam omnes sequuntur teste Decio *ibi, numero* 19. Abb. *d. numero* 16. Franchus *numero* 13. & 14. Ioannes Gutierrez *numero* 102. & 134. Vgolinus *supra numero* 41. *vers.* 4. Surdus *d. q.* 82. *à num.* 9. & *d. q.* 36. *num.* 6. & 7. & *d. priuil.* 83. *numero* 14. Manuel Rodriguez & Vega *ibi*, & Toletus *supra.*

Tertio ampliatur † vt excommunicatus amissos 106
fructus recuperare, aut retinere non possit post absolutionem, vt per allegatos, maxime Abb. *n.* 22. Frãchum 21. & Baldum 20. *in d. §. verum*, & Vgolinum *d. n.* 1. *vers.* 7 & Toletum *sup.* Sairum *num.* 24. & Suarez *nu.* 20.

Vnde apparet esse falsum † *consilium* Nauarr. 54. 107
de sententia excommun. numero 2. vbi ait excommunicatum satis iuste posse retinere fructus alios ex distributionibus quotidianis sui beneficij receptos tempore excommunicationis, postquam fuerit absolutus ab ea, arg. eorum quæ ipse tradit *in cap. non liceat Papæ*, 12. *quæst.* 2. *§.* 12. Quæ tamen † longe diuersa sunt, nam excommunicatus non priuatur fructibus ratione defectus tituli, sed ratione censuræ,

nec

ec absolutio dat nouum titulum, sed solum tollit impedimentum censuræ respectu fructuum futurorum, non vero respectu fructuum iam amissorum, & si post absolutionem restituendi essent fructus amissi, excommunicati diu tius in contumacia permanerent, &c.

109 Quarto ampliatur, vt procedat † etiam vbi ante excommunicationem fructus percipiendi, creditori ipsius clerici assignati essent, secundum tradita à Doctor. *in c. peruenit. de fideiussor.* quicquid dicant Vgolinus *sup. n.* 4. vers. 7. & Sairus *n.* 25. *ad fin.* quia illa assignatio intelligitur si illos clericus lucratus fuerit, non alias.

110 Nec obstat ratio † Vgolini, quod alteri per alterum iniqua conditio fieri non debet, nam cum isti fructus non sint excommunicati, nulla fit iniuria creditori, & si ille incidit, aut perseuerat in excommunicatione in fraudem creditoris, male facit, non tamen propterea illos debet lucrari, & per consequés non potest illos habere creditor cum eos debeat habere ex persona clerici.

Nec obstat † tex. *in d. c. peruenit.* & quod dicit Ab. 111 *in c. Apostolica, nu. 7. de except.* nam ibi non agitur de suspensione à beneficio absolute lata, sed de suspensione lata post assignationem creditori factam, sine 112 præiudicio ipsius, vt ibi ait Abbas. Et longe † diuersum est in pensione, & subsidio, de quibus supra 1. *p. c.* 5. *à n.* 226. nam illa sunt onus ipsorum fructuum, & sic cum ipsis transeunt ad quemcunque vadant, vt ibi diximus.

Et ita plane † tenuit Rota in vna Mediolanen. fruc- 113 tuum 20. Iunij 1597. coram Domino Pamphilio, *in qua fuit resolutum, Dandam esse declaratoriam contra S. stante eius contumacia in non parendo literis executorialibus, Dd.* in cap. primo, *vbi Abb.* numero 10. *Ripa* 29. de iudic. *& non obstante præiudicio, quod ex ea infertur anterioribus creditoribus in fructibus beneficij eis assignatis,* cap. pastoralis, *§.* verum. de appellatio. *Quia non est impediendus,* cap. posterior creditor, *quo minus contra personam debitoris, cuius respectu non consideratur prioritas hypothecæ, vtatur hoc remedio in subsidium à iure inuento contra inobedientes, vt à communione fidelium excluſi, & fructibus beneficiorum priuati, & ad omnes actus legitimos inhabiles redditi tandem tædio affecti pareant mandatis superiorum, sicut vti potuisset remedio iustæ carcerationis ex qua idem præiudicium anterioribus creditoribus oriretur, iuxta notata* in cap. vnico, *vbi Probus* numero vigesimo secundo de cleric. non residen. in 6. *Felin.* cap. cum omnes, numero 22. de constitutio. & in cap. Apostolicæ, numero 2. de exceptio. *cum aliis per Couarruu.* variar. libro 3. cap. 13. numero 8. versicul. 11. cum seqq. *Nec obstat quod S. fuerit admissus ad beneficium,* cap. Odoardus, *quia ista admissio non afficit C. quem non constat fuisse citatum saltim legitime, & potius contrarium suadetur ex appellatione per ipsum interposita à die habitæ notitiæ, quæ non admittitur, nisi in ignorante, vel in ficto contumace, Rota* decisio. 1. & 16. de dolo, & contumac. in nouis, *vltra quod sententia respectu C. esset manifeste iniusta, cum iam resolutum fuerit S. tanquam improbum, & dolosum litigantem dicto beneficio,* capit. Odoardus, *iuuari non posse aduersus C.*

114 Quinto ampliatur † in pensionario excommunicato, vt non lucretur reditus pensionis pro tempore excommunicationis, Suarez *sup. n.* 21. & dictum est 1. *p. c.* 5. *à n.* 131. vbi vide.

Sexto ampliatur, † vt cum excommunicatus

sit priuatus fructibus beneficij; sit etiam priuatus ad- 115
ministratione bonorum eius, Abb. *numero* 18. Franchus 17. & Decius 22. *in d. §. verum,* Nauarr. *capite* 27. *numero* 22. *vers.* 10. dicens, excommunicationem suspendere ab officio, & beneficio Vgolin. *dict. cap.* 12. *§* 1. plures allegans Sairus *supra numer.* 31. & Suarez *numero* 6. facit *capit. veritatis, in fin. de dolo & contumac.*

Limitatur tamen prædicta conclus. primo, † vt 116
non procedat, quando excommunicatio est nulla, nam quod nullum est, nullum producit effectum, nec dicitur quis excommunicatus, nisi excommunicatio valeat, *l. 4. §. condemnatum. ff. de re iudicata,* & tenent Dd. citati *limitatione sequenti,* & Rota in vna Salamantina censurarum, 1. Iunij 1594. coram Domino meo Corduba. *In qua* † *tamen* 11. *Decembris* 1595. *co-* 117
ram D. Seraphino fuit resolutum, Onus docendi de nullitate censurarum incumbere excommunicato, & non cap. quod ei denegauit distributiones ratione excommunicationis, & censurarum ad decisionem Veralli 16. *lib.* 1. *&c.*

Secundo limitatur, vt non † procedat in excom- 118
municato iniuste, gloss. *in d. §. verum, verb. subtrahuntur,* & ibi Bald. *numero* 20. Abbas, Franchus, Decius, & alij, Felin. *in cap. Apostolicæ. de exceptio. num.* 12. Borgasius, Couarr. Didacus Perez, Iulius Clarus, Lancellotus, D. Ioan. Ocon. *sup.* Vgolinus, *dicto capit.* 12. *numer.* 4. Ioann. Gutierrez *à num.* 135. Follerius *in pract. criminali can. 3. p. cap. 33. numero* 111. Surdus *dicto tit.* 1. *quæst.* 82. *à num.* 14. Enriquez *lib.* 13. *cap.* 13. *§.* 4. *& cap.* 15. *§.* 2. Manuel Rodriguez *sup. num.* 6. Vega *dicto casu* 2. Toletus *sup.* Sairus *num.* 25. *&* 27. & Suarez *d. sectio.* 2. *num.* 20. & alij sup. relati. Qui dicunt, quod excommunicatus iniuste non solum fructus, sed etiam quotidianas distributiones, sicut alij legitime impediti habebit, & est *decis.* Thanis 26. & fuit resolutum in dicta Salamantina censurarum, 1. Iunij 1594.

Aiunt tamen † Vgolinus *ibi,* Sairus *n.* 27. & Suarez 119
n. 23. quod quando distributiones aliis acquisitæ, seu adiudicatæ sunt, vt quia illis accrescunt, non sunt ab illis petendæ, sed ab eo qui author fuit, seu causa iniustæ excommun. *arg. d. c. sacro, vers. cunque, de senten. excommunicatio.*

Quod mihi non placet, † nam excommunicatio 120
iniusta non habet in rei veritate hunc effectum priuationis fructuum, cum res quæ culpa caret, in damnum vocari non debeat, *cap. secundo, & ibi glossa prima de constitut.* & ideo excommunicatus iniuste nunquam amisit fructus, aut distributiones etiam durante excommunic. quicquid dicat idem Suarez *numero vigesimo,* & consequenter illi reddendæ sunt distributiones ab iis, quibus adiudicatæ, & etiam traditæ fuerint. Quamuis † verum sit, quod appellatio 121
ab excommunicatione, tanquam iniusta non suspendat executionem priuationis, nec fit attentata, quia excommunicatio trahit secum executionem, vt *in d. §. verum,* & ibi Imola, Franchus *numero* 21. & alij, Maranta, Lancellotus, & Ioan. Gutierrez *numero* 136. *sup.* & Duennas *reg.* 42. *numero octauo.* Distributiones † vero, seu fructus remanentes in mensa capitulari, ab ipso capite reddenda sunt excommunicato, cum conſtiterit, vt excommunicationem fuisse iniustam, aut nullam, etiamsi fuissent iam aliis diuisi, & distributi, quia capit. semper est idem. *l. proponebatur. ff. de iudic.* Ioan. Gutierrez *dicto numero* 236. *in fin.*

Sublimitatur † tamen hæc limitatio, vt non 122

procedat in iuste excommunicato, qui fuisset in mora petendæ absolutionis, seu qui se absoluendum non curaret, qui fructus eo tempore perceptos non recuperabit, eo quod sua culpa tunc in excõmunicatione iacet, ita Borgasius *sup. nu.* 17. quem refert Ioã. Gutierrez *nu.* 135. *in fin.* Vgolin. *d. num.* 4. & Sairus *d. nu.* 25.

124 Sed hæc sublimitatio † mihi non placet, nam si excommunicatio iniusta non habet effectum priuationis fructuum ex se, non habebit eum, etiamsi excommunicatus fuerit in mora petendæ absolutionis.

125 Procedet tamen † sublimitatio in distributionibus, & fructibus, qui residendo, & diuinis interessendo lucrifiunt, vt tenet Didacus Perez *supra*, quem refert Ioannes Gutierrez *num.* 137. *in fin.* idem Manu. Rodriguez *dict. numer.* 6. & Vega *dict. casu* 2. nam si per excommunicatum stetisset quo minus absolutus esset, & mora ei posset imputari in petenda absolutione, per eum staret quo minus resideret, & diuinis interesset, cum posset remouere impedimentum, & non remoueret, & per consequens non lucraretur illos fructus, & distributiones, tanquam legitime impeditus, quamuis si haberet dies absentiæ, & recreationis, lucraretur tunc in illis dictos fructus.

126 Tertiò limitatur † *dicta conclus.* vt non procedat in canonico, seu beneficiato excommunicato pro causa suæ Ecclesiæ; maxime stante statuto de hoc, prout adest in hac Ecclesia, & Ciuitaten. ita Ioa. Gutierrez *sup. à nu.* 124. qui idem dicit in canonico, seu alio beneficiato existente in seruitio Episcopi, nempe eius Vicario, & à fortiori Vicario *cap. sede vacante*, vel Delegato Apostolico, qui ob eam causam ratione officij fuit excommunicatus. Sed ego † valde
27 dubio de tota hac limitatione, videtur enim esse cõtra ius canonicum.

128 Quarto limitatur, † vt non procedat vbi consuetudo est, vt excommunicati fructus non amittant, ita Rebuff. *in repetit. dict. capit. postulastis. de clerico excommunicato, not. ab. 2. numero octuagesimoquarto.* qui consuetudine non obseruari inquit, vt clerici excommunicati beneficiorum fructibus priuentur, nisi quoad distributiones quotidianas, & refert, & sequitur Vgolinus *dict. capit. 12. ad fin.* & eodem relato Suarez *dict. section. 2. ad fin.* ait, cum hoc ius positiuum sit, non esse dubium, quin potuerit per contrariam consuetudinem derogari, sibi tamen non constare talem consuetudinem vniuersalem esse, vbi tamen de illa constiterit, posse quem cum ea conformari.

Et quidem in Hispania † videtur esse huiusmodi consuetudo, & ita obseruari, videmus enim
29 frequenter clericos habentes beneficia excommunicatos, tam à iure, quàm ab homine & nunquam visum est, nec auditum, nec intellectum aliquem restituere fructus temporis, quo fuit excommunicatus, nec ab eorum perceptione, & administratione se abstinere, nec ad id cogi per superiores. Et solum † in Ecclesiis cathedralibus, vel col-
130 legiatis, seu quasi est in vsu non computare, seu numerare canonicos, & beneficiatos excommunicatos, quoad distributiones, & fructus, quos habent in mensa, seu massa communi, sed illos ponere extra calendarium Hispane en discuento, quando excommunicatio, seu declaratoria est intimata punctatoribus Hispane contadores, quod etiam videtur faciendum, quando esset excommunicatus notorius, seu manifestus. maxime si esset notorius clerici percussor.

Vnde stante illa † consuetudine beneficiatus ex- 131
communicatus non videtur teneri restituere fructus temporis, quo fuit excommunicatus, sed illos lucrari, nec posse illis priuari, etiam per sententiam, etiam aliquo petente, cum ius nil aliud statuat, nisi priuationem ipso iure, quæ tamen per dictam consuetudinem videtur sublata.

Imo & canonicus † seu præbendatus Ecclesiæ Ca- 132
thedralis excommunicatus, cuius tamen excommunicatio, seu declaratoria non fuit intimata punctatoribus, quia forte erat excommunicatus à iure, vel alias, & sic non fuit positus extra calendarium, non videtur teneri restituere fructus, & distributiones illius temporis ex d. consuetudine. Quamuis † si inter- 133
fuit diuinis excommunicatus, poterit in pœnam priuari fructibus, & distributionibus tunc lucratis.

Sed stante, quod † excommunicatus fructus amit- 134
tat, quæritur ad quem illi pertineant, & Dd. communiter dicunt, quod in vtilitatem Ecclesiæ sunt conuertendi, *arg. capi. penult. in fin. de clericis non resident. & cap. 2. de offic. ordinarij n.* 6. ibi: *Sed ipsi Ecclesiæ cedere*, ita Abb. & Franchus *numero* 22. & Decius 21. *in dict. § verum.* Felin. *in dict. cap. Apostolica, numero* 12. *de excep.* Nauar. *consil.* 37. *ad fin. de temporibus ordinat.* Vgolin. *dict. capit.* 12. *numero* 3 Surdus *dict. tit.* 1. *quæst.* 82. *numero* 16. Toletus *sup.* & Sairus *numero* 28. (qui idem dicunt de suspenso cum glos. *verb. suspensus, in cap.* 2. *de vita & honestate clericor.*) & Suarez *sup. num.* 24. Quæ tamen † existimat sub Eccle- 135
siæ vtilitate comprehendi subuentionem pauperum, & egenorum, imo existimat necessarium fore, vt aliqua pars fructuum in huiusmodi vsus expendatur, præsertim illa, quam secundum prudentis arbitrium deberet beneficiatus ipse, si conuenienter dictis fructibus vteretur, in huiusmodi eleemosynas expendere, & hanc distributionem, si res sit publica, & præsertim si ad forum contentiosum deducta est, ex authoritate superioris, aut iudicis fieri debere: si vero sit occulta, ab ipsomet excommunicato, eiusque arbitrio fieri posse, qui si huiusmodi fructus in pios vsus expendat in sua Ecclesia, suæ obligationi satisfaciet. Hæc Suarez. Cuius doctrina † mihi placet, quatenus ait sub Eccle- 136
siæ vtilitate comprehendi subuentionem pauperum, quod etiam videntur tenere Nauarr. *capitulo* 25. *numero* 123. & Ludou. Lopez 1. *tomo instruct. capitulo* 145. dum quoad modum restituendi æquiparant perditum, seu amissum ob excommunicationem, suspensionem, aut aliam quamcunque causam perdito ob causam non recitandi, quia de similibus idem est iudicium: at perditum ob causam non recitandi erogandum est in vtilitatem, seu fabricas ipsorum beneficiorum vel pauperum eleemosynas, vt in constitutione concilij Lateranen. vltimi, & Pij V. 138. supra adducta 3. *p. cap.* 1. *numero* 5. & sequitur Auila 2. *p. capit.* 6. *disp.* 6. *dubio* 2.

Non placet tamen, quod † Suarez ait necessarium 137
fore, vt aliqua pars fructuum in vsus, & eleemosynas pauperum expendatur, satis enim est in vtilitatem Ecclesiæ, seu beneficij, aut alium vsum pium expendi, non enim est lex, aut ratio, quæ ad aliud cogat.

De distributionibus † autem quotidianis, & 138
fructibus habentibus modum distributionum,

dicen-

dicendum est, vt *sup.3 p.c.2.24.dubio, ex nu.*443. nam vt ait Suarez *sup.nu.*22.& 23. distributiones quas excommunicatus amittit, ad eos pertinere solent, quotiescunque amittuntur à non residente, & vide *dicta 3.par.c.3. dubio* 13. *à n.*36.

139 Reditus etiam pensionis, † amissi ob excommunicationem pensionarij remanent ipsi titulari, & ipsi sunt restituendi, vt dictum est *d.1.par.c.5.nu.*133. cum ab ipso soluantur, & sit onus ei impositum, à quo manet liber pro tempore excommunicationis, &c.

CAP. XV.

Quod non sit suspensus, seu interdictus.

SVMMARIA.

*Suspensis ab officio, vel beneficio, non possunt beneficia conferri, sed illorum sunt incapaces, prouisioque eis facta est nulla,*n.1. *Quamuis Suarez dicat non esse irritam, sed irritandam,*n.2.& n.3. *ponitur decisio Rotæ, & n.4. allegatur alia, & idem est in interdictis personaliter,*n.5.

*In prouisionibus Apostolicis fit absolutio, non solum ab excommunicatione, sed etiam à suspensione, & interdicto ad effectum gratiæ consequendum per illam clausulam,*teque à quibusuis,&c.n.6.

*Videbatur collationem beneficij factam clericis concubinariis, seu fornicariis notoriis esse nullam,*n.7. *nam ij sunt suspensi ab officio, & eorum officia audire est prohibitum,*n.8. *Etiam in minoribus constitui contra aliquos,*n.9.& 10.& n.11. & seq. *ponitur declaratio S. Congregationis, atq; adeo si celebrant, sunt irregulares,* n.13. & seq. *& sunt etiam suspensi à beneficio* à n. 15. & seqq.

*Sed contrarium tenent alij, nempe clericos concubinarios notorios non esse suspensos, vera suspensione censura directe inducta in pœnam, sed suspensione ratione cuiusdam honestatis ab ipso canone facta ob decorem potius quàm in pœnam directam criminis, vel principaliter à Deo, & à canone per approbationem, & sic celebrantes non effici irregulares,*à num.19. & seqq. *Et respondetur* capit. præter,& capit. si qui sunt 32. distinct.& cap. sacerdotes 50. distinct.& cap. fin. de cohabitat. clericorum à numer.25. & seqq. *Quod magis obstat est dict. declaratio S. congregationis,* numero 31.

*Dato quod ista suspensio esset vera censura de iure, potest dici eam iam non esse in vsu,*à num.32.& seqq. *& ad d. declarationem S. Congregationis dici potest respondere de iure, & non tollere consuetudinem,*numero 35.

*Etiam seclusa consuetudine non teneremur hodie vitare clericos concubinarios, seu fornicarios notorios per sententiam, aut confessionem in iudicio factam, aut per operis euidentiam, & notorietatem facti, nisi per iudicem fuissent publicati, & denuntiati, ex extrauagante ad euitan. scandala relata per citatos,*num.36. *Quæ etiam hoc casu procedit, & est seruanda,* numero 37.

*Quod procedit etiam in concubinariis notoriis notorietate facti,*num. 38. *Quamuis in hoc contrarium teneant Cosmas, & alij, ex exceptione de notorio excommunicato posita in d. extrauagante iuxta literam Concilij Basilien.*nu.39. *Quam exceptionem habere etiam locum, & extendi paritate rationis ad suspensos, & interdictos, ita notorios, tenet Cosmas, & alij,*n.40.

*Resp.*1.*d. extrauagantem non esse vsu receptam cum dicta exceptione de notorio excommunicato, sed cum sola exceptione de notorio clerici percussore, iuxta literam Concil. Constan.*n.41.& 42.

*Resp.*2. *quod etiam retenta litera Conci. Basilien. verius est, exceptionem de notorio excommunicato non habere locum in suspensis, & interdictis notoriis,* numero 43. *Nec potest dici esse eandem rationem,* numero 44.

*Hodie solum tenentur euitare excommunicatos in duobus casibus, scilicet, quando est notorius clerici percussor, aut publice denuntiatus specialiter, & expresse,*n. 45. *Quod non solum procedit in excommunicato generaliter à iure, vel ab homine, sed etiam in excommunicato ab homine specialiter, & nominatim, nam etiam iste non est euitandus, nisi sit publicatus, & denuntiatus in Ecclesia, seu in loco publico,*num.46.& seqq. *vbi recte expenditur, & inducitur dicta extrauagans, quamuis contrarium teneant Felinus, & alij,*numero 49. & 50. *Et quid seruetur in Episcopatu Abulen.* n.51.

*Contra illam sententiam, quod clerici concubinarij notorij sint suspensi à beneficio, tenent alij, & vsus & consuetudo est in contrarium,*n.52. *Et supposito quod non sint à iure suspensi ab officio suspensione censura, nec etiam à beneficio,*n.53. *& supposito, quod ita essent ab officio suspensi, verus est, non esse à beneficio suspensos,*nu.54.& 55 *Resp. d.c. præced.* & nu. 56. *cap. si quis amodo,* 81. *dist.*

*Esto vera esset illa sententia, quod suspensi ab officio sunt suspensi à beneficio, tamen supposito, quod clerici concubinarij notorij non sunt ab officio suspensi censura, non potest dici, quod sint à beneficio suspensi,*n.57. *Sed absolute verius est, suspensum ab officio, siue à iure, siue ab homine, non esse suspensum à beneficio, quoad ea, quæ competunt non interessentibus diuinis, nisi aliud constet ex mente disponentis,*n. 58. *& suspensus ab officio, si interfit diuinis, quamuis peccet, lucratur distributiones,*n.59.

*Cum clerici concubinarij notorij non sint suspensi à beneficio, nec ab officio suspensione censura, saltim ex consuetudine, valebit collatio beneficij eis facta,*num.60. *Quamuis clericis concubinariis etiam non notoriis nõ debent beneficia conferri ex defectu morum,*n.61. *Nec debent præsentari ad beneficia; & si præsentarentur, & opponeretur de concubinatu, seu fornicatione, præsentatio non procederet, nisi essent emendati,*n.62.

*De pœnis concubinariorum, & an sint priuandi beneficiis, remissiue,*n.63.

SVspensis itidem ab officio, † vel beneficio, non possunt beneficia conferri, sed illorum sunt incapaces, prouisioque eis facta est nulla, *capitulo cum dilectus, versic. quia nobis, de consuetud. & ibi glos. verbo, cessauimus, cap. per inquisitionem, de election. & ibi glos. fin. in fine,* & Abb. *numer.*8. *capit. cum bonæ, de etate, & qualitat. & ibi gl. s. verb. suspensi, & verb. postmodum,*& Abbas *num.*6. Et facit *cap. fin. de clerico excommunicato,* glos. etiam *in capit. tanta, de excessibus prælator. verb. irritas,* & glos. *in cap. cupientes, §. cæterum, de election. in* 6. *verb. beneficiis, in fine,* Abbas etiam *in capitulo Apostoli. à, de exceptio.n.*8. Bertach, *de Episcopo,*2. *lib.*1. *part. quæst.*5. Lamber. *de iure patron.* 1. *part.* 2. *libro quæst. artic.*2. Corras. *de benefic.*4 *part. capit.*3. *num.*22. Nauar. *in man. cap.*25. *numero* 233. & *conf.*10.

de temporibus ordinat. Maiolus *de irregularitate, lib. 3. ap. 19. num. 10.* Vgolinus *de censuris, tab. 4. de suspensione, cap. 6. §. 7. num. 4. & cap. 8. §. 6. nu. 1.* Flamin. Paris. *de resignatione beneficior. lib. 5. quæst. 6. num.* 84. & Candelabrum aureum *de suspensione, n.* 139. Lessius *de iust. & iure. lib. 22. cap. 34. num.* 116. & Azor *de instit. mor. 2. part. lib. 6. c. 7. q. 2.*

5 Quamuis† Suarez *5. tomo, disput. 26. sectio. 3. nu. 8.* male & perperam dicat, electionem seu collationem factam suspenso ab officio, non esse ipso iure irritam, sed irritandam, nec suspensum ab officio esse personam inhabilem, sed prohibitam, quod etiam dicit de suspenso à beneficio *disp. 27. sect. 1. numero vigesimosexto.*

3 Et quod suspenso beneficia † conferri non possunt, & præsentatio, & prouisio ad eius fauorem facta non subsistat, fuit resolutum per Rotam in vna Meliten. Abbatiæ, 24. Ian. 1590. coram D. Gipsio, vt in seq. decisione.

Præsentationem, & prouisionem ad fauorem Dom. Horatij factas, de Abbatia S. Bartholomæi, non subsistere, Domini resoluerunt, quoniam vt est in confesso apud partes, citra tamen veri præiudicium, D. Horatius in 22. suæ ætatis anno tantum constitutus, ad sacerdotium se promoueri fecit, & sic tempore inhabili, vt habetur Concilio Tridentino, capit. duodecimo, sess 13. *propterea tanquam suspensus ab executione ordinis suscepti, non potuit consequi dictam Abbatiam, quæ, vt præsupponitur, ordinem sacerdotij requirit, si quidem suspenso beneficia conferri non possunt,* capit. fin. de clerico excommunicato, *glos. magna* circa medium, in capit. tanta de excessibus prælator. *Specul.* de dispensation. *§.* iuxta, numero 16. *declarat. Abbas* capit. cum bonæ, numero sexto de ætate, & qual. *Gemin.* conf. 91. num. 3. & 133. numer. 2. *Nec refragatur, quod iure veteri, siue communi inspecto, talis suspensio sit temporalis, & durat solum, donec promotus ad congruam veniat ætatem,* cap. vel non, de tempor. ordina. cap. ex ratione, de ætate, & qualitate, *notant DD. per illum rex.* in Clem. generalem, eodem tit. *B. Ant.* tract. de irregularitate, cap. 1. numero decimotertio. *Et quod tempore præsentationis Horatius esset annorum 25. quia fuit per Dominos responsum nos versari in terminis constitutionis Pij Secundi,* cum ex sacrorum, *qua promotus ante legitimam ætatem ipso iure suspenditur, & sic perpetuo ad tradita per Tiraq.* in leg. si vnquam, verb. reuertatur, nu 144. *Stephanus de Gaeta* cap. ad limina, *§.* 3. num 111. 30 quæst. 1. l. seruus, C. de pœnis, capit. si autem, *vbi glossa* in fine de cohabitatio. clericor. *glos.* cap. cupientes, *§.* cæterum, verb. perpetuo, de election. in 6. *Abb.* cap. ex literis, numero decimo de constit. *Et quod prædicta constitutio de suspensione perpetua loquatur, animaduertit Rebuff.* de male promotis, glos. 10. numero tertio, *Nauar.* conf. 30. in fine, & 33. de tempor. ordin. *Et ratione suaderi potest, si quidem constitutio promotis extra tempora, & ante legitimam ætatem eandem pœnam imponit: sed in primo casu suspensio est perpetua,* capit. cum quidam, de temp. ordin. 9. *Fuit insuper dictum omnem prorsus cessare dubitationem, ex eo quod D. Horatius ordinem diaconatus ante vigesimumtertium ætatis annum suscepit, contra dispositionem prædicti Concilij: quocirca remansit ipso iure suspensus, vt supra dictum est, qua suspensione stante, suscipiendo presbyteratum, sententiam irregularitatis incurrit.* c. primo de eo, qui ordinem furtiue suscepit, *Nauar.* man. capit. 27. numero 241. & consil. quinquagesimoprimo de tempor. ordin. *quæ irregularitas ipsum non capacem ad beneficia reddit, Paris.* consil. 136. n. 40. libro. 4. *Nec legitima ætas superueniens tollit dictam irregularitatem, iuxta notata* in capit. Neophytus, 61. dist. *sed necesse est absolutio Pontificis, vt in istis terminis voluit Stephanus de Gaeta* vbi sup. num. 60. *Aliquibus etiam ex Dominis non displicebat illud motiuum desumptum ex* consil. *Nauarri 4. li. 5.* de clerico excommunicato. *nempe quod ordinatus ante legitimam ætatem, cõcelebrans cum Episcopo, efficitur irregularis, vt latius ibi per eum.*

Quæ de bona fide D. Horatij in medium afferuntur, obstare non videntur, tum, quia non probantur, tum etiam, quia iuris, vel crassa ignorantia non excuset, capit. Apostolicæ, de clerico excommunic. *& Nauar.* consil. 50. de temporibus ordi. *loquitur de persona, quæ circa ætatem potuit, & debuit suis parentibus credere, quod constitutio Pij Secundi debet intelligi secundum ius commune, non placuit Dominis, quia addit nouam pœnam, vt bene deducunt informantes pro Illustriss. & Reuerendiss. Domino Cardinali Columna. Nec dicatur, cõstitutionem Pij Secundi,* cum ex sacrorum, *non fuisse vsu receptam, quia cum fuerit solemniter publicata in quinterno Cancellariæ registrata, ac in Bullario impressa, præsumitur vsu recepta, & qui contrarium dicit tenetur hoc probare, Gozadi.* consi. 16. n. 16. *Puteus* decis. 281. lib. 1. *Quidquid dixerit Mohedanus* decis. 6. *cuius opinio in Rota non seruatur, eoque magis dici debet, esse in viridi obseruantia, quia Pontifices in eorum regulis illam seruari mandant, vt testatur Diaz* in pract. crim. cap. 22. verb. extra tempora. *Ad alia, quæ obiiciuntur, bene respondent informantes. Quæ decisio fuit confirmata coram eodem 17. April. 1592. vt in* dec. Farin. 89.

Idem fuit † resolutum in illa Vrgellen. canonicatus 3. Mar. 1595. sup. adducta *2. p. c. 5. n. 12.* 4

Et idem est in interdictis † personaliter. gl. *in d. cap. tanta.* Lamber. *3. art. 3* Corras. *d. n. 22.* Nauar. *d. ca. 25. nu. 133.* & Vgolin. *tab. 5. c. 3. §. 1. nu. 2.* Lessius & Azor *sup.*

In prouisionibus † vero Apostolicis fit absolutio non solum ab excommunicatione, sed etiam à suspensione & interdicto ad effectum gratiæ consequendum per illam clausulam, *teque à quibuslibet, de* qua late *cap. præced.* 5

Vnde videbatur, † collationem beneficij factam clericis concubinariis, seu fornicariis notoriis, esse nullam: nam † ij sunt suspensi ab officio, & eorum officia audire est prohibitum, *cap. nullus, cap. præter, & cap. si qui sunt, 32. dist. c. vestra, & c. fin. de cohabitat. cleric. l. 43. tit. 6. par. 1.* & ibi Greg Lopez, Abb. *in d. cap. vestra,* Cosmas *in pragmatica sanct. tit. de excommunicatis, non vitan. verb. suspensionis.* Rebuff. *in concord. tit. de publicis concubinariis, prima, tertia & nona pœna,* Guido Papa *decis.* 558 Vill adiego *de irregularitate, capit. 3. numero decimoquinto* & ibi Didacus Perez Lamber. *de iure patronat. 1. par. 2. lib. quæst. 9. art. 20.* Corras. *3 par. cap. vltimo, numero 82.* Bernard. Diaz *in practica crimin. cap. 79.* vbi Salzedo, Nauarrus *in manuali, cap. 25. à numero 77. & cap. 27. numero 154. & cons. 17. numero 2. de clerico excommunicato,* Iulius. Clarus *§. fornicatio. numero quarto & lib. 5. quæst. 75. numero tertio* Maiolus *de irregularitate, libr. 5. cap. 37.* Ioan. Gutierrez *Canonic. quæst. lib. 1. cap. 1. numero 44.* Azeuedo *in l. 1 tit. 19. lib. 8. recop. à num. 61. & 109.* D. Anton. *3. par. summæ, tit. 27. cap. 3.* Sylueſt. *verb. concubinarius, numero 4.* Armilla *eodem verbo, numero 5. & verb. clericus, num. 13* Candelabrum aureum *dict. tit. de suspensione, nu. 19. & seqq.* Cechus *de casibus reservatis,* 6 7

uatis, casu primo de suspensione, nume. 19. 2. *casu*, Vega *in summa* 2. *parte, cap.* 108. *casu* 5. & in Espeio de curas *cap.* 12. *num.* 124. Toletus *in summa lib.* 1. *cap.* 47. Auila *de censuris* 33, *part disp.* 5. *dub* 2. Azor *d. lib.* 6. *ca.* 7. *quæst.* 5. & Ludouicus Lopez *instruct. conscien.* 2. *tomo*

9 2. *p. cap.* 23. *&* 31. qui id ait † procedere quoad sacerdotes, diaconos & subdiaconos, nam in clericis minoribus ait, non inuenire ius, in quo id fundetur, quod etiam placet Manueli Rodrig. *in summa* 1. *tomo, cap.* 202. *num.* 3. Vegæ 1. *parte summæ, capit.* 55. *casu* 3. *ad finem, &* 2. *par. dict. capit.* 108. *casu* 5. & Francisco Suarez 5. *tomo, disp.* 31. *sect. quarta numero octauo &* 15. & dicit valde probabile, P. Ledesma *in summa* 2. *part. tract.* 17. *c.* 18. 1. *conclus. vlt. difficultatis*, & videtur tenere Auila *dict. disput. quinta in prin.* & Azor *dict. quæstion.* 5.

10 Sed tex. † in *d. cap. vestra, &* in *d. cap. fin.* generaliter loquitur de clericis, quidquid dicat Suarez *ibi*, & etiam de constituto in minoribus expresse loquuntur Bernard. Diaz, Didacus Perez, Nauar. Maiolus, Gutierrez, D. Anto. Sylueft. Armilla, Candelabrum Aureum *numero* 20. & Toletus *sup.* & videtur sequi Auila *d. dub* 20.

11 Et est declaratio † S. Congregationis Concilij super *c.* 14. *sess.* 25. *de reform.* quæ sic ait: *Clerici concubinarij notorij sunt etiam hodie ipso iure à diuinis suspensi, prout in veteri iure sunt.*

12 Quamuis † Oldradus *cons.* 288. *numero* 1. id intelligat quando est monitus, & in crimine perseuerat.

13 Atque adeo † si celebrant, sunt irregulares. *capit.* 1. *de re iudicata, & cap.* 1. *versi. fin. de sent. excommunicat. in* 6. vt tenent Abbas, Rebuff. Guid. Pap. Villadiego, Didacus Perez, Corras. Gregorius Lopez, Nauar. Maiolus, Azeuedo Anton. Sylueft. Armilla, Candelabrum *num.* 23. Cechus, Auila, Azor, & Ludouicus Lopez supra citati, & Cosmas *in dicta pragmatica, tit. de concubinariis, §. & nihilominus, verb. inhabilis*, Bermondus *de publicis concubinariis. p.* 270. dicens communem, idem Didacus Perez *in l.* 23. *tit.* 3. *lib.* 1. Ordinamenti Matien. *in leg.* 6. *tit.* 8. *lib.* 5. *nouæ recopil. glo.* 2. *num.* 23. Abulen. *in tract. de clericis concubinariis, conclu.* 3. Cosmas Philiarcus *de officio sacerd.* 1. *parte. lib.* 4. *cap.* 15. *ad fin.* Manuel Rodriguez *in sum.* 1. *tomo, cap.* 182. *nu.* 2. & Toletus *cap.* 47. *ver. aduerte quinto.* Qui † sequenti *versic. aduerte sexto*, ait, esse

14 etiam irregulares propter crimen, licet non celebrent, sed sine fundamento, prout etiam Valentia 4. *tomo, disp.* 7. *q.* 18. *puncto* 1. *circ. fin.* qui etiam concubinarium occultum vult esse suspensum ab executione sacri ordinis, & illum exequentem incurrere irregularitatem.

15 Et dicti clerici concubinarij, seu fornicarij notorij non solum sunt suspensi ab officio, sed etiam à beneficio, secundum Abbatem *numero octauo*, & Corasium *supra*, & Bermon. *fol.* 161. qui dicit communem, Gregor. Lopez *verbo, fuo*, Bernard. Diaz *nu.* 2. & ibi Salzedo *litera B.* Azeuedo *d. nu.* 61. Sylueft. *supra nu.* 4. & Toletum *dict. cap.* 47. *versi. aduerte quarto*, qui citat etiam Archidiaconum, & Turrecrematam *in d. c. præter.*

Quæ sententia videtur † probari ex *d. capit. præter*, ibi, *Neq; partem ab Ecclesia suscipiat*, & ibi glossa *verb. ab Ecclesia*, illa enim verba videntur denotare non solum imponi suspensionem ab officio, sed etiam à beneficio in pœnam delicti, Vgolin. *tab.* 4. *c.*

6 *§.* 3. ibi: *Nam in eodem c. præter.*

17 Secundo videtur † probari ex *cap. si quis amodo*,

81. *dist.* Tolet. *sup.* Tertio probatur, vt Corrasius ait, 18
ex eo quod suspensus ab officio propter graue crimen videtur suspensus à beneficio, Abb. *in capit. vestra, n.* 8. Couarruu. *in* 4. 2. *parte, c.* 6. *in princ. num.* 14. Armilla *verb. suspenso, nu.* 11. Valentia 4. *tomo, disp.* 7. *q.* 18. *puncto* 1. Cechus *d. casu* 1. *de suspensione, n.* 14. Ludou. Lopez *d.* 2. *tomo*, 2. *par. c.* 31. *&* 39. Vega *in summa* 2. *par. c.* 10 8 *casu* 3. & in Espeio de curas, *cap.* 12. *n.* 104. *&* 105.

Sed contra prædicta tenent Couar. *in Clem. si furiosus*, 1. *par. §.* 1. *num.* 5. Salzedo ad Bernardum Diaz *d. c.* 89. Ioan. Gutierrez *d. c.* 7. *n.* 85. D. Ioannes Vela *de pœnis delictor. c.* 6. *versi. sed eorum sententiam*, & Vgolinus *de irregularitate, cap.* 43. *§.* 3. cum Innocentio, Ioanne Andrea, Speculat. Cardin. Imola, Archidiacono, & Nauarro *in cap. si quando, de rescript.* quos citat ibi Couar. nempe, clericos concubinarios, seu fornicarios notorios non esse suspensos vera suspensione censura, nec celebrantes effici irregulares, quia id iure non cauetur. Nec obstare † re- 20
gulam textus *in dict. capit. primo*, quod suspensus celebrans efficitur irregularis, quia respondent, eam procedere in suspensione ab homine, vel à iure directe inducta propter delictum in eius pœnam quæ est vere censura, secus in ea, quæ ratione cuiuscam honestatis ab ipso canone fit ob decorem potius, quam in pœnam directam criminis, & ipsius delinquentis, qualis est ista clerici concubinarij, notorij, quæ non est vera censura. Ita Couarruuias *ibi*, quem Salzedo, Ioannes Gutierrez, D. Ioan. Vela, & Vgolinus *sup.* sequuntur.

Vel potest † responderi cum Innocentio, *in cap.* 21
fin. declerico excommunicato. numero. 3. quod notorius fornicator, seu concubinarius non est suspensus principaliter à canone, sed à Deo, & à Canone per approbationem, quod ex eo apparet, quod quam cito pœnitet, licite celebrat, *dict. capit. si qui sunt, & dict. capit. de cohabitat. clericor.* licet per canonem in odium criminis aliquid adiectum sit, quod euitentur ab aliis, & idem videtur etiam velle Vgolinus *sup.*

Et ita † Lamber. *dict. 1. parte. 2. lib. q. 9. art. 26. nu-* 22
mero 21. ait, quod omisso casu sententiæ, per quam suspendatur concubinarius, non dicitur suspensus suspensione censura, † & nullam esse propriam su- 23
spensionem ipso iure latam, dicit probabile Suarez *supra à numero vndecimo* respondens iuribus in contrarium.

Quamuis Ludouicus † Lopez supra dicat, 24
istam suspensionem propriam esse, & non solum ratione honestatis, sed in pœnam, vt insinuare (inquit) videetur *dict. capit. præter*, ibi, *Præcipimus, & omnino contradicimus, vt missas non cantet, &c.* per quæ videtur imponi suspensio directe. Sed eis potest † responderi iuxta dicta, omissa interpre- 25
tatione Suarez *supra numero duodecimo* quod præcipitur, & omnino contradicitur publico concubinario, vt non celebret ratione honestatis, & ad euitandum scandalum, vel, vt dicit Innocētius in approbationem suspensionis, quia suspensus à Deo propter peccatum. Et idem † potest responderi ad *dictum* 26
cap. si qui sunt in princip. omissa explicatione Suarez *ibi numer.* 13. Quod confirmatur, nam etiam de fornicario occulto videtur accipiendus ille textus in principio, cum generaliter & indistincte loquatur.

Et ad *c. sacerdotes*, 50. *distinct.* ibi: *Non possunt sa-* 27
cerdotis habere honorem, &c. respondetur, ista verba

non importare pœnam ipso facto incurrendam, quia intelligi possunt de pœna imponenda per sententiam, Suarez *d. nu.* 13.

28 Magis † obstant illa verba *dicti cap. præter, Neque partem ab Ecclesia suscipiat*, quæ videntur denotare, vt dictum est, non solum imponi suspensionem ab officio, sed etiam à beneficio in pœnam delicti, sed eis infra satisfiet, *nu.* 15.

29 Magis etiam † videtur obstare textus *in dict. cap. fin. de cohabitat. clericorum*, ibi, *Quia quantum ad alios suspensus non est, nisi peccatum huiusmodi sit notorium per sententiam, seu confessionem factam in iure, aut per euidentiam rei, quæ tergiuersatione aliqua celari non possit.* Apparet ergo, concubinarium notorium suspensum esse non tantum quoad se, sed etiam quoad alios, & sic suspensione censura, quæ suspendit quoad alios.

30 Sed potest † responderi, dici suspensum quoad alios, non quia sit suspensus suspensione censura, sed quia alij prohibentur ab eo audire diuina. Quod magis † obstat est dicta declaratio S. Congregationis
31 Concilij, quæ videtur amplecti, & canonizare communem sententiam.

32 Sed dato quod ista suspensio esset vera † censura de iure, potest dici eam iam non esse in vsu, vt dicunt Sotus *in* 4 *dist.* 1. *qu.* 5. *art.* 6. circa secundum argumẽtum diui Thomæ, & *distinct.* 13. *quæst.* 1. *artic.* 9. *circa finem*, B. Medina *in summa, lib. primo capit. vndecimo §. octauo* & cum eo Manuel Rodriguez *in summa secundo tomo, cap. sexagesimo septimo numero primo.* Vega 2. *par. Summæ*, *cap.* 108. *casu quinto* & in Espeio de curas *capit. duodecimo numero* 124. Henriquez *lib. nono capit.* 25. *decimo tertio in gloss. lit. S. & lib.* 13. *capit* 5. *§* 3. *in fine*, & *cap* 31. *§. tertio gloss. lit. P. & cap.* 36. & Valentia *dict. quarto, tomo, disput.* 3. *quæst.* 5 *puncto* 3. & *disput. sexta quæst.* 10. *puncto quinto* qui ait, illam prohibitionem audiendi diuina à concubinariis notoriis esse antiquatam & eneruatam consuetudine contraria, Nunno *tertia parte, quæstio.* 64. *articul. sexto* & nouissime Suarez *dict. sectio quarta numero decimo*, Qui
33 ait, † id etiam videri aperte supponi in Concilio Tridentino *sessio.* 25. *capit. decimoquarto de reformatione*, vbi varias pœnas imponit clericis concubinariis, & nullam mentionem facit de suspensione ab ordine ipso facto incurrenda, vt etiam considerauit Henriquez *dict. capit* 36. dicens, consuetudinem interpretari ob notorium concubinatum non incurri suspensionis cẽsuram ante nouam iudicis monitionem. Et Concilium Tridentinum *dict. capit. decimoquarto, & sessio* 21. *capit.* 6. renouans pœnas iuris solum iubere, iftum puniri per iudicem. Et Auila *de censuris secunda parte. cap.* 6. *disput.* 2. *dub. quinto & tertia parte disputat. quinta dub. secundo* vbi ait. Canones citatos abrogatos esse per contrariam consuetudinem, & sic modo clericos concubinarios non esse ipso iure suspensos, & probari efficaciter ex Tridentino *d. capit.* 14 vbi loquens de clericis concubinariis, ait, quod præmissa monitione sunt suspendendi. Sed & Vgolinus *dict. capit.* 43. *§. tertio* pro sententia Innocentij, & Couar. adducit *dictum capit.* 14. Concilij, dicens, per eum canonem Innocentij opinionem verissimam censere, vt scilicet suspensio illa, suspensio à Deo sit, & non species censuræ Ecclesiasticæ, quoniam sancta synodus *eodem capite decimoquarto* recensens pœnas, quas vult inferri in clericum concubinarium, suspensionem ab ordine etiam proponit: at si antiquo iure concubinarius clericus suspensus esset, frustra & inutiliter mandaretur ibi, vt ab ordine suspenderetur. ex quo vbi suspensus est ab omni officio, & ab ordine pro suspenso haberetur. Sed istæ considerationes eliduntur ex dicta declaratione S. Congregationis. Et præterea respondetur, Concilium ibi non loqui in specie de clericis concubinariis notoriis, sed de quibuscunque clericis concubinariis, proponendo pœnas illis imponendas pro secunda, tertia & quarta vice, & quod pro prima vice puniantur pœnis à sacris canonibus, vel statutis Ecclesiarum impositis, nec tollit pœnas alias ipso iure impositas. Sed quidquid sit de hoc, dicta suspensio non videtur esse in vsu, vt dicunt prædicti authores. Quamuis † Ludouicus Lopez *dict. capit.* 31. dicat 34
dubium esse, an in omnibus prouinciis sit in vsu hæc suspensio, vel non, & ideo standum esse vsui prouinciæ.

Et ad dictam † declarationem S. Congregatio- 35
nis, quæ omnibus supradictis obstare videtur, dici potest, respondere de iure, & non tollere consuetudinem, si qua est.

Præterea etiam secluſa † consuetudine, non te- 36
neremur hodie vitare clericos concubinarios, seu fornicarios notorios per sententiam, aut confessionem in iudicio factam, aut per operis euidentiam, & notorietatem facti (sicut antea tenebamur, ex iuribus adductis, siue esset vera suspensio censura, siue non) nisi per iudicem fuissent publicati, & denunciati. Et *extrauagan. ad euitanda scandala*, relatam per Felin *in cap. Rodulphus, de rescriptis. numero* 39. Nauarr. *in cap.* 1. *§. laboret, numero* 10. *de pœnitentia, distin.* 6. *& in manuali, cap.* 27. *numero* 35. Couar. *in capit. alma mater*, 1. *parte, §.* 2. *num.* 7. Paz *in praxi*, 1. *tomo*, 5. *tempore*, *numero* 72. Ioannes Gutierrez *canonicar. quæstion. libr.* 1. *capit.* 1. *in princip.* Vgolin. *de censuris, tab.* 1. *cap.* 13. §. 7. *numero* 1. D. Anton. 3. *par. tit.* 25. *cap.* 3. Sylueſtrum, *excommunio.* 5. *num.* 7. Sotum *in* 4. *dist.* 22. *q.* 1. *art.* 4. Aragon 2. 2. *q.* 10. *art.* 9. Cosmam Philiar. 1. *par. lib.* 3. *cap.* 11. Toletum *lib.* 1. *capit.* 12. Sairum *de censuris lib.* 2. *cap.* 12. *num.* 6. Suarez 5. *tomo*, *disp.* 9. *sect.* 2. & alios.

Quæ etiam hoc † casu procedit, & est seruanda, 37
Cosmas *in pragmatica sanctione*, *tit. de excommunicatis non vitand. verb. suspensionis*, Nauar. *dict.* §. *laboret. nu.* 10. Couar. *d.* §. 2. *nu.* 10. Espino de testamen. *gl.* 3. *num.* 43 Humada ad Gregorium Lopez *in leg.* 43. *tit.* 6. *partita* 1. *glo. secunda*, Ioannes Gutierrez *dict. cap.* 1. *num.* 45. & *lib.* 2. *c.* 7 *nu.* 85. Azeuedo *in l.* 1. *tit.* 15. *lib.* 8. *recopil. numero* 65. & Cenedo *collectanea* 19. *ad decretum*, D. Anton. *vbi sup.* & 2. *par. tit.* 9. *capit.* 10. §. 1. Maior *in* 4. *dist.* 9. *in fine*. Adria. *in eodem* 4. *de Eucharistia quæst. penult.* M. Ledesma 1. *p.* 4. *quæst.* 5. *art.* 6. *dub. nono* Angel. *verb. missa*. Sylueſter *eod. ver. qua* 3. Graf. *lib.* 4. *capit.* 11. *numero* 9. Cechus *d. casu* 1. *de suspensione*, *num.* 19 2. *casu* Henriq. *lib.* 13. *cap.* 5. §. 3. Ludouic. Lopez 2. *tomo, instruct. consc. capit.* 78 Manuel Rodrig. *in summa*, 1. *tomo, ca.* 82. *sub num.* 6. P. Ledesma 1. *par. sum. de Euchar. cap. vigesimo septimo circa fin.* Vega in Espeio de curas *capit. duodecimo numero* 124. Sairus *dict. capit.* 12. *numero vigesimo* & Suarez 3. *tomo. disp.* 18. *sect.* 1. & *disput.* 88. *sect. vltima, circa fin.* & 5. *tomo disput.* 31. *sect.* 4. *numero* 16. & Nunno 3. & Auila *d. dub.* 5 Azor *d. q.* 5. Cabrera 3. *par. D. Thomæ q* 64. *art.* 6. *disp.* 2. *num.* 7. & 8.

Quod procedit † non solum in concubinariis no- 38
toriis, per sententiam, aut confessionem in iudicio facta, sed etiam in notoriis notorietate facti, ita vt nulla tergiuersatione possit celari.

Quamuis

39 Quamuis in hoc † contrarium teneat Cosmas *in Pragmatica supra* ex exceptione de notorio excommunicato, posita *in dict. extrauag.* iuxta literam Concilij Basilienſis acceptata in dicta pragmatica ſanctione, & renouata in Concilio Lateranenſ. ſub Leone X. *ſeſſ. vndecima & in concordatis* inter eum, & Franciſcum primum Galliæ Regem, vt per Nauar. *dicto cap.* 27. *numero* 35. Vgolinum, Philiarcum, & alios ſupra, quæ ita ſe habet, *Aut ſi aliquē ita notorie in excommunicationis ſententiā conſtiterit incidiſſe, quod nulla poſſit tergiuerſatione celari, aut aliquo iuris ſuf-*
40 *fragio excuſari.* Quam exceptionem † de notorio excommunicato habere etiam locum, & extendi paritate rationis ad ſuſpenſos, & interdictos ita notorios, vt nulla poſſit tergiuerſatione celari, tenet Cosmas *ſupra dict. verb. ſuſpenſionis, & verb. excommunicationis*, Nauarr. *in dicto §. laboret, à numero* 10. Ioann. Gutierrez *dicto cap.* 1 *numero* 43. *&* 45. & Vgolinus *ſupra, numero* 9. & in propoſito, licet confuſe Didacus Perez ad Villadiego *de irregularitate, cap.* 3. *numero* 15.

41 Sed reſpondetur † primo, dictam extrauagantem non eſſe vſu receptam cum dicta exceptione de notorio excommunicato, iuxta literam Concilij Baſilien. ſed cum ſola exceptione de notorio clerici percuſſore, iuxta literam Concilij Conſtantienſis, quæ ſic ait: *Saluo, ſi quem pro ſacrilega manuum iniectione in clericum ſententiam latam à iure adeo notorie conſtiterit incurriſſe, &c.* Ita Nauarr. *d. cap.* 7. *numero* 35. *& conſ.* 1. *de conſtitutio. q.* 24. & poſt alios Ioann. Gutierrez *d. c.* 1. *numero* 7. *&* 14. Cerola *in praxi Epiſcopali,* 1. *par. verb. excomm. cauſa formalis,* 3. *dubio, &* 2. *part. verb. excommunicatio, §.* 9. Soto *in* 4. *diſt.* 22. *qu.* 1. *art.* 4. Magiſter Ledeſma *ſecunda part.* 4. *quæſt.* 25. *artic.* 1. Aragon *ſupra*, Angles *de excommunicatione, articulo* 2. 3. *difficultate*, Candelabrum aureum *de excommunic. ex numero* 70. Graff. *libro* 4. *cap.* 11. *ex numero* 1. *ad* 5. Valentia 3. *tomo diſput.* 1. *quæſt.* 12. *puncto* 2. 4. *aſſertione, &* 4. *tomo, diſput.* 7. *quæſt.* 17. *puncto* 2. Henriquez *dicto libro* 13. *capite* 5. *§.* 3. Ludouicus Lopez 2. *tomo* 2. *part. cap. decimoquinto & decimoſexto*, Vega *in ſumma,* 1. *parte, cap.* 85. *casu* 78. & in Eſpeio de curas, *d. c.* 12. *n.* 90. P. Ledeſma 1. *parte ſummæ de excommun. cap.* 63. *concluſione*, Toletus *d. cap.* 12. Sairus *dicto libro ſecundo, c. p.* 12. *numero* 9. & Suarez 5. *tomo dicta diſputa.* 9. *ſect.* 2. *num.* 5. Auila *de cenſuris,* 2. *par. cap.* 6. *diſput.* 2. *dub.* 2.

42 Quamuis Vgolinus † ſupra *numero* 7. dicat, hunc vſum non probari. Sed re vera ita videtur, nam omiſſo, quod in terris hæreticorum fideles communicant abſque ſcrupulo cum hæreticis notoriis excommunicatis, quod propter multitudinem illorum & neceſſitatem communicandi, & negotiandi poterat excuſari, vt ait Nauarr. *dicto numero* 35. *& dicta q.* 24. Manuel Rodriguez *d.* 1. *tomo, cap.* 82. *numero* 6. & Valentia *d.* 3. *tomo, diſput.* 1. *q.* 10. *puncto* 5. nunquam videmus alios excommunicatos quantumuis notorios ante declarationē & publicationem euitari.

Secundo reſpondeo, quod etiam † retenta lite-
43 ra Concilij Baſilien. verius eſt exceptionem de notorio excommunicato non habere locum in ſuſpenſis, & interdictis notoriis, nam ſi dicta conſtitutio id voluiſſet, vtique expreſſiſſet, & non faceret mentionem ſolum de excommunicatis, ſed etiam de ſuſpenſis, & interdictis, vt fecit in verſic. per hoc tamen, & exceptio firmat regulam in caſibus non exceptis, nec à verbis recedendum eſt ſine manifeſta ratione, *capite ex literis,* 1. *de ſponſalibus l. non aliter, ff. de legat.* 3.

Et præterea non poteſt † dici, eſſe eandem ratio- 44
nem, nam magis exoſi ſunt excommunicati, quam ſuſpenſi, & interdicti, vt patet, & ſic ſolum excepit notorios excommunicatos tanquam magis odioſos, quia nulla eſt maior pœna in Eccleſia excommunicatione, *c. corripiantur*, 24. *q.* 3. *c. per venerabilem, qui filij ſint legitimi, gl. verb. tantam, in c. ſacro, de ſententia excom.* quam ſententiam valde probabilem ait Suarez *vbi ſup. n.* 14.

Vnde hodie ſolum † tenemur euitare excommu- 45
nicatos in duobus caſibus, ſcilicet, quando eſt notorius clerici percuſſor, aut publice denunciatus ſpecialiter, & expreſſe, Quod non ſolum † procedit in 46
excommunicato generaliter à iure, vel ab homine, ſed etiam in excommunicato ab homine, ſpecialiter & nominatim: nam etiam iſte non eſt euitandus, niſi ſit publicatus, & denunciatus in Eccleſia, ſeu loco publico. Quamuis † enim dicta extrauagans ſolum vi- 47
deatur loqui de excommunicato generaliter à iure, vel ab homine, tamen cum in illo non contineatur, quod ſit à iudice ſpecialiter declaratus, incidiſſe in talem excommunicationem generalem, ſed vlterius requirat publicationem, & denuntiationem, manifeſtum apparet etiam in excommunicato nominatim requiri denuntiationem, ex *dicto cap. extrauag.* nam idem eſt eſſe quem ſpecialiter & nominatim excommunicatum, & eſſe ſpecialiter & nominatim declaratum, incidiſſe in aliquam excommunicationem generalem iuris, vel hominis. Et hanc † ſententiam 48
tenent Cosmas *ſupra verb. generaliter.* Nauar. *in dicto §. laboret, à numero* 22. *& d. cap.* 27. *numero* 35. Couarr. *in cap. alma mater, prima parte, §.* 2. *numero* 7. Paz *in praxi,* 1. *tomo,* 5. *tempore, numero* 76. Eſpino *de teſtam. gloſſ. rubr.* 11. *par. numero* 65. Ioannes Gutierrez *d. cap.* 1. *numero* 29. Cerola *dicta* 1. *part. verb. excommunic. cauſa formalis.* 3. *&* 4. *dub. &* 2. *parte, verb. excommunicatio, §.* 9. Frechilla *de excommunicatione,* 2. *part. art.* 6. *numero* 1. *&* 2. *&* 3. *par. artic. vnic. numero* 7. & Collantes *in pragmatica agricolarum, libro* 2. *cap.* 14. *numero* 1. Armilla *verb. excommunicatio, numero* 6. Caietanus *in ſumma, verb. abſolutionis impedimenta, & verb. excommunicatio, ad finem*, Palatio *in* 4. *diſtinct.* 18. *diſputat.* 1. *p.* Medina *in ſumma, libro* 11. *cap.* 11. *§.* 6. Catecheſis Neapolitana *libro* 5. *cap.* 14. *directorium curatorum, cap.* 10. *§.* 3. Polanco *in directorio confeſſarij, pag.* 131. Candelabrum aureum *de excommunic. numero* 75 Graff. *d. libro* 4. *cap.* 11. *numero* 1. *&* 2. Ludouicus Lopez *inſtructo. conſc.* 1. *tomo, cap.* 26. 38. *&* 58. *&* 2. *tomo* 2. *par. cap.* 15. *&* 16. Henriquez *dicto libro* 13. *cap.* 5. *§.* 1. Manuel Rodriguez *dicto cap.* 82. *numero* 7. Vega *in ſum.* 1. *parte, cap.* 6. *casu* 46. *& cap.* 85. *casu* 78. & in Eſpeio de curas *cap.* 12. *numero* 90. P. Ledeſma *d. cap.* 6. *de excommunicatione,* 3. *concluſione*, Sairus *dict. libro* 2. *cap.* 12. *numero* 16. & Suarez *d.* 5. *tomo, diſputat. ſectione* 2. *numero* 8. Cabrera *numero* 4. Auila *ſupra dub.* 3. qui dicunt ita communi vſu, & conſuetudine, quæ eſt optima legum interpres, receptum eſſe, non tamen recte expendunt dictam extrauagantem, nec eam inducunt, vt ſup.

Quamuis † Felin. *in dicto cap. Rodulphus. numero* 49
39. *verſic. primum colligo*, contrariam ſententiam teneat, ex illo verbo, generaliter, de quo *in d. extrauag.* & Adrianus *in* 4. *de Euchariſtia, cap. viſo, de impedimentis, verſi. quantū ad* 3. *& de confeſſione dub.* 9. Ioannes Medina *de confeſſione. quæſt.* 22. P. de Soto *de confeſſione, lectione* 6. *& de excommun. lectione vltima*, quam de iure ſcripto, veriorem cenſet Vgolinus *ſu-*

pr. numero 8. & videntur tenere Sotus, & Valentia *supra*, Victoria *in summa, de excommun. numero* 239. alias 10. Philiarc. *dicto cap.* 11. & 13. Summa corona *c. par. cap.* 10. *de censuris, seu excommunic. numero* 87.

50 & alij Theologi. † Et quamuis Toletus *dicto capite duodecimo* dicat denuntiari dici quando declaratur à iudice, eum contraxisse excommunicationem. Quod conuincitur ex illis verbis extrauagantis, Publicata, vel denunciata. Ex quibus apparet, requiri publicam denunciationem ad istum effectum euitandi.

51 In hoc tamen † Episcopatu Abulensi videtur receptum, parochos, quibus intimata est excommunicatio, seu declaratoria contra aliquem, eum euitare in diuinis, etiam ante publicationem, & denunciationem, quam multi parochi non faciunt.

52 Rursus † contra illam sententiam Abbatis, Corras. & aliorum, de qua supra *nu.* 15. quod clerici concubinarij, seu fornicarij notorij sunt suspensi à beneficio, tenent Hostiensis & Butrius *in cap. sicut, de cohab. cler.* & etiam vsus, & consuetudo est in contrarium.

53 Et supposito, quod non † sint à iure suspensi ab officio suspensione censura, consequenter dicendum videtur, nec etiam à beneficio esse suspensos. Nam dicere, quod *in d. cap. præter*, ponitur directe in pœnam delicti suspensio à beneficio, non vero ab officio, non videtur recte dictum, nam eodem modo, & eodem tenore, & sub eadem clausula loquitur de vtroque.

54 Imo etiam supposita † communi sententia, quod sunt ab officio suspensi suspensione censura, verius existimo, non esse à beneficio suspensos, quia non est augenda pœna sine necessitate.

55 Nec obstat † textus *in d. c. præter*, ibi. *Neque partem ab Ecclesia suscipiat*, qui fortiter vrget. Nam respondetur, quod illa verba intelliguntur de parte quæ datur interessentibus diuinis officiis, sicut sunt distributiones quotidianæ, & præbendæ Ecclesiarum habentium collegium, seu conuentum, quę residendo, & diuinis interessendo solent lucrifieri, *cap. olim tibi, de verb. signif.* nam cum isti concubinarij non possint diuinis interesse, consequenter non deberent lucrari dictam partem. Et quod ita intelligenda sint illa verba, videtur colligi ex verbis præcedentibus, ibi: *Neque in presbyterio ad diuina officia cum his, qui præfatæ constitutioni obedientes fuerint, maneat.* Et statim sequitur: *Neque partem ab Ecclesia suscipiat*, quasi dicat: *Et cum non possit cum aliis interesse diuinis partem ab Ecclesia non suscipiat, &c.* Et ex sequen. verbis *in versi. præcipientes.*

56 Nec obstat secundum † fundamentum dictæ sententiæ, ex *cap. si quis amodo*, 81. *distin.* nam vltra quod potest eodem modo intelligi, respondetur, quod loquitur ille textus de suspensione, seu priuatione ferenda per sententiam, nec agit de notorio concubinario.

57 Non obstat tertium † fundamentum: nam esto vera esset illa sententia, quod suspensi ab officio sunt suspensi à beneficio, tamen supposito, quod clerici concubinarij notorij non sunt ab officio suspensi vera suspensione censura, non potest dici, quod sint à beneficio suspensi.

58 Item absolute verius † existimo, suspensum ab officio, siue à iure, siue ab homine non esse suspensum à beneficio, quoad ea, quæ competunt non interessentibus diuinis, nisi aliud constet ex mente dispo-

nentis, vt docent Bonifacius *in Clem. si quali de pœnis numero* 48. Nauarrus *in manuali, cap.* 27. *numero* 160. & *consi.* 41. *numero* 2. *de homicid.* Didacus Perez *in l.* 1. *ti.* 1. *lib.* 5. *ordinamenti, versi. oppositum*, & Vgolinus rectè probans, *tab.* 4. *de suspensione, cap.* 6. §. 3. Perez de Lara *de anniuers. & capel. libro* 21. *cap.* 8. *numero* 13. Candelabrum aureum *de suspensione, numero* 156. Ludouicus Lopez 1. *tomo instructorij, cap.* 247. Henriquez *in summa libro* 13. *cap.* 32. §. 3. Toletus *libro* 1. *cap.* 43. 5. *regula, & cap.* 45. *sub* 4. *effectu*, Sairus *lib.* 4. *cap.* 5. *nu.* 16. Suarez dicens communem, & certam sententiam, *dict.* 5. *tomo, disp.* 26. *sect.* 3. & late Thomas Sanchez *de matrimonio, lib.* 3 *disp.* 51. qui rectè ait, † suspensum ab officio si interfit diuinis, quamuis peccet, lucrari distributiones, cum Petro de Nauarra *de restitutione libro secundo, cap.* 2. *numero* 243. & dixi *cap. præcedenti, numero* 92. & 92. & Auila 3 *parte*, *disputat.* 2. *dubio* 16. *concluſione*, qui ait, posse interesse diuinis, & canere in choro, sicut laicum, vt infra 11. *cap. vlt. à numero* 50. 59

Cum ergo clerici † concubinarij notorij non sint suspensi à beneficio, nec etiam ab officio suspensione censura, saltim ex consuetudine valebit collatio beneficij eis facta, iuxta tradita *supra cap.* 8. *à nu.* 37. 60

Quamuis clericis † concubinariis etiam non notoriis, non debeant beneficia conferri ex defectu morum, vt *ibi in princip.* Nec etiam † debent huiusmodi clerici præsētari ad beneficia, & si præsentarētur, & opponeretur de concubinatu, seu fornicatione, præsentatio non procederet, nisi essent emendati, vt per Lambert. *d. 1 par. 2. lib. 9. art. 20. numer. 21. & 22.* 61 62

Et de pœnis † concubinariorum, & an sint priuandi beneficiis, vide infra 11. *p. cap. vlt. dub.* 6. 63

CAP. XVI.

De beneficiis certis personis, seu certo generi personarum debitis.

SVMMARIA.

Cum sint aliqua beneficia, quæ ex fundatione, vel alias sunt debita certis personis, seu certo generi personarum, illis, & non aliis sunt conferenda, vnde eorum collatio dicitur necessaria, n. 1. *vt cum debent conferri filiis patrimonialibus, vel clericis eiusdem Ecclesiæ, vel cum ad capellaniam vocantur consanguinei fundatoris*, n. 2.

Istam conditionem recte potest fundator apponere, num. 3. *& est omnino seruanda in prouisione beneficij*, nu. 4. & 5. *vbi ponitur decisio Rotæ. Et aliter facta præsentatio, seu prouisio de non habente prædictam qualitatem parentelæ, seu consanguinitatis est inualida*, nu. 6.

Id accipiendum est contradicente, & opponente se aliquo consanguineo, & sibi fieri prouisionem petente, alias enim præsentatio, seu prouisio alteri facta sustineretur, nisi aliter dicatur ex defectu potestatis, quia potestas conferendi erat concessa cum limitatione, numero 7. & 8. *vbi ponitur decisio Rotæ.*

Permutatio etiam de tali beneficio facta cum alio non habente prædictam qualitatem parentelæ, seu consanguinitatis, non valeret, seu potius annullaretur, contra-

contradicente, & opponente se aliquo consanguineo, num. 9.

Quod dicitur, valere collationem factam non habenti qualitatem requisitam, si aliquis qualificatus non petit collationem sibi fieri, non est verum in beneficiis, quæ sunt conferenda personis qualificatis non ob respectum, & fauorem personarum, sed Ecclesia, & beneficij, vt graduatis in communi, vel habentibus talem ætatem, seu ordinem, num. 10.

Quamuis sustineatur prouisio facta non habenti qualitatem consanguinitatis, seu aliam similem requisitam ob respectum, & fauorem personarum, si aliquis consanguineus, seu qualificatus non petit sibi fieri prouisionem, & prosequitur: tamen si is petit à patrono, quod eum præsentet, & patronus non vult, tenetur illi ad restitutionem damni, seu interesse, quamuis ille non velit litigare, seu prosequi litem, &c. Sicut conferens alteri, quam cui beneficium patrimoniale, tenetur ad restitutionem, numero 11.

Quando beneficium debet conferri certæ personæ, seu certo generi personarum, intelligitur data habilitate talis personæ, & si illa idonea sit, non alias. Et qualibet dispositio quantumuis generalis, recipit interpretationem de habilitate, nu. 12. *& sic inhabilis non potest optare, ex Rota* n. 13. & n. 14. *ponitur alia resolutio Rotæ ad id: sed id de optione intelligendum est quando mutatur titulus beneficij, secus vbi non mutatur, sed optio fit tantum quoad præbendam temporalem*, num. 15.

Quando vocantur consanguinei fundatoris ad beneficium seu capellaniam, an satis sit præsentare quemlibet consanguineum, an debeat præsentari proximior, à numero 16. & seqq. *resolvitur, quod debet præsentari proximior. Et respondetur* l. vnum ex familia, §. si de falcidia. *An attendatur proximitas respectu fundatoris, an respectu vltimi capellani*, à numero 19. *resolvitur respectu fundatoris*, numero 20.

An in æquali gradu sit præferendus consanguineus ex linea masculina, seu ex parte mariti, à n. 21. *resolvitur, quod non*, n. 22.

Quomodo sit facienda computatio graduum, an secundū canones, an secundum leges, à n. 23. *resolvitur secundum leges*, n. 24. & seqq.

Quomodo sit probanda consanguinitas, seu parentela fundatoris in proposito, à numero 28. *Resolvitur probari per indicia & coniecturas, seu communem reputationem, & famam: nec requiri probationem per gradus distinctos, nisi agatur de probanda consanguinitate restricta ad certum gradum, seu intra certum gradum, aut detur concursus alterius, & adducuntur resolutiones, & decisio Rotæ* numero 29. & seqq.

Descendentia antiqua probatur per enuntiatiuam plurium instrumentorum diuersorum notariorum, quia æquipollet famæ, quæ sufficit ad probationem huiusmodi descendentiæ, num. 32. *& descendentia probatur per fidem libri baptismi, addito aliquo adminiculo, ex Rota* n. 33. *Non vero sufficit ad probationem descendentiæ etiam antiquæ vna enunciatiua, sed ad minus requruntur duæ de antiquo emanatæ à diuersis personis non suspectis*, num. 34. *vbi ponitur decisio Rotæ.*

Parentela antiqua probatur per testes de auditu: & in antiquis testes de auditu probant plene, numero 35.

An quando vocantur ad capellaniam consanguinei fundatoris, seu qui sunt de eius parentela, genere, seu familia, censeantur etiam vocati spurij, seu illegitimi, & descendentes ex illis, & videtur, quod non, nam non dicuntur, nec sunt de familia, agnatione, domo, seu casata, n. 36. *neque etiam de parentela patris*, nu. 37. *nec cum illis est cognatio, consanguinitas, aut coniunctio ex parte patris*, num. 38. *& ideo appellatione coniunctorum non veniunt*, num. 39. *Sed distinguitur, an sint apposita verba iuris, seu ciuiliter significantia, & tunc illi veniant, & comprehendantur*, à num. 40. & seqq. *Et cum vocatur consanguineus proximior, præferuntur remotiori legitimo*, n. 47. *& idem in legatario*, n. 48.

Naturales attenta consuetudine, seu lege particulari, qua gaudent nobilitate parentum, vt in Hispania sunt de familia, domo, seu casata paterna, genere, & & agnatione: & sic naturales, & descendentes ex eis veniunt vocatione eorum, qui sunt de familia, domo, &c. nisi subiecta materia aliud importet, vt successio maioratus, seu iurispatronatus, numero 49. 50. & 51.

Illegitimi etiam spurij ex parte matris sunt de eius parētela, genere, & cognatione, & sic censentur vocati ad capellaniam, n. 52.

Circa materiam huius c. remissiue, n. 53.

Refertur quod tradit Gonçalez in prædicta quæstione, & quædam decisio Rotæ, n. 54.

DEnique cum sint aliqua beneficia, † quæ ex fundatione, institutione, statuto, consuetudine, vel priuilegio sunt debita certis personis, seu certo generi personarum, illis, & non aliis sunt conferenda huiusmodi beneficia, vt notum est, vnde eorum collatio dicitur necessaria, vt supra dictum est *§. par. c. 7. nu. 73.* Vt cum † verbi gratia beneficia debent conferri filiis patrimonialibus, seu naturalibus loci, vel præbendæ alicuius Ecclesiæ, debent conferri portionariis, seu clericis eiusdem Ecclesiæ, vel cum ad capellaniam vocantur consanguinei fundatoris. Quam † conditionem recte potest testator seu fundator apponere, ad *l. in traditionibus, ff. de pactis*, Felinus *in tract. quando literæ Apostolicæ, sub numero 1. vers. corroborari potest*, Rochus *de iure patron. verb. honorificum, quæst. 18. ad fin.* Lamber. *3. p. 2. lin. quæst. 5. artic. 4. numero 8. & 11.* Couarruu. *in reg. peccatum, in 6. 2. p. §. 7. numero 5.* Didacus Perez *in l. 1. tit. 6. lib. 1. ordin. versic. ex quibus infero*, Ioann. Gutierrez *consi. 2. numero 3.* & *Cano. quæst. libro 2. cap. 11. numero 37.* Hoieda *de incompatib. benefic. cap. 23. numero 132. & cap. 24. numero 107.* Azeuedo *l. 14. tit. 3. lib. 1. numero 13.* Cenedo *collect. 89. ad decretales*, & nouissime post hæc Perez de Lara *de anniuers. & capel. libr. 2. cap. 2. à numero 1.* & Azor *instit. moralium 2. p. lib. 6. cap. 4. q. 25.* Et sic huiusmodi † conditio & forma in fundatione apposita est omnino seruanda in prouisione beneficij secundum ipsos. Et fuit resolutum in vna Cæsarauguſtana capellaniæ, 16. Mart. 1587. coram illustrissimo Seraphino, vt *in decis. seq.* Fuit resolutum, † *sententias de partibus esse reuocandas, cum adiudicent capellaniam Bartholomæo contra formam contentam in fundatione iurispatronatus, in qua fundator voluit, quod præsentaretur vnus ex consanguineis descendentibus ex cognatione sua.* cap. decernimus, 16. quæst. 6. cap. illud, in fin. *& ibi Abbas, & alij* de iure patronat. *Mohed.* decision. 268. *Put.* 11. & 12. de iure patron. *& conditiones in fundatione appositæ sunt seruandæ, Socin.* consi. 30. numero 4. libro tertio, *Rochus* de iure patron. verb. pro eo, quæst. 12. *Lamber.* libro primo, 1. part. quæst. 9. in fin.

1 2 3 4 5

num.109.& lib.2.3.part.q.5.artic.5.in fin. *Non obstat, quod Bernardus obtineret aliud beneficium, quia iam fuit resolutum per Illustrissimos Cardinales Congregationis Concilij non facere incompatibilitatem respectu adoptionis, sed respectu tantum retentionis, & ita fuit in aliis causis in Rota receptum, vltra quod hæc incompatibilitas videtur tolli ex forma fundationum. Non obstat, quod non beneficiatus præferendus sit beneficiato, quia hoc procedit in electione, seu admissione, quæ fit ad beneficia, in quibus nulla adest certa forma & conditio in fundatione apposita, secus vero in beneficiis iurispatronatus, in quibus forma illa ante omnia est attendenda, alioqui is, qui non habet qualitates requisitas in fundatione, & qui non est præsentatus, nec etiam præsentari potuit, præferretur iis, quos fundator prius admitti voluit, quod est absurdissimum, quare apparet manifeste, sententias fuisse iniustas, & ideo reuocandas.*

6 Et aliter facta † præsentatio, seu prouisio de non habente prædictam qualitatem parentelæ, seu consanguinitatis est inualida, vt cum Cardin. *consil. quadragesimo octauo* tradit Didacus Perez *supra, versic. quod adeo procedit*, & cum eo Ioan. Gut. *d. consil. 2. numero 3.* Azeuedo & Cenedo *supra* & Aimon *consil. 83. n. 5.*

7 Quod tamen † procedit, & accipiendum est contradicente, & opponente se aliquo consanguin. eo, & sibi fieri prouisionem petente, alias enim præsentatio, seu prouisio alteri facta sustineretur, sicut prouisio facta spreto patrono, de quo *supra quinta parte, capite vltimo, numero 232.* vt in vna Tarraconen. sacristiæ, 19. Martij, 1601. coram Domino Iusto, quamuis in specie de qua ibi, aliter dicatur, ex defectu potestatis conferendi, quia potestas conferendi erat concessa cum limitatione, vt in quæstio. Probi ad Mona. *in cap. cum illis, de præben. in 6. à numero 50.* &

8 *cons. Pauli 365. parte prima.* Quæ † decisio sic ait: *Præsupposita concordia inter Archiepiscopum Tarraconen. & Capitulum eiusdem Ecclesiæ, & circumscripta quasi possessione Archiepiscopi conferendi sacristiam, de qua agitur, alio, quam canonicis, dubitatum fuit, an collatio facta per Archiepiscopum Antonio Teres sit nulla, ex eo quod non sit facta canonico, & dominis visum fuit, esse nullam. Dicebant enim, ex præsuppositis inferri, Archiepiscopum habuisse potestatem conferendi à concordia, & vigore illius contulisse sacristiam sine Capitulo, cuius collatio de iure spectat communiter ad vtrumque, vel coniunctim, vel separatim. secundum* decisionem *Cassadori 22.* de præben. *Achillis 4. eodem titulo, & Put.* decisio. quinquagesimam secundã etiam eod. titulo. *Et vlterius, quod huiusmodi potestas secundum concordiam est qualificata, vt collatio sit facienda canonico, quam Archiepiscopus alterare non potest, conferendo non canonico, & ideo collationem factam Antonio remanere sine fundamento, & non posse subsistere, Federic.* consilio 69. sub numero secundo, versi. item cum in Ecclesia S. Laurentij, *Puteus* decis. 338. libro 1. *Thomas de Thanis* decis. 59. *& est glossa communiter recepta* in clem. 1. in verb. in huiusmodi, de iure patron. *Abbas* disput. 5. *incipit*, Augerio, sub numero 6. versic. Secundo probatur, *Felin.* in c. ex parte, sub nu. 1. column. 4. versic. Secundo limita, de constitutio. *Henriquez* in cap. dilectus, num. 5. de concess. præb. *quæ procedunt etiamsi in concordiæ partes vlterius non progrediantur ad annullandum actum, vt per Puteum, & alios allegatos. Et tanto magis, quia circumscripta concordia ex alia parte collatio huiusmodi erat inualida stante alternatiua acceptata ab Archiepiscopo, secundum decisionem factam in hac eadem causa coram me, nono Iunij, anni præteriti. Quibus ita constitutis, his, quæ opponebantur particulariter responsum fuit primo non obstare, quod quando electio, vel collatio est facienda de certo genere personarum si alteri fiat, qui non sit sub illo genere, valeat collatio,* glossa fin. circa med. in cap. ne pro defectu, de electione, *quam opinionem contra Hostiensem sequitur ibi Cardinalis*, versi. is vero, in 2. oppositione, *Anton.* numero 23. cum allegatis *per informantes pro Antonio, qui deducunt hanc opinionem esse communiter approbatam, siquidem id verum est ea ratione, quia ibi electio spectabat ad Capitulum, quare sicut Capitulum poterat eligere alium, quàm de gremio, & valuisset electio,* capite cum inter canonicos, capite cum nobis, *& ibi glossa*, de electio. *non mirum, si tunc potuit valere collatio per collatorem facta, ad quem fuerat deuoluta. Quinimo eadem conclusio nullo modo procedit quando à collatione appellatur*, Ægid. ibi, nu. decimoquinto, *Puteus* decisio. 100. numero quarto libro 3. *& in hoc casu non est dubium, tres canonicos de nullitate collationis dixisse, vti non canonico facta vigore concordiæ, & appellasse à censuris, & pœnis fulminatis contra Capitulum pro traditione possessionis, qui tres possunt prosequi litem etiam cedentibus aliis, vt fuit resolutum coram Ioanne Cardin. Aldobrandino in vna Calagurritana medietatis frudtuum, 14. April. 1567. & coram Cardin. Plato in Virdunen. electionis Episcopi, 17. Maij, 1589. & coram me in Siracusana creationis canonicatus, decimosexto Februarij proxime præteriti, præterquam, quod præsupposito defectu potestatis conferendi iure primæuo ordinario, sed tantum vigore concordiæ nihil prohibet, quod non possit Capitulum quocunque iuris remedio prosequi grauamen sibi illatum,* capite concertationis, *vbi Dd.* de appellatio. in 6. *præsertim stante protestatione Capituli, quæ reseruat ius, Paris.* cum allegatis consilio 87. numero duodecimo libro 1. *Secundo non obstat, quod quando collatio facienda est certo generi personarum, vtputa graduatis nominatis canonicis, vel alio modo qualificatis, id intelligatur ipsis volentibus, & aliquo qualificato petente sibi fieri collationem, & prosequente, cum ordinarius collator non teneatur requirere qualificatos an velint sibi fieri collationem,* Rebuffus super concordatis, titul. de collatio, §. si quis vero, verb. ipso iure nullæ, & in §. vlt. verb. prosequentibus, *plenius* in tract. nominationum, quæstio. decimaseptima, numero 34. & seq. *alias secundum paruam impressionem*, numero 14. cum seqq. *vbi multa opponit in contrarium, sed* numero 37. cum seqq. *aliàs* numero 14. versi. contrarium tenetur, *resoluit pro hac parte, & q. 18.* numero 7. & 10. *& loquitur in fortioribus terminis, vbi adest decretum expressum, quod collatio aliter facta sit nulla. Additur simile iurispatronatus, de quo per Rebuffum* dict. §. fin. *nam valet collatio etiam spreto patrono, si infra sex menses patronus non præsentauerit, Felin. qui Abbatem & alios allegat* in cap. cum ex officio, sub numero 36. versi. ad idem, & sub numero 37. versi. nec per hoc recedo, de præscript. *vbi dicitur, quod collatio huiusmodi à principio est valida, & quod irritatur patrono præsentante infra sex menses, alias perpetuo remanet valida, in casu autem nostro, nullus canonicus se opposuit, nec hodie se opponit pro collatione sibi facienda, siquidem responderetur, ista procedere in conferente proprio iure sibi suffragante, non vigore constitutionis alicuius, vel concordiæ, vt in casu nostro, vbi concordia non limitat ius prius competens Archiepiscopo, sed concedit,*

cedit, vel dimittit potestatem, vt solus conferat, cum limitatione tamen, & qualificatione conferendi canonicis quod percutit radicem & fundamentum potestatis, & hoc videtur considerasse Rebuff. ind. q. 17. n. 40. *vbi dicit, tenere collationem sublato impedimento quoad ordinarium. Et procedit doctrina glossæ* in clemen. 1. ver. inhibentes, post medium, de iure patron. *vbi Zauarola* num. 5 *Imola* num. 7. & 8. *Vitali* nu. 48. & 50. *vbi dicitur, quod cum diœcesanus non recipiat potestatẽ confirmandi ab illa constitutione, sed constitutio habenti iurisdictionem det certum modum, valet confirmatio facta contra inhibitionem, secus si constitutio tribueret potestatem. Et hæc distinctio placuit dominis in casu nostro, quæ non tollitur ea consideratione, quod concordia nihil aliud disponat, quam quod est statutum de iure,* cap. cum singula, §. prohibemus, de præbend. in 6. *nam ture communi poterat fieri collatio canonicis aliunde translatis. Domin.* in d. §. prohibemus, num. 1. *quod interdicitur in concordia, quæ disponit, quod sacristia conferatur canonicis, post annũ probationis in dicta Ecclesia professis. Neque prædicta possunt hodie dici mutata, postquam Ecclesia regularis redacta ad sæcularitatem, cum ista sint compatibilia, Puteus* decis. 215. li. 2. *notant Dd. in* c. Abbate, de verb. signif. *vbi Butrius* nu. 22. *Abbas* n. 16. *Oldrad.* cons. 227. n. 3. *Rebuff.* super concord. in tit. de Regia nominatione ad prælaturas facien. §. fin. cum aliis allegatis. *Ex quibus cum nullitas collationis videatur resultare ex defectu potestatis collatoris, quam habet à concordia, conclusum fuit, vt supra collationem non posse subsistere. Refert & sequitur Gonçalez ad regulam mensium,* gl. 56 n. 88. & seq.

Vnde etiam permutatio de tali beneficio facta cum alio non habente prædictam qualitatem parentelæ, seu consanguinitatis, non valeret, seu potius annullaretur contradicente, & opponente se aliquo consanguineo ante illius effectuationem, & collationem factam, & petente sibi conferri, seu cum primum sciuit permutationem factam. Faciunt quæ de permutione facta sine consensu patroni dicuntur infra 11. *par. capit.* 3. *à numero decimonono* & de permutatione beneficiorum vnitorum *eadem parte cap.* 4. *à num.* 27.

10 Animaduertendum tamen † est id quod dicitur, quod quando collatio est facienda certo generi personarum, valet collatio facta non habenti qualitatem requisitam, si aliquis qualificatus non petit collationẽ sibi fieri, nõ esse verum in beneficiis, quæ sunt conferenda personis qualitatis, non ob respectum, & fauorẽ personarũ, sed Ecclesiæ, & beneficij, vt melius & magis idoneis personis prouideatur vt graduatis verbi gratia in communi, non talis Vniuersitatis, vel Ecclesiæ, aut habentibus talem ætatem, seu talem ordinẽ, vt scholastria, & pœnitentiaria, quę sunt conerendæ Licentiatis, seu Doctoribus, tunc enim non valeret collatio aliter facta, etiamsi nullus qualificatus peteret sibi fieri, quilibetque etiam non qualificatus posset petere declarari collationem nullam.

11 Secundo animaduertendum est, † quod quamuis sustineatur prouisio facta non habenti qualitatem consanguinitatis, seu aliam similem requisitam ob respectum, & fauorem personarum, si aliquis consanguineus, seu qualificatus non petit sibi fieri prouisionem, & prosequitur, tamen si consanguineus, vel alias habens ius petit à patrono, quod eum præsentet, & patronus non vult, videtur, quod teneatur illi ad restitutionem damni, seu interesse, ex quo eum prete: mittit contra iustitiam, quamuis ille non velit litigare, seu prosequi litem, quia est inimicus litium, ex Magistro Ledesma 2. *parte quarti, quæst.* 18. *artic.* 2. *fol.* 256. vbi ait, quod conferens alteri, quam ciui beneficium patrimoniale tenetur ad restitutionem ciuibus, seu filiis patrimonialibus talis loci, & vni, si solus esset vnus ciuis, seu filius patrimonialis, quem sequitur Ioan. Gutierrez *d. lib.* 2. *cap.* 11. *numero* 39. & quæ dicemus *cap. seq. dubio* 2.

Tertio animaduertendum † est, quod quando beneficium debet conferri certæ personæ, seu certo 12
generi personarum, intelligitur data habilitate talis personæ, & si illa idonea sit, non alias, *l. vt gradatim, versic. & si lege ff. de muneribus & honor.* Et quælibet dispositio quantumuis generalis recipit interpretationem de habilitate, tex. & ibi Bart. *in l.* 2. §. *prætor. ff. qui satisdare cogant.* vbi Iaso, *num.* 4. & Oroscius, hanc esse communem doctrinam ait Azeuedo *in l.* 4. *tit.* 17 *lib.* 4. *recopil. num.* 8 & ita in proposito docet Azor *d. lib.* 6 *c.* 4. *q.* 25. *versi. obiicies.*

Et sic in vna † Salamantina integræ portionis, 13
24. Aprilis, 1582. coram D. Clemente *VIII.* fuit per Rotam resolutum inhabilem, vt cœcum, non posse optare aliud beneficium. Tradunt Granutius ad Simonetam, *de reseruatio, q.* 45. *addit.* 1. *ad fin.* & nouissime Gonçalez *gl* 34. *numero* 60. *à num.* 72. Et *in* † *vna Pacen. turis conferendi,* 4. *Maij,* 1601. *coram D. Penna fuit resolutum, Collationem dimidiæ portionis* 14
factam Francisco Mogardo per Capitulum, contradiente Episcopo, fuisse nullam: licet enim constitutio, & Bulla Innocentij generaliter disponat dimidias portiones, vacantes antiquioribus capellanis conferendas, intelligendum est de antiquiori habili, & idoneo, nam quælibet dispositio quantumuis generalis, recipit interpretationem de habilitate, Iaso d. leg. 2. §. Prætor ait, nu. 4. qui satisdare cogant. *Surdus* cons. 28. à num. 8. lib. 2. *Rebuff.* de nominat. q. 21. nu. 2. ver. Tertio fallit, & quæst. vltima, numero duodecimo. *Et sic antiquiori inhabili omisso, collatio fieri debet secundo sequenti habili, quia paria sunt non esse, & inhabilem esse, Gabriel* cons. 5. numero 28. lib. 2. *Rebuff.* d. quæst. 21. num. 22. *& de inhabilitate Francisci constabat ex dictis testium, & medicorum relationibus, asserentium Franciscum præter ætatem septuaginta annorum multis & aliis impedimentis fuisse implicatum, cum nec ambulare, nec sine magno auxilio stare, nec legere, nec aliquod officium exercere posset, nec nisi miraculose sanari posse, &c. Notum est autem, istas inhabilitates reddere inhabilem ad obtinenda beneficia,* capit. hinc etenim, 49. distinct. *& ad alia optanda, vt fuit decisum in dicta Salamantina integræ portionis,* 1585. 24. *Aprilis coram sanctissimo, &c.*

Id autem de optione intelligendum est quando 15
mutatur titulus beneficij, vt in casu d. Salamantinæ, in quo dimidius portionarius volebat integrã portionem optare, secus vbi non mutatur titulus, sed optio fit tantum quoad præbendam temporalem, iuxta supra *dicta capit.* 13. *à numero* 48. & Gonçalez *supra.*

Sed licet sunt aliqua † dubia breuiter examinan- 16
da. Primum est, quando vocantur consanguinei fũdatoris ad beneficium, seu capellaniam, an satis sit præsentare quemlibet consanguineum fundatoris, licet non sit proximior, an debeat præsentari proximior.

Et videtur, quod si fundator non dicit, quod præ- 17
sentetur proximior, sed quod præsentet consan-

guineus, seu clericus de sua parentela, satis sit consanguineum præsentare, licet non sit proximior ex *l. vnum ex familia, §. si de falcidia. ff. de legat. 2.*

17 Contrarium tenet † Lamber. 3. *part. 2. lib. quæst. 5. art. 4. numer. 12.* vbi ait, quod si testator voluerit esse præsentandum aliquem de familia, de illa familia debet esse præsentandus, si autem diceret de progenie, de genere, vel de linea ab eo descendente, sufficiet præsentandum ab eo descendisse, quocunque modo descendat, siue agnationis, siue cognationis: & si duo reperirentur eiusdem generis, esse instituendum magis propinquum fundatori, vel patrono, quem sequitur Corduba *in summa, q. 72.* dicens, quod quando certa quantitas testamento relinquitur danda consanguineis pauperibus testatoris, quæ se præsentaue rint, seu opposuerint ad talem præbendam relictam dandam vni soli, propinquior debet præferri minus propinquæ etiam pauperiori, quia propinquior censetur magis dilecta à testatore. Idem Ludou. Lopez *instruct. conscien. 1. tomo, cap. 137. & 2. tomo 1. parte cap.* 107. & Man. Rodriguez *in summa, 1. tomo, cap. 197. nu.* 7. *& quæstion. regular. 1. tomo, q. 34. art.* 3. vbi de capellaniis, & Azeuedo *cons. 16. in prin. & à nu. 12. ad 19.* & nouissime sequitur Perez de Lara *d. lib. 2. c. 2. à n. 7.* in terminis capellaniarum, & consonat quod tradit Peralta *in d. §. si de falcidia, num.* 13. quod si testator ad fundum vocauit in genere vnum pauperem consanguineum, & supersint duo consanguinei, quorum alter sit pauperior, tamen remotior in gradu, alter vero non ita pauper, tamen testatori propinquior, hic secundus præferendus est. Quæ omnia probantur *ex l. peto, §. fratre, & l. cum ita, §. in fideicommisso. ff. de leg. 2. & l. fin. C. de verb. sig. & l. 1. C. de secund. nup. in fi.* ibi, *Gradibus seruatis*, & DD. ibi, & Ant. Gom. *in leg. 40. Tauri, à nu 40.*

18 Nec † obstat *d. l. vnum ex familia, §. si de falc.* quia illud procedit in specie, de qua ibi, quia fuit data electio hæredi, seu commissario, dicendo, quod eligat quem velit ex familia, seu quod relinquat vni de familia, secus quando testator simpliciter aliquid requit familiæ, generi, seu parentelæ, aut consanguineis, quia tunc intelligitur gradatim, seu de proximiori, vt per glossam *in d. §. si de falcid. verb. vni*, Ant. Gom. *nu. 41.* Peralt. 13. Azeue. 19. *vbi sup.* Tiraq. *de retract. lignag. §. 11. glo. 4. nu. 2. & glo. 6. n. 7.* Mier. *de maiora. 1. p. q. 72.* Mant. *de coniect. lib. 8. tit. 12. nu. 15.* Cras. *de suc ces. §. fideicommissum, q. 16.* qui alios referunt, & Cordub. & Ludou. Lopez supra, Zauallos *quæst. 265. à numero quinto.* Vnde si fundator diceret, quod præsentetur vnus de familia, seu aliquis consanguineus, non deberet necessario præsentari proximior, quia electio data videtur, Man. Rodriguez *d. 1. tomo, capi. 106. n. 8.* licet contra videatur tenere Lamber. supra relatus.

19 Secundum dubium est, an in capellaniis, ad quas vocantur consanguinei proximiores, attendatur proximitas respectu fundatoris, an respectu vltimi capellani, de quo alias late agunt Doctores *in l. cum ita, §. in fideicommisso*, vbi Peralta, & Sarmien. *ff. de leg. 2. & in l. si cognatis ff. de reb. dub.* & post alios Coua. *pract. q. c. 38.* Hieron. Gab. *cons. 86. 107. & 121.* Iulius Clarus *§. testamentum, q. 76.* Menchaca *de succes. creatione, lib. 3. §. 27.* Moli. *de Hispan. primog. libr. 1. c. 6. à numero 46. & lib. 3. cap. 9.* Mieres *de maior at. 2. parte, capit. 8.* Mantica *de coniecturis, lib. 8. tit. 12.* Simon de Præt. *de interpretatione vltimar. volunt. lib. 3. dub. 3. solutio 3.* Marçarius *in epit. de fideicom. 2. parte, quæst. 35.* Ant. de Petra *de fideicom. quæstio. vndecima,* Peregrin. *eodem tract. ar. 20.* Ant. Thesaurus, qui plurimos refert *decis. Pedemonta. 65. & seq.* Crassus *de succes. §. fideicommissum, quæst. 18.* Angelus Matthæacius *de via & ratione iuris, lib. 2. cap. 21.* Velazquez *in l. 40. Tauri, gloss. 20. à num. 17.* Azeuedo *cons. 2. à numero quinto* Ioannes Gut. *pract. lib. 3. quæst. 66.* & plures referens *quæst. 398.* & Rota *decis. 72. par. prima diuers.*

Et in proposito † resolutiue dicendum est, attendendam esse proximitatem respectu fundatoris, vocatisque simpliciter consanguineis propinquioribus, etiamsi non dicatur, meis, admittendum esse proximiorem fundatoris non vltimi capellani, etiamsi sit alterius lineæ, vt in terminis tenet Zauallos *dict. quæst. 398.* & Perez de Lara *dict. libr. 2. capit. 2. à numero septimo* cum Lamberto *dict. lib. 2. 3. par. quæst. 5. art. 4. numero duodecimo & 15.* & ita practicatur, & consonat communiori sententiæ Doctorũ in similibus terminis, & vocationibus fideicommissorum, & substitutionum. Et idem est in dotibus, seu legatis piis, etiam perpetuis relictis consanguineis, in quibus etiam attenditur proximitas respectu fundatoris, quamuis in maioritatibus, & primogeniis! attendatur proximitas respectu vltimi possessoris: & ingressa vna linea, non fit regressus ad aliam quoad vsque omnes de illa deficiant, vt per Tiraquel. *de iure primogen. q. 40.* Couar. Molin. & alios, maxime Hispanos. *sup.* Vnde prædicta resolutio limitatur à Perez de Lara *supra.* vt procedat, nisi vocatione ad capellaniam fuerint ad instar maioratuũ, & vocentur per verba de futuro posteri de familia, & nomine fundatoris, ex Lamber. *supra* & Cabedo *decis. 51. numero 4. 2. p.* & traditis à Petro Cauallo *cons. 60. num. 8. & 16.* & fauet *dicta decisio* Rotæ *72. n. 2. 4. casu.* 20

Tertium dubium † est, an concurrentibus ad capellaniam duobus consanguineis eiusdem gradus, vno per lineam masculinam, & altero per lineam, fœmininam sit præferendus proueniens ex linea masculina, & breuiter respondetur, quod cum in capellaniis non agatur de conseruanda agnatione, ista non est causa prælationis, *l. maximum vitium, Cod. de liber. præter. cum aliis*, atque ita idem erit in hoc casu, ac vbi concurrerent duo consanguinei eiusdem gradus, ambo per lineam masculinam, aut fœmininã, vt qui sit præsentatus à patrono, seu maiori parte patronorum, præferatur & instituatur, Zauallos *quæst. 693. n. 28.* Perez de Lara *d. lib. 2. c. 3. n. 22.* post Corneum *cons. 49. num. 9. vol. 3* si vero nulla facta fuerit præsentatio, aut vnus sit præsentatus ab vna parte patronorum, & alter ab alia æqualiter, tunc præferatur dignior, seu qui maioribus iuuatur meritis, & qualitatibus, dataque paritate, erit locus gratificationi, Perez de Lara *di. capit. 2. numero 33. & dict. capit. 3.* vbi de causis prælationis, & Zauallos *d. q. 693. à numero 28.* de quo *supra c. 9. à numero 11.* Et ita † tenendum est, quamuis Zauallos *dict. q. 265. à numero 24.* prædictam resolutionem solum admittat, quando testatoris voluntas repugnat diuisioni capellaniæ, ex eo quod disposuit, quod capellania perueniat ad vnum cõsanguineum, & quod non diuidatur: alias, inquit, capellaniam diuidendam esse inter dictos cõsanguineos eiusdem gradus etiamsi alter proueniat ex linea masculina, & alter ex linea fœminina, quod est falsissimum & contra mentem fundatoris capellaniæ, & contra ius prohibens diuisionem beneficiorum *in capit. maioribus, cap. dilecto, cap. vacante, & c. cum causam, de præben.* 21

& ita

& ita merito eum impugnat Perez de Lara *d. cap. 2. a nu. 27.* Nec etiam placet, quod docet idem Zaallos *d. quæst. 265. à numero 13.* dicens, ita fuisse iudicatum in concilio Archiepiscopi Toletani circa quandam capellaniam oppidi de Valdepennas, quod cum maritus, & vxor simul in eodem testamento, prout moris est, capellaniam fundarunt de bonis vtriusque, vocando ad eam consanguineos propinquiores, concurrentibus ad eam duobus consanguineis, altero ex parte mariti, & altero ex parte vxoris vtroq; in eodem gradu consanguinitatis, præfertur consanguineus mariti, eique debet conferri capellania ex *leg. cum pater, §. à te peto marite, penult. ff. de legat. 2.* & Gregorio Lopez in simili casu maioriæ factæ in eodem testamẽto per maritum, & vxorem, *in leg. 2. titul. 1. part. 2. verb. el mas propinquo pariente, col. 3. sed pone retento.* Verius enim est, etiam in isto casu procedere dictam resolutionem. Nec ille textus *in dict. §. pen.* probat sententiam Zaallos, quia ibi constat de ordine, vocauit enim vxor alternatiue mariti propinquos, siue suos: & ex ordine scripturæ præsumitur voluntas, vt per Dd. *ibi*, maxime Paulum de Castro, Ant. Gom. *1. tomo var. cap. 2. numero quarto & quinta limit. versi. Secundo facit*, Peregrinum *de fideicom. art. 18. numero vigesimoquarto.* in proposito autem non datur talis ordo. Et si ille textus intraret in proposito, etiam consanguinei mariti minus propinqui viderentur præferẽdi consanguineis vxoris proximioribus, quod tamen est falsum. & contra ipsum Zaallos *ibi.* Nec obstat simile de maioratu, de quo Greg. *supra.* nam in maioratu est diuersa ratio. Supposito enim, quod vnus est maioratus, in quo vnus tantum debet succedere absque ministerio, & authoritate alicuius, in pari gradu præfertur consanguineus mariti tanquam dignioris: & sicut ipse vir præfertur, quia caput mulieris, *capit. fin. 32. quæst. sexto* ex quo videtur ordine saltim tacito à iure subintellecto prælatus: at in capellania secus est, quia est patronus ad præsentandum, cuius erit in paritate gradus præferre, & præsentare quem voluerit, & etiam iudex ad conferendum, qui cessante præsentatione, seu data etiam paritate in illa debet capellaniam conferre magis digno, seu qualificato alias. Et idem videtur, quando solus maritus, aut sola vxor fundasset capellaniam, vocando ad eam absolute, & promiscue suos consanguineos, & coniugis absque prælatione, nisi tantum propinquiorum, ex quo illos parificauit: quando vero vocaret disiunctiue suos consanguineos, aut coniugis, seu è conuerso, consanguineos coniugis, aut suos, tunc primo nominati præferrentur secundo nominatis, etiam propinquioribus, iuxta ordinem scripturæ, *ex dict. §. pen. & l. haredes mei, §. fin. ff. ad Trebell.* & Doctores *ibi*, *& in l. cum quidam, C. de verb. signif.* & Castillo, qui plures refert, *lib. secundo. quotid. controuers. capit. vigesimosexto.* Nec prædictis obest consilium Ioannis Gut. loquitur enim in duabus capellaniis fundatis in vno testamento à marito, vxore, vna à marito & alia ab vxore, &c. Aduerte tamen, quod ex consanguineis existentibus in eodem gradu, ille præferri debet & præsentari tanquam magis consanguineus, qui duplici consanguinitatis nexu est coniunctus fundatoribus, etiam vltra filios fratrum, vt per Perez de Lara *d. lib. 2. c. 3. à n. 32. cum aliis*, quãuis vltra filios fratrum contrarium alias in simili de elemosyna perpetua videatur tenere Azeuedo *cons. 14.*

Quartum † dubium est, quomodo sit facienda computatio graduum in capellaniis, ad quas vocantur consanguinei proximiores, an secundum canones, an vero secundum leges, multum enim refert in hoc, nam secundum computationem canonũ, secundum quam collateralium in linea inæquali quoto gradu remotior distat à communi stipite, toto distant inter se, vel sibi attinent, poterunt aliqui concurrentes esse in eodem gradu cum fundatore, qui sunt in diuerso secundum computationem legum, secundum quam collateralium in linea inæquali, quot sunt personæ, stipite dempto, tot sunt gradus. Verbi gratia, vnus est in 2. cum 4 gradu consanguinitatis, alter in 3. cum 4. secundum computationem canonicam facta computatione à remotiori, vt *in capit. fin. de consanguin. & affini.* vterque est in 4. gradu consanguinitatis, at secundum computationem ciuilem, vnus est in 6. alter in septimo gradu, vt patet ex regulis consanguinitatis in eius arboribus positis, & communiter tradunt Dd. agentes de materia ista.

In quo † dubio Zaallos *quæst. 398. à numero nono* tenet, computationem faciendam esse secundum ius canonicum, dicens, ita fuisse iudicatum per consilium Archiepiscopi Toletani, in quadam capellania oppidi de Valdemoro, se & alio aduocato Toletano id patrocinantibus, ea ratione, quia in beneficialibus, & capellaniis collatiuis non datur successio: nec potest dici congrue loquendo, quod illæ deferantur iure hæreditario, vel successionis, *ca. Apostolica*, 8. *q.* 1. & in foro Ecclesiastico non sunt seruandæ regulæ, & decisiones iuris ciuilis, quando adinuicem sunt contrariæ, & in contractibus, & actibusque indifferentibus quælibet computatio in proprio foro seruanda est, vt docet Ioannes Andreas *in addit. ad Spec. tit. de succes. ab intest. §. 1. in fi.* quem sequitur Couar. *in 4. 2. parte, cap. 6. §. 6. numero octauo.* Quod quidem à fortiori in beneficialibus locum obtinet, & sic in foro Ecclesiastico in prouisione rerum spiritualium computatio canonica seruanda est, & non Cæsarea, maxime, cum fundator capellaniæ est clericus in sacris vt in illo casu, qui videtur potius secundum iuris canonici regulas, quam ciuilis disponere, vt *in capit. cum esses*, vbi Couarr. & Dd. *de testamen.* Ita Zaallos, cuius decisionem optimam dicit Parlãdorus ad eum remittens, *differen. 120. numero 11.* Et facit quod ait Ant. Matth. *de via & ratio. iur. lib. 2. cap. 21. numer. 14.* quod in statutis si subiecta materia fuerit spiritualis, Pontificios, si vero sæcularis Cæsareos amplectemur

24

25

graduş.

Sed ista sententia nullo modo mihi placet, certumque existimo seruandam esse computationem legalem, nam quoad successiones, & in earum materia seruanda est in vtroque foro computatio legalis, non canonica, glo. *in §. hactenus. Instit. de gradibus & in leg. Iurisconsultus, verb. item liberi*, vbi Bar. *§. fin. ff. eod.* Imola *in rubr. ff. solut. matrim. numero sexto*, Alex. *in l. fi. C. vnde legitimi. numero septimo*, Bar. *cons. 224. lib. 1.* Bald. Salic. Alex. Ias. *numero secundo* & alij *in l. fi. C. de successorio edicto*, Feli. *in c. ex literis, nu. 4. de constit.* Gozad. *cons. 19.* Guil. Bened. *in c. Raimutius, de testam. verb. & vxorem nomine Adelasiam, nu. 85.* Tiraq. *de retract. lignag. §. 1. glo, 9. n. 23.* Couarr. *d. n. 8.* Mierez *de maioritatib. lib. 2. q. 7. n. 1.* Henriquez *in sum. lib. 12. c. 19. §. 2.* Lud. Lop. *in instruct. consc. 2. to. 2. p. c. 49. p. 1137.* & Tho. Sanchez *de matrim. lib. 7. disput.*

50.*n.*8. Et quamuis in beneficiis, & capellaniis non succedatur iure hæreditario, & successionis meræ, tamen negari non potest, quin vbi consanguinei vocantur, sit materia successionis, saltim aliquo modo, seu adinstar.

26 Rursus in † quacunque materia, vbi agitur de proximitate, & consideratione propinquioris, procedit sine dubio computatio legalis, etiam in foro Ecclesiastico, & in terris Ecclesiæ, & ideo in materia retractus, etiam in foro Ecclesiastico, & in terris Ecclesiæ proximitas consideratur secundum computationem legalem, non canonicam, Cifuentes *in leg.73.Taur., ad fin.* & Matien. *in l.7.tit.11.gl.5. nu.7.libro 5.Recop.* Azeu. *in l.12.d.tit.11.nu.6.* Et ratio est, nam computatio canonica, quæ est propter matrimonia, quæ non nisi inter duas personas dari possunt, *capit. ad sedem* 35.*q.* 5. *l.3.ti.6.p.4.* Ioan. And. *in arbore consanguinitatis*, Cuchus *in instit.maior.lib. 5.tit.13.nu.23.* Molin. *de iust.tract.2. disp.161.* Couar. & alij supra non est inuenta ad cognoscendum proximitatem in concursu, sed gradus ad matrimonia: at computatio legalis, quæ est propter hæreditates, & successiones, *dict. capitulo ad sedem, dict. l.par.* & citati, inuenta est ad cognoscendum non solum gradus, sed etiam proximitatem in concursu consanguineorum. Et ita in simili de eleemosyna, & memoria perpetua pro fœminis consanguineis pauperibus, tenet Azcuedo *cons.* 24. *numero* 57. graduum computationem faciendam esse attento iure ciuili, non canonico. Et conducit quoad propositum de capellaniis adducit Perez de Lara *d.libro 2.cap 3.numero 33* & Alex. Rauden. *cons.1.numero 95.* & 99. ponente doctrinam Bar. *cons.10.libro 1.* communiter receptam ad hoc, quod si de iure canonico sint duo in æquali gradu, eo in casu, quo ius canonicum est attendendum, & alter sit proximior, inspecto iure ciuili is sit præferendus. Quod ex eo nimirum est, quod diximus, quod proximitas attenditur secundum computationem ciuilem, &c. licet contra teneat Gozad. *d. cons.*19. nisi vbi vnus solum debeat admitti, vt in proposito de capellaniis.

27 Nec obstat ratio † contrariæ sententiæ, cui ex dictis satisfactum manet, nam quicquid sit in aliis, in materia successionis, & proximitatis, proculdubio procedit computatio legalis, etiam in foro Ecclesiastico, & negotiis Ecclesiasticis, seu clericorum, vt satis patet ex dictis. Nec etiam obstat doctrina Angeli Matthæacij, nam in materia successionis, & proximitatis, potius tenet absolute seruandam esse computationem Cæsaream, ait enim, quod vbi exclusis fœminis vocant statuta mares agnatos, vsque ad tertium gradum de iure canonico, licet quoad exclusionem fœminarum numeremus, & metiamur, secundum ius Pontificium, tamen quoad successionem hæreditatis dubiam inter ipsos agnatos, proximiorem agnatum præferemus secundum gradum iuris ciuilis, vt minus quam possibile sit, ius commune à statutis lædatur, &c. quod alludit ad d. doctrinam Bart. adductam per Alex. Rauden. & Perez de Lara. Fateorque, quod vbi ad capellaniam, vel legatum, maxime pium, vocantur absolute consanguinei intra certum gradum, verbi gratia, intra quartum gradum, intelligitur secundum computationem canonicam ex communi sensu, & modo loquendi, qui debet attendi, Mandos. *reg.16.cancell.q.38. à numer.6.* Couar. *libro 3.var.c.5.numero 1.* Mantica *de coniect. lib.3.tit.8.* Ioan. Gut. *can.q.lib.1.cap.21. à num.3. & c.32.n.46.* Gonçal. *ad reg.mensium, gl.13.n.62. & gl.35. nu.10.* & in proposito, Bar. *cons.13.libro 2.* & Felin. *in proœmio decretalium, numero 6.* vbi ex *numero* 5 plura adducit, ex quo & aliis, Parlad. *differ.*109.*§.3. a nu.*15. contra Cifuen. Matien. & Azeued. sup. tenet, quod lex Regia Hispaniæ de retractu consanguineorum vsque ad quartum gradum intelligitur secundum computationem canonicam, nihilominus tamen in concursu consanguineorum proximitas semper consideranda est iuxta computationem ciuilem, vt dixi.

Quintum dubium est, † quomodo sit probanda consanguinitas, seu parentela fundatoris in proposito. 28

Et breuiter dicendum est probari per indicia, & coniecturas, seu communem reputationem & famam, nec requiri probationem per gradus distinctos, nisi agatur de probanda consanguinitate restricta ad certum gradum, aut detur concursus alterius, Mascard. *de probatio. concl.* 409. *cum seqq.* & Pacian. *eod.tract. libro 2.c.2.* post alios, & Rota in vna Placentina capellaniæ (ad quam vocabatur presbyter de prosapia & progenie de Platono) coram D. Penna 15. Nou. 1593. in qua fuit resolutū, *Quod ad probādum quem esse de genere, progenie, vel prosapia, sufficiunt indicia, & præsumptiones, seu communis reputatio. glos.* in l.1 verb. quoties ff. de probatio. *& ibi Salic.*nu.2. *Aretin.*conf.37. n.2. vers. venio igitur ad secundum, *& quod verbum* prosapia *nedum descendentes, sed etiam transuersales comprehendit*, l. pronuntiatio. *§.* communi. ff. de verb. signif. c. progenie 35.q.3. *Cassad.* decis.1. de iure patronat. *Paris.* conf.93. numero 33 libro 2. *Gabri.*132. numero 58. libro 1. *Menoch.* de præsumpt. libro 4. præsumpt 8. num.2. *Bald.* conf.334 libro 3 *Et quemcunque de familia aptum est comprehendere, Manticam* de coniectur. lib.8. tit 8. n. 12. &c.

Et in eadem causa coram eodem D. Penna 10. Ian. 1594. fuit resolutum, *Quod cum testator disposuisset, quod presbyter admittendus ad capellaniam esset de prosapia, & progenie illorum de Platono, ideoque perinde esset, ac si dixisset de familia, Franchus* in c. si pater, numero 110. de testam. in 6. ver. 5. quid si fiat, *Paris.* conf. 51. numero 11. & 93. numero 33 libro 2. *vigore dictorum verborum continebatur nedum familia, & progenies effectiua, sed etiam contentiua quales sunt transuersales*, Gabr. conf.132. nu.58. libro 1. *Mantica* de coniectur. lib.8. tit.12. nu.12. & seq. *Beroius* conf.6. n.10 lib 2. *quibus non refragatur Corneus* conf. 317. nu. 3. libro 3. *& Socin. Iunior* conf.97. num.68. libro 2. *quia loquuntur, quando verbum* familia, vel progenies, *est restrictum ad certam aliquam personam, ita vt fundatoris tantum descendentes comprehensi videreutur, &c. Rursus, quod quando à lege, statuto, vel homine postulatur probatio consanguinitatis. aut alterius qualitatis intra certos gradus, tunc non sufficit probatio in genere, sed in quacunque materia requiritur probatio specificata per certos gradus, Anchar.* conf. 52. numero 7. & 8. *Alex.* conf. 52. libro 1. *Natta* 388. *n.2. Alciat.* reg. 1 præsumpt 8. numero 9. *Quando vero non habetur ratio certi gradus, vel descendentiæ, sed sufficit quem esse consanguineum. sine gradus præfinitione, satis est probare esse consanguineum, quamuis nullus gradus distincte probetur, Anchar.* dict. conf.52. *Alex.*82. libro 1. *Fulgos.*184. nu.1. *& quod ideo in hoc art. in quo nulla certi gradus probatio requirebatur, testes pro Francisco Platono inducti in genere, satis probant per reputationem, & famam, eum esse de familia Platonorum, quam probationem sufficientem censuit Rota in materia*

cons. n-

consanguinitatis, quæ cum sit difficilis probationis, sufficiunt in ea probanda indicia, coniecturæ, & præsumptiones, Alex. consil. 90. n. 12. lib. 6. *Decius* 595. n. 1. *Iaſ.* 114. n 20 lib. 1. cum aliis, &c.

29 Et eſt deciſio † eiuſdem Rotæ in vna Burgen. capellaniæ de Poça 13 Mar. 1595. coram illuſtriſſ. Cardin. Blancheto, quæ ſic ait: *Licet in probanda conſanguinitate præſentati cum teſtatore non requiratur probatio per diſtinctionem graduum, iux.* cap. licet ex quadam, de teſtibus *ſed ſufficiat leuior probatio, ſcil. per indicia, & præſumptiones. gl.* in leg. prima verb. quoties ff. de probat. *Areti.* conſ. 37. *& fuit reſolutum coram D. Penna in vna Placentina capellaniæ 15. Nou. 1593. & hic ſatis videatur probata conſanguinitas, ex eo quod teſtes deponunt P. Hilarium fuiſſe conſanguineum patronis, qui obtinuerunt hanc capellaniam, quia ſi non fuiſſent magis propinqui teſtatoris, obtinere non poſſent, & ipſe ſit in poſſeſſione ſepulturæ teſtatoris: tamen cum detur concurſus, & teſtator velit magis propinquum ſui ſtipitis obtinere hanc capellaniam, debet deſcendentia probari per gradus diſtinctos, niſi Petrus ſit in poſſeſſione, tunc enim ſibi ſatis eſt ad obtinendum, quod non conſtet de iure actoris.*

30 Et in vna Valentina † beneficij de Mercato, 6. Mart. 1598 coram illuſtriſſimo Card. Pamphilio fuit reſolutum, *Sententiam eſſe reuocandam, quia ad beneficium ex fundatione eſt præſentandus clericus de parentela fundatricis, vel eius mariti, & ſic admitti non debuit extraneus omiſſo Ioan. qui eſt de parentela mariti, nec referre, quod non probetur deſcendentia per gradus diſtinctos, quia hic agitur de probanda parentela in genere, non reſtricta ad certum gradum, quo caſu ſufficit generica probatio parentelæ, abſque alia gradum diſtinctione; Rubeus* conſil. 16. n. 16. *& late fuit deductum coram D. Penna in d. Placentina capellaniæ 15 Nouemb. 1593. & 10. Ian. 1594. præſertim cum agatur de parentela antiquiſſima longe vltra centum annos, in qua ſufficiunt leuiores probationes, etiam per indicia, & coniecturas, Aretin.* conſil. 37. num. 3. *Alex.* 90. num. 12. lib. 6. *plures cumulat Ioannes Cephalus* conſ. 177. n. 45. lib. 1. &c.

31 Et alias in vna † Alexandrina decanatus 17. Mart. 1600. coram D. Lancelloto fuit reſolutum, *Quod petens inſtitutionem tanquam præſentatus à proximiori vocato ad ius patronatus debet probare, quod ille ſit proximior, quod facere non poteſt, niſi probata deſcendentia ſigillatim, ac per gradus diſtinctos, iux.* cap. licet ex quadam. de teſtib. *vbi DD. & fuit reſolutum in vna Sutrina beneficij 18. Decemb. 1587. coram D. Plato, & alias ſæpe, neque ſufficit probare eſſe proximum, niſi alius doceat ſe proximiorem, quia id non procedit concurrente præſentatione alterius, qui etiam eſt de familia, Matienço* in l. 7. tit. 11. lib. 5. Recop. glo. 5. n. 4. *& debet præterea probari aliquis gradus conſanguinitatis, Matien.* ibi, n 5. *Et qui præcendit maiorem proximitatem, vel ſaltim æqualem cum alio, id probare debet, &c. & iuxta dicta eſt accipiendus Simon de Pratis* de interpretatione vltim. volunt. lib. 5. interpretatione 2. dub. vlt. à num. 222.

32 Deſcendentia tamen † antiqua, vt fuit in vna Mediolanen. iuris patronatus 29. Febr. 1589. coram D. Comitulo reſolutum, probatur per enuntiatiuam plurium inſtrumentorum diuerſorum notatiorum, quia æquipollet famæ, quæ ſufficit ad probationem huiuſmodi deſcendentiæ, Puteus *deciſ.* 5. 8. *libro* 2. Rota *in Sutrina beneficij infra adducta, numero* 34 facit *deciſ.* Cæſaris de Graſſis 181. *numero* 10. & quod dicitur 5 *par. cap. vlt. à numero* 87 & infra, *vit. par. capitulo* 2. *à numero* 248. & tradit Simon de Prætis *ſup. à n.* 225.

Et alias in † vna Regien. prioratus 29. April 2592: coram illuſtriſſimo Millino fuit reſolutum, quod deſcendentia probatur per fidem libri baptiſmi addito aliquo adminiculo, vt fuit dictum in vna Aretina capellaniæ 10. Maij 1591. coram D. Comitulo, &c. 33

Non vero ſufficit † ad probationem deſcendentiæ, etiam antiquæ, vna enuntiatiua, ſed ad minus requiruntur duæ de antiquo emanatæ à diuerſis perſonis non ſuſpectis, vt fuit reſolutum in d. Sutrina beneficij 18. Decemb. 1587. coram D. Plato, vt in ſequenti deciſione. 34

Dixerunt Domini non conſtare, quod illi, qui D. Mutium præſentarunt, deſcendant à Domin. de Ventiochio, & Ioan. de Montanea fundatoribus, quia reſpectu deſcendentiæ à Domin. non probatur; quod Iacobus Iunior deſcendat à Hiero. nec Hieronymus à Iacobo Seniore, & reſpectu alterius deſcendentiæ à Ioan. de Montanea, non probatur, quod Baptiſta deſcendat à Francis. & Laurentius à Baptiſta; & cum deſcendentia debeat ſigillatim, & per gradus diſtinctos probari, vt dicit tex. in cap. licet ex quadam, ibi, ſingulos gradus de teſtibus *vbi Abb.* ſub numero 12. *& alij, Ancharr.* conſ. 52. numero 7. *Bald. poſt Innocen.* in capitulo ſeries, ſub numero 3. de teſtib. & in l. 1. ſub numero 14. C. de teſtam. *Decius* conſ. 321. ſub numero 4. cum aliis allegatis; *cum vtique deficiente vno gradu deſtruatur tota probatio ipſius deſcendentiæ, vt* in d. cap. ſeries, *tradit Innocen. Cardin. Butrius, Bald.* in vltim. notab. & ſub num. 3. *& alij. Nec obſtat, quod ſimus in antiquis quo caſu leuiores probationes admittuntur, & ſufficit fama publica, vel teſtes de auditu*; d. cap. licet ex quadam, *Aretin.* conſ. 37. *Alexan.* conſ. 90. lib. 6. *plures cumulat Cephalus* conſ. 137. ſub numero 45. libro 1. *Quia quod Iacobus Iunior deſcendat à Hieron. qui & ipſe deſcendat à Iacobo Seniore, probatur ex vnica tantum enuntiatiua inſtrumenti anni 1514. quæ præter id quod eſt poſita in inſtrumento non antiquo, ad notata per Aym.* de antiquitate, in prin. *Pute.* deciſ. 209. libro 2. *eſt vnica, quæ etiam in antiquis non ſufficit, Bald.* d. capitulo ſeries, numero 3. *ſed ad minus duæ requiruntur emanatæ à diuerſis perſonis, & illis quidem non ſuſpectis, Aretin.* in capitulo cum cauſam, numero 20. de probatio. *Socin.* conſ. 194. ſub num. 9 lib. 2. *Aymon* de antiquitate, par. 1. §. ampliatur, numero 14. cum ſeq. *Achilles* deciſ. 5. de iure patro. *Pute.* deciſ. 207. libro ſecundo *& fuit dictum in cauſa Romana capellaniæ de Capiſuchis, coram bonæ memoriæ D. Cota de anno* 157 0. *& in alia Vrbenetana fideicommiſſi de Corbaria, coram illuſtriſſimo D. Cardin. Lancelloto, die* 30. *Ian.* 1575. *& in pluribus aliis cauſis, & ita etiam tollitur probatio, quod Laurentius ſit filius Baptiſtæ, quod tantum deducitur ex vnica enuntiatiua de anno* 1509. *quæ & ipſa non eſt de antiquo, & tanquam vnica non ſuffragatur ex prædictis, quod Baptiſta deſcendat à Franciſco, nec etiam bene probatur, quia licet in inſtrumento anni* 1466. *enuntietur Baptiſta nepos, Franno tamen dicitur cuius ſit filius, neque quod ſit de Moſcardis, & ſic non concludit, prout nec etiam ſuffragatur alia enuntiatiua in inſtrumento, anni* 1590. *vbi ſit mentio de quodam Baptiſta de Moſcardis, ibi tamen non dicitur, quod ſit nepos, vel aliter deſcendat à Franciſco,* ad caput in præſentia, de probatio. l. non hoc. C. vnde legitimi. cum concordan. *neque quicquam faciunt teſtes, quia loquuntur de ſimplici auditu,*

nec habent requisita, Dd. in d.c.licet ex quadam, *& nihil dicunt, quoad descendentiam Hieronymi à Iacobo, & Baptistæ à Francisco, & ad destructionem descendentiæ sufficit, quod tollatur vnus gradus, Inn.* in d.c.series, *& alij supra citati.*

35 Parentela etiam, seu consanguinitas † antiqua memoriam hominum excedens ad istum effectum, & vbi non agitur ad dirimendum matrimonium, probatur per testes de auditu, etiam sine fama, & adminiculis, & sine requisitis *c.licet ex quadam, de testib.* Aretin. *cons.*137. Decius 595. Cephalus *cons.*137. *numer.* 45. *libro* 1. Gregor. Lopez *in l.*20. *tit.*6. *par. glos.*1. Simon de Prætis *de interpretat. vltimar. volunt. lib.*5. *interpretat.*2. *dubitatio.*4 *num.*224. Mascard. *conclu.*419. *à numer.*9. Cabedo *decis.*73. *par.*2. Perez de Lara *de anniuer. & capell. lib.*2. *cap.*4. *numer.*11. *&* 12. & alij. Quicquid velit Farin. *de testibus quæst.* 69. *cap.*2. *&* 3. *à nu.*103. In antiquis enim excedentibus memoriam hominum testes de auditu probant plene, *l. si arbiter. ff. de probatio. l.*2. *§. idem Labeo. ff. de aqua pluuia arcen.* vbi DD. *l.*29. *tit.*16. *par.*3. Felin. *in cap. veniens, el primero, numero* 16. *de testibus* Gregorius Lopez *d. gl.* 1. Anton. Gabr. dicens communem, & magis communem, *concl.*3. *de testib.* Mieres *de maioratibus* 4. *p. q.*20. *à n.*56. Ioan. Garcia plures referens *de nobilit. gl.*18. *§.*1. Perez de Lara *d.c.* 4. *à n.*11. *&* 141. & plures relati per Farin. *d. q.*69. *c.*3. *à nu.*125. & quamuis *d. lex par.*9. requirat etiam famam, & multi Dd. relati per Gabr. *supra num.*2. & per Ojedam *de incompatibilit. benef. cap.*23. *num.*14. & Farin. *sup. n.*134. Tamen id intelligendum videtur in factis, seu rebus, in quibus commode datur fama, quia sunt de se publica, seu patentia, & exposita sensibus, ac iudicio hominum, vt in terminis *d. l. par. de opere*, seu fabrica petenti, & visibili. Et ita possunt concordari opiniones contrariæ omissa distinctione de magno, seu graui, & paruo præiudicio, de qua Aymon *de antiquit. temporis*, 1. *p. §. viso de fama, numero* 3. Mascar. *conclusione* 104. & Farin. *supra numero* 135. *& seq.* nec *d. lex* 29. *p.* excludit alia facta antiqua, ibi: *Mas en otro pleito, &c.* sed non antiqua, quicquid Ioan. Garc. dicat supra *numer.*15.

36 Sextum dubium † est, an quando vocantur ad capellaniam consanguinei fundatoris, seu qui sunt de eius parentela, genere, seu familia, censeantur etiam vocati spurij, seu illegitimi (suppositio quod aliàs sint habilitati, seu dispensati ad beneficia) & descendentes ex illis. Et videtur quod non, nam spurij, seu illegitimi non dicuntur, nec sunt de familia, agnatione, domo, seu casata, Bar. *in l. pronunciatio. §. familiæ, numero* 2. *ff. de verb. signif.* & ibi Alciat. & alij, idem Bar. *in l. tutelæ, numero* 4. *ff. de cap. dimin.* & *in l. fin. numero* 1. *C. de verb. signif.* & ibi Bald. *num.*4. idem Bart. *de insignijs, & armis, nu.*11. Angel. Imola, Alex. & alij *in l. ex facto, §. si quis rogatus*, 1. *ff. ad Trebell.* Ias. *in d. l. fin. num.*13. *&* 14. Felin. *in cap. præsentia. de probatio. num.* 23. Guillem. Benedict. *in rep. cap. Raynutius. de testam. verb. Raynutius de Clera à numero* 33. Rochus *de iure patron. verb. competens*, 2. *quæst. in fin. numero* 10. Lamber. 2. *parte* 1. *libro* 2. *quæst. artic.*27. Tiraquell. plures referens *de nobilitate, cap.*15. *à numero* 11. *& numero* 12. *& numero* 24. *& de retractu lignag. §.*1. *glossa* 8. *num.* 6. Paleot. *de nothis & spuriis, cap.*59. *&* 60. Castillo *in l.*74. *Tauri, numero* 24. Gregorius Lopez *in l.*1. *titulo* 11. *parte* 7. *glossa* 4. Antonius Gomez *in l.*70. *Tauri, numero quarto*, Rojas *de successio. cap.* 20. *numero* 104. Molina *de Hispanorum primogen. libro primo cap.*4. *numero* 46. *& seq.* Mieres *de maioratibus* 2. *par. quæst.* 2. *numero* 19. *&* 23. Matiençó *in Rub. tit.*1. *numero* 128. *& in l.*7. *titulo vndecimo, gloss.*2. *numero* 2. *libro* 5. *Recopil.* Mantica *de coniectur. libr.*8. *tit.*12. *à numero* 20. Spino *de testam. glo.*16. *à n.*26. Menoch. *de præsumpt. lib.*4. *præsumpt.*88. *num.*5. *&* 13. Peregrin. *de fideicom. art.*22. *à nu.*82. D. Ioan. Gutierrez *pract. quæst. libro* 2. *q.*155. *numer.*1. *&* 3. Velazquez *in l.*40. *Tauri, glossa* 11. *num.*44. Ceruantes *in l.*10. *Tauri, n.*34. Farin. *in praxi crim.*1. *par. q.*13. *à nu.*53. Michael Martinez del Villar del patronado de Calatayud. 4. *par. §.*3. *num.*30. Azeuedo *cons.*24. *ex num.*14. Tuschus *concl.*414. *litera S. tom.*2. & alij, quicquid dicant Salyc. *nu.*5. & Fulgos. *in d. l. fin. C. de verbor. signif.* & Paris. *consil.*58. *num.*41. 4. *parte.*

Neque etiam sunt † de parentela patris, Butr. *in* 37
ca. per venerabilem, qui filij sint legitimi, quem refert, & sequitur Alexan. *supra*, Rochus & Lambertus *ibi*, qui inde dicunt, quod quando ius patronatus ex fundatione competeret solum illis de parentela, tunc non competeret bastardis, vel illegitime natis. Nec cum † illis est cognatio, consanguinitas, aut cō- 38
iunctio ex parte patris, *l. si spurius. ff. vnde cognati. §. vulgo quæsitos, instit. de succes. cognator.* Felin. *in cap. nonnulli. §. sunt & alij, n.*56 *de rescrip.* Guillel. Bened. *sup. n.*34. *&* 36. Tiraq. *d.c.*15. *n.*10. *& d. glos.*8, *n.*6. Villalpando *in l.*22. *tit.*1. *par.*7. *§.*42. *à numer.*7. Rojas, & Molina, & Matiençó *d. num.*2. & Spino *sup.* & Ioann. Garcia *de nobilitate, gl.*20. *num.*17. *&* 19. Et ideo appellatione *coniunctorum* non veniunt Bald. *in l. id quod pauperibus, numero* 35. *C. de Episc. & cler.* & Feli. *d. n.*56.

Sed oportet distinguere † in proposito cum Bar. 39
in d. l. pronunciatio, Ias. *d. n.*13. Felin. *d. nu.*123. Molina, Peregrino, Farin. præsertim *nu.*73. & aliis sup. an sint apposita verba iuris, seu ciuiliter significantia, an verba naturæ, seu naturaliter significantia. Verba iuris † sunt familia, agnatio, & etiam cognatio, do- 40
mus, seu casata, genus, prosapia, progenies, stirps, seu sti pes, sanguis, consanguinitas, & similia, & etiam parentela, licet in hoc contradicant ibi, Bart. & Peregrin. *numero* 89. & facit, quod cum Simon de Prætis interpretationem *dubitat.*1. *solut.* 11. *numero* 59. tradit Perez de Lara *de anniuer. & capell. lib.*2. *c.*2. *numer.*25. Quod hæc vocabula *de mi linage, generation*, parentela, casa, cepa, gente, progenie, consanguinidad, familia, prosapia, synonyma sunt: vnde videtur omnia esse verba iuris, & tunc spurij, & illegitimi etiam naturales non veniunt, quia de iure non dicuntur de familia, domo, seu casata, agnatione, nec etiam cognatione, stirpe, seu stipite, &c. nec etiam de parentela patris, & consequenter, nec descendentes ex eis, et- iam legitimi, vt per citatos. Nisi aliud † constet ex 41
communi vsu loquendi, vel ex aliqua coniectura, & mente, seu ratione disponentis. Bart. *ibi, & in dicta l. fin.* vbi Bal. & Ias. Paleotus *sup.* Ioan. Gutierrez *consi.* 3. *n.*11. & alij.

Quamuis † Azeuedo *d. consi.*24. *ex numer.*23. *&* 38. 42
dicat cum Benedicto de Barcis *in tract. de filiis non legitime natis, in princ. à numero* 11. naturales esse de domo, casata, & agnatione, genere, sanguine, & parentela, etiam de iure ciuili, *arg. auth. licet. C. de natural. liber.* ex qua naturalis filius patri morienti ab intestato, sine filiis legitimis succedit in duabus vnciis, & sic venire in relicto consanguineis, & de genere, sanguine, & parentela, &c. Quod est contra communem, & Doctores citatos, nec id conuincit d. auth. licet.

Verba naturæ † seu naturaliter significantia 43
sunt

sunt coniunctus, consanguineus, cognatus, Hispane pariente, o deudo, pater, filius, nepos, parentes, liberi, descendentes, & similia, & idem videtur de verbo Hispano, *parentesco*, quod idem est ac consanguinitas, quando diceretur, *que tenga parentesco*, seu vocaretur, *el que tiene parentesco, o consanguinidad*, (si enim diceretur, *de su parentesco*, seu vocaretur, *el que des su parentesco*, tunc illud videtur accipi pro parentela, licet barbare, & sic esset verbum iuris, sicut etiam consanguinitas, quando diceretur de consanguinitate) & tunc cum apponuntur verba, naturæ, spurij, & illegitimi, & consequenter descendentes ex eis veniunt, quia ex eodem sanguine procedunt naturaliter, & vere, maxime in dispositione hominis, in qua verba sunt proprie, & naturaliter intelligenda, nisi aliud appareat, *l. non aliter, ff. de legat. 3. l. fin. C. de his qui veniam ætatis. l. 5. tit. 33. partita 7.* Salaçar *de vsu, & consuetudine, cap. 1. à num. 57.* & dictum
44 est supra *cap. 9. nu. 32.* Nisi simus in materia iuris, & mere ciuili, vt successionis ab intestato, vt *in dict. l. si spurius, & d. §. vulgo quæsitos*, & accusationis, Villal-
45 pando *dict. numero 7.* Aut † nisi subiecta materia, quæ hic est attendenda, & multum inspicienda, Bart. *in dict. leg. pronunciato*, aliud suadeat, vt materia successionis maioratus, seu iuris patronatus, vt per Molinam *supra numero 48. & libro 3. cap. 3. ad fin.* Mieres *d. q. 2* & alios, quidquid velit Ioan. Gut. *d. cons. 3. à numero 16.*

46 Vnde in prædicto † dubio videtur concludendum, quod si in fundatione capellaniæ dicitur, quod præsentetur clericus de familia, domo, seu casata, genere, agnatione, cognatione, sanguine, vel parentela, seu consanguinitate, non comprehenduntur, nec censentur vocati spurij, & illegitimi, seu descendentes ex eis, etiam legitimi, nisi aliud constet ex communi vsu loquendi, aut mente fundatoris, & sic etiam deficientibus legitimis non habebunt ius ad capellaniam, vt necessario debeant præsentari magis, quàm alij extranei, ex quo non habent vocationem, cum non veniant sub illis verbis. Bene tamen comprehenderentur si essent legitimati, authoritate Apostolica, vel Regia, ex traditis per Tiraq *in l. si vnquam, verb. susceperit liberos, à numero 77. seu 63.* Couar. *in 4. 2. p. c. 8. §. 8. numero 4. & §. 10. numero 2.* Anto. Gom. *in l. 9. Tauri, numero 66. & 69.* Roias *de succes. c. 23* Moli. *de primog. libro 1. c. 4. num. 44. & lib. 2. c. 11. nu. 18.* Azeue. *in l. 6. tit. 8. libro 5. Recop. n. 4.* & DD. *in l. 12. Tauri*, Medin. *de iust. tract. 2 disp. 173. & 589. n. 5* Peregri. *de fideicom. ar. 23. à nu. 26.* Zaallos *q. 2. à nu. 1. l. 4. tit. 15. par. 4.* & ibi Greg. Doct. *in c. per venerabilem, qui filij sint legitimi*, & alios citatos supra *c. 2. num. 46.* ex quibus apparet, quod legitimati ex rescripto principis sunt de familia, & agnatione, &c. & cum capellania sit res spiritualis, & Ecclesiastica, sufficiet etiam legitimatio Papæ. Quamuis ad maioratus, & fideicommissa perpetua non sufficiat simplex legitimatio per rescriptum principis, vt per Molin. *de primog. lib. 3. c. 3.* Velazq. *in l. 40. Tauri, glo. 11. à nu. 6*, Ceruan. *in d. l. 12. Tauri, à num. 48.* Moli. *d. disp. 173. & seq.* Gama *dec. 279.* & ibi Flores de Mena *in add.* Si vero dicitur, quod præsentetur clericus coniunctus, consanguineus, seu cognatus, Hispane, *pariente, ò deudo, ò q̃ tenga parentesco, ò consanguinidad*, vel descendens, comprehenduntur etiam spurij, & illegitimi, & descendentes ex eis, vt in terminis tenet Nau. *cons. 4. de iure patr.* nec refert, quod in casu illius consilij filia clerici erat legitimata per rescriptum principis, quia in eo non fundatur Nau. Et ita † si in fundatione capellaniæ dicitur, quod præsentetur consan- 47
guineus proximior, spurius, seu illegitimus, vel descendens ex eo, proximior præferretur remotiori, etiam legitimo, & de legitimo descendenti, Nau. *supra.* nam cum illegitimus comprehendatur sub vocatione consanguinei, & ex alia parte ipse sit proximior, vocatio consanguinei proximioris intrat, & verificatur in eo, quicquid teneat Man. Rodrig. *in sum. 1. tom. capitulo 106. numero 8. ad fin.* vbi ait, quod si testator mandauerit eligi consanguineum magis propinquum, legitimus remotus debet præferri illegitimo magis propinquo, quod non est verum ex dictis. Nec id quod ibi antea ait, quod habens ius præsentandi aliquem de certa familia, qui non tenetur proximiorem eligere deficientibus legitimis illius familię potest eligere vnum de illegitimis idoneum, quia existentibus legitimis ipsi sunt præferendi, licet sint magis remoti, si enim isti illegitimi censerentur de familia, vt ipse supponit, posset ille illegitimum eligere, etiam stantibus legitimis, & Ioan. Gut. quem allegat *libro 2. pract. quæst. 67. non 66. numero tertio & quarto* loquitur in diuersis terminis, nempe *legis 27. Tauri.* Et quicquid dicat Peregr. *supra numero 89.* vbi ait, quod naturales, & bastardi continentur appellatione coniunctorum, & consanguineorum, nam ex eodem sanguine procedunt, ac ideo in relicto coniunctis consanguineis, & parentibus, & per huiusmodi nomina naturalitatem significantia includerentur, intelligens tamen in defectum legitimorum, & non tamen spurij, quæ intelligentia non est bona, nec procedit consequenter, si enim naturales, & bastardi, etiam spurij appellatione coniunctorum, & consanguineorum continentur, & sic in relicto coniunctis, & consanguineis includuntur, non est cur defectum legitimorum expectemus, & cur spurij excludantur.

Vnde etiam legatum † pium, & dos relicta con- 48
sanguineis testatoris, potest & debet dari ipsius consanguineis illegitimis, seu venientibus per viam bastardiæ, & spuriis, quemadmodum legitimis: quamuis Azeuedo *dict. cons. 24. numero 37. & 50.* confundens nomina iuris & naturæ dicat spurias nullo modo admittendas esse ad huiusmodi legata pia, & eleemosynas. Et quamuis Corduba *dict. q. 72. ad fin.* quem sequitur Lud. Lopez *instructory conscientiæ, 1. tom. capitulo 137. & 2. tom. capitulo 107.* solum dicat, quod potest dari nisi aliud dicat testator, venientibus per viam bastardiæ, si ipsæ sunt legitimæ. In quo non bene loquitur, nam non solum potest eis dari, sed debet dari, & etiamsi ipsæ non sint legitimæ iuxta dicta. Quamuis etiam Man. Rodrig. *dict. 1. tom. c. 179. ad fin.* dicat, quod legitimæ licet sunt per viam bastardiæ, sunt præferendæ illegitimis, &c. quod solum procedet, quando sunt in eodem gradu, iuxta dicta infra *n. 53. ad fin.*

Videtur tamen, quod naturales † attenta consue- 49
tudine, seu lege particulari, qua gaudent nobilitate parentum, vt in Hispania ex *leg. 1. titulo 11. par. 7.* vbi Greg. Lop. & Roias *de successio. cap. 15.* Ioan. Garcia *de nobilitate, glo. 20. num. 36. & gl. 21. num. 33.* Azeuedo *in l. 10. tit. 8. lib. 5. Recop. nu. 31.* & Ceruantes *dict. l. 10. Tauri, num. 164* Zaallos *q. 2. à nu. 47. & q. 203. à n. 6.* qui alios plures referunt, & Molina de *iustitia, 1. tomo tract. 2. disp. 165.* sint de familia, domo, seu casata, genere, & agnatione, stirpe, sanguine, & parentela patris, ex quo gaudent eius nobilitate, vt legitimi,

vt per Guid.Papam *decis.*580. *& ibi addit.* Tiraq. *dict. c.*15. *de nobilitate, n.*25 Paleotum *q.*61. *n.*8. Villalpandum *sup. n.*3. *ad fin.* Roias *d. c.*15. *de succes. n.*22. & clarius Matiençø *d. gl. rubr. tit.* 1. *nu.*126. *& seq. & d. glo.*2. *l.*7. *tit.*11. *n.*5. Menoch. *de præsumptio.*88. *lib.*4. *nu.*14. Ioan. Gutier. *lib.*2. *pract. q.*155. *nu.*2. *& lib.*3. *q.*81. *nu.*7. & Flores de Mena *q.*16. *§.*1. *à num.*9. *& §.*2. *à n.*9. Et sic naturales, & descendentes ex eis veniant appellatione, & vocatione eorum, qui sunt de familia, domo, seu casata, genere, agnatione, cognatione, stirpe, sanguine, & patentela, &c. vt tradit etiam Azeuedo *d. cons.*24. *ex numero* 27. *& num.*39. dicens, naturales clarissime esse de domo, casata, & agnatione patris, ex naturali & notoria Hispaniæ consuetudine eos admittente ad insignia, nomen, & arma, honores, & nobilitatem patris, & sic in eleemosyna, seu relicto fœminis consanguineis, seu de genere pauperibus comprehendi naturales, & præferri legitimis non existentibus in eodem gradu, &c. Quod †pro-
50 cedit nisi subiecta materia aliud importet, vt successio maioratus, in quo non succedunt naturales, seu descendentes ex eis, etiamsi simpliciter vocentur filij descendentes, aut consanguinei, quia est res honorifica, & ad decus, & splendorem familiæ, quæ non ita per illegitimos decoratur, & illustratur, nisi ex serie, seu circumstantiis maioratus, aliud colligatur, Greg. Lopez *in l.*2. *tit.*15. *par.*2. *gl.*10. Molina. *dict. libro* 1. *cap.*4. *numero* 48. *& libro* 3. *cap.*3. *ad fin.* Mieres *d.*2. *par. q.*2. *numero* 1. Velazquez *d. l.*40. *Tauri, gl.*11. *numero* 43. Aluarado *de coniecturata mente defuncti lib.*2. *c.*1. *§.*1. *n.*13. *& c.*3. *n.*56. *&* 57. & Flores de Mena *d. q.*16. *§.*1. *à num.*13. quicquid velit d. Greg. Lopez *in l.*32. *tit.*9. *par.*6. *gl. magna, col.*6. & Azeuedo *dict. cons.*24. *num.*35. etiam ex parte matris, Mieres *ibi, num.*5. & Velazquez *num.*45 Aluarado 75. Ioan. Gut. *pract. lib.*3. *q.*52. *num.*8. & Flores de Mena *d. §.*1. *num.*33. dicens, hoc in praxi seruari, & Greg. Lopez *l. vlt. tit.*13. *par.*6. *gl. vlt.* licet ibi cogitandum relinquat, & contra teneat *d. l.*2. *gl.*15. & Azeuedo *l.*11. *tit.*6. *libro* 5. *Recop. num.*45 Et idem † est in iure patronatus, quod
51 est etiam honorificum, maxime in quo succeditur ad instar maioratus iux. supra *dict.*5. *p. capitulo* 9. *num.* 146.

Illegitimi autem, † & spurij ex parte matris, bene
52 sunt de eius parentela, genere, sanguine, & cognatione, *l. hac parte. l. si spurius. l. Modestinus. ff. vnde cognati, & d. §. vulgo quæsitos, de succ. cognator.* Spino *d. gl.*16. *num.*31. 60. *& seqq.* Paleotus *de nothis & spuriis, c.*41. *num.*3. *& c.*43. *num.*2. Peregr. *d. art.*22. *num.*85. & Azeuedo *d. cons.*24. *n.*37. Id intelligentes dummodo non sint ex damnato, & punibili coitu, qui non succedunt matri, Paleot. *ibi*, Couar. *in* 4.2. *p. capit.*8. *§.*5. *numer.*15. Anto. Gom. *l.*9. *Tauri, numer.*13. Molina *de iust.*2. *tract. disp.*167. & alij. Et cum illis est coniunctio ex parte matris, Felin. *d. c. nonnulli. §. sunt*, & alij *de rescrip. nu.*57. quia semper est certa mater, *l. quia semper. ff. de in ius vocan. l.*11. *&* 12. *tit.*13. *partita* 6. & sic censentur vocati ad capellaniam, dotationem, seu eleemosynam, ad quam vocantur, qui sunt de parentela, genere, & cognatione fundatoris, Azeuedo ibi dicens, sic fuisse determinatum, & executoriatum in cancellaria Pinciana, licet secus sit in maioratu, & iure patronatus, vt supra dictum est.

Post hæc scripta vidi † Hieronimum Gonçalez *ad*
53 *reg. de mensibus*, qui *glo.*5. *à numero* 109. mouet prædictum dubium, quærit enim quid si fundator vocauit ad capellaniam clericum ex sua familia, aut sanguine, an clericus filius legitimus natus ex patre, aut matre, auo, vel auia illegitimis dicatur de familia fundatoris, vel sanguine, vt censeatur vocatus ad talem capellaniam, & pluribus hinc inde adductis, tandem videtur tenere partem affirmatiuam, quam ait tenuisse Rotam in vna causa Hispalen. illegitimitatis 22. Februarij 1574. coram D. Rubeis, & nouissime etiam fuisse decisum in vna causa Tirasoneu. eleemosyneriæ 14. Nouembris 1603. coram D. Lancelloto, quod illegitimitas patris non obstabat filio legitimo, vt præsentari non posset ad eleemosyneriam iuris patronatus, ad quam testator vocauerat clericum descendentem à quodam Ioanne, & dictus clericus erat filius legitimus patris spurij, qui descendebat à dict. Ioanne, quia licet legitimi ex patre illegitimo sint incapaces eorum, quæ proueniunt ex persona patris, seu contemplatione illius, tamen sunt capaces omnium ex persona propria proueniencium. Bart. *consil.*118. *libro primo*, Paleotus *de nothis & spuriis, capitulo* 53. Cephalus *consil.*103. *numero* 7. *cum seqq. libro primo*, qui late prosequitur, sicut etiam quamuis fœminæ sint excluſæ à maioratu, seu fideicommisso, admittitur masculus descendens ex fœmina, vbi non agitur principaliter de conseruanda agnatione, sed præcipue fundatur in masculinitate, Rubeus *consil.* 22. *à numero* 10. Molina cum aliis *libro* 3. *capitulo* 5 *numero* 48. Mantica *de coniecturis, libro* 8. *tit.*18. *à numero* 53. *& libro* 5. *tit.*14. *numero* 6. *&* 7. & Rota *decis.*15. *par.*2. *diuer.* & alij, & conducit, quod ait Anton. Gabr. *concluſ.* 6. *de fideicommiss. numero* 7. *&* 8. Et quod respondetur ista decisio ad fundamenta eorum, qui tenent, quod filius legitimus natus ex patre spuri, non dicatur de familia, iuxta *consilium* Fulgosij 157. *numero primo* cum similibus adductis per Gamam *decis.*278. quod procederet, quando testator, seu fundator loquitur per verba ciuilia, veluti, si vocaret capellaniam ex sua familia, vel cognatione, ita vt constaret excluſisse nominationem naturalem: secus tamen esset quando loqueretur per verba naturalia, veluti si vocaret descendentes, aut consanguineos, iuxta distinctionem Bart. *in l. tutelas, numero* 4. *ff. de capitulo diminut. & in leg. pronunciatio. §. familiæ. ff. de verbor. signif.* nam filium non esse legitimum, non est de iure naturali, de quo omnes filij legitimi, & spurij sunt æquales, sed est de iure positiuo, vt *in auth. quibus modis natural. efficiant legitimi. §. liceat, collat.*6. *in authent. quibus mod. natural. efficiant. sui. §. illud tamen, versic. si quis ergo, collat.*7. imo Bart. *vbi supra* non loquitur in legitimo proueniente ex patre spurio, sed in ipso filio spurio, & sic in fortiori casu. Vnde apparet Rotam in d. Tirasonen. amplexam esse nostram sententiam, & distinctione in terminis nostræ quæstionis, & subdit Gonçalez *à numero* 123. quod in summa attendenda est in hoc mens, & voluntas testatoris, & communis vsus loquendi, & an materia, de qua agitur, sit proportionabilis, vt in ea includatur, vel excludatur talis spurius, aut filius legitimus ex illo descendens veluti testator reliquit legatum, aut perpetuum anniuersarium pro alendis pauperibus scholaribus in studio, aut clericis, aut maritandis virginibus de genere, aut agnatione sua, quo casu minime sunt excludendi, nec spurius, nec multo minus filius legitimus ex eo, vt late per Tiraq. *in præfatione, tract. de pia causa, col.*7. *versic. & facit pro* 1. *par.* Mantica *libro* 8. *tit.*5. *nume.*16. *cum seqq.* Sed cum ista

sint ver-

sint verba ciuilia, id reuera est contra dict. decisionem Tirasonen. & distinctionem à nobis factam, & sic non placet. Item considerandum erit, an, quid fuerit obseruatum, *l. si de interpretatione. ff. de legibus, cap. cum dilectus. de consuetudine*, & quod fuit dictum *in dict. decisi.* Tirasonen. nec non an cæteris paribus concurrat alius de familia, & genere testatoris, qui sit legitimus, ac filius patris legitimi, nam tunc illum præferendum fore indubitatum erit inquit, quod placet, ita vt in pari gradu legitimus sit præferendus, & præsentandus cum Azeu. *dicto consi. vigesimoquarto numero* 36. Et quod in dubio, quando non bene constat, quod fundator capellaniæ voluerit excludere, etiam descendentes legitimos ex patribus spuriis, erit ad fauorem illorum interpretandum, tum quia de iure communi sunt habiles, & idonei ad quæcunque beneficia, dignitates, & honores, &c. Tum quia in huiusmodi filiis, & patribus eorum spuriis, bene cadit affectio naturalis, &c.

54 Tandem circa † materiam huius cap. videnda sunt d. *sup. 4 p. c. 3. 12. modo.*

CAP. XVI.

An beneficia sint conferenda digniori, an satis sit digno conferre.

SVMMARIA.

Duo sunt dubia. Primum, an eligens dignum ad beneficium omisso digniori, peccet mortaliter. Secundum, an teneatur illi ad restitutionem, num. 1.

In primo est communis sententia Theologorum promouentem, eligentem, seu præsentantem dignum omisso notabiliter digniori, peccare mortaliter, licet prouisio sit valida, numero 2. *Et probatur ex iuribus, & autoritatibus adductis*, numero 3. *& Concil. Trident. adducto*, nu. 4. *& confirmatur ex electionibus à Deo factis*, numero 5. *Secundo probatur, quia violatur iustitia distributiua, ex quo beneficia sunt etiam bona communia, & præmia meritorum, & committitur peccatum acceptionis personarum, &c.* numero 6. *Violatur etiam secundum aliquos iustitia commutatiua, &c.* num. 7.

In beneficiis sine cura, licet præteritis dignioribus contra iustitiam distributiuam delinquatur, non tamen committitur peccatum mortale, &c. secundum Sotum, quem alij sequuntur, n. 8. *Sed merito reprehenditur per alios*, numero 9. *& à fortiori sententia Pedraçæ*, num. 10.

Contraria sententia, nempe non esse peccatum mortale digniorem dimittere, sed sufficere dignum, & idoneum eligere, seu præsentare, ponitur n. 11. *quæ fundatur* à n. 12. & seqq.

Tertia sententia, quod prima vera sit in Episcopatibus, de beneficiis curatis, ex Conc. Triden. Secunda procedat in beneficiis sine cura, n. 16. *Quæ placet, & est intelligenda, nisi aliqua lege, vel constitutione particulari, aut iuramento aliud cautum sit in beneficiis simplicibus*, n. 17. *& maxime procedit in patronis, non solum laicis, sed etiam Ecclesiasticis*, n. 18. *& in patronis laicis videtur sufficere dignum præsentare, etiam ad curata*, n. 19.

Ad 1. ura, & autho[illegible] adducta pro prima sententia respondetur, n. 20. 21. 22. *& ad confirmationem*, n. 23. & seq.

Ad sec undum respondetur, beneficia non esse bona communia, & præmia meritorum, & sic non violari iustitiam distributiuam, n. 24. *Nec violari iustitiam commutatiuam, eligendo ministros idoneos prætermissis dignioribus, &c.* n. 23.

In 2. dubio, an eligens, dignum prætermisso digniori, teneatur illi ad restitutionem, prima sententia est non teneri, numero 26. *quæ fundatur*, à numero 27. & seqq.

Contraria sententia, nempe quod teneatur illi ad restitutionem, ponitur n. 30. *quæ fundatur* à n. 31. & seqq. *& clarius procedit in beneficiis, quæ per examen & oppositionem conferuntur, & vbi ex lege, vel statuto sunt danda digniori, &c.* à nu. 37. *& eam aliqui admittunt, quando edictum propositum fuerit, quo promittatur beneficij collatio digniori, vel sit oppositio sub huiusmodi pacto, saltim implicito*, numero 40. & 41.

Primum dictum, quod in beneficiis sine cura, in quibus non est peccatum digniorem dimittere, non est obligatio restituendi ei, n. 42.

Secundum dictum, quod in Episcopatibus, & beneficiis curatis, & aliis, quæ ex aliqua lege, vel constitutione danda sunt dignioribus, & magis idoneis, verior videtur prima sententia, nam cum beneficia sint instituta propter seruitium Ecclesiæ, constituto illa, quæ est iuris humani, quod dentur dignioribus, & magis idoneis, facta videtur in fauorē Ecclesiæ, vt ipsa habeat meliores ministros, & non in fauorem ipsorum ministrorum, &c. nu. 43. *& confirmatur exemplo domini, qui suo operi præciperet eligi operarios magis idoneos, &c.* n. 44.

Idem dicendum est in cathedris, & aliis officiis publicis, quæ ex lege, seu ordinatione debent dari dignioribus, num. 45.

In præbendis collegiorum, quia sunt institutæ, non vt stipendia pro labore, sed vt præmia meritorum, & in sustentationem pauperum dantium operam literis, & sic principaliter propter ipsos eligendos, eligentes dignum omisso digniori contra statuta collegij, non solum peccarent mortaliter contra iustitiam distributiuam, sed etiam tenerentur ad restitutionem digniori, nu. 46. *Et si eligerent indignum non habentem qualitates, & conditiones requisitas, tenerentur etiam collegio restituere, quod cum illo expendit ipso non restituto, prout tenetur admittere collegium*, num. 47. & 48.

Constitutio, quod dignior eligatur, non est facta fauore eligendorum, etiam minus principaliter, sed fauore solius Ecclesiæ, ex quo beneficia sunt instituta propter seruitium Ecclesiæ in stipendium ministrorum. n. 49. & 50.

Quamuis collatio beneficiorum, quæ dignioribus sunt conferenda, instar fieri debeat distributiuæ iustitiæ, tamen ibi non est verè, & propriè distributiua iustitia, etiam minus principaliter, nec eligens dignum omisso digniori peccat peccato acceptionis personarum propriè sumptæ contra iustitiam distributiuam, sed solum peccato iniustitiæ contra commutatiuā iustitiam, & fidelitatem, ex officio debitam Ecclesiæ, nu. 51. & 52. *Vnde si ex omissione dignioris sequerentur Ecclesiæ aliqua damna, vel interesse, teneretur ei ad restitutionem illorum, exemplo œconomi*, nu. 53. & 54.

Id non solum procedit in beneficiis, quæ sine edicto, & oppositione prouidentur, sed etiam quæ prouidentur per

edictum,& oppositionem,numero 55. *Nisi forte in edicto promitteretur collatio digniori*,numero 56 *Quæ tamen non videtur promitti dicendo, quod seruabitur vnicuique sua iustitia*,numero 57. *Quãuis oppositores descripti,& concurrentes in tempore præstituto habeant ius ex iustitia commutatiua, vt vni ex illis prouideatur, alias teneretur collator ad restitutionem*,num.38. *Et quomodo sit facienda ista restitutio*, n.59.& 60.

Hodie stante constitutione Pij V. super collationem parochialium, videtur dignior habere ius de iustitia, vt ad parochialem præeligatur, & consequenter ordinarius eligens minus dignum, tenetur digniori prætermisso ad restitutionem damni, numero sexagesimoprimo.

1 HIc duo † sunt dubia,1.an eligens dignum ad beneficium omisso digniori peccet mortaliter. 2. an teneatur illi ad restitutionem.

2 In primo † Theologi communiter docent promouentem,eligentem,seu præsentantem dignum omisso notabiliter digniori peccare mortaliter, licet prouisio,electio, vel præsentatio sit valida. Ita D. Tho. 2.2.q.63.ar.1.& 2.& q.185.ar.3.& quodlibeto. 4.ar.15.& quodlib.6.ar.9.& quodlib.8.ar 6.D Anto. 2.p.tit.1.c.20 §.1. Adria.*in* 4.*de restit.quæst. de collat. beneficior.*Caiet.*d* q.63.ar.2.& q.185.ar.3.& *in summ. verb.acceptio personarum*,Sylu.*eod.*& *verbo*,& *ver. electio*,1.q.16.Soto *de iust.*& *iure*,li.3.q.6.ar.2.& li.10. q.2.ar.3.Mercado *in sum.de contractib.li.6.cap.17.* Arag.2.2.q.62.art.2.*ad* 4.1.*concl.*& q. 63. ar. 2. & ibi Salon.3.*controuersia*,Bannes *dub.*3.4.& 5.Cosm.Philiar.*de officio Sacerdotis*,2.p.*li.*4.*c.*23.Valen.3.*to. disp.* 5.q.7.*pun.*2.2.q.Man.Rodr.*in sum.*1.*to.ca.*106.& 108. Vega *in sum.*1.p.*c.*97.& *c.*109.*casu* 1.& 2.p.*c.*17.*casu* 1.Tolet.*in sum.lib.*5.*c.*4.*vers.*9.& *c.*78.Zechus *de benef.*& *pension.c.*4 *n.*8.& 9.& *de munere Episcopali*,*c.* 4.*n.*5.Açor *instit.moral.*2.p.*lib.*6.*c.*15.*q.* 1.8.& 9.& *c.* 21.*q.*5.& *c.*26.*q.*12. & ex canonistis Abb.*n.*7.& Deci.*à nu.* 13.*in c.constitutus.*2.*de appellatio.*Gomet.*in c.* 2.*de constitutio.in* 6.*à nu.*22. dicens communem P. de Baisio *in directorio electi.*3.p.*c.*24.Coua. *in reg. peccatum* 2.p.§ 7.*n.*4.& 5.Nau.*in man.c.*17.*n.*73.& *de ora. miscell.*18.*cum seqq.vsque ad* 42.& *cons.*8.*alias* 2.*n.*1. *de simonia*,Cuchus *in institutio.maior.lib.*4.*tit.*1.*n.*123. Dida.Perez *in l.*2.*tit.*6.*lib.*1.*ordin.gl.*1. Padilla *in l.*cũ *quidam*,*ff.de leg.*2.*n.*19.Molin.*de Hispanor.primog.li.* 2.*c.*5.*à num.*50.& *num.*69.Flam.Paris.*de resignat. benef.lib.*4.*quæst.vlt.numero* 35.& 36.& 39.& 40. Cardin.Paleotus *de sacri Consistorij* cõsultationibus, *quarta parte quæstion.*1.*in princ.*Zauall. *in suis communibus contra communes quæst.*659.*numero primo* Marc.Anto.

3 Genu.*in praxi Archiepiscopali curiæ Neapolitanæ*,*ca.* 65.*n.*8.& Villar del patronado de Calatayud,4.*p. in prin.à n.*15.vbi docet, quod omnia beneficia debẽt dari dignioribus sub peccato mortali, qui tamen §.3. *num.*16, ait secundum Nau. in beneficiis simplicibus sufficere eligere dignum licet non eligat digniorẽ, & idem videtur 8.*par.costumbre* 7.*n.*7.Azeu.*cons.* 9. *num.*30.& *cons.*24.*à num.*40.Parlad.*differ.*8.*nu.* 8. & plures relati per Bobadillam *in sua Politica libro* 1. *c.*3.*numero* 76.& Hiero.Platus *de Cardin.dignitate*,& *officio capit.*31.qui ait,quod eligendus est dignior.nõ solum ad summum Pontificatum, sed etiam ad quẽlibet Episcopatum.& decis.Rotæ in causa Toletana canonicatus 18.Maij, 1584. coram sanctissimo Clemente VIII.sup.adducta 5.*p.c.*4.*nu.* 166. & in causa Vallisoletana præeminẽtiarum 24.Nouem.1603.coram illustrissimo Pamphilio.

Quæ sententia † probatur 1.ex Leone Papa *in c. Metropolitano* 63.*dist.*vbi ait:*Metropolitano defuncto cum in loco eius alius fuerit subrogandus prouincialis Episcopi ad ciuitatem Metropolim conuenire debebũt, vt omnium clericorum,atque ciuium voluntate discussa ex presbyteris eiusdem Ecclesiæ, vel diaconis optimus ordinetur*,& D.Hiero.*in c.Moises*,& *in c. licet* 9. 8. *q.*1.& aliis authoritatibus sanctorum,& ex *c.*2.*de off. custodis*,ibi:*Vt ad hoc opus tales ordinentur,quales sãctiores & meliores esse viderint*, & ex *ca.vni*, *vt Ecclesiast.benefic.sine diminut. conferant.* vbi sic ait Innoc.III. *Debuisti Ecclesiasticum officium,& beneficium in persona magis idonea dispensare.*

Et accedit † S Concil. Trid.sess.24.de refor.ca.1. 4
vbi sic ait:*Omnes vero,& singulos,qui ad promotionem præficiendorum,quodcunque ius quacunque ratione à Sede Apostolica habent,aut alioquin operam suam præstant,nihil in iis pro præsenti temporũ ratione innouãdo hortatur,*& *monet,vt in primis meminerint,nihil se ad Dei gloriam,*& *populorum salutem vtilius posse facere quam si bonos pastores,*& *Ecclesiæ gubernandæ idoneos promoueri studeant,eosque alienis peccatis communicãtes mortaliter peccare,nisi quos digniores, & Ecclesiæ magis vtiles ipsi iudicauerint,non quidẽ precib.vel humano affectu,aut ambientium suggestionibus,sed eorũ exigentibus meritis præfici diligenter curauerint*,&c. Et in ca.18.eiusd.sess.*vbi ait ad parochiales ex dignis,& approbatis eligendum esse digniorem*, & *magis idoneum.*

Et confirmatur † ex electionibus à Deo factis in 5
veteri,& nouo testamento,vbi semper eligit meliores,&c.

Secundo probatur quia † dimittendo digniorem 6
sine causa debita violatur iustitia distributiua, ex quo beneficia sunt, etiam bona communia,& præmia meritorum,& committitur peccatum acceptionis personarum,quod illi contrariatur,& est morale genere suo,& hæc est ratio communis Theologorum.Violatur † etiam secundum Sotum, Aragon. Salon.& Bannes supra,iustitia commutatiua (quæ in 7
beneficiis distribuendis præcipue spectatur,cum primario,& principaliter sint instituta in stipendium laborantium, vt Ecclesia habeat bonos ministros) nam electror, seu prouisor beneficiorum cum non sit dominus,sed dispensator, & administrator institutus in bonum Ecclesiæ,tenetur ex officio, & fidelitate debita Ecclesiæ,atque adeo ex iustitia commutatiua consulere vtilitati Ecclesiæ, atque adeo optimum ei ministrum prouidere, quod etiam inquit Rebel.relatus *nu.seq.*

Ait † tamen Soto supra,quod in beneficiis sine 8
cura, licet præteritis dignioribus contra iustitiam distributiuam delinquatur,tamen subest tantum periculi,atque ob eam rem,aut nunquam,aut perquam raro peccatum illic mortale committitur, dummodo non concedantur indignis,cuius sententiam veram existimat Arag.*supra* quia in ordine ad hęc adeo parum requiritur de dignitate personæ, vt omnes qui sunt digni,sint ferè æque digni,nisi in canonicatibus,& aliis beneficiis,quæ per oppositionem,& concursum prouidentur. In quibus non dubitat esse peccatum mortale, prætermittere notabiliter digniorem, cum grauis ei fiat iniuria in hoc,quod impeditur à consecutione eius, quod secundum statuta Ecclesiæ sibi debetur,& illam etiam sententiam Soti videtur sequi Flamin.Paris.*supra numero* 46.&

accedit,

accedit, licet non in totum, Rebellus *de obligat. iust. 1. p. libr. 3 q. 4. numer. 11. & 12.* qui tenet, quod peccatum est lethale regulariter digniorem notabiliter & euidenter cognitũ prætermittere, quoad beneficia curata, non solum quando per oppositionem, aliumve titulum acquisiuit ius commutatiuum, sed etiamsi nullum tale ius habeat, quia collatores non. sũt domini, sed dispensatores beneficiorum, & non solum in proprio euentu contra iustitiam distribuunt, sed etiam contra fidelitatem Christo & Ecclesiæ debitam delinquunt in re graui, & notabili, & fructu per digniores præstando Ecclesias defraudant, & quod peccatum lethale etiam esse videtur eligere minus dignũ ad cardinalatus, canonicatus, decanatus, & alia beneficia simplicia magni momenti, quando notabilis, & euidẽs est inter promotũ & digniorem prætermissum excessus, si vero paruus sit veniale videtur, vel si beneficium simplex non tanti momenti sit, quia violatio iustitiæ distributiuæ per acceptationem personarum ex genere suo mortale est, quare nisi ex paruitate materiæ per respectum ad excessum eligendorum, vel beneficiorum excusetur, lethale erit.

Sed hanc Soti † sententiam merito reprehen-
9 dunt Naua. *d. miscell.* 38. & P. Naua. *de restitut. lib. 2. c. 2. numero* 184. nam si vt ipse dicit, etiam in beneficiis simplicibus peccatum est contra iustitiam distributiuam dimittere digniorem, erit mortale, cum materia sit grauis respectu ipsius dignioris cui fit iniuria. Vnde à fortiori † conuincitur sententia Pe-
10 dracæ *in sum. 7. præcepto. 7. §. 36.* dicentis absolute solum esse peccatum veniale eligere dignum præterito digniori, quamuis peccetur cõtra iustitiam distributiuam, & citat Caietan. *tentaculo 12. ad 4.* qui tamẽ id non tenet sed quod considerato officio, labore, & onere, non sit mortale, quod etiam dicit *verb. beneficium, & verb. electio.* Contrariam † tamen
11 sententiam, nempè non esse peccatum mortale digniorem dimittere, sed sufficere dignum, & idoneũ eligere, seu præsentare, tenet gloss. *in d. cap. licet ergo, 8. q. 1. & in c. monasterium. 16. q. 7. & in cap. 2. de officio custodis, & in cap. 3. de iuro patr. & in d. c. constitutis. 2. appellatio,* ibi Imola & Franchus, *nu. 4.* Rochus *de iure patronat. verb. honorificum, quæst. decimoquinta ad fin.*

Quæ sententia probatur 1. nam Dom. Paulus *1. ad*
12 *Tim. 3. & ad Titum 1.* ponens conditiones eligendi in Episcopum non loquitur comparatiue, sed absolute dicit illum debere esse virum probum, Doctorem, &c. vt etiam dicitur *in c. cum in cunctis de election.*

Secundo probatur, ex † tex. *in c. si in plebibus 63.*
13 *dist. in d. c. monasterium. & in c. cum nobis de election. & in c. grave nimis,* ibi: *Præcipimus, vt prætermissis indignis idoneos assumant, de præben.* & Conc. Triden. *sess. septima de reform. cap. 3* ibi, *Personis dignis, & habilibus.*

Tertio probatur, quia † eligendo dignum omisso
14 digniori, non fit iniuria Ecclesiæ, ex quo datur ei idoneus minister, nec digniori prætermisso, ex quo beneficia non sunt præmia meritorum, sed stipendia laborantium. Confirmatur, nam si Dominus diceret œconomo, quod conduceret, operarios ad opus suũ, satis esset si idoneos conduceret, &c.

15 Tertia sententia † est Leonardi Lessij *de iust. & iur. lib. 2. cap. 34. dub. 14.* dicentis, ad beneficia habentia curam animarum, vel aliam functionem magni momenti, eligere, postulare, aut præsentare dignum vel libere conferre omisso digniori, quia in promptu est esse peccatum mortale, in cæteris vero beneficiis, vt in canonicatibus, capellis, &c. non videri peccatum mortale semel, vel bis prætermittere digniorem, modo conferantur ei, qui verè dignus sit, quia quod semel, vel iterum dignior prætermittatur in huiusmodi beneficiis, non censetur notabile incommodum, aut notabilis iniuria in Ecclesiam, paucorum enim medio critas aliorum virtute facile cõpensatur, nec fit propriè iniuria digniori, &c. videri tamen esse mortiferum, si quis id passim faciat, aut si raro curet, vt digniores præferantur, qui enim sæpe hoc faceret, vel non curaret præponere digniores censeretur grauiter peccare, contra fidelitatem Ecclesiæ debitam, eiusque magnum bonum negligere, &c. & sic semper esse peccatõ, saltim veniale digniorem, & aptiorem prætermittere, si autem id sæpe fiat, esse peccatum mortiferum: quod si ex sua institutione habeat, vt debeat dari digniori, vel per oppositionem, tunc semper esse peccatum mortale.

Quarta sententia est, quod prima † sententia ve- 16
ra sit in Episcopatib. & beneficiis curatis ex Conc. Trid. *vbi* §. decernente ad illa digniores, & magis idoneos eligẽdos esse. Secunda vero procedat in beneficiis sine cura. Nam Consilium de Episcopatibus & curatis loquitur, & de aliis non dicit, quod dentur dignioribus, antiqua vero iura non ita plana, quæ si essent, *vt* est *d. cap. 1* vt *Ecclesiastica beneficia,* vbi sermonem facit Innoc. *III.* de beneficio non curato, tamen iam oppositum est introductum, & ipse Papa facit, vt abrogata videatur illa constitutio, de iure vero diuino & naturali secluſa ordinatione Ecclesiæ, beneficia non videntur esse bona communia, & præmia meritorum, nec est præceptum, quod dentur dignioribus, &c. ita Nauarr. *d. libr. 2. c. 2. num. 172. & à num. 182.* quem sequitur Ioann. Gutierr. *canon. quæst. libr. 2. cap. 11. numer. 12. &* 28. dicens, quod si aliud diceremus, omnes fere prælati essent in statu damnationis prouidentes beneficia simplicia dignis prætermissis dignioribus, quæ acerbissima esset profecto sententia, &c. & Vega *d. 2. p. cap. 17. casu 1,* qui *in fin.* ait quod Episcopi, qui sunt distributores beneficiorum simplicium, non tenentur eligere digniorem, sed sufficit, quod eligant dignum, siue sit præsens dignior petens beneficium, siue non, & ita tenere Bannes *d. quæst. 63. art. 2. dub. 5 pag. 301.* (quem tamen male allegat, potius tenet contrarium) idem tenet P. Ledes. *in sum. 2. p. tract. 7. c. 2. 7. concl.* maxime *in prin. & 9. & 15 difficul.*

Quæ sententia † mihi placet, & est intelligenda, 17
nisi aliqua lege, vel constitutione particulari, aut iuramento, aliud cautum sit in beneficiis simplicibus.

Et maxime † procedit in patronis, non solum lai- 18
cis, sed etiam Ecclesiasticis, licet in Ecclesiasticis primam sententam tenet Lamber. *de iure patr. 1. p. 2. li. q. 10. art. 3. ad fi.* Quinimo † in patronis laicis vide- 19
tur sufficere dignum præsentare, etiã ad curata, ex *l. cap. monasterium,* & docet Lambert. *ibi, num. 17.* & dicunt probabile Bannes *dub. 4. concl. 3.* Manu. Rodrig. *d. cap. 106. sub numer. 8.* & P. Oedesm. *d. 9. difficul.* nam Concilium Triden. *d. cap. 18.* postquam dixit in parochialibus iurispatr. Eccles. eligendum esse digniorem ex approbatis ab examinatoribus in concursu dicit quod si ius patronatus laicorum fuerit, debeat qui à patrono præsentatus erit, examinari, & si idoneus repertus fuerit, admitti, vnde patronum laicum non arctat ad præsentandum digniorem, quod non

videtur aduertisse Ioann. Gutier. *supra numero* 27. *& 28.*

20 Nec huic † sententiæ obstant arg. 1. sententiæ nam ad primum, ad d.c. metropolitano, vltra quod loquitur in Episcopatibus, potest responderi ibi non induci necessitatem, vt optimus eligatur, & ita etiam potest responderi ad *caput secundum de offi. custodis.*

21 Ad authoritates † Hieron. & aliorum sanctorum potest responderi, quod intelliguntur de honestate, & consilio, &c. & quod non sunt leges, & constitutiones pontificiæ.

22 Ad *cap. vnicum, vt Ecclesiastica beneficia*, potest etiam responderi, quod † ibi Papa dicit Archiepiscopo Mediolan. quod debuit Ecclesiasticum officium, & beneficium in persona magis idonea dispensare, quia forte prouisus non erat persona satis idonea, & non quia digniori esset necessario conferendum, vt colligitur ex verbis versic. cum enim, *Videlicet vt ostenderes quod prædictam Cancellariam personæ idoneæ modò canonico, & tempore competenti donasses.*

23 Ad † confirmationem de electionibus à Deo factis respondetur solum conuincere, id melius esse, & de consilio.

24 Ad 2. resp. secluſa † ordinatione Ecclesiæ, seu institutoris, beneficia non esse bona communia, & præmia meritorum, vt dictum est, & consequenter non
25 violari iustitiam distributiuam. † Et rursus non violatur iustitia commutatiua eligendo ministros idoneos prætermissis dignioribus, nisi Ecclesia expresse præcipiat suis dispensatoribus, quod ei dent optimos ministros, & magis idoneos, sed satis implent suum officium, & debitam fidelitatem dando ministros idoneos iuxta dicta.

26 In 2. dubio, an eligens † dignum ad beneficium prætermisso digniori, teneatur illi ad restitutionem, prima sententia est non teneri, quam tenent Adrianus *in 4. tract. de restitutione. c. quia iam determinatum est*, Sotus *de iust. & iure, lib. 4. q. 6. art. 3. ad 6.* M. Ledes. *2. p. q. 18. art. 2.* Nauar. *in man. cap. 17. numero 72. & seq. & consi. 8. alias 2. de simonia, numer. 2.* Couarru. *in reg. peccatum, 2. p. §. 7. numero 6.* Cuchus *in institutio. cano. libro 4. tit. 1. numero 123.* Didacus Perez *in l. 2. tit. 6. lib. 1. ordin.* Padilla *in l. cum quidam, ff. de legat. 2. numero 18.* Molina *de Hispanorum primogen. lib. 2. cap. 5. numero 57.* Spino *de testament. gloss. 18. numero 9. & 10.* Ioan. Gutier. *dicto lib. 2. cap. 11. a numero 47.* Zauallos, *d. quæst. 659. numero 12.* Mercado *lib. 6. cap. 17. fol. 257. alias 208.* Angles *de restitut. quæst. de clericis restitutioni obnoxiis, 4. difficult.* Pedraça *7. præcepto. §. 36.* Cosmas Philiar. *2. p. libro secundo cap. 23.* Summa Corona *2. p. de restitutione, numero 10.* Vega, *1. p. cap. 109. casu 1. & 1. p. c. 17. casu 1.* Valen. *3. tom. disput. 5. quæst. 7. pun. 2. 6. q.* Lud. Carb. *de restitutione, quæst. 30. conclus 4.* & Toletus *libro 5. cap. 4. vers. 4. & cap. 78.* & nouissime Lessius *dict. libro 2. cap. 34. dub. 15.* & magis placet Azori *d. lib. 6. cap. 15. q. 12.* & sequitur Rebellius. *1. p. lib. 3. q. 4. & 5.*

27 Quæ sententia † probatur primo, quod beneficia sunt principaliter instituta, propter ipsos ministros, & in præmium meritorum, suntque stipendia ministrorum, & non bona communia, vnde dicitur, quod beneficium datur propter officium, *cap. fin. de rescrip. in 6.*

Secundo probatur, nam † si paterfamilias di-
28 ceret œconomo, quod conduceret ad opus suum operarios idoneos, aut magis idoneos, & ille conduceret non idoneos, aut minus idoneos, profecto nihil teneretur restituere idoneis; aut magis idoneis omissis, vt patet, ergo similiter in proposito.

Tertio, quia † dignior haberet, ius ad benefi- 29
cium, tanquam sibi debitum, sequeretur, quod non solum prælatus teneretur illi restituere, sed etiam dignus, cui fuit collatum, teneretur illi dimittere beneficium, consequens autem est falsum & contra omnes: ergo. Probatur sequela, nam si bonum aliquid commune mihi debitum ex iustitia distributiua datur alteri, tenetur ille illud mihi restituere, vt si certa quantitas ex institutione distribuenda pauperibus, seu magis egenis per dispensatorem daretur diuitibus, seu minus egenis tenerentur illi eam restituere pauperibus, seu magis egenis, quibus danda erat, nec enim dispensator bonorum communium, potest illa conferre, nisi iuxta voluntatem veri domini, & facultatem sibi commissam, nec refert, quod beneficium detur propter ministerium Ecclesiæ, & non gratis, vt ait Aragon. infra, nam si deberetur nihilominus ex iustitia distributiua digniori, illud ei volenti cum suo onere esset restituendum, iuxta dicta. Hæc sunt præcipua arg. huius sententiæ.

Contrariam tamen † sententiam, nempe quod 30
eligens dignum, seu digno conferens beneficium prætermisso digniori teneatur ad restitutionem ipsi digniori prætermisso, tenent Palud. *in 4. dist. 15. quæst. 2. artic. 2. numero 12.* & ibidem Ricar. Caiet. *2. 2. qu. 62. artic. 2. ad 4. in 3. dub. & in sum. verb. acceptio personarum*, Sylvest. *verb. restitutio. 3. q. vlt. vers. 2.* B. Medina *in summ. libro primo cap. 14. §. 32.* Ludouicus Lopez *instruct. conscien. 1. tom. cap. 125. & 127.* P. Nau. *dict. libro 2. cap. 2. à numero 176.* Aragon *d. ar. 2.* Salon. *q. 63. artic. 4. controuer. 3. conclus. 4.* & ibi Bannes, Mar. Rodrig *1. tom. c. 108. num. 6.* P. Ledes. *2. p. tract. 8. cap. 4. 1. concl. & c. 8.* & magis communiter Theologi moderni.

Quæ sententia † probatur, nam ille peccat con- 31
tra iustitiam distributiuam, est enim acceptor personarum, vt omnes dicunt. Et † violatio iustitiæ di- 32
stributiuæ inducit obligationem restituendi, Dom. Thom. receptus, *d. q. 62. art. 1. ad 3.* & ibi Caiet. *& d. artic. 2. seq.* P. Nauar. *de restitut. lib. 1. à numero 10.* P. Ledesm. *d. cap. 4.* Molina *de iust. tract. 2. disputat. 714.* quicquid dicat Valen. *supra* & Rebellus *1. p. libro 1. quæst. 3. numero 18. & lib. 3. quæst. 3.* Nec † valet dicere, 33
vt dicunt authores contrariæ sententiæ, id procedere, vbi principaliter agitur de distribuendis bonis communibus institutis in bonum, & vtilitatem particularium, & sic quando est mera iustitia distributiua, seu principaliter intenta, secus in bonis principaliter institutis in bonum, & vtilitatem Ecclesiæ, seu Reipublicæ: nam si damus, vt prædicti authores dare videntur, quod in collatione beneficiorum interueniat etiam iustitia distributiua, saltim secundario & minus principaliter intenta, quia beneficia instituta, seu ordinata videntur secundario, propter eligendos in præmium meritorum, profecto violatio illius iustitiæ distributiuæ respectu digni oris inducet obligationem restituendi, vbicunque enim fuerit violatio iustitiæ, & æqualitatis seruandæ, resultat inæqualitas per restitutionem ad æqualitatem reducenda. Et † facit simile, quod violatio immu- 34
nitatis Ecclesiæ extrahendo ab ea delinquentem obligat ad restitutionem, seu satisfactionem non solum Ecclesiæ, sed etiam ipsi delinquenti faciendam, licet illa immunitas sit principaliter propter

respe-

respectum, & reuerentiam Ecclesiæ, & minus principaliter propter delinquentes ad ipsam confugientes.

35 Secundo probatur hæc sententia, nam si Dominus præciperet dispensatori, quod tribueret eleemosynam pauperibus consanguineis, seu magis egenis, & daret illā pauperib. nō consanguineis, seu minus egenis teneretur restituere pauperib cōsanguineis seu magis egenis. ergo similiter cū Christ⁹ Dominus, seu Ecclesia præcipiat dispensatori beneficiorum, quod conferat illa digniori, si confert minus digno tenetur ad restitutionem digniori.

36 Tertio † probatur, ex doctrina D. Thom. *dicta quæst. 62. articul. secundo ad quartum*, vbi docet, quod impediens ne detur beneficium digniori tenetur ei ad restitutionem, nec meminit vis aut fraudis, ergo à fortiori tenebitur conferens digno omisso digniori.

37 Hæc sunt arg præcipua † huius sententiæ ad quæ reducuntur alia, quæ pro ea fieri solent, & huius sententiæ authores (exceptis Nauarr. *sup. numero. 203. & seq.* Manu. Rodrig. *sup.* qui eam intelligunt in beneficiis, quæ per oppositionem, & concursum conferūtur) in quibus eam, etiam tenet Lessius ꝛ. loquuntur indistincte de quibusuis beneficiis. Quam † tamen clarius procedere in beneficiis, quæ per examen obtinentur, vbi iubet lex, vel statutum, quod dentur digniori, aiunt B. Medina *supr.* & Lud. Lopez *d. cap.* 127. Aragon dicit certissimam de cathedris, & beneficiis quæ oppositione obtinentur, & maxime procedere in his, quæ conferuntur per oppositionem, & præcedente rigoroso examine, dicit Salon sup.

39 Et hanc † sententiam admittit Lud. Carb. *sup.* 4. *& 12. conclusione*, quando ex aliqua lege, vel statuto beneficia danda essent digniori, & Mar. Anton. Genuen. *d. cap.* 65. *numer.* 8. dicens, quod quando ex aliquo statuto, vel lege beneficium, vel officium debetur digniori reperto in concursu, Episcopus non solum peccat, sed tenetur ad restitutionem, si minus digno conferat.

40 Eam etiam † admittunt Molina, & Ioan. Gutier. cum eo, *numero* 55 *vbi supra* quando edictum propositum fuerit, quo promittatur beneficij collatio illi, quem digniorem esse constiterit prout in electione canonicatuum magistralium, vel doctoralium, vel etiam cathedrarum, seu præbendarum collegij (inquiunt) effici solet, in eo namque casu existimant limitandam primam sententiam, & eum qui digniorem neglexerit ad damni restitutionem eidem teneri, hic namque non solum iustitia distributiua sed etiam commutatiua violatur ob non adimpletam promissionem, quia ex huiusmodi edicti propositione quidam contractus vltro citroq; obligatorius inter digniorem, & electores resultat, quē tenentur electores præcise obseruare, prout in simili in subhastatione, in qua promittitur quod res dabitur plus offerenti, vt tradit Bart. communiter receptus *in l. Iumitatio, in princ. numero quarto, ff. de vectigal. & publican.* & alias tradit Ioann. Gutierrez. *cōsil. 44. numero 9.* Et † nouissime id tenet Rebellus *d. libr. 3. quæst. 5* quando sit oppositio propria, ac formalis, nēpe sub pacto explicito, & in edicto expresso, vt digniori conferatur, vel saltim implicito, quale esse ait stante consuetudine, aut lege præcipiente dari digniori.

42 In hoc dubio † dico quod in beneficiis sine cura, in quibus dubio præced. diximus, non esse peccatum digniorem dimittere, nō est obligatio restituēdi ei, nam cessante peccato consequenter etiam cessat obligatio restituendi, quæ hic non poterat esse, nisi ratione iniustæ acceptationis, seu iniuriæ factæ digniori. 43 Dico 2. quod † in Episcopatibus, & beneficiis curatis, & aliis, quæ ex aliqua lege, vel constitutione danda sunt dignior ib. & magis idoneis, verior mihi videtur prima sententia, nam cum beneficia sint instituta propter seruitium Ecclesiæ, constitutio illa (quam iuris humani esse diximus dubio præcedenti) quod dentur dignioribus, & magis idoneis, facta videtur in fauorem Ecclesiæ, vt ipsa habeat meliores ministros, & non in fauorē ipsorum ministrorū, quod ex eo apparet, quod vacantibus duob. Episcopatibus vno minus pingui, sed maioris diœcesis, & indigentioris doctrina, & altero magis pingui, sed minoris diœcesis, & minus indigentis, minus pinguis debet conferri digniori.

Et confirmatur † exemplo domini, qui suo operi præciperet eligi operarios magis idoneos, quod quidem non in fauorem, & gratiam ipsorum operariorum, sed in fauorem, & bonum ipsius domini præceptum est, & ideo œconomus digniores dimittens illis non faceret iniuriam, sed domino, vt *in 2. arg. d. 1. sententiæ.* 44

Et idem dicendum est in cathedris, & † aliis officiis publicis, quæ ex lege, seu ordinatione debent dari dignioribus. 45 46 In † præbendis autem collegiorum quia sunt institutæ, non vt stipendia pro labore, sed vt præmia meritorum, & in sustentationem pauperum dantium operā literis, & sic principaliter propter ipsos eligen los, eligentes dignum omisso digniori contra statuta collegij præcipientia dari digniori, non solum peccarent mortaliter contra iustitiam distributiuam, sed etiam tenerentur ad restitutionem digniori prætermisso, ita Pet. Ledesma, *d. tract. 8. c. 8. 13. concl.* Et † si eligerent indignum, & nō habentē qualitates, & conditiones requisitas, tenerētur etiam collegio restituere, quod cum illo expendit, ipso non restituente, prout † tenetur, ac dimittere collegium, in quo est contra statuta, & voluntatem fundatoris, Petr. Ledesma *ibi*, 4. *conclusione*, & 12. 47 48

Nec obstat † dicere, quod esto ratione Ecclesiæ principaliter sit dignior eligendus, tamen non est negandum, quin etiam fauore eligendorum sit illa edita constitutio licet minus principaliter, ita vt cessante vtilitate Ecclesiæ habenda ratio vtilitatis eligendorum, quia vnde colligitur oppositum, cum hæc obligatio prima secundam non tollat? vt inquit Naua *sup. num.* 178. ego enim dico, vnde colligitur, quod etiam fauore eligendorum, licet minus principaliter sit facta illa constitutio? Et † quod potius sit facta fauore solius Ecclesiæ colligitur ex eo, quod beneficia sunt instituta propter seruitium Ecclesiæ in stipendium ministrorum, & absque sufficienti fundamento non est addenda illa secundaria & accidentaria obligatio respectu eligendorum: & quamuis in illa constitutione habeatur aliquis respectus ad eligendos, vt excitentur, & inducantur ad studium, & virtutem, non tamen ita vt tribuatur eis aliquod ius de iustitia ad beneficium. 49 50

Vnde dicendum est, quod quamuis collatio beneficiorum, quæ dignioribus sunt conferenda, instar fieri distributiuæ iustitiæ, tamen ibi non est vere & proprie distributiua iustitia, etiam minus principaliter, quicquid dicant authores tam primæ, quam secundæ, sententiæ, nec eligens dignum omisso di- 51

gniori peccat peccato acceptionis personarum proprie sumptæ contra iustitiam distributiuam. Sed solum † peccato iniustitiæ contra iustitiam, & fidelitatem ex offi[illegible]o debitam Ecclesiæ, ex qua stante constitutione, seu ordinatione, quod beneficium daretur digniori, & magis idoneo, debebat ei optimum mistrum prouidere, & magis idoneum. Vnde † si ex omissione dignioris sequerentur Ecclesiæ aliqua damna, vel interesse, teneretur ei ad restitutionem illorum, vt inquiunt Salon, & Bannes ad consummationem 6. *vbi sup.* & dicit probabile Pet. Ledesma *sup. 2. difficultate.* Sicut † œconomus, cui dominus præciperet, quod conduceret operarios meliores, & magis idoneos, teneretur domino ad restitutionem damni, vel interesse ei secuti ex omissione illorum, quicquid velit Rebellus *sup. q. 4. n. 14.*

Quod † non solum procedit in beneficiis. quæ sine edicto, & oppositione prouidentur, vt in Episcopatibus, in quibus id facilius procedit, vt per Nau. *sup. num.* 202. *&* 203. Sed etiam in beneficiis, quæ prouidentur per edictum, oppositionem, & concursum, nam dignior ex oppositoribus non habet ius de iustitia, vt sibi prouideatur iuxta dicta. Nisi † forte in edicto promitteretur collatio, seu electio digniori. iuxta limitationem, Molin. & Ioann. Gutierrez, de qua *sup. nu.* 40. Quæ † tamen non videtur promitti dicendo, quod seruabitur vnicuique sua iustitia, nam verba ista solum important, quod seruabitur iustitia, quam habuerit, non amplius. Quamuis † oppositores descripti & concurrentes in tempore præfituto, habeant ius ex iustitia commutatiua, vt vni ex illis prouideatur, & sic si alij non descripto prouideretur, teneretur collator ad restitutionem, Nau. *d. c* 17. *nu.* 74. & Philiar. *d. lib.* 6. *2. p. c.* 23. *ad fi.* & Rebellus *d. q.* 5. *num.* 5. *vers.* 4. qui aiunt quod tenetur restituere digniori ex descriptis. Sed † cum ille non habeat ius de iustitia, vt sibi prouideretur, & iniuria omnibus oppositoribus dignis sit facta, potius videbatur omnibus illis restitutio facienda, vt alias ait M. Ledesma, *sup.* quod conferens alteri beneficium conferendum ciuibus tenetur ad restitutionem prædictis ciuibus, & vni, si solus esset vnus ciuis, quem sequitur Ioann. Gutierrez, *d. c.* 15. *num.* 30. Imo cum † nulli in particulari sit facta iniuria, sed omnibus in communi, non video quomodo commode fieri possit restitutio. Et iux. prædicta dicendum est de cathedris. Hodie † tamen stante constitutione Pij V. super collatione parochialium. ex qua digniori reiecto datur appellatio à mala electione, vt infra 9. *p. c.* 2. *à num.* 239. videtur dignior habere ius de iustitia, vt ad parochialem præeligatur, & consequenter ordinarius eligens minus dignum, & teneri digniori prætermisso ad restitutionem damni.

OCTAVA

OCTAVA PARS
DE REQVISITIS
PROVISIONIS
beneficij.

CAP. I.

Quod fiat gratis, liberè, & sine pacto, modo, seu conditione, ac sine diminutione.

SVMMARIA.

NECESSARIVM *requisitum est, quod prouisio fiat gratis, id est, non pretio, præmio, seu mercede,* numero primo, *libereque, & sine pacto, modo, seu conditione,* numero secundo. *Aliquin contraheretur simonia, qua prouisio beneficij vitiatur, & nulla est ipso iure impediente illius acquisitionem,* numero tertio. *Etiamsi simonia sit facta ignorante prouiso, contra Felinum, & alios,* à n. 4.

Et verbum, penitus, de quo in capit. nobis, de simonia, *significat nullitatem ipso iure.* numero quinto, & seqq.

Quod procedit etiam in eo, qui acquisiuit beneficium per simoniam cum consiliario, seu amico commissam, ipso prouiso, & etiam collatore ignorantibus, nisi factum esset in fraudem prouisi. numero octauo. *Et etiam si collator alias esset collaturus, si etiam fuit motus consilio, vel intercessione illius,* numero 9.

Procedit etiam, quamuis illa simonia fuisset commissa cum vno ex multis electoribus, præsentatoribus, aut collatoribus, quorum maior pars alias eum elegisset. numero 10. *Sed contra videtur* decisio *Rotæ Farin. 103. vbi, quod præsentatio simoniaca vnius patroni non vitiat præsentationes aliorum.* nu. 11. *Concordia.* num. 12.

Procedit etiam, licet ad beneficium per huiusmodi simoniam quæsitum antea ius habere contra Nauarr. numero 13.

Et tunc non solum vitiatur confirmatio, seu institutio, sed etiam amittitur ius ad rem ex electione, seu præsentatione. n. 14.

Possidens tamen beneficium habitum per simoniam, se ignorante commissam, habet titulum coloratum, & gaudebit beneficio regulæ de triennali, numero 15.

An quod dictum est, prouisionem beneficij simoniace factam esse nullam ipso iure, procedat tantum in simonia reali ab vtraque parte completa per dationem rei spiritualis, & temporalis, an vero procedat etiam in simonia conuentionali, in qua deuentum est ad dationem beneficij tantum, num. 16. *Et Nauarri sententia est, nullitatem collationis, seu tituli, & excommunicationem non incurri per simoniam conuentionalem ab vtraque parte completam, ex Cassadoro* decision. quinta de constitutionibus, *docente* Extrauagantem, cum detestabile, de simonia, *quatenus inducit pœnam priuationis ipso facto, loqui in simonia reali, non in conuentionali, & ita tenere Rotam,* numero decimo septimo, & decimo octauo. *Quam sententiam Nauarri sequuntur plures relati,* num. 19.

Contraria sententia tenetur, nempe, prouisionem beneficij per simoniam conuentionalem factam, esse nullam, numero vigesimo. *Quæ probatur* à numero vigesimo primo & seqq. *& eam tenent citati.* à numero 28. & seqq. *Et tantum abest, quod contraria sententia sit in Rota recepta, vt potius Rota hanc sequatur, vt apparet ex decisionibus allegatis,* à n. 32. *Et ad d. decisionem Cassadori respondetur, quod procedit quoad pœnam priuationis ipso iure respectu beneficiorum obtentorum, de qua in dicta extrauagant. cum detestabile, in princip.* à nu. 36. & seqq. *Itaque stylus, & interpretatio Rotæ de qua Cassador. ibi, procedit in diuersis terminis, nempe, in priuatione beneficiorum obtentorum ipso iure noue inducta per dictam extrauagantem,* n. 37.

Pœna depositionis contra simoniacos posita solum habet locum in vera, & pura simonia, nam propter pactiones, & conditiones illicitas, modo non contineant veram, & puram simoniam, dato, quod habeant speciem simoniæ, non est quis deponendus, nec beneficio priuandus, & idem erit in aliis pœnis extrinsecis. n. 38. & seqq.

Improbatur sententia Rebuffi, dicentis, quod simoniacus non priuatur ipso iure beneficiis ante simoniam adeptis, sed est opus priuatione. n. 41.

Improbatur etiam sententia Suarez dicentis, ex vi illius extrauagantis, non incurri ipso facto censuras, quæ in

antiquioribus iuribus erant tantum ferendæ, at depositio non incurritur ipso facto.n.42.

Esto pœna excommunicationis posita in dicta extrauag. cum detestabile.versic.statuentes, restringatur ad simoniam realem ex illis verbis, qui quomodolibet dando,vel recipiendo simoniam commiserint, tamen id non potest referri ad versiculum,per electiones,vbi agitur de nullitate prouisionis simoniace factæ, num. 43.& verius est, per illa verba non restringi excommunicationem ibi positam ad simoniam realem completam,etiam ex parte rei temporalis, nam illa referuntur solum ad spirituale,nempe,ordines, vel beneficiacita, quod tam dantes ordines, vel beneficia per simoniam, quã illa sic recipientes sint excõmunicati, nisi obstaret stylus & intellectus Rotæ contrarius.nu. 44.

Simonia mentalis non inducit nullitatem,nec simoniacus mentalis tenetur ad resignationem, vel restitutionem.num.45.licet contra teneant aliqui citati.num. 46.

Non obstat,quod vsurarius mentalis teneatur ad restitutionem, quando mutuatarius coactè dat vltra sortem ratione mutui,secus quando libere,& sponte dat, licet mutuans iniquam habeat intentionem.num.47. & 48. nam plures assignantur differentiæ rationes inter simoniam,& vsuram.num 49. Et verior videtur ratio Caietani. nume.50. est etiam optima ratio, quam adducit Victoria. num.51. Quæ confirmatur, quia vsura est contra iustitiam, simonia vero contra religionem.nume. 52. Est etiam bona ratio Vgolini, quæ in idem recidit, quam etiam tradit Philiar.nu. 53.

Itaque simonia mentalis non inducit nullitatem,nec obligationem restituendi,quia nec ex natura rei, nec ex iure naturali, aut diuino simonia eam inducit, quia nullusit iniustitia,cum voluntarie hinc inde detur,nec de iure humano ea introducta est in simonia mentali, sed solum in exteriori.n.54. Et reprobatur sententia Lessij,& Suarez n.55.

Non solum prouisio beneficij simoniace facta est nulla, sed etiam simoniaci inhabiles sunt ad illud. numero 56.

Simoniaci infames sunt infamia iuris. n. 57. non tamen ipso facto,sed cum per sententiam de hoc crimine fuerint damnati,secundum Abbatem,contra aliquos dubitantes,à n.58.& seqq.Et videtur non sufficere esse sequutam sententiam super crimine simoniæ,nisi in ea imponatur pœna d.infamiæ,saltim,si ad alias pœnas est processum.n.61.

Ad alia quæcunque beneficia simoniaci redduntur inhabiles.n.62.etiam in simonia conuentionali,secundum Rotam.n.63.Pro quo facit, quod simoniacus etiam in beneficio est irregularis secundum aliquos,& committentes confidentiam,n.64.& 65.Sed id de iure communi difficultatem habet,etiam in simonia reali, præcipue,quia ista inhabilitas non videtur in fine expressa.n.66.

Quamuis ob simoniam etiam conuentionalem, seu pactum simoniacum quis reddat se indignum ad acquirendum beneficium.n.67. Et contrarium tenent alij. num. 68. Nec est verum illud de irregularitate.nu. 69.

Nec simoniacus in beneficio est ipso iure suspensus,vt simoniacus in ordine, sed solum excommunicatus.nu. 70.tamen hodie id de inhabilitate ad beneficia, sine difficultate procedit ex constitutione Pij Quinti, etiam in foro conscientiæ contra Nauar.n.71.& 72. Non tamen ex eo simoniacus potest dici irregularis, sicut nec confidentiarius.n.73.

Quis possit dispensare in prædicta inhabilitate,remissiue n.74. vbi ponuntur declarationes S. Congregationis Concilij.

Adeo gratuita prouisio beneficij esse debet, & sine præmio,& mercede,vt ex collationibus,seu institutionibus, ac possessionibus,seu mandatis possessionum beneficiorum,& capellaniarum non possint exigi sportulæ, nec aliquid pro pastu, non obstante quacunque consuetudine etiam immemoriali.n.75.& n.seq.ponuntur declarationes S.Congregationis.

Episcopus, vel vicarius non potest aliquid recipere pro collationibus beneficiorum,etiam parum, contra Cechum.n.78.& seq.

An ex possessione beneficij,seu mandato,& actis illius, possint notarij,& alij officiales,quibus alias salarium constitutum est aliquid accipere pro suo labore,videtur id non tolli dictis declarationibus, quæ non loquuntur de possessione.n. 80.

Quamuis ex mandatis possessionum beneficiorum, Episcopi seu aliis iudices non possint accipere sportulas, alias committant simoniam, non tamen videntur incurrere pœnas impositas contra simoniacos in beneficio,vel ordine.n.81.

Qui accepit possessionem simoniacè,quamuis peccauerit, & fuerit nulla, tamen si alias beneficium est suum,& in eo habet legitimum titulum,poterit illam continuare.n.82.

Antiquiter recepto, seu in admissione ad possessionem canonicatus,seu præbendæ,aut beneficij,non potest exigi, nec solum aliquod etiam modicum conuertendum incommodum,& vtilitatem canonicorum, & beneficiariorum,& personarum Ecclesiæ, sed est simoniacum,non obstante aliquo statuto,vel consuetudine etiam immemoriali,n.83 & seq. vbi ponitur declaratio S.Congregationis.

Approbantur per Concilium huiusmodi statuta,vel consuetudo,quando id in vsus pios conuertitur, vt in vsum fabricæ,Ecclesiæ,&c.num.85. Quamuis de iure communi communis esset opinio valere huiusmodi consuetudinem in vsum pium,quando non præcessit exactio, non tamen statuta imponentia onus recipiendo etiam in vsum pium. num. 86.

De cætero non poterit fieri statutum,vt aliquid soluatur in vsum pium, nisi fuerit per Papam ex certa scientia approbatum,nu.87. & 88.Nec potest post Concilium capi pro rebus pijs,quod consueuit capi pro commodo proprio.n.89.

Illud etiam capitur pro commodo proprio, & tendit in vtilitatem canonicorum,quod soluitur mensæ capitulari, seu conuertitur in reparationem bonorum mensæ capitularis,n.90.vbi ponuntur declarationes S. Congregationis.

Consuetudo,& constitutio cuiusdam Ecclesiæ, quæ habet, nouiter receptos soluere certam quantitatẽ mensæ capitulari,& certam fabricæ, & certum quid capellanis,& pueris chori,est iniqua,& simoniaca, nec potest tolerari quoad id,quod soluitur mensæ, & etiam capellanis & pueris,numer.91. Quamuis alias quod erogatur in sumptus ministrorum Dei,pium reputetur.n.92.vbi quid in pios vsus conuertì intelligatur.

Æquum videtur,& praxi consentaneum, non esse simoniacos illos,qui coacti dant sportulas pro collationibus,quia non possunt resistere, dummodo voluntariè non dent, nec etiam soluentes Capitulo in admissione ad possessionem,quod solum consuetum est.n.93.

maxi-

maxime, in foro cõscientiæ, modo nõ dent pro pretio, nec pro causa principali & immediata beneficij, seu possessionis, num. 94. & seq. *Et licet prouisio simoniace facta etiam cum ignorantia & bona fide est nulla, id procedit, quando beneficium est acquisitum per simoniam directe, secus in proposito, vbi non est simonia directe*, numero 97. *Et sic nullitas actus est pœna propria, quæ cessante peccato simoniæ debet cessare*. numero 98.

Similiter etiam dispensationes gratis concedi oportet. nu. 99. *quod procedit in compositionibus, non vero in iuribus expeditionis bullarum*, numero 100. *Quamuis etiam respectu compositionum non seruetur*, numero 101.

Adeo gratis dispensationes concedendæ sunt, quod ordinarius quibus committuntur dispensationes matrimoniales, & aliæ, non possunt quidquam accipere pro labore & receptione, & examinatione testium, vel alio quouis titulo à n. 102. & seq. *Vbi ponuntur declarationes S. Congregationis, & decretum, & clausula literarum dispensationum matrimonialium. Nec possunt excusari dicendo, quod per d. decretum non prohibentur accipere stipendium, seu mercedem pro labore, sed donatiuum, quia vtrumque clare prohibetur*, n. 109. *Nec rursus possunt excusari aliqua consuetudine etiam immemoriali*. à n. 110. 111. 112. & n. 113. *ponitur decretum Concilij Mediolanen.* & n. 115. *sententia Genuen. pro accessu tamen ad examinandos testes cõmorantes in aliis locis, absolute posset accipere moderatas expensas, si expediret eum ire, & non committere examen*, n. 66. *pro transumpto etiam vltra instrumentum dispensationis posset aliquid accipi*. n. 117.

Prouisio beneficij fieri debet non precibus, obsequiis, aliare humana gratia. numero 118. *alias est simoniaca, secundum glossam & alios*. nume. 119. *Sed tenendum est cum Innocentio, & alijs citatis*, numero 120.

Collatio beneficij sine diminutione fieri debet. n. 121.

An Episcopus possit statuere, quod fructus beneficiorum vacantium primi anni applicentur fabricæ alicuius Ecclesiæ, vel mensæ Episcopali, seu capitulari remissiue. n. 122.

De materia simoniæ, qui sunt videndi, n. 123.

1 NECESSARIVM imprimis † requisitum est, quod prouisio fiat gratis, id est, non pretio, præmio, seu mercede, *cap. ordinationes, 1. q. 1. ca. 1. 2. 3. 4. & 5. & c. si quis obiecerit, cap. Saluator, cap. ex multis, & cap. fin. 1. q. 3. cap. 1. 2 & 3 1. q. 3. cum aliis titul. de simonia*. libereque † & sine pacto, modo, seu conditione, *cap. cum pridem, cap. cum clerici, cap. fin. de pactis, cum aliis, & cap. quam pio, 1. q. 2.* Probus ad monachum *in cap. cum nullus, de temporibus ordin. in 6. num. 20.* Rebuffus *in praxi, tit. requisita ad collationem, nu. 2. & in concord. tit. de collation. in rubri. versi. ad primum*, Corras. *de benefic. 1. par. capit. 2. ad finem, & 4. parte, cap. 1. numer. 2.* Ioan. Nicol. Gunon. *in Enchirid. benef. tit. 2. cap. 3. ex nu. 46.* Petrus Pechius *in regula, beneficium. in 6. num. 27.* Nauar. *consil. 32. de simonia*, Flam. Paris. *de resignatione beneficior. lib. 8. quæst. 8. à num. 28.* Vgolin. *de simon. tabula 1. de simoniæ genere. capit. 8 § 3.* & Cechus *de benefic. & pension. cap. 1. num. 3.* Rota in Calagurritana beneficij, 1587. supra adducta *præcedenti par. cap. 9. num. 14.* Et facit quod tradit Mandos. *cons. 8.*

3 Alioquin contraheretur simonia, † qua prouisio beneficij vitiatur, & nulla est ipso iure impediente illius acquisitio, *vt in c. ca, quæ cum aliis, 1. quæst. 3. & d. cap. cum clerici*, ibi, *Spelætus, de pactis, extrauag. cum detestabile, de simon.* in commun. Abbas *in d. cap. cum clerici*, Corras. *3. par. c. vltim. n. 13. & 4 par. c. 1. n. 2.* & alij infra citandi.

Quod † procedit etiam in prouisione simoniace facta ignorante prouiso, quæ etiam est nulla ipso iure, *cap. ex insinuatione, de simonia, & c. per nobis, eodem*, ibi: *Penitus reprobandæ*, † nam verbum, *penitus*, significat nullitatem ipso iure, *glos. fin. in l. si qui aduocatorum, C. de postulando*, quam sequitur & commendat Corsetus *in sing. ver. penitus*, Felin. *in capitulo Rodulphus de rescrip. numero 34.* & plura de dictione, *penitus, & omnino*. Tiraque. *in l. si vnquam verb. reuertatur, à numero 66. & 87. seu 76. & 105.* & in terminis *d. capitulo nobis*. Felin. *in cap. insinuatum, sub principio, versi. & prædicta simonia*, Cosmas *in pragmatica sanctione, tit. de election. capitulo 1. § deinde eligant, verb. ipso iure*, & Boerius *decis. 117. sub numero 4.* & dicetur infra *numero 23.*

4 5

Et hanc sententiam tenent Abbas *in cap. penult. de electio. num. 2.* & ibi Barbatia, Annania *in d. cap. nobis, de simonia, num. 2. & 3.* Cosmas *supra additio decis. capellæ Tolos. 439. num. 3.* Cassad. *decis. 3. num. 3. de sequest. poss.* & Sarnen. *in reg. de triennali, quæst. 12. versi. & ista*, qui ait, sequutam esse Rotam in vna Massanen. capel. de anno 1536. coram D. Vortio Crescen. *dec. 4. de simon.* Rota *decis. 191. num. 5 parte 1. diuersorum*, quæ est etiam apud Farin *decis. 9. num. 7.* & Vega *in summa 2. par. cap. 101. casu 33.* Lessius *de iust. & iure libro 2. cap. 35. numero 142.* & Suarez *de relig. 1. tomo, tract. 3. libro 1. cap. 38. num. 35.* Quamuis † contrarium teneant Felin. *in d. cap. insinuatum, numero 5.* Corras. *4. parte, cap. 1. numero 3.* & Nauar. *in manuali, c. 25 numero 113. & consil. 73. numero 3 & consil. 95. & 96.* sic intelligendo, *& 97. numero 7. de simon.* & Vgolinus *tabula 4. c. 7.* nempe, prouisionem factam per simoniam ignoranti, valere ipso iure, sed cum primum scierit simoniam commissam, teneri beneficium renuntiare, & quidquid inuoluat Couar. *in reg. peccatum, 2. par. §. 8. num. 8.*

6

Quæ sententia † ampliatur, vt procedat etiam in eo, qui acquisiuit beneficium per simoniam cum consiliario, seu amico commissam, ipso prouiso, & etiam collatore ignorantibus, nam is etiam ex dictis tenetur resignare beneficium tanquam nulliter collatũ, dum hoc sciretur, nisi factum esset in fraudem ipsius, Summa Corona *3. parte tract. de simonia, sub n. 30.* quamuis contrarium in hoc teneat Conradus *in responsis casuum conscientiæ, q. 39. & 45. in additione.*

8

Quod procedit, etiam si collator † alias esset collaturus, si etiam motus fuit consilio, vel intercessione illius glos. & Felin. *in d. c. nobis, in fine*, quidquid dicat Abbas *ibi*, & Nauar. *d. c. 25. n. 113. ex §. vltimo, 1. q. 6.* qui tamen videtur loqui quando illa simonia nullo modo concurrit ad electionem.

9

Secundò ampliatur, † vt procedat etiam, quamuis illa simonia fuisset commissa cum vno ex multis electoribus, præsentatoribus, aut collatoribus quorum maior pars alias eum elegisset, vt clare probatur *in d. cap. nobis.* & ibi notat Abbas *1. notabili*, & Nauar. *d. n. 113.* licet quoad forum conscientiæ videatur contradicere.

10

Ex quo in vna Caurien. canonicatus, 10. Maij, 1581. coram D. Seraphino fuit resolutum, *Electionem esse simoniacam, & ideo reprobandam, etiam, quod simonia commissa fuisset cum vno solo, dict. cap. nobis. vbi ab-*

bas, de simonia. Vt in decis. quam ponit Farin. *decisio.* 22.

11 Sed contra istam † ampliationem videtur decisio Rotæ in vna Comen. iurispatronatus 6. Martij, 1595. coram illustrissimo Mellino, posita per Farin. decis. 103. vbi fuit resolutum, quod præsentatio simoniaca vnius patroni non reddit præsentationes aliorum simoniacas in præiudicium præsentati, qui nullam scientiam habuit simoniæ, sed sunt validæ ad effectū, vt sustineatur præsentatio in fauorem præsentati ignorantis.

12 Pro concordia dicendum est, † quod ea resolutio Rotæ procedit, & est vera in patronis præsentantibus, vt singulis: quilibet enim præsentat de per se, & tot sunt præsentationes, quot patroni. Et sic vna præsentatio, vitiosa, seu simoniaca, non influit in alias. Et intrat regula iuris in 6. vtile per inutile non vitiatur: at dicta ampliatio procedit in eligentibus, præsentantibus, aut conferentibus, vt vniuersis, seu iure collegij, vt in d. c. nobis: nam tunc omnium vna est electio, præsentatio, aut collatio, & sic simonia cum vno commissa tangit, & vitiat electionem, præsentationem, aut collationem.

13 Tertiò ampliatur, vt procedat † etiam, licet beneficium per huiusmodi simoniam, quæsitum antea ius haberet, quamuis contra teneat, Nauar. *l. n.* 113. ex *c. sicut, 2. de simonia*, quod tamen id non probat, nam non fundatur in iure prius habito per electionem, sed in contradictione ipsius electi.

14 Videtur tamen quod tunc † per simoniam istam solum vitiabitur confirmatio, seu institutio, manente valida electione, seu præsentatione, in quibus nullum vitium interuenit, ad *c. si confirmationem, de elect. in 6.* & dicta infra 9. *p. c.* 4. *num.* 3. & decisionem in causa Oscen. canonicatus 1. Februarij, 1593. supra relatam *par.* 5. *cap.* 4. *num.* 141. & ita tenet Lessius *sup. num.* 138. loquens etiam cum ipse electus, vel præsentatus committit simoniam pro confirmatione, vel institutione obtinenda, & putans sufficere, vt tollatur inhabilitas contracta per actum posteriorem, nec opus esse noua electione, aut præsentatione, & Suarez *de religiosis, tract.* 3. *lib.* 4. *cap.* 58. *num.* 7. contra Vgolinum *tabula* 4. *c.* 6. *nu.* 4. Sed verior est sententia Vgolini, quia per inhabilitatem, quam contrahit confirmatus, vel institutus simoniace, etiam eo ignorante ad illud beneficium, *vt in dicto capit. nobis, de simonia, & cap. penult. de election.* amittit ius ad rem, vt supra *præcedenti parte, cap.* 11. *numero decimo.*

15 Possidens † tamen beneficium habitum per simoniam se ignorante commissam, habet titulum coloratum, & gaudebit beneficio regulæ *de triennali*, Sarnen. *sup.* & Rebuff. *de pacificis possess. n.* 241. alias 198. Vgolinus *d. c.* 6. §. 4. *n.* 2. Lessius *supra, nu.* 140. & tenet Rota, vt in decis. Calagurritana confidentiæ, infra adducta 11. *par. c.* 3. *nu.* 169. Et in Ciuitaten. confidentiæ 23. Ianuar. 1593. coram Illustrissimo Cardin. Mantica.

16 Sed est grauis difficultas, † an id quod dictum est, prouisionem beneficij simoniacè factam esse nullam ipso iure, procedat tantum in simonia reali ab vtraque parte completa per dationem rei spiritualis, & temporalis, ita vt non sufficiat quoad priuationem beneficij ipso iure, & nullitatem tituli, seu prouisionis, beneficium fuisse simoniacè acquisitum per promissionem, seu conuentionem, si promissio, seu conuentio non fuit executa, an vero procedat etiam in simonia conuentionali, in qua deuentum est ad dationem beneficij tantum, ita vt sit nulla ipso iure collatio, seu prouisio beneficij simoniacè facta, etiamsi promissio temporalis, seu conuentio non sit executa.

17 In qua difficultate † Nauar. *in repet. capit. fin. de simon. à numero* 28. *& in cap. si quando, de rescript. exceptione* 4. *& in man. Latino cap.* 23. *à numero* 103 *& in variis consiliis de simonia* docet, nullitatem collationis, seu tituli, & excommunicationem non incurri per simoniam conuentionalem, id est ab vtraque parte non executam, & completam, sed collationem, seu prouisionem beneficij per simoniam conuentionalem factam valere, ex Cassadoro *decis. 5. de constitut.* (quem sequitur Sarnen. *de triennali, quæst.* 12. *in fine*, & Cerola *in praxi Episcopali*, 1. *parte, verb. simonia*, §. 9.)

18 Qui docet, dictam extrauagantem, *cum detestabile*, quatenus inducit pœnam priuationis ipso facto loqui in simonia reali, non in conuentionali. Et ponderat verba illa *versic. statuentes*, *Qui quomodolibet dando, vel recipiendo simoniam commiserint*, vbi datio, vel receptio requiritur, per quæ videtur declarari, quod de pœna priuationis, & aliis statuerat ipso facto: & ait, quod sicut antiquiores, vt audit, ita & moderni Patres Rotæ intelligunt, vnde ita videtur habere stylus Curiæ.

19 Et hanc sententiam † Nauarri sequuntur Couarr. *in reg. peccatum, 2. par.* §. 8. *n.* 7. Salzedo *in pract. crimi. Bernardi Diaz c.* 91. *litera D.* Ioan. Gutierrez *canoni. q. lib.* 1. *cap.* 9. *nu.* 10. Flam. Paris. *de resigna. benef. lib.* 7. *q.* 2. *n.* 16 *& de confiden. q.* 1. *nu.* 142. *&* 158. (qui tamen varius est, vt infra apparebit) Vgolinus *de simonia conuentionali, cap.* 2. Cerola 2. *par. verb. simonia*, §. 14. Humada ad Greg. *in l.* 63. *tit.* 5. *par.* 1. *n.* 4. D. Ioan. Vela *de pœnis delictor. c.* 32. & Summa Armil. *verb. simonia, n.* 4. Viguerius *c.* 5. §. 9. Ludoui. Beja *in respon. casuum consc. casu* 37. Lorençana *in compendio casuum, tit. de simonia, c.* 9. Cosm. Philiar. *de officio sacerdot. 2. p. lib.* 6. *c.* 14. 15. *&* 16. Summa Corona 3. *p. tract. de simonia, nu.* 9. *&* 35. Iacob. Graf. *in decis. aur. casuum consc. lib.* 2. *c.* 96. *à num.* 20. Candelab. aur. *in appendice cap.* 1. *num.* 24. *&* 29. Ludou. Carbon. *de rest. quæst.* 60. *d.* 23. Man. Rodrig. *in sum. 2. tomo, cap.* 55. *num.* 3. *&* *cap.* 56. *num.* 6. Vega *in summa*, 2. *par. c.* 101. *casu* 13. & Ludouic. Lopez dicens æquiorem, & probabilem, *instruct. conscien.* 1. *tomo, c.* 305. *&* 256. & nouissime P. Ledesma *in summa* 2. *par. tract.* 12. *ad finem*, & alij. Et post hæc videtur tenere Gonçalez *ad regul. de mensib. gloss* 15. *numer.* 69. *&* 70. & Prosper. de Augustino *ad summam bullar. verb. simonia*, 1. *additione*, sequuntur etiam Lessius *lib.* 2. *cap.* 35. *dubitat.* 27. Auila *de censu.* 3. *par. disp.* 5. *dub.* 9. 2. *supp.* Azor 2. *par. libro* 7. *c.* 17. 1. *q.* 9. *crimine, & cap.* 27. *quæst.* 10. & Suarez *d. lib.* 4. *c.* 56. *num.* 33. *&* *cap.* 57. *à num.* 51.

20 Contraria † tamen sententia vera est & tenenda, nempe, collationem, prouisionem, seu aliam dispositionem beneficij per simoniam conuentionalem factam esse nullam, etiamsi promissio temporalis, seu conuentio, & pacta non sint executa. Itaque ad effectum nullitatis tituli, seu prouisionis non est necessarium implementum ex parte promittentis temporale.

21 Quæ sententia † expresse probatur per textum *in d. c. ea, quæ, 1. q. 3.* vbi Vrbanus II. in Concil. Placen. sic ait: *Ea, quæ à sanctis Patribus de simoniacis statuta sunt, nos quoque & indicio S. Spiritus, & Apostolica authoritate firmamus. Quidquid ergo vel in sacris ordinibus, vel in Ecclesiasticis rebus, vel data, vel promissa pecunia*

pecunia acquisitum est, nos irritum esse, & nullas vnquam vires habere censemus.

22 Probatur † etiam *ex d.c.cum clerici, de pactis*, ponderando illud verbum, *Spolietis*, quod executionem importat, & sic denotat priuationem ipso iure, ex Butrio *in cap.fi. de postuland.* Felin. *in c.2.n.3. & in c. Rodulpus, n.25. de rescrip. & in d.c. insinuatum, in princip. de simonia.*

23 Probatur † etiam ex *d.c. nobis de simonia*, ibi, *Penitus reprobanda.* Quæ verba denotant nullitatem ipso iure, vt ponderant Felinus *in d.cap. insinuatum*, & Cosmas, & Boerius infra citandi *n.*28. & dictum est *supra num.*5.

24 Probatur etiam † ex constitutione Martini Quinti, edita in Concilio Constantiensi, *sess.*43. incipien. *Multa*, & alia *extrauag.* eiusdem quæ incipit, *damnabile*, quas refert Felin. *in c. de simonia c.n.*6. *de simonia*, & Boer. *decis.*117. *ad finem*, & Supplementum *verb. simonia, ad finem*, Redoanus *de simonia 2.p.c.*10. *num.*33. & Flam Paris. *de resign. lib.*14. *q.*2. *n.*7. vbi statuitur, collationes, & prouisiones per simoniam factas esse nullas, &c. & in dicta constitutione Concilij Constantien. habentur eadem ferè verba, quæ in dicta *extrauag. cum detestabile*, Pauli II. ex qua etiam probatur ista sententia *in versic. per electiones vero*, cuius verba ad simoniam realē ex vtraq; parte completam absq; manifesta violentia restringi non possunt.

25 Probatur † etiam clare hodie ex *constitutio* 5. Pij Quinti, incipien. *Cum primum, versi. & vt simoniacè*, vbi sic dicitur: *Qui dignitates Ecclesiasticas simoniacè acquisierit, illis sit ipso iure priuatus, & in futurum inhabilis ad eas, & quascunque alias obtinendas, qui beneficium, aut officium Ecclesiasticum simoniacè adeptus fuerit, illis similiter sit ipso iure priuatus, & ad fructuum omnium, quos perceperit, restitutionem teneatur, & perpetuò sit inhabilis ad eas, & quæcunque beneficia Ecclesiastica obtinenda.*

26 Sufficit ergo ex ista constitutione † & aliis relatis ad effectum priuationis ipso iure beneficij, & nullitatem prouisionis beneficium simoniacè fuisse acquisitum, quod satis verificatur, etiamsi prouisio rei temporalis, seu conuentio non sit executa, & completa, vt patet, quia non datur gratis & libere.

27 Et simonia † inducitur & causatur ex sola promissione, Abbas *in d.c. nobis, nu.*3. & ibi Felin. *n.*2. Lambertus *de iure patron. 1. par. 2. lib. q. 9. art. 11. & 2.p. 2. lib. quæst. 9. art. 3. nu.*8. & Flamin. Paris. *d. lib.*14. *q.*7. *à n.*31.

28 Et hanc † sententiam tenent Calderin. & Abbas *n.* 2. per textum ibi, *in d. cap. cum clerici, de pactis* qui docent, quod collatio, & renuntiatio simoniacè facta, & cum pacto non valet, sed est mala à principio, & sequitur Felin. *in d.c. insinuatum, de simon. ad princip. & n.*4. & 5. vbi etiam citat Calder. Antonium, & Imolam *in ca. nisi cum pridem. de renuntiat.* concludentes, quod collatio facta per simoniam non conferat aliquem titulum, *& in cap. in nostra, de rescript. com.* 2. Eandem sententiam tenet Annania *in d. capit. nobis, nu.*2. & 3. Capella Tolosana *decis.*439. *& ibi Additio.* Cosmas *in pragmatica sanctione, tit. de electio. cap.*1. *§. deinde eligant, verb. ipso iure*, Boerius *d. deci.*117. *num.* 4. Sarnen. *dict. quæst.*12. Corras. *3. par. cap. vltimo, num.* 13. & Clarus 4. *parte, cap.*1. *numer.*2. Duaren. *de beneficiis, lib.*6. *c.*2. *& lib.*8. *c.*6. & videntur tenere Rochus *de iure patronat. verb. & vtile, quæst.*3. & Mandos. *de signatura gratiæ, tit. de priuation. versic. nullitas prouisionis.*

Eandem † sententiam tenet Rebuf. *in praxi, tit. de simonia*, in resignatione, *à num.*7. *vsque ad* 10. habita iuris noui consideratione ex dicta *extrauag. cum detestabile*, & dict. constitutione Concilij Constantien. quamuis de iure Decretorum (inquit *nu.*6.) & Decretalium priuatio esset necessaria ex *cap. presbyter. 1. quæst. 1. & cap. 2. de confessis, & d.c. insinuatum*, sed non considerauit iura per nos allegata. Ex quibus appareret etiam de iure antiquo, collationem per simoniā factam esse nullam, & iura quæ citat procedunt in beneficiis alias obtentis. Et ita ipse Rebuf. videtur tenere *in praxi, tit. requisita ad collationem, n.*2. *& tit. de modis amittendi beneficia, num.*33. *& 37. & in tract. de pacificis possessor. num.*239. alias 198. *& consi.*64. *in fine, & 94. &* 187. Flamin. Paris. *d. lib.*14. *q.*7. *numer.*35. qui ex dicta constitutione Concilij Constantien. quod ait, loqui de simonia conuentionali, tenet eandem sententiam *eodem lib.*14. *quæst.*2. *n.*9. *& de confidentia, quæst.*1. *num.*157. qui tamen parum sibi constat. nam *numero seq.*158 cum Nauarro *supra*, inquit, quod per simoniam conuentionalem non annullantur acta, cum quo etiam tenuit *n.*142. vt dixi supra. 29

Hanc † etiam nostram sententiam tenēt ex Theologis Caiet. 2. *2. q.*100. *art.*6. & clarius opusc. *tomo* 2. *tract.* 9. *de simonia, quæst.*2. *& in summa, verb. simonia*, Victoria *in relectione de pœna simon. n.*2. Soto *de iustitia, & iure, lib.*9. *quæst.*8. *art.*1. Honcala nostræ Ecclesiæ Abulen. canonicus magistralis *opusculo* 1. *tract. de simonia*, Barthol. Medina *in summa lib.*1. *cap.*14. *§.*20. *&* 21. Aragon 2.2. *quæst.*32. *art.*7. *& d.q.*100. *art.*6. *concluf.*5. Valentia 3. *tomo*, 2.2. *disput.*6. *quæst.*16. *puncto* 6. Corradus *in responso casuum conscientiæ, quæst.*38. *&* 45. *in additione*, & Cardinalis Toletus *in summa lib.* 5. *c.*93. qui docent, solum requiri simoniam esse completam & consummatam ex parte rei spiritualis ad pœnas contra simoniacos latas incurrendas, quia res spiritualis in hoc contractu tenet principalem locum, & est radix totius repugnantiæ ad venditionem, licet dictus Toletus *lib.*1. *c.*48. *nu.*17. loquendo de suspensione contra simoniacè ordinatos, posita *in dicta extrauag. cum detestabile*, dicat, intelligi de simonia reali ex vtraque parte perfecta. 30

Quorum sententiam † ait de iure veriorem, P. Nauarra *de restitutione, libro* 2. *capit.* 2. *numero* 402. *& seq.* licet de consuetudine veriorem dicat sententiam Nauarri, & aliorum, cum eam dicant in praxi obseruari. Et facit, quod dicetur infra 11. *part. cap.*3. *numero* 145. 31

Et tantum abest, † quod contraria sententia sit in Rota recepta, vt potius Rota hanc nostram sequatur, vt apparet ex *decis.* Crescen. 5. *de simonia*, vbi in vna Mediolanen. capellæ fuit resolutum, quod præsentatio facta cum pacto, seu conditione, quod præsentatus soluat, vel eroget, etiam in fauorem Ecclesiæ, vt simoniaca non valebit, & ex *decis.* Mohedan. 4. *&* 5. *de simon.* 32

Sed præcipue id apparet † ex *decis.* Putei 80. *lib.*2. *& decis.*83. *par.*3. *diuersorum libro* 1. *&* 145. *&* 150. *libro* 3. & Achilles 341. *seu* 2. *de simonia*, & Crescen. 3. *de simon.* & Caputaquen. 201. *par.*1. *&* 238. *par. tertia* vbi in vna S. Andreæ canonicatus coram Puteo, de anno 1544. & in vna Tolet. thesaurariæ coram D. Peregrino de anno 1548. post multas informationes, & in vna Regien. canonicatus coram Crescen. & in vna Cæsaraugustana confidentiæ coram D. Guidobono de anno 1551. fuit resolutum, quod simonia conuentionalis facit inhabilem, nedum ad obtinenda bene- 33

ficia, super quibus facta fuit conuentio, verum etiam ad alia obtinenda.

34 Et in vna † Gadicen. canonicatus 5. Martij, 1574. coram sanctissimo D. Clemente 8. quæ habetur 1. *parte diuersorum. decis.* 405. fuit resolutum simoniam conuentionalem impedire, ne quæratur ius resignatario, sed remanere penes resignantem. Quod etiam fuit resolutum in Elnen. præceptoriæ, vltimo Ian. 1582. coram Illustrissimo Lancelloto apud Farin. *decis.* 23. & eandem sententiam videtur tenere Rota in Aquen canonicatus, 1. Iul. 1591. coram D. Orano

35 posita per Farin. *decis.* 83. *numero* 2. & 3. Facit etiam † decisio in causa Pampilonen. Prioratus de anno 1551. in qua fuit resolutum, quod prouisio facta cum onere legendi, alias non annexo illi Prioratui, est nulla, vt per Puteum, *decis.* 396. *libro* 3. & Caputaquen. 241. *p.* 3.

36 Et ad dictam † *decis.* 5. Cassadori quam Sarnen. sequitur dicta *quæst.* 12. *in fi.* ex qua Nauar. & sequaces decepti sunt, respondet Rota *in dictis decisionibus*, quod procedit quoad pœnam priuationis ipso iure respectu beneficiorum obtentorum, de qua in dicta *extrauag. cum detestabile, in princip.* ibi: *Prædecessorum nostrorum Romanorum Pontificum vestigiis inhærentes, ac etiam omnes & singulas excommunicationis, suspensionis, priuationis, & interdicti sententias, censuras, & pœnas dudum à Romanis Pontificibus prædictis, & pro talibus reputatis contra simoniacos quomodolibet latas, &c. quas ipso facto eos incurrere volumus, confirmantes, & innouantes, &c.* De † qua pœna priuationis ipso facto ibi inflicta loquitur expresse Cassadorus in tota illa decis. vt ex lectura apparet, dicens, quod illa extrauagans, quatenus ibi inducit ipso facto pœnam priuationis, quæ de iure communi generaliter contra simoniacos imponebantur per sententiam, *vt in dict. capitulo 2. de confes. & in d. capitulo insinuatum, &c. de hoc, cum alijs, de simon. & d. c. presbyterum, & capitulo erga 1. q. 1. & capitulo ex multis, 1. q. 3* vbi contra simoniacos ponitur pœna depositionis. (

38 Quæ † tamen solum habet locum in vera, & pura simonia, nam propter pactiones, & conditiones illicitas, modo non contineant veram, & puram simoniam, dato, quod habeant speciem simoniæ, vt in transactione, non est quis deponendus, nec beneficio priuandus, vt tenent Innocent. & Abbas, *num. 3. in cap. constitutus, de transactio.* per tex. *ibi*, Parisius dicens communem *consi. 29. num. 19. lib. 4.* Iul. Clarus *§. simonia. numero* 10. & Mandos. *tit. de priuatio. versi. aduertendum tamen est*, Vgolinus *de simonia, tabula 1. cap. 29. §. 2. num.* Fari. *cons. 75. num. 11. & 14.* & idem erit in aliis pœnis extrinsecis, vt excommunicationis:) intellecta est, & interpretata per Rotam in simonia reali tantum, non in conuentionali, prout etiam intellexit Rota in d. Gadicen. canonicatus, & in d. Elnen. præceptoriæ, & se præsente in multis causis sæpe decisum fuisse testatur Sarnen. *d. q. 12. versi. sed quod regula*, & sequitur Mandos. *supra versic. impetratio beneficij.*

39 Quamuis † Duareno *d. lib. 8 c. 6* videtur generaliter accipienda constitutio, etiam quoad priuationem aliorum beneficiorum legitime acquisitorum, quæ ibi ipso iure imponitur siue datum aliquid, siue promissum fuerit, cum hæc paria sint, nec aliter sensisse Paulum II. si quis commode, & absque cauillatione verba constitutionis interpretetur. Et rationes Cassadori, & Gomezij dicit leuissimas, quæ sententia Duareni in puncto iuris rectè procedit secluso sty-

40 lo. Vnde stylus, † & interpretatio Rotæ non obest nostræ sententiæ, cum in diuersis terminis procedat illa interpretatio Rotæ, de qua Cassadorus, & Sarnen. nempe in priuatione beneficiorum obtentorum ipso iure noue inducta per dictam extrauagantem, nullitas enim prouisionis, per simoniam etiam conuentionalem factæ, antea erat inducta de iure antiquo, vt ex iuribus citatis apparet.

Ex † dictis obiter conuincitur sententia Rebuf. *d. tit. de simo. in resignatione, n. 13. & consil. 64.* vbi ait, quod 41
simoniacus non priuatur ipso iure beneficiis ante simoniam adeptis, sed est opus priuatione. Quæ sententia clare est contra *d. extrauag.* quamuis eam sequantur Nauar. *cons. 92. de simonia.* Vgol. *tab. 4. c. 6 §. 6. n. 3.* & Suar. *d. lib. 4. c. 55. n. 8. & c. 58. a n. 1. ad 6.* & Azor 2. *p. lib. 7. c. 17. q. 19. crimine ad fi.* & videatur tenere Rota *decis.* 411. *lib. 3. p. 3. diuersorum*, quæ est Palcoti, 57 *& in decis.* Farinen. 134. *n. 2.*

Conuincitur etiam † sententia dicti Franciſci Suarez *d. c. 55. n. 7. & 8. & de censuris disp. 22. sect. 5. n. 22.* 24
vbi affirmandum esse ait, ex vi illius extrauag. non incurri ipso facto censuras, quæ in antiquioribus iuribus erant tantum ferendæ. Quæ sententia, quidquid ipse dicat, est expresse contra illa verba, *Quas ipso facto eos incurrere volumus*, depositio autem ab ordine non incurritur ipso facto, per dictam extrauag. quæ solum loquitur de excommunicatione, suspensione, priuatione, & interdicto. Et sic cessat obiectio Suarez *d. n. 8.* nec est necessaria benigna interpretatio, de qua idem Suarez *c. 56. n. 22.*

Nec contra nostram † sententiam obstant illa ver- 43
ba, *versi. statuentes.* ibi, *Qui quomodolibet dando, vel recipiendo simoniam commiserint.* Quia esto, vt volunt Doct. primæ sententiæ ex istis verbis pœna excommunicationis ibi posita, restringatur ad simoniam realem, nempe, quando aliquid datur, vel recipitur pro ordine, vel beneficio dato, vt explicant Cassadorus *supra*, & dicta decisio Gadicen. quæ ait, quod ea verba in ea parte posita declarant casum, in quo tota illa constitutio loquitur, tamen id non potest referri ad versiculum per electiones, vbi agitur de nullitate prouisionis simoniacè facta, quæ, vt diximus, etiam antea erat inducta in prouisione per simoniam conuentionalem facta, vt apparet ex iuribus citatis, & ita clarè sentit Cassadorus *ibi in fine.*

Rursus verius existimo † per illa verba, *dando, vel* 4
recipiendo, non restringi excommunicationem ibi positam ad simoniam realem completam, etiam ex parte rei temporalis, nam illa referuntur solum ad spirituale, nempe, ordines, vel beneficia, de quibus in precedentibus actum erat. Eorumque planus sensus est vt sequitur, quod qui quomodolibet simoniam commiserint dando, vel recipiendo ordines, vel beneficia per simoniam, sententiam excommunicationis incurrant: ita, quod tam dantes ordines, vel beneficia per simoniam, quam illa sic recipientes. sint excommunicati, vt docent Caietanus, Soto, Medina, Aragon. & Nauarra *supra.* Quod ipsum statutum fuerat in dicta constitutione Concilij Constantiensis *ad finem.* Et ita esset dicendum, nisi obstaret stylus, & intellectus Rotæ contrarius. Et vide Suarez *d. sect. 5. disput. 22. de censur. numer. 22.* & de religiosis, *tract. 3. libro 4. cap. 56. nu. 23.* vbi *num. 24.* sic intelligit illa verba, *dando, vel recipiendo* vtique ordines ad beneficia, vel officia, de quibus Pontifex loquutus fuerat.

Simonia autem † mentalis non inducit nullita- 45
tem, nec simoniacus mentalis tenetur ad resignationem, vel restitutionem, capit. finali, de simonia v-

bi Dd. & cum communi tradunt Nauarra *in commentar. dicto cap. fin. & in manuali cap. 23. numer. 102. lib. 5. tit. 17. par. 1.* & ibi Gregorius Lopez, & Humada ad eum *in lib. 63. tit. 5. part. 1. numero 3.* Ioann. Gutierrez *can. quæstio. lib. 2. cap. 23. à numero 31.* Flamin. Paris. *de confidentia, quæst. 26. numero 40.* Iate Vgolin. *de simonia, tab. 2. de simonia mentali, cap. 2.* Diuus Thom. *2.2. q. 100. art. 6.* & ibi Caietanus, *& in summa verb. simonia*, Syluester *eodem verbo, §. 20.* & Armilla *num. 58.* Angles *in Floribus Theologic. quæst. de restitutio. quæst. quis à restitutione sit liber, 15. difficultate*, Petrus Nauarra *de restitutione, lib. 2. cap. 2. à numero 370* Cosmas Philiarcus *de offic. sacerdotis, 2. part. libro 6. cap. 16.* Graff. *libro secundo, capite 96. numero 18.* Summa Coronaꝫ. *parte, tract. de simonia, numero 8. & 55.* Lorençana *in compendio casuum, tit. de simonia, cap. 114.* Manuel Rodriguez *in summa, 2. tomo, cap. 66. numero 1.* Vega *in summa 2. parte, cap. 101. casu 7. 9. 21. & 23.* Ludouicus Carbo *de restitutione. quæst. 60. 22. dicto*, & Valentia *3. tomo, disputat. 6. quæst. 16. puncto 6.* Gaspar Rodrig. *de annuis reditibus lib. 1. q. 3. numero 25. & seq.* Toletus *in summa libro 5. cap. 93.* Rebel. *de oblig. iust. 2. par. lib. 18. q. quæst. 21. num. 2.* Rota *decis.* Farin. 63 *n. 5.*

46 Licet contra teneant † Maior *in 4. dist. 15. quæst. 1. articulo septimo*, Enriq. *quodlib. 6. quæst. 26.* Adrianus *quodlib. 9.* Soto *de iustitia & iure, lib. 9. q. 8. articulo 1. ad 6.* Ioan. Medina *cap. de rebus per vsuram acquisitis, qu. 4. de vsura restituenda in 2. argum. versic. tam ad rationes*, Bartholom. Medina *in summa libro primo, c. 14. §. 20. & 21.* Aragon *2.2. d. 78 quæst. 100. articulo 6.* Salon *eadem 2.2. q. 78. artic. 3. controuer. 10.* & nouissime P. Ledesma *2. parte summæ, tract. 12. conclus. 43. 1. & 4. difficultate*, male interpretantes dictum *cap. finale.*

47 Nec obstat, quod vsurarius † mentalis teneatur
48 ad restitutionem, cap. consuluit, de vsuris, † quod intelligitur, quando mutuarius coacte dat vltra sortem ratione mutui, secus, quando liberè, & sponte, & gratioſe dat, licet mutuans iniquam habeat intentionem, & prauum animum, nempe accipiendi ratione, & vi mutui, vt contra Innocent. Abbatem, Ananiam, & Dd. *in d. cap. consuluit*, Palatium *lib. 4. de contractibus, cap. 9 pa. 333. & 346.* Summam Coronam *2. p. cap. 7 de vsura, num. 14.* & alios docent cum aliis Couar. *in reg. peccatum, 2. par. initio, à n. 4.* Cauallinus *de vsuris, nu. 7. & 8.* Syluester *in summa, verb. vsura 6. q. 3.* Armilla *eodem verbo, num. 35.* Caietanus *opusculo 2. tomo, tract. 8. de vsura, quæst. 3. & in summa, verb. vsura mentalis*, Solis *de cens. lib. 1. c. 5. numero 13.* Rodri. *de annuis reditib. d. quæst. 3. num. 23* Sotus *de iustitia & iure, libro 6. quæst. 1. art. 4.* P. Nauarra *de restitutione, li. 3. cap. 2. à numero 172.* Aragon *2.2. quæst. 78. articulo 1.* & Bannes *ibi, articulo 3.* & ibidem Salon *10. controuersia*, Ludou. Lopez *instruct. conscien. 1. tomo, cap. 205.* & Ludouic. Carbo *de restitutio. q. 57. 11. conclus.* & alij.

49 Nam omissa noua † differentiæ ratione Ioannis Gutierrez *supra, numero 46. & seq.* quæ est merè verbalis, & non attingit naturam & substantiam rei, plures assignantur differentiæ rationes inter simoniam, & vsuram, vt per Flamin. Par. & Vgol. Rodrig. *n. 26.* & alios *supr.* inter quas Flaminius probat rationem diuersitatis assignatam à Nauarro *d. c. 23. n. 102. vers. tum quia etiam.*

50 Sed mihi verior † videtur ratio Caietani *supra d. artic. 6* quam ibi adducit Decius, & sequuntur Lorençana, Manuel Rodriguez, Vega *d. casu 7.* & Valentia supra allegatus, nempe, quod id, quod datur vsurario, non datur sponte, sed inuoluntarie: quod autem datur simoniaco, datur voluntariè per viam contractus voluntarij, emptionis, & venditionis, seu commutationis, &c.

Est etiam optima ratio, † quam adducit Victoria 51
in relectione de pœnis simon. num. 4. quod in vsura afficitur iniuria ille, à quo ea exigitur, & ideo illi restituenda est, sed in simonia non fit iniuria illi, qui libenter dedit pecuniam, sed iniuria facta est rebus sacris, & spiritualibus, & ideo nulla restitutio est illi facienda de iure diuino, † quam rationem confirmo, 52
quia vsura est contra iustitiam, simonia verò contra religionem, P. Nauar. *d. lib. 2. cap. 2. n. 386.* & Valentia *supra.*

Est etiam † bona ratio Vgolini *sup. num. 6.* quæ in 53
idem recidit, nempe, quod recipiens vltra sortem ex mutuo, quod gratis fieri debet, facit contra naturam contractus, & iustitiam commutatiuam, ideo restituere tenetur, simoniacus verò mentalis non tenetur restituere, quia id, quod datur, contra iustitiam commutatiuam non est; seruatur enim natura contractus emptionis, & venditionis respectu habito ad ipsos contrahentes, ex quo alter rem tradit, alter pretium, esto super materia inhabili contractus fiat. Quam etiam rationem tradit Philiar. supra dicens vsuram esse contra iustitiam commutatiuam, nam, vel venditur id, quod non est, vel idem bis venditur, & propterea semper obligat ad restitutionem. Per simoniam autem non fit contra iustitiam commutatiuam, quia hinc inde datur, & accipitur, & fit commutatio, & quædam emptio, & venditio, licet iniqua, & sacrilega, & propterea ex natura rei simonia non obligat ad restitutionem nisi quatenus in pœnam præcipitur.

Itaque simonia † mentalis non inducit nullitatem, 54
nec obligationem restituendi, quia nec ex natura rei, nec ex iure naturali, aut diuino, simonia eam inducit, quia nulli fit iniustitia, cum voluntariè, hinc inde detur, nec de iure humano ea introducta est in simonia mentali, vt patet ex *d. cap. final.* sed solum in simonia exteriori, vt rectè Syluester *d. §. 20.* & P. Nauarr. *d. lib. 1. cap. 2. numer. 378. 382. & 383.* etiam Caiet. *supra.*

Nec placet † sententia Lessij *lib. 2. cap. 35. dubita-* 55
tione 28. & Suarez *de relig. tracta. 3. lib. 4. cap. 4. & 59.* præsertim *à num. 43.* Quod quamuis ratio & malitia simoniæ formaliter opponatur religioni, nihilominus habere potest frequenter malitiam iniustitiæ adiunctam ex parte vendentis, nempe, cum ratione solius spiritualitatis rei aliquod temporale pretium accipitur, quia ratione solius spiritualitatis, non est pretio æstimabilis, & vendibilis, & quod sic quando simonia includit iniustitiam etiamsi mentalis sit, obligat ad restitutionem pretij ex lege naturali seu ex natura rei, & *d. cap. fin. de simonia* explicat procedere in simonia commissa in ingressu religionis, in qua data fuit responsio, quæ non habet necessario iniustitiam annexam. Retineri enim potest pecunia pro alimentis religiosi, quæ sunt pretio æstimabilia, & quod idem erit in simonia mentali simuli, scilicet, non excludente iniustitiam. Verius enim est simoniam non includere iniustitiam, secluſa obligatione officij: nam, vt supra dictum est, quod datur in simonia, datur voluntarie per viam contractus voluntarij, nec fit iniuria danti pretium, sed ipsis rebus sacris, & spiritualibus, quæ ratione religionis, & non iustitiæ debent dari gratis, & non sunt pretio æstimabiles.

56 Non solum autem prouisio † beneficij simoniacè facta per simoniam realem, aut conuentionalem, est nulla, sed etiam simoniaci inhabiles sunt ad illud beneficium obtinendum, vt patet ex *c. nobis, de simon. & cap. penult. de elect.* vbi Dd. Vgol. *tab. 4. cap. 6. §. 6. n. 2.* Lessius *lib. 2. capit. 35. numero* 139. & Suarez *d. lib. 4.*

57 *cap. 58. num. 9.* & alij. Ac etiam † simoniaci sunt infames, *cap. fin. 1. quæst. 3. gloss. in cap. 1. de testi. in 6. ver. mediatores*, 2. infamia iuris, *cap. sane*, 15. *quæst. 3.* Corras. *de benef. 3. p. cap. fin. num.* 20. cum Abb. *in c. ex di-*

58 *ligenti.* vbi glos. *de simon. num. 6.* qui † tamen putat, quod simoniaci non incurrunt hanc infamiam iuris ipso facto, sed cum per sententiam de hoc crimine fuerint damnati (licet antea possint incurrere infamiam facti) vt videntur sonare dicta iura, cum loquantur de futuro, & constitutio odiosa debet in dubio intelligi, vt sit ferendæ sententiæ potius, quã latæ glos. *in reg. in pœnis, in 6.* & quia hoc est regulare in criminibus publicis, vt quis efficiatur infamis, sequuta sententia, *l. 1. ff. de his qui not.* Hæc Ab. & inclinat additio, *ibi verb. per sententiam.*

59 Licet † de hoc videatur dubitare Annania *ibi, n.* 10. & 11. *ex dict. capit. sane*, quod est originaliter, *in l. si quemquam, §. sanè, C. de Episcop. & cler.* ibi, *Sed & perpetuæ etiam infamiæ damnari decernimus* (quæ tamen verba potius faciunt pro Abbate) Et quia crimen simoniæ æquiparatur hæresi, *c. quoties, de sim.* in qua ipso facto incurritur infamia, *auth. Gazaros, C. de hæreticis*, ibi, *Perpetua damnamus infamia.*

60 Et † licet etiam dubitet Felin. *in d. c. ex diligenti. n. 2.* quod imo ista infamia incurratur ipso iure, quia istud est crimen exceptuatum, sicut hæresis, & læsæ Maiestatis, *d. c. sanè*, in quibus statim incurritur infamia, secundum glos. *in d. l. 1.* Sed hoc non vrget, cum in pœnis non debeat fieri extensio, vt dicetur infra 11. *parte, c. vlt. dub. 7. n. 206.*

61 Vnde mihi placet † sententia Abbatis, quam sequuntur Armilla, verbo. *simonia, n. 55.* Vgolin. *tab. 1. c. 18. §. 2. num. 8.* & Suarez *de relig. tract. 3. li. 4. c. 56. n. 21.* Quinimo videtur non sufficere esse sequutam sententiã super crimine simoniæ, nisi in ea imponatur pœna dictæ infamiæ, saltim si ad alias pœnas est processum, iuxta dicta infra 11. *p. c. 3. n. 106.* Ex dictis verbis *d. c. sanè, & d. c. fin. 1. q. 3.* ibi. *Nota infamiæ procellantur*, quæ videntur requirere condemnationem super infamia.

62 Et etiam ad alia † quæcunque beneficia simoniaci reddũtur inhabiles, vt docet Rebuf. *consil. 59.* & Corras. *d. cap. vltim. 3. parte num. 22.* allegans dictum *c. cum clerici, de pactis*, qui tamẽ textus id nõ probat, & quod simoniacus non possit eligi, tradit Petrus de Baisio *in directorio electionum, c. 28. 2. parte.* Et in simoniaco reali, quod sit inhabilis ad beneficia, docet Lancellotus *de attentatis, 3. parte, c. 24. q. 17. n. 3* cum Paris. *consil. 29. n. 26. li. 4.* & allegat *c. consuluit, de sim.* voluit allegare *cap. consulere*, qui textus id etiam non probat.

63 Sed id etiam in † simonia conuentionali tenuit Rota in causa S. Andreæ canonicatus coram D. Puteo, de anno 1544. vt per Puteum *deci. 80. li. 2.* & Rotam *dec. 83. par. 3. li. 1. diuersorum*, & in Toletana Thesaurariæ post multas informationes coram D Peregrino, de anno 1548. vt per Rotam *decis. 145. & 150. d. p. 3. lib. 3. diuersorum*, & Achill. *decis. 341. seu 12. de simonia*, & in causa Regien. canonicatus coram Crescen. vt per eum *decis. 3. de simonia* & in causa Cæsaraugustana cõfidentiæ coram D. Guidobono, de anno 1551. vt per Caputaq. *decis. 201. par. 1. & 238. par. 3.* ex traditis per Ioan. Andream, Butr. Anchar. & alios *in cap. pen. de electio.* Abbat. Felin. & alios *in c. de simoniaco. de simonia*, & Millia *in reper. verb. simoniacus, in beneficio*, & sequitur Flamin. Paris. *de confidentia, quæst. 1. num. 147. & 158* & posthæc Gonçalez, *d. glos. 15. num. 70.* & Rota apud Farin. *decis. 34. numero 3.*

Pro quo facit, quod simoniacus † etiam in bene- 64
ficio est irregularis, vt cum Lambert. *de iure patron. 1. par. 2. lib. 9. art. 10. numero 4.* dicit Achilles *d. decis. 341. numero 4.* Maiol. *de irregul. lib. 5. cap. 45. numero 1.* Didac. Perez ad Villadiego *de irregularitate additione vlt. versi. simoniacus est irregularis*, & Flamin. Paris. *de confidetia, quæst. 61.* dicens, communiorem sententiam.

Ex quo † etiam dicit, committentes confidentiam 65
esse irregulares, vt videtur firmare Maiolus *supra n. 5.* Et mouetur etiam ex constitutione Pij V. *de consi.* quatenus eos priuat obtentis, & reddit inhabiles ad futura, quod est præcipuus effectus irregularitatis, & sequitur Prosper. de Augustino *ad summam bullarij*, verb. *simonia, ad finem.*

Sed id de iure † communi difficultatem maxi- 66
mam habet, etiam in simonia reali, ex adductis *in dictis* Rotæ *decisionib.* & præcipuè, quia ista inhabilitas non videtur in iure expressa.

Quamuis † ob simoniam etiam conuentionalem 67
seu pactum simoniacum quis reddat se indignum ad acquirẽdum beneficium, vt in Calagurritanaa beneficij, 20. Febr. 1587. supr. adducta *7. p. capit. 9. numero decimoquarto.*

Vnde contrarium † etiam in simonia reali tenet 68
Nauarr. *consil. 10. & 91. & 97. num. 8. de simonia.* Et videtur etiam tenere Boer. *decis. 117.* & stando in iure communi sequitur Suar. *lib. 4. cap. 58 à num. 9. & c. 61. num. 11.*

Nec obstat † illud de irregularitate, nam contra- 69
rium rectè tenet Nauar. *d. consil. 91. & 97. numer. 8. & 11.* quia non inuenitur in iure expressa, idem Vgol. *tab. 4. cap. 6. §. 5. num. 2.* & Suarez *d. lib. 4. cap. 56. num. 10.* quod etiam in simoniaco in ordine videtur dicendum, quidquid teneat Nauarrus *d. consil. 97. num. 10.* quem sequitur Vgelin. *d. tabula 4 cap. 4. §. 2.* contra quos tenent Lessius *lib. 2. cap. 35. num. 136. ad fi.* & Suarez *d. num. 10.* Nec Lambert. supra id dicit, sed solum dicit, simoniam esse maius delictum quam homicidium.

Nec † simoniacus in beneficio est ipso iure sus- 70
pensus, vt simoniacus in ordine, sed solum excommunicatus excommunicatione Papæ reseruata, *vt in d. extra, cum de testib. de sim. versi. statuentes*, Naua. *d. c. 23. n. 11. versi. ad* 15. Cosmas Philiar. *2. par. lib. 6. cap.* 15. Valentia *3. tomo, disp. 6. q. 16. punct. 6.* Vgolin. *d. §. 5. num. 5.* Suarez *d. cap. 56. n. 19.* Nec contra dicit Lamber. *ibi.*

Tamen hodie † id de inhabilitate ad beneficia si- 71
ne difficultate procedit ex constitutione 5. Pij V. relata supra *nu. 25.* & à Nazar. *consi. 92. de simon.* vbi expresse ponitur ista inhabilitas ab beneficia obtinenda ipso facto contra eum, qui dignitatem, seu beneficium, aut officium Ecclesiasticum simoniacè adeptus fuerit. Tradit Vgolin. *dict. tab. 4. cap. sexto, numero secundo*, ex qua constitutione requiritur quod simonia sit executa, saltim quoad spirituale.

Quamuis † Nauarr. *d. decis. 92.* dicat, eam consti- 72
tutionem ita videri intelligendam, vt non censeatur habere locum in foro conscientiæ ante sententiam,

quem

quem sequitur Eman.Sa,*verb.simonia,numer.*9.quod non habet fundamentum. Et conuincitur clarè ex verbis ipsius constitutionis,vt per Vgolin.*vbi proximè*,& Suarez *supra d.cap.*58.*num.*10.& 11.qui tamen *ibi*,& *d.cap.*61.*num.*11. cum Nauar. ait, dictam pœnam non esse vsu receptam, & ideo posse in praxi
73 seruari opinionem Nauarri. Non † tamen ex eo simoniacus potest dici irregularis, sicut ex confiden. sit ipso iure priuatus obtentis, & inhabilis ad obtida.Et quis possit dispensare in prædicta inhabilitate simoniaci,vide Vgolin.*d.c.*6.§.7.& Suarez *d.li.*4.*ca.* 61.*num.*10.& 11.

Et conducunt ad † ista sequentes declarationes
74 S.Congregationis Concilij super *ca.*6.*sess.*24.*de reform.* Prima.*Episcopus etsi à simonia occulta dispensare potest,non tamen simoniacum rehabilitare ad beneficia in posterum obtinenda,nec ad ea retinenda quæ per simoniam occultam obtinuit.Secunda, an Episcopum in vim huius decreti, vel Capituli poterit absoluere sacerdotem suum subditum in simonia occulta,& rehabilitare ad ordines,& beneficia tam obtenta, quam obtinenda. Congregatio censuit, potuisse absoluere,& ad ordines rehabilitare,& ad beneficia,non tamen rehabilitare ad beneficia,quibus propter simoniam priuatus fuisset,nec ad obtinenda. Quas adducit,licet truncatas,& sequitur Suarez* d.c.61.n.11.& *cum eis concordat Lessius* li.2.c.35.n.140.

Et adeo † gratuita prouisio beneficij esse debet,
75 & sine præmio & mercede,vt ex collationibus, seu institutionibus, ac possessionibus (quæ sunt etiam quid spirituale,seu spirituali annexum,vt dictum est *sup.*1.*par.c.*2.*n.*53. & 54. seu mandatis possessionum beneficiorum & capellaniarum non possunt exigi sportulæ,vulgo derechos:nec aliquid pro pastu, non obstante quacunque consuetudine etiam immemoriali,*cap.si.*1.*quæst.*3.*cap.cum satis.c.cum in Eccleſia t. Iacobus,de simon.* vbi Dd. Cosmas *in pragmat. sanctio. tit.de annatis*, *in princip.* præcipuè verbo, *consuetudinis*,Rebuf. *in praxi,tit.quot modis beneficia acquirantur,num.*13. (quamuis dicat,decreto Senatus Paris. permissum esse collatoribus aureũ accipere pro collationibus beneficiorum.Nauar.*consil.*1.& 2.*cum aliis,de simon.* Fusc.*de visit.lib.*1.*cap.*32.*nu.*8.Sbrocius de Vicario Epis.*lib.*2.*q.*103.*num.*1.& Cerola *in praxi Epis.*2.*p.ver.bulla,*§.3.& 5. Prosper.de August.*ad sum.bul.d.verbo.simonia.addit.*2.Suar.*de relig. tract.* 3.
76 *lib.*4.*c.* 47.*a.n.*5.& *c.*48. Et † ita cautum est in Concil.prouinciali Compostel.*act.* 3.*decre.*28. & est declaratum per Sanctissimum, & S. Congregationem Concilij,vt patet ex declarationibus seq. *Prima,Episcopo Melphi.Sanctis.Dom.noster etiam ex sententia S.Congreg.censuit,declarauit,& sanxit collatoribus beneficiorum,quacunque dignitate præfulgeant,nil pro collatione,seu quauis alia dispositione beneficiorum, quouis quæsito colore, directe, vel indirecte,etiam sub nomine annatæ,aut cuiusuis alterius portionis fructuum, etiam à sponte dantibus,vel offerentibus accipere, aut exigere posse,eorundem quoque collatorum notarios, & alios quosuis officiales,quibus tamen certum salarium aliunde constitutum est, eadem omnino obseruare debere,illis vero,quibus salarium pro officio suo exercendo nullum constitutum est,licere in qualibet huiusmodi beneficiorum collatione,seu alia dispositione pro suo labore aliquam mercedem accipere,quæ tamen scripturæ,sigillo & cæteris omnibus computatis vnum aureum non excedat, & inde collatores ipsi nil emolumenti percipere possint: alioquin tam dantes,quam accipientes pœnis contra simoniacos editis sacris canonibus teneri, ipsasque ipso facto incurrisse censeri,notarios autem,seu officiales alios à suis officiis suspensos esse. Secunda Sanctis. Dom. noster Gregorius XIII. declarauit,decretum* capit. 1. sess.21.de reformatione,*venditare etiam sibi locum in collatione beneficiorum, præsertim curatorum, nec pro sigillo aliquid accipere posse, non obstante quacunque immemoriali consuetudine. Tertia. Rauenaten. Ordinarius in collatione beneficiorum pro sigillo nihil potest accipere, etiamsi ab immemoriali fuerit obseruatum, vt certum quid recipiat.* Cum quibus declarationibus consonat Concilium Prouinciale Mediolanen. quarta *parte secundo tit.de beneficiorum collatione,ac prouisione,vers.vt auaritiæ.*

Est etiam alia † declaratio Gerunden.præcipuè 77
ad primum,& secundum, quam totam hic ponere placuit,quia est optima,& alias allegata per nos Gerunden. libellus *Illustris.& Reuendissimi Domini, canonici, & Capitulum Ecclesiæ Gerunden.animaduertentes,quòd Reuerendiss.Dom.Iacobus Cassador.modernus Episcopus Gerunden. quotidie contra stylum antiquum dictæ Ecclesiæ multa indebitè extorquet,& multa grauamina infert,& quod non curat se ab illis abstinere, sed de die in diem illis continuando causam querelandi & murmurandi aliis præbet cum maximo damno, & scandalo populorum; ideo, vt ex dicta eorum Ecclesia extorsiones, & grauamina huiusmodi de medio tollantur, & ne abusus huiusmodi in prauam cõsuetudinem transeat, aliq; successores in dicto Episcopatu malum exemplum huiusmodi imitari possint,deliberarunt,nonnulla capitula extorsionum, & grauaminum huiusmodi vestris Illustrissimis Dd.deferre,ad hoc vt ex sola benignitate in his,in quibus eis videbitur,prouidere dignentur.*

*In primis Reuendissimus Dom. Episcopus à prouisis de beneficiis à Sede Apostolica in forma dignum extorquet pro collatione in vim mandati Apostolici facienda, Iulios duos pro quolibet scuto valoris dicti beneficij. Secundò item,pro collationibus beneficiorum,quas ipse iure ordinario facit,extorquet pro qualibet prouisione aliquando scuta sex,& aliquando septem.Et hoc idem vult extorquere à prouisis ab inferioribus; ad quos collatio spectat.Si verò collationes fiant ab Abbatibus, vel aliis inferioribus à sua iurisdictione exemptis, ipse dominus Episcopus vult,quòd collationes ab ipso, vel eius Vicario approbentur,ac ratæ,& gratæ fiant,& tantundẽ persoluant, alioquin non vult, quòd possint gaudere dictis beneficiis.Tertio,item pro literis dimissoriis,seu testimonialibus,aut commendatitiis, Dom. Episcopus exigit vndecim grossos,& vnum numum contra formam Concilij Tridentini,*cap.1.*sess.21.de reformatione.*Quarto,item facit soluere clericos volentes se ordinare ad aliquem ordinem sacrum pro literis publicatoriis duos grossos,& quatuor denarios,& id repetit in quolibet ordine suscipiendo. Quinto item pro licẽtiis exercendi curam animarum,& confessiones audiendi siue coadiutoris,exiguntur tredecim grossi pro quolibet,quæ quolibet anno,sine alio examine renouari debent, & iterum persolui contra formam* cap.15.sess.25.*vbi expressè cauetur, quod gratis concedantur. Sexto item,pro dispensationibus matrimonialibus,quæ in vim literarum Apostolicarum conceduntur,exigit vnum marcum argenti,quod est valoris trium ducatorum,& vltra,contra formam ipsarum literarum Apostolicarum, in quibus sua Sanctitas mandat,quod nihil percipiant à sponte offerentibus.Septimo item, pro examine in concursu fiendo pro obtinendo parochiales quocunque mense vacantes,facit solus ab examinatis & approbatis,cuilibet examinatori*

Iulios quatuor, contra formam c.18. *sess.*24. *Octauo item, quia de consuetudine dictæ Ecclesiæ, Episcopi in eorum ingressu solent exigere à personis Ecclesiasticis quoddam donatiuum, dictus modernus Episcopus ampliando hanc consuetudinem, vult exigere, & exigit etiam dictum donatiuum ab illis, qui postea beneficia obtinuerunt & successiuis temporibus obtinent, nec permittit ipsos capere possessionem beneficiorum, nec bullas, nec literas prouisionis expedire vult, nisi prius soluant dictum donatiuum. Nonò item infligit quotidie pœnas, & censuras Ecclesiast cas in causis ciuilibus, & parui momenti, etiam pro debito duorum Iuliorum, non aliter seruata forma Concilij*, cap.3. *sess.*25. *sed contra illius formam, quo fit, vt cẽsuræ huiusmodi paruipẽdantur. Decimò item confert ordines generales, vt plurimum in quadam capella sui palatij, & si quando illos in cathedrali conferat, id in capella remota, & obscura, nulla præcedente intimatione, nec vocatis aliquibus canonicis facit contra formam* ca. 18.incip.Ordines, *sess.*23.de reformatione. *Hæc & multa alia dictus Dom.Episcopus extorquet, & in multis aliis grauat subditos, ideo supplicatur humiliter vestris Illustrissimis, & Reuerendissimis Dd. vt præsolita benignitate dignentur consulere benignitati subditorum, ac simul cupiditati dicti Prælati.* Responsio. *Reuerendissime Domine vti frater, canonici, & Capitulum istius Ecclesiæ, libellum, qui erit cum his literis, sacræ Congregationi Cardinalium Concilij Tridentini interpretum obtulerunt, in eo, qui de amplitudine tua conquerantur, ipsa perspiciet, simulque videbit, quid ad vnumquodque ipsius libelli caput S. Congregatio responderit. Nempe, ad primum, & secundum pro collatione, aut institutione Ecclesiarum, & præsertim curatarum Cancellarium posse in singulis accipere mercedem suo labori conuenientem, quod tamen scriptura, sigillo, & cæteris omnibus computatis, vnum aureum non excedat: & dummodo ipsi Cancellario salarium nullum pro suo officio exercendo constitutum sit, & ex pecunia, quam accipiet prorsus emolumenti collatores, aut institutores vllo modo directè, vel indirectè percipiant. Ad tertium, nihil exigendum pro dimissorijs commendatitijs, aut testimonialibus literis, iuxta* caput sess.21. *Concilij eiusdem. Ad quartum, de literis publicatorijs id prohiberi* eodem cap.1.sess. 21. versic. nec alia quacunque de causa. *Ad quintum gratis oportere concedi huiusmodi licentias, iuxta* cap. 15. sess.23. ad 6. *pro dispensationibus matrimonialibus non licere Episcopo, vel eius Vicario quidquam accipere, nec ratione taxæ etiam ex immemoriali consuetudine, nec ratione sigilli, vel alicuius alterius rei, quapropter decretum illud, quod solet poni in literis dispensationum matrimonialium, vt nihil muneris, aut præmij sponte accipi possit pro illarum executione, ita intelligendum est, vt neque Ordinarius ipse, nec Vicarius eius quidquam pro mercede laboris; quem ea in re susciperent, capere possent; notarios vero pro examine testium quartam aurei, seu ducati partem licitè accipere posse. Ad septimum, non debere examinatores occasione examinis ad parochiales Ecclesias quidquam accipere, alioquin puniendos arbitrio Ordinarij. Ad octauum, de donatiuo in ingressu respondet, istam consuetudinem esse sublatam per Concilium* capit.14, sess.24. *Ad nonum, non debere censuras infligi, nisi secuta forma* cap.3.sess.25. *Ad decimum, sacrorum ordinum collationes in cathedrali Ecclesia vocatis, præsentibus ad id Ecclesiæ canonicis, publicè celebrari debere, iuxta* cap. 8.sess.23. *Quæ illi sigillatim præscribere voluimus, vt cum videat ea minime licere, ab illis Amplitudo tua abstineat, quod facere decebit, nec cuiquam relinquere offensionis; aut querelæ locum, interea eam bene in Domino valere, gratiaque suæ donis cumulari optamus. Romæ, die* 12. *Augusti*, 1588. *Amplitudinis tua Reuerendiss. vti frater. A. Cardinalis Carrara.*

Vnde apparet, Episcopum, vel Vicarium non posse aliquid recipere pro collationibus beneficiorum etiam parum, quidquid dicat Cechus *de repub. Ecclesiastica, cap. vigesimotertio de Vicario Episcopi, versic.*2. *sub numero* 4. *versic ideo Episcopus, pa.*246. Et † huc spectant dicta *parte seq. cap. secundo dub. vltimo, à numero* 368. de mercede examinum, quæ sunt videnda. 78 79

Sed † an ex possessione beneficij, seu mandato, & actis illius, possint notarij, & alij officiales, quibus alias salariũ constitutum est, aliquid accipere pro suo labore, difficultas est. Et videtur id non tolli dictis declarationibus, quæ non loquuntur de possessione, nec est in ea tanta ratio ac in collatione, seu alia dispositione ipsius beneficij, quod tamen relinquo declarationi S. Congregationis. 80

Et quamuis ex mandatis † possessionum beneficiorum Episcopi, seu alij iudices non possunt accipere sportulas, alias committant simoniam, vt dictum est, non tamen videntur incurrere pœnas impositas cõtra simoniacos in beneficio, vel ordine, ad Nauarr. *in man. c.*23. *n.*11. 81

Et qui accepit † possessionem simoniacè, quamuis peccauerit, & fuerit nulla *c. ea, quæ, 1. q.*3. tamen si alias beneficium est suum, & in eo habet legitimum titulum, poterit illam continuare, Nauar. *const.*44. *n.* 3. *de simon.* 82

Similiter à nouiter recepto, † seu in admissione ad possessionem canonicatus, seu præbendæ aut beneficij non potest exigi, nec solui aliquid etiam modicum, conuertendum in commodum & vtilitatem canonicorum, & beneficiariorum, & personarum Ecclesiæ, sed est simoniacum non obstante aliquo statuto, vel consuetudine etiam immemoriali, *d. cap. fin. 1. q.*3. & *dicto cap. Iacobus*, vbi Abbas, Annania, Felin. & alij, idem Abbas *à numer.*25. Felin. *numero* 20. Dec. *à numero* 110. Ripa *à numero* 175. *in cap. cum M. de constitutio.* Cosm. *in pragmat. sanctione, tit. de annatis, verb. consuetudinis*, Rebuff. *in concord. tit. de reseruatio. § fin. versic.*5. Ioan. Gutierrez, *cano. qq. lib.*1. *cap.* 29. *à numero* 26. Azeu. in Curia Pisana, *libro* 1. *cap. vlt. lit. B.* & Gregorius Lopez *in l.*15. *tit.*17. *p.*1. *in gloss.*1. & Humada ad eum, *ibi.* D. Card. Tuschus *conclus.*252. *lit. S. à numero* 12. Syluest. *numero* 13. & Armilla *numero* 24. *verb. simonia*, Manuel Rodriguez *in summa* 2. *tomo, cap.*58. *numero* 12. Vega 2. *parte, cap.*101. *casu* 50. Palatius *de contractib. lib.* 2. *cap.*7. & alij relati per Cenedum *in collectanea* 16. *ad decretales, n.*2. Conc. Trident. *sess.*24. *cap.*14. *de reformat. & constitutio* Pij V. 106. & nouissimè tradit Lessius *lib.*2. *cap.*35. *num.*211. qui ait, *videre tamen passim non seruari, & omnino ignorari; &c.* 83

Et est declaratio † S. Congregationis in vna Leodien. quæ sic ait, *Canonicis Ecclesiæ S. Foliani Leodien. diœcesis, admodum Reuerendi Domini, nomine Arnoldi Berigelet, vestræ Ecclesiæ canonici, expositum fuit Congregationi Illustrissimorum Patrum Trident. Concilij interpretum istic abusum vigere, vt nouj canonici* 153. *florenos nobis soluere cogantur, neque fructus vllos ex suis canonicatibus per triennium percipiant, sed inter vos diuidantur, quod, quia contra ipsius Concilij decreta inductum est, ideo Cardinales his literis ad vos scribi voluerunt, neque prædictam summam florenorum, neque fructus canonicatus ipsius oratoris exigi, & inter vos diuidi potuisse, refragante ipso Concilio Tridontino,* cap. 14. sess. 84

14. sessione 24. *Quinimo si in vsum fabricæ, vel sacristiæ, siue in alium vsum pium vltra semestre tempus sui canonicatus fructus reperirentur concessi, horum dumtaxat dimidia pars ipsi fabricæ, aut pio loco tribuenda esset, altera vero ipsi oratori, iuxta S. memoriæ Pij V. constitutionem, Romæ 8. Octobris, 1572. Voster in Domino Hiero. Card. Matthæus.*

Et facit *Extrauagans 1. de simon.* inter communes.

85 Approbat tamen † Concil. ibi huiusmodi statuta vel consuetudinem, quando in vsus pios conuertitur, vt in vsum fabricæ Eccles., aut sacristiæ, vel pauperum.

86 Quamuis † de iure communi communis esset opinio, valere huiusmodi consuetudinem in vsum pium, quando non præcessit exactio, non tamen statuta imponentia onus recepto, vel recipiendo etiam in vsum pium, vt per Abbat. Annan. Feli. Sylvest. & Armil. *vbi supra.* Nauar. *d. cap. 23. numero 101. seu 102. versi. 11.* Ioan. Gutier. *dict. c. 29. numero 26. & 31.* Man. Rodrig. *1. tom. capit. 33. numero 1. & 2. tom. d. c. 58. num. 12.* & Vegam *3. p. c. 36. casu 19. ad fin. & 2. p. d. c. 101. casu 50.*

87 At de cætero † non poterit fieri statutum, vt aliquid soluatur in vsum pium, vt censuit S. Congregatio super *d. c. 14.* his verbis: *Non potest de cætero ex quocunque statuto imponi, vt aliquid soluatur in pium cedens, veluti pro fabrica, vel sacristia Ecc.* nisi fuerit per Papam ex certa scientia approbatum
88 † & confirmatur declaratione Segob. ad 9. sup. adducta *3. p. c. 2. nu. 198.* Imo † nec potest post Concilium,
89 capi pro rebus piis, quod consueuit capi pro cõmodo proprio, Nau. & Ioan. Gut. *num. 28. vbi supra* & censuit S. Cõgregatio. vt in seq. declaratione *d. t. 14.* ibi; *Nec potest Episcopus conuertere id, quod datur pro admissione in vsum pium, cum huiusmodi admissiones*
90 *cedentes tamen in propria lucra sint sublatæ.* Et † aduerte, illud etiam capi pro commodo proprio canonicorum quod soluitur mensæ Capitulari, seu conuertitur in reparatione bonorum mensæ capitularis, ex quo cedit & redundat in vtilitatem singulorum, vt in declarationibus sequen. super *dict. capit. 14.* ibi: *Item censuit Congregatio consuetudinem, quæ imponit onus recepto, quod tendat in vtilitatem canonicorum non valere, secus in vtilitatem Ecclesiæ, vel augmentum cultus diuini, item quod conuertitur in vtilitatem fabricæ intelligendum Ecclesiæ.* Alia ibi: *Vt laudabiles, &c. sed non censentur laudabiles, quæ sunt pro instauratione, vel reparatione bonorum mensæ capitularis, cederent tamen in vtilitatem singulorum, sed si extaret talis consuetudo, vt fructus puta cuiuslibet præstimonij dimidij anni post quam vacauerit, cederent in vtilitatem mensæ capitularis, talis vtique consuetudo per hoc decretum non est sublata, est enim onus impositum beneficio, & non beneficiato, & ita censuit Congregatio in vna Palentina consuetudine, qua id quod à recepto in canonicum soluebatur, conuerteretur in reparationem, & instaurationem molendinorum mensæ capitularis esse ab hoc decreto reprobatam: in qua causa est* consilium *Nauar. 84.* de simonia.

91 Vnde infertur † consuetudinem, & constitutionem cuiusdam Ecclesiæ, quæ habet nouiter receptos soluere certam quantitatẽ mensæ capitulari, & certam quantitatem fabricæ, ad quod se obligant in admissione ad possessionem dando fideiussoi em, &c. Quod dicitur introitus in mensa, & fabrica, & insuper certum quid capellanis, & pueris ministris chori, esse iniquã & simoniacam, nec posse tolerari, quo ad id, quod soluitur mensæ, & etiam capellanis & pueris ministris chori, cum id non conuertatur in vsum pium, iuxta dict. Concilium, & dict. constitutionem Pij V. & declarationes adductas.

Quamuis alias † id quod erogatur, in sumptus 92
ministrorum Dei pium reputetur, *cap. audiret, versi. hoc ipsum 1. 9. 1* & Dei ministri inter pauperes computentur *l. primi legis. C. de SS. Eccles.* At Octauius Frangipanus *in directorio Ecclesiasticæ disciplinæ, tit. de beneficiis Ecclesiast. num. 25.* ait, quod in pios vsi pro intelligentia *d. cap. 14.* Concilij conuerti intelligatur, quod vel in seminarij subsidium, vel in pauperum eleemosynas, vel in Ecclesiæ fabricam destinatur iuxta dicta, & adducta supra.

Æquum tamen † videtur, ac praxi consentaneum 93
q̃ ait Rebuf. *d. tit. quot modis beneficia acquirantur, num. 13.* Non videri simoniacos illos, qui coacti dant sportulas pro collationibus, &c. quia non possunt resistere, dummodo voluntarie non dent, quod etiam dici potest de soluentibus etiam capitulo in admissione ad possessionem, quod solui consuetũ est Lessius *l. 2. cap. 35. nu. 59. 62. & 133.* dicens, quod est quæ-da redemptio vexationis, & fauet Suarez *de relig. to. 3. li. 4 c. 48. n. 11.*

Quod maxime procedit in foro conscientiæ, mo- 94
do non dent pro pretio, nec pro causa principali, & immediata beneficij, seu possessionis, ex Naua. *d. ca. 23. numer. 101. versic. 11.* & facit quod tradit D. Thom. *2. 2. quæst. 100. art. 2. ad quartum.* & post eum Suarez *5. tom. de sensuris, disput. 31. sect. 4. numero 23.* & quod tradit Petrus Ledesma *in sum. 2. par. tract. 12. conclus. 10.*

Et † facit etiam, quod tradit Sebast. Sapia *in additione vltima verb. vexatione.* ad Abb. *an cap. cum pridem de pactis,* quod non committit simoniam, qui est necessitatus dare pecuniam pro spiritualibus, vt notatur *in c. cum in Ecclesiæ corpore de simonia*, vnde quando datur pecunia ob aliquod statutum, vel constitutionem, non est simonia, vt tradit Abbas *in c. sicut pro certo. de sim.* sed non ideo Abbatem ibi hoc dicere. Et alias † esset condemnare plurimos alias timoratos obtinentes, & beneficia & præbendas, maxime in Hispania, in qua est magna barbaries & ignorantia circa hæc, & qui sciunt non possunt id tollere, seu excusare. 96

Nec obstat, quod prouisio † simoniace facta, et- 97
iam cum ignorantia, & bona fide adquirẽtis est nulla, vt supradictum est *à nu. 4.* quia id procedet quãdo beneficium est acquisitum per simoniam directè, nempe interueniente pretio, seu pacto, secus in proposito, vbi quamuis id sit prohibitum, tanquam simonia, tamen non est simonia directè, cum non interueniat pretium, seu pactum, D Tho & Suarez *ibi* & facit quod ait Abbas post Innocen. *in cap. cum M. Ferrariens. num. 24. de constitut. & decis.* Achillis 344. Et † sic nullitas actus est pœna proprie, *ad l. Senatus 52. ff. de contrah. empt. cap. si religiosus, de elect. in 6.* & 98
tradita per Baldum *in l. non dubium, nu. 5. C. de legib.* Abb. *in c. 2. de constitutio. n. 5.* & ibi Decium *1. lectura. n. 14. & 16. & 2. lectura, n. 30.* Menoc. *de arbitrariis lib. 2. casu 276. num. 18.* Lancellot. *de attentatis cap. 31. numero 9.* & Thomam Sanchez *de matrimonio li. 3. disp. 4. n. 9. & disput. 17. n. 11.* quæ cessante peccato simoniæ debet cessare ad *d. c. 2. de constitutio.*

Similiter etiam † dispensationes gratis concedi 99
oportet, Concilium Tridentiuum *sess. 22. de reform. cap. 5. & sess. 24. de reform. matrim. cap. 5. & sess. 25. de re-*

*form.cap.*18. dom Ioan Vela *de pœnis delictor.capit.*32. *vers.ex quibus deducitur*, P. Ledesma *d.* 2. *part. tract.* 12. *conclus.*9 Fuscus *de visit.lib.*1.*cap.*32.*num.*7. Vgolin. *de simon.tab.*1.*cap.*52.*num.*4.& 5 Lessius *lib.*2.*ca.* 35.*dub.*9. Suarez *de relig.*1.*tom.tract* 3.*lib.*4.*cap.*20. *ex num.*8.& alij.

100 Quod † procedit in compositionibus, non vero in iuribus expeditionis Bullarum, vt S. Congregatio Concilij censuit, his verbis: *Decretum Concilij, quod ait dispensationes gratis concedantur habet locum in compositionibus, non in mercede, quæ propter bullarum expeditionem soluitur ex Congregationis sententia.*

101 Quamuis † etiam respectu compositionum non seruetur, propter necessitates, & onera Papæ & Sedis Apostolicæ, cui' authoritas salua est in dictis Decretis, vt in Decreto vltimo *sessione vigesimaquinta de reform.* de quibus compositionibus, & titulis, quibus illæ accipiuntur, Vgolin. Lessius, & Suarez *supra.*

102 Et adeo † gratis dispensationes concedendæ sunt quod Ordinarij, seu Vicarij, quibus committuntur dispensationes matrimoniales, & aliæ non possunt quicquam accipere pro labore, & receptione & examinatione testium, vel alio quouis titulo, vt in sequen. declarationibus S Congregationis, *Gratis adeo dispensationes matrimoniales concedendæ sunt, quod etiam ordinarij, quibus istæ dispensationes committuntur, suum officium gratis præstent, ita vt nec ipse Vicarius aliquid suscipiat pro mercede: notarius vero pro examinando testes, & sumendo cateras informationes quartam partem aurei, seu ducati accipere possit, pro literis vere absolutionum, & dispensationum in foro conscientiæ tãtum nihil à quoquam accipi possit, vt Romæ fit, declarauit S. D. noster Gregorius XIII.* Alia. *Gratis adeo dispensationes matrimoniales sunt, quod ij quibus committuntur, suum officium gratis præstare debent examinando testes, & sumendo cateras informationes, & Vicarius Episcopi nihil prorsus potest accipere siue pro laboribus in studendo processu, siue pro decreto super dispensationibus matrimonialibus habitis à S. Sede Apostolica.*

103 Et ita etiam declaratum fuit à S. Congregatione contra Vicarios Archiepiscopi Burg. vt per D. Ioan. Vela sup. quæ declaratio Burg. sic ait: *Officiales ordinariorum, nec ipsi ordinarij pro dispensationibus matrimonialibus ad eos remissis, nihil possunt accipere, nõ obstante, quacunque consuetudine, etiam immemoriali in contrarium.*

104 Est etiam † alia Hispalen. quæ sic ait: *Statutum concedẽs Episcopis, vt certũ quid possint accipere in casibus commissariis, non habet locum in dispensationib. matrimonialibus, etiamsi factum sit in Synodo prouinciali, notarius autem quartam partem vnius ducati accipere potest.*

Et ideo in literis † dispensationum matrimonia-
105 lium ponitur decretum, quod pro illarũ executione nihil muneris, aut præmij, etiã sponte oblati, accipi possit. vt in clausula posita supra 6. *part. capit.* 2. *numero* 105.

106 Vnde † miror de officialibus, seu vicariis aliquorum Episcopatuum huius Regni, & particulariter huius Episcopatus Abulen. qui contra dictum Decretum pro dispensationibus matrimonialibus, quæ in vim literarum Apostolicarum conceduntur certum stipendium, seu sportulas exigunt in magnum periculum animarum.

107 Et † nescio quomodo excusari possint ab excõmunicatione contra eos lata in fine ipsarum literarum dispensationum, his verbis: *Volumus autem quod si spreta monitione nostra, huiusmodi aliquid muneris, aut præmij occasione præmissorum exigere, aut oblatum recipere temere præsumpseris, excommunicationis latæ sententiæ pœna innodatus tamdiu existas, donec per satisfactionem condignam à Sede prædicta absolutionis beneficium meruerис obtinere.* Et in literis 108
dispensationum pro pauperibus cum copula, quæ propter infamiam concedi solent, additur. *Et nihilominus absolutio, & dispensatio per te faciendæ prædictæ nullius sint roboris, vel momenti,* quæ clausula annullatiua inducit formam, vt per Dd. *in l.*1. *de liber.& posthum.* & citatos *par.seq.c.*2.*n.*230.

Nec possunt † excusari dicendo, prout aliqui di- 109
cunt, quod per d decretum non prohibentur accipere stipendium, seu mercedem pro labore, sed donatiuum, & quod Hispane dicitur, *cohecho*, quia vtrumque clare prohibetur per d. verba, per verbum enim *muneris* prohibentur donatiua, seu cohecho, & per verbuum *præmij* prohibetur stipendium, seu merces pro labore.

Nec † rursus possunt excusari aliqua consuetu- 110
dine, etiam immemoriali, vt patet ex d. declaratione Burgen. Tum quia est corrupte la & abusus præsertim stante d. decreto Papę. Tũ quia est interrupta per d. decretum ad Nauarrum *cons.*1. *de furt.*& quæ diximus s.5.*p.c.*1.*n.*454.

Tum etiam † quia illa non potest iuuare contra 111
speciale decretum, & præceptum Papæ, qui omnino vult gratis fieri dispensationes, P. Rauenas *de consue. sect.*4.*n.*18.

Et ita † fuit declaratum in illa Gerunden supra 112
adducta *nu.*77. *ad* 6. & iuxta id in Concilio prouinciali Mediolan. 5. *par.*3 *tit. quæ ad matrimonium pertinent*, sic statuitur, *Pro dispensationum matrimonialium executione, nihil quicquam prorsus muneris præmive etiam sponte oblati, ac ne pro labore quidem, qui in testibus ea causa examinandis, aliisve testificationibus excipiendis ponitur, Episcopus, aut vicarius eius capiat, notarij vero pro examine testium quartam duntaxat partem aurei ad summum capiant licet.*

Vnde plane † conuincitur contraria sententia 113
Thom. Sanchez *de matrimo. lib.*8. *disp.*35. *à num.*9. & aliorum.

Et in terminis † ita tenent Naua. *consil. vlt. de re-* 114
script. & Cerola *in praxi Episcopali*, 2. *par. verb. delegatus. §.*2. *& verb. dispensatio §.*2. vbi affert declarationes S. Congregationis, & nouissimè Mar. Anto. Genu. *in praxi Archiepiscopali curiæ Neapolitanæ, c.* 25. *n.*13.

Qui † ait, quod delegatus, cui commissa est dis- 115
pensatio, nil potest percipere pro labore impẽso in capiẽda informatione, & aliis actis dispensationis exclaris verbis breuis ibi, *cuiuscũq; muneris, aut præmij, etiam sponte oblati, neque esculenta, aut pocolenta*, Nauar. *cons. de resc.* neque pro studendo processu, vt declarauit S. Congregatio, neq; etiã pro accessu ad examinandos testes commorantes in aliis locis: si tamen esset pauper, quod crederet, quod ratione interesse, quod pateretur in accessu pro vecturis equorũ, posset aliquid accipere, & pariter si post ccõessam dispẽsationẽ vellẽt impetrantes habere transsumptum dispensationis, non videtur cur aliquid à Vicario accipi non possit, sicut pro transsumpto aliarũ scripturarum, cum id non concernat dispensationem, notarius vero pro actis conficiendis, potest aliquid accipere, vt declarauit S. Congregatio. *Hæc Genuen.*

Circa

116 Circa illud autem, † quod ibi ait, quod pro accessu ad examinandos testes commorantes in aliis locis, non posset aliquid accipere, nisi esset pauper, videtur quod absolute posset recipere moderatas expensas, si expediret, cum extra suum domicilium proficisci ad illos examinandos, (& non committere examen, nec cogere testes, vt ad se veniant) iuxta declarationem S. Congregationis Concilij in vna Castri Durantis, quæ sic ait: *Episcopus potest, sed non cogitur concedere literas dimissorias ordinario inferiori, pro examinandis testibus in executione dispensationis matrimonialis, potest autem cogere testes, vt ad se veniant*, arg. c. statutum. §. insuper de rescrip. in 6.

117 Præterea, † circa illud de transsumpto videtur, quod sit intelligendum de transsumpto vltra instrumentum dispensationis, pro quo instrumento dando cum literis originalibus, seu bulla dispensationis, aut earum transsumpto, nihil potest delegatus accipere, &c.

118 Præterea prouisio † beneficij fieri debet non precibus obsequiis, aliaue humana gratia, *cap. ordinationes, 1. q. 1. & cap. Moyses, & q. 1.* Corras. 4. *p. c. 1. numero 2. & 3.*

119 Vbi docet † collationem precibus ex carnali affectu procedentibus obsequiis, aliaque humana gratia factam simoniacam esse ex glos. verb. nullum. in cap. tuam de ætate & qualitate, cui communis ibi concordat teste Nauarr. statim citando, & glos. *in dicto cap. ordinationes, verb. vel precibus*, Ripa *in cap. cum M. Ferrarien. de constitut. numer. 30. & seq.* Rebuff. *in praxi. tit. quib. modis beneficia acquirant, numero 7. &* 8. Sarnen. *in reg. de triennali, quæst. 12. vers. cum igitur reg.* Sylvest. *numero 16.* & Armilla *num. 11. verb. simonia*, & vide Flam. Parisium *de resignatione benef. libro 14. q. 7. 5. casu.*

120 Sed in hoc † tenendum est cum Innoc. *in d. c. tuam*, quem ibi sequitur Abb. *n. 3.* & cum Caiet. 2. 2. *quæst. 100. art. 5. & in sum. verb. simonia, 5 notab.* Victoria *in relectione de simonia, à n. 30. vsque ad 37.* Soto *de iustit. & iure, libro 9. quæst. 7. artic. 3. ad 3.* Nauarr. *in man. ca. 23. numero 101. vers. 10. quod*, Ludouicus Lopez *instruc. conscien. 1. tom. cap. 304.* Man. Rodriguez *in sum. 2. tom. cap. 59. à numero 7.* Vega 2. *par. sum. cap. 101. casu 36. &* 37. Valentia 3. *tom. 2. 2. disput. 6 quæst 19. pun. 3. versic. 4. sequitur*, & P. Ledesma *in summ. 2. par. tractat. 12. circa 40. conclusionem*, Toleto *libro 5. cap. 84. numero 3.* Lessio *lib. 2. c. 35. dub. 29.* & Suarez *de relig. tract. 3. lib. 4. c. 37. ad 40.*

121 Tandem collatio † beneficij, sine diminutione fieri debet, capit. vnico, vt Ecclesiastica beneficia, sine diminutione conferantur, & ibi Dd. Rebuff. *tit. requisita ad collationem bonam, numero sexto*, Corras. 1. *par. cap. 2. in fin. &* 4. *par. cap. 1. numero 4.* Ioan. Nicol. Gimon. *in Enchiridio beneficiorum, tit. 2. cap. 3. numer. 70.* Guillel. Bened. *in repe. cap. Raimuntius, verb. si absque liberis. 2. de fideicomm. substitutione, à numero 32.* Mascard. *de probatio. conclus. 313. à num. 5.* Flam. Paris. *de resignatione benef. libro 8. q. 9. n. 32.* & vide *d. cap. seq. à num. 30.*

122 Et an Episcopus † possit statuere, seu ordinare, quod fructus beneficiorum vacantium primi anni applicentur fabricæ alicuius Ecclesiæ, vel mensæ Episcopali, seu capitulari, vide *d. c. vnicum*, & ibi glossam vltimam, & Doct. & alios relatos sup. 2. *p. cap. 1. num. 93.*

123 Et de materia † simoniæ late viden. sunt 1. *quæst. 1. &* 1. *quæst. 3. & tit de simonia*, & ibi Dd. Hostiens. *in sum.* Redoanus, & Ioann. Carrafa *in tract. de simon.* & nouissime Bart. Vgolin. *eod. tract.* & Flamin. Paris. *de resign. benef. lib. 14. & de confiden.* Rebuf. *in praxi tit. de simonia in resignatione*, Iul. Clarus *lib. 5. §. simonia*, Bernar. Diaz *in pract. criminali, cap. 91.* & ibi Salzedo, Naua. *in man. c. 23. ex n. 99. & in rep. c. si. de simonia, & in consiliis tit. de simonia*, Mascard. *de probatio. conclus. 1310. cum 2. seq.* Ioan. Gutier. *canonica. quæst. lib. 1. c. 9. & c. 29. & lib. 2. c. 23.* Meno. *de præsump. lib. 5. præsump. 8.* & D. Ioan. Vela *de pœnis delictorum, c. 32.* Tuschus *à conclus. 249. ad 254. litera S.* & ex Theologis D. Thom. 2. 2. *quæst. 100* & ibi Caiet. *& opusc. tom. 2. tract. 9. de simonia, & in sum. verb. simonia*, Victoria *in relectione de simonia*, 1. & 2. Soto *de iustitia & iure, lib. 9. quæst. 5. cum seqq.* P. Nauarra *de restitutione libro 2. cap. 2. à numero 365. vsque ad fin.* Arag. *d. q. 100. per totam*, Valent. 3. *to. 22. disput. 6. quæst. 16.* Rosella Angel. *tab. 1.* Sylvest. Arm. & alij *summ. verb. simonia*, & Sūma Corona, 3. *par. tract. de simonia*, Iacob de Graffis *in decision. aureis casuum conscientiæ, lib 2. cap. 96. 97. &* 98. Candelabrum aureum *in appendice, capite primo.* Ludouicus Lopez *instruct. conscientiæ. 1. tom. cap. 302.* Manuel Rodriguez *in summ. 2. tom. à capit. 55. vsque ad 66.* Vega 2. *par. summæ, cap. 101.* & P. Ledesma *in summ. 2. p. tract. 12.* Tolet. *lib. 5. ex cap. 84 ad 93.* Lessius *lib. 2. cap. 35.* Suarez latissime, 1. *tom. de religio. tract. 3. lib. 4.*

CAP. II.

Quod pure fiat collatio, non conditionaliter, nec alternatiue, nec copulatiue.

SVMMARIA.

Requiritur, quod pure fiat collatio non conditionaliter nec alternatiue. n. 1. *nam* c. 2. de electione in 6. *habet locum in collatione seu prouisione*, n. 2.

In præsentatione non procedit ille tex. sed præsentatio, non solum alternatiua, sed etiam conditionalis, incerta dubia, & obscura procedet, dummodo infra tempus detur ad præsentandum purificetur, & c. si venit purificanda per habentem instituere, statim dicitur purificata, & c. n. 3.

Prædicta doctrina non procedit in conditione, quæ inest de iure, puta si vacat beneficiū sub qua ab ordinario, etiam ignorante mortem, seu vacationem collatio fieri potest, numero 4. *& etiam electio*, numero 5. &. 6 *Quamuis in electione contrarium teneat gloss. & alij*, numero 7. *Quorum opinio procedet in conditionibus de futuro, quamuis tacite insint*, numero 8. *& in conditione de præterito, aut de præsenti, quæ tamen non inest, quæ vitiabit electionem, quamuis non collationem, quæ solum vitiabitur ex conditione suspensiua*, n. 9.

Improbatur sententia Cuchi dicentis, quod illæ conditiones electionem non vitiabunt, videlicet eligo, si iuramentum solitum præstiterit, vel si prius beneficium dimiserit, vel in Ecclesia resederit, modo exprimantur, sicuti insunt actu, & c. n. 10.

Approbatur responsum Ripæ electionem factam sub illa conditione, si placuerit summo Pontifici, irritam fieri, quamuis contra eum teneat Cuchus, numero 11.

Non valeret collatio parochialis, sic facta, confero tibi si infra annum te feceris ad sacerdotium promoueri, valeret tamen si diceretur dummodo infra annum te

facias ad sacerdotium promoueri, n. 12. & n. 13. *adducitur resolutio Rotæ.*

Licet expressio eorum, quæ tacite insunt, non vitiat collationem, nec inducit simoniam, & sic in collatione beneficij possunt exprimi onera, seu obligationes illi annexa num. 14. *Et ita pacto facta inter resignantem, & resignatarium, vt ipse resignãs possit exigere fructus ante resignationem decursos, & inexactos, non est confidentiaria, nec simoniaca, &c.* numero 15. *Tamen id procedit secundum citatos, vbi exprimuntur eo modo quo insunt, alias secus*, numero 16. *Sicut etiam quando fit expressio eius, quod non ineſt, vel oneris non annexi, etiam pij, est simonia*, numero 17.

Illud quod de iure ineſt, non potest deduci in pactum ad inducendam specialem obligationem, quæ est fortior, & excusandam contradictionem, nec obligatio antidorali, n. 18.

Non potest deduci in pactum ad tollendas differentias seu lites illud, in quo versantur opiniones, seu præsumptiones partium diuersæ, quamuis verior sit opinio de eo, quod in pactum deducitur, n. 19. *Et sit accipiendum est, quod ait Flam. Parisius, &c.* nu. 20. *& ita posset procedere quædam decisio Rotæ sup. relata*, n. 21.

Tenet collatio parochialis ab ordinario facta habenti aliam sub conditione, si primam resignauerit, seu dimittat secundum Abb. quia ista conditio tacite inerat de iure, n. 22. & n. 23. *ponitur resolutio Rotæ, & secus esset si conditio tacite non ineſſet, vt quia primum non erat vacaturum ipso iure*, n. 24. *Quamuis pensio bene posset reseruari per legatum, vel Episcopum sub conditione, vt cum primum habuerit beneficium, censeatur cassa*, n. 25.

Sed non posset quis dare clerico beneficium cum conditione, quod illud ei dimittatur, seu resignet libere, cum dederit ei aliud pinguius, imo esset simonia, n. 26.

Ista sententia Abbatis est accipienda, quando collatio secundæ parochialis fit, non cum conditione suspensiua dimittendi primam, sed cum modo, & pacto, quod dimittat, seu resignet primam, n. 27 & 28.

An ordinarius posit in collatione alicuius beneficij exigere iuramentum à collatario de non resignando illud cum pensione, nec in fauorem alicuius, sed libere, &c. n. 29. *& Nauarr. & alij tenent negatiue, quia beneficia sunt conferenda sine diminutione, & committitur simonia, nam in huiusmodi collatione interuenit cõditio, modus, vel pactum, quod iure non ineſt*, numer. 30. 31.

Ista resolutio videtur habere difficultatem, ex eo enim non confertur beneficium cum diminutione, n. 32. *& istud de simonia procederet, cum non exigeretur iuramentum ante collationem, sed collatio fieret cum conditione, modo, vel pacto, quod præstaret postmodum illud, secus vbi ante collationem exigeretur*, n. 33. & 34. *sicut si exigeretur ante collationem iuramentum de residendo, seu de dimittendo primum incompatibile, aut quod non accipit illud cum intentione dimittendi, vel de seruandis statutis, etiam quando non est consuetudo illud præstandi, &c.* à n. 35.

Distinguitur in prædicto dubio, quod aut collatio fit cum conditione, modo seu pacto præstands postea dict. iuramentum, & tunc est simoniaca, & nulla, n. 39. *Aut ante collationem exigitur d. iuramentum, & tunc collatio non videtur simoniaca, nec exactio iuramenti illicita*, n. 40. *Nisi forte ille à quo exigitur, habeat ius ad beneficium*, n. 41. *Quod tamen non videtur militare in parochialibus, quæ prouidentur in concursu, &c.* n. 42. *nec videtur istud iuramentum inualidum contra Flamin. Parisium*, n. 43.

An iuramentum de non petendo relaxationem sit validum, &c. remissiue, n. 44.

An quando Episcopus vult conferre parochialem alicui oppositori habenti aliam, seu eligere, & nominare eum ad illam, possit ei dicere, quod prius resignet parochialem quã habet, n. 45 *Resoluitur, licet non videtur adesse simonia, si libere, & sine vllo pacto, & conditione fiat resignatio, tamen nõ posse, si is est constitutus in sacris, nec habet aliunde, vnde sustentari possit, & maxime si est ordinatus ad titulum primæ*, n. 46. *Si tamen faceret resignationem cum conditione, quod Episcopus ei conferret secundam, esset simonia*, n. 47. *& similiter si resignatio fieret saluo iure, &c.* n. 48.

Collatio copulatiue fieri non debet, ne duo in eodem beneficio intitulentur, aut beneficij diuisio fiat, n. 49.

A Papa ex suprema plenaque quam habet in beneficiis potestate, collatio fieri potest sub conditione, etiam de futuro, & quæ non insit, alternatiue, copulatiue, & ad tempus, n. 50.

EST etiam aliud † requisitum quod pure fiat collatio, non conditionaliter, nec alternatiue, *c. 2. de elect. in 6.* Quod † habet locum etiam in collatione, seu prouisione, gl. *ibi, verb. incerta*, Domin. *n. 9.* Franchus 4 & alij *ibidem*, Lapus *allegatione 6. n. 9.* Selua *de benef. 3. par. quæst. 20. n. 3.* & 5. Rebuf. *in concordatis in forma mandati, verb. innodatus existit, vers. notandum, & in repetit. c. 2. de conces. præbend. 3. notab.* & Corras. *de benef. 4. par. 1. n. 4. & 5.* & Açor *instit. mor. al. 2 p. lib. 6. c. 26. q. 2. 3. & 6.* 1

In præsentatione † tamen non procedit ille tex. sed præsentatio, non solum alternatiua, sed etiam conditionalis incerta, dubia, & obscura procedet, dummodo infra tempus datum ad præsentandum conditio purificetur, incertitudo, dubietas, & obscuritas certificetur, & si conditio vel incertitudo venit purificanda, vel certificanda per habentem instituere, statim dicitur purificata, & certa præsentatio, vt *arg. clem. plures. §. fin. de iure patron.* cum Dom. *in d. cap. 2. sub numero 4.* docet Lamber. *de iure patron. 2. par. 2. libro quæst. 3. art. 5. n. 5. & art. 9.* contra Rochum. *verb. honorificum, quæst. 8. num. 29* (dicens contra Domin. *ibi*, id procedere etiam in patrono Ecclesiastico, dummodo non præsentet plures, nisi vnũ, de quo *sup. 5. par. ca. vlt. circa fi. nume. 217.*) Rebuf. *d. verb. innodatus. ad fin.* 3

Sed prædicta † doctrina limitatur, vt non procedat in conditione, quæ ineſt de iure, puta si vacat beneficium, sub qua ab ordinario, etiam ignorãte mortem seu vacationem collatio fieri potest. glo. *in d. c. 2.* & ibi Domin. *num. 10.* Franchus 4 & alij Monachus *in cap. si tibi absenti. de præben. in 6. à num. 5* & ibi Probus *à nu. 19.* Rota *decis. 36. de præben.* alias 172. *in antiquis*, Lapus *d. allegat. 6. n. 2.* & ibi Mandos. Felin. *in c. cum contingat. de officio deleg. nu. 17.* Ripa *libro 1. respons. 16.* Rebuf. *d. verb. innodatus*, Corras. *1 par. cap. 7. n. 7. & 4. par. cap. 1. n. 5. & cap. 3 n. 24.* Gimon. *in Enchir. benef. tit. 2. cap. 3. numer. 48.* Mohed. *decis. 30. de præben.* Mandos. *reg. 30. quæst. 1.* & Couarr. *lib. 3. var. c. 16. n. 2*, Açor *d. quæst. 3.* Rota in vna Virdunen. canonicatus, 6. Martij. 1595. supra adducta. *part. 5. cap. 3. numero 43.* 4

Sed & corras. *d. cap. 3. numer. 24.* verius † existimat non esse in hoc constituendam differentiam inter collationem, & electionem, sed sicuti collationem, 5

ita etiam electionem factam sub conditione, *si vacat*, aut simili, non vitiari, & idem esse in aliis quibuscunque conditionibus, quæ ad præsens, aut præteritum tempus referūtur, vt *eligo si possum, eligo Titiū si viuit, aut si legitime natus est*, adiectiones enim istæ non suspendunt actum, nec faciunt illum conditionalem, *l. 3. ff. de legat. 1. l. aliquando. ff. de conditio. & demonstratio.*

Quod etiam † tenet Lamber. *2. par. 2. lib. quæst. 3. ar.* 6 *9. n. 2.* qui ait, quod si conditio est, quę insit in electione, tenet electio cum d. conditione, & idem Cuchus *in institutio. maior. lib. 4. tit. 1. à n. 216.* & Man. Rodriguez *regul. quæst. 2. to. 9. 51. ar. 3.*

Quamuis in electione † contrarium teneant gl. *in* 7 *d. cap. 2. verb. incerta*, & Archidia. Domin. *num. 10. 11.* Frâchus *nu. 5.* & alij *ibidem.* Decius *in reg. actus legitimi. ff. de regul. iuris, numero 14.* Rebuf. *d. verb. innodatus, vers. intelligę*, & Couarr. *d. lib. 3. variar. cap. 16. n. 2.* nempe non valere electionem factam sub conditione, *si vacat*, & simil. & in ea nihil adiici posse, quod sonet in conditionem, etiam de præsenti, vel de præterito.

Quorum † opinionem probat Corrasius *dict. c. 3.* 8 *numero 24.* in conditionibus de futuro, quamuis tacite insint, veluti eligo Titium, si maior pars cap. consentiat, aut si electus infra tempus legitimum se fecerit consecrari, & ratio est, nam tunc istæ conditiones videntur exprimi suspensiue, & faciunt actum conditionalem, & sic non exprimuntur eo modo, quo insunt, non enim insunt suspensiue ad *l. si ita relictum. §. illi si volet. ff. de legatis 1.* Monachus *in d. cap. 2. n. 7.*

Et eorum opinio, etiam † vera est in conditione 9 de præterito aut de præsenti, quæ tamen non inest, nam ista vitiabit electionem, Monachus *ibi, num. 5.* & 6. contra quamuis non collationem, quæ solum vitiabitur ex conditione suspensiua, qualis non est conditio de præsenti, aut de præterito. *l. cum ad præsens. ff. si certum petat.* & sic debet accipi, Corrasius *d. n. 24.*

Vnde conuincitur, quod † ait Cuchus *vbi supra, n.* 10 220. quod illæ conditiones electionem non vitiabunt, videlicet eligo si iuramentum solitum præstiterit, vel si prius beneficium dimiserit, vel in Ecclesia residerit, modo exprimantur sicuti insunt actui, nam per ista verba, conditiones istæ non exprimuntur, sicut insunt, sed suspensiue, & tunc exprimerentur sicuti insunt, quando diceretur, modo iuramentum solitum præstet, &c.

Apparetque † bene respondisse Ripam *lib. 2. respon-* 11 *sorum, cap. 32.* electionem factam sub illa conditione, *si placuerit summo Pontifici, irritam fore*, quia licet inquit in omni electione intelligatur voluntas summi Pontificis reseruata, conditio tamen ista inest resolutiue, & contra eligentium voluntatem, at expressa est suspensiue, & iuxta eligentium voluntatem, quamuis contra eum teneat Cuchus *vbi supra n. 221.* dicens distinctionē Ripæ à se non percipi, vt probari mereatur, quem sequitur Manu. Rodriguez *dict. ar. 3. ad fi.*

Vnde idem † erit in collatione, & sic non valeret 12 collatio parochialis, sic facta, *confero tibi, si infra annum te fecero ad sacerdotium promoueri, &c.* Nam licet de iure insit, quod promotus ad parochialem teneatur infra annum ad sacerdotium promoueri, *vt in cap. licet canon. de election. in 6.* Tamen id non inest suspensiue, & conditionaliter, vt exprimitur per illam conditionem, valeret tamen si diceretur, *dummodo infra annum te facias ad sacerdotium promoueri*, seu cum conditione, *quod infra annum te facias ad sacerdotium promoueri*, tunc enim exprimitur eo modo quo inest.

Iuxta † quæ erit accipienda resolutio in causa Cala- 13 gurritana beneficij de Nauarrete 30. Ianuar. 1587. coram D. Blancheto, vbi fuit resolutum, *Receptionem, & collationem factam domino Licentiato Sanctio Gonçalez fuisse legitimas, clarum est enim, quod in electione vota conditionalia non admittuntur*, cap. 2. de electione in 6. *Ex quo ius eligendi mansit penes eos, qui purè votarunt*, c. cum Vintonien. & c. dudum de electione, *vbi Innocen. & Abbat. Pet. de Basio* in directorio electionum, par 1. c. 11. *quare cum ipse habeat quatuor vota pura, & absque aliqua conditione, in consequentiam eius electio sustinetur, nec obstare, quod de iure quilibet teneatur residere in suo beneficio, quia de iure non inest, vt collatio fiat sub hac conditione, sed si non resideat, procedatur contra ipsum, vel ad subtractionem fructuum, vel priuationem beneficij, prout longitudo absentiæ suadet. Præterea, & consuetudinem residendi, & aliam iurandi non probari, cum exprobatione D. Sancij reddatur debilior probatio Capituli, &c.*

Et licet verum † sit, & receptum expressionem eo- 14 rum, quæ tacite insunt, non vitiare collationem, nec inducere simoniam, & sic in collatione beneficij posse exprimi onera, seu obligationes illi annexas, *c. significasti. de elect.* vbi gloss. *verb. conditione*, Abb. *num. 6.* & Decius 37. Felin. *in cap. ad Audientiam. 2. de rescript. à numero 8.* vbi alias glossas refert, Bellam. *de permutat. beneficior. 2. par. q. 3.* Cosmas *in pragmatica sanctione, titu. de collatio. §. sequuntur qualificationes, verb. voluerit, & verb. alio*, Silua *de benefic. 2. par. quæst. 20. numero 2. & 3.* Caputaquen. *decis. 132. par. 1.* Nauarr. *in man. capit. 23. sub numer. 100. versic. 2. quod, & consil. 1. vt Ecclesiastica beneficia, num. 2. & cons. 3. n. 4. & cons. 37. ad 1. quæst. de simonia, & consil. 18. n. 5. de pœnitent. & remissio.* Redoa. *de simonia, 2. par. cap. 21.* Flamin. Paris. *de resignat. benef. lib. 14. q. 6 numer. 1. & q. 7. à numer. 22* Vgolin. *de simon. tab. 1. c. 11. &* Cosm. Philiar. *de offi. Sacerdotis 2. par. lib. 6. cap. 10.* Açor 2. *par. libro 7. cap. 27. quæst. 6.* & Suarez *de relig. tract. 3. libro 4. ca. 39. à num. 9. & 16.* Rota *in decis.* Farin. 137. *nu. 1.*

Et ita † pactio facta inter resignantem & resignata- 15 rium, vt ipse resignans possit exigere fructus beneficij resignati ante resignationem decursos, & inexactos, non est confidentiaria, nec simoniaca, quia pactio continens id quod ius commune, non est simoniaca, nec cōfidentialis, Flam. Paris. *de confiden. q. 45.* dicens, ita fuisse resolutum in Cusentina confidentię, 4. Febru. 1591. coram D. Orano, posita per Farin. *dec.* 102. *n. 12.* & idem esse dicit si paciscerentur, quòd resignans posset exigere fructus, vsque ad diem præstiti consensus, iuxta tradita per eum *de resignat. benef. li. 1. q. 12.* de quo sup. *2. par. c. 1. à n. 125.* Tamen illud † 16 procedit secundum citatos, vbi exprimuntur eo modo, quo insunt, alias secus, Achilles *dec. 343.* seu 4. *de simonia*, Puteus 234. *lib. 3.* & in vna Hispalen. Caurien. permutationis, 10. Mar. 1597. corā D. Gipsio fuit dictum, quòd quando in beneficialibus apponitur pactum alio modo expressum, quam de iure inest, pactum est simoniacum, &c. Sicut † etiam quando sit 17 expressio eius, quod non inest, vel oneris non annexi, etiam pij est simonia. Cosm. *d. verb. alio*, Puteus *dec. 396. lib. 3.* & Caputaquen. 241. *p. 3.* de quo tamen vide *d. decisionem* Farin. 137.

Vnde infertur illud, quod † de iure inest, non pos- 18

se deduci in pactum, ad inducendam specialem obligationem, quæ est fortior, & excusandam contradictionem, Feder. *de permuta. benef. q.* 39. Gambarus *in c. vnico de rerum permutat. in* 6. *ad fi. n.* 150. *& seqq.* & vide Petrum de Perusio *eod. tractat. de permutatione benef. p.* 3. *qu. vltim. numer.* 68. & sic etiam non licet antidotalem obligationem deducere in pactū, quod nouam obligationem, seu robur adiiciat, Couarruu. *libro* 1. *variar. c.* 20. *num.* 4. & Suarez *d. lib.* 4. *cap.* 45. *a num.* 9.

19 Secundo infertur, non posse † deduci in pactum ad tollendas differentias, seu lites, aut controuersias illud, in quo versantur opiniones, seu prætensiones partium diuersæ, quamuis verior sit opinio de eo, quod in pactum deducitur, vt si inter resignantes, seu permutantes fiat pactum, quod fructus debeant lucrari à tali tempore, &c. Nam esto insit de iure, id quod deducitur in pactum secundum veram opinionem, tamen alio modo exprimitur, quam inest, nempe ita vt alter non possit aliud prætendere, seu
20 litem mouere, &c. Et † sic quod ait Flam. Paris. *d. q.* 45. accipiendum est, quando simpliciter in pactum deducitur, tanquam quod inest de iure, non quando ad tollendas differentias, lites, & controuersias, & omnem difficultatem, &c.

21 Et ita etiam † posset procedere illa decisio Calagurritana sup. relata, *n.* 13. iuxta id quod in ea ad finem dicitur, quod consuetudo residendi non erat certa, & plana, &c.

22 Tertio ex prædictis † infert Abb. *in d. c. significasti, n.* 6 cum Collectario ibi tenere collationem parochialis ab ordinario factam habenti aliam sub conditione, si primam resignauerit, seu dimittat, quia ista conditio tacite inerat de iure, ex *c. de multa. de præben.* sequitur Cosmas *d. verb. voluerit*, Pauinus *de offic. & potestate Cap. sede vacante*, 1. *quæst.* 2. *p. num.* 8. Selua *sup.* Rebuf. *in praxi, titu. requisita ad collationem bonam, num.* 3. Redoa. *sup. num.* 7. Hieron. Gabr. *consil.* 193. *libr. primo*, Mascard. *de probatio. conclus.* 313. *numero* 3.

23 Et in vna Taurinen. commendæ 10. Febru. 1595. domini dixerunt: *Non obstare quod prouisio, de qua ibi, sit conditionalis, & simoniaca, quia conditio de dimittenda priori commenda, si de nouo prouideatur, illi inest de iure ex forma stabilimentorum, & ideo non vitiat gratiam*, d. cap. significasti. de electione, *Caputaquen.* 243. par. 3. &c.

24 Vnde secus † esset si conditio tacite non ineesset, vt quia primum beneficium non esset vacaturum ipso iure, Cosmas, & Selua *ibi*.

25 Quamuis pensio † bene posset reseruari per Legatum, vel Episcopum sub conditione, vt cum primum habuerit beneficium, censeatur cassa, hoc est constitui posset pensio, donec beneficium habuerit, quia assignatio huiusmodi pensionis non est conditionalis, sed ad tempus, Gambarus *de offic. legati. lib.* 6. *ex n.* 175.

26 Sed non posset † quis dare clerico beneficium cū conditione, quod illud ei dimittat, seu resignet libere, cum dederit ei aliud pinguius beneficium, imo esset simonia, quia ista conditio tacite non inest, licet contra teneat Corduba *in summ. casu* 30. quem sequuntur Lud. Lopez *instruct. conscien.* 1. *to. c.* 307. *ad fi.* Man. Rodrig. *in sum.* 2. *to. c.* 60. *n.* 4. & Vega, 2. *p. c.* 101. *casu* 61.

27 At ista illatio † Abbatis eget explicatione, nam patitur difficultatem ex eo, quod dixi, *numer.* 12. non valere collationem parochialis factam sub conditione, *si infra annum se fecerit ad sacerdotium promoueri*, quia licet id de iure insit, tamen non inest per modum conditionis suspensiue, vt exprimitur per illam conditionem, quod etiam militat in proposito, quāuis enim insit de iure, quod assecutus secundam parochialem cum effectu teneatur resignare, seu dimittere primam, cum vacet ipso iure per assecutionem secundæ, non tamen ineest, quod ante collationem, & assecutionem secundæ, debeat dimittere primam, & per illam conditionem cum sit de futuro videtur suspendi collatio in euentum, quo resignet, seu dimittat primam.

Quare dicendum est dictam † illationem esse ac- 28
cipiendam, quando dicta collatio secundæ parochialis fit non cum conditione suspēsiua dimittendi primam, sed cum modo, & pacto, quod dimittat, seu resignet primam, & ita bene intelligunt Vgolin *d. c.* 11. *nu.* 4. Nam dicit, quod habenti beneficium curatum, si aliud conferatur hac pactione, vt relinquat prius, hæc pactio licita erit, nec simonia committetur, & Cosmas Philiar. *sup.* qui ait, quod si Episcopus beneficium conferre debens, quod obligat ad residentiā, conuenit cum petente illud, quod resideat, vel aliud beneficium incompatibile, quod habet, resignet, & eo promittente ei beneficium confert, nulla est simonia, quia est expressio eorum, quæ tacite insunt, & facere tenetur.

Quarto, ex prædictis † infertur ad decisionem il- 29
lius dubij, quod agit Naua. *d. consil.* 1. *vt Ecclesiastica beneficia*, an ordinarius possit in collatione alicuius beneficij exigere iuramentum à collatario, de non resignando illud cum pensione, nec in fauorem alicuius, sed libere, &c. prout in Archiepis. opatu Toletano fieri dicitur in prouisione parochialium.

In quo Nauarr. ibi respondet † negatiue, tum quia 30
beneficia sine diminutione sunt conferenda, *dicto ca. vnico, vt Ecclesiastica beneficia*, & conferens beneficium cum huiusmodi oneribus videtur cōferre cum diminutione, tum quia Episcopus non potest facere huiusmodi pacta cum eo cui collaturus est beneficium, *arg. cap. quam pio, prima quæstio. secundo cap. fin. de pactis.* Secundo ait, quod non auderet excusare conferentem, nec collatarium à simonia, quia negari non potest interuenire in huiusmodi collatione cōditionem modum, vel pactum, quod iure non inest actui conferendi, vel recipiendi beneficium. Se- 31
quitur † Flamin. Paris. *de confiden. quæstion.* 52. dicens, quod licet huiusmodi collatio facta ab ordinario recipiendo dictum iuramentum non est confidentialis, quia non comprehenditur in constitutionibus Pij IV. & V. *de confiden.* huiusmodi tamen conditio apposita in collatione per ordinarium est illicita, quia beneficia sunt conferenda sine diminutione, & redolet simoniam, nam in huiusmodi collatione inreruenit conditio, vel modus, qui iure non inest. Sequitur etiam Vgolinus *d. tabula* 1. *de simon. c.* 8. *§.* 3. *num.* 2. ait etiam Flaminius *ibi*, cum Nauarro huiusmodi iuramentum non esse validum, & posse eo non obstante resignare, cui voluerit, & cum pensione, nam iuramentum non debet esse impedimentum maioris boni.

Sed hæc resolutio † Nauarri videtur habere difficul- 32
tatem, nam quantum ad primum, quod ait illam exactionem iuramenti non esse licitam, quia beneficia sunt conferenda sine diminutione, ex reg. d. c. vnici, ista regula non videtur hic intrare, ex eo enim non confertur beneficium cum diminutio ne

Quo

33 Quoad secundum † vero, quod ait committi simoniam isto casu, quia negari non potest interuenire in huiusmodi collatione conditionem, modum, vel pactum quod iure non inest, istud procederet, cum non exigeretur iuramentum ante collationem, sed collatio fieret cum conditione, modo, vel pacto, quod præstaret postmodum illud iuramentum, vt *in principio, & ibi gl. & c. Artald.* 8. *q.* 3. At † vbi collator ante collationem diceret, *ego volo tibi conferre hoc beneficium, sed præsta prius iuramentũ de non resignando illud cum pensione, &c.* non videtur posse dici interuenire in collatione conditionem, modum, vel pactum, nec ex tali iuramento ante collationem præstito, quia alias collator non vult conferre, dici potest inducere simoniam, cum illud iuramentum non sit de præstando, vel faciendo aliquid in vtilitatem, & commodum ipsius collatoris, vel alterius directe, quo casu esset simonia, *c. talia* 8. *q.* 3. facit quod tradit Tho. Sanchez *de matrim. lib.* 1. *disp.* 39. *n.* 4.

35 Sicut si exigeretur † ante collationem iuramentum de residendo, seu de dimittendo primum incompatibile, vt in casu Cosmæ Philiarchi, de quo *sup. n.* 28. aut quod non accipit illud beneficium cum intentione dimittendi, vt exigitur Romæ in beneficiis residentiæ tempore examinis, vel de seruandis statutis, etiam quando non est consuetudo illud præstandi, non diceretur ex hoc committi simoniam. Quamuis 36 † Franchus *in capitulo 1. de iureiur. in 6. n.* 1. post Archidiacon. & Ioann. Andr. *ibi* dicat ante electionem iurare seruare statuta, & consuetudines Ecclesiæ, esse simoniacum, nisi tale iuramentum exigeretur à 37 superiore, vt per glossam *in dict. principio*. Quod † non videtur verum, & d. glossa est intelligenda de iuramento in vtilitatem eligentium, iuxta tex. in quo fundatur *in dict. capitulo talia*. facit gloss. 2. *in dicto principio*, & quod tradit Abbas cum Innocent. *in cap. cum M. de constitutio. numero* 25. Et † quod ordinarij possunt exigere dictum iuramentum de non resignando beneficium in fauorum, &c. ab iis qui ad beneficium promouentur, tenet Açor *in institutio. moralibus* 1. *par. libro* 11. *capit.* 5. *ad fi. & 2. p. libro* 6. *capit.* 9. *quæst.* 9.

39 Vnde in prædicto † dubio videtur distinguendum, quod aut collatio fit cum conditione, modo, seu pacto præstandi postea dictum iuramentum, & tunc est simoniaca, & nulla ex *d. c. quam pio* 1. *q.* 2. *dict. cap. Artaldus* 8. *q.* 3. *cap. fi. de pactis, capit. tua nos de simon. cum aliis, & dictis cap. præcedenti*, & facit quod tradit Nau. 40 *consi.* 37. *de simon. numero* 11. Aut ante collationem exigitur dictum iuramentum, vt dixi, & tunc collatio non videtur simoniaca ex dictis, nec exactio iuramenti illicita, quia iuramentum illud non est de re illicita, & contra bonos mores. Nisi † forte ille à 41 quo exigitur, habeat ius ad beneficium, vt quia esset ad illud præsentatus, vel haberet literas in forma dignum, &c. nam tunc videretur sibi fieri iniuria exigendo ab eo tale iuramentum, ad quod non tene- 42 batur. Quod † tamen non videtur militare in parochialibus, quæ prouidentur in concursu, iuxta formam Concilij, etiamsi ille à quo exigeretur tale iuramentum, esset dignior repertus in concursu, quia non videtur habere ius ad parochialem simpliciter, sed ex suppositione, quod ordinarius velit conferre, seu eligere, vt dictum est *sup.* 5. *parte cap.* 7. *anumero* 83.

43 Nec videtur istud iuramentum † inualidum, vt ait Flam. quia vt dixi, non est de obiecto illicito, sed potius licito & honesto, & ob bonum finem, nempe vt Ecclesiæ habeant meliores ministros, nec contrarium inquit Nauarrus, quia solum ait, quod iuramentum de non petendo relaxationem ab illo iuramento non est validum, nec est seruandum saltim quando occurreret casus, in quo seruatum esset maiori bono impedimentum, & quod si vellet renuntiare in manibus Papæ cum pensione. potest in ipsa supplicatione narrare iuramentum, & causam aliquam honestam, & sic obtinebit petitum. De † quo an iuramentum de non petendo relaxationem sit validum, 44 &c. vide Felin. *in cap. constitutus. de rescript. à num.* 9. & 13. & 14 Afflict. *decis.* 220. *num.* 11. Parisium *cons.* 96. *n.* 93. *lib.* 1. Paz *in praxi* 2. *to.* 2. *præludio, nu.* 38. & Sotum *de iustitia & iure, libro* 8. *q.* 1. *art.* 9. & *decis.* Farin. 78. *n.* 2. & *addit. ibi*, & Suarez *de relig. tract.* 6. *libro* 2. *cap.* 11. *nu.* 6.

Quinto ex prædictis † infertur ad aliud dubium, an quando Episcopus vult conferre parochialem alicui 45 oppositori, & concurrenti habenti aliam parochialem seu eligere, & nominare eum ad illam quæ vacauit in mense Apostolico, seu alias est reseruata, possit ei dicere, quod prius resignet, & dimittat parochialem, quam habet, ne forte eam resignet cum pensione, vel ne vacet sub reseruatione.

In quo dicendum est, licet † non videatur ad esse simonia, si libere, & sine vllo pacto, & conditione fiat 46 resignatio, tamen non posse, si is est constitutus in sacris nec habet aliunde, vnde sustentari possit, nam tunc non habet secundam parochialem, & maxime si est ordinatus ad titulum primæ, ex decreto Conci ij *sess.* 21. *de reformatione. cap.* 2. & *constitutione* 58. Pij V. de qua supra 2. *p. cap.* 5. *à numero* 198. Si † tamen faceret 47 resignationem cum conditione, quod Episcopus ei conferret secundam, seu ad illam nominaret, esset simonia. Et † similiter si resignatio fieret saluo iure, 48 prout in hoc Episcopatu aliquando fieri intellexi, id est, quod si non assequeretur secundam, reuerteretur ad primam resignatam, nam resignatio debet esse libera, & sine vllo pacto, modo, vel conditione, alias est simoniaca, & nulla, vt dicetur infra 11. *par. c.* 3. *à n.* 145.

Similter etiam collatio † copulatiue fieri non debet, 49 ne duo in eodem beneficio intitulentur, aut beneficij diuisio fiat contra Concilium Turonen. *c. maioribus. c. vacante, & c. dilecto de præben.* Fel. *in c.* 2. *de appellatio. sub n* 5. Selua 3. *par. q.* 20. *n.* 5. Lamber. 2. *p.* 2. *lib. q.* 3. *art.* 6. *n.* 2. & Corras. 4. *p. c.* 1. *n.* 4. & Açor. *d. lib.* 6. *c.* 26. *quæst.* 6.

A Papa tamen ex suprema † plenaque, quam habet 50 in beneficiis potestate. *c.* 2. *de præben. in* 6. & *clem.* 1. *vt lite pendente*, collatio fieri potest sub conditione, etiam de futuro, & quæ non infit, alternatiue, copulatiue, & ad tempus, *c. pastoralis*, 7. *q.* 1. *cap. veniens. de filiis presbyterorum*, Franch. *dict. c.* 2. *de elect. in* 6. *num.* 4. Felin. *vbi proxime*, Selua *d. q.* 20. *numero* 2. & 5. Rebuf. *in praxi ti. requisita ad collationem bonam, numero* 14. Corras. *dict. c.* 1. *numero* 5. & Nauarr. *in c. si quando de rescript. præludio* 2. & Açor. *d. c.* 26. *q.* 1. & *c. præced. q.* 1.

CAP. III.

Quod non sit surreptitia prouisio.

SVMMARIA.

Requiritur, quod collatio non sit surreptitia, alias non

tenet, num. 1. nam surreptio vitiat gratiam ipso iure, quamuis rescripta iustitiæ non nisi ope exceptionis, n. 2.

Id in Papa, & Legato procedit, non in ordinario, in quo non datur surreptio sed dicitur prouidere motu proprio, & Ecclesiis non personis, sicut Papa, & Legatus, & sic prouisio ordinarij non potest de surreptione impugnari. n. 3. Quod tamen non procedit quando Episcopus dispensauerit cum illegitimo, vt possit habere beneficium, & postmodum tacita prima dispensatione ab eodem impetratur secunda super pluralitate beneficiorum, quæ non valet secundum Seluam, n. 4. Sed id est quando ex iure speciali, & ex dispensatione sit collatio beneficij. Et supponunt falsum, quod Episcopus possit dispensare cum illegitimo super pluralitate beneficiorum simplicium, n. 5.

Id procedit non solum in gratia beneficiali, sed etiam in qualibet gratia ordinaria, quæ non vitiatur surreptione, n. 6.

Qualibet licentia ab ordinario per surreptionem, seu deceptionem obtenta, erit valida, quamuis obtinens decipiendo peccet, n. 7.

Ille qui cum reuera haberet sufficiēs patrimonium arbitrio prudentum, probauit habere maius ad satisfaciendum Episcopo, qui plus petebat, non potest dici ordinatus sine licentia Episcopi, & propterea suspensionem incurrisse, etiamsi cum eius licentia fuerit ab alio Episcopo ordinatus contra Ledesmam. n. 8. Et qui ob fictum patrimonium sic ordinatur, non incurrit suspensionem latam contra eos, qui absque licentia proprij Episcopi ordinantur, n. 9.

Absolutio excommunicationis ab ordinario, vel alio inferiore, extorta ex falsa causa ipsius absolutionis, est valida, n. 10. contra aliquos citatos, n. 12. quorum sententia solum procedet, in absolutione facta ex falsa causa excommunicationis, quæ non valet. n. 11. Sicut excommunicatus vnus a excommunicatione ob plures causas tacita aliqua, non censetur absolutus, & ligatus pluribus excommunicationibus absolutus ab vna non censetur absolutus ab aliis, nu. 13. Valet tamen quoad excommunicationem expressam absolutio facta etiam ab ignorante alias per surreptionem contra Frechillam, num. 14. At absolutio impetrata per rescriptum à Papa, vel legato ex falsa causa, etiam ipsius absolutionis, tanquam surreptitia non valet, nu. 15.

Surreptio in vno capite, seu in vna parte non vitiat rescriptum quoad alia capitula separata regulariter, nisi surreptio sit dolosa, nam tunc vitiat in totum, quod non procedit vbi capitula videntur omnino separata. nu. 16. & num. 17. ponitur decisio Rotæ: tamen quando surreptio in vno fuit causa obtinendi quoad omnia rescriptum vitiatur in totum. n. 18.

Licet falsa expressio, quæ mouere potuisset Principem ad facilius concedendum regulariter facit surreptitiam, seu obreptitiam, & vitiat gratiam, tamen non omnia tacita, quorum expressio mouere potuisset Principem, etiam ad negandum, vitiant gratiam, sed ea solum, de quibus reperitur expressum, & quæ ex iuris dispositione exprimi debent, vel de quibus in iure est cautum, quod eis expressis gratiam non concessisset, n. 20. & idem est in his, quæ ex stylo curiæ exprimi debent, n. 21. Quamuis Couarr. & alij contrarium teneant, à n. 22. Sed prædicta resolutio probatur, nam valet collatio facta criminoso, &c. n. 25. Item quia alias non esset vlla fere gratia tuta & certa, & esset valde durum, & onus graue, n. 26.

contraria sententia posset procedere in rescriptis ad lites ex cap. super literis, quod in eis loquitur, & ponitur ratio differentia, n. 27.

Infertur ratio ad doctrinam Guill. de Cuneo in l. 3 C. de Episcopali audientia, quam plures sequuntur, eu pe remissionem secundi homicidy, non facta mentione de remissione alterius, esse surreptitiam, & nullam, n. 28. & ratio ponitur n. seq.

An valeat dispensatio matrimonialis super impedimento consanguinitatis, vel affinitatis non facta mentione de copula inter impetrantes habita, an vero sit surreptitia, & nulla, n. 30. & n. 31. ponitur prima sententia dispensationem valere, ex prædicta doctrina: secunda sententia talem dispensationem esse surreptitiam, & nullam, num. 32. Et ratio est quia incestuosi, etiam cum propriis consanguineis iure prohibentur matrimonium contrahere iuxta communem Canonistarum contra Theologos, & alios, à numero 33. Et sic ius tacite exprimi iubet incestum, qui de iure est impedimentum, licet non dirimens, & intrat prædicta doctrina, num. 40. Et etiam de matrimonio de facto contracto debet fieri mentio, quamuis non sit consummatum, numero 41.

Quod de incestu debeat fieri mentio in dispensatione facit doctrina Couarr. quod in dispensatione super impedimento dirimente est facienda mentio de cognatione spirituali per catechismum tantum contracta, quæ impedit, & non dirimit matrimonium, num. 42. Quod intelligitur, quando illud impedimentum dirimens non esset cognatio spiritualis ex eodem baptismo, tunc enim sufficeret exprimere cognationem spiritualem ex baptismo, cum qua confunditur cognatio ex catechismo, n. 43. Sicut impedimentum publicæ honestatis ex sponsalibus, aut matrimonio rato, cum affinitate superueniente ex matrimonio consūmato confunditur, n. 44. Licet secus quando impedimentum publicæ honestatis ex sponsalibus concurreret cum affinitate ex copula illicita, aut affinitas ex copula illicita præcedenti, cum publica honestate ex matrimonio rato subsecuto, &c. n. 45.

Illa doctrina Couarr. procedit in vtroque foro contra Enriquez, n. 46 Et etiam post Concil. Trident. per quod non est sublatum hoc impedimentum cognationis spiritualis ex catechismo, n. 47. Licet esse sublatum teneant aliqui, n. 48.

Contra supradictam sententiam obiicitur, quod consuetudine seruatur ob nullum incestum dispensationem peti, nec à Papa, nec ab Episcopo, quæ videtur excusare, etiamsi non constet Episcopos scienter dissimulasse, maxime si est immemorialis, à n. 49.

Respondetur verū videri id consuetudine seruari, quod non petatur dispensatio ob incestum, nisi quando petitur dispensatio ad contrahendum cum ipsa cognata, vel affini, cum qua est commissus incestus, numero 52.

Obijcitur etiam valere dispensationem super vno impedimento non facta mentione de alio, super quo postea de per se poterit obtineri dispensatio, sicuti valet impetratio absolutionis ab vna excommunicatione, non facta mentione de alia, &c. num. 53. Sed respondetur, id non esse verum in dispensationibus, quæ se contingunt, & impedimentum tacitum auget expressum, tunc enim necesse est de vtroque mentionem facere, alias dispensatio est nulla omnino, vt in exemplis adductis, nu. 54. Nam vbi plura obstant impedimenta, difficilius conceditur dispensatio, & vbi plura sunt obstacula, est necessaria mentio singulorum, n. 55. Et idem est in impetratione dispensationis vnius irregularitatis non fa-

non facta mentione de alia, numero 56. Et quod obiicitur solum habet locum in dispensationibus, quæ non se contingunt, nec tacitum auget expressum, &c. à numero 57. nec absolutio ab vna censura contingit aliam, nec vna censura auget aliam, numero 60.

Contra responsionem obiicitur, quod ex ea sequeretur dispensationem, quam quis impetraret ad contrahendum cum consanguinea, vel affini habens votum simplex castitatis, seu sponsalia de futuro cum alio contracta, nō facta de eo mentione, esse surreptitiā, & nullā, &c. n. 61. Respondetur diuersam esse rationem in impedimento voti simplicis, aut sponsalium, numero 62.

Remanet recte probata secunda sententia, nempe dispensationem super impedimento consanguinitatis, vel affinitatis, non facta mentione de copula, esse surreptitiam & nullam omnino, numero 63. Et idem est in impedimento cognationis spiritualis, & etiam in impedimento publicæ honestatis, numero 64.

Cessat omnis difficultas in quæstione, nam ista seruatur de stylo curiæ notissimo, qui facit ius, etiam in partibus, nec solum est pro foro exteriori, numero 65. Et quia ita declarauit sacra Congregatio Concilij, vt in declarationibus positis, numer. 66. & aduertit additio Nauarri relata, num. 67. & P. Ledesma relatus, num. 68.

Procedit ista secunda sententia, etiamsi copula sit habita post impetratam dispensationem in forma commissaria, antequam ordinarius dispenset, nam etiam tunc dispensatio est nulla ob non factam mentionem de copula, numero 69. & sequentibus, vbi ponuntur declarationes S. Congregationis, & pœnitentiariæ.

Si copula sit habita post dispensationem perfectam, & factam ab ordinario, vel post dispensationem impetratam in forma gratiosa, non commissaria, dispensatio, & matrimonium secuta sunt valida, num. 73. Nec obstat copula superueniens, nam cum impetrantes iam sint dispensati, & habilitati ad matrimonium, non est incestuosa: & esto esset incestus, non dirimeret matrimonium, n. 74. Et facit quod copula cum affine in 3. vel 4. gradu ex actu fornicario, non est hodie incestuosa, ex quo possunt matrimonium contrahere, n. 75. & n. 76. ponitur declaratio S. Congregationis, quæ facit etiam.

Sufficit narrare Papæ in supplicatione dispensationis copulam, non dicendo, quot vicibus sit habita, licet sæpe habita fuerit, num. 77. Sicut si quis leuet, seu teneat in baptismo plures filios alicuius, vnica tantum est compaternitas, num. 78. & si quis ter, vel quater contraxit nuptias, non est necesse id exprimere in dispensatione bigamiæ, num. 79. Et in dispensatione irregularitatis contractæ, ex eo quod quis excommunicatus celebrauit, non videtur necessarium exprimere, quod pluries celebrauit, aut pluribus excommunicationib. ligatus, quia vna tantum videtur irregularitas, licet secus in eo, qui celebrat ligatus diuersis censuris, à num. 80.

Non solum ob celebrationem in excommunicatione, seu alia censura iteratam, vna tantum incurritur irregularitas, & non plures, sed etiam ob homicidium, rebaptizationem, seu aliud delictum iteratum, quamuis secus sit in censuris, quæ multiplicantur, multiplicatis transgressionibus, seu peccatis, etiam eiusdem generis, a numero 84. & ratio differentiæ, numero 87.

Improbatur, quod ait Enriquez, quod si quis cum duabus sororibus eius, cum qua vult contrahere, copulam habuit, non sit necessarium in dispensatione id exprimere, nec in dispensatione patruelium, seu consobrinorum exprimere, quod sunt per viam vtriusque parentis, quod est falsum: nam ibi duplex gradus, n. 88. Vnde etiam in descendentibus ab illis erit duplex gradus exprimendus, n. 89. Quamuis vbi duo consobrini ex dispensatione matrimonium contrahunt, in eorum nepotibus non videtur considerandus, nisi secundus gradus, nam alter confunditur, & cessat per matrimonium, & dispensationem auorum, & secus esset, si sine matrimonio, & dispensatione habuissent filios incestuosos. n. 90. & 91.

Si copula sit habita, antequam supplicatio Papæ porrigatur, & in ipsa fiat mentio de copula, erit dispensatio valida, licet antequam ordinarius dispenset, iterum copula habita sit, &c. numero 92. Sed si impetrantes post factam separationem à Vicario delegato de nouo carnaliter se cognouissent, est opus noua dispensatione, seu perinde valere, &c. numero 93.

Si coniuncti narrent copulam inter eos esse habitam, & copulam ipsam, seu potius notam, & infamiam ex ea ortam tradant pro causa, vt facilius dispensetur, surreptitia erit, & nulla dispensatio, si eo fine habita fuit copula, & non exprimunt, etiam in foro conscientiæ, contra Enriquez, & ita in literis dispensationum dicitur, quod eam habuerunt fragilitate carnis, & non animo facilius obtinendi dispensationem, & ponitur clausula, quod accipiatur ab impetrantibus iuramentum de hoc, à n. 94.

Si impetrantes non traderent pro causa dispensationis copulam expressam, seu notam, & infamiam ex ea ortam, sed aliam causam, non esset surreptitia dispensatio, quamuis non exprimant talem intentionem, & finem, n. 97.

Ad effectum contrahendi impedimentum incestus sufficiet habere copulam penetrando vas, etiam sine seminatione intra ipsum vas, nu. 98. Sicut ad rationem adulterij & petendi diuortij, sufficeret similis copula, n. 99. Licet ad contrahnedam affinitatem requiratur copula consummata, per quam seminetur intra vas, n. 100. & ad consummationem matrimonij. num. 101. Quamuis contrarium in proposito teneant aliqui, num. 102.

Econuerso ad contrahendum impedimentum incestus non videtur sufficere seminare inter vas, si vir illud non penetrat, & idem ad rationem adulterij, & diuortij saltim respectu viri, n. 103. Quamuis sufficiat ad contrahendam affinitatem, n. 104. & ad consummationem matrimonij, n. 105.

Si copula sit habita inter coniunctos ignorantes probabiliter, seu bona fide esse coniunctos, non erit opus in dispensatione narrare copulam, quia tunc non contrahitur impedimentum incestus, numero 106. Quia tunc non est incestus formaliter, nec fuit commissum peccatum incestus, numero 107. Et ideo etiam in concessione non esset opus, tunc dicere circumstantiam consanguinitatis, numero 108. Habens tamen copulam cum coniuncta scienter ignorans pœnam contra incestuosos iure positam, incurrit illam contra Vegā, nu. 109. Quamuis verum sit, quod quoties narratur copula in dispensatione, etiamsi dicatur ignorāter habita, soluitur maior compositio, sicut quando scienter, sicut etiam quando dispensatio petitur ob notam, & infamiam mulieris, etiam non secuta copula, numero 110.

Respondetur cap. si quis cum duabus, & c. quidam 34. q. 2. *vbi iis, qui commiserunt incestum ignoranter, non permittuntur coniugia absolute, sed post pœnitentiam* à n. 11.

De surreptione rescriptorum iustitiæ non datur incuria propter facilem recursum ad signaturam, nu. 114. *Et idem videtur etiam seruari in rescriptis, & commissionibus emanatis à nuntio, ad quem recurritur pro reformatione*, n. 115.

1 NEcessarium † quoque requisitum collationis est, quod non sit surreptitia, alias non tenet *cap.* 2 *cum adeo. de re iudicata, cum alias.* Nam † surreptio vitiat gratiam ipso iure, *cap. ad aures. cap. constitutus, cum alias de rescrip. cap. si motu proprio. de præben. in 6. clem. t. eodem titu.* ibi: *Gratiam huiusmodi, &c.* Quamuis rescripta non nisi ope exceptionis. *gloss. fin. in ca. ad audientiam, 2. de rescript.* & ibi Abb. *num.* 14. Feli. 22. & communis, Oldra. *cons.* 257. *nu.* 27. Rebuf. *in praxi. tit. de differentiis inter rescripta gratiæ, & iustitiæ, num.* 1. Nauarr. *in cap. si quando de rescript. prælud.* 1. Dida. Perez *in l. 1. tit. 12. lib. 3. ordin. quæst.* 8. & 9. Menoch. *de arbitr. lib. 2. casu* 201. *num.* 2. & 3. & à nu. 16. Farin. *in praxi crimin.* 1. p. q. 6. n. 46. Tuschus *conclus.* 722. *lit. S. D.* Sahagun *in c. cæterum. de rescript. n.* 6. Açor *instit. moral.* 1. p. *lib.* 5 *capit.* 24. q. 4. Tho. Sanchez *de matrim. lib.* 8. *disp.* 21. *in* 3. & alij plures Caputaquen. *decis.* 223. *part. tertia*, & sunt aliæ infinitæ decisiones Rotæ impressæ, & manuscriptæ ad hoc.

Id tamen in † Papa, & legato procedit, non in ordinario, in quo non datur surreptio, sed dicitur prouidere motu proprio, & Ecclesiis, non personis, sicut Papa, & Legatus. & sic prouisio ordinarij non potest de surreptione impugnari, *clem. 2. de offic. ordin.* & ibi Card. *ad fin.* Abb. *in c. cum nostris, n.* 19. *de conces. præb.* Fel. *in d. c. ad aures, n.* 15. *& in c. in nostra cor.* 29. *de rescript.* Selua *de benef. 3. p. q.* 12. 13. *qualitate. nu* 19. seu 58. Sarnen. *in reg. de annali, q.* 9. *ad fi. & q.* 10. *versic. & quod ista reg.* Gambarus *de offic. legati, lib.* 3. *numero* 29. & 35. & Caputaquen. *decis.* 406. *p.* 2. Menoch. *d. casu* 201. *à numero* 155. Nauar. *consi.* 24. *numero.* 1. *de temporibus ordinat. & cons.* 48. *num.* 3. *de sentent. excom.* Flam. Paris. *de resignat. benef. lib.* 8. *q.* 9. *numero* 75. & posthæc Gonçalez *ad reg.* 8. *de mensib. glo.* 4. *à num.* 173. vbi istud dictum commune declarat, & Açor 2. *p. lib.* 5. *c.* 28. *q.* 23. & dictum est sup. 6. *p. cap.* 2. *à num.* 219.

Quod † tamen limitat Selua ibi non procedere, 4 quando Episcopus dispensauerit cum illegitimo, vt possit habere minores ordines & simplex beneficiũ, & postmodum tacita prima dispensatione ab eodem impetretur secunda dispẽsatio super pluralitate beneficiorum simplicium, non valet hæc secunda dispẽsatio, *gl. verb. sedem. in c.* 2. & ibi DD. *de filiis presb. in* 6. sequitur Meno. *vbi sup. n.* 156. dicens, in iure reperiri istam qualitatem coram ordinario exprimendam. Sed † melius ait Franchus *in d. c.* 2. *num.* 3. *in fin.* 5 quod *d. clement.* 2. *de offic. ordin.* loquitur de iure communi, hic vero quando ex iure speciali, & sic quando ex dispensatione fit collatio beneficij, &c. Sed isti authores videntur supponere Episcopum posse dispẽsare cum illegitimo in pluralitate beneficiorũ simplicium, cuius tamen contrarium dixi *sup.* 7. *ca.* 2. *numero* 30.

Illudque procedit † non solum in gratia beneficiali, 6 sed etiam in qualibet gratia ordinarij, quæ non vitiatur surreptione, vt apparet ex citatis, & Eman. Sa, *verb. gratia, num.* 22 licet contra teneat Tho. Sanchez *d. lib.* 8. *disp.* 21. *n.* 4. Vnde † infertur, quod quælibet licentia ab ordinario per surreptionem seu deceptionem obtenta, erit valida, quamuis obtinens decipiendo peccet. 7

Infertur † etiam contra P. Ledes. *in sum. de Sacr.* 8 *Ordims. c.* 7. *sub* 5. *concl.* illum qui cum reuera haberet sufficiens patrimonium arbitrio prudentũ, probauit habere ius ad satisfaciendum Episcopo, qui plus petebat, non posse dici ordinatum sine licentia Episcopi, & propterea suspensionem incurrisse, nam licet fuerit ordinatus cum falsa informatione maioris patrimonij, tamen licentia fuerit ab alio Episcopo ordinatus.

Nam † & qui ob fictum patrimonium sic ordi- 9 natur non incurrit suspensionem latam contra eos, qui absque licentia, & reuerendis proprij Episcopi initiantur, Enriq. *in sum. lib.* 13. *c.* 37. *§.* 2. Auil. *de censur.* 3. *p. disp.* 5. *dub.* 5. *vers. ad tertium, & in simili* Nau. *c. cons.* 24. *de temporib. ord. n.* 1. quicquid sentiat idem Nau *in man. c.* 27. *n.* 158. *vers.* 3. & contra teneat Suarez 5. *to. de censur. disp.* 31. *sect.* 1. *n.* 36. & 37. quem sequitur Prosper de Augustino ad summam bullarij quarantæ *in app. verb. ordo par.* 559.

Infertur † etiam quod absolutio excommunica- 10 tionis ab ordinario, vel alio inferiori extorta ex falsa causa ipsius absolutionis, & cum mendacio, vt quia falso dixit, se satisfecisse, est valida, Rota *decis.* 7. *sen. excom.* alias 399. *in nouis*, Franch. *in c. venerabilibus. §. sane n.* 2. *de sentent. excom. in* 6. per tex. *ibi*, Caputaq. *dec.* 1. *p.* 1 Naua. *in man. c.* 27. *nu.* 38. Cou. *in cap. alma mater* 1. *p. §.* 11. *nu.* 14. Vgol. *de censur. tab.* 1. *c.* 19. *§.* 4. *nu.* 3. D Frechi. *de excom. ar.* 4. 2. *part. nu.* 6. Lud. Lop. *instruct. conse.* 2. *to.* 2. *p. c.* 19. & alij. Quamuis † contra 11 teneant summa confessorum *lib.* 3 *tit.* 33. *q.* 74. Ang. *verb. absolutio* 3. *n.* 12 Syluest. *verb. absolutio* 1. *num.* 13. 5. *q.* Armi. *eod. verb. du.* 65. Cosm Philiar. *de offic. sacerd.* 1. *p. lib.* 3. *c.* 24. 2. *conclu.* Tolet. *in sum. lib.* 1. 61. 14. *sub versi.* 11. Auila *de censuris* 2. *p. c.* 7. *dub.* 4. & Cerola *in praxi Episcopali.* 2. *p. verb. absolutio. §.* 13. *in fi.* quibus accedunt Felin. *in cap. quod super his, de fide instrum. num.* 13. Palud. *in* 4. *dist. in.* 18. *quæst.* 5. *num.* 21. dicens, quod si homo suppressa veritate, vel expressa falsitate obtinuit absolutionem, videtur esse non absolutus Enriq. *lib.* 13. *ca.* 30. *§.* 3. & 4. & alij. Quorum 12 † sententia solum procedet in absolutione facta ex falsa causa excommunicationis, id est, cum excommunicatus ob aliquam causam, ea non expressa, sed alia obtinet absolutionem, tunc enim absolutio non valet, sed manet ex vera causa excommunicatus, quia ab excommunicatione ob eam causam lata, & sic à vera excommunicatione nullo modo, nec bene, nec male fuit absolutus, vt in *cap. ex parte. de offic. ord. & ibi gloss. communiter recepta.* Innocen. *in princip.* Abb. *num.* 1. & 3. & alij, Imola *in d. cap. quod supradictus. l.* 29. *titu.* 9. *partita* 1. & optime Couarru. *d. nn.* 14. maxime *ad fi.* quamuis in hoc contra communem male teneat Vgol. *d. nu.* 3. Sicut † etiam excommunica- 13 tus vnica tãtum excommunicatione ob plures causas non censeretur ab ea absolutus si in impetratione absolutionis tacuerit aliquam causam, saltem æq; principalem, gl. Abb. *nu* 3. & alij. *in d. c. ex parte*, glo. etiam, & Abb. *in c. cum pro causa de sentent. excom.* D. Tho. & alij Theologi *in* 4. *dist.* 18. *q.* 2. *ar.* 5. Ang. *verb. absolutio* 3. *nu.* 10. *d. l.* 29. *partita.* Couar. *d. §.* 11. *n.* 13. 1. *cõcl. & n.* 14. *ad fi.* Lud. Lop. *d. c.* 19. Enriq. *d. c.* 30. *§.* 2. Frechilla *sup. ar.* 4. 4. *par. n.* 2. dicens communem,

& liga-

& ligatus pluribus excommunicationibus absolutus ab vna, seu ab incursa ob vnam causam, non censetur absolutus ab aliis, seu quod in idem recidit ligatus pluribus excommunicationibus obtinens absolutionem expressa vna causa, seu vna excommunicatione, non habetur pro absoluto quoad aliam, *vt in d.c.cum pro causa, & c.officij, de sententi. excomm.* vbi glossa, & Doctores *& in dicto capit. ex parte, & d.l.* p.29. Ancharr. *in clem.2. de sententi. excom.* Rom. *cons.* 326 *num.*7. D. Tho & Ang. *supra*, Coua. *d. numero* 13. 2. *concl.* & Lud. Lop. *d.c.*19 Armilla *d. verb. absolutio,* 14 *num.*64. Vgol. *d.§* 4. *n.*4 & Frechilla *d. nu.*2. Qui † contra istos DD. & communem male ait, quod absolutio facta ab ignorante alias excommunicationes, per surreptionem, etiam si illa impetretur ab ordinario, nihil valet quoad excommunicationem expressam, ex *d.c.cum pro causa*, quod tamen potius probat contrarium, & aptius ex *d.c.officij*, ibi: *Absolutio subrepta non prodest*, sed ista verba *cū gl. & DD. ibi, & in d.c.cū pro causa, & in d.c.ex par.* & citatis maxime Vgo. *d.n.*4. & intelligēda sunt, quoad effectū, & admissionē cōmunionis, & alias excōmunicationis, & etiam tenet Naua. *cons.* 16. *de cler. exc.n.*1 quod absolutio à censura incursa ob vnam causam valet, sed non extenditur ad incursas ob alias causas, quod etiā tenet alias Nauar. & alij infra relati *nu* 53. quod procedit etiam in absolutione impetrata à Papa, vt *in d. c.cum pro causa*, nam quoad excommunicationem expressam non est surreptio ob taciturnitatem aliarum, vt infra *n.* 60. Male etiam intelligit d. iura Frechi. *d.ar.*4.2.*p.n.*6.

15 At absolutio impetrata † per rescriptum à Papa, vel legato ex falsa causa, etiam ipsius absolutionis, tanquam surreptitia non valet ex dictis sup. *nu.* 2. & 3. & ita etiam posset procedere tex. *in d. capit. ex parte*, qui loquitur in Papa & tex. *in d. cap. officij*, qui loquitur cum legato, vt patet ex inscriptione, & pos-16 set intelligi de absolutione subrepta ab eo. Sed † an surreptio in vno capite, seu in vna parte vitiat rescriptū, quoad alia capitula separata, dicēdū est nō vitiare regulariter, *vt in c.si eo tempore de rescrip. in 6.* & ibi DD. Domin. Franchus, & alij, Abb. *num.*4. & Felin. 2. *in c. sedes. de rescript.* nisi surreptio sit dolosa, nā tunc vitiat totum, *cap. sedes ex tenore, & c. super literis de rescript.* DD. citati, & idem Abb. *in d.c. super literis, num.*2. & ibi Sahagum *num.*11. quod intelligit ibidem Deci. *n.*7. vt nō procedat, vbi capitula videntur omnino separata, & sequitur Tho. Sanchez *d. lib.* 17 8. *disput.*21. *num.* 71. *& seq.* Et † est decis. Rotæ in causa Legionen. præstimoniorum 26. Mar. 1593. coram D. Pamphilio, quæ sic ait: *Resoluerunt Domini gratiam Ambros. respectu valoris esse sufficienter iustificatam, nā quod præstimonia de Valle, & de Pradurama, de quibus agitur, non excedant summam 300. ducatorum, bene probatur ex* 1.2. & 3 *teste, qui deponunt de publica voce & fama, quæ sufficit pro iustificatione narrativæ*, Ægid. 675 Mohed. 148. Puteus 29. lib. 1. Caputaqu. 277. p.1. *neque obstat, quod interrogati quid sit fama, non videantur reddere bonam rationem, quia imo primus testis illam bene describit dicendo esse id quod communiter, & ordinarie dicitur, quando de aliquare tractatur ad notata per Cassad.* decis. 3. de probatio. *& licet postea subdat famā constituī, ex eo quod ab octo, decem, quindecim, viginti, vel pluribus auditur, ipsum tamen dictum iuxta tex.* in cap. cum tamen de testibus *est benigne interpretandum habito respectu ad locum, cuius qualitate inspecta talis numerus consistit maiorem partē populi, quod sufficit, ex Bart.* in l. de minore, § plurium, sub num. 13. & seq. de testibus. *Et ita etiam coadiuuandum est dictum alterius testis, dicentis, famam esse illud, quod venit ad notitiam habentis de aliquare, super qua tractatur: quia intelligendum est de maiori parte illorum, qui habent notitiam beneficiorum, de quibus agitur, non autem de eorum valore, ad exclusionem aliorum, qui nullam habent notitiam prædictorum beneficiorum. Vltra quod dictum istorum coadiuuatur etiam ex tertio teste, qui bene deponit, & licet sit familiaris] Ambros., tamen vna cum alijs admittitur, ad notata per glossam* l.3.§.2. verb. numerus, de testibus cum vulga. *Quantum vero ad valorem aliorum præstimoniorum impetratorum in eadem gratia placebat etiam dominis, adesse sufficientem probationem, ex testibus, qui licet deponant de auditu, sufficiunt tamen in hoc casu, vbi non agitur de canonizatione gratia respectu istorum præstimoniorum, ad instar verificationis valoris obtentorum, in quibus Rota contentatur qualiquali probatione*, Ægid. 674. *etiam minori, quam semiplena, vt de vno teste de fama, cum adminiculo, tradit idem* Ægidius 683. *& in omnem euentum gratiam sustineri respectu aliorum beneficiorum, cum subreptio in vna parte rescripti, quando non est dolosa, prout hic non vitiet in parte separata*, cap. si eo tēpore, *vbi Franc.* nu. 4. de rescrip. *Felin.* cap. sedes, n. 1. & seq. eodem. *Et cessare difficultatem, quia impetratio quoad ista præstimonia non habuit effectum, & Ambrosius illis cessit, quo fit, vt nulla eorum iustificatio requiratur, sicut non requiritur de valore etiam narrato beneficiorum, quæ quis offert se dimissurum*, Rota deci. vigesima de præbend. in nouis cum vulg.

Tamen quando † surreptio in vno fuit causa obtinendi quoad omnia, rescriptum vitiatur in totum, 18 Dd. supra citati, & Rota in causa Burgen. decimarum de Escalante, 30. Ian. 1589. & 16. Febr. 1590. coram D. Bubalo.

Rursus † notandum est, quod licet falsa expressio, 19 quæ mouere potuisset Paincipem verisimiliter ad facilius concedendum, regulariter fácit surreptitiam seu obreptitiā, & vitiat gratiam, vt dictum est *supra 6.par.cap.2.dub.*11. *à nu.*161. *&* 197, quia literæ habēt tacitam conditionem, *si preces veritate nitantur, cap.* 2. *de rescriptis.* Tamen non omnia tacita, quorum 20 expressio mouere potuisset Principem etiam ad denegandum vitiant gratiam, sed ea solum, de quibus reperitur expressum, & quæ ex iuris dispositione exprimi debent, vel de quibus in iure est cautum, quod eis expressis, gratiam non concessisset. Calderinus *cōsil.*10. *de reseruation. & 1. de rerum permut. & 6. de præbend.* Rota *decis.*32. *numero quinto de rescrip. in nouis*, Bellamera *decis.*697. seu 698. Felin. *in c. postulasti, de rescript. sub d.n. versi. declara etiam*, notabiliter Selua *de beneficiis*, 3. *par. quæst.* 11. *numer.*48. Puteus *deci.*97. *numero sexto lib.*2. vbi, quod non dicitur surreptio, nisi in casibus à iure expressis, & Caputaquen. *decis.* 310. *num.*3 *par.*1. Mohedanus *decis. septima de rescript.* alias 335. *&* 13. *de concess. præbendæ*, ad finem, alias 317. Mandos. *de signatura gratiæ, tit. de absolutione ab hæresi, versi. dispensatum fuerat*, vbi ait, ita respondisse Rotam in vna Hispalen. portionis, de anno 1541. Nauarr. *in man. cap.*22. *numero octuagesimosexto, & de datis, & præmissis, numero quadragesimooctauo & consil.*1. *quæstione* 19. *de constitutio. & consi. vltimo de cognatione spirituali, & consil.*9. *num.*3 & 4. *& cons.* 8. *num.*2. *& consil.*9 *num.* 3. *de consanguinit. & affinitat. & consil.*43. *num.*4. *de homicid. & consil.*3. *nun* 7. *de raptorib.* Mascard. *de probationib. conclus.*846. *numero* 2. Flamin. Paris. *de resignat. benefic. libr.*6. *quæstion.* 2. *nu.*

86. Bossius *in praxi, titul. de remediis ex sola clementia Princip. numero* 34. Farin. *in praxi crimin. 1. par. quæst. 6. num.* 48. *& const.* 93. *num.* 6. Henriquez *in summa lib. 12. cap. 2. §. 6. & cap. 3. §. 7.* Ludouicus Lopez *instructorio conscien. primo tom. cap.* 296. *& 2. tom. 2. part. cap.* 59. & Manuel Rodriguez *quæst. regul. 2. tom. quæstio.* 46. *artic. 6.* & in idem recidit quod tradit Sarmiento *libro primo, Selectarum, capit. nono* solum esse narrandum, quod de iure præstat impedimentum. Et est glossa *in Clement. 1. de præbend. verb. alteri*, quam sequuntur plures relati per Menoc. *de arbit. lib. 2. casu* 201. *n.* 26.

21 Et idem † est in his, quæ ex stylo Curiæ exprimi debent, vt per Menoch. *ibi, numero* 27. & Mascard. *supra num.* 8. Rotam in d. Burgen. decimarum, 16. Februar. 1590. vbi, quod communis stylus aliarum expeditionum attendi debet in materia surreptionis, Felin. *in cap. in nostra, 2. com. de rescript.* Cassadorus *decis.* 12. *nu.* 14. *de præben.* & in Abulen. parochialis S. Thomæ supra adducta *præcedenti parte, cap. 2. numero* 77. vbi alij citantur, & in Salamantina dimidiæ portionis infra adducta 11. *par. cap. vltim. dubio* 8. *numero* 242.

22 Quamuis † Couarruuias *lib. 1. variarum cap. 20. nu. 5. vers. verum vt his*, contrarium teneat, nempe, taciturnitatem earum qualitatum, quarum expressionem ius nominatim non exigit, tunc demum obesse Principis concessioni, cum eis sibi significatis petitum minime concessisset: & dixit Rota in vna Calagurritana iurisdictionis 8. Aprilis, 1585. coram D. Rubeis.

23 Sequitur † Menoch. *supra à numero* 27. dicens, quod licet tunc nulla surreptio vere dici possit ex parte impetrantis, inspecta vero persona concedentis surreptio dici potest, quia si illa cognouisset non concessisset. Et † sequitur Ioannes Gutierrez *canon. q.*

24 *lib. 2. cap. 15. num.* 51. etiam quando veritas occultata, si exprimeretur, difficiliorem Principem redderet ad concedendum, dummodo difficultas ista sit conformis iuri communi, vel ex causa iusta & debita, & non ex affectu, vel ex alia causa exorbitanti odiosa, & minime considerabili, vt *numero* 29. ait cum Mandosio *in regula* 32. *Cancel. quæst. 9. numero* 10. *& quæst.* 11. *sub num.* 4. & Thom. Sanchez *de matrim. libro* 8. *disput.* 21. & Rebell. *de obligationib. iustitia, 2. par. lib. 3. quæst. 5. nu.* 25. ait, quod si aliquid subticeretur, quod si exprimeretur magnopere & euidenter difficiliorem redderet gratiæ concessionem, inualida censeatur gratia, & iuxta prædictam doctrinam est accipiendum quod Rota *decis.* 21. *de præben. in nouis, n.* 7. ait, quod non omnia tacita reddunt gratiam surreptitiam, sed illa solum, quæ vel sunt expressa in iure, vel in non expressis illa, de quibus est verisimile de iure, & in iure quod si Papa illa sciuisset, nunquam gratiam concessisset.

25 Sed prædicta † resolutio absolute est verior, quæ probatur ex eo, nam valet collatio facta criminoso, nisi sit crimen inducens inhabilitatem ipso iure, vt dictum est supra, *parte præcedenti, cap.* 8. Et tamen si id nosset Papa verisimiliter non concessisset, vt recte

26 aduertunt citati. Item † quia si essent exprimenda omnia quæ retraherent, seu retardarent Principem, etiam si iure, vel stylo non cauetur esse exprimenda, nec de iure præstarent impedimentum, non esset vlla fere gratia, & concessio tuta, & certa, & esset valde durum, & onus graue, iuxta quam resolutionē est accipiendum *c. postulasti, de rescrip.* & alia iura in hac materia.

27 Et contraria † sententia posset procedere in rescriptis ad lites, ex *c. super literis, de rescript.* quod in eis loquitur. Et ratio differentiæ est, nam in rescriptis gratiosis agitur de vitiatione & nullitate gratię ipso iure, & sic præiudicio valde considerabili, in rescriptis vero iustitiæ solum agitur de reformatione, seu mutatione iudicis, aut modi procedendi ope exceptionis, & sic ad illud sufficit quælibet taciturnitas, qua cessante, Princeps rationabiliter rescriptum non concessisset, aut non in forma speciali, vt ind. c. super literis.

Ex dicta resolutione † infertur ratio ad doctrinam 28
Guillem. de Cuneo *in l. tertia per text. ibi, C. de Episcopali audien.* quam ibi sequuntur Bald. *numero quarto*, Paul. 9 & alij communiter, Felinus *supra*, & Tiraqu. plures referens *de pœnis temperan. causa* 10. *numero* 4. & Ioann. Gutierrez. qui etiam plures refert *dicto c.* 15. *ex num.* 86. & Bosius *sup. numero* 35 *&* 38. Medices dicens communem, *de regul. iuris, reg. 3. nu.* 54. Farin. *dict. §. 6. num.* 49. & D. Cardin. Tusch. *concl.* 730. *lit. S. tomo* 7. & alij relati per Cenedum *collectanea* 34. *ad decretales, numero quarto*, nempe, gratiam, seu remissionem secundi homicidij, non facta mentione de remissione alterius antea facta esse surreptitiam, & nullam. Cuius † quidem doctrinæ ratio vera est, 29
nam cum ex *dicta l. 3. ante fin.* colligatur, crimina non nisi semel esse remittenda, tacite significatur, & videtur exprimi in impetratione remissionis secundę, primam exprimendam esse, vt recte tradit Nauarr. *d. numero* 48. *& dict. quæst.* 19. Thomas Sanchez *supra num.* 15.

Secundo, ex prædicta † resolutione decidenda 30
venit frequens illa quæstio, an valeat dispensatio matrimonialis super impedimento consanguinitatis, vel affinitatis, non facta mentione de copula inter impetrantes habita, an vero sit subreptitia & nulla.

In qua quæstione † sunt diuersæ sententiæ. Prima 31
est, dispensationem valere ex prædicta doctrina, quod illa sola taciturnitas veri nocet, quod iura iubent exprimi, & in hac specie non iubent iura exprimi copulam, & quia de crimine non est facienda mentio, iuxta dicta. Ita tenent Nauarr. *dicto consi. 1. quæstio. decimanona de constitutio. & vltim. de cognation spirituali, & dicto consitio* 8. *&* 9. *de consanguinitat. & affinit.* Henriquez *dicto libro duodecimo, capit. secundo ex §. 4. & etiam §. 7.* Manuel Rodriguez *in summa, 1. tomo, capit. 236. numero* 5. Vega 2. *parte summæ, capit.* 34. *casu* 97. & tenuerunt Doctor Nauarrus Iunior *in lectura de matrimonio*, & alij Doctores Salmantini, & nouissime Zauallos *in suis communibus opinionibus, quæst.* 737. tenet etiam Salzedo *in praxi* Bernardi Diaz *cap.* 126. *versicul. vnde merito*, vbi damnat consuetudinem in aliquibus tribunalibus receptam, quod in matrimonialibus dispensationibus, qui contrahere volunt solicite interrogantur, an se carnaliter cognouerint, de quo infamati minime sunt. Et in vltima editione addit, quod nec contrahentes tenentur iudici commissario dispensationis interroganti respondere, cum factum occultum sit, & cum interrogatio ad substantiam dispensationis necessaria non est, vt post quendam Thomam Correctorem S. Pœnitentiariæ, tenet Nauarr. *consil. 2. de sponsalib.* quod in 2. editione est 10. *de consanguinitat. & affinitat.* Hæc Salzedo. Et hanc sententiam dicit probabiliorem, stando in iure communi, P. Ledesma *de matrimonio, q. 56. art. 5. & in summa de matrimonio, c. 27. 3. difficultate 1. concl.* & sequitur in foro conscię-
tiæ, Cechus *de rep. Eccl. c. 28. de parocho, pag.* 367.

Secunda

32 Secunda sententia † est, talem dispensationem esse surreptitiam, & nullam, quam tenet Sarmiento *dict. lib. 2. selectarum, cap. 9. nu. 3.* & Melchior Gallego *de cognatione spirituali, c. 24. à n. 1.* Ioan. Gutierr. *can. quæst. 10. lib. 1. cap. 15.* & Nauarr. *in man. d. ca. 22. numero 86. in nouissima editione*, Cerola *in praxi Episcopali 1. parte, verb. dispensatio, §. 4.* & Mar. Ant. Genuensis *in praxi Archiepiscopali Curiæ Neapolitanæ, cap. 25. n. 4.* dicens, non valere dispensationem, non facta mẽtione de incestu contra Nauarrum, vt refertur censuisse S. Congregationem & sequuntur Manuel Rodriguez sibi contrarius del orden iudicial, *cap. 10. numer. 4. ad finem.* & Thomas Sanchez *de matrimonio libr. tertio, disputat. 14. nu. 3. & lib. 8. disput. 25.* qui inde dicunt, Salcedum supra immerito damnare dictam consuetudinem interrogandi de copula. Et hanc sententiam in terminis copulæ, & incestus cum affine sequitur Ludouic. Lopez *instructorio conscientiæ 1. tomo, cap. 296. pag. 886.* & absolute Rebellus *dicto libr. tertio. quæst. 5. numero vigesimoquarto*, & nouissime Magister sacri Palatij *in indice librorum expurgan. in Eman. Sa. pagina 119. initio*, sic corrigens, *Item non valet dispensatio super cognatione, tacito, quod se carnaliter cognouerunt. Ita censuit S. Congregatio.*

33 Et ratio huius † sententiæ est, quia incestuosi etiam cum propriis consanguineis iure prohibentur matrimonium contrahere, *cap. si quis viduam, 32. q. 7. cap. qui propinquam, cap. de incestis, 35. quæst. 3. si duo,*
34 *35. quæst. 6. cap. fin. 35. quæst. 8. cum alius*, quamuis † ob crimen incestus cum propria consanguinea non prohiberi quem matrimonium contrahere, sed solum ob incestum cum consanguinea vxoris viuæ, vel mortuæ: *cap. 1. & 2. & cap. transmissæ, & cap. ex literis, de eo, qui cognouit consanguineam vxoris suæ*, teneant D. Thomas *in 4. distin. 34. quæst. 1. art. fin.* & Ricar. D. Anton. *3. parte, ti. 1. cap. 16 §. 4.* Sylvester *in summa, verb. matrimonium, 7. sub numero 8.* Armilla *eodem verbo numero 57.* Caietanus *in summ. verb. matrimonũ* Veracruz *in speculo coniugiorum 1. p. art. 23. & 3. p. art. 17. ad fin.* Couarr. *in 4. 2. parte, c. 6. in princ. nu. 4.* Matiẽço *in rubrica, tit. 1. lib. 5. recopil. gloss. 1. num. 137. & 138.* Candelabrum aureum *de matrim. nu. 94* & Iacob Graf. *in decisionibus aur. casuum conscientia, libr. 2. c. 80. numer. decimotertio* Henriquez *dict. li. 12. ca. 2. §. 4.* Ludou. Lopez *instruct. conscien. 1. tomo, d. c. 296. & 2. to. 2. par. c. 46.* respondens iuribus allegatis, & Cardinalis Toletus *in summa, lib 5. capit. duodecimo & lib. 7. c. 15.* & nouissime Zaullos *supra numero tertio*, Lessius *de iustitia & iure, lib. 4. cap. 3. num. 82.* & sequitur Sarmiento *libr. 7. select. cap. 10. numero quarto*, nisi ea pœna à iudice, vel confessario imponatur sibi contrarius *loco sup. citato.* Et † dicit Ricardus, quem a-
35 lij sequuntur, id fuisse inductum ob iniuriam illatam matrimonio per coitum cum consanguinea vxoris. Quod etiam tenent Thomas Sanchez *libr. 7. disput. 15. numer. decimosexto. & dict. disput. 15.* dicens fundamentum prædictæ sententiæ non esse, quod incestus præbeat impedimentum matrimonio, sed stylũ Curiæ.

36 Sed contra † est communis sententia Canonistarum, quæ efficaciter probatur prædictis iurib. quam tenet Abb. & Præpositus *in d. c. 1. & 2. & l. Par. 13. tit. 2. p. 4.* & ibi Grego. Lopez *ver. consanguinea*, Ang. *in summa. verb. matrimonium, §. 5.* Menoc. *de arbitrar. centu. 6. addita, casu 502. numero. 98. & 106.* Nauar. *in man. c. 22. n. 74. & 75. & d. cons. 8. numer. 1. & cons. 10. de consang. & affi.* Et probat stylus Curiæ, vt ipse dicit, & sequuntur Soto *in 4. dist. 37. q. 1. art. 1. & secundo* Castro *de potest. legis pœnalis, c. 7. 3. docum. circa finem*, & Cord. *lib. 1. quæst. q. 12.* Summa Corona *4. p. de matrim. de impedimento criminis*, Man. Rodrig. *in summa 1. tomo, cap. 2. 227. num. 3. & 236. numer. 8.* Vega *in summa 2. parte. cap. 5. casu 4.* & in Espeio de curas *c. 15 num. 62.* Valen. *4. tomo, disput. 10. q. 5. pun. 4.* & Rebe. *supra, q. 18. num. 7.* & dicit probabiliorem P. Ledesma *de matrimon. quæstione 58. artic. 4. & in sum. de matrim. c. 22.*

Solum est differentia † inter hos authores, quod 37
aliqui dicunt, non solum incestuosum cum consanguinea prohiberi matrimonium contrahere, sed etiam post contractum non posse debitum exigere, Angelus, & *d. l. Part.* & ibi Gregor. & Nauar. *dict. cons. 10. num. 3.* & Vega *dict. num. 62.* & probatur ex *d. cap. transmissæ*, quamuis loquatur in incestu cum cõsanguinea vxoris mortuæ, Soto vero, Castro, Corduba, Manuel Rodrig. Vega *d. casu 4. & 1. & d. ca. 34. casu 97.* & Ledesma & Rebellus *num. 13.* dicunt, quod licet prohibeatur matrimonium contrahere, non tamen debitum exigere.

Nec ratio † Ricardi, quidquam valet, cum incestus cum affine nullo præcedente matrimonio etiam impediat, *cap. si quis cum duabus, 33. q. 2. cap. si quis cum matre, 35. q. 3.* 38

Vnde etiam † conuincitur quod ait Soto *d. art. 1.* 39
& sequitur Candelabrum aureum *supra n. 95.* & Vega *d. cap. 5. casu 2.* Incestum cum consanguinea vxoris mortuæ non impedire matrimonium contrahendum, quod est contra textum expressum *d. c. transmissæ*, Thomas Sanchez *d. lib. 7. disp. 15. num. 12.* Rebell. *d. q. 18. nu. 10.*

Cum ergo incestuosus † etiam cum propria cõ- 40
sanguinea iure prohibeatur matrimonium contrahere, & omnis incestus sit de iure impedimentum impediens, licet non dirimens matrimonium, ius tacite exprimi iubet, & intrat supradicta resolutio, & doctrina. Et † etiam de matrimonio debet fieri mẽ- 41
tio in impetratione dispensationis, si illud de facto contraxerunt coniuncti in gradibus prohibitis, quãuis non sit copula consummatum, ex Triden. *sess. 24. de reform. matrim. cap. 5.* alias etiam dispensatio nulla erit. Et tradit Sarmiento *d. cap. 9. nu. 3.* Ledesm. *in summa dict. c. 272. difficultate 1. concl.* & Thomas Sanchez *d. libr. 8. disput. 25. à numer. 21.* Et † pro hac sententia, quod de incestu debeat fieri mentio in dispẽsatione, facit in simili doctrina Didaci Couar. *in 4. 2. par. capi. 6. §. 4. numer. vltim.* vbi ex Dominico *consil. 33.* docet, dispensationem ad matrimonium contrahendum concessam, sublato aliquo impedimento quod legitime illud matrimonium contractum dirimeret, nullam esse, si in eadem dispensatione mentio non fiat de cognatione spirituali, quæ inter impeditos aderat, per Catechismum tantum contracta, quæ tantum impedit, & non dirimit matrimonium, *c. 2. de cogn. spirituali in 6.* Sequitur Ludou. Lop. *instructorio conscientiæ 2. tom. part. 2. capit. 46.* ergo similiter 43
in proposito. Quod † tamen videtur intelligendum, quando illud impedimentum, dirimens non esset cognatio spiritualis ex eodem baptismo, tunc enim sufficeret exprimere, cognationem spiritualem ex baptismo, cum qua confunditur cognatio 44
ex catechismo. Sicut † impedimentum publicæ honestatis ex sponsalibus, aut matrimonio rato, cum affinitate superueniente ex matrimonio consummato confunditur. Licet † secus, quando impedimentum 45

publicæ honestatis ex sponsalibus concurreret cum affinitate ex copula illicita, aut affinitas ex copula illicita præcedenti cum publica honestate ex matrimonio rato subsequuto. Et sic procedet, quod ait Marcus Anto. Genuen. *d.c.25.n.10.* quando concurrit impedimentum publicæ honestatis, & affinitatis, debet vtrunque exprimi in dispensatione, sicut quando concurrit impedimentum affinitatis & consanguinitatis, & cessat difficultas de qua Thom. Sanchez *dict. lib.8. disp. 24. à numero 36.* & ita tradit Henriq. *lib.12. capit.10. §.3.* contra Toletum *lib.7. capit.11.*

46 Et illa doctrina † Couarr. procedit in vtroque foro, licet Henriq. in summa, *li.11. capit.12. §. dicat id pro exteriori verum esse*, & sic limitandum esse Cou. cum Dom.

Et procedit † etiam post Concil. Trident. nam
47 hoc impedimentum cognationis spiritualis ex catechismo non est sublatum per illud *c.2. sess.24. de reform. matri.* nec de ista cognatione loquitur, sed solum de cognatione ex Bapt. seu Confirmatione, quamuis censeatur restrictum, sicut illa. Ita Nauar. *in manuali. c.22. nu.72.* Bart. Ledef. *in summario de Sacramentis, de matrim. difficult.* 45. Cosmas Philiar. *2. parte, lib.2. c.4.* Candelabrum aureum *de matr. nu.90.* Summa Corona *4. parte de matrim. n.21.* Ludo. Lop. *supra*, Man. Rodrig. *1. to. c.224. sub n.1.* & Valentia *supra*, & Azeuedo *in l.7. tit.20. li.8. recopil. n.44.* D. S 1. hagum *de Bapti. n.118.* Rebell. *2. parte, li.3. q.18. n.2.* Licet † esse sublatum teneant Veracruz *1. parte, art*
48 *22. & 55. ad finem*, Henriq. *ibi*, Vega *in summa 1. parte, c.33. casu 24.* & in Espeio de curas *cap.8. n.78. & c.15. n.59.* Petr. Ledes. *de matr. q.56. art.3. & in summa c.17. & de baptismo c.13. concl.5. dubio 2.* Emanuel Sa, *verb. matr. impedimenta non dirimentia, n.4.* Tho. Sanchez *li.7. disp.10.*

49 Sed † contra istam sententiam videtur obstare, quod consuetudo seruatur ob nullum incestum dispensationem peti, nec à Papa, nec ab Episcopo, vt cũ Paludano *in 4. dist.34. quæst.1. num.14.* dicente, quod in criminibus impedientibus matrimonium hodie de consuetudine non petitur dispensatio, testatur
50 Corduba *d.q.12. vers. sed vtrum sit*, & alij. Quæ † consuetudo videtur excusare, etiamsi non constet, Episcopos scienter dissimulasse. Angelus *supra*, licet cõtra teneant Paludanus *ibi.* Sylvester, & Summa Corona, & Rebell. *n.9. vbi supra.* Maxime, si consuetudo est immemorialis, Caietanus ẽ. & Ludou. Lopez *d.c.46.* & Vega *d.c.5. casu 1. & d.c.15. num.62.* & late Thomas Sanchez *li.7. disp.17. à nu.4.*

Ex † quo aliqui etiam tenent, non esse opus facere
51 mentionem de incestu in dispensatione super cognatione, vel affinitate.

Respondetur, verum † videri id consuetudine ser-
52 uari, quod non petatur dispensatio ob incestum, nisi in nostra specie, quando petitur dispensatio ad contrahendum, cum ipsa cognata, vel affini, cum qua est commissus incestus; quia in hoc casu in vsu est, dispensationem, seu absolutionem peti ob incestum, vt testantur Nauar. *d.num.75. in fine*, Graf. *supra num.11.* Ludouicus Lopez *d.cap.296.* Vega *ibi*, & Valentia *d. quæstione 5. pun.5.* & quotidie videmus in bullis dispensationum.

53 Sed dices cum † Nauarro *d.consi.1. quæst.19. de cõstitutio. & vlt. de cognatione spirituali. & d.consil.7. 8. 9. & 10. de consanguin. & affin. & 6. de rescript.* Enriquez *dict. lib.12. ca.2. §.6. & cap.3. §.8.* Man. Rodriguez *dict. cap.236. numero quinto* & Vega *d. casu 97.* valere dispensationem super vno impedimento, hõ facta mentione de alio super quo postea de per se poterit obtineri dispensatio, sicuti valet impetratio absolutionis ab vna excommunione, non facta mentione de alia. (Quod etiam tenet Marcus Anto. Genuen. *d.cap.25. num.10.* in habente duplex impedimentum affinitatis, & consanguinitatis, vel publicæ honestatis, & affinitatis,) Atque adeo valere dispensationem super impedimento consanguinitatis, vel affinitatis, non facta mentione de impedimento incestus, super quo postea poterit obtineri dispensatio, seu absolutio, & quando non obtineretur, valebit matrimonium, cum solum sit impedimentum impediens.

Respondetur † tamen, id non esse verum, dispen- 54
sationibus, quæ se contingunt, & impedimentum tacitum auget expressum super quo dispensatur, tunc enim necesse est de vtroque mentionem facere, alias dispensatio est nulla omnino, vt videmus, quando concurrit impedimentum consanguinitatis cum impedimento affinitatis, quidquid dicat Genuen. supra, vel quando est coniunctio ex duplici parte, seu linea, Couar. *in 4.2. parte. capit.6 §.7. num.1.* Mandos. *de signatura gratiæ, titu. de dispensationib. matrimonialibus circa finem*, & eius filius Horatius, Mandos. ad Roman. *consil.194. numer.1. litera A.* Enriquez *lib.12. cap.10. §.3.* & P. Ledesma *de matrim. quæst.56. articul. quinto versi. quinto sequitur, & in summa de matrim. cap.27. sexta conclusione*, & in exemplo eiusdem Couarr. *vbi supra de consanguinit. seu affinit.* cum impedimento ex Cathechismo, & simil. Tum enim istę dispensationes se contingunt, & vnum impedimentum auget aliud: nam † vbi plurà obstant impedi- 55
menta, difficilius conceditur dispensatio, Menoch. *de arbitrar. li.2. casu 203. numero 13.* & vbi plura sunt obstacula, est necessaria mentio singulorum, Felin. *in c. postulasti, numer. 2. de rescrip.* & in terminis dispensationis matrimonialis, quod si adsunt pura impedimenta, omnia sint exprimenda, alias dispensatio nulla erit, tradit Mandos. senior *vbi supra*, & Menoch. *ibi num.11.* & Melchior Gallego *supra, ca.23. à n.6.* & late Thomas Sanchez *li.8. disp.23.* & conducit decisio Rotæ *117. lib.1. & 70. li.2. par.3 diuersorum*, quod procedit in proposito, nam impedimentum incestus auget impedimentum consanguinitatis, seu affinitatis.

Et idem est eadem † ratione in impetratione dis- 56
pensationis vnius irregularitatis, non facta mentione de alia, Nauar. *consil.17. de rescript.* licet contra teneat *consil.16. de clerico excommunic. numero secundo & 3.*

Et illud, quod † dictum est in contrarium solum 57
habet locum in dispensationibus, quæ non se contingunt, nec tacitum auget expressum, vt in terminis dicti *consilij* Nauarri. *6. de rescriptis*, quãdo sacris initiatus impetrat à Papa dispensationem, vt possit vxorem ducere, & deinde nulla de huiusmodi dispensatione, facta mentione impetrauit, vt cognatam ducere possit, tunc enim vtraque dispensatio est valida, vt ibi docet Nauar. quem sequuntur Manuel Rodriguez *d.cap.236. num.4.* Vega *in summa 1. par. c. 88. casu 3.* & Petrus Ledesma *d.c.27. 3. diffic.7. conclusionis*, & Thomas Sanchez *lib.8. disput.22. numero sexto.* Quia dispensationes istæ non se contingunt, sed sunt res separatæ, & super rebus differerentissimis, nec vna auget aliam.

Quamuis è conuerso, † si talis prius impetras- 58
set dispensationem, vt posset cognatam ducere vxo-

rem,

rem, non facta mentione de impedimento sacri ordinis, esset nulla dispensatio, quia impedimentum sacri ordinis cum faciat illum omnino inhabilem ad contrahendum matrimonium, auget impedimentum consanguinitatis, vel affinitatis.

59 Et † similiter dispensatio concessa irregulari seu inhabili, vt plura possit habere beneficia, non facta mentione de irregularitate, seu inhabilitate, esset nulla, quidquid velit Rebuff. *in praxi. tit. de dispensatione ratione ætatis. verb. si tibi alias canonicè conferantur, à num.* 4.

60 Nec obstat † simile de excommunicatione, nam absolutio ab vna excommunione, seu alia censura, nec contingit aliani, nec vna censura auget aliam, & sic quoad expressam non est surreptio, vt dictum est *sup. n.* 14.

61 Sed contra istam † responsionem facit difficultatem, quod ex ea sequeretur, dispensationem, quam quis impetraret ad contrahendum cum consanguinea, vel affini, habens votum simplex castitatis, seu sponsalia de futuro cum alio contracta, non facta mentione de eo, esse surreptitiam, & nullam, & consequenter matrimonium ex ea contractum nullum, quod tamen non videtur dicendum.

62 Respondetur, diuersam esse † rationem in impedimento voti simplicis, aut sponsalium: nam cum ista solum impediant matrimonium propter iniuria quæ fieret Deo, vel parti, nec inhabilitent ad contrahendum, non augent impedimentum consanguinitatis, seu affinitatis, nec sunt dispensationes, quæ se contingant, & ideo valet dispensatio super impedimento consanguinitatis, vel affinitatis, non facta mentione de voto, vel sponsalibus, remanentibus illis in suo robore, licet in voto contrarium teneat Thomas Sanchez *d. disput. 23. n.* 4. Quando prius impetratur dispensatio consanguinitatis.

63 Remanet ergo † ex dictis rectè probata, & defensata secunda sententia, nempe, dispensationem super impedimento consanguinitatis, vel affinitatis, non facta mentione de copula inter impetrantes habita, esse surreptitiam & nullam omnino.

64 Et † idem est in impedimento cognationis spiritualis, & etiam in impedimento publicæ honestatis, ex *d. c. 2. de eo, qui cognouit consanguineam vxoris suæ*, vbi Abbas, & *c. duo pueri, de dispensation. impub.* glossa, *verb. abusus, in cap. lex illa, 36. quæst. 1.* Matiençio *in d. rubrica, tit. 1. lib. 5. recopil. gl. 1. n. 137.* Ioan. Gutierrez *canonic. quæst. libro 1. cap. 23. numero* 15. & nouissime Menoch. *d. centuria 6. addita, casu* 502. *à num. 1. ad* 30. vbi tradit, quod incestus committitur cum consanguineis, affinibus, & cognatis cognatione spirituali, & publica honestate, licet in cognatione spirituali contra teneat Thomas Sanchez. *lib. 7. disput. 15. num.* 8. & *lib. 8. disput. 25. n. 9.* cum Nauarro *d. const. vltim. de cognatione spirituali*, & aliis, contra Gallego supra *d. cap. 24.*

65 Et cessat omnis † difficultas in hac quæstione, primò, nam ita seruatur de stylo Curiæ nouissimo, qui habet in dispensationibus super impedimento consanguinitatis, affinitatis, cognationis spiritualis, vel publicæ honestatis faciendam mentionem de copula, & soluitur maior compositio. Et stylus Curiæ facit ius, *cap. quam graui, de crimine falsi*, cum ei adnotatis, etiam in partibus, vt dictum est supra 1. *parte, cap. 5. numero* 87. & 88. quidquid dicat Zaullos supra *à numero* 20. Nec iste stylus est solum pro foro exteriori, vt sine fundamento perperam inquit Enriquez supra.

66 Secundo, † *quia ita declarauit S. Congregatio Concilij, vt in sequentibus declarationibus super* cap. 5 sessione 24. de reformatione matrimonij. *Prima, Qui se cognouerunt carnaliter sine tractatu & cogitatione matrimonij, postea volentes matrimonium contrahere, & petentes secum dispensari in aliquo impedimento, tacentes se carnaliter cognouisse, si obtinent ex aliqua causa iã probata dissensationem, possunt dici obreptitie ac surreptitie, & sic nullam obtinuisse dispensationem, ex eo solo, quia non narrauerunt cognitionem carnalem. Secunda, Congregatio Cardinalium Concilij censuit, dispensationem surreptitiam, si inter consanguineos, vel affines, vel spirituali cognatione coniunctos carnalis copula præcessisset, cuius mentionem in supplicatione non fecissent, propterea quod tales consanguinei, affines, & cognati spirituales per hanc carnalem copulam redditi sunt inhabiles ad contrahendum matrimonium, ex eo quod dicuntur commisisse incestum, qui impedit incestuosos contrahere matrimoniũ, ideo pro validitate dispensationis super gradu prohibito, necessariam esse de iure expressionem copulæ carnalis, prout stylus Curiæ obseruat.* Quas declarationes adducit post hæc Rebellus 2. *parte ad finem, libro quarto.*

67 Et apparet etiam † ex declaratione vltima infra adducta, *numero* 70. & aduertit additio Nauarri *dicto consilio nono de consanguin. & affin.* dicens: *Aduerte, quia refertur Congreg. censuisse, consanguineos, vel affines, qui tacitâ copula obtinuerunt dispensationem super impedimento consanguinitatis, vel affinitatis, esse surreptitios, & matrimonium postea contractum esse nullum.* Cui sententiæ videtur etiam ipse D. Nauarr. postea adhæsisse in 4. editione *sui manualis confess. vigesimosecundo, numero* 86, *in fine*, & ita obseruat praxis.

68 Et ita certam † rem esse, stando determinationi Congregationis Cardinalium, vt stando esse ait, tenet P. Led. *de matrim. d. q. 56. art. 5. & in summa d. cap. 27. 3. diffic.*

69 Proceditque ista secunda † sententia, etiamsi copula sit habita post impetratam dispensationem in forma commissaria, antequam tamen Ordinarius, cui dispensatio commissa est, iuxta decretum Concilij *sess. 22. de reform. cap. 5.* dispenset, nam etiam tunc dispensatio est nulla ob non factam mentionem de copula. Et ratio est, quia cum ante quam Ordinarius dispenset authoritate Apostolica ex commissione sibi facta, nondum sit dispensatio perfecta, & in esse deducta, surreptitia videtur, non facta in ea mentione de dicta copula, cum incestus sit de iure impedimentum, iuxta dicta, atque adeo necessarium erit obtinere nouam dispensationem, seu perinde valere, iuxta stylum Curiæ (& si copula est secreta, potest expediri gratis in foro conscientiæ per S. Pœnitentiariam) & ita contra Cordubam *in summa, quæst. 45. opinione 2. puncto 5* quem sequuntur Ludouic. Lopez *d. 1. tome, cap. 296.* Man. Rodriguez *1. tom. d. cap. 236. num.* 8. Vega 2. *part. d. cap. 30. casu* 97. (qui *casu seq. versi. empero.* & Manuel Rodriguez *num. præced.* vbi variare videntur, loquuntur, quando ante factam dispensationem ab Ordinario contraxerunt de facto, male intelligentes Ioannem Gutierrez *infra*) & Cerola *in praxi Episcopali, 1. parte, versi. dispensatio, §. 6.* dicens, valere dispensationem, quando copula fuit habita post datam supplicationis, quod etiam consequenter tenuit Nauarrus *consilio* 10. & 11. *de consanguinit. & affinitat.* & stando in iure communi P. Ledesma *d. art. 5. & d. cap. 27. 4. difficultate 1. conclusionis*, rectius tenet Ioan. Gutierrez, *dict. lib. can. quæst.*

cap. 15. dicens ita declaratum à S. Congregatione Concilij.

70 *Prout* † *re vera est, & apparet ex declarationibus sequent. super dictum cap. 5. si post impetratas literas dispensationis ante illarum præsentationem, & decretum Ordinarij se cognouerunt, nullis factis, aut adhibitis solemnitatibus committitur Ordinario, quod si dictæ literæ dispensationis sibi præsentabuntur & causa in eis expressa probabitur legitime coram se, & quod oratores post impetratas se cognouerūt, dispenset cum eis, iniuncta tamen ipsis salutari pœnitentia propter incestum arbitrio suo, quod si tales contraxerunt coram parocho, habita notitia obtentæ dispensationis, & se carnaliter cognouerūt, committitur, vt supra, & additur, & punito parocho, quod non seruata forma Concilij coniunxit oratores in matrimonium, & grauius, si tunc sciuit illos in gradu prohibito se attinere, nec literas dispensationis vidit.* Alia. *Qui Romam miserunt pro dispensatione, & habito nuntio, quod literæ fuerunt expeditæ contraxerunt, vel se cognouerunt, & ita verum est, fuisse expeditas, & habere datas ante contractum, vel commixtionem dandas dispensationes esse, Congregatio Cardinalium censuit, idem visum est, etiam quod literæ essent expeditæ, sed supplicatio signata, data, & ex toto expedita.* Alia. *Cōgregatio Cardinalium Concilij Tridentini censuit, dispensationem reddi nullam ex copula præcedente dispensationem, si de ea non fuerit facta mentio in supplicatione, copulam verò superuenientem post dispensationem ab Ordinario factam, non impedire matrimonij validitatem. Quas declarationes adducit etiam post hæc Rebellus* dicta 2. parte ad fi. lib. 4.

71 Et aduertit † additio Nauarri *d. consil.* 10. dicens, aduertendum casum., *de quo in præsenti consilio differre ab illis, de quibus in duobus præcedentibus consiliis, sed nihilominus referri S. Congregationem inclinasse, & in hoc casu hoc ad sedem Apostolicā pro quibusdam certis literis obtinendis remittendos à iudicibus, antequam in vim priuatarum literarum dispensent.*

72 Et idem declaratum † intellexi à S. Pœnitentiaria, ad instantiam D. Petri Fernandez Terminij Episcopi Abulen. & stando in declaratione S. Congregationis prout standum esse ait, tenet Petrus Ledesma supra, præsertim *d. cap. 274. difficultate, 1. conclusionis*, & nouissime tenet Thomas Sanchez *lib. 8. disputat. 25. n. 8. & 11.* & sentit Humada ad Gregorium Lopez *in l. 2. tit. 15. p ar. 2. glos. 10. à n. 5.* & sequitur Prosper de Augustino *in appendice ad summam bullarij, Quarantæ 2. p. verb. matrimoniales dispensationes, pagin.* 585. dicens, quod praxis Romanæ Curiæ, pariterque S. Concilij Congregatio censuit, quod dispensationes factæ non expressa copula habita inter consanguineos, vel affines, etiam post commissionem Romani Pontificis factam Ordinario de dispensando, ante tamen quod ab ipso dispensetur, surreptitiæ sunt, & nullæ. Et ita plane tenet Rota in causa Cæsaraugustana status coram Bubalo *decisi.* Farinę 5. & 56. *n.* 1.

73 Si autem † copula sit habita post dispensationem perfectam, & factam ab Ordinario, vel post dispensationem impetratam in forma gratiosa non commissaria, non dubium est, quin dispensatio super impedimento cognationis, seu affinitatis, & matrimonium sequuta sint valida, cum dispensatio sit rectè facta, & tenet Corduba supra in fine, & Ioannes Gutierrez & Humada *supra*, & Rebellus *d. l. 3. quæst. 5. num. 24. versic. dixi ante confirmationem*, & facit *reg. factum legitimè, de regul. iur. in 6.* Et patet ex declaratione vltima supra adducta *num.* 70. licèt in hoc malè teneat contrarium Melchor Gallego *supra à numero* 16.

Nec obstat † copula superueniens, nam cum impe- 74
trantes iam sint dispensati, & habilitati ad contrahendum matrimonium, non est incestuosa & consequenter non induxit impedimentum incestus, Manuel Rodriguez *d. capitulo* 236. *numero* 7. *in fin.* & Vega *d. 2. parte, capitulo* 34. *casu* 98. Thomas Sanchez *libro* 7. *disp.* 67. *numero* 9. & Rebell. *vbi proxime.* Et esto esset incestus, non dirimeret matrimonium, cum solum sit impedimentum impediens. & in eo posset Ordinarius dispensare, Nauar. *capitulo* 22. *numero* 75. & 85. Valentia 4. *tom. disput.* 10. *quæst.* 5. *puncto* 5. & Thomas Sanchez plures citans *d. libro* 7. *disput.* 17. *nu.* 15.

Et facit quod in simili † de copula cum affine in ter- 75
tio, vel quarto gradu ex actu fornicario, rectè tradūt Bartholomæus Medina *in summa lib. 1. c. 14. in declaratione sexti præcepti. §. versic. secunda.* Ioan. Gutierrez *d. lib. 1. c. 23. nu. 3.* Petrus Ledesma *de matrim. quæst. 55. art. 3. 5. dubio, & in summa, c. 15. 3. difficultate, 6. conclusionis, & 2. parte. tract. 27. cap. 3. conclusione* 5. Manuel Rodriguez 1. *tomo, c. 207. n. 2.* & Vega 1. *parte, c. 55. casu* 7. *notabili* 5. & Thomas Sanchez *d. disput. 67. nu. 8.* non esse hodie incestuosam, ex quo possunt matrimonium contrahere, quamuis contra teneant Candelabrum aureum *de matrim. n. 209.* & Ludouic. Lopez 2. *tomo* 2. *partis, capit.* 50. Azeuedo *in l. 7. titul. 20. lib. 8. recopi. à num.* 34. qui tamen cogitandum relinquit.

Et facit † declaratio S. Congregationis Concilij, quæ 76
sic ait: *Sanctus Dominus noster Gregorius ex sententia Congregationis dixit decreto c. 4. sessione 24. de reformatione matrimonij, sublatum impedimentum quoque superuenientis affinitatis post contractum matrimonium, quia si impedimentum dirimens sublatum est, quod maius est: ergo & istud, quod solum impedit, ne is, per quem contracta est affinitas, sine peccato possit exigere debitum, quod minus est. Præterea Concilium substulit tertium, & quartum gradum, ergo in omnibus.*

Aduertendum † autem est, sufficere narrare Papæ 77
in supplicatione dispensationis copulam non dicendo, quot vicibus sit habita, licet sæpè habita fuerit, non enim est vis in hoc, quod semel, aut pluries sit habita, quia non est maius, aut plus impedimentum ex copula pluries habita, quam ex semel habita, & ita practicatur, Thomas Sanchez *libro* 8. *disp.* 24. *numero* 7.

Pro quo facit, quod si quis † leuet, seu teneat in ba- 78
ptismo plures filios alicuius, vnica tantum est compaternitas, vt audiui declarare D. Clementem VIII. dum esset Datarius Sixti V.

Et si quis ter, † vel quater contraxit nuptias, non 79
est necessarium id exprimere in dispensatione bigamiæ, Nauarrus *consil. 2. de bigamis*, & Vgolin. *de irregularitate, capitulo* 56. §. 7. *numero* 3. Thomas Sanchez *libro septimo disp.* 86. *numero* 24. Enriquez *libro* 12. *capitulo* 6. §. 9. Auila *de censur. 7. parte. disput. 8. in fine.*

Et in dispensatione † irregularitatis contractæ, ex 80
eo quod quis excommunicatus celebrauit, non videtur necessarium exprimere, quod pluries celebrauit, aut pluribus excommunicationibus ligatus, quia vna tantum videtur irregularitas, Enriquez *libro* 12. *cap.* 10. §. 3. *& libro* 14. *capit.* 7. §. 5. Thom. Sanchez. *libro* 8. *disput.* 24. *numero* 7. Auila *disput.* 10. *dub.* 8. Et in excommunicato, qui pluries celebrauit in excommunicatione, tenet Nauar. *consil. 3. de raptorib. numero* 6. &

Cerola

Cerola *in praxi*, 2. *parte*, *verb. irregularitas*, §.12. *ad fin.*

81 Licet † in eo, qui celebrauit ligatus pluribus excommunicationibus, contra teneat Nauarr. *consil.* 16. *de clerico excommunic.* nempe, quod contrahat plures ir-
82 regularitates. Quod † verum erit in eo, qui celebrat ligatus diuersis censuris, nempè, excommunicatione, & interdicto, seu suspensione, *vt in consil.* 15 *præced.* Auila *sup.*

83 Et licet † Manuel Rodriguez 1. *tom. c.* 267. *num.* 1. & Vega 2. *p. c.* 15. *casu* 2. *in princ.* dicant, quod excommunicatus, seu interdictus ex duabus causis celebrando incurrit irregularitatem ex duabus causis in dispensatione exprimendis. Cuius contrarium tenet idem Man. Rodriguez sibi non constans, inferius *cap.* 181. *n.* 3. vbi ait, quod ligatus pluribus excommunicationibus, celebrando prima vice non incurrit nisi vnam irregularitatem, quia non committit nisi vnum delictum.

84 Et non solum ob † celebrationem in ex communione, seu alia censura iteratam, vna tantum incurritur irregularitas, & non plures, sed etiam ob homicidium, rebaptizationem, seu aliud delictum iteratum, ex quo incurritur irregularitas; quia eadem est ratio, licet contra teneat Man. Rodriguez *d. cap.* 181. *num.* 12. vbi ait, quod irregularis ob homicidium, rebaptizationem, aut celebrationem cum aliqua censura, si iterum id faciat, incurrit secundam irregularitatem

85 Nec enim † multiplicantur irregularitates multiplicatis transgressionibus, seu peccatis eiusdem generis, seu speciei, licet contrarium teneant Suarez 5. *tomo, disput.* 42. *sectio.* 1. *n.* 2. vbi de irregularitate ex rebaptizatione, & Molina *de iustitia, tract.* 3. *disput.* 41. *n.*
86 3. & 7. Quamuis † secus sit in censuris, quæ multiplicantur multiplicatis transgressionibus, seu peccatis etiam eiusdem generis, vt per Suarez *d.* 5. *tomo, disputat.* 5. *sect.* 3. & Vgolinum *de censura, tabula* 1 *cap.* 16. §. 3. Molinam *ibi.*

87 Et ratio † differentiæ est, quod irregularitas est quædam inhabilitas per modum habitus, & permanentis, & sic non multiplicatur multiplicatis actibus eiusdem rationis, seu generis, censura autem est quædam pœna per modum transeuntis, cum sit de se absolubilis, seu vinculum dissolubile, Vgolin. *dict. tab.* 1. *capitulo* 12 & 13. & *cap.* 16. §. 4. Suarez *disput.* 1. *sect.* 1.

88 Non tamen videtur † verum, quod ait Enriquez *d. capitulo* 10. §. 3. quod si quis cum duabus sororibus eius, cum qua vult contrahere, copulam habuit, non sit necessarium in dispensatione id exprimere (quod etiam tenent Manuel Rodriguez *dict.* 1. *tom. capitulo* 236. *num.* 1. *in fine*, & Vega *d.* 2. *parte, cap.* 34. *casu* 98. *in fine*) nec in dispensatione patruelium, seu consobrinorum sit necessarium exprimere, quod sunt per viam vtriusque parentis, quod re vera videtur falsum, nam ibi est duplex gradus, & ita tenent Tho-
89 mas Sanchez *lib.* 8. *de disput.* 24. *à num.* 4. Vnde † etiam in descendentibus ab illis erit etiã duplex gradus exprimendus in dispensatione. Quamuis † vbi duo patrueles, seu consobrini ex dispensatione matrimonium contrahunt, in eorum nepotibus non videtur considerandus, nisi secundus gradus: nam alter confunditur & cessat per matrimonium, & dis-
90 pensationem auorum: vnde † secus esset, si sine matrimonio & dispensatione habuissent filios incestuosos.

91 Et † prædictis infertur, quod si copula sit habita, antequam supplicatio Papæ porrigatur, & in ipsa fiat mentio de copula, erit dispensatio valida, licet antequam Ordinarius dispenset, iterum copula habita sit inter eos, de qua non est facta mentio, quia ea non auget, nec facit nouum impedimentum, Thomas Sanchez *supra*, *n.* 8.

Placet tamen, quod ait † Marcus Anto. Genuen. *d. c.* 92
25. *n.* 5. nempe, fuisse etiam rescriptum ab vrbe anno 1601. quod si impetrantes post factam separationem à Vicario delegato de nouo carnaliter se cognouissent, est opus noua dispensatione, seu perinde valere, quando tamen incestuosi expresserunt incestum, & non se separauerunt, valet dispensatio, vt patet ex verbis dispensationis, dum præcipitur fieri separationem.

Aduertendum est etiam, † quod si coniuncti in 93
gradibus prohibitis narrent, copulam inter eos esse habitam, & copulam ipsam, seu potius notam, & infamiam ex ea ortam, tradant pro causa, vt facilius cum eis dispensetur, surreptitia erit & nulla dispensatio, si eo fine habita sit copula, & illum non exprimunt, tunc enim non solum videntur tacere verum, sed etiam æquipollenter exprimere falsum, scilicet, quod non eo animo deliquerunt, vt eis fieret illa gratia, id enim subindicant, dando illud pro causa † 94
gratiæ, quam petunt, Nauarrus *d. cap.* 22. *nu.* 86. & *in cap. si quando. de rescript. except.* 5. *nume.* 5. & Ioannes Gutierrez *d. cap.* 15. *num.* 20. Ludouic. Lopez *instructorio conscientiæ* 1. *tom. cap.* 48. *prope finem*, & *d. cap.* 296. & 2. *tom.* 2. *part. cap.* 43. Toletus *in summa lib.* 7. *cap.* 18. & Manuel Rodriguez *quæst. regularium* 2. *tom. quæst.* 46. *artic.* 6. & Rebellus 2. *parte, lib.* 3. *q.* 5. *numero* 24.

Quamuis Enriquez † *d. libro* 12. *cap* 3. §. 8. dicat, in 95
foro conscientiæ non esse necessarium exprimere istam dolosam intentionem talis finis. Et † ita in 96
literis dispensationum quando narratur copula, & petitur dispensatio ob infamiam, &c. dicitur, quod eam habuerunt fragilitate carnis, & non animo facilius obtinendi dispensationem: & ponitur clausula, quod accipiatur ab impetrantibus iuramentum de hoc.

Si tamen † impetrantes nõ traderent pro causa dis- 97
pensationis copulam expressam, seu notam & infamiam ex ea ortam, sed aliam causam, seu causas traderent, non esset surreptitia dispensatio, quamuis non exprimant talem intentionem, & finem, nam tunc non videntur vllo modo, nec etiam æquipollenter falsum exprimere, cum eam non tradant pro causa, sed eam exprimant, ratione impedimenti, atque adeo cessat dicta ratio. Et ita tenendum est, quidquid dicat Ludouic. Lopez *d. cap.* 296. & Thomas Sanchez *lib.* 8. *disput.* 25. *n.* 38.

Rursus aduertendum † est, quod ad hunc effectum 98
contrahendi impedimentum incestus sufficiat habere copulam penetrando vas, etiam sine seminatione intra ipsum vas, quia talis vere est copula incestuosa. Sicut † ad rationem adulterij, & petendi diuortij, 99
sufficeret similis copula, Petrus Ledesma *de matrimon. quæst* 55 *art.* 3. *dubio* 2. *ad* 3 Licet † ad contrahen- 100
dam affinitatem requiratur copula consummata, per quam seminetur intra vas, *capitulo extraordinaria*, 35. *quæst.* 3. Nauarrus *in manuali capitulo* 22. *nume.* 42. Soto *in* 4. *distinct.* 41. *quæst. vnica, art.* 2. Candelabrum aureum *de matrimon. numero* 198. Petrus Ledesma *d. art.* 3. *dubio* 2. & *in summa de matrimon. cap.* 15. 5. *concluf.* Enriquez *libro* 12. *cap.* 10. §. 1. Ludouicus Lopez *d. cap.* 50. Manuel Rodriguez 1. *tom. cap.* 226. *numer.* 1.

101 & alij, † & ad consummationem matrimonij, vt per Thomam Sanchez *de matrimon. lib.2 disput.21.* qui
102 plures refert. Et quamuis † contrarium in proposito teneat candelabrum aureum *de matrimon.num.* 69.dicens,quod ad hoc vt impedimentum hoc incestus incurratur,oportet vt vir talem consanguineam cognouerit intra vas, & cum aliis circumstantiis requisitis in affinitate. Et nouissimè Thomas Sanchez *libro septimo,disputat.15.numero 11. & lib.8.disput.25. num.20.*

103 Et è conuerso † ad hunc effectum contrahendi impedimentum incestus non videtur sufficere seminare intra vas, seu semen intus intrare, si vir non penetrat vas,& intrat claustra pudoris,quia ibi non est copula vera & perfecta, & itidem ad rationem adulterij,& diuortij, saltim respectu viri. Quamuis
104 id sufficiat † ad contrahendam affinitatem, ex quo est commixtio seminis,& fiunt vna caro,vt per citatos,maximè, Candelabrum aureum, *nu.*198. Petrum Ledesmam,& Manuel Rodrig.*vbi supra*, & Thomã Sanchez *lib.7.disp.64.*

105 Et eadem † ratione ad confirmationem matrimonij, vt per Thomam Sanchez *d.disp.21.n.2.*qui alios citat.

106 Vltimo aduertendum † est,quod si copula sit habita inter cognatos,seu affines ignorantes probabiliter,seu bona fide, se esse cognatos, vel affines, non erit opus in dispensatione narrare copulam, quia tunc non contrahitur impedimentum incestus, *cap. siquis cum duabus,& cap.siquis cum matre,& cap.quidem,34.quæst.2.& d.cap.qui propinquam, & cap.siquis cum matre,35.quæst.3.& d.cap.ex literis, de eo,qui cognouit consanguineam vxoris suæ.* Et facit *cap.discretionem,eod.tit.& c.2.de cognatione spirituali,& c.si vero,2.de sentent. excomm.*Soto *in 4.dist.37.quæst.vnica, art.2* Corduba *lib.1.quæst.12.* Petrus Ledesma *de matrimon.q.55.artic.6.5.difficultate,& in summ.d.cap.15. de matrim.13.conclus.1.de offic.*Victoria *in sum.de matrim.numero* 288. & Candelabrum aureum, *numero* 97.Graff.*d.libro 2.cap.81.numero* 4.Manuel Rodrig. *d.1.tom.cap.241.num.11.*& Vega *2.par.cap.5.casu 1.* & 5.Rebellus *2.par.lib.3.quæst.18.num.11.* & Tho.Sanchez *lib.7.disp.15.n.9. & lib.8.disput.25.nu.10.* vbi id tenet, etiamsi alter tantum coiens ignorarit (quod tamen non placet, quia est impedimentum ex parte scientis.)

Et ratio est, † quia tunc non est incestus formali-
107 ter, nec fuit commissum peccatum incestus, secundum citatos,& quod tradit D.Thomas 1.2.*quæst.76. artic.3.*& ibi Caietanus,& Molina, Syluester *verb.ignorantia,quæst.6.*Castro de lege pœnali, *libro 2.cap.* 14.Couar.*in cap.alma mater,1.par.§.10.num.13.15.* & 16.Gabriel Vazquez *1.2.disput.124.num.3.* & 4. Suarez *5.tomo,disput.4.section.8.num.12.*& 13.Graff. *libro 4.cap.9.numero* 41.Vgolin.*de censur.tab.1.cap.9.§.8.à num.7.*& Zumel.*1.2.quæst.76.art.3. & art.4.disputat.* 3. Auila *de censur.2.par.cap.5.disput.5.dubio 6.*Molina *de iustitia,tract.3.disput.23.*Lorca *1.2.disputat.33.de peccatis,memb.1.*

108 Et ideo † etiam in confessione non esset opus tunc dicere circumstantiam consanguinitatis,seu affinitatis,Vega *d.casu 1.& 1.par.capite 55.casu septimo notab.2.*

109 Qui tamen † male *ibi,& d.c.5.casu 1.* & 5.ait contra Man.Rodrig.*d.c.241.n.11.* quod habens copulam cum sua affini, seu cognata scienter,ignorans tamen inuincibiliter pœnam contra incestuosos iure positam non incurrit illam.

Quamuis verum † sit,quod quoties narratur copu 110
la in dispensatione,etiam si dicatur ignorante. habita, soluitur maior compositio, sicut quando fuit scienter habita, sicut etiam quando dispensatio petitur ob notam & infamiam mulieris, etiam non sequuta copula.

Nec obstat † tex.*in d.cap.si quis cum duabus, & in* 111
cap.quidem 34. *quæst.*2. vbi iis,qui commiserunt incestum ignoranter, non permittuntur coniugia absolutè, sed post pœnitentiam etiam septem annorum.

Quia† vltra quod Concilium Triburiense,ex quo 112
sumpta sunt,non est generale,sed prouinciale,vt patet in tomis,& summa Conciliorum, id videtur intelligendum, quando imponebatur huiusmodi pœnitentia, & prohibitio,iuxta Canones pœnitentiales antiquos,qui iam non sunt in vsu,vt alias in casu *c.si homo,35.qu.3.* vnde videtur processisse dictus stylus soluendi maiorem compositionem in partem pœnitentiæ.

Incestuosi † vero scienter, absolutè,& perpetuo 113
prohibentur iure contrahere matrimoniũ,& sic non erat canon pœnitentialis.

Tandem pro conclusione † huius capituli notan- 114
dum est,quod de surreptione rescriptorum iustitiæ non datur incuria propter facilem recursum ad signaturam,& ita fuit in dictum in causa Toletana primitiarum,23.Febr.1590. coram domino Comitulo, & ita videmus reformationes commissionum semper proponi in signatura.

Et idem videtur † etiam seruari in hoc Regno in 115
rescriptis, & commissionibus emanatis à Nuntio,nã semper pro reformatione recurritur ad ipsum Nuntium, qui solet reformare commissionem,quando aliquid rationabile,seu aliqua iusta causa allegatur.

CAP. IV.

An requiratur, quod collatio fiat publicè, seu palam,& non clandestinè,& de probatione illius.

SVMMARIA.

An necessario requiratur collationem palam fieri, & non clandestinè, à numero primo & sequentibus, *resoluitur , quod licet collatio facta clandestinè, & secretè suspicione non careat , non tamen est nulla, sed valet nec ideo est irritanda, & etiam facta de nocte,licèt speciale sit in electione, quod facta clandestinè, & de nocte non valeat,in ea dumtaxat, in qua seruanda est forma,* cap.quia propter,de election. *alia enim etiam facta occultè , & clandestine vale sicut collatio.*

*Quamuis collatio clandestina, & secreta valeat,requiritur tamen ad eius probationem, vt fides de ea quoquo modo fieri possit,per instrumenta,vel testes,quibus probatur collatio,*n.10. *Quæ iuxta stylum Palatij, & Curiæ Romanæ , non probatur literis Ordinarij, seu Legati suo sigillo sigillatis contra impetrantes,seu prouisos Apostolicos, & in eorum præiudicium ad euitandas fraudes,& c. etiam si essent nominati testes, si secretarius non esset notarius, vel si testes non essent subscripti,*à n.11.& seqq.

*Circa quod adducuntur variæ resolutiones,& decisiones Rotæ,*à n.14.& seqq.*quarum summa ponitur* numer.27.

Quot

Quot testes requirantur, vt titulus, seu prouisio Ordinary cum subscriptione notarij, & testibus recte probet, vti publicum instrumentum, de iure communi certum est, duos sufficere in instrumentis. n. 28.

Difficultas est in Regnis Castellæ, an tres requirantur, attento iure regio, cui in eis standum est etiam in causis Ecclesiasticis, cum non sit ius Canonicum contrarium, & resolvitur, duos sufficere etiam de iure Regio, quamuis tres communiter apponantur contra aliquos, n. 29. & seqq.

Vbi non agitur de antidatione, seu anterioritate prouisionis, statur literis Ordinary solo suo sigillo roboratis in his, quæ ad eius officium pertinent coram eo, vno & eodem tempore factis, alias solum probarent vltimum actum, contra Mascard. à numero 34. & seqq.

Sententia Mascardi procedet quoad solemnitates requisitas ad actum enuntiatas, saltim in genere in literis Episcopi, num. 38. *Ex qua ratione præcipuè procedit* decisio *Rotæ* penult. 11. de iure patronat. in nouis, *alias* 423. *quæ ait, præsentationem probari per solam narrationem Episcopi factam in literis institutionis, quia factum præsumitur solemniter actum, nisi contrarium probetur, quam sequuntur relati,* n. 39. *& intelligitur in Episcopo narrante de facto coram eo, non autem in Vicario asserente de facto coram Episcopo, nempe, de præsentatione facta coram Episcopo, ex Rota* num. 40. *Quæ tamen intelligentia non videtur, & difficultatem patitur, ex aliis dictis* numero 41.

Ponuntur aliæ resolutiones Rotæ circa dicta, vbi an credatur literis Episcopi de resignatione, à n. 42. *Et placet decisio Crescentij, quod literæ Episcopi solo sigillo sigillatæ sine tabellione non probent resignationem, etiamsi esset eodem tempore facta, intelligendo contra eum quem dit resignasse id negantem, & contradicentem, alias secus* n. 47.

Vnde dicta decisio penult. de iure patronat. in nouis, *non procedit contra ipsum patronum negantem se præsentasse, & reclamantem, saltim infra tempus datum ad præsentandum,* n. 48. *Nec etiam procedit vbi agitur de præiudicio alterius, seu tertij,* n. 49. & n. 50. *ponitur* decisio 20. *Rotæ.*

Instrumentum præsentationis requirit testes, nu. 51. *vbi ponitur resolutio Rotæ.*

Adducitur doctrina Hieron. Gonçalez de probatione collationum Episcoporum, & ponitur eius regula, quæ tamen in parte reprobatur. n. 52. & seq. *Et septem ampliationes illius adducuntur.* n. 54. *vbi aliquæ earum examinantur.*

1 QVAESTIO est, an necessario † requiratur collationem palam fieri, & non clandestinè. Et vide-
2 tur † requiri, nam electio clandestina non valet, *cap. quia propter, §. fi. de elect.* & idem in collatione videtur tenere Archidiaconus *in c. si tibi absenti, de præben. n.* 6.

3 Nihilominus † dicendum est, quod licet collatio facta clandestinè, & secretè suspicione non careat, *c. vnico, §. porro, vt Ecclesiast. benefic. sine diminut. conferant.* & ibi Abbas *num.* 7. *& in cap. de clandest. despons. num.* 2. glos. *in cap. consuluit, verb. odit lucem, de offic. deleg.* nam actus clandestini sunt suspecti, *d. cap. consuluit, & dict. glos. & in l.* 1. *C. de interdict. matrim.* non tamen est nulla, sed valet, & tenet, nec ideo est irritanda, vt ex *d. cap. vnico* colligitur, glossa *ibi, verb. culta,* & ibidem Imola. & Abbas *d. numero* 7. *&* 18. *&*

in d. cap. 1. *numero* 2. Domin. & Franchus *num.* 1. *in d. cap. si tibi absenti,* Selua *de benefic. 3. part. quæst.* 17. *nu.* 4. Lambert. *de iure patronatus, 3. par. 2. lib. 9.* 11. *art.* 13. Rebuf. *in concor. rub. de collatio. verſic. palam etiam.* Corras. *de benefic. 4. p. c.* 1. *n.* 7. *&* 8. *& cap. 3. numer.* 26. Ioan. Nicolaus Gimon. *in Enrichirid. benefi. tit. 2. cap. 3. ex nu.* 57. Petrus de Baisio *in directorio electionum, 3. parte, cap.* 37. *num.* 3. & Mascard. *de probationib. concluſ.* 176. *num.* 7. & Azor *instit. mora. 2. p. lib.* 6. *cap.* 26. *quæſt.*

Et collatio † etiam facta de nocte valet, Felinus *in d. cap. consuluit, n.* 20. & ibi Decius *n.* 32. Selua *supra,* & Gimon. *n.* 60. Crescen. *de. .* 13. *de rescrip. n.* 2. Nec † obstat textus *in d. c. quia propter, §. fin.* nam speciale est in electione, quod facta clandestinè non valet, glossa *d. verb. occulta,* Abbas *in d. cap.* 1. *n.* 2. Selua, Gimon, *n.* 58. & Petrus de Bai. *sup.* & Lamber. *2. p. 2. lib. quæst.* 9. *art.* 7. Cuchus *in institutio. maior. lib.* 4. *tit.* 1. *nu.* 238. *& seq.* 4 5 6

Nec etiam electio † facta de nocte valet, Felinus, Selua, & Gimon. *n.* 61. *sup.* & Ripa *lib. 2. respon. c.* 13. & Cuchus *sup. n.* 22. qui ait non decere, vt electio noctu fiat, nisi necessitas fortè aliqua vrgeat, quo tamen casu non sine tribus luminaribus celebranda erit, ne clam facta dici possit, sequitur Manuel Rodrig. *quæst. regul. 2. tom. q.* 51. *art.* 15. 7

Idque non in † omni electione procedit, sed in ea 8
dumtaxat, in qua seruanda est forma *d. c. quia propter,* alia enim etiam facta occulte, & clandestinè valet, sicut collatio, Abb. *in d. cap. vnico. num.* 18. *& in d. cap. quia propter, §. fin.* Selua *supra,* Corrasius *d. cap. 3. num.* 27. Gimo. *d. num.* 61. & P. de Baisio *supra numero* 3. & Cuchus *num.* 246. Nauar. *consil.* 8. *de elect. numero* 2. & Manuel Rodriguez *supra,* qui duo † vltimi dicunt, 9
quod etiam electio, quæ fit per schedulas secretas, iuxta formam Concilij Tridentini, *sess.* 25. *de regular. cap.* 6. non potest fieri post tenebras sine lumine artificiali, seu candela, quia alias commode fieri non potest.

Sed quamuis † collatio clandestina, & secreta va- 10
leat, requiritur tamen ad eius probationem, vt fides de ea quoquo modo fieri possit, Abb. *in dict. capit.* 1. *numero secundo,* scilicet, per instrumenta, vel testes, quibus probatur collatio. Rota *decis. vigesimaoctaua de probationibus* alias 780. *in antiquis:* Mascard. *concluſ.* 174. *numero primo & concluſ.* 313. *numero* 21. *& concluſ* 845. *numero octauo* 11. *&* 12. qui alios refert, & Perez de Lara *de anniuersariis & capellan. libro secundo capitulo* 10. *numero* 84. *&* 85. Quæ † tamen iuxta 11
stylū Palatij, & Curiæ Romanæ non probatur literis Ordinarij, seu legati suo sigillo sigillatis contra impetrantes, seu prouisos Apostolicos, & in eorum præiudicium ad euitandas fraudes. Rota *decis.* 1. *&* 10. *de probat.* alias 22. *&* 348. *in nouis, & decis.* 17. *de probationibus in antiquis,* Ægidius *decis.* 321. *&* 326. Crescen. *decis. decimatertia numero primo de probatio.* Puteus 324. *libro secundo,* & Achilles 171. *&* 172. 7. *&* 8. *de probationibus* Millis *in repert. verb. literis Ordinarij,* Selua *tertia parte, quæst.* 23. Rebuffus dicens communem opinionem *in dict. rubrica de collatio. verſic. palam etiam,* Lambertus *secunda parte secundo libro quæst.* 10. *art. septimo, & tertia parte, quæst.* 11. *art. tertia* Corras. *dict. capitulo primo numero nono* Mandosius *consilio decimosexto numero decimosept. mo & cons.* 30. *numero septimo & consil.* 50. & Mascard. *concluſ.* 991. *à numero decimotertio cum aliis,* & ita est accipiendum quod Azor sup. ait vsu Curiæ Romanæ

receptum esse, ne collatio sine testibus facta sit rata & firma.

12 Quod *in d. dec.* Achillis 172. ampliatur, † etiam si in literis Ordinarij suo sigillo sigillatis essent nominati testes, si secretarius non esset notarius, vel si testes non essent subscripti.

13 Limitatur † tamen ibidem, si post primas literas prouisus resignasset, & de consensu resignationis constasset per duos testes, quia ob id cessabat omnis timor antidationis.

14 Est etiam *decisio* Chisanen. 81. *in manuscrip.* in qua habetur, † quod *literis Ordinarij, & etiam legatorum, non creditur, nisi habeant testes in præiudicium impetrantium Apostolicorum, intelligendo tamen quod testes subscripserint, vel notarius fuerit rogatus de ipsorũ præsentia, & interuentu, non autem, quod Episcopus apponat præsentibus talibus, nisi illi postmodum examinati deponant interfuisse, & hoc fallere in resignationibus. Item, si adesset instrumentum possessionis, tunc enim per illud iustificatur collatio, si tamen possessio præcedat impetrationem Apostolicam.*

15 Fuit etiam † resolutũ *in vna Auximana castri Baldi coram Rosanen. de anno 1552. quod prouisio Ordinarij habentis testes, notarium, & sigillum, præfertur Apostolicæ, & decisiones Rotæ habent locum, quando prouisio Ordinarij est sine testibus, & quod erat etiam ibi iustificata prouisio Ordinarij per instrumentum possessionis à tergo confectum per notarium, & coram aliis testibus, vt per Cotam* decis. 58. *cui consonat Mandos.* reg. 8. Cancellariæ, quæst 8. n. 4.

16 Est etiam alia † *decisio* Thanis 50. *in manuscriptis*, in qua habetur, quod *non statur literis Ordinarij sine testibus in præiudicium Apostolicæ, & limitatur, nisi prouisus ab Ordinario sit in possessione, quia tunc tolleretur præsumptio fraudis, per addit.* ad d. decis. 22. *alias* 1. de probationib. *Quod vltimum in vna Foroliuien. Domini intellexerunt, quando prouisus ab Ordinario, Nuntio, vel Legato vigore prouisionis huiusmodi possessionem acciperet ante prouisionem Apostolicam, secus si aliunde possessionem habuisset, & ad excludendum Apostolicum, produceret titulum Ordinarij, Nuntij, vel Legati, sine testibus, quo casu Domini voluerunt, quod non staretur ei propter præsumptam fraudem.* Hæc in dicta decisione Thanis.

17 Fuit etiam † resolutum per Rotam, quod *prouisio Ordinarij sine notario, & testibus sub die 3. Martij, cuius vigore fuit capta possessio beneficij die sequenti, probat contra impetrantem Apostolicum prouisum sub die 4. Martij, quia apprehensio possessionis concurrens cum prouisione Apostolica opitulatur prouisioni Ordinarij, cum sit instrumẽtum publicum, & facit præsumi pro validitate, & veritate prouisionis antecedentis Ordinarij. Et facit* ca. si à sede, de præb. in 6. *vt per Guidobonum*, decis. 69. in manuscrip. *& per Caputaquen.* 408. parte 2.

18 Et † *in vna Virdunen. canonicatus 6. Martij, 1505. coram D. Pamphilio supra adducta* in 5. parte, c. 3. n. 43. *fuit resolutum quod literæ prouisionis Legati, quæ non solum erant sigillatæ suo sigillo, sed etiam subscriptæ à Legato, & ab eius Vicelegato, qui erat protonotarius Apostolicus, & à secretario, qui & ipse erat notarius Apostolicus, probant anterioritatem gratiæ contra prouisum Apostolicum, quia, vt declarat Achilles* d. decis. 172. d. dec. 1. & 10. de probationib. in nouis, *non procedunt, vbi est subscripta à secretario Legati, qui sit notarius publicus, prout in illo casu, &c.*

19 Quod † tamen intelligitur iuxta dictam decisionem Achillis, quando etiam essent nominati testes, qui si non essent nominati, non probarent literæ Ordinarij, seu Legati, etiam subscriptæ à secretario notario.

Quamuis in casu † dictæ decisionis Virdunen. 20
rectè probarent, etiamsi non essent nominati testes, ex quo erant subscriptæ non solum à secretario, sed etiam à Vicelegato, & sic intrabat alia limitatio dictæ decisionis Achillis, & Chisanen. quando testes subscripserunt, nam illi ad minus deseruirent de testibus subscriptis, † quorum subscriptiones parte 21
opponente deberent comprobari, & recognosci in forma saltim per alios testes, qui alias eos viderunt scribere, sicut subscriptio notarij, Rota *decis.* 570. *par. 1. diuersorum*, Gonçalez *glos.* 64. *numero* 6. *cum alijs.*

Et iuxta † prædicta *in vna Mediolanen. canonica* 22
tus, & præbendæ 1. Iunij, 1592. coram D. Blancheto fuit resolutum, stante reseruatione facta per Sixtum V. de beneficijs vacantibus, sed per obitum Gregorij XIII. vacante, non obstare prouiso Apostolico prouisionem Archiepiscopi cum data præcedente reseruationem, quia cum careat subscriptione notarij, & testibus propter timorem antidatæ, non suffragatur ex allegatis, nec obstare instrumentum capitæ possessionis, quia tunc possessio suffragatur, quando præcedit reseruationem Chisanen. Thanis, & Guidobonus sup. & ibi reseruatio præcesserit apprehensionem possessionis, nec obstare, quod tunc temporis non adesset prouisus Apostolicus, quia stante reseruatione poterat dubitari in futurum, & habitura potiora iura, &c.

At in Placentina † beneficiorum de anno 1603. supra 23
adducta 6. *parte*, c. 3. n. 28. fuit resolutum, prouisionem Ordinarij habentem subscriptionem notarij, testes, & sigillum, probare contra prouisum Apostolicum, illam factam ante diem 5. Decembris, 1600. & sic ante reseruationem Gregorij XIV. &c. iuxta supradictas resolutiones.

Prouisio tamen † Ordinarij non habens subscriptio- 24
tem notarij, probat contra Apostolicum, quando nõ tractatur de antidatione, sed prouisus ab Ordinario fatetur prouisionem Apostolicam esse anteriorem, sed dicit inualidam. ex eo quod cum Papa Ordinario indultum concessisset, sibimet manus ligauerat, tunc enim cum conferre beneficia spectet ad Ordinarium, creditur eius literis cũ solo ipsius sigillo, Mill. *verb. literis Episcopi.* Nauar. *consil. 1. de fide instrumen.* Cerola *in praxi Episcopali, 2. parte, verb. bullæ, §. 7.* vt habetur *in dec.* Veralli, 341. *lib. 1. in manuscript.* & quod ita fuit sæpe resolutum.

Et in vna † Leodien. canonicatus 18. Ianua. 1557. 25
coram D. Chisanen. fuit resolutum, *prouisionem Episcopi conferentis vigore indulti, quæ habet testes, sigillum, & subscriptionem Episcopi, licet non notarij, esse in forma probante, quia cessat præsumptio fraudis, de qua* in decis. 10. 22. & 348. in nouis, *ex quo contulit vigore indulti, & est præferenda prouisioni nuntij vigore suarum facultatum, quocumque tempore conferat Episcopus, quia nuntius non poterat derogare indulto.*

Et in causa † Theanen. beneficij S. Eustachi, 20. Apri- 26
lis, & 20. Maij 1587. coram D. Gipsio fuit resolutum, quod literis prouisionis Episcopi solo suo sigillo roboratis creditur, licet careant testibus.

Apparet ergo in summa † ex resolutionibus ad- 27
ductis, quod iuxta stylum Curiæ, seu Rotæ literæ, & titulus ordinarius etiam cum sigillo ipsius non probant

bant contra prouisum Apostolicum, quando agitur de anterioritate propter timorem antidatæ, etiam si sint nominati testes, nisi subscripserint, vel postmodum examinati deponant interfuisse, vel nisi possessio capta vigore illius prouisionis præcedat prouisionem, seu reseruationem Apostolicam, antequam prouisio Ordinarij facta prætenditur, titulus vero, prouisio Ordinarij cum subscriptione notarij, & testibus, recte probat, vti publicum instrumentum.

28 Sed licet est † difficultas, quot testes requirantur. Et quidem de iure communi certum est, duos testes sufficere in instrumentis, & scriptoris publicis, *authen. de instrumen. cautela, & fide, §. sed etsi instrumenta*, & ibi gloss. *verb. adhibeatur*, quam sequuntur plures relati per Burgos de Paz *in l. 3. Tauri, 1 par. num. 127. & gloss. 1.* & Dd. *in cap. primo de fide instrum.* communiter recepta, teste Couarr. *practic. c. vigesimo numero 4.*

29 Difficultas est in † his Regnis Castellæ, an tres requirantur, attento iure Regio, cui in eis standum est, etiam in causis Ecclesiasticis, cum non sit ius Canonicum contrarium, *cap. 1. de noui operis nunciat.* & tres

30 † requiri, *ex l. 54. tit. 18. partita 3. & l. 1. tit. 9. lib. 2. fori*, tenet Couarruuias *supra*, & Oroscius *in l. si quis ex argentarijs, §. si vnitum, n. 54. ff. de edendo*, Olanus *in concordia & differentia iuris communis, & Regij, litera I. n. 29. & 30.*

31 Sed verius est, duos † sufficere etiam de iure Regio, tametsi tres communiter apponantur, ex *l. 111. & 114. d. tit. 18. part. 3.* & tenet Gregorius Lopez *in d. l. 54. verb. tres, & in d. l. 114.* optime Burgos de Paz supra ex *numero 124. ad 133.* Doctor Paz *in praxi 1. tomo, vltim. annotatione, numero 26.* & Ioann. Gutierrez *practicarum, libro 1. quæst. 140.* & Parladorus *libro 2. rerum quotidianarum, cap. 20. à numero 16.* qui maxime Burgos de Paz recte satisfaciunt *d. l. 54. & dict. l. fori.*

32 Et contra Olanum † aduerte, quod *d. n. 114. ibi, Como de suso mostramos*, non refertur ad *d. l. 54.* sed ad *d. l. 111.* proximiorem.

33 Et quamuis † Azeuedo *in l. 13. titulo vigesimoquinto libro 4. recopilationis, numero 37.* teneat regionis consuetudinem seruandam, non est recedendum à dicta sententia, quia non apparet consuetudo contraria.

34 Apparet etiam † ex adductis, illa procedere vbi agitur de antidatione, seu anterioritate prouisionis, alias enim statur literis Ordinarij solo suo sigillo roboratis in his, quæ ad eius officium pertinent, *cap. post sessionem, de probationib. cap. 2. de Offic. ordin. in 6.* Abbas, Felin. *numero 15.* Decius, & alij *in d. capit. post cessionem.* Selua *3. par. quæst 23.* Lamber. *2. part. 2. lib. q. 10. artic. 7.* & Mascardus plures referens, *conclus. 99.* alias *998. à numero 1. & conclus. 492.* alias *488. nume. 1.* qui sunt videndi circa materiam sigilli (de qua etiam Abbas, Felinus, & Decius *in cap. 2. de fide instrumen.* Couarruuias *practicarum, cap. 22.* & Menochius *de arbitr. casu 113.* Tuscul. *conclusione 240. litera S. tomo 7.* Gonçalez *gloss. 61.* & Paz *in l. 66. styli. à numero 36.* Corras. *d. cap. 1. 4. parte, numero 9.* Mandos. *consilio 16. num. 16. & consi. 30. num. 7. & consi. 50.* Nauarr. *d. consil. 1. de fide instrument.* Rota *d. decis. 1. de probationibus, in nouis*, alias 22. *& decis. 16. eodem in antiquis*, alias 397.

35 Vbi habetur, † quod creditur literis Episcopi solo sigillo suo sigillatis sine notario, & testibus super resignatione facta in suis manibus per eum admissa, & collatione subsequuta, & faciunt plenam fidem, dummodo omnia in literis suis contenta, coram eo, & per eum vno & eodem tempore facta, & completa existant, alias non facerent fidem, nisi de vltimo actu, quia omnia & singula prædicta spectant ad officium suum, & inter subditos suos extra iudicium per eum expediuntur, idem Felinus *d. numero 15.* & Millis, *verb. literis Episcopi, cuius sigillo*, Puteus, *dec. sin. 384. libro 1.* Caputaquen. *87. par. 3. & decis.* Achillis *173. seu 9. de probatio.* vbi habetur quod literis ordinarij narrantis partes præsentes, & resignationem coram ipso factam creditur, iuxta dictas decisiones, & *decisio* Chilanen. *81.* de qua supra *num. 14.* Cæsar de Grassis *decis. 132. num. 17. & 18.* quam vide Flamin. Paris. *lib. 8. de resignatione benefic. quæst. 11. à num. 35.*

Quinimo Mascard. *d. conclus. 991. numero 10.* contra dictam † limitationem Rotæ amplius ait literas Episcopi suo sigillo sigillatas in pertinentibus ad eius officium probare omnia in eis narrata, etiam si diuerso tempore gesta sint, & non solum vltimum actum. 36

Sed limitatio Rotæ † verior videtur ex dictis per eundem Mascard. *ibi, numero 21. & seq.* & Felin. *supra numero 13 versic. item, nota 2.* & Flamin. Paris. *numero 42.* 37

Sententia autem † Mascardi procedet, quoad solemnitates requisitas ad actum enuntiatas, saltim in genere in literis Episcopi, ex Decio *in cap. quoniam contra. de probatio. n. 183. & 191. & dictis infra vlt. par. c. 2. n. 122.* 38

Ex qua ratione † præcipue procedit *decisio* Rotæ *penult. 11. de iure patron. in nouis*, alias *423.* quæ ait præsentationem probari per solam narrationem Episcopi factam in literis institutionis, quia factum præsumitur solemniter actum, nisi cõtrarium probetur, *cap. in præsentia. de renunciat. &c.* quam sequuntur Felin. *in d. cap. post cessionem, d. numero 13. versic. quid autem, & in cap. sicut. de re iudic. numero 26.* Rochus *de iure patron. verb. honorificum, quæst. 50. numero 83.* Lambert. *2. par. 2. lib. quæst. 10. art. 4. num. 7. & ar. 7. & 3. p. 2. lib. q. 11. art. 11.* Rebuff. *in praxi 3 part. signaturæ, verb. necnon iuris patronatu, num. 14. & 15.* Euerard. *in topicis iuris in loco ab extremis, sub numero 3.* & Rota in illa Ostunen. capellaniæ, de qua infra ad finem, *numer. 50.* & Menoch. *de præsumpt. lib. 6. præsump. 36. num. 4.* 39

Et ista decisio † intelligitur in Episcopo narrante de facto coram eo, non autem in vicario asserente de facto coram Episcopo, nempe de præsentatione facta coram Episcopo, vt in vna Vercellen. capellaniæ de anno 1552. in qua fuit decisum, quod narratiua institutionis facta per Vicarium Episcopi non probat præsentationem, & dictum extitisse, & præcessisse coram Episcopo, quia sunt solemnitates extrinsecæ, quæ non præsumuntur *l. quacunque. §. fin. de Publiciana*, vt per Caputaquensem *decis. 238. parte 2.* 40

Quæ tamen decisio, † & intelligentia non videtur certa, & difficultatem patitur, ex dictis *dicto cap. secundo vltimæ partis, à numero 121.* quæ etiam in terminis istius decisionis Caputaquens. videntur procedere, maximè cum idem sit tribunal Episcopi, & eius vicarij. 41

Et in vna Fauentina † prætensæ dotis 5. Iunij 1560. coram D. Verallo fuit tenta *d. decis. 1. de probat. in nouis*, & dictum quod Rota non seruat *decisionem* Guidonis Papæ *175.* nec dictum Baldi *in Rubr. C. de* 42

fide instrumen. num. 40. vt per eundem Verallum *decis.* 240. *lib.* 1. *in manuscriptis.*

43 In vna tamen † Dolen. coram D. Ioan. Maria cũ cum fuisset dubitatum, an literæ Episcopi solo sigillo suo sigillatæ sine tabellione, quod conferebat beneficium vacans per resignationem hodie in manibus eius factum, & per eum admissam probarent resignationem, maior pars dominorum tenuit negatiue, vt sicut talibus literis non creditur in præiudicium impetrantis Apostolici, & sic tertij propter fraudes præsumptas ita, nec in isto casu, propter maiorem fraudis præsumptionem, alias enim esset in facultate ordinariorum priuare beneficiatos suæ diœcesis asserendo eos in manibus suis resignasse, & ad supradictas decisiones, quæ contrariæ videntur, respondetur, quod intelligi debent sanè, & secundum rationem ex qua mouetur, scilicet, quia creditur Episcopo, & ordinario in his, quæ pertinent ad eius officium, vnde id procederet in admissione resignationis, & collatione, non autem in resignatione, quæ fit per tertium. Item respondetur, quod illa verba per resignationem hodie in manibus nostris spõte factã possunt verificari per plures horas ante, & ita nõ concludenter probant omnia eod. contextu facta esse, vt volunt dictæ decisiones, vt per Crescen. *decis.* 13. *de probatio.* alias 157. qui etiam ait ita in alia Burgen. coram eo determinatum fuisse, & idem videtur tenere Felin. *in d. cap. post cessionem, nu.* 17. *vers.* 5. *considera.*

At in vna Barchinonen. coram Achille de anno
44 1554. dum dubitaretur, † an esset credendum literis ordinarij de resignatione facta, non aliter constito de consensu resignantis, domini fecerunt distinctionem, quod aut Episcopus attestatur resignationem fuisse factam in manibus suis eodem tempore, quo refert, & admisit, & tunc creditur Episcopo attestanti de his, quæ facta sunt coram ipso, & ad eius officiũ pertinent, iuxta *d. decis. primam*, & sine consuetudine, aut Episcopus attestatur resignationem factam in manibus suis, & non dicit, hodie, vel eodem tempore coram eo, & tunc non creditur attestationi ipsius, nisi cum consuetudine probata per decẽ annos, quia non est contra ius, sed contra stylum Rotæ, & communem opinionem, vt dicit *dict. decisio.* 1. aut Episcopus confert beneficium narrando, quod vacat per resignationem, nec dicit coram quo sit facta, & quãdo & tunc nõ creditur suæ attesttaioni, quia attestatur de facto, quod potest esse factum coram notario citra præsentiam ipsius, & quia est dictum vnius sine iuramento, quo casu quia consuetudo est contra ius, ad illius probationem, requirerentur quadraginta anni, & ita fuit declarata *dict. decisio* Crescentij 157. *& d. decis.* 1. *de probatio. in nouis*, vt per Verallum *decis.* 99. *lib.* 2. *in manuscriptis*, refert & sequitur Flam. Parisius *d. lib.* 8. *quæst.* 11. *a nu.* 35. licet non ita extense.

45 Et consonat † decisio Rotæ in vna Portugallen. Vicariæ, 21. Maij 1599. coram D. Penna, quæ sic ait, *Dubitaui an erectio Vicariæ facta per ordinarium Portugallen. anno* 1588. *esset valida, & Rota, vtraque parte informãte inualidã esse censuit, ex hoc potissimũ fundamento, in quo omnes domini consenserunt, quia non constabat, quod hæc parochialis esset vnita monasterio aliũde, quã ex assertione ipsius Episcopi in erectione, & non credetur ordinario, quoad narratiuam in his, quæ coram eodem ordinario vnico contextu, non sunt facta*, Cres. dec. 157. *alias* 13. de probatio. *& fuit decisum coram Achille in vna Barchinonen. de Monte mellorie, die* 12. *Octob.* 1554.

Vnde apparet † non esse verum *consilium* Ferreti 302. vbi ait standum esse, & adhibendam esse fidem sigillatis literis ordinarij collatoris narrantis resignationem factam fuisse in manibus alterius, maximè subscriptis per notarium. & testibus roboratis, 46
ex *d. decision. penult. de iure patron. in nouis*, alias 423. de qua supr. *numer.* 39. quæ tamen loquitur in diuersis terminis.

Mihi vero satis † placet d. decisio Crescentij, dũ dicit literas Episcopi solo sigillo sigillatas, sine tabellione non probare resignationem, etiamsi esset eodem tempore facta, intelligendo scilicet contra 47
eum, quem dicit resignasse, id negantem, & contradicentem ex ratione, de qua *in d. decisione*, alias vero secus, & sic procedet *dict. decis.* 1. *cum aliis supra adductis.*

Vnde infertur † dictam *decision. penultim. n. de iure patron. in nouis*, de qua *dict. numer. trigesimonono*, non procedere contra ipsum patronum negantẽ 48
se præsentasse, & reclamantem, saltem infra tempus datum ad præsentandum, & ita colligitur ex eadem decisione *circa finem*, & tenent Euerar. *dict. loco ab extremis, num.* 3. & Menoch. *d. lib.* 6. *præsumptione* 36. *num.* 5.

Quæ etiam non procedit, vbi agitur † de præiudicio alterius, seu tertij, Felin. *in d. cap. sicut. de re iudicat. num.* 26. & Rochus *d. verb. honorificum, quæst.* 49
50. Rota in causa Ostunen. capellaniæ 17. Nouemb. 1600. coram D. Iusto. in qua † fuit resolutum, *Non constare de legitima præsentatione, & sic nõ obstare clausulam, dummodo non sit alteri ius quæsitum, quia præ-* 50.
sentatio ad hoc, vt tribuat ius, fieri debet coram habente instituere, Lamber. de iure patron. 2. par. 2. lib. quæ. 4. ar. 1. *qui intelligitur esse Episcopus, & eius vicarius ex officio vicariatus in genere, qui habet ex generali mandato institutionem, Lambert.* sup. numero quinto *& quod ex rescriptis committentib. causarum decisionẽ, & in quibus non committatur super præsentatione, intelligatur cõmissa collatio, & institutio, vel vt posset reiici præsentatio, hoc non reperitur iure cautum, misi in auditore curiæ* clem. auditor de rescrip. *Barbatia* in cap. super eo, num 38. de offic. delegati, *quicquid sit in casu, de quo* in d. cap. super eo. *& per Lambert.* 3. par. 2. lib. quæst. 1. artic. 9 &c. *nec obstare quod assertio ordinarij satis concludenter probet coram ipso præsentationem esse legitime factam, Rota* decis. 22. de probatio. in nouis, & 11. de iure patron. *quoniam loquuntur probata vacatione & institutione, tunc enim de facili præsumitur mediũ, quod est præsẽtatio. Ita intelligit Rochus* de iure patron. verb. honorificum, sub num. 83. *Rebu.* in praxi. 3. part signaturæ, verb. necnon iurispatronatus. num. 14, *Euerar.* loco ab extremis sub numero 3. versic. hinc etiam; *præterea non procedunt d. decisiones, vbi agitur de præiudicio tertij. Rochus sup. Fel.* c. sicut. sub numer. 26. versic. tamen illam decisionem. de re iudicat, *vbi dicit, quod ita seruant domini illam decisionem, & ita dixit Rota coram Paleoto in vna Aretina Parochialis* 7. *Febru.* 1562. *& ita procederet ad euitandam deuolutionem in præiudicium ordinarij, vel ad probandam validitatem institutionis, Ferretum* consil. 328. n. 3.

Instrumentum tamen † præsentationis requirit testes Lambert. *de iure patron.* 2. *par.* 2. *lib. quæst.* 10. *artic.* 6. & fuit resolutum in vna Mediolanen. iurispatronatus 51

patronatus 20. Maij 1596. coram illustrissimo Cardinali, Blancheto, in qua fuit resolutum, *Scripturam præsentationis nō esse in forma probanti, tum ex defectu testium, tum etiam quia non fuit expressus locus, vtrūq; enim concurreret oportet, vt instrumento fides adhibeatur* leg. instrumenta. leg. rationes. C. de probatio. d. capit. contractus de fide instrumen. *Puteus* decis. 386. in fin. lib. 1. *Couar.* pract. cap. 20. numero tertio & quarto, *& de præsentatione, quot requirantur testes, tradit Lambert.* 2. part. 2. lib. quæst. 10. articul. sexto numero secundo & sexto cum aliis allegatis: *non obstat, quod iste actus sit iudicialis, in quo non requiruntur testes, nam non concurrunt ea, quæ requiruntur ad iudicij substantiam, videlicet actor, reus, & persona iudicis*, capit. forus de verbor. significat. & totus tit. ff. & Cod. de iudic. *Præterea iste præpositus nullam habebat penitus iurisdictionem, & cætera.*

52 Post hæc vidi Hieronymum † Gonçalez *ad reg. de mensibus, qui. §. tertio proœm. ex numero centesimo quadragesimo septimo* agit de probatione collationum Episcoporum, & ponit regulam cum septem ampliationibus, & quinque limitationibus, & regula est, quod Episcopi faciant suas collationes per instrumentum celebratum coram notario, & testibus se subscribentibus in eodem instrumento, alias non probat in præiudicium prouisi Apostolici, etiamsi sit suo sigillo munitum, ne confingantur fraudes in anticipanda data, vt sæpe accidit, & quod ita de stylo curiæ seruatur, & allegat Rotam, & aliquos supra citatos à me, *numero vndecimo* & alios.

53 Sed in primis † errat Gonçalez in constituenda regula, quatenus in instrumento collationis factæ coram notario requirit subscriptionem testium, quę solum requiritur, quando non est facta coram notario, sed per literas ipsius Episcopi suo sigillo munitas, vt ex supradictis apparet, nam in instrumento publico non requiritur subscriptio testium, sed satis est quod eorū nomina inscribātur à notario, vt cum communi tradit Couar. plures citans *pract. capite vigesimo numero quarto.* & ita practicatur.

54 Prædictam autem † regulam ampliat primò, Gonçalez *numero centesimoquinquagesimo* vt procedat non solum in Episcopis, & aliis collatoribus inferioribus, sed etiam in Cardinalibus legatis de latere, nam si suæ prouisiones careant prædicta solemnitate, non probant contra prouisos à Papa, Rota *dict. decis. 10. de probat. in nouis*, Achill. *dict. decis. 7. & 8. numero secundo de probat.* vt dixi *dict. numer. 11.*

Secundo ampliat *numero centesimo quinquagesimo primo.* vt etiam procedat, si ab Episcopo fuerit facta collatio vni, & à nuntio intra limites suæ facultatis alteri, nam d. prouisio ordinarij, licet anterior, non probabit sine notario, & testibus contra prouisum à nuntio vt per Puteum *decis 324. lib. secundo* per me allegatam *dict. numero vndecimo*, quæ loquitur in prouisione legati non nuntij, sed eadem est ratio in vtroque. Tertiò ampliat *numero centesimoquinquagesimo secundo*, quod idem procedat eadem, imò fortiori ratione in assertione facta ab ordinario de resignatione, coram eo facta in præiudicium Apostolici prouisi, nam alias esset in facultate ordinariorum eludere omnes prouisiones per obitum asserendo beneficia fuisse in eorum manib. prius resignata, & allegat *decisionem* Crescen. *de ci motertio de probatio.* sed male, nam non dicit id, sed quod supra retuli, *numero quadragesimotertio.* Vera tamen videtur ista ampliatio, vbi is quem ordinarius asserit coram se resignasse, est mortuus, & agitur contra prouisum Apostolicum per obitum illius, nam militat eadem ratio euitandæ fraudis, &c. Quartò ampliat *numero centesimoquinquagesimotertio & centesimoquinquagesimoquarto*, vt non sufficiat, quod collatio fuerit facta coram secretario Episcopi, & testibus, si secretarius non esset notarius, vel si testes non essent subscripti, vt per Achillem *d. dec. 8. numero secundo de probatio.* quod est accipiendum, iuxta supradicta. Quintò ampliat *numero centesimoquinquagesimoquinto*, quod nō solum procedat in antidatione, sed etiam in clausula, in qua esset aliqua suspicio, & quæ auferret beneficium Apostolico, Achill. *dict. decisione septima numero tertio de probat.* Sextò ampliat *à numero centesimoquinquagesimosexto*, vt neque ipsi ordinarij collationes per ipsos factas, vt per Rom. *singul.* 725. Aufrer. *de reprobatio. testium, numero decimonono*, & Mascard. *de probatio. conclus. 315. cum aliis.* Septimò ampliat, *numero centesimosextagesimo* vt testes adhibēdi in collationibus Episcoporum sint omni exceptione maiores, ideo familiares, & domestici, quibus imperari potest, non probarent, Rebuf. *in concord. in Rubric. de collatio. versic. non admittuntur tamen collationes sub vērsicu. palam etiam.* Sed id videtur procedere, quando non fierent coram notario, nam si fierent coram notario, probarent etiamsi testes in instrumento descripti essent familiares, & non omni exceptione maiores, propter publici instrumenti authoritatem.

55 Limitat nunc † prædictam regulam, & stylum curiæ *numero centesimosexagesimoprimo.* Primò, quando constaret de possessione anteriori habita à prouiso ordinario ante datam literarum impetrantis Apostolici, nam tunc fraus excluditur, &c. allegat Mascar. *conclusione 991. numero decimooctauo & decisionem* Thanis 50. supra adducta, *numero decimosexto* Guidoboni sexagesimamnonam relatam *num. decimoseptimo*, Chisanē. octuagesimaprima adducta, *numero decimoquarto & decisionem* Veralli 146. *libro primo & quinquagesimamquintam Lib. tertij in manuscrip.* & decisionem Placentinam beneficiorum secundo Maij 1603. coram Domino Mellino, de qua supra *numero vigesimotertio.* Secundo limitat *numero centesimosexagesimo secundo*, quando post datam literarum ordinarij absque dict. solemnitate ille, cui erat prouisum resignasset, ante datam literarū Papæ, & de consensu resignationis constaret per duos testes, quia ob id cessabit omnis timor antidationis, per Achillem *dict. decisio. centesimaseptuagesima secunda*, alias 8. *de probatio. num. tertio*, & dixi *numero decimotertio.* Tertio limitat *numero centesimosexagesimotertio* quando prouisio spectaret ad duos prælatos, & essent literæ illorum, quia tunc magis creditur illis, quam literis vnius tantum, ac excluditur fraudis suspicio, Paninus *de officio & potestate Capituli sede vacante 1. part. quæst. tertia, numero decimo ante fin.* quem sequitur Achilles *dict. decisio. septima numero quinto de probatio.* & Mascard. *dict. conclus. 991. numero decimonono.* & idem ait Gonçalez *à numero centesimosexagesimoquarto* in literis prouisionis prębendarum factæ ab Episcopo, & Capitulo Ecclesiæ cathedralis, vel collegiatæ, cum subscriptionibus & sigillis illorum, quamuis deficerent notarius & testes, quia non est verisimile, quod tot personæ ca-

pitulares acquiescant d. fraudi. *gl. v rb. collegium in fi. in l. metum 2. §. animaduertendum. ff. quod metus causa.* Quarto limitat. *à numero* 167. quotiescunque concurreret pro literis Episcopi carentibus notario & testibus aliqua præsumptio, seu verisimilitudo, quæ excluderet dict. præsumptionem fraudis, & antidationis, nam vna præsumptio potentior, & maior excludit aliam, Puteus *dict. decisio. septima, numero 4. de probat.* Menoch. *de arbitrar. lib. 2. casu 472. cum aliis, & numero* 171. adducit resolutionem Rotæ in Virdunen. canonicatus 6. Martij 1595. coram Domino Pamphilio supra relatum *numero* 18. Quintò limitat, seu declarat, *numero* 172. quod collatio facta ab Episcopo, seu nuntio, legitime probetur, quando adsunt notarius, & testes, ac illorum subscriptiones cum sigillo Episcopi, seu Nuntij, quamuis talis notarius rogatus non fuerit de prouisione, de qua agitur, Rota *decisio. 163. libro secundo, parte tertia diuersorum.* Sed ibi non dicitur, quod adessent subscriptiones testium, sed notarij, licet non attestaretur de præmissis se fuisse rogatum, & tamen fides adhibetur literis prouisionis Nuntij, quæ habebant testes sigillum Nuntij, & subscriptionem dicti notarij, quia erat notarius publicus legalis, & fide dignus, & quia erat secretarius Nuntij solitus recipere consensus præstitos in curia eiusdem Nuntij, & alios actus legales, si enim adessent subscriptiones testium, non esset difficultas, etiamsi omnino defuisset notarius iuxta supradicta:

NONA

NONA PARS DE FORMA IN PROVISIONE SERuanda.

CAP. I.

De forma in communi, & an ea non seruata, prouisio sit nulla, etiam in foro conscientiæ.

SVMMARIA.

PORTET *in prouisione beneficiorum obseruare formam à iure, statuto, consuetudine vel fundatione præscriptam, alias nulla erit, nam forma non seruata actus corruit,* nu.1. *Quod procedit etiam in foro conscientiæ, in qua non poterit acceptari, nec retineri beneficium prouisum, non seruata forma requisita,* n.2. *Contra Flam. Parisium relatum, cuius dicta videntur falsissima,* n. tertio.

Licet in illa controuersa quæstione, an contractus minus solemnis, seu actus nullus de iure positiuo, sit nullus in foro conscientiæ, an validus, sint variæ Dd. sententiæ, prima, quæ ait esse validum, secunda, quæ ait esse nullum, & tertia media: verissima est secunda sententia, & reliquæ improbabiles, vt bene ostenditur à numer.4.

Licet olim prima sententia fuerit communis, iam tamen communiter reiicitur, & secunda est magis communiter recepta, præsertim per Iuristas, num.13. *Quibus in hoc de intentione legum, etiam pro foro conscientiæ magis deferendum est, quàm puris Theologis, &c.* numero 14.

Quicquid esset de aliis actibus, seu contractibus minus solemnibus, in proposito tamen de electionibus, seu prouisionibus beneficiorum tenenda est dicta secunda sententia, num.15.

1 RVRSVS oportet † in collatione, & prouisione beneficiorũ obseruare formã à iure, statuto, cõsuetudine, vel fundatione præscriptam, alias nulla erit. Puteus *decis.*338. *libro primo.* & Than. *decis.*99. *in manuscrip.* nam forma non seruata actus corruit, vt per Felin. *in c. cum dilecta de rescript.* Ias. & alios *in l. cum hi. §. si prætor, ff. de transact.* late Brunus *in tract. de forma*, Euerard. *in loco à defectu formæ cum aliis.*

2 Quod procedit † etiam in foro conscientiæ, in quo non poterit acceptari, nec retineri beneficium prouisum, non seruata forma requisita, Couar. *in regul. peccatum. 2. par. §. 3. nu.* 9. Molin. *de iust. 1. tom. tra. 2. disp.* 81. *c. rca fi. versic. ad dictum Innocentij.*

Quamuis † Flamin. Parisius *de consiđen. q.* 114 *à n.* 34 dicat, quod forum conscientiæ ligat, & validat actum, in quo est prætermissa forma tradita, vel non seruata, dummodo dolus non interuenerit, Innoc. *in c. quod sicut, de election. & in c. fin. de clerico excommu.* Abb. *in c. 1. de constit.* vbi Feli. *nu.* 39. Decius 1. *lectura. numero* 28. seu 70. & 2. *lect. numero* 19. seu 32. Ias. *in l. si non sortem in princip. ff. de condict. indebiti. num.* 4. Gigas *de pensio, quæst.* 34. *num.* 9. quod nota (inquit) pro eo, qui non publicat resignationem iuxta Gregorianam, non emisit professionem fidei, non fuit approbatus ab examinatoribus synodalibus, habuit beneficium per electionem, non seruata forma tradita à iure, vel per præsentationem patroni elapso tempore, aut per collationem non habentis facultatem, vel habentis, & non valentis conferre propter excommunicationem, suspensionem, aut aliam causam. nam isti omnes videntur tuti in foro conscientiæ, Abb. *in c. 1. de in integ. restitut. in fi.* Anchar. *reg. 1. in 6. q. 7.* Tiraquel. *de legib. connub. glo. 2. nu.* 20. Boer. *decis. 1. num.* 15. cum aliis relatis per Couarr. *in capit. cum esses. numero* 5. *de testam. & in d. reg. peccatum. §. 3. numero* 9. Soto *lib. 4. de iustitia & iure. q. 5. art. 3.* & plura exempla huius notabilis conclusionis affert Niconitius *in c. quoniam contra. parte 1. n.* 682. *de probationibus.* Hæc Flaminius, quæ mihi videntur falsissima.

Nam † licet in illa controuersa quæstione, an cõtractus minus solemnis, seu actus nullus de iure positiuo sit nullus in foro conscientiæ, an validus, sint variæ Dd sententiæ, vt per relatos à Cenedo *collectanea* 67. *ad decretales, num.*2. 4

Prima quæ ait † esse validum, quam vltra citatos per Flamin. tenent Butrius, & Abb. *in c. quia plerique de immun. Eccles.* idem Abb. *in d. c. cum esses.* Domi. *in cap. 1. in princip. de sponsal. in 6. nu.* 3. Bar. *in tract. Mi-* 5

noricarum, lib. 1. cap. 3. 1. & 2. distinctionis. Iaſ. in l. poſt diuiſionem, numero vndecimo & in l. cum quis, numero 9. Couarr. de iuris & facti ignoran. & in l. 2. à numero 3. C. de fideicomm. & in l. 1. à num. 16. ff. de condi. indebiti. & in l. nemo poteſt. 1. lect. à nu. 75. ff. de legat. 1. vbi Ripa à num. 96. Alciat. de quinque pedum præscrip. à nu. 34. Corn. conſ. 119. & 137. libr. 2. Boer. deciſ. 240. ſub num. 19. Brun. in tract. de forma, tit. de potentia & effectu formæ, fol. 57. & 60. Didacus Perez in l. 1. tit. 2. lib. 5. ordina. verb. Si el teſtador. Oroſc. dicens communem in l. omnes populi, num. 65. ff. de iuſtit. & iure, Mechaca de ſucceſſio. creatione. §. 1. num. 24. & §. 2. numero nono & 11. Nauarr. in commentario de vſuris, numer. 88. & D. Anton. 3. part. ti. 10. cap 3 §. 14. in fin. Sylueſt. in ſumm. verb. alienato. §. 13. & verb. hæreditas. 3. §. 7. verb. legatum. 4. §. 10. & verb. teſtamentum 1. §. 5 Armi. verb. hæreditas, num. 14 Adrian. quodlib. 6. artic. 1. Ioan. Medina. C. de reſtitu. quæſt. 23. ad finem, Angles in Floribus Theologic. quæſtion. quæſt. de dominio, artic. vlt. & videtur tenere Coſta in cap. ſi pater. de teſta. in 6. verb. in ſuo teſtamento, numero decimo quarto & 15. & Caldas in leg. ſi curatorem habens verb. læſis, num. 71. & dicit communem Soto ſupra, & magis communem Couarruuias dict. n. 5. & Mantica qui eam ſequitur de coniect. lib. 2. titul. 14. vt etiam Graſſus de ſucceſſ. §. 1. à num. 12. & lib. 2. communium, cap. 4.

5 Secunda, quæ ait † eſſe nullum, etiam in foro conſcientiæ, quam tenet Innocen. in d. cap. quia plerique, Fortu Garcia de vltimo ſi. illat. 15. Couarr. d. cap. cum eſſes. à num. 6. & d. §. 3 num. 9. Anton. Gom. in leg. 3. Tauri, numero 123 Padilla in dict. l. cum quis. C. de iuris & facti ignoran. ex numer. 7. Mexia ad legem frum. concluſ. 6. à numero 75. Matienço in l. 1. titul. 4. libro 5. Recopilat. gloſ. 10. à numero ſexto, & Azeuedo in l. 2. titul. 3. numero quadrageſimo ſecundo, eodem lib. Parlad. differ. 12. §. 1. à n. 2. & 17. Ceruantes in d. l. Tauri. à n. 189. Zauallos quæſt. 71. & 137. qui alios referunt, & Vltramontani relati per Iaſon. in prædictis locis, dicentes relicta in minus ſolemni teſtamento non deberi naturaliter: & ex Theologis, Mar. Ledeſ. 2. 4.
6 quæſt. 18. art. 1. dub. 12. Bart. Medin. 1. 2. q. 90. art. 2. poſt ſolutionem 4. & in ſum. lib. 1. cap. 14. §. 26. & in lectu. de cenſib. Nauarr. de reſtit. libr. 3. cap. 2. numero 350. Salon 2. 2. quæſtione quinta de dom. articul. quarto, Gabr. Vazquez 1. 2. tom. 2. diſp. 163. Lorca ead. 1. 2. diſp. 21. de legibus ad fin. & Mag. Cano. & ait probabiliorem Aragon 2. 2. q. 62 de do. p. 160. & Pater Mich. Marcos, nec diſplicet Iulio Clar. §. teſtamentum, quæſtione nonageſima & ſequuntur Molina d. diſpu. octuageſima prima, & Leſſius de iuſt. & iur. li. 2. c. 9. dub. 2. Licet quoad vltimas voluntates ſint in particulari ſententia, quod non ſit legum intentum eas irritare, ſed quod non faciant fidem in iudicio. & ſic, quod ſolemnitas in teſtamento non ſit de forma ſubſtantiali teſtamẽti, ſed tantum probatoria, vt contra communem voluit tenere Ripa in dict. leg. nemo poteſt, à n. 27. & ibi Crotus.

7 Tertia ſententia † media, quæ ait eatenus eſſe nullum, vt bona conſcientia poſſit quis contra eum agere, & petere declarari nullum, ante ſententiam vero ex æquitate eſſe validum in conſcientia, & ex eo transferri dominium, licet reuocabile, quam tenent Soto ſupr. Victoria, & Fr. Ioann. de la Penna. Beia in reſpon. casuum conſcientiæ, casu 53. Philiar. de officio Sacerdotis 2. par. libr. 6. capit. 20. & ſeq. Fr. Lud. Lopez. inſtr. conſcientiæ. 1. tom. c. 164. Bannez 2. 2. præamb. ad quæſt. 62. 3. diſput. Valen. 3. tom. diſp. 5. quæſt. 6. pun. 5. Fr. Man. Rodriguez in ſum. 1. tom. cap. 132. numero 5. Vega 2. par. ſum. ca. 114. casu ſecundo & 3 Lud. Carbo de reſtitut. q. 45. & in 2. & 3. concluſ. Bernar. in ſum. cap. 18. num. 111. & 112. & nouiſſime Pet. Ledeſ. 2. par. ſum. tract. 8. cap. 3. à pag. 494. & alij Theologi, & ex Iuriſtis, Iaſ. in l. ſi poſt diuiſionẽm, numer. 13. verſ. poſſet in prædictis, & in dict. l. nemo poteſt. 2. lect. à nu. 96. cum Alex. ibi, idem Iaſ. conſ. 67. lib. 3. Tiraquel. de leg. connubialibus. gloſ. 2. ſeu 4. à num. 20. Burgoz de Paz in l. Tauri, à numero 1406. & particulariter 1460. & 1482. & Ioan. Gutier. in d. l. nemo poteſt, ex numero 456. & can. quæſt. li. 2. capit. 25. numero decimo & vndecimo. & hanc tenet Menoch. de præſumpt. lib. 1. q. 80. licet eum pro ſecunda ſententia citet Ioa. Gutierrez d. num. 11.

Mihi eſt † veriſſima ſecunda ſententia, & reliquæ 8 improbabiles cum Salon ſupra, nam omnis lex iuſta non fundata in falſa præſumptione eſt ſeruanda in foro conſcientiæ, ſed iſtæ leges ſunt iuſtæ, vt ſupponimus, & non fundatæ in falſa præſumptione, ergo ſunt ſeruandæ in foro conſcientiæ. Conſequentia eſt euidens, & maior certa: minor autem, quod non ſint fundatæ in falſa præſumptione, probatur clare, nam lex irritans teſtamentum, ſeu alium actum, in quo non eſt ſeruata forma, & ſolemnitas requiſita, non fundatur in præſumptione falſitatis, & fraudis hic & nunc, & in quolibet, ſed in vniuerſum illum irritat ex defectu ſolemnitatis, & forma, quantumcunque fraus abſit, ad vitandas fraudes, quæ alias poſſent aliquando committi. Quod † etiam patet, 9 nam quamuis certo conſtet de veritate, & voluntate teſtantis, ex confeſſione partium, non valet teſtamentum minus ſolemne, ſed adhuc per iudicem eſt irritum declarandum, gloſſa, & Doct. communiter in l. 2. C. de bonor. poſſeſſ. ſecundum tabul. Couarr. d. ca. cum eſſes, numero 7. Burgos de Paz plures referens ſupra numero 1394. & ſeq. & numero 1456. Matien. numero 16. 18. 25. & 34. & alij ſupra citati, quod ſecus eſſet ſi fundaretur in præſumptione fraudis iuxta notata in cap. is qui fidem de ſpons. Præterea forum † interius, & exterius non ſunt diuerſa, 10 abſque vlla exceptione, quoties forum exterius præſumptione non fundatur, nam cognita veritate in idem omnino vtrumque forum ſemper conſentit, Gabr. Vazquez 1. 2. diſput. 66. num. 3. & Suarez 3. tom. diſp. 40. ſect. 5. num. 16. & ſect. 6. num. 1. quod forum internum non diſcrepat ab externo, niſi vbi ex præſumptione ſola procedit præter reiveritatem ſecreto cognitam.

Quod ſi dicas † cum tertia ſententia huiuſmodi 11 leges nolle irritare actum in foro conſcientiæ ante ſententiam: probatur id eſſe gratis dictum, & ſine fundamento, cum lex abſolute loquatur, nec iſta æquitas eſt contra ius ſcriptum attendenda, cum non 13 ſit in iure ſcripta, caput. fin. de tranſact. & leg. placuit. Cod. de iudiciis, & ibi Doctores. Et † vt inquit Fortu. ſupra numero 236. relatus per Burgos de Paz ſupra numero 1460. Hoc in negotio potius legum authoritati ſtandum eſt, quam interpretum aſſertionibus eas interiori foro non ligare explicantibus.

Et licet olim † prima ſententia fuerit commu- 14 nis, iam tamen communiter reiicitur, & ſecunda eſt magis communiter recepta, præſertim per Iuriſtas, quibus † in hoc de intentione legum, etiam pro foro conſcientiæ magis deferendũ eſſe exiſtimo, quicquid Soto ſupra velit, maximè aliquam Theologiæ peri-

peritiam habentibus, quam puris Theologis, qui suo modo, & ex proprio capite leges interpretari solent, eas etiam canonicas potius suo iudicio metientes, & regulantes, quam cum legibus, vt par erat, contra quos Cano. de locis, *lib. 8. c. 6. & 7.*

15 Præterea quicquid esset de aliis actibus, seu contractibus minus solemnibus, in proposito tamen de electionibus, seu prouisionibus beneficiorum tenenda omnino est prædicta secunda sententia, vt per Salon *supra versic. excipitur* 3. Bannez 4. *concluſ.* & Pet. Ledesm. *pag.* 497. quicquid è contra teneat Parlad. *d. differ. 12. §. 2. num.* 24.

CAP. II.

De forma seruanda in prouisione parochialium.

SVMMARIA.

In prouisione parochialium seruanda est forma præscripta à Concilio Trid. de examine per concursum, n. 1. *Et Pius V. in sua constitutione super collatione parochialium statuit omnes prouisiones propter, & contra dictam formam factas, nullas esse, &c.* n. 2. *& ponitur d. constit.* n. 3.

Ista constitutio non habet locum, nisi in his diœcesib. in quib. fuit coacta synodus, & in eis iuxta formam Concilij deputati examinatores, ex declaratione Gregor. XIII. & S. Congregationis, n. 4.

Circa decretum Concilij & constitutionem Pij V. aliqua dubia sunt explicanda.

An sede Episcopali vacante capitulum, seu eius vicarius possit facere concursum ad parochiales vacantes, & ad ipsum spectet obire illa munia, quæ Concilium statuit obeunda ab Episcopo, seu eius vicario cũ parochialis Ecclesiæ vacatio contigerit. nu. 6. *resolvitur affirmatiue, & ponitur declaratio S. Congreg. Toletana.* n. 7. & 8.

Ista declaratio, licet loquitur de examinib. & concursu faciendis pro collatione parochialium, sede cathedrali vacante, procedit etiam in examinibus, & concursu faciendis per Episcopum, seu eius vicarium sede plena. n. 9

Ex ista declaratione apparet primo, statim habita notitia vacationis parochialis constituendum esse in ea idoneum vicarium per Episcopum, seu vicarium sede vacante, quod procedit etiam in parochialibus spectantibus ad collationem aliorum, n. 10. & n. 11. *ponitur quædam declaratio S. Congregat. quæ declaratur.* nu. 12.

Quorsum tendant illa verba concilij, si opus fuerit, *cum semper videatur esse opus vicario.* numero 13. *vbi respondetur cum declaratione S. Congregationis posita.*

Secundo apparet vicarium esse constituendum, cum congrua fructuum portionis assignatione, num. 14. *circa quod ponuntur declarationes S. Congregationis*, numero 15.

Vicario parochiali vacante simpliciter dato, non omnes fructus, sed congrua portio arbitrio ordinarij iuste determinanda debetur, nec Episcopus à principio posset omnes assignare, nisi omnes essent necessarij congruam portionem, n. 16.

Non tollit declaratio S. Congregationis, quin si pro loco, & tempore videatur plus necessarium ad congruam portionem, quam duorum aureorum pro singulis mensibus assignari possit, n. 17.

Tertio apparet, quod vicarius sic positus parochialis onera sustinebit, donec de rectore prouideatur, qui etiam debet habere custodiam omnium bonorum parochialis, num. 18. *vbi ponitur declaratio S. Congregationis.*

Deputatio vicarij, seu œconomi cũ congrua, donec de rectore prouideatur per eum ad quem spectat, non est de forma concursus, & prouisionis, ita vt alias non valeat quicquid alias vellet Rota, quæ tamen postea hoc admittit, &c. n. 19. & 20.

Quarto apparet parochialem vacantem non posse conferri in commendam temporalem ei, qui magis idoneus fuerit iudicatus, & electus, dum affert bullas Papæ, nec posse interim constitui vicarium in ea, aut ei quoquo modo præfici, nu. 21. & 22. *vbi ponitur declaratio S. Congregationis, quamuis contrarium seruetur.* n. 23.

Id videtur iuri conforme ex c. auaritiæ de election. in 6. *quod procedit in quibuslibet beneficijs*, nu. 24. *Ex quo etiam non potest dignior electus ante collationem fructus percipere, etiam vti administrator, etiamsi antea esset cõstitutus administrator, &c.* n. 25. *Nec videtur valere cõsuetudo cõtraria.* n. 26. *Quãuis videatur excusare à pœna priuationis beneficij, seu iuris, de qua ibi*, num. 27. *Nam consuetudo etiam mala, nõ tamen euidenter, tribuit iustam causam ignorantiæ, & qui facit quod alij faciunt, excusatur, &c.* numer. 28. *Et qui haberet in eo malam fidem, & conscientiam lesam, non excusaretur à dicta pœna priuationis*, numer. 29.

Dato, quod magis idoneus iudicatus, & electus ad parochialem, ex eo quod in ea administrauit vt vicarius, amitteret ius sibi competens, an gratia, & prouisio de illa à Papa ei facta sit valida, non facta mentione de dicta intrusione, seu administratione, à n. 30. *resolvitur esse inualidam.*

Quinto apparet, per edictum publicum vocãdos esse, qui voluerint examinari pro obtinenda parochiali vacãte, n. 35. *Quod accipiendum est vbi Concilium prouinciale id statuerit, vt Toletanum, & Compostellanum.* nu. 36 & seq. *Vbi ponitur declaratio S. Congregationis, quamuis aliqui absolute dicant esse necessarium*, n. 38.

Edictum apponendum erit ad summum cum termino 20. dierum, cum succedat loco nominationis ab Episcopo faciendæ, ad quam ex Concilio præfixum est tempus decem dierum, nec vltra alios decem prorogari potest, ex constitutione Pij V. numer. 39. *& sic erit accipiendum decretum Concilij Compostellani*, numero 40.

Terminus edicti curret, ex quo tam in valuis Ecclesiæ cathedralis, quam Ecclesiæ beneficij præfixum est, iuxta dict. decretum Concilij Compostellani, numer. 41. *Nec est necessarium, quod stet affixum per illud tempus, sed est arbitrarium quanto tempore debeat manere affixum*, numero 42. *Et sufficit quod nuntius, vel notarius referat, quod edictum fuit affixum in loco, licet non dicat quanto tempore stetit*, n. 43. *Debet etiam apponi dies affixionis, & propositi edicti, vt sciatur an intra terminum, vel post sit factum examẽ*, n. 44. *& sufficit, quod affigatur, nec est necesse, quod prius legatur*, n. 45.

Si edictum cum maiori termino 20. dierum ponatur, an ideo vitietur prouisio parochialis. à numero 46. *resolvitur ex æquitate, & mente Papæ edictum positum cum maiori termino 20. dierum, etiam à principio, non esse nullum in totum, sed quoad excessum, & sic qui se opposuerint infra 20. dies, legitimos esse oppositores,*

non vero qui postea, nisi quando infra 20. dies nullus se opposuit, &c.

Cum quo termino debeat poni edictum, vbi Concilium prouinciale illud requirens non designat, à n.50. resolui-tur esse arbitrarium, modo non excedat 20. dies. num.51.

Sexto apparet examen ad parochiales debere fieri cum examinatoribus saltim tribus, n.52. *circa quod ponitur declaratio S. Congregationis,* n.53.

Septimo apparet, quod si vota examinatorum paria, aut singularia fuerint, accedere potest Episcopus, seu vicarius, quibus magis videbitur, num.54. *Nam Episcopus tantum, vel vicarius habet votũ decisiuum in hoc casu, ex S. Congregatione,* numero 55. 56. & 57.

Ista accessio Episcopi, seu vicarij, videtur debere fieri in ipso examine, seu coram ipsis examinatoribus simul congregatis, & non separatim, nu.58. *Quamuis electio ex approbatis facienda ab Episcopo possit ab eo fieri, ex post facto, & separatim,* n.59.

Quod dicitur de votis singularibus, quod Episcopus possit accedere, quibus videbitur, non procedit quando singuli examinatores approbant vnum, quem alij reprobant, n. 60. *vbi ponuntur declarationes S. Congregationis.*

Quando dicantur vota singularia, vt Episcopus possit accedere, quibus videbitur. supposito quod examinatores debent esse tres ad minus, n. 61. *Resoluitur, quod cum ex tribus vnus approbat vnum, quem alter reprobat, & alter nec approbat, nec reprobat,* n.62.

Reprobatur, quod ait Ledesma, quod si tres examinatores fuerint diuisi in suis votis, potest Episcopus accedere cui voluerit, & si duo fuerint pro vna parte, & alius pro alia, potest etiam accedere parti cui voluerit, num.63.

Octauo apparet debere singulis annis in diœcesana synodo, quam etiam Capitulum, seu vicarius sede vacante facere potest, deputari examinatores saltim sex, qui debent proponi ab Episcopo, & à synodo approbari, &c. n.64. *Ex quibus Episcopus, vel vicarius debeat saltim tres eligere, vt secum examen perficiant, &c.* n.65.

Si pauciores quam sex examinatores in synodo deputantur, non erit legitima deputatio, & examen, & concursus, cum illis factum erit nullum, n. 66.

Debent deputari in synodo vera, & formali, quæ est Congregatio legitima, quam facit Episcopus cum clericis sibi subditis, ad tractandum de his, quæ curæ pastorali incumbunt, &c. n.67. *& non sufficeret congregari clerum ad effectum solum nominandi examinatores, & iudices synodales, &c.* n.68.

Nono apparet, quod si ex sex examinatoribus aliqui intra annum mortui fuerint, aut alias abfuerint, tota facultas examinandi ad superstites spectabit eo anno durante, etiamsi vnus tantum supereset, numero 69.

Quid si intra annum omnes mortui sint, vel abfuerint, & videbatur Episcopum eo casu posse per se ipsum examinatores deputare, nam vbi forma præcise seruari non potest, sufficit actum facere eo modo, quo fieri potest, n.70. & 71. *sed Clemens VIII. fecit decretum super hoc, vt in declaratione S. Congregationis posita,* numero 72.

Decimo apparet examinatores semel deputatos, quorum officium non expirat cum morte Episcopi, durare etiam post annum, donec alij fuerint electi, dummodo sex supersint: at si pauciores superessent lapso anno, alios loco mortuorum esse eligendos in synodo, alias qui supererunt, pro legitimis non esse habendos, n. 73. *& non solum alij loco mortuorum sunt tunc eligendi, sed etiam qui sepererant, sunt de nouo eligendi, vel relinquendi pro examinatoribus, vel alij loco eorum, &c.* n.74.

Non requiritur pro forma, quod examinatores singulis annis deputentur in synodo, dummodo post annum, saltim sex remaneant contra Rotam, n.75.

An idem sit in iudicibus synodalibus in terminis Concily. c.10. sessione 25. de reform. *an si quatuor saltim non adessent, alij essent legitimi iudices,* n.76. *Resoluitur tunc recte posse à Nuntio, vel Legato causas aliis committi, quamuis si committantur iudicibus synodalibus, recte etiam possit rescriptum illis præsentari,* numer.77.

Episcopus, seu Capitulum sede vacante in locum examinatorum defunctorum. vel absentium alios deputare non potest, nec intra annum, nisi omnes deficiant, nec post annum, etiamsi omnes deficiant, n.78. *Quamuis in iudicibus synodalib. detur facultas ordinario ad substituendum, &c.* n.79. *Quæ facultas substituendi videtur intelligenda, quando nondum aduenit tempus faciendæ synodi, & transibit in Capitul. sede vacante,* nu.80. *Et ponuntur declarationes S. Congregationis,* à num.81. *Quamuis Rota tenuerit deficientibus examinatoribus synodalibus posse Episcopum deputare examinatores absque celebratione synodi, vt indecisionibus positis,* à n.86.

Magis conformis Concilio videtur sententia S. Congregationis, nam lapso anno defectus examinatorum contingit culpa ipsius Episcopi non facientis synodum, & sic non excusat eum ab obseruatione formæ, & cessat ratio Rotæ, n. 92. *Quod procedit etiamsi Episcopus de nouo veniat ad Episcopatum, &c.* n.93.

Sententia Rotæ posset procedere in terminis decisionum Literen. nempe in beneficiis iurispatronatus laicorum, à quibus præsentati, si non sunt examinatores synodales, poterunt examinari coram aliis ab ordinario deputatis, à n. 94. *& ponitur resolutio Rotæ.* numero 95.

In literis resignationum parochialium in forma dignum dicitur, quod examen fiat adhibitis examinatorib. synodalibus, si illic sint, vt esse debent, alioquin ab ipso ordinario nominandis. n.96.

Isto casu est difficultas, an si illic sint examinatores, qui habentur pro synodalibus, tamen non sunt legitimi, & coram illis tanquam synodalib. fiat examen in forma dignum, sit validum. à n.97. *resoluitur negatiue.* numero 98.

Vndecimo apparet examen, & approbationem in concursu requiri semper pro forma ad singulas parochiales, n.99. & seq. *vbi ponitur declaratio S. Congregationis, & reprobatur quædam sententia Cerolæ,* numero 101.

Ista forma omitti non potest, etiamsi Episcopus velit parochialem conferre personæ, quantumcunque, & notorie doctæ, idoneæ. n.102. *& etiam vicario, vel doctori, siue licentiato in Theologia, seu iure canon. &c. ex S. Congregatione.* n.103.

Duodecimo apparet requiri pro forma, quod examinatores renuntient, quoquot idonei reperti fuerint, numero 104.

Debent facere relationem, & approbationem de omnib. non solum quoad literaturam, sed etiam clericatum, ætatem, legitimitatem, mores, &c. n.105. *alias videntur peccare mortaliter examinatores.* n.106.

Circa modum dandi vota ponitur quædam declaratio S. Congregationis, n.107.

Decimo-

Decimotertio apparet, quod ex approbatis per examinatores solus Episcopus, vel vicarius, & non ipsi examinatores, debet eligere magis idoneum, n. 108.

Ex approbatis Episcopus suo iudicio, & non ex votorum calculo, numero, & collectione potest eligere, & debet eum, qui sibi magis idoneus videatur, n. 109. *vbi ponitur declaratio S. Congregationis.*

Poterunt examinatores priuatim, præsertim Episcopo petente renuntiare, quis sit magis idoneus, & nisi Episcopo id alias constet, poterit, & debebit priuatim se informare de hoc ab ipsis examinatoribus, &c. n. 110. *& sic procedit quædam declaratio S. Congregationis posita.* n. 111.

Quamuis aliqui teneant ad examinatores spectare renuntiare, quis sit magis idoneus, n. 112. *& respondetur constit. Pij V.* n. 113. *nec contrarium tenet Cechus relatus*, n. 114.

Decimoquarto apparet S. Congregationem sentire, quod capitulum sede vacante, etiam stante Concilio, non posset facere collationem parochialium, in quocunque mense vacarent, etiam seclusa reseruatione beneficiorum vacantium sede Episcopali vacante, quæ tempore factæ d. declarationis Toletanæ non stabat, &c. nu. 115. *ad quod facit alia declaratio adducta*, numero 116.

1 VNde in prouisione † parochialium obseruanda est forma præscripta à S. Concil. Triden. *sess. 24. de refor. c. 18.* vbi S. Syno. statuit, vt occurrente vacatione parochialis Ecclesiæ, etiam generaliter, vel specialiter reseruatæ, seu affectæ, debeat Episcopus statim habita notitia vacationis, si opus fuerit, idoneum in ea vicarium, cum congrua eius arbitrio fructuũ portionis assignatione constituere, qui onera ipsius Ecclesiæ sustineat, donec ei de rectore prouideatur, & deinde præuio concursu, & examine coram examinatoribus, saltim tribus iuxta formam eiusdem Concilij in Synodo deputatis, ex approbatis Episcopus eum eligat, quem cæteris magis idoneum iudicauerit, atque illi, & non alteri collatio Ecclesiæ ab eo fiat, ad quem spectabit eam conferre, &c. alias prouisiones omnes præter dictam formam factæ surreptitiæ
2 censeatur, &c. Et † Pius V. *in sua constitutione 32. super collatione parochialium Ecclesiarum* statuit omnes prouisiones parochialium præter & contra formam ab eodem Concil. Trid. præsertim in examine per concursum faciendo præscriptam factas, & faciendas nullas, irritas, ac nullius roboris, vel momenti esse, nullumque prouisis ius, aut titulum etiam coloratum possidendi præbere, &c. vt in dicta constitutione, quam hic ponere placuit.

PIVS Episcopus seruus seruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

3 *In conferendis † beneficiis Ecclesiasticis, & præsertim parochialibus Ecclesiis personis dignis, & habilibus, quæ in loco residere, & per seipsos curam exercere valeant, quantam diligentiam adhiberi oporteat, Alexandri III. in Lateranensi, & Gregorij X. in Lugdunẽsi generalibus Conciliis, ac Innocentij similiter Tertij, & aliorum Romanorum Pontificum prædecessorum nostrorum edita constitutiones testantur: quod vt diligentius, ac rectius perficiatur, statuit etiam Synodus Tridentina, vt occurrente vacatione parochialis Ecclesiæ, etiam generaliter, vel specialiter, etiam vigore indulti in fauorem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium, aut alias quomodolibet reseruatæ, vel affectæ, debeat Episcopus habita notitia vacationis Ecclesiæ, si opus fuerit, idoneum in ea vicarium cum congrua eius arbitrio fructuum portionis assignatione constituere, qui onera ipsius Ecclesiæ sustineat, donec ei de rectore prouideatur. Et deinde Episcopus, & cuius patronatus habet intra decem dies, aut aliud tempus ab Episcopo præscribendum aliquos clericos ad regendũ Ecclesiam idoneos examinatoribus, iuxta formam eiusdem Synodi deputatis, nominet, & non nisi ab eisdem examinatoribus per concursum aliorum examinatorum, etiam tanquam magis idoneo ab Episcopo indicato, & electo de Ecclesia prouideatur, alias prouisiones, seu institutiones omnes præter formam prædictam factæ, surreptitiæ censeantur. Sed quoniam res humanæ semper in deterius prolabuntur, nisi sit, qui eas retineat, ac debitæ executioni demandet, & verendum sit, ne propter constitutionum huiusmodi transgressionem maximi abusus oriantur. Nos ad quorum notitiam non sine graui nostra molestia peruenit nonnullos ex venerabilibus fratribus nostris Archiepiscopis, & Episcopis occurrente vacatione parochialium Ecclesiarum eas nullo, aut minus rite seruato examine, præsertim illo, quod per concursum fieri debet ex Concilio Tridentino, vel etiam examine rite seruato personis minus dignis, carnalitatis, aut alium humanæ passionis affectum, non rationis iudicium sequentes contuliss e, & de eis prouidisse, volentes, quantum cum Deo possumus, huiusmodi, ac etiam futuris periculis occurrere, eorundem prædecessorum nostrorum constitutiones præfatas etiam innouando, authoritate Apostolica tenore præsentium omnes & singulas collationes, prouisiones, institutiones, & quasuis dispositiones parochialium Ecclesiarum ab eisdem Episcopis, & Archiepiscopis, ac quibusuis aliis collatoribus, tam ordinariis, quam delegatis, etiam S. R. E. Cardin. ac Sedis Apostolicæ Legatis, vel Nuntiis, præter & contra formam ab eodem Concilio Tridentino, præsertim in examine per concursum faciendo præscriptam, factas, aut in futurum faciendas, nullas, ac nullius roboris, vel momenti fore, & esse, nullumque prouisi ius, aut titulũ etiam coloratum possidẽdi præbere, & parochiales Ecclesias huiusmodi, vt prius ante collationes huiusmodi vacabant, ex nunc vacare statuimus, decernimus, & declaramus, easque omnes pro tempore sic vacantes nostræ, & Sedis Apostolicæ, seu eorum, quibus ius conferendi eas, præterquam Episcopis, & Archiepiscopis, qui curam dicti examinis iuxta decretum eiusdem Concilij habere debent, competere, dispositione reseruam*. Insuper ne parochiales Ecclesiæ diu in suspenso maneant, in maximum animarum periculum quarumcunque parochialium Ecclesiarum, quarum, dum pro tempore vacant, ad Episcopos, Archiepiscopos, Primates, & Patriarchas, & quosuis alios ordinarios collatores in mensibus ordinariis collatoribus, etiam per nostras regulas assignatis prouisio, & collatio spectat, & pertinet, de quibus iisdem Episcopi, & Ordinarij prædicti intra sex mensium spatium à die vacationis earundem perfecto examine, iuxta formam Concilij Tridentini præfati non prouiderint, ac illarum etiam, quarum collationes nobis, & dictæ Sedis generaliter, vel specialiter, & ex quauis causa reseruatæ, seu affectæ existunt, aut aliis ex indulto Sedis Apostolicæ competunt, ad quas occurrente illarum vacatione Episcopi, & Archiepiscopi præfati personas per examen concursu mutuo habito, iuxta dicti Concilij Tridentini formam approbatas, & magis idoneas non elegerint, ut electas nobis, vel successoribus nostris, aut iis, ad quos collatio spectabit, pro collatione obtinenda intra quatuor mensium spatium à die illius vacationis non si-

gnificauerint, necnon parochialium Ecclesiarum similium, quæ iurispatronatus Ecclesiastici, vel aliorum, seu clericorum, & laicorum simul fuerint, si præsentatus intra tempus eisdem patronis à iure præfixum præuio examine iuxta formam dicti Concilij approbatus petatur institui, institutioque ipsa per duos menses à die præsentationis dilata fuerit, collationem, prouisionem, institutionem, ac omnimodam dispositionem nobis, & ipsi Sedi, ac personis indulta huiusmodi conferendi, prouidendi seu instituendi obtinentibus respective reseruamus, data tamen in parochialibus iurispatronatus optione ipsis patronis, vt si institutio ad ordinarios spectabit, ipsis ordinariis illam facere negligentibus, & vltra dictos duos menses differentibus, possint pro huiusmodi institutione obtinenda habere recursum ad Metropolitanum, vel viciniorem ordinarium, aut ad Sedem Apostolicam. Prohibentes etiam eisdem ordinariis, ne tempus decem dierum eisdem ordinariis, & patronis ab eodem Concilio Tridentino ad nominandum idoneos clericos coram deputatis examinatoribus præfixum vltra alios decem dies prorogare audeant, vel præsumant. Districtius inhibentes, ne quis præter Romanum Pontificem, aut alios indulta huiusmodi obtinentes, vt præfertur, quacunque sit super hoc authoritate munitus, de huiusmodi beneficiis sic reseruatis (vt præfertur) disponere, vel circa etiam per viam permutationis, vel alias innouare quoquo modo præsumat. Vt autem non solum dignis, sed magis idoneis repertis iuxta eiusdem Concilij decretum parochiales Ecclesiæ conferantur, volumus, & eadem authoritate decernimus, quod si Episcopus minus habilem posthabitis magis idoneis elegerit, possint ij, qui reiecti fuerint, à mala electione huiusmodi ad Metropolitanum, vel si ipse eligens Metropolitanus, aut exemptus fuerit, ad viciniorem ordinarium vti nostrum, & Sedis huiusmodi delegatum, aut alias ad ipsam Sedem Apostolicam appellare, ac præelectum ad nouum examen coram ipso appellationis iudice, & eius examinatoribus prouocare, & constito de prioris eligentis irrationabili iudicio, eoque reuocato, parochialis magis idoneo per eundem iudicem appellationis authoritate nostra (quatenus collatio ad Episcopum, à quo appellatum fuit spectaret) conferatur, alias eidem magis idoneo per iudicem appellationis approbato conferenda remittatur ad eum, ad quem collatio, prouisio, vel institutio spectabit. Hæc tamen appellatio interposita interim non impediat, aut suspendat, quominus electio per ordinarium, primo loco facta interim demandetur executioni, & prouisus ab eadē Ecclesia causa appellationis huiusmodi pendente non amoueatur. Et si quis à sententia per iudicem appellationis lata duxerit appellandum, is tunc ad Sedem ipsam Apostolicam appellabit. Si secus in præmissis omnibus & singulis actum, aut attentatum fuerit, irritum decernimus, & inane. Volumus autem quod præsentium præsumptis manu alicuius notarij publici subscriptis, & sigillo alicuius personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem prorsus fides in iudicio, & extra adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ, quodque literæ ipsæ Cameræ Cancellariæ Apostolicarum, & audientiæ causarum Palatij Apostolici valuis, & in acie Campi Floræ dimissis inibi copiis publicatæ, & affixæ omnes, ita afficiant, & arctent, ac si illis personaliter intimatæ fuissent. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ declarationis, statuti, decreti, reseruationis, prohibitionis, inhibitionis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorū Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurū. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo sexagesimosexto. Quintodecimo Kalend. Aprilis, Pontificatus nostri anno secundo.

Quam constitutionem Pij V. sanctissimus D.N. Gregorius XIII. audita † relatione Congregationis respondit, non habere locum, nisi in his diœcesibus, in quibus fuit coacta synodus diœcesana, & in eis, iuxta formam *cap. decimo octauo, sessione 24.* fuerunt deputati examinatores, & ita Anas. Germo *de indultis Carnalium. §. quibusuis, numero 8.* ait Cardinalem Carrafam. 9. Mar. 1589. respondisse Episcopo Volaterrano. 4

Circa quod decretum † Concilij, & constitutionē Pij V. oportet aliqua dubia scitu digna, & in praxi occurrentia breuiter explicare. 5

Et in primis † dubitatur, an sede Episcopali vacante capitulum, seu eius vicarius possit facere concursum ad parochiales vacantes, & ad ipsum spectet obire illa munia, quæ Concilium vbi supra statuit obeūda ab Episcopo, seu eius vicario, cum parochialis Ecclesiæ vacatio contigerit. 6

In quo probatur † affirmatiue ex regula tradita supra 5. *par. cap. 7.* quod capitulum sede vacante fungitur vice Episcopi, & succedit in his, quæ sunt iurisdictionis ordinariæ, exceptis casib. in iure expressis, & iurisdictio data à Concilio Episcopis circa cōcursum parochialium est ordinaria ad tradita per gloss. *verb. Specialiter. in l. 1. C. ne liceat potentiorib.* & Doctores *in l. morte. ff. de iurisdictio. omnium iudicum, & in cap. licet de officio ordin.* & Couarruu. *libro 3. variar. capite 20. numero 1. versiculo, & id deducitur,* & ita post hæc resoluit Molina *de iust. tract. 5. disp. 11. numero 11.* 7

Et ita in terminis † censuit S. Congregatio Concilij, per quandam declarationem factam ad instantiam Capituli Toletani, anno 1577. sede Archiepiscopali vacante, quæ sic se habet: *Obseruanda in examinibus faciendis per collatione parochialium sede cathedrali vacante, in primis capitulum nullam sibi hisce examinibus authoritatem vindicauit, sed constituit officialem, & vicarium infra octo dies post mortem Episcopi, prout mandat Concil. Trident. sessione 24. cap. 16. Secundo is vicarius sic constitutus obibit illa omnia munia, quæ Concilium sessione 24. cap. 18. statuit obeunda ab Episcopo, seu eius vicario, cum parochialis Ecclesiæ vacatio contigerit. Tertio, & in specie statim habita notitia vacationis Ecclesiæ, & ante quam vllum fiat examen, constituit idoneum in ea vicarium cum congrua fructuum portionis assignatione reseruatis reliquis fructib. iis, quibus vere debebuntur, hic autem vicarius sic positus eiusdem parochialis onera sustinebit, donec de rectore prouideatur. Quarto postea per edictum publicum vocabit eos omnes, qui voluerint examinari pro obtinenda ea parochiali vacāte. Quinto, deinde examinabit eos, qui concurrerint adhibitis etiam aliis examinatoribus, saltim tribus, quorum vota si paria, aut singularia fuerint, accedere possit ipse vicarius quibus magis ei videbitur. Sexto, curabit idem vicarius, vt singulis annis in diœcesana synodo probentur examinatores saltim sex, ex quibus tres ipse eliget, eosque congregabit, qui secum examen perficiāt ad singulas vacantes parochiales, & si duo vel vnus tantum ex dictis examinatoribus, etiam cum vicario, vel omnes tres, atque etiam sex absque vicario seipso congregauerint, ac examen perfecerint, nullam erit. Et si ex dictis sex examinatoribus, aliqui intra annum suæ electionis mortui fuerint, tota facultas examinandi una cum vicario ad superstites, etiam vi-* 8

nus

nus tantum supereſſet, expectabit eo anno durante. Septimo, ſi contingat ſequentibus annis nullos examinatores eligi in ſynodo diœcesana, illi ſex, qui ſemel præcedente anno ex decreto Concilij fuerint electi, pro legitimis habeantur, etiam poſt lapsum ſuæ electionis, & ſic in officio ſuo perseuerare poſſint, donec alij ſeruata forma Concilij fuerint electi, & ſi ex dictis ſex examinatoribus aliqui mortui fuerint, curabit vicarius, vt lapso anno alij in locum mortuorum ſufficiantur, ſeu eligantur in ſynodo diœcesana, aliquin qui ſupererint, pro legitimis non habeantur. Octauo, examen, & approbatio pro legitimis non habeantur, ad parochiales vacantes, ſi antea ad alias parochiales, quæ prius vacauerint, fuerit facta, ita vt non ſufficiat, quem iudicatum fuiſſe idoneum præteritis menſibus, aut annis ad aliquas parochiales, ſed ſemper opus ſit nouo examine, & noua approbatione ad ipsã parochialem, de cuius collatione ſingulis vicibus agetur. Nono, examinatores ex pluribus examinatis, non vnum ſolum, ſed plures, quos iudicauerint idoneos, ſignificabũt vicario, & ex iſtis pluribus per examinatores iudicatis, non ipſi examinatores, ſed ſolus vicarius eliget, quem cæteris magis idoneum iudicauerit; hæc enim facultas nullo modo examinatoribus competit, cum ſoli Episcopo à Concilio ſit attributa, cuius loco erit vicarius ſede vacante. Decimo, ipse etiam vicarius ſolus, absque examinatoribus ſcribet literas ad S. dominum noſtrum, ad quem collatio parochialis ſpectabit, quibus præcipue teſtabitur vacaſſe parochialem, propoſitum fuiſſe edictum, & ex examinatis fuiſſe tot idoneos à tribus ſaltim examinatoribus iudicatos, ſe vero ex iſtis idoneis talem cæteris magis idoneum iudicaſſe, & elegiſſe. Vndecimo Capitulum, aut decanus cathedralis Eccleſiæ, nullum ius ſibi vendicet proponendi edictum, aut deputandi, ſeu eligendi, vel conuocandi coram ſe examinatores, nec iubendi, aut curandi, vt coram ſe, aut examinatoribus deputatis ab eo examen fiat, minus eligendi magis idoneum, aut literas teſtimoniales de eo ſcribendi, ſed hæc omnia, vt ſupra dictum eſt, exequetur partim ſynodus diœcesana, partim vicarius ſede vacante conſtitutus, quem capitulum omnino, vt ſupra quoque in principio iniunctum eſt, conſtituere debebit, ex d. cap. 19. Duodecimo, Multo magis idem capitulum abſtineat à conferendo parochialem vacantem in commendam temporalem ei, qui magis idoneus fuerit iudicatus, maximeque etiam caueat, ne concedat omnes fructus ipſius parochialis eidem dicta commenda durante, quoniam Concilium hæc omnia prohibuit, dum ſtatuit debere Episcopũ, ſtatim habita notitia vacationis parochialis idoneum in ea vicarium, cum congrua fructuum portione conſtituere, quod munus, vt ſupra quoque dictum eſt, obibit præcise vicarius ſede vacante deputatus, cauebitque etiam ipse à dicta commenda, & conceſſione omnium fructuum, & illud quoque interdictum ſciet, ne eum quem magis idoneum ipse iudicauerit, conſtituat vicarium in parochiali, aut ei quoquo modo præficiat, donec collatio fiat, ſed debebit omnino à principio vacationis, & ante quam vllum examen fiat, conſtituere in ea alium vicarium, qui curam animarum interea gerat, donec parochialis fuerit à ſede Apoſtolica collata magis idoneo.

9 Quæ declaratio † eſt ſumme notanda, & licet loquitur de examinibus, & concurſu faciendis pro collatione parochialium ſede cathedrali vacante, procedit etiam in examinibus, & concurſu faciendis per Epiſcopum, ſeu eius vicarium ſede plena, nam quoad formam examinis & concurſus, non eſt aliquid ſpeciale in capitulo, ſeu eius vicario ſede vacante.

Ex † qua declaratione §. 3. apparet primo ſtatim habita notitia vacationis parochialis conſtituendum eſſe in ea idoneum vicarium per Epiſcopum, ſeu vicarium ſede vacante, quod procedit etiam in parochialibus ſpectantibus ad collationem aliorum, vt infra dicemus, 3. dubio, n. 127. 10

Circa quod aduertenda † eſt quædam declaratio S. Congregatio. ſuper d. c. 18. quæ ſic ait: *Licet conſtituere Vicarium tempore vacationis ad cuſtodiam Eccleſiæ vacantis, ſpectet ad Epiſcopum, tamen in caſibus repentinis, ſi vicaria eſt ad præſentationem alicuius* Collegij, *illum poteſt conſtituere quam primum, donec Epiſcopus certior ſit factus, & prouiderit.* Non † tamen intelligas, quod collegium iſto caſu poſſit dare iuriſdictionem alias non habenti, & approbationem ad Sacramentum Pœnitentiæ adminiſtrandum, &c. ſed ſolum poteſt illum ponere ad cuſtodiam, &c. 11 12

Sed ſtatim offert † ſe difficultas quorſum tendant illa verba Concilij, d. cap. 18. ibi: *Si opus fuerit.* nam ſemper videtur eſſe opus vicario, ad quod reſpondetur cum declaratione S. Congregationis ſuper d. c. 18 quę ſic ait: *Quo pacto ſuccurrendum erit parochialis curæ, quando onus nemo ſubire duxerit. Poſtremo quærendũ erit, quorſum huiusmodi verborum, ſi opus fuerit, tendat intellectus; cum continuo locus, vbi animarum curæ imminet, ſacerdote, ſacrorumque adminiſtratione indigeat, donec loco prædefuncti alius inſtituatur. Congregatio reſpondit, ordinarium omni diligentia vti debere, vt aliquem inueniat, qui velit, & poſſit hoc munus obire, qui ſi reperiri nequiuerit, ſaltim illud curare, vt aliqui mercenarij diurni, vel hebdomadarij, aut vicini parochi curam animarum interea exerceant. Ad ſecundum, eo nempe, quia in eadem Eccleſia poſſent adeſſe miniſtri ſacramentorum, qui interea curam quoque illam, quæ ad defunctum ſpectabat, exercerent, vel aliqui vicini parochi libenter idem præſtarent, aut alij ſimiles casus euenirent, quibus appareret, non opus eſſe conſtituere alium vicarium.* 13

Secundo † apparet *ex d. §. 3.* vicarium eſſe conſtituendum cum congrua fructuum portionis aſſignatione, vt inquit S. concilium *d. c. 18. ibi, Cum congrua eius arbitrio fructuum portionis aſſignatione,* circa quæ † verba, aliàs S. Congregatio ſic cenſuit: *duorum aureorum pro ſingulis menſibus visa fuit congrua portio. Secunda, hoc ipsum poteſt ſede vacante capitulum, quod ſi in portionis aſſignatione grauamen intulerit, poterit nouus Episcopus corrigere. Tertia, fructuum portio conſtituenda parochiarum Eccleſiarum vacantium vicario curam exercenti quousque ad nouam inſtitutionem deueniatur, an referri debeat ad ſolam ipſius ſuſtentationem, aut ad ipsarum vacantium annuum valorem, vel ad ipſius vicarij qualitatem, & quid ab ordinario ſuper præmiſſis erit agendum, & portio hæc vnde ſumenda ſit, quando conſtet fructus eſſe conſumptos, aut ſtantes, ita tenues ſint, vt vicarij ſuſtentationi non ſufficiant. Congregatio reſpondit ad hæc omnia referendam ad congruã portionem, & ſtipendium arbitrio ordinarij, & ſumendam ex fructibus percipiendis, niſi aliquæ perſonæ ſint iure obligatæ ad ſupplendum alsunde.* 14 15

Vnde recte † reſpondit Nauar. *conſ. 5. de officio ordinarij*, quod vicario parochiali vacanti ſimpliciter dato, non omnes fructus, ſed congrua portio arbitrio ordinarij iuſte determinanda debetur, nec Epiſcopus à principio poſſet omnes eidem aſſignare, niſi omnes eſſent neceſſarij ad congruam portionem. 16

Nec tollit dicta † prima declaratio, quin ſi pro loco, & tempore videatur plus neceſſarium ad con- 17

gruam portionem, quam duorum aureorum pro singulis mensibus assignari possit, non enim in hoc potest dari certa regula, omni loco & tempore.

18 Tertio apparet † *ex d. §. 3.* quod vicarius sic positus parochialis onera sustinebit, donec de rectore prouideatur, vt inquit ipsum Concilium, qui etiam debet habere custodiam, & administrationem omnium bonorum ipsius parochialis, vt inquit quoque Cõcilium *d.c. 18. vers. alioquin* & censuit S. Congregatio: ibi: *Idoneum in ea vicarium, qui vicarius debet habere custodiam, & administrationem omnium bonorum, vt infra*, vers. alioquin vicarius. *etiam Ecclesiæ, cuius institutio non ad Episcopum, sed ad inferiorem spectaret, non obstantibus his, quæ traduntur per DD.* in c. cum vos. de offic. ordin.

19 Aduertendum est † tamen circa prædicta, quod deputatio vicarij, seu œconomi cum congrua fructuum portionis assignatione, donec de rectore prouideatur per eum, ad quem spectat, non est de forma concursus, & prouisionis, ita vt alias non valeat, quidquid vellet Rota in vna Dertusen. parochialis de Tibisa. 12. Febr. 1593. coram D. Penna supra adducta 4. *p. capitulo 3. ad fi.* Quæ † tamen in eadem causa coram D. meo Corduba 24. Nou. 1595. hoc admittit, & respondet ad dictam decisionem D. Pennæ, vt videre est in decis. D. cordubæ adducta *d. capitulo 3. ad fin.*

21 Quarto apparet † ex *d. §. 3. & 12.* parochialem vacantem, non posse conferri in commendam temporalem ei, qui magis idoneus fuerit iudicatus, & electus, interim quod affert bullas Papæ, vt dictum est 4. *p. c. 4. n. 15* nec posse interim constitui vicarium in ea, aut ei quoquo modo præfici. Quod † etiam fuit declaratum pro parte Episcopi Placentini, Anno 1593. vt in sequenti declaratione, *Illustriss. & Reueren. Do. vacante parochiali Ecclesiæ in mense ad S. Pontificem reseruato Episcopus Placent. habito concursu ex dignis digniorem elegit, supplicatur pro parte eiusdem Episcopi sequentia declarari. Primo, si potest in dicta parochiali constitui vicarius, qui vti dignior ad parochialem nominatus est. Secundo, si potest magis idoneus in commendam temporalem dictam parochialem habere. Tertio, si virtute mandati Episcopi, potest antequam sit facta ei à Papa collatio, capere possessionem parochialis. Quarto, si dignior ante confirmationem potest fructibus parochialis gaudere sub prætextu Rectoris, commendatarij, seu vicarij. Quinto si facit contra formam Concilij agendo aliquid ex supradictis, tam Episcopus mandans, quam dignior obediens. Sexto, si faciendo contra Concilium, an amittat aliquod ius, si forte ei competebat ex nominatione, ex eo quod ante confirmationem se immiscuit in administratione parochialis. Ad primum Congregatio Cõcilij censuit statim habita notitia vacationis parochialis debere Episcopum constituere vicarium idoneum, & sic non esse expectandum tempus, quo dignior ad ipsi parochiali præficiendum nominatus sit. Ad secundum, minime posse. Ad tertium, pariter non posse. Ad quartum, ante collationem non posse fructus percipere, nisi vti administratorem. Ad quintum, facere contra Concilij decretum. Ad sextum, prouisum Apostolicũ apprehendentem possessionem beneficij literis nõ expeditis ex Iulij III. constitutione amittere beneficium, siue ius ad illum habentem, ac ad aliud obtinendum de cætero inhabilem effici.* Quam declarationem vidi in forma authentica manu Illustrissimi Cardinalis Matthæi, eiusque sigillo munitam.

23 Quamuis in his † Regnis Castellæ ei particulariter in hoc Episcopatu contrarium seruetur, & male, quod tamen in hoc Episcopatu videtur iam emendatum.

Et quod dictum est † videtur conforme, ex *c. auaritiæ. de elect. in 6.* quod procedit in quibuslibet beneficiis, vt dicitur infra 11. *par. cap. vltim. dub. vlti. numero 216.* 24

Ex quo etiam † textu videtur, non posse digniorem electum ante collationem fructus percipere, etiam vti administratorem, etiam si antea esset constitutus administrator, Ioannes And. *ibi*, & Dominicus, *num. 4.* & Franchus 1. Quamuis contrarium velle videatur dicta declaratio Placentina *ad 4.* Cui responderi potest, illud ibi esse obiter dictum, & non principaliter resolutum. Vnde etiam videtur, quod is non poterit esse Vicarius, etiam si antea esset talis constitutus. 25

Non videtur valere † consuetudo contraria, Abbas *in cap. transmissam. num. 3. de election.* Franchus *in d.c. auaritiæ. n. 2.* Dominicus *in c. eum qui. §. insuper. nu. 7. de præben. in 6.* & ibidem Franchus *n. 5.* Selua *de beneficiis. 2. par. quæst. 15. num. 4.* Rochus *in c. fi. de consuet. sect. 5. n. 41.* Gigas *de intruso, sub nu. 25. 6. fallentia*, Rebuff. *in praxi super reg. de subrogan. collitigan. gl. 4. n. 8. & reg. 29.* Cancel. *versic. secundo etiam.* Lamber. *de iure patron. 2. par. 2. lib. quæst. 5. art. 11. nu. 7. & 8.* Cuchus *in institutionib. maioribus libro 4. titul. quarto, numero 3.* 26

Quamuis consuetudo † ista videatur excusare à pœna priuationis beneficij, seu iuris, de qua *ibi*, Ancharanus *consil. 51. cum aliis.* vt per Alexand. *consil. 107. lib. 2. seu 8. lib. 6.* Rochum *in d. c. final. de consuetud. in princip. n. 35. & sect. 6. n. 19.* Rebuff. *vbi supra.* Probum ad Monach. *in c. 1. de clericis non residen. in 6. nu. 39.* & Flam. Paris. *de confiden. q. 5. n. 24.* Ludo. Gom. *in c. 1. de constitution. in 7. n. 131.* Farin. *in praxi crimin. 3. part. quæst. 95.* & Villar del patronado de Calatayud, 4. *part. §. 3. n. 1.* 27

Nam consuetudo etiam mala, † non tamen euidenter mala tribuit iustam causam ignorantiæ, & qui facit illud, quod alij faciunt, excusatur, & puniri non debet, qui communi iudicio non peccat, vt ibi per eos. Et consuetudo inualida, & irrationibilis nondum reprobata excusat à pœna, Felinus *in c. ex tenore. de rescrip. n. 12.* Nauar. *consil. 29. de sent. excommunicationis nu. 9.* 28

Vnde qui haberet in † eo malam fidem & conscientiam læsam, vt quia sibi constaret, consuetudinem non esse bonam, vel saltim de eo dubitaret, non excusaretur à pœna priuationis, de qua in dicto capite auaritia, maxime, in foro conscientiæ, in quo irrationabilis consuetudo non excusat, Ludo. Gom. *supra.* 29

Sed est difficultas, an † dato, quod magis idoneus iudicatus, & electus ad parochialem in concursu, ex eo quod in ea administrauit vt Vicarius contra supradicta, amitteret ius sibi competens, ex *d. c.* auaritiæ, gratia, & prouisio de illa à Papa ei facta, sit valida, etiam non facta mentione de dicta intrusione, seu administratione. 30

Et videtur inualida † ex doctrina Abbatis *in capit. qualiter. de election. nu. 8.* Petri Baisij *in directorio electionum. 2. part. c. 8.* & Cuchi *lib. 4. titul. 1. num. 147. & seq.* Et ex hoc capite fuit Romæ impetrata parochialis oppidi de Ontiueros huius diœcesis Abulensis, quamuis non habuit effectum impetratio, sed tandem fuit concordatum inter partes, concordia confirmata per Papam. 31

Nihilominus † videtur esse valida, nam prædicta non vi- 32

non videtur vera intrusio, ex quo non administrat tanquam titularis, & sic non intrant, nec applicantur *dicta vndecima parte, cap. vltim. dubio vltim. à numero* 224. Nec potest dici gratia surreptitia, nam non narrat parochialem sibi esse debitam, sed solum exhibet suam approbationem, & literas testimoniales Ordinarij, & ex clausulis generalibus fit gratia, etiam si alias specialiter, vel generaliter reseruata existat.

31 Nec rursus † his instrat constitutio trigesima tertia Iulij Tertij, de qua supra 4. *parte, capite* 2. *à numero* 47. Quia illa loquitur de apprehendente possessionem beneficij virtute supplicationis, literis non expeditis.

34 Sed verius est † huiusmodi possessionem esse inualidam per surreptionem, quia exhibendo, & significando Papæ, electionem de se factam ab Ordinario in concursu, videtur etiam significare habere aliquod ius ad Ecclesiam parochialem.

Quinto apparet ex dicta † declaratione Toleta-
35 na, §. 4. per edictum publicum vocandos esse, qui voluerint examinari pro obtinenda parochiali vacante.

36 Sed hoc † recipiendum est, vbi Concilium prouinciale id statuerit, vt fecit Concilium prouinciale Toletanum, factum anno 1566. *act.* 2. *decret.* 24. & Compostellanum, factum anno, *action.* 2. *decret.* 3. nam Concilium Tridentinum, *dicto capit.* 18. *versic. & si Episcopo.* id relinquit arbitrio Episcopi, vel synodi prouincialis, & ita docet Nauarrus *consilio quarto de præbend.*

Respondit † S. Congregatio Concilij Episcopo
37 facien. his verbis: *Congregatio censuit, faciendum examen per concursum, quoties contigerit vacare parochialem ecclesiam: nec ideo à decretis Concilij Tridentini recedendum erit, quod rixæ, & tumultus oriantur, & alia forsan peiora sequantur: quod vero ad propositionem edicti publici attinet, hoc totum positum esse arbitrio ipsius Episcopi faciat, necne, nisi prouincialis Synodus aliquid circa hoc præcise statuerit, quod obseruandum erit.* Alia. *Congregatio Concilij censuit, propositionem edictorum publicorum relictam esse arbitrio Episcopi, vel synodi prouincialis.*

38 Quamuis † Cerola *in praxi Episcopali* 1. *parte, verbo, parochia.* §. 22. *dubio*, & Cechus *de republ. Ecclesiastica, capite* 28. *de paroch. sub numero sexto*, dicant, edictum esse necessarium ex dicta Bulla Pij V. & declaratione S. Congregationis, dicentibus, collationem parochialis, factam sine examine per concursum esse nullam. Sed falluntur, nam edictum non est præcise necessarium ad concursum, qui sine edicto fieri potest, vt in dicto decreto Concilij.

39 Edictum autem † apponendum erit ad summum cum termino viginti dierum, cum succedat loco nominationis ab Episcopo faciendæ, ad quam ex d. Concilio præfixum est tempus decem dierum, nec vltra alios decem dies prorogari potest ex dicta constitutione Pij V. *versic. prohibemus etiam*, quod similiter in edicto dicendum est, vt vltra alios decem dies prorogari non possit, Cerola *dict.* §. 2. 3. *dubio*, & Cechus *sup.* Et † sic erit accipiendum dictum decretum
40 Concilij prouincialis Compostellani, vbi statuitur, quod Episcopi intra quindecim dies à tempore notitiæ vacationis per publicum & necessarium edictum conuocent omnes quotquot voluerint examinari, quod in valuis Ecclesiæ Cathedralis, & Ecclesiæ beneficij, & vbi alias Episcopo visum fuerit per viginti dies, vt minimum præfigatur sub censuris & pœnis contra eos, qui tale edictum, vel tollere, vel delere ausi fuerint.

Qui terminus † edicti currit, ex quo tam in val- 41
uis Ecclesiæ Cathedralis, quàm Ecclesiæ beneficij præfixum est, iuxta dictum decretum Concilij Compostellani, & sic expectandum erit, quod labatur terminus, ex quo vltimo præfixum est.

Nec est necessarium, quod edictum † stet affixum per illorum viginti dierum spatium, sed est arbitriũ quanto tempore debeat manere affixum, Cerola *d.* §. 2. *dubio.* Et † sufficit, quod Nuntius, vel Notarius 42
referat, quod edictum fuit affixum in loco, licet non dicat quanto tempore stetit, ad Bart. *in extrauag. ad reprimendum. verb. publice.* Maran. 6. *par. membr.* 1. *de citation. numero* 96. & ita practicatur. Et illa verba decreti Concilij Compostellani, *Per viginti dies, vt minimum præfigatur*, designant terminum edicti, non tempus affixionis, quamuis Cechus *dict. numero* 6. *circa finem.* dicat, quod edictum debet stare affixum per totum tempus illius. Debet † etiam apponi 43
dies affixionis, & propositi edicti, vt sciatur, an intra terminum, vel post terminum sit factum examen, vt in decisione Toletana parochialis, 3. Iulij 1595. coram domino Seraphino infra adducta, *dubio* 20. & 26. Decembr. 1597. coram domino Corduba infra adducta. *dub.* 21.

Et quamuis † Cerola *d. §.* 1. *dubio.* dicat, quod edi- 45
ctum ipsum prius debet legi publice, & postea affigi, ex Bartol. & Marant. *supra*, tamen id etiam non est necessarium, nec seruatur, sed sufficit, quod affigatur. Et *Clem.* 1. *de iudic.* quam allegat Bartolus loquitur in longe diuersis terminis: & accedit quod tradit Vantius *de nullitate ex defectu citationis, numero* 135.

Sed est difficultas †, si edictum cum maiori termi- 46
no viginti dierum ponatur, an ideo vitietur prouisio parochialis. Et videtur, quod non, quia licet faciat Episcopus contra prohibitionem Concilij, & dictæ constitutionis, assignando maiorem terminum, tamen id non videtur pertinere ad formam necessariã prouisionis, sicut nec deputatio Vicarij idonei, &c. Sed quod soium erit nullum edictum quoad excessum termini vltra viginti dies, ex dicta constitutione Pij V. & consequenter non essent oppositores legitimi, nisi qui se opponerent intra viginti dies, & non post.

In contrarium † tamen, nempe, quod vitietur 47
prouisio, & sit nulla, facit, nam edictum positum à principio cum maiori termino viginti dierum, videtur in totum nullum ex dicta constitutione Pij V. & eius decreto irritante, nam forma est indiuidua, Decius *consil.* 532. *num.* 5. & in simili de locatione rerum Ecclesiæ vltra triennium, diximus supra 2. *par. c.* 1. *num.* 56. & consequenter prouisio videtur nulla, tanquam facta sine edicto valido requisito, ex Concilio prouinciali. Et † tunc non esset edictum 48
nullum in totum, quando à principio positum esset cum termino competenti, & postea prorogaretur vltra viginti dies, tunc enim sola prorogatio, vtpote de per se, & separatim facta, esset nulla ad regulam, *vtile per inutile non vitiatur, libro* 6. Nihilominus † tamen in proposito ex æquitate, & mente Pa- 49
pæ, verius videtur edictum positum etiam à principio cum maiori termino viginti dierum, non esse nullum in totum, sed quoad excessum, & sic qui se opposuerunt infra viginti dies legitimos esse op-

positores, non vero qui postea se opposuerunt, nisi quando infra viginti dies nullus se opposuit.

50 Rursus est difficultas † per quod tempus, seu cum quo termino debeat poni edictum, vbi Concilium prouinciale illud requirens, non designat tempus, vt Concilium prouinciale Toletanum supra.

Et videbatur ponendum esse, saltim cum termino decem dierum, ex dicto decreto Concilij Tridentini, & constitutione Pij V.

51 Nihilominus tamen † dicendum est, tempus esse arbitrarium arbitrio boni viri, modo non excedat viginti dies, ad *l.1.ff. de iure deliberandi.* nam dictum decretum Concilij ad nominationem faciendam, nõ assignat præcise decem dies, sed eos, aut aliud tempus ab Episcopo præscribendum.

52 Sexto † apparet ex d. declaratione Tolet. §.5. examen ad parochiales vacantes debere fieri cum examinatoribus saltim tribus. quod patet ex ipso Concilio dicto *cap.*18. ibi: *Non paucioribus, quam tribus,* & notat Petrus Ledesma 2. *par. summæ, tract.*7. *cap.* 1. 7. *conclusione circa* 13. *difficultatem.*

Circa quod Sacra Congregatio Concilij declara-
53 uit, † quod *non statuit, præcise, vt examinatores sint tres, sed quod non possint adesse pauciores tribus, ita quod si tres sunt tantum examinatores, vota non possint esse paria, sed singularia, quando singuli singulos approbant. Declarauit etiam, quod tres examinatores etiam adhiberi debent in parochialibus modici valoris. Declarauit rursus, quod satisfactum erit huic decreto, si tertius examinator examinauerit, & sit præsens in approbatione, licet votum suum non explicauit.*

54 Septimo apparet † ex dicta declaratione Toletana, *d.* §.5. quod si vota examinatorum paria, aut singularia fuerint, accedere potest Episcopus, seu Vicarius quibus magis ei videbitur, vt patet ex ipso Concilio, *vers. transacto.*

Nam † vt censuit S. Congregatio, *Episcopus tan-*
55 *tum, vel eius Vicarius habet votum decisiuum in hoc*
56 *casu.* Et † ita Flaminius Parisius *de resignatione beneficior. lib.*8. *quæst.*9. *num.*105. *&* 106. ait, per S. Congregationem fu isse resolutum, examen esse faciendum coram Episcopo, vel eius Vicario absque ipsorum voto decisiuo, & tantum eos posse accedere, vbi vota sunt paria, vel singularia, quod etiam ait Cechus *d. n.*6. *&* 7.

57 Accedit etiam † alia declaratio S. Congregationis quæ sic ait: *An si existentibus quatuor examinatoribus singuli examinati dimidiam tantum suffragiorum reportarunt, ex non approbatis Episcopus aliquem possit facere approbatum, Congregatio censuit, posse.*

Quæ accessio Episcopi † seu Vicarij videtur debe-
58 re fieri in ipso examine, seu coram ipsis examinatoribus simul congregatis, & non separatim, nam approbatio, vel reprobatio eorum, qui examinantur, non potest fieri separatim, sed examinatoribus simul cum Ordinario congregatis, vt in *dict. vers. trãsact. & in versic. sequenti aduenient.* Quamuis † elec-
59 tio ex approbatis facienda ab Episcopo ex versiculo, peracto deinde examine, possit ab eo fieri ex post facto, & separatim, cum ad ipsum solum spectet, vt diximus infra *vers.*13. apparet.

Illud autem quod dicitur de votis singularibus,
60 quod † Episcopus, seu Vicarius possit accedere, quibus magis videbitur, non procedit, quando singuli examinatores approbant vnum, quẽ alij reprobant. nam tunc reuera non sunt vota singularia, vt in seq: declarat. S. Congregationis. *Prima vtrum stantibus verbis Concilij, tbi:* Quorum votis, si pares, aut singulares fuerint, &c. *& si ex trib. examinatoribus quilibet eorum vnum approbauerit, & alij duo approbatum ab altero reprobauerint, accedente Episcopo vni, vincat alios duos reprobantes, ex quo sunt numero pares probantium & reprobantium. Congregatio respondit, non vincere, & neminem istorum videri approbatum. Secunda. Item, an idem dicendum sit, quando sunt quinque examinatores, & quilibet eorum approbat vnum ex examinatis, & cæteri quatuor reprobant approbatum ab altero Episcopo vni illorum accedente, ex quo vota sunt singularia, an iste, cui accedit Episcopus, sit præferendus, & sic vnus ex examinatoribus cum Episcopo vincat alios quatuor reprobantes. Idem respondit Congregatio. Tertia. Similiter, si vnus tantum compararet ad se examinandum coram tribus examinatoribus, vno illorum approbante, cæteris reprobantibus, an illi accedere possit Episcopus. Respondit Congregatio, non posse, & examinatum dici reprobatum.*

Sed iuxta hoc succedit difficultas, quando dican-
61 tur † vota singularia, vt Episcopus possit accedere, quibus magis videbitur, supposito quod examinatores debent esse tres ad minus, vt dictum est.

Respondetur, quod † cum ex tribus examina-
62 toribus vnus approbat vnum, quem alter reprobat, & alter non approbat, nec reprobat, tunc dicentur vota singularia, vt Episcopus possit accedere quibus magis videbitur.

Vnde videtur † falsum, quod ait Petrus Ledesma
63 §. quod si tres examinatores fuerint diuisi in suis votis, potest Episcopus, vel Vicarius accedere cui voluerit, & si duo fuerint pro vna parte, & alius pro alia, potest etiam Episcopus, vel Vicarius accedere parti, cui voluerit, quod est omnino falsum, nam si duo sunt pro vna parte, & vnus pro alia, non sunt pares, nec singulares, &c.

Octauo apparet † ex d. declar. Toletana. §. 6. de-
64 bere singulis annis in diœcesana synodo, quam etiã Capitulum, seu Vicarius eius sede vacante facere potest, deputari, & probari examinatores, saltim sex qui debent proponi, seu nominari ab Episcopo vel Vicario, & à Synodo approbari, &c.

Ex quibus Episcopus, vel Vicarius debeat † sal-
65 tim tres eligere, vt secum examen perficiant ad singulas parochiales vacantes, quod est satis conforme Concilio dicto *c.*18. *vers. examinatores*, & notat Ledesma *supra.*

Vnde infertur, quod si pauciores † quàm sex, puta
66 quatuor, vel quinque examinatores in synodo deputantur, non erit legitima deputatio, & consequenter examen & concursus cum illis factum erit nullum tanquam factum contra formam Concilij, vt tenuit Rota in vna foro Sempronien. parochialis 15. Ian. 1593. coram Domino Mantica, quam infra adducam *num.*133.

Et aduertendum est, debere † deputari in syno-
67 do, vera, & formali, quæ est congregatio legitima, quam facit Episcopus cum clericis sibi subditis in sua diœcesi ad tractandum de his, quæ curę pastorali incumbũt, & de expectantibus ad reformationem & bonum regimen Episcopatus, vt per Botteum *de Synodo* 1. *p. numero quinto & tertio in principio. per totum.*

Vnde non sufficeret † congregari clericum ad
68 effectum solum nominandi examinatores iudices, Syno-

Synodales, prout audiui factum esse in hoc Episcopatu Abulen. in quadam sede vacante, tunc enim reuera non deputantur in Synodo, & sic examen, & concursus, cum eius factum esset nullum.

69 Nono apparet † ex *d. §. 6.* quod si ex sex examinatoribus aliqui intra annum mortui fuerint, aut alias abfuerint, tota facultas examinandi vna cum Episcopo, vel Vicario ad superstites spectabit eo anno durante, etiamsi vnus tantum supereresset, quod etiam est conforme Concilio *d. versic. examinatores* nam Synodus diœcesana non debet nisi singulis annis congregari, vt *in capit. 2. sess. 24. de reformatione.*

Sed statim offert † se difficultas, quid si intra an-
70 num mortui sint, vel abfuerint. In qua dicendum videbatur, Episcopum eo casu posse per se ipsum examinatores deputare, & nominare absque celebratione Synodi, quæ, vt dixi, non debet nisi singulis an-
71 nis celebrari. Nam † vbi forma præcise seruari non potest, & impleri, sufficit actum facere eo modoquo fieri potest, Aimon *consil. 12. num. 2. & consil. 177. numero quinto.* cum aliis adductis per Tiraquell. *de legibus connubialibus. glossa 6. numero sexto. 32. & 69.* & Flamin. Paris. *de resignatione beneficiorum, libr. 7. quæstio. 5. nume. 19.* & in decisione Placentina parochialis, coram D. Lita. 26. Nouembr. 1539. infra adducta sub *num. 90.*

Verum cum † anno 1593 apud S. Congregatio-
72 nem Concil. propositum esset pro parte Episcopi Ciuitaten. sequens memoriale. *In Episcopatu Ciuitaten. fuerunt deputati examinatores Synodales, iuxta S. Concilij formam, & intra annum faciendi aliam synodum, omnes mortui sunt, ante finem anni, quasi in medio parochialis vacant, supplicatur declarari, an Episcopus solus illi prouidere possit, præcedente publico edicto cum examinatoribus nominatis ab eo, qui tamen non sint pauciores tribus. Sic responsum est. Sanctus Dominus noster Clemens VIII. decreuit, hoc in futurum obseruari, quando omnes examinatores Synodales intra annum eorum deputationis mortui fuerint, nempe, vt Episcopus ex examinatoribus antiquis Synodalibus, si fuerint, subroget alios non pauciores numero sex, & si non fuerint tot examinares Synodales antiqui, qui ad hunc numerum ascendant, tunc Episcopus eligat illos, qui fuerint, ac alios suppleat de nouo, approbatos tamen à Capitulo vsque ad numeri prædicti complementum: verum si nulli antiqui Synodales examinatores superstites fuerint, tunc Episcopus omnes nouos examinatores probitate, ac scientia idoneos, qui à Capitulo probati sint, non pauciores præfato numero substituat & veniente vacatione cuiuslibet parochialis Ecclesiæ Episcopus debebit ex præfatis examinatoribus eligere tres, qui cum eo examen iuxta decretum Concilij* ca. 18. sessio. 24. *perficiant, officium autem omnium prædictorum examinatorum Synodalium subrogatorum expiret, cum primum aduenerit tempus nouam Synodum iuxta* cap. 2. sessio. 24 *celebrandi.* Hieronymus Card. Matthæus.

Apparet ex dicta declaratione † Toletana *di. §. 7.*
73 examinatores semel deputatos, quorum officium nō expirare cum morte Episcopi, alias S. Congregatio censuit, & notat Petrus Ledesma *supra*, pro legitimis esse habendos, & durare etiam post annum suæ electionis, donec alij, seruata forma Concilij fuerint electi, dummodo sex supersint, at si pauciores supereressent lapso anno, alios in loco mortuorum esse eligendos in synodo diœcesana, aliàs, qui supererunt, pro legitimis non esse habendos. Quod est conforme Concilio *dict. vers. examinatores.* quod vult adesse sexsaltim examinatores synodales, vt occurrente vacatione parochialium, tres ex illis eligat Episcopus, vel Vicarius, qui cum eo examen perficiant. Et ita est intelligendum quod dicit Ledesma *supra.* Et † intellige non solum alios in loco mortuorum esse 74
tunc eligendos, sed etiam de nouo eligendos in synodo illos. qui supererant, vel alios loco eorum, vel saltim illo, esse relinquendos pro examinatoribus, sicut antea, vt videntur relinqui, si solum in loco mortuorum, alij eligantur, ita, vt maneat numerus saltim sex examinatorum. Vnde † etiam apparet contra de- 75
cisionem Rotæ foro Sempronien. infra adductam, *n.* 133. non requiri pro forma, quod examinatores singulis annis deputētur in synodo, dummodo post annum, saltim sex remaneant.

Sed hic se offert † dubium, an idem sit in iudici- 76
bus synodalibus in terminis, *Cap. 10. sess. 25. de reformat.* vbi Concilium statuit in singulis Conciliis prouincialibus, aut diœcesanis aliquot personas designari, vt præter Ordinarios, iis causæ delegandæ cōmittantur, & si aliquem interim ex designatis mori cōtigerit, substituat Ordinarius loci cum consilio Capituli, alium in eius locum vsque ad futuram prouincialem, aut diœcesanam Synodum, ita vt habeat quæque diœcesis quatuor saltim iudices synodales, quibus causæ à quolibet Nuncio vel Legato, atque etiam à Sede Apostolica committantur, &c. an si tot non adessent, alij essent legitimi iudices synodales.

In quo dicendum videtur, tunc recte posse à Nū- 77
tio, vel Legato causas aliis committi, cum non adsit numerus à Concilio requisitus, quamuis committā-tur iudicibus synodalibus, recte etiam possit rescriptum illis præsentari, quia verum est, esse in synodo deputatos, nec est prohibitum, causas illis committi, cum aliàs habeant etiam qualitates, iuxta *c. statutum. de rescript. in 6.*

Ex quibus colligitur, † Episcopum, seu Capitu- 78
lum sede vacante in locum examinatorum defunctorum, vel absentium alios deputare non posse, nec intra annum, nisi omnes deficiant, vt dictum est *numero 70. & seq.* nec post annum etiamsi omnes deficiant.

Quamuis iudicibus † in Synodo prouinciali, vel 79
diœcesana designatis iuxta dictum *c. 10. sess. 25.* si aliquem interim ex designatis mori cōtigerit, datur ibi facultas Ordinario ad substituendum cum consilio Capituli alium in eius locum, vsque ad futuram prouincialem, aut diœcesanam Synodum. Quæ † ta- 80
men facultas substituendi videtur solum intelligenda, quando nondum aduenit tempus faciendæ Synodi, & transibit in Capitulum sede vacante.

Et ita inter alia † respondit S. Congregatio Con- 81
cilij Episcopo Segobien. vndecimo Iulij 1590. ad 14. an. deficientibus examinatoribus synodalibus, vel ipsis impeditis, Episcopus, vel Capitulum sede vacāte alios possit creare, donec synodus habeatur, censuit ita non posse.

Et Episcopo Placentino sic † responsum est, *Il-* 82
lustriss. & Reuerend. Domin post S. Concily Trid. publicationem fuit in Episcopatu Placentino prouinciæ Compostellanæ diœcesana Synodus congregata de anno 1586. per Episcopum pro tempore existentem, qui in ea synodales examinatores elegit quorum interuentu & concursu seruato Parochiales pro tempore vacante, iuxta formam S. Concily prouisæ fuerunt fere vsq; ad annum

1581. *vacante autem quadam parochiali eodem anno* 1581. *post eius vacationem nouus Episcopus accepit possessionem Episcopatus, qui vnum synodalem tantum in diœcesi viuum inuenit, reliquis præmortuis, & alio in remotis agente. Et cum in hac S. Congregatione non semel responsum sit, prouisionem parochialium sine concursu, & synodalibus non valere, maxime, in ea diœcesi, vbi Concilium publicatum, & receptum est, & synodus diœcesana iam congregata, formaque Concily in prouisione parochialium obseruata, si post lapsum annum congregandi synodum non fuerit congregata, nec examinatores synodales electi, & dictus modernus Episcopus hoc considerato synodum congregauit, & cum examinatoribus ibi deputatis prouidit, humiliter supplicatur pro parte Episcopi Placentini sequentia declarari. Primum, an prouisionem dict. parochialis necesse fuerit, dict. Episcopo Synodum congregare, & examinatores eligere, & cum illis in concursu parochialem prouidere, vt fecit. Secundum, an si non feciſſet, sed iudices nominasset, vel cum solo illo viuente concursum, & examen faceret, an prouisio valeret, nam hoc non videtur S. Congregatio admittere, nisi quando tempus congregandi synodum nondum aduenit, vel vbi post S. Concil. nulla fuerat Synodus congregata, quod cessat in casu nostro.* Resp. *Perillustriss. & Reuerendiss. do. vti fratri Episcopo Placentino, perillustriss. & Reuerendiss. Dn. vti frater ad duas dubitationes, quæ amplitudinis tuæ nomine per libellum his literis adiunctum propositæ fuerunt Congregationi Illustriss. Cardinalium Trident. Concily interpretum id responsum datum fuit, videlicet, ad primam vtique necesse fuisse, ad alteram minime quidem valuisse. Hæc fuit de vtroque proposito ipsorum Cardinalium sententia, qui Amplitudini tuæ omnia prospera & salutaria à Domino precantur, Romæ, die 28. Aprilis, 1593. amplitudinis tuæ perillustris & Reuerendissime vti frater, Hieronymus Card. Matthæus.*

83 Et ita etiam in † vna Toletana sic responsum est, *Illustriss. & Reuerendiss. Domini supplicatur Illustriss. & Reuerendiss. D D. vestris ad effectum videndi, si prouisiones factæ de parochialib. præuio infrascripto examine & concursu teneant, vel potius sint nullæ, & ad sedem Apostolicam deuolutæ, stantibus tribus examinatoribus, vel pluribus synodalibus in vltima Synodo ab annis 14. vel circiter celebrata deputatis, & stante obseruantia d. Synodi vltimæ in illa diœcesi fuit factum examen, & concursus cuiusdam parochialis ab aliis examinatorib. ab Ordinario, vel eius Vicario deputatis, non interueniente in d. examine, nisi vnico dictorum examinatorum synodalium in dicto Synodo deputatorum. Quæritur, an dictum examen & concursus factus fuerit contra formam Concily Trident. ac proinde prouisio dict. parochialis taliter ab Ordinario facta fuit nulla, & Sedi Apostolicæ reseruata. Congregatio Concily censuit, esse nullam collationem, & ex constitutione S. memoriæ Pij V. Sedi Apostolicæ reseruatam esse Hier. Cardin. Matthæus.*

84 Et in vna † Sasenat. sic responsum est. *Illustrissimi, & Reuerendissimi Domini, ex parte Capituli Sasenaten. supplicatur Illustrissimis & Reuerendissimis Dominationibus vestris sequens dubium declarari. super c. 18. sess. 24. Concil. Triden. quæritur, an ex sex, vel pluribus examinatoribus synodalibus in vltima Synodo deputatis, vno, vel duobus tantum stantibus, deficientibus reliquis, concursus facti pro parochialibus prouidendis, illo vno, vel duobus illis non interuenientibus, sed aliis examinatoribus ab Ordinario extra Synodum deputatis, sint contra formam Concily Tridentini, & prouisiones dictarum parochialium ab Ordinario taliter factæ sint nullæ, & Sedi Apostolicæ reseruatæ. Congregatio Concily censuit, huiusmodi prouisiones veluti factas, non seruata forma Concily, esse nullas, & collationem earum parochialium esse ex constitutione sanctæ memoriæ Pij V. Sedi Apostolicæ reseruatam* 1596. *Hieronym. Cardin. Matthæus.*

Nam in istis † duabus declarationibus Toletan. & 85
Sasenaten. non ex eo solum, sic responsum est, quod non interuenerunt examinatores synodales stantes, post annum enim non stantibus saltim sex, illi non erant legitimi, vt supra dictum est, sed ex eo præcipue, quod Ordinarius non potest examinatores deputare absque Synodo.

Quamuis Rota in vna Litteren. Archipresbytera- 86
tus, 6. Iunij, 1582. coram Domino Blancheto, & in Placentina parochialis de Malpartida, 20. Decembris, 1585. coram Domino Pamphilio, adducta *parte seq. cap. 2. numero 23.* Et in eadem coram Dom. Lita: 29. Nouembr. 1593. Et in vna Pampilonen. de Munnain, 23. Iannarij, 1591. coram Dom. Bubalo, & 29. April. eodem anno coram Dom. Pamphilio tenuerit, deficientibus examinatoribus in Synodo deputatis, posse Episcopum deputare examinatores absque celebratione synodi, vt in decisionibus sequentibus.

Litteren. † Archipresbyteratus 6. Iunij, 1582. co- 87
ram D. Blancheto. *Dubitatur in causa Litteren. Archipresbyteratus, an Institutio Ferdinandi sit ritè & rectè facta, & Domini 6. Iunij, 1582. dixerunt. institutioni Ferdinandi enim obstare nonnulla deducta per Decium, quod non fuerit ipse examinatus ab examinatoribus nō deputatis in synodo diœcesana, cum synodus non fuerit facta, non vitiat institutionem, vbi enim forma seruari non potest, sufficit actum facere eo modo, quo fieri potest, Aymon consil. 177. numero 5. & cap. 12. numero 2. Et placuit simile deductum ex Dd. in l. turpia. §. 1. ff. de lega. 1. quod statutum mandans mulieres debere contrahere cum consensu consanguineorum, intelligitur, quatenus adsint in loco contractus. Secundum obiectum pariter reiecerunt circa citationem personalem Decij, cum ipse comparuerit die 12. Septembris, & asserat ad suam notitiam deuenisse edictum Episcopi, ex quo comparuit, tollitur omnis defectus Quo vero ad tertium, videlicet, quod examen fuerit factum extra terminū in edicto præfixū, domini dixerūt, quod si in beneficiis de iure patronatus, quando plures sunt nominati, non requiritur examen per concursum, defectus iste non obstat, quia per examen & approbationem nullum infertur præiudicium, si autem requiritur, domini inclinabant pro nullitate: quomodo autem Concilium hoc casu venat intelligendum, cum Rota non possit illud interpretari sine commissione speciali, consulant Illustriss. D. Cardinalem Carrafam, addiderunt tamen, quod in institutione Ferdinandi veniebat citandus Decius, nisi sibi obstet protestatio, quod nolebat comparere coram ipso, quod pendet à iustitia cuusæ recusationis, de qua erit particulariter discutiendum. Quatenus tamen dicta institutio ex prædictis non subsisteret, Domini censebant, non esse ex hoc extinctum ius ex præsentatione Ferdin. adquisitum, sed locum esse nouo concursui. Pampilonen. parochialis de Munnain, 23. Ian. 1591.*

Coram D. Bubalo.

Vna † *tantum parte informante proposui dubium in* 88
hac causa, an sententia de partib. lata in fauorē D. Andreæ

dreæ de Luquin, sit confirmanda, vel infirmanda, & Domini dixerunt, sententiam esse confirmandam, quia cum duo concurrant ad huiusmodi parochialem, nempe, Andreas, & Mar. de Torres, & Andreas fuerit repertus idoneus, & approbatus ab examinatoribus deputatis ab Episcopo & Martinus fuerit declaratus per eosdē examinatores inhabilis, iuste protulit sententiam Ordinarius ad fauorem Andreæ, declarando, illum esse instituēdum. Quæ sententia est conformis dispositioni S. Concilij Trid. c. 18. sess. 24. Nec refert, quod Martinus fuerit præsentatus à maiori parte patronorum, quoniam hoc casu quando præsentatus à minori parte est habilis & idoneus, præfertur inhabili præsentato à maiori parte c. dudū. el primero. de election. vbi Abbas vltimo notabili. Rochus de Curte de iure patronatus verb. honorificum. q. 16. n. 47. Lambert. eo. tr. lib. 2. part. 3. q. 4. art. 5. n. 2. ea ratione, quia præsentatio facta de inhabili est nulla. Minus obstat, quod examinatores non sint deputati in Synodo diœcesana, prout requirit Concilium Trid. quia non existentibus examinatoribus deputatis in Synodo sufficiunt examinatores deputati per Ordinarium, vt fuit resolutum in pluribus causis à sacra Congregatione S. Concilij Trid. & Domini hoc firmarunt in causa Litteren. Archipresbyteratus coram R. P. D. Blancheto, 6. Iunij, 1582. Reseruarunt Domini videndum, an stante appellatione interposita per Martinum à dicta sententia, ipse sit admittendus ad nouum examen.

89 In eadem † 29. Aprilis, 1591. coram Domino Pamphilio.

Domini fteterunt in resolutis coram bonæ memoriæ D. Bubalo, non obstantibus depositionibus testium de nouo examinatorum, qui licet dicant in Synodo conuocata de anno 1587. per quendam Petrum de la Fuente prædecessorem moderni Episcopi fuisse nominatos sex examinatores, subdunt tamen, quod propter contradictiones & appellationes Capituli, & clericorum Ecclesiæ Pampilonensis, Synodus non fuit conclusa, nec perfecta, vnde sequitur, quod dicti examinatores non censeantur Synodales, ita quod eorum prætermissio vitiet examen, cum in condendis constitutionibus in Synodo diœcesana necessario requiratur consilium Capituli, cap. quanto. & ibi Hostiensis de iis, quæ fiunt à Prælatis, Archidiacon. & Geminian. in summa, distin. 18. Abbas in capit. cum consuetudinis, n. 5. de consuetudin. Decius in c. cum omnes. 2. lect. col. 3. de constitut. cum aliis per Henriq. Botteum, trid. Synodo, part. 3. numero 137. qui testatur de communi, & tenuit Rota sub die 30. Martij anni præteriti in causa Hispal. Synodi coram bo. mem. D. Bubalo, quod eo magis videtur admittendum in hoc casu, quia vt iidem testes asserūt, obseruantia non recepit tales examinatores pro Synodalibus, sed tam præfatus quōdam Petrus de la Fuente, quam etiam modernus Episcopus semper nominarunt examinatores l. illud vbi Bald. de excusation. tutor. Decius consi. 344. n. 2. Et tales nominati semper fuerunt habiti, & tenti pro valide deputatis, ad leg. Barbarius. ff. de offic. Prætor, quod etiam videtur admisisse ipse Martinus, qui acquieuit huiusmodi deputationi, & passus est se ab illis examinari, absque eo quod numquam allegauerit, illos non esse synodales, & maxime, quia ex trib. examinatoribus adhibitis in approbatione Andreæ duo fuerunt nominati in Synodo, alius non bene probatur, quod non fuit nominatus: imo primus testis dicit, se credere fuisse Synodalem, & non bene probatur, quod de tēpore examinis alij essent in rerum natura, vt deducitur per informantes pro Andrea.

Placentina † parochialis de Malpartida 29. Nouem. 1593. coram D. Lita. 90

Præsupposito quod in diœcesi Placentina fuit Synodus celebrata de anno 1566. post S. Concilij Tridentini publicationem, in qua fuerunt nominati tredecim examinatores synodales, eo quod de tempore vacationis parochialis de Malpartida, omnes illi obierant præter vnum, & quod à dicto anno 1566. vsque ad idem tempus anni 1582. nunquam fuerat alia Synodus celebrata, fuit dubitatum, an tunc Episcopus ad effectum prouidendi de parochiali, de qua agitur, & alijs potuisset deputare nouos examinatores absque celebratione Synodi, & conclusum fuit, eum potuisse. Primum, quia cum eo tempore, non adessent examinatores synodales, de quibus loquitur Sacrum Concil. Tri. sess. 24. c. 18. de refor. potuit Episcopus non obseruata forma Concilij prouidere; nam vbi forma à lege inducta non potest præcise impleri, tunc illa remittitur, & actus aliter factus sustinetur, Roman. cons. 431. nu. 5. cum aliis adductis per Aymonem cons. 177. n. 2. & Tiraquell. de legib. connubia. gl. 6. & n. 6. & 32. & 69. Rolan. cons. 81. num. 25. & seq. lib. 1. & cons. 43. num. 36. lib. 2. & cons. 30. n. 3. lib. 3. & Alciat. in l. 1. n. 41. de liber. & posth. Concilium enim loquitur cum præsupposito, quod examinatores synodales existant; ergo cessante hoc præsupposito, cessat eius dispositio, vt notatur in l. mancipia. C. de seru. fug. & ibi Fulg. & Salic. n. 3. Decius cons. 201. num. 2. & Ruinus cons. 55. in fin. libr. 3. & cons. 83 nu. 5. lib. 5. & Soc. iun. cons. 154. num. 22. lib. 3. Secundo, quia quando constitutio inducit nouam formam, & illa de facto non potest obseruari, veluti, quia non adsunt personæ, vel qualitates requisitæ, sufficit, quod actus fiat eo modo, quo prius fieri poterat. cap. quia propter. & ibi Abbas n. 12. de elect. Idem Abb. post Ioannem Andream in consil. 15. n. 12. lib. 2. & in cons. 1. num. 11. de elect. Aymon. cons. 12. n. 2. cum seq. Quare Episcopus, vt cum synodalibus examinatoribus, qui nondum erant deputati, non potuit de parochialibus, vt concilium disponit, prouidere, potuit per se ipsum examinatores deputare, sicut ante concilium hoc ei permissum fuit, vt in cap. accepimus. & ibi gloss. verb. examinari de ætate & qualitate. quod eo facilius Dominis placuit esse recipiendum, quia in casu proposito Episcopus, qui intra tempus constitutionis non prouidit de parochiali, vult se excusare à deuolutione, vt ius habeat conferendi; vnde non potest ad commodum cedere, quod debet in pœnam potius retorqueri. ca. & si necesse. de donation. inter virum, atque ita ex sua negligentia non debet Episcopus commodum reportare, non enim negligentibus subuenitur, sed necessitate rerum impeditis. l. non enim negligentib. ff. ex quibus cau. maior. nam cum adhuc ipse esset intra annum sibi constitutum ad Synodum faciendam, potuit vel extra synodū examinatores deputare vt dictum est, vel saltim, si eos non deputauit, potest ei negligentia imputari, quia erat in eius potestate Synodum intra sex menses perficere, & ideo impedimentum, quod potuit adhibita diligentia remouere, eum non excusat. l. sed si per prætorem. §. hæc clausula, sed non ad eos. ff. ex quibus caus. maiores. gloss. in c. quia diuersitatem, verb. suspensionis ibi, Et hoc, quod tempus istud non currit, de cōcess. præbend, Barto. in l. quibus diebus, in princip. &

ibid. Socin. nu. 3, de cond. & demonst. Ruin. conſ. 15. n. 5. lib. 4. *Et hanc opinionem communem dicit Socin. iun.* conſ. 76. n. 79 & 80. lib. 2. *& ex his ad ea, quæ obiiciuntur, colligitur reſponſio. Neque obſtat decretum irritans Concilij, quia fuit à Dominis reſponsum, illud tanquam acceſſorium eſſe intelligendum, ſecundum ea, quæ ſunt diſpoſita. Puteus* deciſ. 309. n. 2. & ſeq. lib. 1. *Caſſad.* dec. 10. n. 4. ſuper regulis Cancel. *Nec etiam obſtat, quod: Epiſcopus non potuerit ante celebrationem Synodi prouidere de Eccleſijs parochialibus propter defectum examinatorum ſynodalium, quia ſatis eſt, eum potuiſſe examinatores deputare. Nec iuſtum dicitur eſſe impedimẽtum, quod ex culpa propria procedit,* capit. 1. de ætate & qualit. *Gemin.* conſil 42. nu. 12. & ſeq. & conſ. 42. n. 1. verſic. & ex prædictis apparet. *Neque ad rem pertinet, quod ad excusandum Epiſcopum etiam deductum eſt ſex tantum dies fuiſſe elapsos poſt ſemeſtre præſtitum Ordinarijs ad conferendum Eccleſias parochiales, ex conſtitutione feli. record. Pij V. quæ eſt in ordine 32. Quia Domini dixerunt tempus conſtitutionis ad vnguem obſeruari oportere.* l. ſcire oportet. § quando autem eſt, *ibi,* non alibi audietur, quam ſi conſtitutum tempus. ff. de excuſat. tut. *& notat Felin.* in c. cum dilecta. n. 6. de reſcript. *& Curt. Iun.* conſ. 66. num. 4. *& Rot.* in conſ. 144. n. 6. lib. 4.

91 Et idem etiam † tenuit Rota in vna Volaterr. parochialis, 20. Maij, 1591. coram D. Gipſio, *vbi fuit reſolutum propter erroneam expreßionem factam in edicto, quod parochialis erat reſeruata, non eſſe locum reſeruationi, nec conſtitutioni Pij V. quia talis expreßio tanquam non neceſſaria, non vitiat.* l. teſtium. Codic. de teſt. *Et qui impugnat prouiſionem Ordinarij, quia non fuit factus concurſus coram examinatoribus ſynodalib. quemadmodum fieri debere in edicto dicebatur debere oſtendere, cum ſit fundamentum ſuæ intentionis, tunc temporis affuiſſe examinatores deputatos in Synodo, & in locum examinatorum Synodalium defunctorum potuiſſe Epiſcopum examinatores deputare, probari, tum ex Epiſtola Cardinal. Carrafæ, tum ex deciſionibus Rotæ in ſimilibus cauſis factis, præsertim, in Pampilo. parochialis. 28. Apr. præteriti coram Domino Pamph.*

92 Sed magis conformis † Concilio videtur ſententia S. Congregationis, nam lapſo anno, defectus examinatorum contingit culpa ipſius Epiſcopi non facientis ſynodum, in qua illi deputentur vt diſponit S. Concilium *in d. c. 2. & in d. c. 18. ver. examinatores.* & ſic defectus iſte culpa ſua & negligentia contingens, non excuſat eum ab obſeruatione formæ, & ſic ceſſat ratio Rotæ, facit regula *l. in iure ciuili. ff. de reg. iuris. & l. iure ciuili, ff. de condition. & demonſtrationib. & l. in executione. §. fina. ff. de verbor. obligationibus,* & quæ dicuntur infra 11. *part. capit. 3. num. 36.* & ita tenet Azeuedo *conſil 9. à numer. 31.* vbi loquitur *in cap. ſede vacante.*

93 Quod procedit etiam ſi Epiſcopus † de nouo veniat ad Epiſcopatum, vt in caſu dictæ cauſæ Placentinæ, nam ſi annus celebrandæ Synodi eſt elapſus ſtatim ſibi currit tempus celebrandi, annus enim faciendi ſynodi non currit à tempore captæ poſſeſſionis Epiſcopatus, vt videtur in dicta deciſ. Placentina coram Lita, ſed ab vltima Synodo, vt clare patet ex decreto Concilij *d. c. 2. & d. c. 18. verſic. examinatores.*

Sententia tamen Rotæ † poſſet procedere in ter-
94 minis dictarum deciſionum Litteren. quam ſequitur Flamin. Pariſ. *d. lib. 7. q. 5. nu. 2.* & Pampilonen. nempe, an beneficiis iuriſpatronatus laicorum, à quibus præſentati, ſi non ſunt examinatores ſynodales, poterunt examinari coram aliis ab Ordinario deputatis, ex d. ratione Rotæ, quod vbi forma à lege inducta præciſe ſeruari & impleri non poteſt, ſufficit factum facere eo modo, quo fieri, poteſt, & culpa, & negligentia Epiſcopi in non faciendo Synodum, non debet nocere patronis, & præſentatis ab eis.

Pro quo facit † alias reſolutio Rotæ in vna Ca- 95
ſalen. parochialis 9. Nouemb. 1597. coram D. Seraphino, in qua fuit reſolutum, *quod licet inſtitutio parochialis fuit nulla ob non ſeruatam formam Concilij Tridentini.* ſeſſ. 24. c. 18. *vt in ſpecie cenſuit Congregatio concil. tamen præſentatio facta per patronos in tempore fuit valida, & per illam queſitum præſentato ius ad rem conſiderabile, quod cenſetur præſeruatum per clauſulam,* dummodo non ſit alteris ius quæſitum, *vt fuit reſolutum in cauſa Aſtoricen. Archidiaconatus coram Sanctiſſimo, & ideo potuit Rota inſtituere illum præſentatum, ſeruatis ſeruandis* per Clem. auditor, de reſcript. *nec d. præſentatio annullatur per conſtitutionem Pij V. ſuper collatione parochialium, quia Bulla, quæ venit in executionem Concilij, loquitur retentis iiſdem terminis, & ſic in prouiſionibus Epiſcoporum, & aliorum inferiorum ordinariorũ, & non de patronis præſentantibus, nec debet culpa Epiſcopi patronis nocere, vt fuit alias reſolutum coram D. Robuſterio. Facit* cap. ſi confirmationes. *vbi DD.* de election. in 6. *Neque obſtare, quod ille ſe ingeſſerit in adminiſtratione ante validam inſtitutionem, & ſic inciderit in* cap. auaritiæ, de elect in 6. *quia cum eſſet in poſſeſſione vigore inſtitutionis Ordinarij, ceſſat pœna* illius capit. *tum ratione bonæ fidei, tum etiam, quia in materia pœnali qualibet cauſa colorata excuſat, Decius* conſ. 452. n. 12. *Aymon* 18. n. 9. *& in terminis noſtris gl.* in c. fin. verſ. inanes, de elect. in 6.

Facit etiam quod in literis reſignationum paro- 95
chialiũ in forma dignum dici ſolet iuxta *conſtitutionem* Pij V. 162. quod examen fiat adhibitis examinatorib. ſynodalibus, ſi illic ſint, vt eſſe debent, alioquin ab ipſo Ordinatio nominandis.

Quo caſu eſt difficultas, † an ſi illic ſint exami- 97
natores, qui habentur pro ſynodalibus, tamen non ſunt illegitimi, vt quia ſunt deputati in genere, vel non ſunt ſex, &c. & coram illis tanquam ſynodalibus fiat examen in forma dignum, ſit validum. Et videtur, quod ſic, nam cum Ordinarius tunc poſſet illos eligere, ſeu nominare valebit examen factum coram illis, ſaltim tanquam electis ab Ordinario. Contrarium † tamen verius videtur, nam examen 98
fit cum illis tanquam ſynodalibus, & non tanquam electis ad illud ab Ordinario, & ſic intrat reg. *ca. cum ſuper. de offic. deleg.* quod potui, nolui, & quod volui, non potui.

II. apparet † ex d. declar. Tolet. §. 8. examen, & 99
approbationem in concurſu requiri ſemper pro forma ad ſingulas parochiales, quod eſt ſatis conforme d. decr. Concil. c. 18. & conſtit. Pij V. vbi adeſt decretum irritans, quod formam inducit, Bart. & alij *in l. non dubium. C. de legib.* & infra *dub.* 15. Facit etiam 1. declarat. Congregat. ſup. adducta *n.* 37. & † alia 100
quæ ſic ait: *An ſatis ſit eum quẽ Epiſcopus idoneũ iudicat, proponere examinandum abſque alio concurſu.* Reſp. Congre. non eſſe ſatis, imo decr. Conc. *teneri Epiſcopum plures nominare examinatoribus, & alios etiam ab aliis nominatores admittere, ſicque examen per cõcurſum omnino facere, prout ex Bulla Pij V. ſtatuitur,*

statuitur, exceptis illis casibus, in quibus præsenti decreto, versi. si tamen. *adeo permittitur, posse omitti examen per concursum, si Episcopus pro sua conscientia cum cõsilio deputatorum ita expedire arbitrabitur. Vnde apparet, parochiales vacantes per assecutionem aliarum, & resultantes ex alio concursu non posse absque nouo concursu & examine prouideri approbatis in præcedenti cõcursu, quamuis in Archiepiscopatu Toletano secus fiat, vt mihi relatum est.*

Vnde etiam apparet falsa † sententia Cerolæ *in praxi Episcopali, 2. par. ver. parochia. §. 1.* dicentis, quod 101 approbatus alias ad parochialem non debet examinari quoad literaturam, si concurrat solus, licet secus, si alij concurrant, & circa mores.

Vnde etiam ista forma † omitti non potest, etiãsi 102 Episcopus velit parochialem conferre personę quãtumcunque & notoriæ doctæ, idoneæ & benemeritæ, Fusc. *de visitat. lib. 2. c. 5. n. 10.* Cenedo *in collectan: 15. ad decretum. n. 5.* Fla. Paris. *de resignatione. lib. 8. q. 9. à num. 83.* & Cechus *d. n. 6.* & dictum est supra *6. p. c. 2. à n. 265.*

Vnde etiam eadem † Congregatio Concilij cen- 103 suit, quod *Episcopus vacante Ecclesia parochiali debet seruare formam examinis per concursum, licet velit eam Vicario conferre.* Et aliàs, *quod Doctor, siue Licentiatus in Theologia, siue in iure Canonico etiam in publica Vniuersitate graduatus, non excusatur ab examine, quando petit sibi prouideri de aliqua Ecclesia parochiali.* Et tradit Fla. Par. *d. lib. 8. q. 9. n. 8. & 91.* & Cechus *supra*, Cerola *dicta 2. parte. verb. Doctor. §. 1.* & Marc. Anton. Genuen. *in praxi Archiepiscopali Curiæ Neapolitanæ, cap. 65. numero 1. ad finem.* & post hæc Gonçalez *glos. 4. à numero 90.* & Prosper de Augusti. *in additione ad summum bullarij quarantæ. verb. parochialium beneficiorum collatio. quæstio. 1.* & Lessius *de iustit. & iure. lib. 2. c. 34. num. 82. 12.* Apparet † ex d. declar. Tolet. 104 *§. 9.* & Concil. *d. 18. vers. peracto.* requiri pro forma, quod examinatores renuntient quotquot idonei reperti fuerint, vt habetur etiam in declaratione Abulen. sup. adducta *5. par. c. 7. n. 11. ad 3.* & in alia Abulen. supra adducta *d. 5. par. cap. 8. sub num. 87. ad 7.* & in alia Abulen. infra adducenda sub *num. 295. ad 4.* & in alia declaratione super *dicto cap. decimo octauo*, quę sic ait: *Examinatores peracto examine debent eos ex communi sententia renunciare Episcopo, quos idoneos reperierint.*

Et debent facere † relationem, & approbationem 105 de omnibus, nõ solum quoad literaturam, seu scientiam, sed etiam quoad clericatum, seu ordinem, ætatem, legitimitatem, mores, &c. vt in d. versic. *Peracto deinde examine renuntientur, quotcunque ab his idonei iudicati fuerint ætate, moribus, doctrina, prudentia, & aliis rebus ad vacantem Ecclesiam gubernandam opportunis.* & notat P. Ledesma sup. quidquid velit Cerola, qui confuse loquitur, vt solet *1. p. verb. parochia. §. 2. dub. 10.* de quo dictum est sup. *6. par. c. 2. num. 236.* vbi ad hoc adduxi declarationes S. Congreg. & alia quæ sunt videnda.

Vnde videtur † peccare mortaliter examinato- 105 res facientes relationem, & approbationem solum quoad literaturam, etiamsi Episcopus ita velit, quia non adimplent, nec faciunt suum officium vt debent.

Et circa modum † dandi vota est quædam decla- 106 ratio sacræ Congregationis *d. cap. 18.* quæ sic ait: *Licet Concil. non expresserit, an vota examinatorum palam, aut secrete fieri debeant, magis tamen expedit, vt examinatores palam inter se sua vota conferant deinde notario iubeant, vt in actis suis simpliciter scribat, Titium approbatum idoneum, Seium vero reprobatum, vt Romæ fit.*

13. Apparet ex *d. §.* quod ex approbatis, & renun- 107 ciatis per examinatores solus Episcopus, vel Vicarius, & non ipsi examinatores, debet eligere magis idoneum, vt in declarationibus Abulen. supra cit. *nu. 104.* & in alia declar. super *d. c. 18.* quæ sic ait: *Item censuit Congregatio, non spectare ad examinatores, sed ad Episcopum eligere ex approbatis magis idoneum. Et in alia Perusi. & Barchinon.* quæ sic ait: *Sciendum, quod aliqui examinatores prætendebant, ad eos spectare idoneiorem eligere, & ita de facto plures fuerunt prouisi, quibus ex gratia Sanctissimus mandauit, vt expedirent nouas prouisiones. Et in alia Paduana, quæ sic ait. Per hoc decretum nulla vnquam facultas data est examinatorib. in electione idoneioris, ad ei beneficium conferẽdum, sed ea ad solum Episcopum spectat.*

Vnde ex approbatis † Episcopus suo iudicio, & 109 non ex votorum calculo, numero & collectione potest eligere, & debet eum, qui sibi magis idoneus videatur, vt aliàs censuit S. Congregatio super dictum *c. 10.* his verbis: *Singuli examinatores possunt & debent dare vota super qualitate cuiuslibet examinati, ex forma.* versic. transacto. *& Episcopus non ex collectione horum votorum debet eligere, sed ex* vers. peracto. *Examinatores debent solum renuntiare duos, vel tres, verbi gratia examinatos idoneos, deinde Episcopus absque votorum calculo, sed suo iudicio eligere debet digniorem.* Alia. *An si pluribus examinatis aliqui vltra dimidiam vocum fuerint consequuti, & sic approbati, & vnus omnia suffragia prospera reportauit, Episcopus facta per examinatores relatione possit, postposito illo, in quem omnia suffragia confluxerunt, alium ex eis eligere, qui vltra dimidiam partem votum habuerint, cum omnes approbati dicantur. Respondit Congregatio posse.*

Poterunt tamen † examinatores priuatim, præser- 110 tim, Episcopo petente, renunciare, quis sit magis idoneus, & ita cessat difficultas, quæ contra dicta se offerebat quomodo Episcopus intelliget, quem ex approbatis debeat eligere, vti magis idoneum, præsertim, literatura, si examinatores non debent renũciare, quis sit magis idoneus: nam nisi Episcopo id aliàs constet poterit & debebit priuatim se informare de hoc ab ipsis examinatorib. & aliàs, si nolit scire, quis sit dignior, sed solum, qui sint digni, peccat mortaliter, vt per Medinam, & Fr. Ludouicum Lop. infra citandos. *n. 112.*

Et sic procedit sequens † declaratio S. Congrega- 111 tionis, *Approbantibus licet examinatoribus aliquẽ tanquã magis idoneum in scientia, cuius tamen mores ignorantur, & habentibus alium non tam doctum, sed ab eis cognitum, & approbatum in morib. hic vltimus est præferendus.* Cui consonat alia, quæ sic ait: *Præferendus est minus doctus modo idoneus, quando eius mores sunt noti, & approbati, doctiori, cuius vita ignoratur.* Quam adducit Gonçal. *gl. 4. n. 112.*

Quamuis † Cerola *dict. §. 2. in principio.* & in dubio 112 velit ad examinatores spectare, renunciare, quis sit magis idoneus. Et quamuis Bart. Medina *in sum. lib. 1. c. 14. §. 32.* & cum eo F. Ludou. Lopez *instructo. conf. 1. tom. cap. 127.* dicunt, quod *examinatores ab Episcopo, vel Vicario, quibus beneficia prouidere incumbit, accersiti tenentur significare, & subscribere, quis sit dignus, & quis dignior, aliàs peccant mortaliter.* &c. & Pet. Nauar. *de recti. lib. 2. cap. 2. nu. 187.* inquit, *examinatores synodales teneri ex officio, & iustitia cõmutatiua*

melioremiudicare, &c. Quam & sententiam, quod examinatores ex officio teneantur nominare nō solum dignos, sed etiam digniores, alias peccent grauissime, dicit probabiliorem P. Ledesma *d. tract. 7. c. 1. 7. concl. 13. diffic.* nostram dicens probabilem, quæ tamen est certa ex Concilio, & dictis declarationibus.

113 Nec obstat† dicta constitutio Pij V. in qua principaliter fundatur Ledesma dicens, quod si examinatores iuridice non nominant digniorem, sed solum dignos nunquam poterit esse locus appellationi, de qua ibi ab electione digni, quam facit Episcopus, omisso digniori, quia nunquam poterit constare, quod Episcopus elegit dignum, omisso digniori. Respondetur enim, quod id non debet constare ex actis primæ instantiæ, nec ex examine facto coram Episcopo, sed ex examine faciendo coram iudice appellationis, & eius examinatoribus, vt expresse dicit dicta constitutio.

114 Nec contrarium† tenet Cechus *de repub. Eccl. d. c. 28. de parocho. n. 7. in princip.* qui ait, quod *per acto examine renuncientur, qui magis idonei, scientia, moribus, & ætate ad Ecclesiam regendam per fabas secretas, albas, & nigras, fuerint iudicati, ex quib.* Episcopus *eliget, quē cæteris magis idoneum iudicauerit, &c.* Non magis idoneos videtur intelligere, respectu eorum, qui non sunt idonei: quod patet, nam per fabas votatur circa approbationem, vel reprobationem vniuscuiusque examinati per fabam albam, approbando, & per nigram reprobando.

115 Apparet ex d. declaratione † Tolet. *§. 10.* ibi, *Ad quem collatio parochialis spectabit. & §. 12. in fin.* ibi: *Donec parochialis fuerit à Sede Apostolica collata, magis idoneo.* congregationem sentire, quod Capitulum sede vacante, etiam stante Concilio non posset facere collationem parochialium in quocunque mense vacarent, etiam secluſa reseruatione beneficiorum vacantium, sede Episcopali vacante, quæ tempore factæ d. declarationis non stabat. Quamuis ad illa verba, *Ad quem collatio parochialis spectabit*, posset responderi, quod intelligerentur, id est, si & quatenus ad eum collatio parochialis spectabit, *ad l. Stichus, qui meus erit, ff. de legat. 1.*

116 Ad quod etiam† facit alia declaratio super *d. c. 18.* quæ sic ait: *Datarius testatur Papam prouidere de beneficiis vacantibus in mensibus non reseruatis, sede Episcopali vacante, licet de his nulla habeatur relatio reseruationis, vel in corpore iuris vel in extrauagantibus, vel in regulis.* Quam declarationem videtur allegare Manuel Sa. *verb. Capitulum. n. 1.* dum ait, quod Capitulum sede vacante non confert beneficia, id enim Papæ reseruatum secundum declarationem Congregationis concilij, de quo diximus sup. *5. p. c. 7.* à *n. 79.* vbi vide.

§. 1. *De aliis dubiis.*

SVMMARIA.

An Vicarius Episcopi ex generali commissione absque speciali mandato possit facere concursū ad parochiales, & ex approbatis digniorem eligere. Resoluitur affirmatiue, n. 117. Quod procedit etiam vbi esset locus gratificationi inter plures approbatos, æquè idoneos. Nec per Conciliū id tollitur, etiamsi Episcopus nō sit impeditus. n. 119. Non tamen poterit Vicarius absque speciali mandato facere collationem parochialium magis idoneo electo. n. 120.

An concursus possit fieri ab inferioribus Episcopo, habentibus ius conferendi, à n. 121. resoluitur negatiue, & adducuntur declarationes S. Congreg. & Decretum Concily prouincialis Mediolan. 5. & num. 125. allegantur decisiones Rotæ, per quod tamen non tollitur præuentio inferiori competens in collatione. num. 126.

Deputatio etiam Vicarij spectat ad Episcopum, *seu Vicarium eius in parochialibus spectantibus ad collationem aliorum, n. 127. & in locis exemptis Vicarij electio ad eum spectat, ad quem spectat concursus ex S. Congregatione. n. 128.*

Limitatur prædicta resolutio, nisi inferior Episcopo sit nullius diœcesis, habens proprium & distinctum territorium, & omnimodam, & quasi Episcopalem *iurisdictionem, & ius congregandi synodum, à n. 129. vbi ponuntur declarationes S. Congregationis, & decisiones, & resolutio Rotæ id tenentis. Et idem videtur in inferiori exempto, licet non sit nullius diœcesis, habente tamen proprium districtum, & Episcopalem iurisdictionem priuatiue, & ius congregandi Synodum, n. 136. & n. seq. adducitur declaratio S. Congregationis. Et ita est intelligendum, quod dicit Ledesma relatus. n. 138.*

Eo ipso quod quis habet iurisdictionem quasi Episcopalem, *videtur habere ius congregandi Synodum, nisi aliud sit in contrarium. n. 139.*

Quamuis habeat ius congregandi Synodum, si nondum illam congregauit, aut examinatores non deputauit, spectabit concursus ad Episcopum, *intra cuius fines, seu diœcesim parochialis existit, seu ad viciniorem. n. 140. Quod tamen videtur cessare semel congregata Synodo, & in ea deputatis examinatoribus, licet illi extincti fuerint, sed tunc fieret deuolutio ad Papam. n. 141.*

Dispensationes subditorum inferiorum, qui sunt nullius diœcesis, & iurisdictionem quasi Episcopalem *habent, illis sunt committendæ, ex S. Congregatione, à n. 142. prius tamen coram datario docendum est habere dictas qualitates, vel esse in quasi possessione, vt ei committantur ex eadem S. Congregatione. n. 143. & idem videtur in inferioribus exemptis, habentibus quasi* Episcopalem *iurisdictionem, & proprium districtum, licet non sint nullius diœcesis, cum sint ordinarij. à nu. 146. Vnde etiam vicariis huiusmodi prælatorum poterunt committi, sub n. 147.*

An Episcopus *qui facit concursum ad parochiales spectantes ad collationem inferiorum, si ex approbatis reperit plures æque idoneos, debeat omnes illos eligere, vt inferior parochialem conferat cui maluerit, an vero possit* Episcopus *gratificare, & vnum solum eligere, à n. 148. Resoluitur, posse* Episcopum *vnum solum eligere, & respondetur cuidam declarationi S. Congr. quæ videtur contra.*

Intra quatuor menses à die vacationis notæ debet Ordinarius facere concursum ad parochiales spectantes ad collationem aliorum, & illis significare personas electas pro collatione obtinenda, alias omnimoda dispositio illis reseruatur. n. 152.

An Episcopus *possit facere cōcursū ad parochiales vacātes in mēsib⁹ reseruatis, vel alias reseruatas, seu affectas, nō obstātibus regulis reseruatoriis, resoluitur affirmatiue. n. 153. & n. seq. ponitur declaratio sacræ Cōgregationis. Et ita intelligitur, quod ait Nauarrus, parochiales esse ab omni reseruatione exēptas, scilicet ad effectum concursus tantum, non collationis, quæ à*

Papa

Papa facienda est. n. 155.

An in beneficiis vacantibus per resignationē debeat fieri concursus, à n. 156. *resoluitur, in resignatione simplici debere fieri, secus in resignatione in fauorem, in qua non requiritur examen per concursum, sed solum in forma dignum, & ponuntur declarationes S. Congregationis. Et idem in beneficiis resignatis ex causa permutationis, vt non sit faciendum examen per concursum.* n. 161.

An esto non requiratur examen per concursū in prouisionibus faciendis de beneficiis resignatis ex causa permutationis, requiratur tamen nouum examen ipsorum compermutantium coram examinatoribus synodalib. à n. 162. *Resoluitur, non requiri nouum examen, nisi fiat permutatio cum beneficio simplici, aut nisi esset magna inæqualitas numeri parochianorum, vel permutantes alias non fuissent examinati, ex sacra Congregatione, cuius declarationes ponuntur, & decretum Concilij prouincialis Mediolan. 5. Expediret tamen tunc fieri examen ante renunciationem.* numero 166.

In permutationibus tamen quæ fiunt coram Papa, semper committitur Ordinario in forma dignum. numero 167.

Circa parochiales obtentas ex regressu, ponuntur declarationes sacræ Congregationis. n. 168.

An in parochialibus litigiosis vacantibus habeat locum concursus, non obstante lite, à n. 169. *Resoluitur affirmatiue ex sacra congregatione, cuius declaratio ponitur. Electo tamen, & iudicato magis idoneo ab Episcopo, non potest fieri interim collatio de parochiali litigiosa ab Episcopo, seu alio inferiori, ad quem aliàs collatio spectaret.* num. 172. *Sed vel erit recurrendum ad Papam, vel expectandus finis litis.* num. 173. *Et talis electus si petierit, ad defensionem litis admittetur.* nu. 174.

An in beneficiis, quorum cura per plures administratur, sit faciendus concursus, à n. 175. *Resoluitur, esse faciendum ex Concilio, quamuis alias beneficia ista non dicantur curata, tamen ex authoritate Papæ, & sacræ Congregationis non esse receptum decretum Concily de concursu quoad ista beneficia, maxime in Ecclesia, vel collegiata.*

Poterit Episcopus Canonicos, seu capellanos ad exercendam curam animarum deputatos à Capitulo, vel aliis examinare, neque eis permittere absque eius approbatione curam exercere, licet ab immemorabili per eos exerceatur, absque examine, & approbatione Episcopi ex sacra Congregatione, cuius declarationes ponuntur n. 182. & n. 183. *ponitur alia, quæ declaratur* n. 184. *& alia declaratur* n. 185.

Quamuis Nauarr. dicat, quod si canonici, & capellani eo ipso, quod fiunt canonici & capellani, habent annexam facultatem exercendi curam, non potest Episcopus illos examinare, secus, si requiratur deputatio ad curam exercendam, tamen additio ibi ait, quod Congregatio, vt refertur absolute censuit, Episcopum posse eos examinare. n. 186. & seq.

Quamdiu tamen Episcopus eis non inhibuerit, ne altas curam exerceant, poterunt eam exercere absque examine & approbatione Episcopi, quando non requiritur deputatio, aliàs secus, n. 188.

Si cura animarum pertineret ad vnum canonicum ratione sui canonicatus, cui est annexa, in prouisione talis canonicatus esset faciendus concursus. numero 189. *vbi ponitur declaratio sacræ Congregationis.*

Si cura animarum toti Capitulo incumbens, transferetur in certam dignitatem, seu canonicum Ecclesiæ, prout fieri potest per Episcopum de consensu Capituli, ex sacra Congregatione, in prouisione talis dignitatis, seu canonicatus esset faciendus concursus. numero 190.

Et videtur faciendus concursus in prouisione beneficij simplicis alicuius Ecclesiæ parochialis habentis de per se administrationem curiæ in aliquo loco dictæ parochialis. n. 191.

An in prouisione dignitatum habentium vnitam parochialem, faciendus sit concursus. Resoluitur negatiue, cum vnio perpetuo & accessorie facta est. n. 192. *& declarauit S. Congregatio in declarationibus positis.* n. 193. *Sed si esset vnita æque principaliter, faciendus esset concursus.* n. 144.

An in dignitatibus habentibus curam animarum in Ecclesiis collegiatis faciendus sit concursus, resoluitur, quod non. n. 195. *vbi ponitur declaratio S. Congregationis. &* n. seq.

An in beneficiis regularibus curatis faciendus sit concursus, resoluitur negatiue. n. 197. *vbi ponitur declaratio S. Congregationis, &* nu. *seq. resolutio Rotæ, quod videtur procedere etiamsi sint solita commendari sæcularibus.* n. 199.

An qui se opponit post terminum edicti, possis & debeat admitti cum descriptis, præsertim, nondum facto examine, videtur resoluendum negatiue, n. 200. *Et idem videtur vbi non apponeretur edictum, sed examinandi nominati essent coram examinatoribus intra decem dies, aut aliud tempus ab Episcopo præscribendum.* n. 201. & seq. *vbi ponitur declaratio S. Congregationis.*

Id videtur limitandum, nisi in edicto diceretur, quod etiam post eius terminum admitteretur, qui vellet examinari, aut si decreto Concily prouincialis iubentis, apponi edictum, id caueretur, vt in Concilio prouinciali Toletano, n. 203. *& Concilio Compostellano censeat aliqui cautum esse.* n. 204. *Sed falluntur.* n. 205. *vbi illud explicatur.*

Nihilominus resoluitur esse admittendum re integra, n. 206.

An ad concursum possit admitti habens aliud curatum, resoluitur affirmatiue. n. 207. & seq. *vbi ponitur declaratio S. Congregationis, nec est in potestate Episcopi illum non admittere, nec valet constitutio contraria,* n. 209.

An Episcopus possit admittere ad concursum parochialium in suis manibus resignatarum consanguineos, & affines, aut familiares suos, vel resignantium, stante constitutione Pij V. 58. n. 210. *Resoluitur, non posse, vt censuit S. Congregatio.* n. 211. *Quod non procedit in vacatione per obitum, vel alias,* n. 212. & seq. *vbi ponitur decisio Rotæ.*

An si vnus tantum ad concursum apparuerit, debeat examinari, & ei si reperitur idoneus de parochiali prouideri, n. 214. *Resoluitur, quod sic, & adducuntur declarationes Sacræ Congregationis.* n. 215.

Si ex oppositoribus descriptis aliqui non compareāt ad examen in die pro examine & concursu deputato, nec se excusent legitime, poterit sine eis examen & concursus fieri. n. 216. & seq. *vbi ponitur declaratio S. Congregationis.*

Quid faciendum si semel edicto proposito nullus compareat, vel ex oppositoribus nullus repertus sit idoneus, num. 218. *Resoluitur, vt in declarationibus Sacræ Congregationis, positis* numero 219. *Circa quod etiam considerandæ sunt aliæ declarationes positæ.* numero 220.

An si facto concursu desistat magis idoneus, ex reliquis oppositoribus sit eligendus magis idoneus, an vero sit faciendus alius concursus de nouo, proposito nouo edicto, n. 221. *Resoluitur, quod si ante factam per Ordinarium electionem de magis idoneo, ille desistat, non est faciendus nouus concursus, sed ex reliquis eligendus est magis idoneus intra eundem terminum: si vero facta per Ordinarium electione de magis idoneo reperto, ille desistat, seu cedat, vel decedat non poterit eligi alius ex oppositorib. eiusdem concursus, sed faciendus erit nouus concursus, ad quem Ordinarius habebit nouum terminum, à die desistentiæ, seu cessionis, vel mortis ei notæ*, n. 222. & 223. *Id tamen intelligitur quando desistit, cedit, aut decedit ante lapsum quadrimestre, datum ad significandum Papæ, aliàs enim infra quadrimestre, non facta significatione, ad Papam deuoluitur*, n. 224.

An electio minus digni ex approbatis, omisso digniori, & prouisio parochialis subsequuta sit nulla ipso iure ex decreto Concily & constitutione Pij V. An vero sit inualida, à n. 225.

Et multis hic inde adductis contra Rotam, cuius decisiones ponuntur, resoluitur esse validam, nō obstante decreto irritante Concily, & constitutionis Pij V. quod inducit formam, nam non videtur referēdum ad prouisiones factas de minus dignis.

Vnde talis electus & prouisus videtur facere fructus parochialis suos, donec eius prouisio per iudicem appellationis reuocetur, & sic non est condemnandus in fructibus, nisi ad summum à tempore primæ sententiæ reuocatoriæ, & non à die motæ litis, vt dicebat Rota, nec à die intrusionis, vt videbatur, supposito quod prouisio esset nulla propter decretum irritans, num. 237. & 238

An & quando detur appellatio à mala prouisione, seu dispositione parochialis, à n. 239. *resoluitur, non dari appellationem à relatione examinatorum, nec ab eorum reprobatione, à mala tamen Ordinarij electione, dari appellationem, & adducitur declaratio sacræ Congregationis, & resolutio.*

Quod dictum est, non dari appellationem à reprobatione examinatorum, quod etiam de deuolutiua intelligitur, solum procedit in beneficus curatis, nu. 242. *Secus in simplicibus, in quibus licet præsentati à quibusuis Ecclesiasticis personis non debeant institui, nisi prius fuerint ab Ordinariis examinati, & idonei reperti, tamen à reprobatione examinatorum datur appellatiō suspensiua, non obstante* c. 9. sess. 25. vers. adhæc. n. 243. & seq. *Imo etiam in parochialibus iurispatronatus laicorum datur appellatio præsentatis, quando vnus solus est præsentatus: nec habet locum concursus à reprobatione examinatorum, sicut habenti gratiam in forma dignum*, n. 245.

Licet parochialibus detur appellatio à mala Ordinarij electione, est solum ad effectum deuolutiuum, nam non impedit, aut suspendit, quo minus executioni demandetur, & prouisus, pendente appellatione à parochiali non est amouendus. n. 246.

Etiam si contra eum sit lata sententia per iudicem appellationis, à qua ipse appellauit: nam ista secunda sententia non est executioni demandanda, pendente appellatione, quæ habet vtrunque effectum, sicut etiā quando conceditur gratia per Papam de parochiali, & adest certus possessor, datur appellatio suspensiua à sententia executoris. n. 247. *vbi quod procedit etiam quando examinatores sunt discordes.*

Lata prima sententia contra possessorem apud Curiam, parochialis, sequestrabitur, non obstante constitutione Pij V. quia loquitur in prima sententia Ordinarij. n. 248.

Tunc datur appellatio à mala Ordinarij electione, quādo aliàs seruata est forma Concily, illa enim non seruata, prouisio est nulla, & parochialis manet Papæ reseruata. n. 249.

Circa hoc de appellatione à mala Ordinarij electione, notanda est decis. Rotæ posita, nu. 250. *de qua late*, nu. 251 & seq. *Vbi quando sit locus huiusmodi appellationi, & an requiratur dolus Episcopi.*

An auditor Rotæ, cui commissa est causa appellationis, possit appellanti obtinenti conferre parochialem reseruatam. n. 253.

An quando electus cedit, vel decedit ante factum examen corā iudice appellationis, expiret ius appellantis. n. 254.

SEcundo principaliter dubitatur, an † Vicarius Episcopi ex generali commissione absque speciali mandato possit facere concursum ad parochiales, & successiue ex approbatis, digniorem eligere. In quo breuiter respondetur affirmatiue; nam regulariter Vicarius ex generali commissione potest exercere quæ sunt iurisdictionis, nisi in casib. exceptis, ad tradita sup. 5. *par. c.* 8. Et hic casus non reperitur exceptus. Facit etiam d. declaratio Toletana adducta sup. *in dubio præcedenti*, *n.* 8. 117

Quod procedet etiam †vbi esset locus gratificationi inter plures approbatos æque idoneos, ad tradita. *d. c.* 8. *n.* 88. 118

Nec obstat †Concilium *d. c.* 18. *vers. transacto.* ibi: *Ab Episcopo, siue eo impedito, ab eius Vicario generali.* vbi videtur velle Cōcilium ita demum Vicariū posse facere examen per concursum, si Episcopus sit impeditus, quia respondetur, per illa verba non tolli, quin coram Vicario possit fieri examen, etiam Episcopo non impedito, sed posita esse ad denotandum conuenire, quod ab ipso Episcopo, cessante impedimento, fiat examen, &c. & sic causa admonitionis. Et ita etiam accipiuntur illa verba, *vel eo impedito, &c. in c.* 12. *vers. prouisi etiam. sess.* 24. *de reform.* vt dicemus *c. seq.* 119

Non tamen poterit † vicarius absque speciali mandato facere collationem ipsarum parochialium magis idoneo iudicato, & electo, vt dixi *d.* 5. *part. c.* 8. *n.* 109. 120

Tertio principaliter †dubitatur, an concursus possit fieri ab inferioribus Episcopo habentibus ius cōferendi. Et respondetur non posse, quia Concilium *d. c.* 18. hoc committit solis Episcopis, vel vicariis, & non aliis collatoribus, vt colligitur ex *vers. peracto.* ibi: *Atque illi, & non alteri collatio Ecclesiæ ab eo fiat, ad quem spectabit eam conferre*, & ex dicta constitutione Pij V. *vers. ac illarum etiam.* & docent Anast. Germo. *de indultis Cardinalium. in §. quibusuis. ad fin.* Cerola *d.* 1. *par. verb. parochia. §.* 2 4. & eo dubio, Cechus *d. c.* 28. *de paroch. n.* 6. Marc. Ant. Genuen. *d. cap.* 65. *numero* 1. & Flamin. Parisius *dict. libro* 8. *quæstio.* 9. *numero* 96. dicens, hoc sæpe fuisse in Congregatione Concilij resolutum. Et † vltra declarationes, quas ibi ipse affert, à *num.* 97. apparet ex quadam declaratione data Episcopo Palentino, quę sic ait: *Reuerendissime Domine actum fuit in S. Congregatione Cardinalium Concily Trident. interpretum de his, quæ in libello his literis adiuncto continentur, & matura consideratione decretum est ex Concilio Tridentino non licuisse Abbati oppidi Vallisoleti, nec in posterum licere parochiales sæculares conferre, nisi his, qui ab examinatoribus in* 121

Synodo

Synodo Palentina cõstitutis idonei fuerint iudicati, & ab amplitudine sua vti ordinario, tanquã magis idonei electi, collationesque ab ipso Abbate post Concilium non seruata hac forma factas nullas esse, itaq; parochiales ipsas conferendi ex Bulla S. memoriæ Pij V. ad Sedem Apostolicam deuolutum esse, ideoque amplitudinem tuam debere possessione deiicere eos, qui ab Abbate sic immissi fuerint, & edictis propositis, examen per concursum indicere, & nomina eorum, quos examinatores iudicauerint idoneos, quique abs te tanquam magis idonei electi fuerint, ad sanctissimum dominum nostrum mittere, vt parochiales eis conferri possint, quæ omnia, vt quamprimum efficiantur, amplitudo sua, quantum in se est, curabit, cui bonam valetudinem, & perpetuum diuinæ gratiæ præsidium opto. Romæ 24. die Octob. 1573. amplitudinis tuæ, tanquam Frater Philippus Bo. Compag. Cardi. S. Sextio.

123 Apparet etiam ex † quadam declaratione Salamantina, Veronen. & Rauennaten. quæ sic ait: *Commendatarius Abbatiæ exemptæ existentis intra fines alicuius diœcesis, & habens iura quasi Episcopalia, non potest facere concursum beneficiorum curatorum, sed hoc spectat ad* Episcopum, *in cuius diœcesi est Abbatia, qui electo magis idoneo mittet eundem ad commendatarium pro collatione.*

124 Et aliàs S. Congregatio † declarauit, quod *in vacatione parochialis Ecclesiæ, cuius collatio etiam ab immemoriali tempore ad inferiorem, vel Patriarcham pertinet, examen, & electio personæ idoneæ, ac edictorum oppositio, & etiam vicarium constituere, & omnia alia facere ad ordinarium spectat:* de quo etiã sunt plures declarationes, & decretum Concilij prouincialis Mediolanen. 5. *part.* 3. *tit.* quæ ad beneficiorum collationem attinent, *vers. vacante*, quod sic ait: *Vacante Ecclesia parochiali, cuius conferendi ius, non ad* Episcopum *diœcesanum, sed ad alium, etiam ab Episcopali iurisdictione exemptum, & regularem item spectat, edictum de concursu proponat Episcopus diœcesanus, & quicunque examen eo nomine subire volent, ad ipsum conueniant, qui exploratione per examinatores Synodales facta ex probatis digniorem, & magis idoneum deligat, cui vacans illa* Ecclesia *ab illo conferatur, cuius ius est, si secus fiat, collatio rescissa, nullaque sit.*

125 Nec per hoc tollitur † præuentio competens inferiorjori in collatione parochialis, ad quam præseruandam S. Congregatio sic faciendum censuit, *Si inferior haberet præuentionem cum ordinario, debet habita notitia vacationis parochialis coram notario declarare se velle dict. parochialem conferre, & ideo rogare* Episcopum, *vt proponat edicta, & hac ratione tuebitur ius suæ præuentionis.* Tradit Gonçalez ad *reg. mensium. §. 3. procem. numero 16. & 17.*

126 Et illud ipsum † tenuit Rota in vna foro Sempronien. parochialis 15. Ian. & 7. Maij 1593. coram D. Mantica, vt in decisionibus statim adducendis, *num. 133. & seq.* & in vna Taruisina iurisdictionis, de qua infra, *n. 135.*

127 Vnde apparet † etiam deputationem vicarij spectare ad Episcopum, seu vicarium eius in parochia-
128 libus spectantibus ad collationem aliorum. Vnde † etiam Congregatio censuit, *In locis exemptis vicarij electionem ad eum spectare, ad quem spectat concursus.*

129 Limitatur tamen † prædicta resolutio, nisi inferior Episcopo sit nullius diœcesis habens proprium, & distinctum territorium, & omnimodam, & quasi Episcopalem iurisdictionem, & ius congregandi Synodum, Anast. Germo. *supra*, & Flam. Paris. *dict. quæst. nume.* 98. dicens ita censuisse S. 130
congregationem Concilij, & † constat, ex se-
quenti declaratione super *dicto cap.* 18. ibi: *Poterit ordinarius si pro sua conscientia, &c. ex hoc verbo, ordinarius, colligitur hoc decretum locum habere in inferioribus prælatis, vnde inferior Episcopo, qui omnimodam iurisdictionem habet Episcopalem, nec alicui subditur, sed est immediate subiectus Sedi Apostolicæ, nullius diœcesis proprium territorium habens, si habet ius congregandi Synodum, & legitime constat illam congregasse, & elegisse examinatores, poterit concursum instituere, examinare, & approbare, ac œconomos, & vicarios deputare, denique omnia illa, quæ per hoc decretum permittuntur præstare.* Et super *capitulo* 10. *session.* 23. *de reforma.* est † alia declaratio, quæ sic ait: *Abbati* 131
habenti iura quasi Episcopalia, *licet dare dimissorias subditis, intellige regularibus, vt in* d. cap. 10. *Concursum facere non licet, nisi probetur habere ius congregandi Synodum, & alias legitime congregasse, vt* capit. 18. sess. 24. *sequitur Prosper de Augustino ad summam Bullary,* verb. parochialium, beneficiorum, collatio, q. 2.

Et ita etiam ex sententia † S. Congregationis, te- 132
nuit Rota in d. foro Sempronie. vt in decis. sequentibus.

Foro † Sempronien. parochialis 15. Ianuarij 1593. coram D. Mantica. 133

Placuit Dominis gratia Baptistæ. Fortunæ in omnibus esse iustificatam, &c. Item vacatio ex constitutione Pij V. ex eo probatur, quod Abbas, à quo Lucas Anton. fuit prouisus, in districtu Rabignanæ, in quo sita est Ecclesia parochialis, non habet omnimodam, & quasi Episcopalem iurisdictionem, sicuti S. Concilium Tridentin. disponit, & à S. Congregatione Illustrissimorum, ac Reuerendissimorum dominorum Cardinalium sæpissime fuit declaratum, & à Rota decisum in Legionen. S. Facundi, & in Marsicana exemptionis, neque etiam Abb. docet se esse solitum conuocare Synodum, & in ea deputare examinatores: quinimo Episcopus foro Sempronien. tanquam vicinior est, in quasi possessione conuocandi ipsam Synodum, & deputandi examinatores, & à S. Congregatione Illustrissimorum ac Reuerendissimorum Dominorum Cardinalium eiusdem Concilij Tridentin. interpretum super hoc, die 18. Ianuar. 1585. obtinuit mandatum de manutenendo in sua quasi possessione, donec Abbas legitime probauerit ius cogendi Synodum habere, & alias coegisse, & in ea examinatores ad præscriptum Concilij deputasse. Accedit etiam quod, & si Abbati eo in loco plena iurisdictio, & facultas deputandi examinatores in Synodo ab eo congregata competeret, non tamen in collatione huius parochialis forma præscripta à S. Concilio in capitulo 18. sessione 24. de refor. *fuit obseruata, quia anno 1590. quo tempore parochialis vacauit, non fuerunt deputati examinatores, sed anno 1588. & in singulis annis debent deputari in Synodo diœcesana, quæ etiam singulis annis celebranda est, vt in* d. concilio capit. 20. conuentu. dict. capit. 18. §. examinatores, sessione 24. *neque etiam d. examinatores de anno 1588. deputati, iuxta decretum Concilij præstiterunt iuramentum, & cum sex requirantur, & non pauciores,* vt in dict. §. examinatores. *quatuor tantum fuerunt deputati, igitur collatio Abbatis non seruata forma Con-*

cilij facta nullius est momenti. l. constitutionibus. ff. ad municipalem l.1.non dubium. Codic. de legib. l.1. §. si quis ita, de verborum obligationibus, & Doctores ibidem, & in lege prima de liberis & posthumis.

134 In eadem † coram eodem 7. Maij 1593.

Placuit dominis, &c. quod vero attinet ad vacationem, ex constitutione Pij V. domini censuerunt à decisione in causa facta die 15. Ianuar. proxime præteriti non esse recedendum, illa etenim verificatur, quia vacante parochiali Episcopus foro Sempronien. tanquam vicinior illius loci, in quo sita est, fecit concursum, & Abbas Classen. ad quem spectat ius conferendi noluit conferre d. parochialem ei, qui in d. concursu fuerat approbatus, sed ipsemet facto alio concursu eam Lucæ Antonio Archangelo, tanquam legitime approbato, quæ quidem prouisio non potest sustineri, quia vt inferior collator possit facere concursum, iuxta formam S. Concilij Trident. capit. 18. sessione 24. *tria necessaria requiruntur. Primum, quod locus, in quo parochialis sita est, nullius sit diœcesis, & immediate subiectus Sedi Apostolicæ. Secundum, quod collator in ea habeat omnimodam, & quasi Episcopalem iurisdictionem. Tertium, quod habeat ius congregandi Synodũ, & sit solitus congregare, sicuti fuit in S. Congregatione d. Concilij Trident. sæpe, & in specie in hac causa resolutum, quæ cum in casu proposito non concurrunt, prouisio facta ab Abbate Lucæ Anton. Archangelo præter formam S. Concilij Triden.* d. c. 18. sessione 24. *coruie.* l. si plures. in princip. de conditionib. instit. cap. quoniam frequenter. §. porro coniuncto. §. sin autem. *& ibi notat. Abb.* vt lite non contestat. *Ripa* in l. 1. nu. 125. ff. soluto matrimon. *quod multo magis dicebant domini esse recipiendum, quia extat vltimus status anni* 1581. *& 1588. quibus Abbas fecit collationem his, qui facto concursu coram Episcopo foro Sempronien. ab eius examinatoribus fuerunt approbati. Præterea S. Congregatio declarauit, Episcopum foro Sempronien. esse manutenendum, in quasi possessione deputandi examinatores, etiam pro collatione parochialis istius loci, donec Abbas legitime docuerit ius sibi competere faciendi concursus, quod cum ipse adhuc non docuerit, quia probatio nõ excludit probationem. Puteus* decision. 203. lib. 3. *sane Episcopus debet interim manu teneri,* c. 1. & 2. vt lite pendente.

135 Et in d. Taruisina † iurisdictionis coram D. Lita 17. Februar. 1595. fuit resolutum, *concursum facere ad parochiales spectare ad Episcopum diœcesis, & non ad Abbatem, qui non docet se esse nullius diœcesis, & Synodum legitime congregasse, minus examinatores deputasse, iuxta declarationem S. Congregationis Concily.*

136 Et idem videtur † in inferiore exempto, licet non sit nullius diœcesis, habente tamen proprium districtum, & Episcopalem iurisdictionem priuatiue, & ius congregandi Synodum, nam eadem videtur ratio, & ita videtur tenere Flores *quæst.* 24. *num.* 21. loquens de Abbate S. Facundi Legionen. diœcesis, quem *num.* 25. 29. 32. *&* 33. ait Synodum facere, & ait Congregationem Cardinalium Concilij declarasse *dict. capitulo decimooctauo* Concilij, quod loquitur de modo prouidendi Ecclesiæ parochiali vacanti, intelligi etiam debere in dict. Abbate ordinario, & ita in causa inter eum, & Episcopum Legionen. à Rota decisum esse, de qua decisione meminit *dicta prima decis.* foro Sempronien. & sic quotidie dictum Abbatem conferre beneficia, & ponere edicta, & admittere concursum, & nominare examinatores. Et † facit declaratio S. Congregationis in vna Farfen. Legionen. Marsicana, & Cremonen. quæ sic ait, *Commendatarium Abbatiæ habenti iura Episcopalia, potest coram se, vel suo vicario de curatis vacantibus concursum facere, si modo habeat ius congregandi Synodum, & eligendi examinatores.* 137

Et ita est intelligendum, quod dicit Ledesma *d. tractat. 7. c. 1. 7. conclusion. circa 23. difficultatem*, quod priores ordinum militarium habentes iurisdictionem quasi Episcopalem, vt prior Emeriten. possunt nominare examinatores Synodales congregando Synodum, intelligendum est enim, si alias habent ius congregandi Synodum, &c. 138

Et aduerte, quod eo † ipso, quod quis habet iurisdictionem quasi Episcopalem, videtur habere ius congregandi Synodum, cum sit ius Episcopale, *c. conquerente. de Offic. Ordinary*, nisi aliud sit in contrarium. 139

Quamuis autem habeat ius congregandi Synodum, si nondum illam congregauit, aut examinatores non deputauit, spectabit concursus ad Episcopum, intra cuius fines, seu diœcesim parochialis existit, seu ad viciniorem, vt colligitur ex adductis. Quod † tamen videtur cessare semel congregata Synodo, & in ea deputatis examinatoribus, licet illi extincti fuerint, sed tunc fieret deuolutio ad Papam, iuxta dictam constitutionem Pij V. 140 141

Ex quibus infertur † ad decretum Concilij *sess.* 22. *de reformat. capitulo* 5. vbi cauetur, quod dispensationes quacunque authoritate concedendæ, si extra Romanam Curiam committendæ erunt, committantur ordinariis impetrantium, vt si impetrantes sint subditi inferiorum Episcopis, qui sunt nullius diœcesis, & iurisdictionem quasi Episcopalem habent, illis sint committendæ, vt S. Congregatio declarauit anno 1593. in vna prioratus de Vcles ordinis D. Iacobi his verbis: *Congregatio Concily censuit dispensationes matrimoniales, & alias quascunque quæ subditis inferiorum Episcopis à Sede Apostolica concedumtur, si eas extra Romanam Curiam committi contigerit, & illi inferiores nullius diœcesis existunt, & iurisdictionem quasi Episcopalem habeant, eisdem inferioribus, non autem vicinioribus Episcopis esse committendas. Hieronym. Card. Matthæus.* 142

In eadem tamen † postea eadem S. Congregatio dedit sequentem declarationem ad instantiam Cardinalis Toletani. *Congregatio Concily censuit prius coram D. Datario esse docendum priorem habere qualitates requisitas, vt ipsi dispensationes matrimoniales committi possint, vel esse in quasi possessione, vt prædictæ dispensationes eidem committantur. Hier. Card. Matthæus.* 143

Et in vna † Prioratus de Magacela Congregatio sic ait: *Congregatio Concily alias censuit, si prioratus vt proponitur, nullius sit diœcesis, & quasi Episcopalem iurisdictionem habeat, literas dispensationum matrimonialium, & alias eiusdem generis priori committendas 5. Maij,* 1593. 144

Et alia declaratio † eiusdem Congregationis, sic ait: *Præposito Piscien. cui mandata est iurisdictio, visitatio, correctio, & superioritas, etiam quoad institutionem, præsentationem, & nominationem,* 145

prout illam habebat Episcopus Lucanus, sunt committenda literæ in forma digna, & d. Spensationes matrimoniales.

146 Id tamen non † videtur procedere in inferioribus, quantumuis exemptis, & habentibus Episcopa lemiur iſdictionem, ſi non ſunt nullius dicœceſis, nam diſpenſati ones eorum ſubditis concedendæ, videntur committendæ Epiſcopis, intra quorum dicœceſin ſunt, ex iſtis declarationibus, quæ id velle videntur, & ratio poteſt eſſe quod Curia in rebus ab ea committendis, non confidit de aliis ab Epiſcopis, & ita etiam capitulo ſede vacante, ſeu eius vicario, non vult committere, vt dictum eſt ſup. 6. *par. c.* 2.

147 Nihilominus verius † videtur idem eſſe dicendum in inferioribus exemptis habentibus quaſi Epiſcopalem iuriſdictionem, & proprium diſtrictum, licet non ſint nullius dicœceſis, cum ſint ordinarij, & ſic verificentur in eis verba Concilij, nec dictæ declarationes excludunt caſum ſimilem, & habentem eandem rationem, & dicta declaratio adducta, *numero* 143. non dicit, quod ſit nullius dicœceſis, & ita Flores *d. q.* 24. *n.* 22. dicit diſpenſationes & commutationes vltimarũ voluntatũ ex *d. c.* 6. & 5. *eſſ.* 22. debere committi d. Abbati S. Faciundi, cum ſit ordinarius, &c. Vnde etiam vicariis huiuſmodi prælatorum habentium iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem poterunt dari dictæ commiſſiones, Thomas Sanchez *de matrimon libro octauo, diſputat. vigeſima ſeptima, nu.* 34.

148 Sed hic offert † ſe difficultas, an Epiſcopus qui facit concurſum ad parochiales ſpectantes ad collationem inferiorum, ſi ex approbatis reperit plures æque idoneos, debeat omnes illos eligere, vt inferior parochialem cõferat cui maluerit, an vero poſſit ipſe Epiſcopus gratificare, & vnum ſolum eligere. Et videtur debere eligere omnes æque idoneos repertos, nam non eſt maior ratio de vno, quàm de

149 altero. Et † ita videtur velle ſacra Congregatio in quadam declaratione data Epiſcopo Vicen. quæ ſic ait: *Quoties aliqua Eccleſia parochialis vacauerit, ad quam aliquis Abbas habet ius nominandi, quemcunque Abbas nominauerit, eum ordinarius ad examen admittere debet: ſi autem Eccleſiæ vacabunt ob mortem Rectorum, in quibus Abbas habet ius conferendi, earum curationem, qui ſuscipere volunt, eos ordinarius probare debet illo examinis genere, quod vocatur per concurſum, nec Abbas ob eam causam vllum examinis dictum proponere poteſt, nec illius officij partem aliquam attingere, ſed id pertinet ad ordinarium, qui debet ipſe proponere edicta, & examinatores, & Concilij præſcripto deputatos adhibere, à quibus omnes iſtiusmodi concurſu examinentur, quo examine confecto ex his, quos vitæ integritas, & doctrina commendabit, ordinarius debet eligere magis idoneos, ac poſtea Abbati relinquere, vt ex electis cui maluerit, curam conferat, quam declarationem affert Flamin. Pariſ. ſupra* n. 101. *ſed diminute.*

Nihilominus tamen † verius videtur poſſe 150 Epiſcopum vnum ſolum eligere, cui inferior collator debeat conferre, etiamſi ſint plures æque idonei reperti, nam cum ordinario detur electio dignioris, videtur etiam ei dari gratificatio in caſu quo ſint plures æque idonei, & ita videmus ſeruari in parochialibus Papæ reſeruatis, de quibus dicemus *dubio ſequ.* & conducunt, quæ tradimus infra *dub.* 18. *à numero* 265. de patrono Eccleſiaſtico.

Nec obſtat † dicta declaratio Vicen. *in fin.* 151 nam procedet vbi Epiſcopus eligeret plures æque idoneos, tunc enim inferior collator poterit parochialem conferre, cui maluerit ex illis.

Et intra quatuor † menſium ſpatium à die vaca- 152 tionis intellige notæ iuxta *dicta parte ſequenti, capite ſecundo*, debet ordinarius facere concurſum ad parochiales ſpectantes ad collationem aliorum, & illis ſignificare perſonas electas pro collatione obtinenda, alias omnimoda diſpoſitio illis reſeruatur, ita vt libere eam poſſint conferre, vt diſponit Pius Quintus *in dicta conſtitutione, verſ. ac illarum.*

Quarto principaliter † dubitatur, an Epiſcopus 153 poſſit facere concurſum ad parochiales vacantes in menſibus reſeruatis, vel alias reſeruatas, ſeu affectas, non obſtantibus regulis reſeruatoriis, &c. In quo reſpondetur affirmatiue ex *dicto capite decimo octauo*, Concilij, ibi: *Etiamſi ipſa parochialis Eccleſia reſeruata, vel affecta fuerit generaliter vel ſpecialiter, &c.* Et ex dict. conſtitutione Pij Quinti Cerola *dict. verb parochia. §. ſecundo, dub.* 4. & 10. Cechus *dict. capit.* 28. *de parocho, numero ſexto*, & Marcus Anton. Genuen. *dict. cap.* 65. *num.* 1. & poſt hæc Gonçalez *gloſſ.* 6. *à num.* 111.

Et ita cenſuit ſacra Congregatio † his verbis, *In* 154 *beneficiis curatis reſeruatis Sedi Apoſtolicæ, & quibuſuis aliis, etiam ex antiqua conſuetudine ordinarij proponunt edicta concurſus, & à Sede Apoſtolica prouiſio fiat approbato ab examinatoribus in Synodo diœceſanæ deputatis, ſi habet fidem approbationis ſuæ ab ordinario, & de hoc eſt bulla Pij Quinti.* Et ita ait reſpondiſſe ſacram Congregationem, Anaſtaſ. Germon. *de indultis Cardinalium. §. quibusuis, numero decimoſeptimo*, & Flamin. Pariſ. *ſupra numero* 103. *& libro decimo, quæſtio.* 7. *numero duodecimo*, & Gonçalez *ſupra num.* 112.

Et ita eſt intelligendum, † quod ait Nauarrus *in* 155 *capite ſi quãdo, de rescript. in auctuario, numero decimoquinto*, omnes Eccleſias parochiales eſſe ab omni reſeruatione exemptas, ex *dict. cap.* 18. intelligendum enim eſt ad effectum collationis, quæ ab ipſo Papa facienda eſt iuxta dictum decretum, ibi, *Ab eo ad quem ſpectabit*, & dictam conſtitutionem Pij Quinti, &c. & dictum eſt ſupra 5. *par. cap.* 1. *à num.* 508. & minus bene locutum fuiſſe Nauarrum *ibi*, ait Gonçalez *vbi proxime.*

Quinto principaliter † dubitatur, an in bene- 156 ficiis vacantibus per reſignationem debeat fieri concurſus. In quo videtur dicendum, quod ſic, ex *d. c.* 18. ibi, *Vel reſignationem, etiam in curia.* Fuſcus *de viſitatione. lib.* 2. *c.* 5. *n.* 3.

Sed hoc procedit in reſignatione † ſimplici, ſecus 157 in reſignatione in fauorem, in qua non requiritur examen per concurſum, ſed ſolum in forma dignum, niſi Romæ ſit examinatus, & approbatus, vt pluries S. Congregatio Concilij reſpondit Flam. Pariſ. *de reſignation. lib.* 1. *q.* 7. *numero* 8. & late *lib.* 10. *quæſt.* 7. *à numero* 13. vbi ponit declarationes S. Congregationis, Ioan. Gutierrez *canon. quæſt. libro* 2. *cap.* 11. *numero* 11. Cerola *d. §.* 2. *dub* 5. & 6. Cechus *d. nu.* 6. Mar. Ant. Genuen. *dict. cap.* 65. *num.* 1. & 2. & poſthæc Gonçalez *ſupra à num.* 121. & *gloſſ.* 14. *num.* 14. Proſper de Auguſtino *ſup. quæſt.* 3. & Leſſius *lib.* 2. *capit.* 34. *numero* 84.

Et ratio eſt, nam beneficia † reſignata in fauorem 158

non dicuntur vacare ad effectum, vt alteri conferr possint, vt dicetur infra 11. *par. c. 3. n. 4. & 10. & cap. 4. num. 40.*

159 Et confirmat † S. Congregatio, vt in declarationibus sequentibus, *Cum Parochialis Ecclesiæ resignatio fit in manibus sanctissimi, quia tunc non dicitur vacare ante quam alteri adquiratur, nec in ea potest statim deputari vicarius, non est necessarium examen per concursum, & aptiorem esse eligendum per ordinarium, sed sati s est resignatarium ab examinatoribus in Synodo deputatis simul cum ordinario probari idoneum.* Alia. *In parochialibus per resignationem in fauorem, quam appellant, concursus fieri non debet, cum proprie non dicantur vacare, prouisiones tamen istarum ordinariis cõmittuntur, qui examinatis, prouisis, siue resignatariis, & idoneis repertis, iis parochiales huiusmodi conferant.*

160 Et † aliàs sic censuit Congregatio. *In cessione iurium in fauorem eius, qui prætendit habere ius, nec examẽ, nec expressio beneficiorum, aut valoris est necessaria, si vera lis fuerit. Et in vna Gienen. in prouisionibus à Sede Apostolica factis non est necessaria, nec de iure fieri debet examinatio, quæ fit per concursum, quia dũ ex Papæ commissione, quis examinatus, & approbatus fuerit Romæ, debet haberi tanquam si fuisset examinatus, & approbatus per concursum.*

161 Vnde etiam in beneficiis † resignatis ex causa permutationis, non est faciendum examen per concursum, Flam. Paris. *lib. 8. q. 9. nu. 95.* Cechus *dict. nu. 6.* Genuen. *d. num. 2.* Prosper de Augustino *q. 3.* quicquid dicat Lessius *s. nume. 85.* quando fit permutatio cum simplici, vel cum alia parochiali, vbi maior requiritur industria.

162 Sed difficultas est, an esto † non requiratur examen per concursum in prouisionibus faciendis de beneficiis resignatis ex causa permutationis, requiratur tamen nouum examen ipsorum compermutãtium coram examinatoribus Synodalibus. In quo †

163 Cechus *dict. nu. 6.* ait, Quod si ambo sunt curata non requiritur nouum examen, at inferius *capit. de beneficiatis. circ. fi.* ait, ꝙ non est faciendum examẽ in beneficiorũ permutatione si ambo sint curata & paria secus de simplici ad curatum, vel inæquali, ex *declaratione Congregationis 352. & in tract. de beneficiis. cap. 10. n. 2. vers. 14.* ait, ꝙ debent permutantes examinari circa scientiam, & inquiri de eorum ordine, moribus & ætate, & si Ecclesiæ sint parochiales ij denuo debent examinari coram Episcopo, vel eius vicario eo impedito, & tribus examinatoribus in Synodo constitutis, vt mos seruat.

164 Sed † Flam. Paris. *lib. 8. quæst. 9. n. 95.* docet ex declaratione S. Congregationis, quod in prouisionibus faciendis de beneficiis, ex causa permutationis, non sit necessarium nouum examen, potestque apponi clausula, *vt non obstantia beneficiales, &c.* Et dũmodo permutatio non fit fraudulenta, nec de simplici ad curatum, nec in valore sit magna inæqualitas, nec aliud simile, aliàs debet fieri examen. Quæ de-

165 claratio sic habetur super *dict. cap. 18.* Sunt etiam † circa hoc aliæ declarationes S. Congregationis. *Prima, si permutatio parochialis cum beneficio simplici coram ordinario iure fieri potest, requiri nouum examen quoad parochialem, sed absque concursu.* Secunda, *in vacationibus etiam per permutationem nullum prorsus examen requiritur, cum proprie non dicantur vacare.* Clementin. 1. de rerum permutatione. *sic etiam esset magna inæqualitas numeri parochianorum, & quod aliàs isti permutantes non fuerint examinati, iterum examinabuntur ab ordinariis, sed absque cõcursu.* Tertia, *in permutationibus, quæ fiunt de beneficio simplici, & curato, licet non sit necessarius concursus, examen tamen necessarium est.* Quarta, *in permutationibus Ecclesiarum parochialium non requiritur examen, si tamen ãdsit magna inæqualitas numeri parochianorum, vel permutantes non fuissent examinati eo tempore, quo parochiales adepti sunt, tunc eos examinandos esse, sed absque concursu, & si fiat permutatio cum beneficio simplici erit necessarium examen, sed non per concursum.* Quinta, *præsuppositio, quod alicubi à tempore, cuius initij non est memoria, parochi Ecclesiarum Ecclesias parochiales pro tempore vacantes optare consueuerunt, respondit Congregatio, non esse sublatam per Concilium huiusmodi consuetudinem, & in illis parochialibus, quæ optantur, non esse necessarium examen per concursum, vt in decreto de permutationibus, quia omnes sunt examinati per concursum cum vltimis, & qui de nouo admittitur per concursum erit examinandus.* Et in Concilio prouinciali Mediolanen. 5. *par. 3. titul.* quæ ad beneficiorum collationem attinent, sic statuitur: *In Ecclesiarum curatarum permutatione coram ordinario facienda, ne locum habeat, quod primo prouinciali Concilio decretum est de proponendo edicto examinis causa in vacatione Ecclesiarum parochialium, si tamen vel parochialium hominum multitudo valde inæqualis est, vel qui permutant, quo tempore parochiales illas Ecclesias adepti sunt, examen præscriptum non subierunt, fiat tunc de illis experimentum examinis, sed absque concursu, idem examen sine concursu adhibeatur de eo, qui beneficium simplex commutat cum alio, quod curam animarum habeat, si quando eiusmodi permutatio coram ordinario fieri iure potest.*

Expedire tamen, quando † aliqui vellent facere 166
huiusmodi permutationes, in quibus requiritur examen ad curatũ, quod ante renuntiationem fieret examen ad illud, vt fieri recte potest, ne forte postea inueniatur non idoneus, &c.

In permutationibus tamen, † quæ fiunt coram 167
Papa, semper cõmittitur ordinario in forma dignũ, nisi mittatur approbatio ordinarij cum examinatorib. Synodalibus ad parochiales, quæ permutantur, aut ad parochiales in communi, aut nisi permutantes sint Romæ examinati, &c.

Et circa parochiales † obtentas ex regressu Con- 168
gregatio sic censuit, *Qui parochialem obtinuit post Cõcilium, ex regressu vero ante Concilium acquisito, non est examinandus.* Alia. *In parochialibus, quas quis acquirit per regressum, non est necessarium examen, quod intelligendum si eam possederit, secus si eam nunquã possederit.*

Sexto principaliter † dubitatur, an in parochiali- 169
bus litigiosis vacantibus habeat locum concursus nõ obstãte lite. In quo videbatur dicendum, quod non. ex *c. 1. & 2. vt lite pendente. in 6. & clem. 1. eodem ti.* & tenet Gonçalez *d. gl. 6. à n. 142.*

Nihilominus tamen † contrarium censuit Sancta 170
Congregatio, Iunij 23. 1594. his verbis: *Congregatio Concilij censuit decretum Concilij Trident.* cap. 18. sess. 24. de reform. *vbi de cõcursu faciendo super parochialib. agitur, habere locum, etiam quod parochiales litigiosæ sint, quando in illis S. Pontifex noluerit collitigantem subrogare, verum ius demortui in alium transferre, nisi constet sanctitatem suam voluisse d. decreto Concilij derogare. Hieronymus Card. Matthæus.* Quæ † declaratio 171
potest fundari *d. c. 18.* ibi, *Non obstantibus huic decreto, &c.* Pondero illa verba, *Et aliis impedimentis quibuscunque.*

Existimo

172 Existimo tamen, quod electo † & iudicato magis idoneo in concursu ab Episcopo ad parochialem litigiosam non posset fieri interim collatio de ea ab Episcopo, seu alio inferiori ad quem aliàs collatio illius spectaret, ex *dict. capit. 1. & 2. & Clementin. 1. vt. lite pendente.* Sed †vel erit recurrendum ad apam
173 vel expectandus finis litis, iuxta dicta supra, *5. par. c. 1. à n. 133.* nam licet intra quatuor menses non recurratur ad Papam, nec fiat illi significatio, sed expectetur finis litis, vt ab ordinario tunc fiat collatio, non intrabit deuolutio, seu reseruatio ex d. constitutione Pij V. ex quo parochialis non erat Papæ reseruata propter litem, quæ non inducit reseruationem, vt di-
174 ctum est *§. d. cap. 1.* Et talis † electus si petierit, erit ad defensionē litis in statu in quo est admittendus pro suo interesse, iuxta *d. c. 2. ver. fane.* & ibi glossa & Doctores.

175 Septimo principaliter † dubitatur, an in beneficiis, quorum cura per plures administratur, & exercetur sit faciendus concursus, ex *d. c. 18.* In quo respōdendum videtur, quod quamuis aliàs beneficia ista non dicantur curata, ex *consilio Oldradi 67* quod sequuntur Felin. *in cap. in nostra. de rescript.* Corollario 10. & Staphil. *de literis gratiæ. titul. de qualitate & statu beneficij, §. circa secundum, de qualitate beneficiorum quæ sunt curata. num. 11.* Prob. ad Mona. *in capit. super eo. de præbe. in 6. n. 20.* Rebuff. *in praxi, tit. de non promotis. à num. 63.* Sarnen. *in reg. de idiomate. q. 11.* Hoieda *de incomp. benef. cap. 13. num. 7.* Quintanaduen. *Ecclesiasticon, lib. 4. n. 69.* & Rota *decis. 52. à numero 17. par. 2. diuersorum.* & Gonçalez *gl. 6. a nu. 42.* Tamen
176 † ad effectum concursus censentur curata ex decreto Concilij d. cap. 18. ibi: *Etiamsi cura Ecclesiæ vel Episcopo incumbere dicatur, & per vnum, vel plures administretur, etiam in Ecclesiis patrimonialibus, seu receptiuis, in quibus consueuit Episcopus vni, vel plurib. curam animarum dare, quos omnes ad infrascriptum examen teneri mandat, &c.* Quæ verba sunt expressa, & ita in terminis tenuit Rota in vna Gerunden. Sacristiæ, 26. Maij, 1567. coram D. Cota, quæ habetur *p. 1. diuersorum decis. 48.* in qua obtinentes tale beneficium exercebant curam alterius hebdomadis, & Gōçal. *sup. num. 114.* & Prosper de Augustino *sup. d. q. 3.*
177 Et † aliàs per S. Congregationem, *Collatio mansionariorum curatorum facta sine examine concursus nulla est indicata, etiam quod consuetudo esset, quod conferrentur simpliciter.* Vt in declarationibus super *d. cap.*
178 18. In † quibus tamen statim dicitur, *sciendum tamen est, quod postea fuit à sanctissimo domino nostro decisum in huiusmodi mansionariis concursum non esse necessarium.*
179 Et † Flam. Paris. *d. lib. 8. quæst. 9. nu. 93.* ait, dictum decretum non procedere in cura animarum, quæ in ecclesia collegiata exercetur per canonicos, vel hebdomadarios, aut alios clericos, namque in vacatione cuiuslibet canonicatus hebdomadariæ, aut clericatus non requiritur concursus, & quod ita censuit S. Cōgregatio Concilij in vna Neapolitana hebdomadariæ S. Ioannis Maioris 15. Calendas Augusti 1569. per dictum *consilium* Oldradi 67. &c. Quamuis in
180 puncto iuris contrarium dicit aliàs defendisse ex pluribus. Et † est alia declaratio super *dict. capit. 18.* ibi: *Vni vel pluribus, &c.* quæ sic ait, *Sed non intelligitur de canonicis cathedralis, & collegiatæ Ecclesiæ, quib. cura animarum incumbit, & per quos ipsa cura animarum exercetur.* Tradit etiam Marcus Anto. Genuen. *d. capit. 65. numer. 2.* & post hæc Gonçalez *supr. numero 158.*

Vnde d. decretum † Concilij de concursu faciendo non videtur receptum, seu intellectum, ex authoritate Papæ, & S. Congregationis Concilij quoad beneficia, quorum cura per plures administratur, maxime in Ecclesia cathedrali, vel collegiata. Et est alia declaratio super *d. c. 18.* quæ ait: *Quod sanctissimus statuit in dignitatib. & mansionariis seu hebdomadariis habētibus curam animarum in Ecclesiis cathedralibus, vel collegiatis, non esse necessarium examen per concursum, quia Concilium non fecit expressam mentionem dignitatum, & ex c. statutum. de elect. in 6. In mansionariis autem & hebdomadariis, ex* conf. Old. 67. & Anchar. *56. quamuis Concilium videatur ea tollere, in parochialibus autem, quæ non sunt in cathedralibus, nec collegiatis, in quibus adsunt tres, vel quatuor exercentes curam animarum alternis vicibus, nihil decisum, licet Congregatio senserit absque dubio faciendum examen per concursum, iuxta* dictam decisionem *Rotæ Gerunden. Sacristiæ.* 181

Poterit tamen Episcopus Canonicos, seu capellanos ad exercendam curam animarum deputatos à capitulo, vel aliis ad id authoritatem habentibus examinare, neque eis permittere absque eius approbatione curam exercere, licet ab immemoriali tempore per eos exerceatur cura absque examine, & approbatione Episcopi, vt censuit S. Congregatio cōcilij in declarationibus sequentibus; *Licet Episcopis, capellanos, seu adiutores ad exercendum curam animarum deputatos à capitulo, siue à quocunque ad id authoritatem habente examinare, nec permittere illis absque eius approbatione curam exercere, nec Sacramenta administrare. Secunda etiam in Ecclesiis cathedralibus vel collegiatis, in quibus exercetur cura animarum per capellanos amobiles ad nutum capitulorum, aut per se ipsosmet canonicos absque examine ab immemoriali tempore hoc non obstante, omnes tenentur subiicere se examini Episcoporū. Tertia, an iurisdictione, & quasi possessione immemoriali tempore præscripta à capitulo exercendi curam in ciuitate, & deputandi ad id capellanos adiutores, ad nutum amobiles possint se tueri post Concilium, quod non liceat Episcopo eos examinare, & approbare. Congregatio censuit ordinario licere.* 182

Pro † quo etiam facit declaratio S. Congregationis in vna Calagurritana, his verbis: *Congregatio Concilij censuit ad beneficia in Ecclesiis patrimonialibus, siue receptiuis numeratis, & non numeratis, neminem admittendum esse, nisi præuio examine, & approbatione Episcopi, & cum illis, quibus in prædictis Ecclesiis per Episcopum cura animarum demandata est, seruandum esse decretum Concil.* sessione 24. cap. 18. Quæ † *in 2. part.* intelligenda videtur de examine &, approbatione ad exercendam curam, non tamen per concursum aut cum examinatoribus Synodalibus, vel de illis beneficiis, quibus in perpetuum cura animarum demādata est, vt per vnum solum administretur. 183 184

Et sic etiam potest † intelligi *declaratio. 3. supra adducta. 3. p. c 2. sub n. 167.* ibi: *Eodemque iure examinādi, &c.* iuxta aliam declarationem infra adductam. *numer. 303.* 185

Quamuis Nauarr. *conf. 8. de priuilegiis, num. 9.* tenuerit, quod † si canonici & capellani eo ipso, quod fiunt canonici, & capellani à capitulo, vel alio, habent annexam facultatem exercendi curam, non potest Episcopus illos examinare, si vero requiritur alia deputatio ad curam exercendam, poterit Episcopus eos examinare, & prohibere, ne antea exerceant illam; 186

187 Sed † additio ibi ait, quod *Congregatio*, vt refertur, *absolute censuit Episcopum posse examinare dictos capellanos, canonicos, & dignitates volentes curam exercere, & eisdem inhibere, ne curam exerceant, vel sacramenta ministrent, absque sua probatione.*

188 Quando tandem Episcopus † eis non inhibuerit, ne aliàs curam exerceant, poterunt eam exercere absque examine, & approbatione Episcopi, quando non requiritur deputatio, aliàs secus ex Concilio, *capite decimoquinto, sessione vigesimatertia, de refor.*

189 Sed si cura † animarum pertineret ad vnum canonicum ratione sui canonicatus, cui est annexa, tunc in prouisione talis canonicatus esset faciendus concursus, ex *d.c.18* vt censuit sacra Congregatio in vna Segouien. his verbis: *Quando cura animarum pertinet ad canonicum, & præsentationem Capituli, ad quod collatio huiusmodi canonicatus spectat, Episcopus debet ponere examen concursus, & si hoc examen ab alio fieret, collatio est nulla.*

190 Vnde si cura animarum † toti Capitulo incumbens transfertur in certam dignitatem, seu canonicum Ecclesiæ, prout fieri posse per Episcopum de consensu Capituli censuit Congregatio, his verbis: *An possit Episcopus curam animarum toti Capitulo cathedralis Ecclesiæ incumbentem transferre per viam vnionis perpetuæ in certam personam, seu dignitatem eiusdem Ecclesiæ, Congregatio respondit posse de consensu Capituli in prouisione talis dignitatis, seu canonicatus esset faciendus concursus, &c.*

191 Et etiam videtur † faciendus concursus in prouisione beneficij simplicis, alicuius Ecclesiæ parochialis habentis de per se administrationem, & exercitium curæ, in aliquo loco dictæ parochialis.

192 Octauo principaliter † dubitatur, an in prouisione dignitatum habentium vnitam parochialem, faciendus sit concursus. In quo respondetur negatiue, cum vnio perpetuo & accessorie facta est, ex dictis infra *vltima parte cap. secundo à numero duodecimo.* Et † ita
193 declarauit S. Congregatio, his verbis: *Examen concursus non est necessarium in dignitate, quæ parochialem perpetuo & accessorie vnitam habet. Refert Anastasius Germo.* de indultis Cardin. §. quibusuis, nu. 7. & 8. *& Episcopo Conchensi, & Nuncio Hispaniæ, sic respondit 22. Iunij 1575. S. D. noster, ex sententia Congregationis Concilij declarauit examen, quod ex decreto Concilij*, sessione 24. capit. 18. *faciendum est per concursum in collatione parochialium, non debere fieri in prouisione dignitatis Abbatiæ, tametsi vnita sit ei parochialis Ecclesia, dummodo hæc vnio authoritate Sedis Apostolicæ, ac perpetuo & accessorie facta sit, & tradit Gonçalez* glos. 5. §. 7. num. 13 & gl. 6. nu. 162. *Prosper de Augustino* supra quæstione tertia. *Lessius* dict. capitulo 34. num. 82.

194 Vnde colligitur, quod † si parochialis esset vnita dignitati, æque principaliter faciendus esset concursus ratione parochialis, ex dictis *dicto capitulo 2. à numero 37.*

195 Sed an in † dignitatibus habentibus curam animarum in Ecclesiis collegiatis faciendus sit concursus, dicendum est, quod non ex *cap. statutum. de elect. in 6.* & declarauit sacra Congregatio his verbis. *Congregatio censuit in dignitatibus habentibus curam animarum in Ecclesiis collegiatis, non esse necessarium examen per concursum, quale requiritur in parochialibus Ecclesiis,*
196 *per hoc* cap. decimum octauum. Et † Cechus *d. cap. 28. de parocho. num. 6.* ait, quòd si Ecclesia sit collegiata. Papa eam conferet sine concursu, ex declaratione S. Cõgregationis, & vide declarationem sup. adductam *nu. 181.*

Nono principaliter dubitatur, an † in beneficiis 197
regularibus curatis, faciendus sit concursus. In quo respondetur negatiue, nam de his non loquitur Cõcilium *dicto capite decimooctauo.* & ita censuit S. Congregatio, his verbis: *Hoc decretum de concursu non habet locum in beneficiis regularibus, quæ regularibus conferri consuerunt*, & approbatur, & confirmatur per Breue Sixti Quinti positum per Manuelem Rodriguez *in collect. priuileg. reg. bulla. vigesima secunda* Sixti Quinti *pagina* 1173 & post hæc tenet Gonçalez adducens prædictam declarationem, *glossa sexta, numero* 162. Rota in vna Ferrarien. parochialis, 8. Nouembris 1596. coram Domino Corduba, in qua † fuit re- 198
solutum, *Dandum esse mandatum de manutenendo Abbati Sancti Georgij, in quasi possessione conferendi clericis secularibus, aut regularibus, quia apparet de pluribus deputationibus secularium, & etiam de pluribus deputationibus regularium: tum etiam, quia per sententiam Cardinal. Iordan. Latamanno*, 1537. *constabat de facultate Abbates deputandi in dicta Ecclesia monachos, siue clericos seculares, & per vsum facultatis status non mutatur, nec inducitur necessitas ita faciendi in futurum. Ripa* in capite cum Ecclesia. de causis possessionis, numero 43. *Decius* consil. 8. numero 4. *& collationes Papales non mutant statum, nec possessionem inferioris collatoris, Achilles* decisione 13. de iure patronatus. *Rota* diuersorum decision. 545 parte 1. *Ægid.* decione 107. *& etiam dandam esse manutentionem Michaeli Angelo prouiso ab Abbate, de cuius possessione constat ex præcepto, sibi facto ad instantiam Horatij per iudicem suarum literarum de dimittendo possessionem liberam, & sic præsupponit, & fatetur illum possessorem, Rota* decisione 62. & decisione 681. & 802. par. 1. diuersorum, *nec impedire decretum Concily* sessione 24. cap. 18. *disponens, quod beneficia curata secularia non conferantur sine examine per concursum, quia non habet locum in beneficiis regularibus, quæ regularibus conferri consueuerunt, licet secus dicendum sit si seculares conferantur, ac ideo non impedit manutentionem interim, dum constat beneficium, de quo agitur esse regulare, &c.*

Quod videtur † procedere, etiamsi sint solita com- 199
mendari secularibus, vt in sequenti declaratione sacrę Congregationis, die 26. Iulij 1590. *Congregatio censuit in prioratibus regularibus habentibus curam animarum solitis commendari secularibus, non requiri concursum.*

10. Principaliter † dubitatur, an qui se opponit 200
post terminum edicti petens admitti ad examen, & concursum præsertim nondum factum, possit, & debeat admitti cum descriptis. In quo breuiter videtur respondendum negatiue, quia fieret iniuria descriptis, qui ex edicti oppositione cum certo termino ius habent, ne alij admittantur, ad tradita per Molinam *de Hispanorum primogen. libro 2. capit. 5. numero* 57. Nauarr. *in manu. cap. 17. numero* 74. & Ioann. Gutierrez *consil. 44. numero 9. & canon. quæstionum. lib. 2. cap. 11. numero 55. & lib. 3. pract. quæstion. 42. à numero* 45.

Et idem videtur † dicendum, vbi non appone- 201
retur edictum, sed examinandi nominati essent coram examinatoribus intra decem dies, aut aliud tempus ab Episcopo præscribendum, iuxta formam Concilij, nam transacto dict. tempore, ij etiam

iam ex eodem Concilio videntur habere ius, ne alij admittantur.

202 Et † ita censuit S. Congregatio super *dict. capit.* 8. his verbis : *Alius non descriptus petens admitti ad examen iam peractum, sed beneficij nondum facta collatione, non est audiendus, nec si non est factum examen, sed terminus tantum lapsus, non est admittendus cum descriptis.* Vnde consuetudo contraria videtur esse contra ius & rationem.

203 Hoc tamen † videtur limitandum, nisi in ipso edicto diceretur, quod etiam post eius terminum admitteretur, qui vellet examinari, tunc enim cessat prædicta ratio, aut si decreto Concilij prouincialis iubentis apponi edictum id caueretur, tunc enim perinde est, ac si edictum cum illa conditione poneretur, vt in dicto Concilio prouinciali Toletano cauetur, *actione 2. decreto 24.* vbi dicitur, quod qui post diem edicto præfinitum, ante renunciationem ab examinatoribus Episcopo faciendam venerint, æquo cũ aliis iure examinari possint, vt & examinatores, & Episcopi, vel eorum Vicarij generales, seruata Synodi Tridentinæ forma eorum rationem habeant, & parochialium regimini salubrium consulatur.

204 Et dicto Concilio prouinciali Compostellano censent aliqui cautum esse, vt qui post terminum edicti, antequam examen sit absolutum comparuerint, admittantur, vt *in actione secunda, decreto tertio.*

205 Sed falluntur, nam ibi solum † dicitur, quod tempore edicti, si qui ab Episcopo nominati fuerint, & antequam examen eorum qui prius comparuerint, sit absolutum, venerint ad subeundum examen, admittantur, vnde Concilium ibi non dicit absolute, quod qui post terminum edicti se opposuerint, seu comparuerint, admittantur, sed quod nominati ab Episcopo in termino edicti, si venerint antequam examen oppositorum sit absolutum, admittantur: amplexum est enim dictum Concilium prouinciale & modum edicti, & modum nominationis faciendæ ab Episcopo, de qua Tridentinum *dicto capite decimooctauo.*

206 Nihilominus † tamen tenendum est absolute opponentem sepost terminum edicti re integra, id est, ante peractum examen posse, & debere admitti, vt verius, seu postea censuit S. Congregatio vt in sequenti declaratione, manu Illustrissimi Cardinalis Matthæi subscripta, eiusque sigillo munita, *An occurrẽte vacatione beneficij in concursu prouidendi, ad quod intra terminum in edicto præfixum,* plures sint oppositi, si dicto termino elapso alter superueniat, re integra debeat admitti. Congregatio concilij cẽsuit re integra esse vtique admittendum. Hieronymus Cardinalis Matthæus. Quæ declaratio fuit adducta in vna Calagurritana dimidij, seu portionis, 22. April. 1602. coram Domino Ortembergo, & iuxta eam fuit per Rotam resolutum. Nempe quod *prouisor potuit admittere ad concursum venientem elapso termino ab eo præfixo, licet contradicat aduersarius, qui comparuit in termino, propter authoritatem Congregationis Concilij, quæ in simili casu respondit, si termino elapso alter superueniat cum re integra esse admittendum. Idque æquitas & fauor Ecclesiæ suadere videtur, cuius interest plures oppositores concurrere, & hanc opinionem domini, tanquam receptiorem, & de iure veriorem laudarunt.* argum. l. etsi post tres. ff. si quis cautionibus. cap. consuluit. *& ibi* verb. gratiam. *& Fel.* num. 1. de offic. delega. l. 1. C. quomodo & quando iudex. l. cum dies. §. si quis ex arbitratoribus. ff. de arbitris. *nec enim in elemonibus & prouisionibus, sicut in iudiciis circumducitur edictum.* c. Ecclesia. 2. *& ibi* gl. 1. & 2. de elect. *Innoc.* in d. c. consuluit, num. 3. *Hostien.* 5. *Butrius* 27. *& fuit decisum in vna Firmana parochialis 6. Mar. 1592. coram Illustrissimo Pamphilio, in qua non solum agebatur de potestate, verum etiam de necessitate admissionis. Non obstat* cons. *Oldradi* 3. *quia ibi agitur de accusatione, & oppositione criminum, & obiectuum, quæ statum hominis respiciunt, ideoque lapsus temporis à iudice præfixi omnibus viam claudit, vt amplius audiri non debeant. Aliud est, si quis ius suum, vel sibi debitum prosequatur, aliud etiam respectu superioris, vt ad deliberationem & expeditionem per proposita extra tempus viam aperiat. Old.* ibi, n. 6. & 12. &c. Et fuit etiam dictum in vna Valen. beneficij de Octinente 27. Iunij 1607. coram D. Penna, & ita tenet Gonçalez *glo. 9 §. 1. à nu. 115.* vbi refert d. declarationem S. congregationis, & decisionem Calagurritanam, & in annotationibus sub *n. 183.* ait, quod si is non admitteretur, posset à tali denegatione appellare. Et ex dictis tollitur ratio contraria de iure oppositorum, nam cum principaliter agatur de re & vtilitate Ecclesiæ, ea attendenda est, & terminus non præfigitur, vt postea alij nequeant admitti, sed vt sciatur non esse amplius expectandum, &c.

11. Principaliter † dubitatur, an ad concursum possit admitti habens aliud beneficium curatum, in quo respondetur affirmatiue ex traditis per Roch. *de iure patron. verb. honorificum, n. 18.* Lamber. *1. p. 2. li. q. 7. ar. 5.* Hier. Gabr. *cons. 193. n. 7. li. 1.* & dictis infra 11. *p. c. 5. n. 297.* 207

Et ita censuit S. Congregatio, his verbis: *Episcopus potest occurrente vacatione beneficij curati vocare, & admitti ad concursum habentem aliud beneficium curatum, sed non potest sine cõcursu, licet obtinuerit ille beneficium, quod possidet per concursum, & postquã vacauerit adepta pacifica possessione alterius beneficij curati, poterit Episcopus ponere edicta per concursum.* 208 209

Vnde cum habens † beneficium curatum, non habeat de iure vllum impedimentum, quo minus possit admitti ad concursum alterius, non erit in potestate Episcopi, illum nõ admittere, nec videtur valere constitutio Synodi diœcesanæ, vel prouincialis, qua statuatur, ne habens beneficium curatum admittatur ad cõcursum alterius intra certum tempus, v. g. intra tres vel quatuor annos. 210

12. Principaliter † dubitatur, an Episcopus possit admittere ad concursum parochialium in suis manibus resignatarum consanguineos, vel affinem, aut familiares suos, vel resignantium stante constitione Pij V. 58. de qua infra 11. *capit. tertio à numero* 267. 211

In quo respondetur † stante dicta constitutione non posse, & ita S. congregatio concilij censuit, his verbis, *Episcopus non potest admittere in parochi alib. in suis manibus resignatis cõsanguineos, vel familiares, tam suos, quam resignantium, ex Bulla Pij V. anno eius 3. Kalendis April. ita S. dominus noster Gregorius XIII. ex sententia Congregationis declarauit, & ideo admonendum Episcopum, ne huiusmodi consanguineos vel familiares admittat ad concursum.* 212

Quod tamen † non procedit in vacatione per obitum, vel aliàs, vt fuit resolutum in vna ciuitatis castelli parochialis 16. Iunij 1589. coram domino Oranõ, & in vna Fanen. parochialis 28. Iunij 1596. cõram Domino corduba, vt in sequenti decisione.

contra † electionem factam per Reuerendissimum Episcopum Fanen. de persona, Petri Pauli Elisei, qui per tres ex quatuor examinatoribus Synodalibus, qui interfuerant examini, fuit indicatus idoneior ad parochialem, de qua agitur, causa coram me pendente multa opponebantur per Asca. Faurelium appellantem à dicta electione. Primo, quod examinatores non iurauerant, iuxta formam Concily, sed hac obiectio dominis nō placuit, cum constet de iuramento ex attestatione notary, & per literas testimoniales ipsorum examinatorum, qui dicunt ante examen se præstitisse illud in manibus notary. Minus placuit secundum obiectum, quod fuerit approbatus familiaris Reuerendissimi Episcopi, quia licet in vacatione per resignationem posse hoc procedere, non tamen habet locum in vacatione per obitum, quo casu familiaris Episcopi admittitur ad concursum, & ita fuit intellecta quædam resolutio Congregationis Concily, quæ indistincte loquitur, ne familiares Episcopi admittatur ad concursum, illā enim in quadā causa ciuitatis Castelli parochialis 16. Iuny 1589. coram R. P. D. Orano domini intellexerunt in vacatione per resignationem non per obitum, ex mente bonæ memoriæ Cardin. Carrasæ, qui de hac re alloquutus est Pontificem illius temporis. Tertium aliud, quod Ascan. esset doctor, ac magis qualificatus, & non habens beneficium, domini reiecerunt, quia concurrunt etiam plures qualitates in Eliseo, quæ sufficiunt ad defectū, vt iudicium Episcopi non possit dici irrationabile, vt Bulla requirit ad hoc, vt sit locus appellationi, & sæpius Rota resoluit. Quartum oppositum de indulto conferendi beneficia ordinariis fuit etiam reiectum, quia vsu non fuerit receptum, & adsunt plures prouisiones factæ clericis extraneis. Fuit etiam oppositum, quod in dicto concursu interuenerunt examinatores, qui non sunt Synodales, quo casu electio & collatio sunt nulla, vt ex resolutione Congregationis Concily fuit decisum in causa Toletana parochialis coram Illustrissimo Arigonio, sed quantum ad personam Michalis de Petra acuta Lectoris Ordinis Minorum, domini censuerunt illum fuisse Synodalem, quia constabat extitisse Lectorem, quo tempore fuit nominatus in Synodo, & de tēpore prouisionis parochialis, de qua agitur. Difficultas versabatur respectu alterius Fratr. Ioannis de Firmo Ordinis Prædicatorum, quem constabat non fuisse electorem, & ideo nec potuisse interuenire, nec obstabat, quod eius loco soleat mitti prædicator, vt in fide data, nam esto quod esset prædicator, non poterat interuenire obstante decisione Congregationis, quæ impedit, ne ista facultas transeat ad subrogatum, vt fuit resolutum in dicta Toletana parochialis: quare ad tolendam dictam difficultatem placuit dominis quod de nouo fieret examen in concursu, non obstante alio facto in curia, cui Eliseus non interfuit prætendens fieri non potuisse, & ita Sixtus Quintus facta ei relatione per cōgregationem decreuit, & die 15. Iun. 1589. S. congregatio declarauit.

214 13. Principaliter † dubitatur, an si vnus tantum ad concursum apparuerit, debeat examinari, & ei si reperitur idoneus, de parochiali prouideri. In quo respondetur quod sic, Prosper de Augustino ad summam bullarij, verb. parochiarum beneficiorum col-
215 rum collatio, q. 5. Vt † S. congr. concil. censuit, his verbis: Congregatio censuit, si vnus tantum ad concursum comparuerit intra teminum, posse solum examinari & approbari. Secunda, super illis verbis: Ex his quæ Episcopus eum eligat, &c. non ideo prohibetur quin si vnus tantum comparuerit in concursu, isque repertus fuerit idoneus, ei debeat Ecclesia conferri. Tertia, item, an vno comparente possit prorogari terminus, & proponi aliud edictum, Congregatio censuit edictum aliud non esse proponendum, sed illum qui comparuerit, examini subiiciendum, & si idoneus repertus fuerit, eidem beneficium esse conferendum, nisi qui descripti sunt, excusent se legitimo impedimento detineri, quo minus valeant ad concursum accedere, tunc enim poterit Episcopus legitime terminum prorogare.

Ex qua vltima † declaratione apparet, quod si ex 216
oppositoribus descriptis aliqui non compareant ad examen in die pro examine, & concursu deputato, 217
nec se excusent, legitimè poterit sine eis examen & concursus fieri. Vt † etiam aliàs censuit S. congregatio, his verbis: Episcopus vacante parochiali proposuit edicta ex hoc cap. & infrà sex dies quatuor comparuerunt, qui adscripti fuerunt, iuxta formā Concily, sed in die pro concursu, & examine deputato ex ipsis quatuor duo tantum comparuernnt, qui examini se subiicerent, idoneique reperti sunt, dubitatum fuit, an examen prædictum subsistat, ex quo duo alij adscripti non fuerunt examinati, cum Concilium præcipiat, quod omnes adscripti examinētur, cōgregatio censuit subsistere, quia verba Concily intelliguntur, quatenus veniant ad examen, aliàs in potestate vnius esset nolle venire, impedireque, ne vlterius procederetur.

14. Principaliter † dubitatur, quid faciendum si 218
semel edicto proposito nullus compareat, vel ex oppositoribus nullus repertus sit idoneus. Respondetur † S. congregationem sic censuisse d. c. 18. Item, 219
si Episcopus semel edictum proposuit per concursum, & ex multis examinatis nullus repertus sit idoneus, licet Concilium non videatur necessario requirere edictum per concursum, fuit tamen tutius iudicatum aliud edictum proponi, vt supra, & si nemo comparuerit idoneus, tunc alicui præuio examine sine concursu beneficium conferetur. Et Episcopo Vicen. sic responsum est, per illustri & Reuerendissimo Domino vti fratri Domino Episcopo Vicen. Reuerendissime Domine vti frater vacante aliqua parochiali Ecclesia, si intra terminum edicti vnus solum comparuerit, & nolit se examini subiicere, nec parochialem curet obtinere, censuerunt Illustrissimi Patres, qui Tridentini Concily decretis interpretandis sanctissimi Domini nostri authoritate prælecti sunt, ab amplitudine tua assignandum esse aliud edictum, rursusque vocandos oppositores, ita igitur obseruauit amplitudo tua, cui optimam valetudinē, & cœlestis gratiæ dona à Domino exoptamus. Romæ 4. Marty 1592. amplitudinis tuæ Illustriss. & Reuerendiss. vti frater Hieronymus Cardinalis Matthæus, & ita tradit Prosper de Augustino dicta quæstione quinta.

Circa quod † etiam considerandæ sunt sequen- 220
tes declarationes S. congregationis, d. c. 18. Prima, Episcopo Vercellen. S. Dominus noster Gregorius XIII. audita relatione Congregationis censuit, vt in collatione parochialium, quæ sunt tenues, quarum fructus 24. ducatos auri de Camera non excedunt, si proposito primo edicto examinis per concursum nemo comparuerit, fiat secundun edictum examinis, sed sine concursu, si Episcopus Vercellen. pro sua conscientia cum deputatorum consilio, ita expedire arbitrabitur, seruatis tamen temporib. præscriptis à Pio V. in sua bulla super collatione parochialiū. Secunda, beneficia curata, cuius reditus adeo exigui sunt, vt ea, aut nullus idoneus requirat, vel comparent in concursu presbyteri ita rudes, vt neque vulgarem linguam calleant, an melius sit non idoneis conferre, vel ea diu vacare permitti, Sanctissimus Dominus noster, ex sententia Congregationis dixit esse confe-

conferenda illis, quos inter omnes maioris literaturæ esse cognouerit Episcopus, eosdemq; amplius eruditi curabit, vbi vero ob dominos temporales, vel aliam iustam causam concursus non esset liber, & fructus parochialis essent pingues, dixit ponendos vicarios, donec conferri poterunt magis idoneis seruata forma Concily. Tertia, nullius diœcesis, quod si nullus sit idoneus, sanctissimus mandauit parochialem conferri vni ex comparentibus minus insufficienti, quem postea instrui curare debeat Episcopus, vt idoneus euadat.

222 15. Dubitatur, an si facto † concursu desistat magis idoneus ex reliquis oppositoribus sit eligendus magis idoneus, an vero sit faciendus alius concursus de nouo, proposito nouo edicto, &c.

223 In quo distinguendum † existimo, quod si ante factam per ordinarium electionem, seu nominationem de magis idoneo ille desistat, non est faciendus nouus concursus, sed ex reliquis oppositoribus eligendus est magis idoneus intra eundem terminum. Si enim nondum sequuta est electio, seu nominatio magis idonei reperti ex approbatis, non dicitur finitus primus concursus. Si † vero facta per ordinarium electione, seu nominatione de magis idoneo reperto, ille desistat, seu cedat, vel decedat, non poterit eligi alius ex oppositoribus eiusdem concursus, qui per electionem semel factam finitus est, & consequenter faciendus erit nouus concursus posito nouo edicto, &c. Ad quem secundum concursum ordinarius habebit nouum terminum, qui incipiet currere à die desistētiæ seu cessionis, vel mortis ei notæ ad *cap. si electio. de election. in 6.* & tradita infra *par. seq. cap. secundo à numero decimoquinto*, vbi de termino ad prouidendum parochialibus agitur, Nauarrus *consilio vndecimo, nume. tertio, de rescriptis.* & Cerola *in praxi Episcopali. 2. part. verb. concursus. §. 25.*

224 Id tamen intelligendum † est, quando ille electus desistit, cedit, aut decedit, ante lapsum quadrimestre datum per constitutionem Pij Quinti ad significandum Papæ, aliàs enim infra quadrimestre non facta significatione, omnimoda dispositio ad Papam libere deuoluitur, iuxta dictam constitutionem, etiamsi Episcopus dedisset literas electo ad significandum Papæ, quicquid dicant Nauarrus, & Cerola *ibi.*

225 16. Principaliter † dubitatur, an electio minus digni ex approbatis omisso digniori, & prouisio parochialis subsequuta sit nulla ipso iure ex dicto decreto Concilij, *cap. 18.* & dicta constitutione Pij V. an vero sit valida. Et videbatur † esse valida, ex traditis per 226 D. Thom. *2. 2. quæst. 63. artic. 2. ad tertium*, Imolam, Abbatem, Franchum, Decium & alios *in cap. de constitutis, 2. de appellation.* Couarr. *in reg. peccatum. 2. par. §. 7. num. 3.* Molinam *de Hispanor. primogeniis, libro 2. cap. 5. à num. 47.* Ioan. Gutierrez *canonicar. quæstion. libro 2. cap. 11. à numer. 15.* Petr. Ledesma *in summa 2. par. tractat. 7. cap. 1. concl. 6.* & alios relatos *sup. 7. par. c. 16.*

227 Ex quibus in causa † Toletana canonicatus S. Scripturæ inter dominum Gabrielem de Cardenas, & Doctorem Barrio, qui in concursu habuerunt paria vota, & possessio fuit data domino Gabrieli, tanquam magis nobili, cum pro parte Doctoris Barrio prætenderetur prouisionem factam D. Gabrieli fuisse nullam, quia ipse erat magis idoneus, iuxta decretum Concilij prouincialis Toletani, *actione 2. decreto vigesimooctauo*, vbi statuitur, quod ista prædenda prouideatur in concursu magis idoneo, aliter facta prouisio sit irrita, & inanis, Rota coram sanctissimo 22. Iunij 1583. resoluit constare Doctorem Barrio esse magis idoneum ex probationibus, postea tamen in alia positione coram eodē 18. Maij 1584. resoluit, quod dictum decretum Concilij Toletani erat contra ius, quatenus annullabat prouisionem factam digno omisso digniori, & quod sic indigebat confirmatione Apostolica, vt in decisionibus supra adductis, 5. *par. c. 4. num. 166.* Et fuit dictum in causa Calagurritana reductionis Motus proprij 29. Martij, 1591. coram Domino Seraphino, & refert post hæc Gonçalez *glos. 4. à numero 126.* dicens, quod fuit etiam confirmatum in vna Vallisoletana præminentiarum, 24. Nouemb. 1603. coram Dom. Pamphilio. Et sic dominus Gabriel remansit cum canonicatu.

Et in terminis tenet † Couarruuias *supra, in nouis editionibus* dicens, quod Tridentina Synodus *sessio. 24. cap. primo, & cap. decimooctauo*, digniorem esse eligendum asseuerat, vt à peccato elector immunis sit, nec tamen statuit electionem digni omisso digniori rescindendam fore, & videtur tenere Cechus *de Republic. Ecclesiastica dict. cap. decimooctauo de parocho, num. 7.* qui ait, quod si Episcopus digniori omisso minus dignum eligat, tanquam personarum acceptator mortaliter peccat, &c. Et Petrus Ledesma *supra.* 228

Nihilominus † tamen in proposito dicendum 229 videbatur electionem, & prouisionem digni omisso digniori esse nullam, vti forma Concilij non seruata volentis eligendum esse magis idoneum, &c. Et prouisiones præter supra dictam formam factas subreptitias censeri, quod clarius patet ex dicta constitutione Pij Quinti, vbi prouisiones, & quasuis dispositiones parochialium, præter, & contra formam à dicto Concilio præscriptam factas nullas, irritas, ac nullius roboris, vel momenti fore, & esse decernitur, & declaratur: & in fine adest etiam decretum irritans, si secus in præmissis omnibus, & singulis actum, aut attentatum fuerit. Et † clausula annullatiua, seu decreti irritantis indu- 230 cit formam, Iason *in l. omnium, num. 8. C. de testamen.* Felin. *in cap. cum accessissent, num. 8. de constit.* Staphi. *de literis gratiæ in præfatione, numer. 15.* Anton. Gabr. *de clausul. conclus. 3. num. 70.* Matienço *in l. 1. tit. 4. lib. 5. Recopil. glos. 4. num. 19.* Ioan. Garcia *de nobilitate, glo. 18. num. 9.* & Flamin. Paris. *de resignatione lib. 5. quæst. vltim. num. 226.* Mand. *reg. 27. Cancel. quæst. 24. numero 15.* Auend. *resp. 14. numero 1. & 2.* Ioann. Gutierrez *pract. lib. 3. quæst. 15. à num. 4* & declaratio. S. Congregationis Concilij supra adducta *2. p. cap. 5. numero 193.* & dictum est *sup. 4. p. 2. numero 42.* Et ita † in 231 proposito tenet Spino *de testament. glossa quarta, numero 86.* & tenuit Rota in vna Dertusen. parochialis de Villafranca 18. Decembris 1581. & 4. & 10. Maij 1582. coram D. Gipsio, vt in decisionibus sequentibus.

Dertusen. parochialis † de Villafranca, 18. Decembr. 1581. 232

Die 18. Decemb. 1581. fuit resolutum constare, D. Capellotum fuisse ab examinatoribus Metropolitanis iudicatum magis idoneum D. Gaudioso, hocque sibi sufficere ad obtinendam parochialem, de qua agitur, moti fuerunt domini, quia ex huiusmodi relatione digno-

scitur esse locum dispositioni Concilij Tridentin. sess. 24. capitulo 18. & constitutionis felicis recordationis Pij V. quibus cauetur licere electum ad nouum examen prouocare, & qui magis idoneus repertus fuerit reuocata prima electione, parochialem obtinere debeat, quod in proposita facti specie haud difficulter procedit, cum D. Capellotus, etiam ab examinatoribus Episcopi Dertusen. fuerit ætate, idoneitate, prudentia vna cum aliis habilis iudicatus de bonis eiusdem moribus non videtur hæsitandum, tum quia contra ipsum nihil obijcitur, aut probatur, ex iurisque præsumptione idoneus censetur, ad cap. dudum, de præsumptionib. decis. 2. de testamen. in nouis, *tum de illis in testimonialibus literis, & licentia prædicandi, audiendique confessiones Vicario generali eiusdem Episcopi Dertusen. obtenta sufficienter constat, talia enim, nisi doctrina, vita, & moribus approbatis non conceduntur*, d. Concilium, sess. 5. cap. 2. §. caueant. *Accedunt etiam testes vltimo loco examinati qui simul cum aliis præmissis bene probant intentionem domini Capelloti. Non placuit dominis, quod Episcopus posit eum eligere, quem cæteris magis idoneum iudicauerit, quasi hoc eiusdem iudicio, & arbitrio relinquatur, quia dicebant intelligendum esse illud Episcopo commissum, tanquam bono viro, vt indicat verbum*, Iudicauerit, *Abbas* cap. cum autem, num. 6. de iure patrona. in capitulo 2. de corpore vitiatis. l. fideicommissa. §. quanquam. de legat. 3. *teneatur igitur Episcopus iustum, & rationabile iudicium proferre*, §. omnes, in authentic. de iudicibus gloss. in cap. 1. de constitut. *& sic D. Gaudiosum, eius Secretarium, non magis idoneum cæteris iudicare, & eo magis redditur suspectum eius iudicium, qui noluit relationes ab examinatoribus, iuxta solitum fieri de magis idoneo, sed solum sibi referri iussit, an illi, qui concurrebant, essent idonei, quod fecisse præsumendum est, vt facilius relinqueretur locus gratificationi, idcirco nulla censeri debet dict. electio. Facit, quod in simili dicitur de creatione officialis, quæ nisi fuerit facta secundum antiquam consuetudinem, non valet.* l. actuarios. C. de numerat. & actua. libro 12. *vbi Bar. notat* Corsetus singulari 56. *incip.* consuetudo. *Præterea dicebatur, quod si Episcopus posset pro eius voluntate hoc pacto eligere, sequeretur, quod facillime Bulla reddatur elusoria, & nunquam esset locus prouocationi. Insuper visum etiam fuit non obstare, quod ex quinque examinatoribus Metropolitanis duo non erant Synodales, quia cum tres ex dispositione Concilij sufficerent, alij qui ad maiorem cautelam fuerunt adhibiti, non possunt vitiare.* l. testamentum. Codic. de testamen. *Modernus* in l. quæ dubitationis. ff. de regulis iuris. *sed potius tenuit ad illius augmentum, nec Concilium vbi supra hoc prohibet, nec vitur aliqua taxatiua, propterea licuit Metropolitano vltra Synodales duos alios examinatores eligere, & ita conclusum fuit non obstantibus aliis ex aduerso adductis.*

233 In eadem coram † eodem 4. & 10. Maij 1582.

Retentis aliis decisionibus in hac causa factis dubitaui, *an & in quibus fructibus Gaudiosus veniret condemnandus, & dubio bis proposito domini pro maiore parte firmarunt ipsum teneri ad illorum fructuum restitutionem, quos ex decimis & primitijs rectori eius Ecclesiæ debitis à die motæ litis ipse percepit, in hanc enim iuerunt sententiam, eo potissimum fundamento, quia hæc electio forma Concilij non seruata, vti surreptitia nulla, & nullum ius irrita, aut iustum possidendi titulum ipsi Gaudioso præbere potuit, vt clare demonstrant Concilium Tridentinum* sessione 24. cap. 18. *& constitutio Pij V. super collationem parochialium, quapropter fructus absque dubio restituendi sunt, quod etiam sibi locum vendicasset, vbi Episcopus tantum sine ordine processisset. Affluctis* decision. 218. numer. 5. *Quamobrem cessare dicebatur obiectum, quod licuerit Gaudioso, ductos fructus veluti bona fide, ac iusto titulo perceptos in proprios vsus conuertere, ad* l. qui authore. ff. de regulis iuris. l. bonæ fidei de acquiren. rerum domin. *Dd.* in cap. grauis. de restitutio spoliatorum. *cum alius adductis per informantes, cum enim ius hoc pacto dictæ electioni, ac prouisioni resistat, visum fuit, non esse hæsitandum Gaudiosum prædictam restitutionem minime euitare posse, idem voluit Abbas* in cap. dilecto de præbend. numero 12. *per doctrinam Bartoli* in l. sed etsi. §. scire. de petition. hæreditat. *quam vti pulchram sequitur Felinus* in cap. de 4. numero 31. verficul. 3. restrictio de præscriptionibus. *Nec placuit dominis ex eo Concilij formã satis posse dici iure seruatã, quod in proposita facti specie huiusmodi electio Episcopi iudicio relinquatur, quia vt aliàs resolutum fuit, Concilium de iusto, & irrationabili iudicio loquitur, & ita intelligi debet, vt aperte summus Pontifex in dicta constitutione demonstrat, nam is profecto non seruat legem, quinimo in illam committit, qui legis verba amplexus contra legis mititur voluntatem.* leg. non dubium. Codic. de legibus. capitulo certum. de regulis iuris. in 6. *facit illud vulgare sensum magis quàm verba spectari.* l. 3. §. conditio. de adimen. legat. leg. 3. Codic. de liberis præteritis. *Non obstat, quod appellatione pendente prouisus ab eadem Ecclesia moueri non possit, quasi quod interim fructus suos facere valeat: quia responderunt domini hoc sibi non suffragari, cum eius electio, vt dixi, contra formam à iure præscriptam inducta fuerit, & eo magis cum sententia Episcopi, siue iudicium ex eisdem reuocetur, quo sit, vt à die motæ litis in mala fide præsumpta constitutus censeatur, & ideo fructus huiusmodi lucrari non debet. Rota* decisione 4. de restitut. spoliatorum in nouis. *& ita etiam dicere nos cogit ratio, vt fraudibus & malitijs, quantum fieri potest, occurratur, alioquin minus idonei ab ordinarijs sic electi, & in possessionem immissi, vt diuturni prædictos fructus consequi possent, lites immortales proculdubio reddere conarentur. Faciunt notata* in Clementina vnica. de sequestration. possession. & fructuum. *& posthac ita tenet Gonçalez* glossa 4. à numero 136. *& Azeuedo* consilio 9. à numero 27. *& Rebellus* 1. parte libro 3. quæstion. 4. numero 15. & quæstion. 5. numero 5. vers. 5.

234 Sed quod attinet † ad fructus, quamuis in ista vltima decis. dicatur teneri ad fructuum restitutionem à die motæ litis videtur teneri, etiam à die intrusionis, supposito quod prouisio sit nulla propter dict. decretum irritans ex dictis sup. 5. *p. c.* 5. *à numero* 24.

235 Sed adhuc † verior videtur prima sententia, quod d. electio minus digni, & prouisio subsecuta sit valida, neque obstat dictum decretum irritans Concilij, & Constitutionis Pij V. nam non videtur referendus ad prouisiones factas de minus dignis, sed ad factas, non seruata aliàs forma ibi præscripta, nam si referendum esset ad prouisiones, & institutiones factas de electis minus dignis, sequeretur prouisiones factas à collatoribus inferioribus electis ab Episcopis, & institutiones factas de præsentatis per patronos Ecclesiasticos esse nullas, si forte non

te non sunt electi magis idonei: cum tamen tales collatores, & instituentes, ad quos electio non
236 spectat, nullam habeant culpam. Præterea † in dicta constitutione Pij V. *versicul. vt autem.* specialiter prouidetur de remedio appellationis, quando Episcopus minus habilem elegerit, vt eius iudicium irrationabile reuocetur, & interim electio & prouisio habeant effectum, vnde videtur illa esse valida, donec reuocetur per iudicem appellationis.

237 Et secundum † contrariam sententiam nulla fere electio & prouisio esset certa, & secura, & daretur locus mille scrupulis. Et si talis electio & prouisio esset nulla, vti forma non seruata, etiam reiecto non appellante, posset, ac deberet retractari, & nulla declarari. Quod tamen videtur contra dictam constitutionem Pij Quinti, quæ solum dignioribus reiectis concedit tunc ius appellandi.

Et hæc sententia videtur magis conformis vsui, & communi sensui.

238 Vnde talis electus † & prouisus videtur facere fructus parochialis suos, donec eius electio & prouisio per iudicem appellationis reuocetur & rescindatur, & consequenter non esse condemnandum in fructibus, nisi ad summum à tempore primæ sententiæ reuocatoriæ, vsque ad illud enim tempus iuste possidet, & cum iusto, ac legitimo titulo, faciunt tradita per Felin. *in dict. capitulo* 4. *numero* 33.

239 17. principaliter † dubitatur, an & quando detur appellatio à mala prouisione, seu dispositione parochialis, in quo dicendum est, non dari appellationem à relatione examinatorum, nec per eam impediri, aut suspendi, quo minus executionem habeat, vt *in dict. capitulo* 18. *versic. nec prædictorum examinatorum*, & sic à reprobatione examinatorum non dari appellationem, à mala tamen Ordinarij electione dari appellationem, ex constitutione Pij V. *versic. vt autem non solum*, vt in dict. decisione Dertusen.
240 supra adducta *dubio præcedenti*. Et ita † censuit S. Congregatio Concilij his verbis: *Ex Bulla Pij V. quæ incipit, In conferendis Congregatio respondit, non dari appellationem à reprobatione examinatorum, sed duntaxat à mala Ordinarij electione.* Flamin. Paris. ita accipiendus *dict. libro* 8. *quæst.* 9. *numero* 104. Cechus *d. capitulo* 28. *de parocho, numero* 6. & 7. Marcus Anton. Genuensis *d. capitulo* 65. *numero* 5. & sic est intelligendus Cerola *dicta* 1. *parte, verb. parochia,* §. 2. *dub.* 9. circa quod vide dicta supra 6. *p. capitulo* 2. *à numero* 76.

241 *Et in vna Lucana plebis, seu* † *parochialis.* 8. *Iun.* 1571. *coram D. Lancelloto, seu Binarino, fuit resolutum, relationem examinatorum non posse suspendi per appellationem, quo minus ex ea fiat institutio, ex Concilio Tridentino supra, licet secus, si agatur de institutione facienda vigore iuris patronatus, & non relationis, vt in decisione adducta* c. 4. seq. n. 18.

242 Id autem quod dictum † est, non dari appellationem à reprobatione examinatorum, quod etiam de deuolutiua intelligitur, vt ex adductis apparet, so-
243 lum procedit in beneficiis curatis, in quibus loquitur *d. capitulo* 18. Secus in † beneficiis simplicibus, in quibus licet præsentati, seu electi, vel nominati à quibusuis Ecclesiasticis personis non debeant instituti, nisi prius fuerint ab Ordinariis examinati, & idonei reperti, & nullus appellationis remedio se tueri possit, quo minus examen subire teneatur, vt
244 *in capitulo* 13. *sessio.* 7. Tamen † à relatione & reprobatione examinatorum datur appellatio suspensiua non obstante *capitulo* 9. *sessio.* 25 *de reformat. versic. ad hæc*, quod quatenus refert se ad alia statuta, relatio quoad beneficia patronata curata debet fieri, ad *dict. caput* 18. Quo vero ad beneficia patronata simplicia ad *dict. caput* 13 vt fuit resolutum in causa Calagurritana portionis de Amarita, de anno 1575 coram D. Cantutio, vt *in decisione* 6. & 10. *par.* 2. *diuersorum*, & tradit Gonçalez *glos.* 9. *in annotationibus à numero* 184. & *numero* 209. Quinimo † etiam in 245
parochialibus iuris patronatus laicorum puto dari appellationem præsentatis, quando vnus solus est præsentatus, nec habet locum concursus à reprobatione examinatorum, ex quo ex præsentatione habent ius ad parochialem, sicut de habente gratiam ad parochialem in forma dignum, dixi *supra* 6. *p. cap.* 2. *n.* 76.

Sed aduertendum est, quod licet † in parochia- 246
libus detur appellatio à mala Ordinarij electione, est tamen solum ad effectum deuolutiuum, nam ea interposita interim non impedit, aut suspendit quo minus executioni demandetur, & prouisus pendente appellatione à parochiali non est amouendus, vt in dict constitutione Pij Quinti, *versic. hac tamen*, Cerola, Cechus & Genuen. *vbi proxime*, & dictum est *dubio præcedenti*, *à numero* 36.
Quod † procedit, etiamsi contra eum sit lata senten- 247
tia per iudicem appellationis, à qua ipse appellauit: nam ista secunda sententia non est executioni demandanda, pendente appellatione, quæ habet vtrumque effectum deuolutiuum, & suspensiuum, vt per Ioan. Gutierrez *dict. libro* 2. *canonicarum quæst. capitulo* 11. *numero* 25. & *pract. quæst. libro primo quæst.* 146. & Gonçalez post hæc visum, *glos.* 6. *à numero* 163. qui plura affert. Sicut etiam quando conceditur gratia per Papam de parochiali, & adest certus possessor, datur appellatio suspensiua à sententia executoris, nec tunc procedit dicta constitutio Pij Quinti vt fuit resolutum in vna Agrigentina beneficij 12. Nouembris, 1601. supra adducta 6. *part. capitulo secundo numero* 130. & vide aliam quæstionem per Gonçalez *dict. glos.* 6. *ex numero* 222. vbi multa vtilia tradit.

Et procedit etiam, quod dictum est, dictam appellationem non suspendere, etiam quando examinatores sunt discordes, quamuis tunc contrarium teneat Gonçalez *glos.* 9. *in annotationibus numero* 209. vbi cum dixisset, quod collationes, & possessionum traditiones Ecclesiarum parochialium per nullam appellationem suspenduntur, vt in Concilio *dict. capitulo* 18. & in dicta constitutione Pij Quinti subdit, id non procedere ex sententia Sacræ Congregationis, quando examinatores sunt discordes, vt per Flamin. Paris. *de resignat. beneficior. libro octauo quæst.* 9. *numero* 104. Sed Flamin. ibi solum ait, quod in vna Vicentina fuit resolutum in Congregatione Concilij, pridie Kalend. Septembris, 1570. quod datur appellatio à mala electione, quam facit Episcopus, quoties examinatores sunt discordes: quod quidem est intelligendum de appellatione deuolutiua tantum, sicut etiamsi examinatores fuissent concordes, vt patet ex dicta constitutione Pij, *versic. hac tamen*, quæ generaliter & indistincte loquitur. Et supposito, quod tam electus, quàm appellans sint de approbatis ab examinatoribus, iuxta formam Concilij, nil refert, quod illi fuerunt concordes, aut discordes, à quorum approbatione, seu repro-

batione, siue in concordia, siue in discordia facta nõ appellatur, sed ab electione Episcopi, in qua non attenditur, an examinatores fuerint concordes, seu discordes in approbatione, sed quis exapprobatis sibi magis idoneus videatur.

248 Nihilominus vero † lata prima sententia contra possessorem apud Curiam parochialis sequestrabitur, iuxta Clementinam vnicam, de sequestratione possessionum, & fructuum, & ita in dict. Dertusen. parochialis 18. Martij, 1582. coram Domino Gipsio fuit resolutum, parochialem sequestrandam esse in illo casu non obstante dicta constitutione Pij Quinti, quæ prohibet, pendente appellatione prouisum amoueri, quia loquitur in prima sententia Ordinarij.

249 Rursus † aduertendum est, tunc dari appellationem à mala Ordinarij electione, quando alias seruata est forma Concilij, illa enim non seruata, electio, & prouisio est nulla, & parochialis manet Papæ dispositioni reseruata, iuxta dict. constitutionem Pij Quinti.

250 Et circa hoc † notanda est decisi. Rotæ in causa Rauenaten. parochialis, 2. Decemb. 1592. coram illustrissimo Arigonio, quæ sic se habet: *In concursu ad parochialem ab examinatoribus, Zauara, & Morigius fuerunt æquè idonei reperti, & approbati, & quia Reuerendissimus Archiepiscopus horum vnum eligere debebat, & elegit Morigium, Zauara dixit, in huiusmodi electione fuisse grauatum, cum ipse esset Sacerdos, Doctor, & pauper, & sine beneficio, & consequenter præferendus erat Morigio. Hac controuersia coram me per appellationem pendente, illam in Rota proposui, & per Dominos fuit responsum, non constare de grauamine. Et quamuis qualitates Doctoratus, Sacerdotij, & aliæ supra dictæ sint consideratione dignæ, Abbas* in cap. primo de maioritat. & obedient. *Decius* consil. 502. numero 12. & 13. *nihilominus ipsæ solæ non faciunt aliquem digniorem pro obtinenda & gubernanda parochiali Ecclesia, cum vltra doctrinam, in qua ambo fuerant approbati æquè idonei, erant quoque considerandi mores, prudentia, & alia opportuna ad gubernandam Ecclesiam, vt apparet in Concilio Tridentino,* sess. 24. cap. decimooctauo, & in cap. cum in cunctis, in prin. de elect. *& plures tradit Lambert.* de iure patronat. secundo libro prima p. 10. quæst. *& præsertim* verficulo trigesimo requiritur, &c. *Imo neque etiam aliquando ille, qui est Doctor, & sanctior, est iudicandus dignior, sed is, qui iuxta munus & rem, cui præficiendus est, aptior eius ministerio apparet. Et fieri potest, quod Doctor, & pauper non sit ita aptus, vt non Doctor, & non pauper, & merito non Doctor, & non pauper iudicandus sit dignior, vt post alios annotauit Couarr.* reg. peccatum, parte 2. §. 7. nu. 4. versi. dignior vero, *& etiam ita fuit dictum in causa Beneuentana parochialis, 13. Iunij, 1590. coram Reuerendissimo P. D. Orano. Vnde cum Archiepiscopus vnũ ex æque idoneis ab examinatoribus approbatis elegerit, dicendum est, maiores qualitates agnouisse concurrere in Morigio circa mores, prudentiam, & alia, quæ sunt necessaria pro gubernanda parochiali, quam in Zauara, cum pro iudicio Episcopi sit præsumendum,* cap. in præsentia, de renuntiatio. *& idem colligitur ex consti. fel. rtcor. Pij papæ V. cum permittat tantum appellationem, quando appellans docet de dolo & irrationabili iudicio Episcopi, vt apparet in illius narratiua, ibi, Carnalitatis, aut alium humanæ passionis affectum, non rationis iudicium sequentes, &c. Et in dispositione, ibi, & constito, &c. quod non docetur in casu de quo agitur, præter illas solas qualitates, quando in illo possunt concurrere maiores qualitates circa mores, & alia, quæ reddunt illum habiliorem ad gubernandam parochialem, de quibus omnibus cum Morigius esset ciuis, & canonicus eiusdem ciuitatis, & semper ibidem permansisset, Archiepiscopus habuit plenam notitiam,* Caputaquen. decisi. 406. 2. part. *Et licet Zauara esset eiusdem diœcesis, & in diuersis locis, Archiepiscopus non poterat ita de facili habere notitiam de eius moribus, vita, & aliis qualitatibus, sicut de Morigio, & Ordinarius debet præferre illum, de quo est melius informatus, vt post alios tradit Lambertin.* dict. tract. de iure patronat. 24. articulo 7. quæst. principali, par. 1. 2. lib. *Neque decisiones in causa ciuitatis Castelli parochialis, & in causa Aretina capellaniæ dant contrarium. Nam in illa ciuitatis Castelli docebatur de grauamine ostendendo irrationabili, & dolosum iudicium Ordinarij, per multa, quæ adducebantur, & præsertim, cum electus esset eius familiaris, & forensis, non electus esset eiusdem diœcesis, & repertus magis idoneus ab examinatoribus, & sic non fuit sola qualitas Doctoratus. Idem erat in causa Aretina, in qua non solum concurrebat huiusmodi qualitas Doctoratus, sed etiam concurrebant alia in præsentato, propter quæ veniebat præferendus, & præcipuè, qui erat vnus de compatronis. Præterea fuit dictum, & dummodo abesset dolus, & irrationabile iudicium Ordinarij multas esse qualitates, propter quas aliquem reputandum esse magis dignum, & esse tales, quas si Ordinarius non attendit, eligendo alterum dummodo sit idoneus, & dignus malefaciet, non tamen annullabit electiones, Decius,* in consilio 129. col. 1. *& ita post Hostien. Ioan. Andream, Anto. de Burio, Cardin. & alios declarat. & de magis communi attestatur Couarr.* in d. capit. peccatum, 2. parte, §. 7. sub num. 4. versic. qui tamen in consensu accipiendus est, & in versic. igitur iura humana, *quia alias esset locus mille litibus, & nulla electio fieri posset, quæ litibus & controuersijs non vexaretur, in magnum damnum Ecclesiarum, & idem refert Molina* in tract. de Hispanorum primogeniis, cap. 5. num. 47.

Sexta Iunij 1594. coram eodem Domini steterunt in hac decisione, & dixerunt: Ex eo quod quis sit Doctor diœcesanus, & maior ætate, non censetur magis idoneus, vt sit præferendus in parochiali prouiso Ordinario.

Concordat etiam † decisio Fanen. parochialis supra adducta dubio 12. n. 213. 251

Et post hæc scripta vidi Hieronymum Gonçalez qui *gloss. 4. à num. 114.* refert dictam decisionem Rauenaten. 2. decisi. 1592. & in ea contenta, & allegat aliam concordantem in alia nullius concursus, 4. Decembris, 1600. coram Domin. Ludouisio. Et addit, quod non solum interest habere notitiam pristinam de vita & moribus, & aliis qualitatibus, sed etiam de scientia & literatura, quia potest quis in vno examine apparere magis doctus ex fortuna puncti assignati, vel quæstionis propositæ, cum re vera sit minus, & è conuerso, vt per Tiraquell. *de pœnis temperan. causa 51. n. 159.* Et quod ideo appellantes ab iniusta electione, vel iudicio Episcopi, non facile possunt docere de grauamine, & iam factam electionem euertere, ex quo Concilium Tridentinum multum deferat iudicio Ordinarij, qui ex variis animi sui motibus pensatis, & consideratis omnibus supradictis se informare potuit, & à *num. 141.* refert decisionem Dertusen. supra adductam *num. 232.* & idem fuisse nouissime resolutum in vna Tuden. parochialis, 18. Aprilis, 1603. pro maiori parte dominorum coram D. Sacrato. vbi fuit decisum electionem

nem factam ab Ordinario Tuden. ad fauorem cuiusdam sui familiaris esse irrationabilem, & reuocandam, & parochialem adiudicandam cuidam Doctori Scobar appellanti, vti magis idoneo, ac plures & maiores qualitates habenti, quas memorat ibi decisio, & respondet ad dictam decisionem Rauenaten. & reliquas superius citatas, dicens, quod quamuis relinquatur iudicio Episcopi, an quis sit magis idoneus, hoc procedit dumtaxat, quatenus Episcopus recte iudicauerit, secus quando constat de iniqua, & irrationabili electione. Vnde Gonçalez ait, quòd quamuis semel Rota dixerit, quod ad hoc vt appellans à mala electione Episcopi, iuxta formam constitutionis Pij Quinti possit in secunda instantia prouocare ad nouum examen, debeat prius docere de fumo læsionis, & grauaminis, alias audiri non debet, tamen nouissimè S. Congregatio Concilij Tridentini in vna causa Pistorien. contrarium sensit, quia aliter, esset ligare manus appellanti, vt non possit docere de grauamine, præsertim, cum sæpè, & vt plurimum acta examinis primæ instantiæ tali modo componantur, & fabricentur, vt ex illo de læsione apparere minime valeat, nec non esset frustratoriam fere reddere dictam constitutionem Pij Quinti, ac illius literam, & mentem violare, quæ ideo disponit, vt in secunda instantia possit appellans ad nouum examen prouocare, vt ex illo liqueat de irrationabili, vel rationabili iudicio Ordinarij, & in summa ait ad iudicandum, an sit magis idoneus electus, vel non, multum valere iudicis superioris arbitrium, pensatis & consideratis omnibus, Menochius *de arbitrar. casu 67. num. 3. & casu 69. nu. 4. cum aliis.* Et tandem *num.* 146. ait, vnum certum esse, quod quicquid sit in foro exteriori, in interiori saltim Episcopus minus bene eligens exactam rationem Deo reddet, apud quem nulla excusatio valebit, cum arcanorum cognitor & iudex sit. *capitulo erubescant, in fine, 32. distin. capitulo nouit*, vbi Nauar. *notabili 1. de iudic.* Hæc Gonça-
252 lez.

Circa quæ animaduerto 1. quod certum videtur, quod ad hoc † vt appellans à mala electione Episcopi possit in secunda instantia ad nouum examen prouocare, non debeat prius docere de fumo grauaminis, id enim non dicit constitutio Pij V. maximè, cum appellatio interim non impediat, aut suspendat, quo minus electio Ordinarij effectum habeat, vt in dicta constitutione dicitur. Secundo, quod ad hoc vt dicta constitutio Pij Quinti locum habeat, non est opus, quod appellans doceat de dolo & irrationabili iudicio Episcopi ex proposito, sed satis est, quod per examen factum coram iudice appellationis, & eius examinatoribus constet de mala electione, & irrationabili iudicio Episcopi re ipsa; appellatio enim inuenta est ad corrigendum grauamen, non solum ex dolo, & animo illatum, sed etiam re ipsa, Bart. *in l. 1. in princip. num. 5. de appella.* Abbas *in cap. suggestum, num. 3.* & ibi Franch. 2. *notab. eodem tit. cum aliis*, & examinatores secundæ instantiæ, attento examine literaturæ ab eis facto, & visis informationibus super moribus & vita, prudentia & aliis qualitatibus appellantis, & appellati, solum debent renuntiare, & declarare, quis eorum sit magis idoneus, non autem an Episcopus dolosè versatus fuerit, quod ad eos non attinet. Et magis idoneo ab examinatoribus iudicato, debet ipse iudex appellationis parochialem adiudicare, reuocata prius Episcopi electione, vt in dicta constitutione. Quamuis enim examinatores concursus primæ instantiæ non debeant renuntiare, quis sit magis idoneus, sed ex approbatis ab eis Episcopus eligere debeat quem cæteris magis idoneum iudicauerit, vt in Concilio *dict. capitulo 18. sess. 24.* & dictum est supra *à numero 108.* tamen examinatores secundæ instantiæ renuntiare debent, quis ex duobus sit magis idoneus, ad hoc enim fit nouum examen coram eis, ex dicta constitutione Pij Quinti. Cum autem ipsorum vota essent paria, seu singularia, quia duo verbi gratia renuntiant magis idoneum appellantem, & alij duo renuntiant magis, aut æque idoneum appellatum, aut quia vnus ex tribus approbat tanquam magis idoneum appellantem, & appellatum, tanquam magis, aut æque idoneum, & alius nec approbat vnum, nec alterum tanquam magis idoneum, nec tanquam æquè idoneos. Vt enim appellans vincat, debet declarari magis idoneus, tunc iudex appellationis accedere posset, quibus magis videbitur arbitrio boni viri, vt alias dicitur in examinatoribus primæ instantiæ *d. capit. 18. vers. transacto*, & dictum est supra *à n. 54.* & tunc solum habebit locum, quod ait Gonçalez *nu. 145.* quod ad iudicandum, an sit magis idoneus electus, vel non, multum valet iudicis superioris arbitrium. Nec obstant illa verba narratiua d. constit. *Carnalitatis, aut alium humanæ passionis affectum, non rationis iudicium sequentes, &c.* quæ ponderat dicta decisio Rauenaten. quia illa denotant causam impulsiuam constitutionis, & non restringunt dispositionem, *leg. 1. §. sexum. ff. de postulando, cum aliis.* Tertio animaduerto, quod illæ qualitates, de quibus in decisione Rauenaten. quod reiectus sit Doctor, sacerdos, diœcesanus, pauper, & maior ætate, non sic electus, non sufficiunt, quamuis de eis constet in processu primæ instantiæ, & essent alias æquè idonei reperti per examinatores, vt absque alio examine sit ei adiudicanda parochialis per iudicem appellationis, quia Episcopus ad quem spectat eligere magis idoneum, potuit ex aliis iudicare alterum magis idoneum, & sic procedet decisio Rauenaten. & concordantes. Quartò & vltimo animaduerto, quod quamuis à relatione examinatorum primæ instantiæ non detur appellatio etiam deuolutiua, *vt in d. capitulo* 18. Concilij, *vers. nec prædictorum examinatorum*, & supra dictum est *à num. 239.* sed solum à mala electione Ordinarij: tamen à relatione examinatorum secundæ instantiæ in effectu datur appellatio etiam suspensiua, ex quo potest appellari à sententia per iudicem appellationis lata, quæ fundatur in relatione examinatorum, iuxta dictam constitutionem Pij V. & supradicta.

Et circa supradicta, † & dictam causam Tuden. 253
parochialis addit Gonçalez *glos. 31. à numero 51.* quod Auditor Rotæ, cui commissa est causa appellationis à mala electione Ordinarij, non potest appellanti in causa obtinenti conferre parochialem vacantem in mense Apostolico, seu alias reseruatam, vigore Clementinæ, Auditor, de rescriptis, nisi ad hoc habeat specialem Papæ commissionem, & ita nuper respondisse in dict. causa Tuden. parochialis, nam cum vacaret illa parochialis in mense reseruato, affixis edictis se opposuerunt A. & B. & præuio concursu Ordinarius elegit A. qui obtinuit collationem Apostolicam, iuxta formam Concil. *d. cap. 18.* B. autem appellauit à mala electione Ordinarij, & commissa causa in Rota obtinuit declarari, constare de irrationabili electione A. & illam reuocari debere cum omnibus inde secutis. Et dubitabatur, an D. Sacratus Rotæ Auditor, & causæ iudex posset con-

ferre d. B. eandem parochialem vigore *d. Clementinæ* 3. dixit quod non, quia regula ligat omnes non solum Rotæ Auditores, sed etiam Cardinales legatos de latere, vt dixit *glos.* 24. *n.* 29. 39. & 44. Item, quia Rotæ Auditor in casu dictæ Clementinæ succedit in locum Ordinarij, Cæsar de Graf. *decis.* 14. *de præben. n.* 9. & ideo sicuti Ordinarius solummodo eligere poterat in hoc casu, sic & D. Rotæ Auditor. Item quia resultaret aliter præiudicium tertij, hoc est, officialium Cancellariæ, & quando resultat præiudicium tertij, Auditor delegatus conferre non potest, *cap. super eo, de offic. deleg.* latè Selua *de benefic. 2. par. quæst.* 13. & ita inquit fuit seruatum, quia dict. B. obtinuit de ordine Rotæ prouisionem Apostolicam de d. parochiali, & de d. Clementina, Auditor, vide dicta supra 5. *par. c.* 8. *à n.* 100.

254 Sed offert se dubium, an quando electus, seu prouisus, à cuius electione per reiectum fuit appellatum, cedit, vel decedit, seu obtinet aliam parochialem, seu beneficium incompatibile, antequam coram iudice appellationis sit factum examen literaturæ, expiret ius appellantis, an vero possit illud prosequi? Et ratio dubitandi est, quod tunc non potest electus ad examen coram ipso appellationis iudice, & eius examinatoribus prouocari, vt ait dicta constitutio Pij Quinti, etiam si adhuc viuat, ex quo iam ius suum expirauit. Nihilominus tamen dicendum videtur, nõ expirare ius appellantis, sed posse illud prosequi. Licet enim electus non possit ad examen vocari, potest alias probari maior, vel minor idoneitas, & literatura per examinatores concursus, vel alios testes habentes notitiam literarum, & scientiæ vtriusque. Vbi enim forma præcise seruari, & impleri non potest sufficit actum facere eo modo quo fieri potest, Aymon *consil.* 177. *cum aliis*, vt in decisione Litteren. Archipresbyteratus supra adducta, *num.* 87. & Placentina parochialis adducta *num.* 90. Faciunt decisiones Barchinon. parochialis relatæ 2. *par. cap.* 1. *numero* 144. & 145. & si dictus electus viuit, & percepit aliquos fructus, saltim post motam litem, quos appellanti in causa obtinenti debet restituere, secundum Rotam, vt *in decis. supra adducta*, *numero* 233. posset ratione illorum, nisi illis cederet, ad examen prouocari, stando in illa sententia Rotæ, contra quam tamen ego teneo *supra n.* 238.

§. 2.

De aliis dubiis.

SVMMARIA.

An in parochialibus iurispatronatus requiratur examẽ per concursum, resolutur primò in parochialibus iurispatronatus laicorum non requiri examen per concursum, sed solum præsentatum examinandum esse ab Ordinario cum tribus saltim examinatoribus synodalibus, & illi idoneo reperto institutionem faciendam. num. 255. *vbi ponuntur declarationes S. congregationis.*

Id limitatur quando fuerint plures præsentati à patronis laicis, nam tunc inter ipsos requiritur examen per concursum, num. 256. *vbi ponitur declaratio S. Congregationis. Quod intelligitur, quando singuli præsentati habent æqualem vocem, nam si aliquis haberet plures voces, is solum esset examinandus.* numero 257.

In propositio nil videtur referre, quod ius patronatus sit ex fundatione, vel dotatione, aut ex priuilegio, seu consuetudine, n. 258.

Lite pendente super iure patronatus, seu præsentãdi manutenendus est Episcopus in possessione conferendi parochiales, seu faciendi concursum, n. 259. *vbi ponitur resolutio Rotæ, sicut manutenendus est Episcopus in iurisdictione, in tota sua diœcesi contra inferiores prætendentes immemorialem, donec de ea constet ex iuris communis assistentia, non aliter, probata quasi possessione Episcopi* n. 260.

In parochialibus iurispatronatus Ecclesiastici requiritur examen per concursum, ita vt si institutio ad Episcopum pertineat, quem patronus digniorem inter probatos ab examinatoribus iudicabit, Episcopo præsentare teneatur, vt ab eo instituatur, cum vero institutio ab alio erit faciẽda, Episcopus ex dignis eligat digniorem, quem patronus ei præsentet ad quem institutio spectat, n. 261. *circa quod ponuntur declarationes S. Congregationis* n. 262. & 263.

Debent examinatores approbare quotquot idonei reperti fuerint, vt ex eis patronus eligat, n. 264. *vbi ponitur declaratio S. Congregationis.*

An si reperiantur duo æque idonei, patronus Ecclesiasticus possit gratificare, & præsentare Episcopo quem maluerit, an vero debeat ambos præsentare, vt Episcopus instituat vnum ex eis, quem voluerit. à n. 265. *Resoluitur, patronum posse gratificare, & ponitur declaratio sacræ Congregationis.*

An si patronus digniorem non elegerit, Episcopus eum instituere teneatur, à n. 268. *Resoluitur teneri, nisi alius ex approbatis in termino edicti pro institutione appositi, seu saltim ante institutionem se opposuerit.*

Quod dictum est de parochialibus iurispatronatus Ecclesiastici procedit, nisi aliud in institutione, & fundatione cautum sit, quæ erit seruanda, n. 270. & seq. *& ipsi institutio facienda sit à S. Pontifice, vt quia vacauerunt in mensibus Apostolicis, vel alias sint reseruatæ, nam tũc Ordinarius nulla habita ratione patronorum, debet facere concursum, & magis idoneum eligere, ac instituendum remittere & significare S. Pontifici* n. 272. & seq. *vbi ponuntur declarationes S. Congregat.*

Quid in parochialibus iurispatronatus mixti, an ad istum effectum concursus censendum sit Ecclesiasticum, an potius laicale, à n. 276. *Resoluitur, censendum esse Ecclesiasticum, ex sacra Congregatione, cuius declarationes ponuntur* n. 278.

Quod dictum est de parochialibus iurispatronatus Ecclesiastici, idem dicendum videtur de parochialibus, in quibus persona Ecclesiastica habet ius nominandi Rectorem, nam idem in effectu est, num. 281. *& declaratur quædam declaratio S. Congregationis.* numero 282.

Supposito quod ius patronatus mixtum ad effectum concursus censendum sit Ecclesiasticum, an parochiales talis iurispatronatus cadant sub reseruationibus, ita vt si vacauerint in mensibus reseruatis, Ordinarius, nulla habita ratione patronorum debeat facere concursum, & eligere magis idoneum, n. 283. *Resoluitur, non cadere, sed ad istum effectum censendum esse laicale.* n. 284.

An in vicariis perpetuis parochialium vnitarum debeat fieri concursus, sicut in parochialibus iurispatronatus Ecclesiastici, à numero 285. *Resoluitur, non debere fieri concursum, sed ad nominationem illorum, quorum dignitati, vel Ecclesia parochialis est vnita, deputandos Vicarios cum examine, & approbatione Ordi-*

nari,

narij, etiam sine examinatoribus Synodalibus, nec valere decretum Concilij Toletani contrarium, nec suffragari possessionem contrariam etiam in iudicio possessorio, & adducuntur declarationes S. Congregationis, & alia.

Id non procedit in beneficijs curatis, quæ dicuntur vicariæ, non tamen sunt vicariæ parochialium vnitarũ, sed de per se, nam in his debebit fieri concursus. numero 298. & num. seqq. *ponuntur resolutiones Rotæ. Et idem est in vicarijs erectis in Ecclesijs vnitis, abdicando & separando curam ab ipsis Ecclesijs, & transferendo eam in vicarias; huiusmodi enim vicariæ sunt vere beneficia curata de per se,* num. 301. & 302. & num. seq. *adducitur declaratio S. Congregationis.*

An quod dictum est de vicarijs perpetuis parochialium vnitarum procedat etiam quando vicaria vacat in mensibus reseruatis, à num. 304. *adductis variis decisionibus Rotæ, resoluitur, vicarias perpetuas electas ante Concilium comprehendi sub reseruationibus, & tunc earum prouisionem ad Papam spectare absque præuio concursu: in vicarijs vero perpetuis ex decreto Concilij erectis vacantibus in mensibus Apostolicis posse fieri nominationem, & deputationem, non obstante reseruatione, ita tamen, quod vicarij teneantur expedire nouam prouisionem, nec alias ad possessionem admitti possunt, ex* constitutione *Pij V. 46. quæ solum loquitur de vicarijs Ecclesiarum vnitarum, quæ ante Concilium non habebant vicarios perpetuos, sed amouibiles, sicut Concilium, nec habent locum in Ecclesijs, in quibus ante Concilium vicariæ perpetuæ iam erectæ erãt ex S. Congregatione, contra Rotam.*

Alia beneficia, quæ dicuntur vicariæ, quæ tamen sunt beneficia de per se, & vicariæ erectæ in Ecclesijs vnitis, abdicando ab illis curam, & transferendi in vicarias, comprehenduntur certè sub reseruationibus, numer. 319.

De vicarijs parochialium vnitarum, qui sunt videndi, n. 320.

An examen, & concursus factum cum tribus examinatoribus Synodalibus, adhibito etiam alio, vel aliis non Synodalibus vitietur, à num. 321. *Resoluitur vitiari ex S. Congregatione, & cum ea Rota, licet alias tenuisset contra.*

An examen factum ante lapsum termini edicti subsistat, à n. 326. *Resoluitur negatiue, etiam nullo post modum comparente, nam non seruatur forma Concilij, quæ est præcisa, & non ad effectum, vt apparet ex decreto irritanti, vt alias fuit resolutum per Rotam in decisione posita,* n. 329. *& in proposito in decisione posita,* n. 331. *licet antea secus tenuisset* in decisione posita n. 327. *ex quadam doctrina Lambertini, cui respondetur* n. 332.

An examinatores in Synodo deputandi sint in particulari, & nominatim, an vero possint deputari in genere, à n. 333. *Resoluitur, non posse in genere deputari, ita vt successores, seu subrogati in officio, seu præbenda comprehendantur, sed solum comprehendi tunc stantes, ex S. Congregatione, cuius declaratio ponitur* nu. 339. *& Rota in decisionibus positis* à n. 341. *& obseruantiam & consuetudinem contrariam non videri rationi multum conformem, nec præscriptam, nec posse introduci propter decretũ irritans, nec reuelare quod dicatur Concilium quoad id non esse à principio receptum,* à n. 345.

Cum deputatio examinatorum in genere verbi gratia, lectorum, &c. non comprehendat successores, seu subrogatos, sed solum tunc stantes, videtur illos etiam dimisso officio manere examinatores, numero 348.

Iudices Synodales similiter debent deputari, & designari nominatim, & in particulari, & non possunt designari in genere numero 349. & sequente, & numero 351. *ponitur quædam declaratio sacræ Congregationis.*

Decretum Concilij de committendis causis iudicibus Synodalibus, solum videtur esse in vsu respectu Nunty, seu Legati, non vero Papæ, numero 352. *Circa quod decretum notanda sunt declarationes positæ,* numero 353.

An requiratur pro forma, quod examinatores iurent se quacunque humana affectione postposita fideliter munus executuros, alioquin examen, & concursus coram eis facta nulla sint, num. 354. *Resoluitur affirmatiue,* nu 355.

Quando & quomodo præstandum sit hoc iuramentum, resoluitur expedire, vt publice in Synodo quo primum tempore delecti sunt, illud præstent, quamuis hoc non videatur necessarium, nu. 356. & seq. *vbi ponitur formula iuramenti. Et præstandum est tactis Euangelijs, & alias non seruaretur forma concilij,* numer. 358. *Nec opus est illud præstare in quolibet examine, sed satis est iuramentum generale semel præstitum,* numer. 359.

An vbi concursus, & examen non fuit factum legitime, iuxta formam Concilij, gratia, & prouisio Apostolica facta in fauorem illius, qui præsentauit approbationem, & literas Ordinarij, quibus testatur, concursum factum legitime, & ex approbatis illum elegisse, iuxta formam Concilij, sit valida, & bona, an vero surreptitia & nulla, num. 360. *Et videtur dicendum, non esse surreptitiam, sed validam, quia prouisus nõ narrat concursum legitime factum, sed solum præsentat literas Ordinarij id testantis, quibus Papa dans fidem id ait sibi innotuisse, & sic non eget iustificatione,* à numer. 361. *Sed contrarium videtur verius, quia fundatur falsa causa, & ex verbis Concilij,* à numero 365.

An examinatoribus, qui ex decreto Concilij nihil prorsus occasione examinis, nec ante, nec post, possint accipere, quacunque etiam immemoriali consuetudine non obstante, &c. possit stipendium pro suo labore dari, præsertim ex fructibus beneficij, à n. 368. *Resolutur negatiue, ex S. Congregat. & aliis, licet contrariũ sit statutum Concilio Compostellano, & Toletano, & ita practicetur.*

Multo minus possunt Episcopi, seu eorum Vicarij assistentes examinibus cum examinatoribus aliquid accipere, seu sportulas ex huiusmodi examinibus, quia cum non possint id accipere ex prouisionibus beneficiorum, ita nec ex examinibus, n. 380.

Item, quia accipere sportulas iudices Ecclesiasticos, est contra ius canonicum, num. 381. *Et quando detur valere consuetudinem in contrarium, vt tenet Speculator, & alij relati,* num. 382. *In quo tamen non valeat talis consuetudo, tenent Abbas, & alij dicentes communem,* num. 383. *tamen in proposito non est consuetudo præscripta,* n. 384. *& quod tempus requiratur ad eam,* à n. 385. *Sed stando in primo fundamento, nulla consuetudo etiam immemorialis excusaret,* num. 389.

Dicto decreto Concilij videtur plane prohiberi examinatoribus quidquid dicatur occasione examinis, siue ante, siue post, etiam gratiose, & liberaliter, & ad captandam beneuolentiam, & etiam si sit modicum,

id enim rectè potest prohiberi tanquam simoniacum, num.390.

Ponuntur quæ de examine per concursum habeantur in Concilio Prouinciali Bononien. Primo, à S. Congregatione approbato, n.191.

255 DECIMOOCTAVO principaliter † dubitatur, an in parochialibus iurispatronatus requiratur examen per concursum.

In quo dico primo, in parochialibus iurispatronatus laicorum non requiri examen per concursum, sed solum ptæsentatum examinandum esse ab Ordinario cum tribus saltim examinatoribus Synodalibus, & illi idoneo reperto institutionem faciendam ex *d. cap.* 18. Concilij, *versic. quod si ius patronatus laicorum*, & ita sæpe S. Congregatio Concilij respondit vt in sequentibus declarationibus super *dict. cap.* 18. *Congregatio iamdudum cēsuit hoc cap. non requirere examen per concursum ad parochialem, quæ sit iurispatronatus laicorum validi, ideo admittendum ad eam illum qui intra tempus, quod iure patronatus laicis præfixum fuit Episcopis, præsentatus, & à deputatis examinatus, & idoneus repertus fuit.* Alia. *Examen per concursum fieri non debet in vacatione parochialium, quæ sunt iurispatronatus laicorum, sed sufficit, quod deputatus à patronis examinetur ab examinatoribus in diœcesana Synodo, deputatis, & idoneus iudicetur, prout statuit hic Concilium Trid. non possunt tamen patroni, quacunque consuetudine contraria non obstante, ad nutum amouere semel institutos, & Rectorem deputatum, & tradit Flamin. Paris.* lib. 8. quæst. 9. n. 111. *Cerola* d. verb. parochia, §. 2. 7. dub. *Cechus* dict. ca. 28. de parocho, num. 6. *& Genuen.* d. c. 65. num. 2. *& post hac Gonçalez* d. glos. 6. num. 134. *Lessius* lib. 2. c. 34. numer. 58. & 81.

Hoc tamen primum † dictum limitatur, quando
256 fuerint plures præsentati à patronis laicis, nam tunc inter ipsos præsentatos requiritur examen per concursum, vt S. Congregatio censuit his verbis: *Veniēte vacatione parochialium de iurepatronatus laicorum, quando plures sunt præsentati, requiritur examen per concursum inter ipsos præsentatos tantum, ex his, qui facto examine idonei ab examinatoribus renuntiati fuerint, Episcopus eum eligat, quem cæteris magis idoneum iudicauerit, atque illum, & non alterum instituat, iuxta hoc decretum.* de quo fuit dubitatum in decis. Litteren. Archipresbyteratus coram D. Blancheto 6. Iunij, 1582. adducta *sup. nu.* 87. & dictum quod consuleretur illustris. Card. Carrafa præfectus, S. Congregationis Concilij, quæ tenuit vt supra, & fuit tentū in Rota 30. Iunij, 1587. coram eodem D. Blancheto, vt per Flamin. Paris. *lib. 7. q. 5. num. 21.* & nouissimè tradit Gonçalez *d. glos. 6. nu.* 138. vbi adducit d. declarationem Congreg.

257 Quod tamen † intelligo, quando singuli præsentati à patronis laicis habent æqualem vocem, nam si aliquis haberet plures voces, is solum esset examinandus, vt diximus, & idoneus repertus instituendus, ex *cap. de iure patronatus*, & ibi glossa Couar. *reg. Peccatum*, 2. *p. §. 7. numero quarto*, Lambert. 1. *parte*, 2. *li. quæst.* 10. *ar.* 3. *num.* 17. *& 3. part.* 2. *lib. quæst.* 4. *artic.* 1. Ioan. Gutierrez *d. li.* 2. *q.* 11. *n.* 20. & Vega *in sum.* 1. *p. c.* 36. *casu* 34.

258 Et in proposito † nil videtur referre, quod ius patronatus sit ex fundatione, vel dotatione, aut ex priuilegio, seu consuetudine, supposito quod non sit de reuocatis.

Aduertendum † est autem, quod lite pendente super iure patronatus, seu præsentandi manutenendus est Episcopus in possessione conferendi parochiales, seu faciendi concursum, vt in vna Portugale. iuris præsentandi 3. Nouemb. 1599. coram Domino Corduba, vbi fuit resolutum, *Reuerend. Episcopo Portugalen. concedendum esse mandatum de manutenendo in possessione conferendi parochiales, de quibus agitur in mensibus ordinariis, & in Apostolicis faciendi concursum, & approbandi, pendente lite super iure præsentandi, quia istæ Ecclesiæ existunt intra suam diœcesim, quod sufficit non dōcto de alterius possessione, vt sit manutenendus propter iuris assistentiam, Caputaquen.* decis. 306. par. 1. & 201. par. 2. *& fuit resolutum in causa Vlisbonen. iuris conferendi, 27. Nouem. 1596. coram D. Lita, & alibi sæpe.* 259

Sicut manutenendus † est Episcopus in iurisdictione in tota sua diœcesi contra inferiores prætendentes immemorialem, donec ea constet ex iuris communis assistentia, non aliter probata quasi possessione Episcopi, vt censuit S. Congregatio Concilij, & Rota in causa Veronen. iurisdictionis 28. Martij, 1596. coram D. Pamph. vt sup. 3. *p. c.* 2. *nu.* 194. *& seq.* & in causa Valen. iurisd. 9. Apr. 1590. coram D. Bubalo, & in causa Burgen. iurisdict. 20. Iun. 1594. coram D. Seraphino, &c.

Dico secundo, in parochialibus iurispatronatus 261
Ecclesiastici requiri † examen per concursum, ex *d. c.* 18. *vers. porro Episcopus, & qui ius patronatus, & vers. si vero iurispatron. Ecclesiastici*, ita vt si institutio ad Episcopum, & non alium pertineat, is quem patronus digniorem inter probatos ab examinatoribus iudicabit, Episcopo præsentare teneatur, vt ab eo instituatur, cum vero institutio ab alio quam Episcopo erit facienda, tunc Episcopus ex dignis eligat dignior ē, quem patronus ei præsentet, ad quem institutio spectat, *vt in d. vers. si vero, & seq.* Conc. prouinc. Mediol. *quinta parte tertio titul. quæ ad beneficiorum collationem attinent, vers. eadem ratio.*

Quod confirmatur ex declarationibus sequen. S. 262
Congreg. super *d. cap.* 18. Prima. *Cum nominatis à patrono Ecclesiæ potest Episcopus etiam clericos ad concursum admittere.* Secunda. *Episcopus instituere debet in beneficio præsentatum ab Ecclesiastico patrono, si digniorem elegerit ex approbatis ab examinatoribus.* Tertia. *Si institutio istarum parochialium de iure patronatus Ecclesiastici ad inferiores pertinent: licet exēptos, & Abbates, nihilominus Episcopus Ordinarius debet edicta concursus proponere, & inferior instituet magis idoneum approbatum ab Episcopo, quod si secus actum fuerit, collatio est nulla.*

Est etiam Breue Sixti Quinti, positum per Man. Rodriguez in collectione priuilegiorū regularium, Bulla 22. Sixti V. *pagina* 1173. vbi sic dicitur. *Insuper etiam volumus, & iuxta eiusdem Concilij dispositionem, & mentem statuimus, & mandamus, quod in parochialium Ecclesiarum, & beneficiorum, curam animarum habentium, quæ de eiusdem ordinis, & congregationis iure patronatus Ecclesiastico, extiterunt, & secularibus clericis conferri consueuerunt earum vacatione quandocunque occurrente, quamuis per dictos Episcopos ad concursū & examē admitti possint alij, vltra eos, qui p eiusdem Congregationis Abbates, & alios superiores patronos erunt nominati, ne queant tamen per eosdem Episcopos, si ad eos institutio, & non ad alium pertineat institui, & ordinari, nisi illi tantum, qui inter approbatos, & ab examinatoribus idoneos repertos, ab eiusdem ordinis, & congregationis Prælatis, patronis, digniores & magis*

& magis idonei iudicati, & pro institutione recipienda eisdem Episcopis præsentati fuerint: quod si institutio nõ ab ipsis Episcopis, sed ab aliis fuerit facienda, tunc quidem soli Episcopi ex dignis dignorem eligere debeant, sed non ante ab eo, ad quem spectat, institui possint, quam ab eisdem patronis ei fuerint præsentati.

263 Vnde, † cum inter alia dubia, quæ petierunt Sereniſſimus Rex Portugaliæ tanquam adminiſtrator perpetuus militiarum Ieſu Chriſti, Sancti Iacobi, & Auis in ſuo Regno conſiſtentium, & Ordinarij eiuſdem Regni, à Congregatione Concilij Tridentini decidi & determinari, proponeretur ſequens dubium.

Quinta dubitatio eſt ex *cap.18.ſeſſ.24.* vbi agitur *de modo prouidendi, ſeu diſponendi de parochialibus Eccleſijs iuriſpatronatus Eccleſiaſtici, quemadmodum Sereniſſimus Rex prætendit, ex his, quæ fuerunt dicta in informatione, non debere obſeruari in Eccleſijs pertinẽtibus ad illius præſentationem ratione magiſtratuum militiarum Ordinarijs contrarium aſſerentibus. Congregatio censuit, imo debere obſeruari & in iſtis. nam iſtud iuſpatronatus eſt Eccleſiaſticum, vt diximus ſup. 5.p.c.1.n.515.*

264 Et debent examinatores † approbare quotquot idonei reperti fuerint, vt ex eis patron⁹ eligat, vt in ſeq.declar.S. Congreg.ſuper *d.c.18.* Atreuaten. per hæc verba: *Inter approbatos fuit reſolutum, examinatores plures approbare debere, vt patronus Eccleſiaſticus vnum eligere poſſit Epiſcopo præſentandum pro inſtitutione, & repugnat hoc decretum examinatoribus, qui vnum tantum probant, vt electio patrono tollatur.*

265 Sed eſt difficultas, an † ſi reperiantur duo æquè idonei, patronus Eccleſiaſticus poſſit gratificare, & præſentare Epiſcopo, quem maluerit, an vero debeat ambos præſentare, vt Epiſcopus inſtituat vnum ex eis, quem voluerit, & ſic gratificatio ad eum ſpe-

266 ctat. In † qua breuiter reſp. patronum Eccleſiaſticum poſſe gratificare & præſentare vnum ex illis, quem maluerit, nam cum ad eum ſpectet præſentatio, & electio dignioris, ad eum etiam videtur ſpectare gratificatio, vbi ſunt plures æquè idonei, vt in ſimili dixi ſupra *dubio 3.numero* 150. Et ita tenet Nauar. *conſil.5.de iure patro.* Cerola *2.part.ver.iuſpatronatus, §.10.* Genuen. *d.cap.65.num.5.* Azor *2.p.lib.*

267 *6.cap.22.q.15.* Et † cenſuit S. Congreg. ſuper d.ca.18. verſic. ſi verò, ibi: *Is quem patronus dignorem inter approbatos ab examinatoribus iudicabit, &c. Et ad eundem Patronum Eccleſiaſticum ſpectabit, quando duo æquè idonei ab examinatoribus fuerint iudicati, quia electio dignioris ſpectat ad patronum, inſtitutio ad Epiſcopum, quando ad Epiſcopum pertinet.*

268 Eſt etiam difficultas, an † ſi patronus digniorem non elegerit, Epiſcopus eum inſtituere teneatur? Et videtur quod non ex *2.declara.ſup.adducta nume-*

269 *ro* 262. Nihilominus † tamen probabilius videtur, quod cum ad inſtituentem non ſpectet electio, debet inſtituere præſentatum à patrono, niſi alius ex approbatis in termino edicti, p inſtitutione oppoſiti, ſeu ſaltim ante inſtitutionẽ ſe opponat, dicens, nõ eſſe præſentatum magis idoneum, ſed ſibi vti magis idoneo, eſſe parochialem conferendam, tunc enim conſtando ita id eſſe ex relatione examinatorum, facta vel facienda, vel alias videbatur parochialis oppoſitori conferenda *arg.d.conſt.* Pij V. *verſi.vt autem.*

270 & id forte intendit *dict. 2.declaratio.* Hoc † tamen ſecundum dictum procedit, niſi aliud in inſtitutione, & fundatione cautum ſit, quæ erit ſeruanda, non obſtante hoc decreto, vt S. Congregatio cenſuit ſuper *d.verſ.ſi vero*, his verbis: *Non habet locum hoc decretum contra inſtitutionem, & fundationem, ſed ſeruãda eſt lex in ipſa inſtitutione poſita, ſed tantum præſentatus eſt examinandus, & approbandus ab Ordinario citra concurſum, ſi repugnaret, inſtitutioni, ſiue fundationi, tradit Mar. Ant. Gen.* d. cap. 65. n. 3. & *Cech.* de benef. & penſio. cap. 12. nu. 52. Et † alias, quod hoc decretum non procedit, vbi in fundatione fuit data diuerſa forma, quæ eſt obſeruanda, fuit dictum in vna Vliſbonen. prioratus 4. Iulij, 1601. corã D. Seraphino ſup. adducta *4.p.cap 3.num.74.* Secundo † procedit, niſi inſtitutio ad parochiales iuriſpatronatus Eccleſiaſtici facienda ſit à ſummo Pontifice, vt quia vacauerint in menſibus Apoſtolicis, vel alias ſint reſeruatæ, nam tunc Ordinarius nul la habita ratione patronorum debet facere concurſum, & magis idoneum eligere, ac inſtituendum remittere, & ſignificare ſummo Pontifici, vt S. Congreg. cenſuit, vt † in declarationibus ſequen. Prima, *ſi inſtitutio ad parochiales Eccleſias, quæ iuriſpatronatus Eccleſiaſtici ſint, facienda erit à ſummo Pontifice, quia fortaſſis id menſibus reſeruatis vacauerit, ius eligendi dignorem ad ſolum Epiſcopum pertinet, qui transmittere debet atteſtationem examinis facti, & concurſus, quot in eo approbati, & quem ex approbatis vti digniorem, cui & Sanctitas gratiã faciat, nominarit, ita Congr. censuit, Sanctiſſimus voluit, quia Epiſcopus melius cognoscit perſonas.* Secunda. *Barchinon. Electio dignioris ad Epiſcopum ſpectat, licet inſtitutio à Papa facienda ſit.* Tertia, *ſi beneficium curatum iurispatronatus Eccleſiaſtici in menſibus Sedi Apoſtolicæ reſeruatis vacauerit, Epiſcopus ipſe ordinarius, nulla habita ratione patronorum, debet edicta concurſus proponere, & idoneum eligere, ac Romam mittere cum fide Ordinarij à Sum. Pontifice inſtituendum, ſic vt ſit in aliis curatis, quæ non ſunt de iure patronatus. Et † Archiepiſcopo Bracaren. ſic reſponsum eſt. Congregatio censuit, ſi inſtitutio ad parochiales Eccleſias, quæ iuriſpatronatus Eccleſiaſtici ſint, facienda eſt à Sum. Pontifice, ius eligendi dignorem inter approbatos ab examinatoribus ad ſolum Episcopum, non ipsum patronum pertinere.* Et † cum pro parte Ordinis S. Benedicti congreg. Hiſp. poſitum eſſet ſequens memoriale. *Illuſtriſs. Domini, quia Abbates Congr. S. Benedicti Hiſpan. in omnibus, & per omnia decretis S. Concilij obedire deſiderant, & intellectum, & interpretationem eorum, quæ obscura & ambigua videntur, ab hac S. Congregatione petere tenentur, ideo humiliter ſupplicant Illuſtriſs. & Reuerendiſſ. DD. veſtris dignentur decidere, & explicare, an idem S. Concil. ſeſ. 24. c. 18. de refor. §. cum vero, inſtitutio ab alio, quam ab Epiſcopo erit facienda ſub illa generalitate, & dictione,* ab alio, *comprehendat etiam Sum. Pontificem, an vero ſolos alios collatores, inferiores, & quod deciſum & decretum fuerit ipſis oratoribus tradi, vt ſciãt quid obſeruare teneantur. Sic reſponsum eſt. Congregatio concilij censuit, verba illa,* ab alio, *intelligenda eſſe de inferiori collatore. Consonat Concil. Mediol. ſup.*

Sed hic ſe offert † præcipua difficultas, quid in parochialibus iuriſpatronatus mixti clericorum, & laicorum, an ad iſtum effectum concurſus cenſendũ ſit Eccleſiaſticum, an potius laicale. Et † dicendum vi debatur, cenſendum eſſe laicale, ad tradita per Fel. *in tract. quando literæ Apoſtolicæ, ampl. 6. & lim. 3.* Roch. *de iure pat. verb. ius, n. 15.* Lamb. *3.p.2.li.9.ar.9.* Cou. *pract. c.36. n.5. verſ. 3. opportune,* & alios per nos citatos *ſ. 5.p.c.1.n.558.*

271 272 273 274 275 276 277

Nihilominùs tamen in proposito † contrarium, nempe censendum esse Ecclesiasticum, censuit Sacra Congregat. vt apparet ex declarationib. seq. super *d. ver. si vero.* Prima. *Idem in collatione, & institutione iurispatronatus mixti, scilicet, partim laici, partim Ecclesiastici.* Secunda, *si iuspatronatus mixtum sit laicale, scilicet, & Ecclesiasticũ, quoad examen per concursum, Ecclesiasticum censendum est.* Tertia. *In collatione Ecclesiæ parochialis, quæ sit iurispatronatus, partim Ecclesiæ, partim laici, seruanda forma est examinis per concursum hic posita, quam Concil. præstituit in conferenda parochiali, quæ iurispatronatus sit mere Ecclesiastici. Idem dicendum est, quando patronatus pro duabus partibus pertinet ad laicos, pro vna tantum ad Ecclesiasticum.*

279 Cuius ratio † esse potest fauore Ecclesiarum, vt illis melius prouideatur. Et quod qualitas clericalis attenditur, cum Ecclesiæ, vel personæ Ecclesiasticæ prodest, Felin. *in tract. quando literæ Apostolicæ, concluſ. 6* Rochus, Lambertus. *1. p. libro 1. quæst. 1. artic. 6.* & alij.

280 Et hæc † omnia in hoc dubio dicta habentur in Concilio prouinciali Bononiens. de quo infra *in fine.*

281 Et quod dictum † est de parochialibus iurispatronatus Ecclesiastici, idem dicendum videtur de parochialibus, in quibus persona Ecclesiastica habet ius nominandi Rectorem, nam idem in effectu est habere ius præsentandi, & habere ius nominandi Rectorem.

282 Et ita † declaratio Vicen. supra adducta 3. *dubio, num. 149.* quæ ait, quod vacante parochiali, ad quam Abbas habet ius nominandi, quemcunque Abbas nominauerit, eum Ordinarius ad examen admittere debet, intelligitur de examine concursus, sicut patronus potest ad concursum aliquos nominare, vt *in d. cap. 18. versicul. porro Episcopus,* & facto concursu, quem digniorem ex approbatis iudicabit, Episcopo nominabit.

283 Sed supposito, quod † ius patronatus mixtum ad effectum concursus censendum sit Ecclesiasticum, succedit alia difficultas, an parochiales iurispatronatus mixti cadant sub reseruationibus, ita vt si vacauerint in mensibus reseruatis, Ordinarius nulla habita ratione patronorum, debet facere concursum, & eligere magis idoneum à Summo Pontifice instituendum, vt in parochialibus iurispatronatus Ecclesiastici dictum est.

284 In qua difficultate † dico, quod quamuis ad effectum concursus istud iuspatronatus censeatur Ecclesiasticum propter fauorem Ecclesiarum, vt melius prouideantur, vt dixi, tamen ad effectum reseruationis ipsarum parochialium censendum est laicale, ex traditis *d. cap. 1. 5. p. à num. 558.* ne laicus ex societate clerici nimium præiudicium patiatur, quamuis dict. Concilium Mediolanen. supra contrarium videatur sancire.

285 19. Principaliter † dubitatur, an in vicariis perpetuis parochialium vnitarum debeat fieri concursus, sicut in parochialibus saltim iurispatronatus Ecclesiastici. In † quo videbatur dicendum, quod sic, 286 *argum. Clem. vnic. de offic. vicar.* nam vicariæ perpetuæ sunt beneficia, Rota *decis. 2. numero 1. de excess. prælat. in nouis,* Rebuff. *in praxi, tit. de vicariis perpetuis, & in tract. de nominatio. q. 9. numero 8.* alias 7. Gimon. *in Enchirid. beneficiorum, tit. 3. cap. 1. numero 37.* Gambarus *de offic. legati, libro 5. Rubrica 1. numero 100. & lib. 6. numero 11.* Mandos. *regul. 34. quæst. 17.* & Hoied *de incompatibilitate beneficiorum, capit. 15. numero 11.* Ioannes Quintinus *in repetit. capit. de multa, de præben. numero 27.* Lessius *libro 2. cap. 34. numero 3.* & Azor 2. *parte, lib. 3. cap. 6. quæst. 5. & 6. & libro 5. cap. 28. quæst. 6. & capit. 29. quæst. 19.* non simplicia, sed curata, *cap. final. de offic. vicar. gloss. fin. in dict. Clementina,* & ibi Bonifacius *num. 43.* Rebuff. *in praxi, titul. de dispensatione ratione ætatis, verb. vel earum perpetuæ vicariæ,* Nauarr. *consilio vndecimo de statu monachor. numero tertio,* & post hæc late Gonçalez *glossa quinta, §. 3. à numero decimonono.* Et disposita in beneficiis habent locum in vicariis perpetuis, Hojeda *d. tractatu 2. par. c. 10. n. 10.* & in eis habent locum iura statuentia de Ecclesiis parochialibus, vt ex *dict. Clemen. vnica,* dicit Nauarr. *d. numero 3.* & quæ dicuntur in beneficio curato, habent locum etiam in vicaria perpetua, Rebuff. *dict. quæst. nona, numero octauo,* Gonçalez *supra num. 21.*

Et in dicto Concilio † prouinciali Toletano de anno 1565. *actione 2. decreto 24. in fine,* statuitur, quod 287 in parochialibus Ecclesiis quibuscunque, quæ dignitatibus, præbendis, capitulis, monasteriis, collegiis, aliisue locis piis vnitæ sunt, quocunque modo, vicarij perpetui seruata forma, quæ in eligendis, atque instituendis presbyteris parochialibus à Tridentina Synodo, & illo decreto præscripta extat, deputentur ita tamen, vt is, ad quem parochialis Ecclesia iure vnionis pertinet, quem digniorem inter probatos ab examinatoribus iudicauerit, præsentare Ordinario teneatur, vt ab eo perpetuus eiusdem Ecclesiæ vicarius instituatur. Et † ita etiam vidi seruari in hoc Episcopatu Abulen. in vicaria de Cebreros, & de Ni- 288 arra, & del Herradon.

Nihilominus † tamen dicendum est, in huiusmodi 289 vicariis non debere fieri concursum, sed solum ad nominationem seu præsentationem illorum, quorum dignitati, vel Ecclesiæ parochialis est vnita, & annexa, deputandos, & instituendos esse, *c. extirpandæ, §. qui vero, ex cap. de monachis, de præbend. capit. vnico. de capell. monachor. in 6.* & *clement. 1. iurepatronat.* Abbas *in repetit. d. §. qui vero, numero 9.* Petrus de Perusio *de vnionib. cap. 11. quæstion. 6.* Ripa *lib. 2. responso 18. num. 4.* Nauarr. *d. consil. 11. de statu monachor. num. 3. & 7.* Ioann. Gutierr. *consil. 44.* Rota in vna vna Tirasonen. iuris præsentandi, 18. Iun. 1584. vt *in decis. 798. nu. 5. parte 1. diuersorum in impressis,* & alias coram. Domino Bubalo, 27. Maij, 1588. *vt in decisione seq.*

290

Tirasonen. iuris † præsentandi, 27. Maij 1588.

Domini concorditer tenuerunt ius præsentandi competere Capitulo Tirasonen. ad vicarias, de quibus agitur, non esse sublatum per Concilium Tridentinum, sessio. 25. cap. nono. *Neque per erectionem Ecclesiæ B. Mariæ de Borgia in collegiatam, nam quod attinet ad dispositionem Concilij, dum abrogat patronatus, seu ius præsentandi, aliter quam ex fundatione & dotatione, hoc non procedit in casu de quo agitur, quia Capitulum Tirasonen. non habet hoc ius præsentandi ex priuilegio, sed ex dispositione iuris communis. Cum enim Capitulum, & Canonici sint Rectores, vt pluries fuit resolutum, ad ipsos ex dispositione iuris communis pertinet ius præsentandi vicarios, qui exerceant curam ani-*

ninarum,& vt sustineant vices suas, & deserviant in locum sunm, & ius instituendi spectat ad Episcopum,ca. de monachis. de præbendis,c.1.*ubi glossa*,verb. præsentantur,*& ibi Doctores* de capellis monachorum, in 6.

291 Et confirmat † *constitutio* Pij V. 46. super declaratione portionum assignandarum vicariis perpetuis parochialiū vnitarū,quæ incipit. *Ad exequendū, ver. volumus*,vbi Papa sic ait:*Volumus insuper, & ita mandamus quod dicti vicarij perpetui nō ad liberam ordinariorum electionem,sed ad nominationem illorum, in quorum Ecclesiis vnitis ponentur cum ipsorum ordinariorum, seu eorum vicariorum prænio examine approbatione deputentur*,& ita solet in dici in ipsis literis vnionum. Et † Concilium Tridentinum *d.c.18.* & constitutio Pij Quinti super collatione parochialium,loquuntur de parochialibus ipsis,non vero de vicariis ipsarum parochialium vnitarum, in quibus vicarios nominari,per eos,in quorum Ecclesiis vnitis ponuntur,iuri & rationi consonum est, cumsuarum parochialium vnitarum vicarij sint,& vices suas sustineant. Nec dict.*constitutio* 46. Pij Quinti est in hoc correctoria,seu limitatoria Concilij, quidquid dicat Gonçal.*d.glossa* 5.*§.tertio.numero*53. *& gloss.* 6. *numero* 161

293 Vnde in huiusmodi † vicariis non solum non requiritur concursus,sed nec examen nominati cum examinatoribus synodalibus,sed sufficiet examen, & approbatio Ordinarij , iuxta dictam *constitutionem* 46 Pij Quinti decretum Concil.*capit.*13 *sessio.*7. *de reform.*

294 Et ita † censuit S. Congregatio,vt in sequentib. declarationibus super *cap.*7. *sess.*7. *de refor. Prima Congregatio censuit,nominationem vicariorum ad beneficiatos pertinere,hoc est,ad eos ad quos beneficia expectant. Sic etiam Pius Quintus dicta Bulla addens: Ordinarij, vel eius vicarij prænio examine approbationem necessariam esse.* Secunda. *Ex dicta Bulla Pij Quinti Kalendas Nouembr. anno secundo, nominatio vicariorum perpetuorum spectat ad Ecclesias, seu loca, quibus dictæ parochiales sunt vnitæ. Et ad dictam nominationem poterit Episcopus præfigere terminum decem dierum.* Tertia. *Nominationem vicarij perpetui Sanctissimus Dominus noster Gregorius Decimus tertius audita relatione congregationis respondit, spectare non ad Ordinarium,sed ad eum,cuius est beneficium,in quo erigitur vicaria.*

295 Et fuit † responsum Episcopo Abulen. de anno 1593.vt in declaratione sequen. Ad primum. *Illustrissimi,& Reuerendissimi Domini pro parte Reuerendissimi Episcopi Abulen. supplicatur declarari sequentia,circa quæ dubitari contingit. Primum dubium,an in assignanda portione vicariis attendenda sit dispositio S. Concil.* sess.7. de refor.c.7.*an vero Bulla Pij Quinti & an illa sit reualidata,& nominatio vicarij spectet ad eū, cuius dignitati,vel beneficio parochialis est vnita, vt in d.Bulla.* Secundum *an parochi possint abesse duos menses absque Ordinarij licentia ex causa,quæ sibi videatur iusta,vt tradit Nauarr.* in man.c.25 n.121.versi.& quamuis. Tertium dub. *an matrimonium contractum coram parocho, qui non sit sacerdos, valeat.* Quartum, *an examinatores peracto examine ad parochiales, quos iudicauerint idoneos,ita debeant renuntiare,vt explicent, quis inter illos sit magis idoneus, absque eo tamen quod ipsi eligant vt sic Episcopus melius intelligat, quem exillis debeat eligere vt dignorem,quod menti Conci. consonum videtur,Perill. & R. D. vti frat. D. Episc. Abulen. Per illustris & R. D. vti frater quatuor dubitationibus, quæ Amplitudinis tuæ nomine per libellum his literis adiunctum propositæ fuerunt Illustrissimis Cardinalibus,qui Tridentini Concilij decretis interpretandis præsunt,sta sigillatim responsum fuit,nempe ad primam de assignanda portione vicariæ,vtique seruandam esse S. memoriæ Pij Quinti constitutionem & nominationem vicariorum secularium ad tempus in beneficiis curatis vnitis,spectare ad amplitudinem tuam,perpetuorum in vim eiusdem constitutionis spectare ad nominationem illorum, in quorum Ecclesiis vnitis ponentur,ipsi tamen prænio examine, & approbatione,erunt ab Amplitudine tua deputandi.*

Ad secundum de licentia parochorum,censuit Congregatio,eos minime abesse posse absque Amplitudinis tuæ licentia.

Ad tertium respondit,matrimonium contractum coram parocho non sacerdote vtique valere.

Ad quartum,examinatores debere renuntiare quotquot idonei reperti fuerint,non autem quis eorum dignior sit, Amplitudinē vero tuam debere eligere digniorem,de quibus singulis cum teneat Congregationis sententiam, eam sedulo obseruandam curabit, & beneualebit in Domino, qui illi gratiæ suæ munera abunde largiatur. Romæ die 14. *Decemb* 1593. *Amplitudinis tuæ Perillust. & Reuerend. vti frater studiosissimus Hieronymus Cardinalis Matthæus.*

Et prædicta resolutio,& declarationes S. Congregationis approbantur , & confirmantur per Breue Sixti Quinti,positum per Man. Rodrigue, in collectione priuilegiorum regularium,Bulla 2 Sixti V. *pag.* 1173.

Vnde dictum † decretum concilij Toletani videtur contra ius,& egere confirmatione Papæ, & alias non valere. 296

Nec videtur † suffragari possessio contraria, etiā in iudicio possessorio , & manutentionis , quia ius commune illis assistit,quorum Ecclesiæ, seu beneficio parochiales vnitæ sunt,pui de iure fundatam habent intentionem in libera nominatione vicarij pertetui,& Ordinariis resistit quoad concursū, præsertim,stantibus dicta *constitutione* 46.Pij Quinti,& dictis declarationibus S. Congregationis,ex *cap. ad decimas,de restitut. spoliator. & cap. cum personæ,de priuileg. in* 6.& Rotain vna conchen. exercitij notariatus.14. Martij, 1594. coram D.Blancheto,& in causa Veronen.iurisdictionis,28.Martij 1596.coram D. Pamphilio ., & in aliis causis supra relatis *numero* 260.& declarationibus S. congregationis supra adductis 3.*p. capit.*2.*num.*194.& maxime, stante decreto irritan.& clausula sublata dictæ constitutionis ad crescen.*decis.*4.*de priuileg. ad fi.*& quod dixi sup.*p.*5. *cap.*5 *n.*102. 297

Hoc tamen † non procedit in beneficiis curatis, quæ dicuntur vicariæ,non tamen sunt vicariæ parochialis alicui beneficio vel loco vnitarū, sed de per se,nam in his debebit fieri concursus sicut in aliis parochialibus,ex dicto decreto concilij. Et de his vicariis loquitur in decisione Pampilonen. decimarum,14 Ianuarij,1591.coram Domino Bubalo,in qua fuit resolutum , *Vicarios perpetuos habere fundatam intentionem super decimis, quando non adsunt alij Rectores, Rota* decisione 5. de officio Vicarij,in antiq.*Rebuf.* de congrua, numero 110. *licet alias non habeant,gloss.* in cap. G. perpetuus. de fide instrumentorum,*Cardinalis* in clementina 1. de decimis, quæstion.10.*& vacate Ecclesia parochiali, vel tantum state* 298 299

vicario temporali debuisse deputari legitimum defensorẽ, vel causã agẽdã cũ Episcopo super decimis, ad notata per Doctores, post glossam, verb. defensore, in cap. 1. de reb. Eccl. in 6.

300 Et in vna † Cæsarauguſtana fructuum, 10. Nouembris, 1595. coram Domino Iuſto fuit dictum, quod cum non oſtenduntur iſti duo tituli, Rectoris, & Vicarij ſeparati, ſed videmus ipſum Vicarium ſine Rectore, Vicarius reputatur verus Rector, & talis dici poteſt, Bonifacius *in Clem. Dudum, §. caterum. n. 4. de ſepultur.*

301 Et idem † eſt *in Vicariis erectis in Eccleſiis vnitis alicui beneficio, vel loco abdicando, & ſeparando curam animarum ab ipſis Eccleſiis, & transferendo eam in vicarios, vt in vicaria per Gregorium Decimum tertium, de anno 1583. erecta in Eccleſia loci de la Ventoſa, Abulenſis diœceſis vnita per eum monaſterio Beatæ Mariæ de la Meiorada ordinis Diui Hieronymi. Huiusmodi* † *enim vicariæ appellantur, & ſunt vere beneficia curata de per ſe, & ſic in eis debet fieri concurſus, ſicut in aliis beneficiis curatis.*

303 Ad quod eſt † declaratio S. Congregationis ſuper dictũ *caput* 18. quæ ſic ait: *Præſuppoſito, quod Eccleſia parochialis, quæ proprium Rectorem habebat, nec vlli pio loco erat vnita, authoritate Apoſtolica poſt Cõcilium redacta fuerit in ſimplex, & ſine cura beneficiũ erecta ibidem vicaria perpetua, & capellania etiam perpetua, cum onere coadiutoriæ in cura animarum ipſi vicario perpetuo, dotata ab ipſo Rectore, & ſtante conſtitutione Pij Quinti de vicariis perpetuis, an præſentatio vicarij perpetui & capellani pro tẽpore ſpectet ad prædictum Rectorem, vel horum prouiſio pertineat ad Epiſcopum, in cuius diœceſi eſt Eccleſia. Reſpondit Congregatio, in vicario ſeruandum eſſe hoc decretum, vt vicaria detur per concurſum, & capellanum ſufficere, vt approbatus ab epiſcopo, ab ipſo detur, iuxta* caput 6. ſeſſ. 21. *& ſic vtrunque beneficium ſpectare ad Epiſcopum.*

304 Sed offert ſe † difficultas, an id quod diximus de vicariis perpetuis parochialium vnitarum, procedat etiam, quando vicaria vacat in menſibus reſeruatis?

305 In † qua dicendum videbatur, non procedere; ſed tunc prouiſionem vicariæ ad Papam ſpectare abſque præuio concurſu, ex regula reſeruatoria menſium, quæ capit etiam beneficia iuriſpatronatus Eccleſiaſtici, vt ſupra dictum eſt 5 *par. c. 1. à n.* 505. Atque adeo etiam vicarias iſtas, in quibus habent ius præſentandi, ſeu nominandi illi, quorum Eccleſię, vel beneficio parochiales ſunt vnitæ.

306 Et hoc † videtur tenuiſſe Rota in vna Tiraſon. iuris præſentandi, & inualiditatis præſentationis 19. Ianuarij, 1583. coram D. Robuſt. in qua agebatur de ſimili vicaria, quæ deciſio ſic ſe habet.

Fuit reſolutum, quod præſentatio Capituli Eccleſiæ Tirasonen. fuit nulla, quia beneficium vacauit in menſe reſeruato, & regula reſeruatoria octo menſium capit etiam iſta beneficia, etiam quod ſint debita certo generi perſonarum, vt Papa, & non alius conferat illa dictis perſonis, vt per Puteum deciſ. 6. de menſe, *& latius* deciſ. 164. lib. 2. *refert Ant. Auguſt. in eadem* reg. de mẽſe, num. 5. *prout Papa prouidit in caſu iſto perſonæ habenti, qualitates Bullæ Alexandrinæ, qualitas enim iſta quod conferantur iſtis perſonis, non contradicit reſeruationi, ſed tuetur ius illarum partium, vt illis dicantur debita iſta beneficia. Sarnen.* de iure quæſito, q. 1. *& ideo iſta cauſa debet aſtringere reſeruationes, iuxta limites illius, quia limitata cauſa, limitatum producit effectum, & ſic quoad ipſas perſonas tantum comprehenſas dicta Bulla, vt Papa ſolus poſſit illis prouidere, & nõ alius. Nec mouebant Dominos clauſula*, non obſtantibus reſeruationibus, *quia recipiunt interpretationem à principali diſpoſitione 5. ad effectum prouidendi illis perſonis, & ſic, vt illa beneficia non conferantur aliis, non autẽ vt Papa non poſſit illis quouis modo prouidere, præueniendo, aut reſeruando, præſertim, cum Papa non dicat etiam per Nos. Nec placebat deciſio ex aduerſo adducta, quia eſt defectuoſa, & acephala.*

Conſiderabant etiam Domini, quod clauſulæ illæ executiuæ de reſeruationibus, ſunt intelligendæ & referendæ reſpectiue ſingulæ ſingulis, vt ſint conferenda per Ordinarios iſtis perſonis, vbi non adſunt reſeruationes, & per Papam, vbi ſunt reſeruationes, quia qualibet diſpoſitio recipit paſſiuam interpretationem à iure communi. Et iſtæ clauſulæ regularium reuocatoriarum iſtarum facultatum conferendi reſeruatæ ſunt prægnantes, & appoſitæ in legibus vniuerſalibus, quæ capiunt omnia.

Nec facit Concilium Tridentinum, quia agimus de præſentatione patroni, & inſtitutione Ordinarij, quæ nullæ ſunt, cum ſint clericorum & comprehenſæ ſub reſeruatione. Et non eſt neceſſe diſputare de prouiſione Papæ, & de illius validitate, quia ſufficit, vt obtineat per nõ ius actoris, vltra quod Cõcilium in caſu iſto non intrat, vt per informantes, ſed hoc eſt ex abundanti.

Et idem † tenuit Rota in dicta Tiraſonen. iuris 307
præſentandi 18. Iunij, 1584. quæ habetur *dicta 1. parte diuerſorum deciſ. 798. n. 4. ad 5.*

Poſtea tamen in alia Tiraſonen. vicaria † coram 308
Domino Lita 13. Octobris, & 4. Decembris, 1595. Rota tenuit etiam, in mẽſibus Apoſtolicis poſſe nominare, ſeu præſentare ad vicarias eos, quorum Eccleſiis parochiales ſunt vnitæ ex *dict. conſtit.* 46. Pij Quinti, quam ait procedere etiam in menſibus reſeruatis, ex eo præcipue, quod *in verſi. & quoniam iniquum eſſet*, ſtatuitur, quod Eccleſiæ, monaſteria, & loca pia, in quorum parochialibus Eccleſiis vnitis continget, vicarias perpetuas erigi pro quantitatib. fructuum ipſis vicariis perpetuis aſſignatorum ad ſolutionem quinquenniorum, vlterius non teneantur, ita tamen, quod Vicarij perpetui, qui pro tempore deputabuntur, teneantur expedire nouam prouiſionem ſuæ deputationis, & ſoluere annatam pro portione fructuum ſibi aſſignata, &c. quod procedit in reſeruatis, nam expeditio nouæ prouiſionis, & ſolutio annatæ non ſolet fieri, niſi quando beneficium eſt reſeruatum, vel alias eius prouiſio ſpectat ad Papam, vt latius habetur in dictis deciſionibus, quarum tenor talis eſt.

Tiraſonen. Vicariæ † S. Michaelis 13. Octobris 1595.

Tenuerunt Domini, præſentationem factam à Capitulo Tiraſon. ad vicariã S. Michaelis eſſe validam in caſu, & ad effectum, de quo agitur, vt ſcilicet, noua prouiſio conceſſa Michaeli ſuſtineatur. Moti, tũ, quia certum ius præſentandi ad iſtam vicariam ſpectare ad Capitulum Tirasonen. illudque non fuiſſe ſublatum per Concilium Tridentinum, vt alias deciſum fuit coram bo. memoriæ Bubalo, cuius deciſionis copia exhibita fuit per informantes pro ipſo Capitulo. Tum, quia conſtitutio Pij V. in ordine 46. tribuit facultatem nominandi vicarios perpetuos Rectoribus Eccleſiarum vnitarum. Vnde cum apud Capitulum Tiraſonen. ius Rectoriæ, ſeu parochia-

rochiæ etiam respectu huius Ecclesiæ S. Michaelis resideat, ad tex. in cap. extirpandæ, §. qui vero parochialem habet Ecclesiam, vbi scribentes hoc passim notant. de præbend. & dignitatib. Sequitur propterea, præsentationem ipsam de persona Michaelis factam, & in concursu super Ordinarium approbatam validam censeri debere ad effectum, de quo agitur. Nec obstare dixerunt Domini, quod vicaria ista vacarit in mense reseruato, quod regula reseruatoria etiam capiat beneficia iurispatronatus Ecclesiastici, ad notata per Fel. in tract. quando literæ Apostolicæ in 3. limitatione, etiamsi sint debita certo generi personarum, Puteus dec. 2. super reg. de mense, & alias fuit resolutum in simili vicaria coram Reuerendissimo Oriolen. cuius decisionis copia data fuit, tum, quia Papa satis ipsam præsentationem approbasse videtur, dum facta expressione per supplicantē, quod vicaria vacauit in mense reseruato, & quod Michael fuit ad eam præsentatus, & ab Ordinario in concursu approbatus, eidem concessit ipsam nouam prouisionem, ad textum in c. ex ore, de his, quæ fiunt à Prælatis. Tum etiam, quia supradicta constitutio Pij Quinti habet locum etiam quando vicariæ vacant in mense reseruato, seu cadunt sub alia reseruatione. Quod patet ex eo, quia alias fuisset non solum superflua, ex cap. de monachis, de præbendis, cum notatis in c. 1. de capel. monach. in 6. sed etiam esset valde exorbitans, grauando prouisos ab Ordinariis in eorum mensibus, ad accipiendum nouam prouisionem, expediendum literas, & soluendum annatam, quod non solet fieri, nisi quando beneficium est reseruatum, vel alias eius collatio spectat ad sedem Apostolicam, quo casu ne Cancellaria defraudetur suis regalibus, opus est noua prouisione, quæ reualidet præsentationem alias defectiuam. Puteus dec. 2. de præbend. & soluenda est annata, quæ non soluitur, nisi de reseruatis, & spectantibus ad collationem sedis Apostolicæ, vt notorium est. Et quod dicta constitutio procedat in reseruatis, indicat ratio posita in §. & quoniam iniquum esset, dum pro rata assignata Vicarius adimitur Rectoribus onus soluendi quinquennia, & transfertur in Vicarios perpetuos, grauando ad solutionem annatæ expeditionem nouæ prouisionis: at si solutio quinquennij prius fiebat à Rectoribus pro beneficiis reseruatis: ergo pariter Vicarij tenentur in reseruatis ad expeditionem nouæ prouisionis, & solutionem annatæ, cum regulariter translatio fiat cum suo onere, ad textum in l. Caio, & ibi glossa, & Dd. ff. de aliment. & cibar. legat.

Nec obstare dixerunt Domini, quod de hac vicaria non soluatur annata: & constitutio videtur loqui de illis, quæ soluunt annatam, ex portione sua, quia fuit dictum, constitutionem esse generalem, & ita comprehendere etiam casum vbi vicaria non soluat annatam, cum talis solutione dependet ab expressione valoris, an excedat 24. maxime cum in hoc nulla possit constitui ratio differentiæ, ex quo vbi sumus in reseruatis, semper facienda est expeditio in Curia, & sic siue sit soluenda de dicto beneficio annata, siue non. Vnde sequitur, quod illa qualitas solutionis annatæ, de qua in dict. constitutione fit mentio, non habet restringere generalem dispositionem ipsius constitutionis, sed potius intelligi debet in casu, quando esset soluenda, vt sic censeatur data lex generalis, quæ capiat vtrumque casum ad notata per Bartol. in l. quæsitum. §. si quis fundum, numero primo & seq. de fundo instructo, & instrument. leg. ad illud, quod constitutio loquatur de vicariis illarum parochialium, quæ ante Concilium non habebant vicarios perpetuos, sed amouibiles, & quod ideo non procedit in ista vicaria perpetua erecta ante Concilium, fuit responsum, quod licet in proœmio loquatur de vicariis, qui ante Concilium erant mouibiles, tamen in dispositiua loquitur, tam de vicariis perpetuis, quam temporariis, & ratio ipsa est etiam generalis, & conuenit, tam perpetuis vicariis ab initio constitutis, quam amouibilibus, & post Concilium perpetuis effectis, vt ex lectura ipsius constitutionis videre est. Quo fit, vt cum in omnem casum rationi legis magis sit concedendum, quam cortici verborum. l. scire oportet. §. aliud. ff. de excusationibus tutorum. l. nominis. §. verbum ex lege. ff. de verbor. signific. c. propterea, & cap. intelligentia eodem titulo, Cassad. decis. 16. num. 5. super regulis, nec incongruum sit, vt constitutio vna restringatur, vel amplietur ad limites rationis. l. cum pater. §. dulcissimis. ff. de legatis 2. cun. aliis, per Cassado. vbi supra, n. 6. ideo, &c. Ad illud autem, quod in prouisione Michaelis dicatur ius præsentandi spectare ad Tirason. cessantib. reseruationib. Apostolicis fuit responsum, quod vltra quod illa est clausula ordinaria, quæ non alterat, debet intelligi de iure præsentandi plene, ita vt præsentatus non egeat noua prouisione Apostolica. Et dum dicebatur, quod constitutio illa est reuocata per superuenientiam regularum, fuit dictū contrarium verius esse, stante quod procedit per viam legis, vt per Sarnen. in proœm. q. 5 in fi. Vltimo ad decisionem in simili vicaria, alias facta coram Reuerendissimo Oriolen. fuit responsum, quod tunc non fuit deducta ista constitutio Pij V. sed tantum quædam Bulla Alexandri mandans prouideri filiis patrimonialibus, cui respondetur ex regula reseruatoria, quæ capit etiam beneficia debita filiis patrimonialibus, vt dicitur in d. decisio. vltra quod in illo casu vicarius institutus ab Episcopo non obtinuerat nouam prouisionem, neque hic in Curia expediuerat literas, iuxta dispositionem d. constitutionis, prout in casu, de quo agitur obseruatum fuit. Refert Gonçalez gl. 5. §. 3. à n. 59.

In † eadem 4. Decemb. 1595. 310

Placuit dominis decisio in hac causa facta sub die 13. Octobris proxime præteriti, & propterea ab ea recedendum non esse dixerunt, & ad illud, quod constitutio Pij V. fuit reuocata per regulam reseruatoriam octo mensium fuit responsum, quod sicut regulæ reseruatoriæ, non tollunt facultatem concessam disponendi de reseruatis, Gemi. cons. 3. Simoneta de reseruatio. q. 47. ita reg. de qua agitur non tollit ius nominandi rectores ad vicarias, quod Capitulo Tirasonen. competit, etiam in reseruatis vigore dictæ constitutionis, & ad illud, quod reg. vlterius procedat tollendo indulta, & priuilegia disponendi de beneficiis reseruatis, fuit dictum, quod non per hoc tollit facultatem concessam per viam legis, quæ est speciali nota digna, vt censeatur sublata, Crescen. decis. 194. alias 11. de priuil. & 223. alias 16. eod. ti. Et ad illud quod credatur Papæ attestanti beneficium esse reseruatum, fuit dictum non negari reseruationem, sed ea non obstante Capitulum potuisse præsentare, & hoc vigore d. constitutionis, & ad illud quod Papa in prouisione facta Michaeli declarat, quod nemo disponere possit, non obstante si Episcopo, vel Capitulo, aliquod ius præsentandi spectat, cessantibus reseruationibus Apostolicis, fuit dictum, ex tali declaratione potius censeri præseruatum, quam sublatum ius præsentandi, seu nominandi rectorem ad dictam vicariam, quod Capitulo Tirason. competit vigore d. constitutionis Pij V. stante quod Papa videtur eo præsupposito loqui, quod huiusmodi facultas Capitulo non competat in reseruatis, cuius tamen con-

trarium verius esse dignoscitur ex lectura d. constitutionis, ad tex. in l. mancipia. C. de seruis fugiti. cum vulgaribus, *& illud quod vicaria non est beneficium per se, sed vnitum cum portione, & quod principalis denominatio sit à portione, & ideo non est locus d. constitutioni, quæ de vicariis loquitur, fuit responsum, alias fuisse resolutum extare vicariam hanc, & alias duas S. Mariæ, & S. Bartholomæi in ciuitate Borgiæ, & ius præsentandi ad eas spectare ad Capitulum Tirasonen. in tantum vt præsentati ad eas, simul cum eis portiones eis respectiue annexas consequi debent, & cum circa hoc adsit res iudicata, frustra nunc prætenditur sub falso prætextu d. principalis denominationis, non intrare constitutionem Pij V. de vicariis generaliter, & indistincte loquentem. Et ad illud quod prouisio Michaelis sit simplex prouisio, vti de reseruato facta, & non noua prouisio, fuit dictum huiusmodi prouisionem Michaeli suffragari, maxime cũ ipse non sit causa, & agatur de beneficio, cuius prouisio propter reseruationem spectet ad Papam; sed per hoc non sequi, quod præsentatio, seu nominatio de eo facta à Capitulo Tirasonen. sit inualida, stante, quod constitutio Pij V. de qua supra d. Capitulo huiusmodi facultatem, tribuit etiam in reseruatis, vt latius in alia decisione explicatum fuit, nec fuit in potestate Michaelis facto suo præiudicare d. Capitulo, sicut nec mediante illa assertione, quod scilicet ius præsentandi personam idoneam ad dictam vicariam spectet ad Capitulum Tirasonen. cessantibus reseruationibus, & affectionibus Apostolicis, maxime cum huiusmodi verba non excludant, quin etiam d. Capitulo competere possit eadem facultas nominandi, etiam in reseruatis, prout vere eidem competere dignoscitur, ex lectura d. constitutionis, ideo, &c.*

311 Mihi in hac re † primo dicendum videtur, d. constitutionem 46. Pij V. sicut & Concilium Tridentinum *sess. 7. de reform. c. 7.* loqui de vicariis illarum parochialium vnitarum, quæ ante Concilium non habebant vicarios perpetuos, sed amouibiles, nec habere locũ in Ecclesiis, in quibus ante Concilium Tridentinum vicariæ perpetuæ, iam erectæ erant, quamuis contrarium teneat Rota in d. Tirasonen. vicariæ, & cum ea Gonçalez *d. glo. 5. §. 3. n. 75.* vt S. Congregatio censuit, his verbis: *In Ecclesiis, in quibus ante Concilii Tridentinum vicariæ perpetuæ iam erectæ erant, nec decretum Concilij, nec constitutio Pij V. de vicariis perpetuis habet locum.*

312 Illud † tamen, quod dicitur in d. constitutione, *vers. volumus*, de deputatione vicariorum ad nominationem illorum, in quorum Ecclesiis vnitis ponentur, habebit etiam locum in vicariis perpetuis erectis ante Concilium ex quo est iuri antiquo conforme, *vt in d. capit. extirpandæ. §. qui vero, ex d. cap. de monachis, & d. cap. vnico, & d. clem. 1. citatis supra numero* 289.

313 Secundo videtur † dicendum vicarias perpetuas erectas ante Concilium Tridentinum, ex quo sunt vere beneficia, vt dictum est *n.* 286. comprehendi sub reseruationibus beneficiorum, vt in dictis decisionibus Tirasonen iuris præsentandi, & apparet ex Bulla prouisionis d. vicariæ Tirasonen. de qua fit mentio in dictis decisionibus Tirasonen. vicariæ, in qua declaratur dictam vicariam esse reseruatam, & neminem de ea disponere potuisse, &c. Quod etiam vidi in alia Bulla vicariæ del Herradon, huius diœcesis Abulen.

314 de ann. 1551. Quamuis † in Hispania id non seruetur, sicut nec in beneficiis iuris patronatus Ecclesiastici, vt diximus supra *5. par. c. 1. n.* 516. & ibi dicta possunt hic accommodari.

315 Vnde prouisio † huiusmodi vicariarum vacantium in mensibus reseruatis, seu sub aliis reseruationibus spectabit ad Papam, absque præuio concursu iuxta dicta.

316 Tertio † dicendum, videtur in vicariis perpetuis erectis, ex d. decreto Concilij, *c. 7.* de quibus loquitur d. constitutio Pij V. vt dictum est vacantibus in mensibus Apostolicis, seu alias reseruatis, posse fieri præsentationem, seu nominationem, & deputationem, non obstante reseruatione, ita tamẽ quod Vicarij deputati teneantur expedire nouam prouisionem, nec alias ad possessionẽ admitti possint, ex d. constitutione Pij V. quatenus statuit, quòd vicarij perpetui pro tempore deputandi teneãtur expedire nouam prouisionem, & soluere annatam pro portione fructuum sibi assignata pro qua debet fieri detractio in solutione quinquennij, ex d. constitutione, &c.

317 Quod intelligendum videtur de vicariis vacantibus in mense Apostolico, seu alias reseruatis, vt tenuit Rota in dicta Tirasonen. vicariæ, ex rationibus de quibus ibi.

318 Et sic vult illa † constitutio, non obstare reseruationes, si enim obstarent, & vti reseruatæ à Papa essent prouidendæ, non opus esset statuere, quod expediretur noua prouisio, & solueretur annata, ne Cancellaria defraudaretur, cum in prouisione à Papa facienda de illis, quando vacarent in mensibus reseruatis, seu sub aliis reseruationibus, essent literæ expediendæ, & soluenda esset annata, & sic Cancellaria non defraudaretur. Et ita posthæc tenet Gonçalez sup. ex *d. num. 59.* qui tamen *numer. 63.* male ait, quod d. constitutio Pij V. grauat vicarios ad obtinendam nouam prouisionem, etiam in mensibus ordinariis.

319 Certum † vero est alia beneficia, quæ dicuntur vicariæ, quæ tamen sunt beneficia de per se, & non vicariæ parochialium vnitarum, & vicarias erectas in Ecclesiis vnitis abdicando ab illis curam, & transferendo eam in vicarias, comprehendi sub reseruationibus ad dicta supra *à n.* 298.

320 Et de huiusmodi † vicariis perpetuis parochialium vnitarum videndi sunt Dd. maxime Abbas *in d. §. qui vero, & in d. c. de Monachis*, & Dd. *in c. super eo. de præbend. in 6. & in d. c. vnico. de capell. monachor. eodem lib. & in d. clem. 1. de offic. vicarij, & de iure patronatus*, Rebuf. *in praxi tit. de vicariis perpetuis, & in repetit. 1. dict. §. qui vero, & in tract. de congrua portione*, Hoieda *de incompatibilitate beneficiorum, cap. 15.* Ioan. Gutier. *cons. 8.* & Flores de Mena *q. 10.* Açor *2. par. lib. 3. c. 6. & lib. 6. c. 29.* & vide decisionem Rotæ in causa Salamantina vicariæ de anno 1596. adductam *1. par. cap. 2. n. 94.* vbi de vicariis amouibilibus, & infra *11. par. c. 2.*

321 Vigesimo principaliter † dubitatur, an examen, & concursus factum cum tribus examinatoribus Synodalibus adhibito etiam alio, vel aliis non Synodalibus vitietur.

322 In quo Rota † in causa Dertusen. parochialis de Villa franca, 18. Decemb. 1581. supra adducta *dub. 16. n. 232.* tenuit non vitiari ex regula *leg. testamentum. C. de testam.* quod superabundans, & maior cautela non nocet, & † facit, quod tenet Rota in causa Legionen. capellaniæ, 6. Iunij, & 5. Decemb. 1575. coram D. Cæsare de Grassis, quod præsentatio non dicitur nulla, si rector, qui ex forma erectionis, & fundationis adhibere debebat in electione vnum parochianum adhibuit duos, ad *capitulo cum Ecclesia Sutrina. de causa possession.* & quia non solent, quæ abundant vitiare, nec in hoc casu est violatam formam, sicut non es-

non esset violata, si in testamento adhiberentur nouem testes, vt per Cæsarem de Grassis *dec.169.n.4.5. & 6. & dec.170.n.8.& 9.*

324 Nihilominus tamen †contrarium censuit S. Congregatio Concilij in vna Toletana infra adducenda *dubio 22.n.339. ad tertium*, & cum ea Rota in Toletana parochialis de Alcaudete, vt in decisionibus adducendis *d. dubio à n.341.* Nam † cum Concilium velit
325 examen, & concursum fieri coram examinatoribus Synodalibus, saltim tribus faciendo examen cum quinque, verbi gratia, examinatoribus, quorum duo non sint Synodales, non seruatur forma Concilij, quod vult omnes examinatores esse Synodales, & sic illi duo non possunt dici adhibiti ad maiorem cautelam, & abundantiam, vt in exemplo de testamento, & in casu d. decisionis Legionen. & cessat ratio d. decisionis Dertusen. facit quod formę nihil addi, vel detrahi potest, Felin. *in c. cum dilecta de rescrip. nu.6. vers. amplia.1.* & Mando. *reg.27. Cancell. q.24.n.16.& 18. cum aliis.*

21. Principaliter † dubitatur, an examen factum
326 ante lapsum termini cuicti subsistat. In quo Rota in vna Carthag. parochialis de Iorquera, 9. Decemb. 1588 coram D. Orano resoluit examen, & prouisionem factam ante lapsum termini in edicto expressi, nullo postmodum comparente sustineri, ex Lambertino de iure patronatus *2.par.2. lib.q.6.ar.25* qui ait, quòd institutio, seu confirmatio facta ante lapsum termini appositi in edicto, licet sit nulla, ex *c. fin. de elect. in 6.* nemine tamen comparente validatur, prout ex nunc, ad instar collationis factæ per ordinarium spreto patrono, quæ patrono non comparente infra tempus datum ad præsentandum tenet.

327 Quæ decisio † Carthaginen. sic se habet: *Ioan. del Cerro sub prætextu inter alia, quod ordinarius in collatione parochialis Ecclesiæ loci de Iorquera, iuxta decretum S. Concilij Trident. & constitutionem Pij Papæ V. super modo & forma prouidendi de parochialibus Ecclesiis editam præmissis edictis concursum facere neglexisset, obtinuerat à felic. record. Papa Gregor. XIII. de illa sibi prouideri. Pro cuius adiudicatione facta instantia Dedi. dubium an narratiua suæ gratiæ sit iustificata, ita quod invret, Domini vnanimiter pro negatiua concurrunt, nam quamuis testes pro illius iustificatione adducti deponant se non vidisse proposita edicta, & quod vidissent si fuissent valuis Ecclesiæ affixa, tamen ex quo testes plures numero de contrario attestantur, magis placuere affirmantes vidisse edicta, quam negantes, iuxta gl.* leg. diem proferre. § si plures. ff. de arbit. &c.1. glos. fi. de præscrip. in 6. *Felin.* in c. in nostra. num.4. de testib. cum similib. *Hoc autem tanto magis, quia quando actus qui affirmantur, vel negantur, habent tractum temporis, vt in hoc casu, tunc præferuntur affirmantes negantibus, in tantum quod negantes suspiciones falsi non euitant. vt per Aretin.* in c. in nostra n.17. de testibus *Nec refert, quod testes pro affirmatiua deponentes sunt Episcopi familiares, præterquam enim, quod omnes non sunt tales, nullam propterea exceptionem patiuntur, cum interesse Petri hic tractatur, non autem Episcopi, & eorum dicta coadiuuantur partim assertione Episcopi, qui in collatione parochialis dicit præmisisse edicta, Rota* decis. 11. de iure patrona. in nouis, *Caputaquen.* 238. p. 2. *partim ex verisimilitudine, cum in confesso sit apud partes oppositores concursus faciendi gratia comparuisse. Non obstat, quod prætenditur Episcopum, quo facilius suo familiari de parochiali prouideret, noluisse ad cõcursum admittere oppositores, sub prætextu autem dismẽbrationis de illius fructib. faciendæ fraudulẽter eos auertisse, quia domini responderunt non constare præstitum fuisse oppositorib. aliquod impedimentum, quo ex facto poterant corã notario, & examinatoribus, iuxta tenorem edictorum comparere, & de impedimentis, si quæ occurrissent, protestari: fraudulenta vero auersio Episc. à concursu remouetur. Ex quo satis notum est, non modo ipsam Regiam Maiestatem pro impetranda à Papa dismembratione in vsum seminarij interpellasse, sed etiam hanc animi sui voluntatem Capitulo communicasse, vt bene hic deducit in facto scribens. Minus releuat, quod non probetur præcise dies affixionis edictorum, ex quo etiam infertur, certam notitiam haberi non posse collationem ab ordinario factam fuisse transacto tempore in edictis expresso, quia huius defectus probatio incumbit parti alleganti formam traditam, ex Concilio & Constitutione Pij V. non fuisse seruatam, & nihilominus quando collatio doceretur facta ante temporis lapsum in edictis expressi nullo postmodum comparente collatio sustinetur, Lambertinus* de iure patronat. *in terminis, 2. par. 2. lib. q.6. art.25. & ex his fuit conclusum, narratiuam Ioannis non fuisse iustificatam.*

Nihilominus † tamen contrarium verius est in 328
prædicto dubio, nam tunc reuera non seruatur forma Concilij *dict. c.18. vers. transacto.* & sic examen & prouisio sunt nulla ex decreto irritanti, de quo *ibi in fine.* & in dict. constitutione Pij V. Ex † quo apparet, 329
formam istam esse præcisam, & non ad effectum, vt aliàs fuit resolutum in vna Toletana professionis, 27. Februar. 1595. coram D. Pamphilio, quam † hic po- 330
nere placuit, quia est etiam aliàs per nos allegata, *Domini steterant in resolutis 13. huius, quod professio Ioannis fuerit nulla, ex quo iuxta formam constitution. felic. recor. Sixti V. non fuit approbata in Capitulo generali, vel prouinciali, sed tantum per diffinitores Ordinis Discalciatorum, quos non constat habuisse facultatem admittendi aliquos ad Religionem contra formam prædictæ constitutionis, quæ vult admissiones & approbationes fieri debere in capitulo generali, vel prouinciali præuia plena, & indubitata fide super parentibus, patria, vita, & moribus ipsius admittendi. Nec contrarium dicit secunda constitutio eiusdem Sixti, quatenus* in §. neque vero. *vult in receptione religiosorum sufficere numerum vocalium, & suffragiorum, qui legitimus à iure, vel per ordinis statuta fuerit præfinitus, quia loquitur respectu receptionis faciendæ in Capitulo generali, vel prouinciali, quod non vult ideo minus habere facultatem recipiendi religiosos, licet aliquis vocalis desit, vel à diffinitorum consensu discrepet, dummodo adsit sufficiens vocalium, & suffragiorum numerus à iure, & per statuta ordinis requisitus. Nec obstat fides secretarij, in qua dicitur, inquisitionem, & admissionem Ioannis fuisse approbatam in capitulo generali, quia ipsemet secretarius postea se correxit, declarando approbationem fuisse factam antequam Capitulum celebraretur eo medio tempore, quo Gremiales simul se congregabant, quod manifeste constat, ex eo, quod approbatio & admissio & Ioannis, quæ fuit sub die 24. Maij, præcedit fere per mensem ipsum Capitulum generale, quod postea sub die 22. Iunij sequentis fuit inchoatum. Et tanto magis, quod ex attestationibus datis constat non fuisse adhibitam in hac admissione illam diligentem inquisitionem super parentibus, patria, vita, & moribus admittendi, quam constitutio requirit, cum illa fuerit fundata super erronea attestatione testium deponentium, Ioannem fuisse filium Laurentij Olitierij, cum tamen vere esset filius Ioannis Ruiz de Ribera, quo fit, vt licet aliàs potuisset hæc inquisitio fieri extraiudicialiter, iuxta*

consilium *Abbatis* 41. *tamen cum fuerit adhibita scriptura, ex qua constat de mala informatione, cessat omnis præsumptio alterius bonæ informationis aliunde habitæ, ad* consi. *Castren.* 81. nu. 3. lib. 2. *Felin.* in c. sicut. colum. 15. ver. 7. & vltim. de re iud. *Cassad.* dec. 12. n. 6. super reg. *Paris.* consi. 15. num. 21. lib. 4. *Dec.* consi. 13. num. 2. *Neque obstat quod ideo non reddatur nulla professio, cum constitutio, saltim respectu huius inquisitionis faciendæ, non procedat vlterius annullando, quia cum statuat non aliter ad Religionem aliquos esse admittendos, nisi prius facta diligenti inquisitione, de qualitatib. professionis, dicitur inducere formam, ita vt ea non seruata actus sit nullus, ad notata in* l. si non dubium. C. de legib. cum aliis *per Brunum de forma,* in tit. quan. aliquid censeatur datum pro forma; col. 5. in 2. concl. *præsertim stante decreto irritanti, quod in fine positum refertur ad totam dispositionem* l. talis scriptura. §. fi. ff. de lega. 1. *Rebuff.* in tit. de firma & irreuocabili concordator. stabilitat. ver. vlt. notand. est, *& cessat difficultas ex* 2. *constit. ipsiusmet Sixti, quæ in* §. *quod autem expresse annullat professiones factas, non seruata forma in prima constitutione præscripta. Neque obstat, quod ista forma sit ad effectum, vt non admittantur inhabiles, & ideo satis esse, quod hodie constet Ioannem habere qualitates requisitas ad suscipiendum habitum, iuxta formam præfatæ constit. quia hoc non procedit quando adest decretum irritans, vel constitutio vlterius procedit annullando professionem aliter factam, vt in hoc casu ad tradita præscribentes* in l. 1. *vbi Ias.* num. 11. ff. de lib. & post. *Alexan.* in l. fi. n. 3. C. de procuratorib. *Paris.* cõs. 19. num. 187. lib. 2. *Syluester, Aldobrand.* consi. 92. num. 27. cum aliis allegatis. *Alia in contrarium deducta bene soluuntur per informantes, conducit etiam* decisio *Pedemont. Cacheran.* 165. à n. 7. *& Paz* in l. 200. styli à n 61.

331 Et in proposito † ita tenuit Rota in d. Toletana parochialis de Alcaudete coram D. Seraphino 3. Iulij 1595. vt in decis. seq. *Fuit de ordine sanctissimi Domini nostri dubitatum in Rota præsuppositio concursu, & collatione per seremissimum Cardinalem ab Austria de parochiali, de qua agitur, Michaeli de Ayala de mense Aprilis* 1595. *an ei concedenda sit prouisio simplex, vel saltim noua prouisio, & difficultatem faciebat prouisio facta à Papa de mense Februarij Hieronymo de Leiua, tanquam de vacante per obitum cuiusdam Christophori de Bustamante, vsque de anno* 1593. *cum clausula,* seu alio quouis modo, & ex alterius cuiuscunque persona, *quare in concursu prouisorum orta est dubitatio super validitate concursus, & collationis factæ Michaeli, & causa per me vtraque parte informante proposita, pro parte Hieronymi duo opponebantur contra huiusmodi concursum, & prouisionem Michaelis, & primo fuit oppositum de reseruatione ex secunda regula reseruatoria, in qua reseruantur beneficia vacantia sede Episcopali vacante, vsque ad promotionem successoris, & adeptam possessionem. Verum hæc oppositio non placuit, quia cum Cardinales non ligentur dispositione extrauagantis iunctæ, vt fuit alias in Rota resolutum coram Illustrissimo Lancelloto, & possint etiam ante adeptam possessionem conferre, vt post Belorci.* de charitatiuo subsidio, quæst. 66. *qui dicit, ita fuisse resolutum in Rota, tradit Sarnen.* in Procœmio regularium quæst. 4. numero 9. *vtique non applicatur regula, maxime cum requirat vacationem, quæ hic non datur propter gratiam coadiutoriæ cum futura successione, & cum clausula,* ex nunc, prout ex tunc, *neque facit, quod dicitur, quod quando in regulis Papæ voluit excipere Cardinales, hoc expressit, vt etiam habetur in vltima regula, de edendo, à qua excluduntur Cardinales, quia hoc est intelligendum de his regulis, quæ possunt applicari Cardinalibus non autem in illis, quarum rationes non applicantur, vt est ista, in qua neque ratione expeditionis literarum, neque ratione fructuum debitorum Cameræ qui ad prouisos spectant statim post præconizationem in Consistorio, maxime in Regnis Hispaniæ, potest verificari ratio finalis regulæ. Et hoc quidem sensit Rota, nuper in causa Toletana canonicatus à me proposita. Secunda oppositio facta fuit contra huiusmodi concursum præsentatum in dataria sanctissimi domini nostri, & domini censuerunt ex pluribus concursum hunc esse defectiuum, nec in eo seruatam formam Concilij Triden. Primo, quia non fuit apposita dies propositi edicti, adeo, vt sciri non possit, an intra terminum, vel post terminum fuit Michael examinatus, quod tamen videtur necessarium ad examinis validitatem, cum terminus ille qui præfigitur, iuxta dispositionem Concilij Trident.* sess. 24. ca. 18. *sit ad conuocandum eos, qui concurrere voluerint, & eo transacto, non prius debeant examinari: cum quo concordat Concilium prouinciale Toletanum, & ista non est forma ad effectum, sed præcisa, vt fuit dictum coram Reuer. Pa. D. Gipsio in vna Volaterrana parochialis,* 20. *May* 1591. *& ratio potest esse, ne per præuentionem vnius alij supplantentur. Secundo, quia ex testibus apparet fuisse examinatum, & approbatum Michaelem intra tempus pendentis termini, qui licet sint examinati ad perpetuã rei memoriam: tamen reddunt negotium suspectum, ex quo in concursu non fuit apposita dies edicti, prout ex stylo solet in aliis, qui præsentantur apponi, & quorum nonnulli fuerunt dominis meis ostensi. Tertio, quia cum adessent plures examinandi, vnicus Michael examinatus, & statim approbatus reliquis non expectatis, eique facta collatio, quæ etiam ex eo redditur suspecta, quia erat familiaris Archiepiscopi, neque fuit expectatum tẽpus, intra quod potuissent alij concurrentes sese examini subiicere. Et quamuis per vnum ex Reuerendis dominis meis fuit allegata decisio facta coram Reuerendo Patre Domino Orano in vna Carthaginen. parochialis,* 9. *Decemb.* 1588. *in qua dictum fuerat, quod examen poterat fieri pendente termino, & quod partim pugnanti concursum incumbebat onus probandi adfuisse alios, qui concurrere volebant, & non fuerant admissi: tamen hoc casu non fuit habita ratio huius decisionis, quia hic constabat de existentia aliorum concurrentium, quod nõ apparebat in illa Carthaginen. & ideo conclusum, nihil esse concedendum Michaeli, nec concursum eidem suffragari.* Et d. doctrina Lamber. *d. art.* 25. mihi non videtur vera, ex *d. c. fi. de elect. in* 6. nec facit simile de collatione facta spreto patrono, vt apparet ex *d. sup.* 5. *par. c. fi. à n.* 241. 331

22. Principaliter dubitatur, an † examinatores in Synodo deputandi sint in particulari, & nominatim N.N.N. an vero possint deputari in genere, verbi gratia, prior, seu lectores talis monasterij, canonicus Doctoralis, Magistralis, Canonicus lecturæ, & Pœnitentiarius, ita vt comprehendantur etiam successores. 333

In quo dubio † dicendum videbatur posse ita deputari in genere, nam cum obtinentes talia officia, & præbendas, soleant esse personæ doctæ, & qualificatæ, videntur recte posse Synodo satisfacere, & ab ea probari, & ita factum est in aliquib. Episcopatib. Hispaniæ, & particulariter in hoc Episcopatu Abulen. cum quibus non solum, qui tunc erant, sed etiam successoribus fiunt examina ad parochiales vacantes, & ita tenet P. Led. *in sum. 2. p. tr. 7. c. 1. 7. conc. circa tertiã difficultatem.* dicens, ita tenere communiter homine 334

nines doctos Hispaniæ, & ita habere vsum communem Ecclesiarum Hispaniæ, quod ordinarie facta est nominatio ita.

335 Nihilominus tamen † tenendum est, non posse examinatores in genere deputari, ita vt successores seu subrogati comprehendantur, sed solum comprehendi tunc stantes, quod videtur esse de mente Concilij, nam cum velit examinatores in Synodo diœcesana ab ordinario proponi, qui Synodo satisfaciant, & ab ea probentur. videtur velle eos in particulari, & nominatim deputari. successores enim cum sint incerti
336 & incogniti, non possunt recte probari. Nec † obstat, quod obtinens prædicta officia, & præbendas soleant esse personæ doctæ, & qualificatæ, nam licet ita soleat esse, potest tamen id in aliquibus deficere, & quamuis sint docti, possunt esse malæ, seu nimis amplæ conscientiæ, & malæ vitæ, & morum, & econtra. Et demum satisfactio & approbatio debet esse de personis in particulari, non in communi, & in genere.

337 Et ita in Concilio † prouinciali Mediolan. 5. *par. 3. tit. quæ ad Synodum attinent*, dicitur, quod in Synodo ab Episcopo proponantur examinatores nominatim, & de his probandis suffragia recte ferantur. Et in Archiepiscopali Bonon. Card. Paleoti, seu de Bonon. Ecclesiæ administratione, *par. 4. de Synodo diœcesan. nu. 28. pag. 208.* ponitur forma deputandi examinatores in Synodo hoc modo, quod lecto decreto Concilij Trid. de eligendis examinatorib. tunc subiungunt, *Nos igitur Gabriel, &c. hoc decretum exequi cupientes proponimus vobis* RR. N. N. N. N. qui nominatim (inquit) promulgantur, *placentne vobis?* Secretarius autem accipit vota à Synodo, & dicit, *Si quis est, cui non placeant, assurgat, & ad Illustriss. Archiepiscopum accedat.* Et † Prosper de Augustino in appen.
338 ad summam Bullarij, *par. 2. verb. Synodus diœcesana. pagi. 596.* ait, quod pro examinatorib. probandis suffragia ferantur, & electi nominatim promulgentur, & quod de hoc S. Congregatio Concilij Patriarchæ Venetiarum sic rescripsit: *Illustris & Reuerendissime Dn. vti frat. consultat. amplitudinis tuæ super examinatoribus in Synodo approbandis, sic respondit Congregatio S. Tridentum Concilij interpres, nempe examinatores, qui ab amplitudine tua propositi fuerunt à Synodo, tam per vota secreta, quàm aperta posse probari: itaque amplitudo tua eum modum in probatione seruari faciat, quem magis expedire iudicauerit, quod reliquum est Deum illi quam beneficentissimum precamur, Romæ die 11. Iul. 1592. amplitudinis tuæ Illustriss. & Reuerend. vti frat Hieronymus Cardinalis Matthæus.* Quæ declaratio est impressa in Synodo Veneta celebrata in mense Sep. 1592. *pa. 46.*

339 Et in terminis † ita censuit Sacra Congregatio Concilij in vna Toletana de anno millesimo quingentesimo nonagesimo quarto his verbis: *Exponitur in diœcesi Toletana ab annis quatuordecim citra nullam fuisse celebratam Synodum diœcesanam, in vltima vero, quæ fuit celebrata de Anno 1580. fuisse deputatos certos examinatores Synodales, ex quibus aliqui diuersis occupationibus detinentur, alij vero promoti, & aliqui mortui sunt, vltra præfatos fuerunt deputati in genere auditores consilij ipsius Archiepiscopi absque certa expressione personarum, quæritur nunc, an ista deputatio auditorum sic generice facta valeat, vel non, & dato quod valeat, an comprehendantur deputati examinatores Synodales, illi tantum auditores, qui tempore Synodi erant, an vero cæteri, qui fuerunt in locum illorum subrogati: & præsupposito, quod comprehendat etiam auditores subrogatos, an concursus factus cum tribus ex istis auditoribus, vna cum alijs nominatis ab Archiepiscopo Toletano, absque eo quod à Synodo approbati sint, valeat. Et omnia prædicta quæruntur ad effectum videndi, si collationes factæ de parochialib. præuiis talibus concursibus teneant, vel potius ad Sedem Apostolicam sint deuolutæ. Ad primum Congregatio Concilij censuit valere, si tamen in Synodo ab Archiepiscopo auditores propositi fuerint, & ab ea probati. Ad secundum minime comprehendi subrogatos. Ad tertium non valere. & ideo collationes factas inualidas esse, easque ad Sedem Apostolicam esse deuolutas. Hier. card. Matthæus.*

Et idem tenuit † Rota in d. Toletana parochialis 400
de Alcaudete, 10. Maij 1596. coram D. Arigonio, & 16. Decemb. eodem anno coram D. Corduba, & 2. Maij 1597. coram D. Lita, vt in decisionib. seqq.

Toletana parochialis † de Alcaudete 401
10. Maij 1596.

Cum Hieronymus de Leyua prouisus fuisset de parochiali Ecclesia de Alcaudete, in cuius prouisione, quæ erat facta ad sui supplicationem, multa fuerunt narrata, & controuerteretur super illorum iustificatione, propterea dubitaui, an dict. gratia esset iustificata, qua dubitatione proposita fuit resolutum omnia esse iustificata, nam vacationem huius parochialis per obitum Petri Zarate de mense Decembr. 6. de anno 1564. fuit dictum probari per plures testes deponentes de publica voce & fama primus super quinto, secundus, tertius, & quintus super primo, quæ probatio sufficit ad hunc effectum, Bartol. in l. 2. §. si dubitetur, ff. quemad. testam. aperiant. Tanis in decis. 75. serenissimum Cardinalem ab Austria tunc temporis non adeptum fuisse possessionem Archiepiscopi probari per fere omnes testes super 2. art. & licet deponant de publica voce, & fama, tamen vt narratiua dicatur iustificata, non requiritur plena, sed sufficit etiam semiplena probatio, ad tradita per Ægidium in decis. 116. cir. fi. qualitates Hieronymi, nempe doctoratum, & presbyteratum, & esse oriundum ex diœcesi Corduben. per tres testes similiter deponentes de publica voce & fama. Bald. in l. prouidendum. C. de postulan. Alexan. in add. ad Bart. in l. de minori. §. plurium. col. fin. in verb. vana vox. ff. de quæstionibus Caputaquen decis. 277. par. 1. imo respectu presbyteratus existant duo testes, qui dicunt, vidisse illum celebrare Missam. Valorem annuum istius parochialis non excedente ducatos 2660. per testes super 5. art. deponentes de publica voce & fama. Ægid. in decis. 675. Puteus decis. 29. incip. in vna Colon. libro primo, & perficiunt tempus obtentæ gratiæ. Cassa. in decis. 19. in fin. supra reg. Non obstat, Hieronymum non esse oriundum, de ciuitate Corduben. prout continetur in literis expeditis, sed esse ex diœcesi, quia in supplicatione dicitur tantum presbyter Corduben. quæ supplicatio debet attendi, tanquam prima matrix, Bart. in leg. Sempronius. ff. de lega. 2. & in l. si librarius. n. 9. ff. de reg. iur. Alexan. & Ias. in l. si quis ex argentariis. §. prætor. ff. de eden. & expeditores non possunt præiudicare partibus in expeditione literarum. Caputaq. in decis. 217. lib. 1. circa aliam difficultatem, quod dispositio huius parochialis spectaret Sedi Apostolicæ, iuxta constitutionem felic. record. Pij Papæ V. prout ipse Hieron. narrauit, domini dixerunt, hoc quoque esse verificatum, quia cum ex examinatoribus Synodalibus adhuc viuerent, & extarent tres, & iuxta formam Concilij Trident. sess.

24 c.18. *ad minus debent interuenire tres, & examen in examine Michaelis non interfuit, nisi vnus, merito obseruatam formam fuisse factum locum reseruationi, de qua in d. constitutione, & nihil referre, quod notarius in instrumento concursus asserat omnes illos examinatores, qui interuenerunt, esse Synodales, quia in hoc non est standam notario, cum ei non credatur, nisi de his, de quibus fuit rogatus §. non autem. in auth. de tabellio. Innocen.* in c.1. sub n.5. de fi. inst. *vltra quod contrarium apparet de ipsamet deputatione facta in vltima Synodo, in qua sunt descripti omnes examinatores, quorum vnum tantum constat interuenisse. Non obstat, quod in Synodo fuerunt etiam deputati examinatores consiliary Archiepiscopi, & quod in hoc examine interuenerint tres Consiliary, quia non erant ex illis, qui tunc fuerant deputati, sed alij, qui successerant in officio, quos successores & subrogatos, deputatio minime comprehendebat, prout fuit resolutum in Congregatione Concily in alia Toletana, & quatenus etiam illos comprehendisset, fuit dictum, ex quo interuenerunt alij, qui non fuerant approbati in Synodo, ideo concursum, & examen ex hoc quoque capite fuisse nullum, & inualidum, & collationem deuolutam fuisse ad Sedem Apostolicam, vt in* ead. decis. *Toletana. Nec supradictis obstat decisio facta in causa Placentina parochialis de Malpartida, in qua fuit dictum Episcopum posse deputare alios examinatores, quia loquitur in casu, quando non extarent amplius examinatores Synodales, quod non erat in casu, de quo agitur, cum tunc temporis tres alij extarent. Et eo magis quam plures ex dominis veniebant in hanc sententiam, quia cum infra terminum edicti plures alij se opposuerint, & se describi fecerint, vt apparet quoque ex instrumento ipsiusmet concursus, ideo examinato Michaele concursus non debebat statim eadem die, qua fuit inceptus claudi, prout fuit clausus, sed erat expectandum per aliquot dies videndi gratia, si alij oppositores volebant se examini subiicere, nam si à die finiti termini, de quo in edicto vsque ad diem, in quo fuit cœptus, & apertus concursus, & examinatus Michael, fuerat elapsum tempus vnius mensis, infra quod tempus illi alij oppositores habebant iustam causam, de non comparendo. Ad primo subiiciendum examini tanto magis erat expectandum post examen Michaelis, vt alij quoque possent venire ad se examinandum, & præsertim, ita erat faciendum, quia prout deponunt testes, quando existant plures oppositores, examen durat per plures dies, & non omnes simul examinantur, primus & secundus testes repetiti, iuxta 29. interrogatorium.*

342 In eadem † 16. Decembr. 1597. coram D. Corduba.

Domini steterunt in decisis non fuisse seruatam formã Concily in concursu, de quo agebatur, quia non solum in eo non interuenerunt tres examinatores Synodales, prout requirebatur, quinimo fuerunt adhibiti alij non Synodales, quod illud annullant, prout declararunt Illustrissimi Cardinales Concily Trident. interpretes, ex actis enim per Dom. Michaelem præsentatis constat, ex sexdecim examinatoribus deputatis in Synodo, de anno 1580. solum interuenisse D. Anton. de Couarr. scholasticum, ex quo Hieronymus habet intentionem suam fundatam, eo ipso quod ostendit in eo concursu interuenisse examinatores non Synodales, Alexan. consil. 55. n. 12. lib. 5. *Deci.* consil. 483. n. 5. *Sylues. Aldobran.* consil. 113. n. 26. *nec tenetur probare, id quod est de intentione & replicatione Michaelis dantis defectum examinatorum defectu, vel impedimento, iuxta* consilium *Oradæ* 229. n. 3. *Curtius Senior* consil. 72. n. 1. *Rain.* consil. 120. n. 5. lib. 4. *quod maxime procedere dixerũt dominus, quia erant tres examinatores, qui possent interuenire cum de mense Aprilis 1595. quo fuit concursus factus, residerent in ciuitate Toletana R.P. Ribadeneira, & R.P. Mariana, & Licentiatus Bruniesca, & Moreion examinatores deputati in vltima Synodo, vt deponunt testes in summario. n. 3. qui non se restringunt ad publicam vocem & famam, sed exponunt de publica reputatione, & tertius de visu. Sed quamuis ex aduersa prætendatur Bruniescam defuisse, esse examinatorem Synodalem eo ipso, quod fuit prouisus de canonicatu, hoc tamen non probatur, & sunt satis adinuicem compatibilia esse quem canonicum, & examinatorem, neque etiam apparebat de vlla incompatibilitate circa officium examinatoris, & inquisitoris, ad quod D. Antonius Moreion fuerat assumptus. Verum quidquid in his sit, difficultatem cessare dixerunt domini respectu Patrum Mariana, & Ribadeneiræ, quos non solum non apparet renuntiasse, quinimo primus & secundus testis Michaelis deponunt contrarium, & quod sæpius interuenerunt in multis concursibus, & respectu Patris Mariana concludunt, de d. mense Aprilis 1595. fuisse præsentem Toleti, ex quibus satis probata videbatur ista reseruatio. Neque obstabant testes in contrarium adducti, qui vltra quod sunt nulliter examinati, non probant sufficienter ad eliendam contrariam probationem Hieronymi, quo casu non sufficit ordinaria, sed requiritur plena, & concludens probatio. Nec dominis placuit, quod eodem die, quo fuit inceptum examen, fuerit clausus concursus, examinatus, & approbatus Michael, & facta illi collatio, non vocatis, nec expectatis reliquis oppositoribus, qui intra tempus edicti fecerant oppositionem, at debebant saltim vocari, cum concursus fuisset dilatus per mensem, postquam erat transactum tempus edicti, prout iura postulant, & fert consuetudo, maxime obseruantia illius diœcesis vocandi oppositores, vt deponunt testes in summario. n. 2. ad notata per Abb.* in cap. quam graui. de crimine falsi. n. 2 *Felin.* in c. 2. n. 16. de rescript. *Menoch.* de præsumpt. libro 5. præsump. 20. n. 21. *Aymon* consil. 28. n. 2. *Quæ nimis festinatio non arguit eam fidem bonam, quæ in similibus actionibus desideratur, pro quo fundamento non parum facit, quod prima scriptura data concursus erat absque die affixionis edictorum, vt non posset cognosci, an concursus fuisset factus intra tempus legitimum, necne, & postea sequuta decisione coram Reuerendo P. D. meo Decano fuit data alia noua cum assertione notarij, quod tempus edictorum durabat vsque ad diem 8. Martij, sine eo tamen, quod notarius dicat quo die fuerunt affixa edicta, quod ad eius solius officium spectabat, & de quo fidem facere tenebatur. Cum vero scriptura concursus fuerit data parti, & super ea disputatum, notarius nihil potuit addere, & si addat, ei non credatur, nisi probato coram iudice errore, caputaquen.* decis. 247. par. 2. *Decius* in l. si librarius. n. 7. vers. secus si fuit data copia parti. de reg. iuris. *& multo magis considerato, quod est ius in tempore, quod casu minime statur notario circa tempus omissum. Dec. vbi supra, n. 6. ver. in quo est aduertendum. Alexan.* consil. 180. n. 3. lib. 6. *Caputaquen.* dec. 35. lib. 1. in manuscriptis. *quoniam an cœperint, vel non cœperint currere edicta, non est factum, sed ius, cum multa possent euenire, quæ etiam stante affixione edictorum illorum cursum incipere, aut inceptum currere impedire possent.*

In †-

343 In † eadem 2. Maij 1597. coram D. Lita.

Domini tenuerunt remissoriam Michaeli esse denegandam motiuis rationibus infrascriptis. Primo, quia ex decisionibus huc vsque factis satis superque constat de iustitia sententiarum contra eum latarum, quo fit, vt petitio huius remissoriæ, quæ ex sui facie studiose concepta videtur ad euitandas dictas decisiones, non caret maxima suspitione calumniæ, propter quam indistincte denegari solet. Roma. consil. 273 in fin. *quem sequitur Feli.* in cap. de cætero. numero duodecimo de re iudicat. *contra Milis* in suo repertorio. in verb. remissio. vers. 4. *Idem tenent Angelus, Paulus, Alexander, & alij omnes* in l. de die. §. tutor. ff. quis satisdare cogatur. *Caputaquen.* decis. 63 libro 3. *Seuerolus* de remissionibus cap. 6. *& fuit tentum in illa Toletana puritatis sanguinis, 6. Nouembris 1595. coram R. P. D. Millino, calumniosa enim arbitrari potest ex variis circunstantiis ad decisionem Cassador.* 3. de dilatio. *& fuit dictum in d. Toletana, vnde cum hoc in casu non vna, sed plures concurrant, grauitas scilicet causæ, additio illa temporis in instrumento concursus per compulsum producto, qua non aderat in instrumento eiusdem concursus extra iudicialiter per prius in manibus R. P. D. Decani, in prima positione huius causæ pro parte Michaelis, dato quod Michael ipse est familiaris Archiepiscopi potens in illius partibus, contemptor mandatorum Rotæ, vt latius infra dicetur, & adeo officialibus illis de partibus gratus, vt pluribus descriptis pro concursu faciendo meruerit spreta omni iuris dispositione solus examinari, & eodem tempore aliis oppositoribus non expectatis, sed statim clauso concursu approbare, quod vt iam resolutum fuit, fieri non potuit, stante maxime dispositione Concilij Tridentini, sess. 24. c. 18. ideo, &c. Secundo, quia circa illos examinatores, qui interuenerunt, non deputatos in Synodo, & propter quorum interuentum nullus fuit concursus ipse, iuxta resolutionem Illustrissimorum interpretum S. Congregationis Concilij, quam Rota secuta est, non datur fumus, quod fuerint deputati per Archiepiscopum, & Capitulum loco Synodalium absentium prout prætenditur ex parte Michaelis, nam licet testes deponant de deputatione nonnullorum, & aliquos nominent, qui interfuerunt concursui, & sufficit pro victoria Hier. vnum interfuisse, qui non fuerit deputatus, & sine fumo clarum est in beneficialibus non dari remissoriam. Thom. de Thanis* decisione 6. Illustrissim. Paleotus decis. 93. *Rota* diuersorum 183. par. 1. *Vlira quod de tali deputatione Archiepiscopi, & approbatione Capituli constare deberet per scripturam, & de more Romanæ Curiæ non datur remissoria pro his, quorum probatio habetur, vel potest faciliter fieri per scripturas. Ægid.* dec. 9. num. 1. *Felin.* in cap. primo parum ante finem. de appellation. *Rota* decisio. 46. de testibus in antiquis. *Milles* in suo Repertorio. in verb remissio. versic. 6. *qui allegat Romanum idem tenentem* consilio 248. *Tertio, quia stante relaxatione sequestri per Rotam, iuxta clement. vnicam de sequestrat. possess. & fructuū, & illius intimatione Michaeli personaliter facta, ipsemet auxilio prouisionis Regiæ obtinuit illius reuocationem, & quod peius est, facto proprio, hoc est, vlteriori perceptione fructuum, in hoc Rotæ decreta inexcusabiliter contemnendo illam violauit, quo fit, vt eo ipso videatur incidisse in pœnas. d. clem. hoc est amissionis iuris, quod aliàs ei competeret & excommunicationis: quo fit, vt tanquam excommunicatus, etiam vigore Bullæ Cœnæ Domini, non sit in hac sua prætensione audiendus. Ad textum* in c. fin. de exceptionib. in 6. *ita glossa* antepen. in d. clem. vnica. *vbi Ancha.* n. 8. *Imol.* n. 7. *& Vital.* ibid. in §. si quis autem. n. 1. & 4. de sequestrat. possess. & fructuum.

Idem fuit † in proposito resolutum in vna Fanen. parochialis, 28. Iunij 2596. coram D. Corduba supra adducta, *dub. 12. n. 213.* 344

Et obseruantia, † & consuetudo contraria, si qua esset, non videtur rationi multum conformis ex dictis, vltra quod non potest esse præscripta, cum tamen sit contra ius stante declaratione S. Congregationis, nec videtur posse introduci, propter decretū irritans d. constitutionis Pij V. iuxta *dub. 5. part. 1. c. 4. nu 175.* 345

Et si prætenderetur † Concilium, quoad id in aliqua parte, seu prouincia non esse à principio receptum, non videretur releuare, esto ita esset maxime quoad concursus in parochialibus reseruatis, seu affectis, nam cum Concilium det facultatem ordinariis, aliàs non habentibus faciendi id eis concursum, & eligendi magis idoneum, cui collatio fiat, cum isto modo & forma, debent eam acceptare cum sua qualitate, ad *l. 4. & 5. ff. de legatis 2.* & aliàs supra *5. parte, caput. 4. num. 178.* Et supposito, quod † in concursu faciendo in non parochialibus reseruatis ea forma sit omnino seruanda, erit etiam seruandr in concursu faciendo in non reseruatis, non obstante prętensa non receptione, nam non debent diuerso iure censeri huiusmodi concursus. 346 347

Et stante, quod deputatio † examinatorum in genere, verbi gratia, lectorum, seu auditorum, &c. non comprehendit successores, seu subrogatos, sed solum tunc stantes, vt dictum est, videtur etiam consequenter dicendum illos tunc stantes tempore deputationis, etiam dimisso officio lectoris, seu auditoris, sub cuius nomine fuerunt deputati, manent examinatores. 348

Vnde infertur † ad decretum Concilij Tridentini, *sess. 25 de reform. c. 10.* vbi statuitur in singulis Conciliis prouincialibus, aut diœcesanis, aliquot personas, quæ qualitates habent iuxta *cap. statutum. de rescrip. in 6.* & alioquin ad id aptas designari, quibus præter ordinarios causæ delegandæ à Sede Apostolica, & Legatis, ac Nuntiis committantur, &c. qui dicuntur iudices Synodales, vt similiter debeant deputari, & designari nominatim, & in particulari, vt in dict. Archiepiscopali Bononien. supra *numero vigesimonono, pagina* 208. vbi ponitur forma eos deputandi, & non possint designari in genere, verbi gratia, canonicus doctoralis, obtinentes dignitates, &c. ita vt successores comprehendantur, vel ad eos transeat deputatio, sed solum comprehendantur tunc stantes, & facit idem decretum, *versicul. & si aliquem interim.* quamuis hoc male seruetur in hoc Episcopatu Abulen. & credo etiam in aliis. ET † ita interminis tenuit D. Michael à Costa *in lectura. cap. quoniam Abbas. de officio delegati.* anno 1580. vbi docuit, ex Concilio supra corrigi, vt plurimum decisionem illius textus, nam si habens dignitatem deputetur à Synodo, etiam expresso solo nomine dignitatis, post illius mortem non succedit in iurisdictione, nec in deputatione successor in eadem dignitate, sed debet succedere is, qui ab Episcopo cum consilio Capituli fuerit nominatus, vsque ad futuram Synodum, vt aperte declarat Concilium *in dict. versic. & si aliquem.* qua ratione si post mortem obtinentis dignitatem, qui fuerat deputatus à Synodo, reseriptum directum iudicibus Synodalibus, & eorum cuilibet præsentetur coram successore in ea- 349

dem dignitate, processus nihil valet ex defectu iurisdictionis, & ita, inquit, in practica fuit declaratum & obtentum in Regia Cancellaria Pinciana, in quad am causa Salamantina.

351 Et † facit declaratio S. Congregationis super *dict cap.* 10. quæ sic ait: *An is, qui tempore commissionis reperiebatur cõstitutus in dignitate. & designatus inter iudices Synodales, si eam resignauerit, possit de eadem causa cognoscere, vel potius is, qui eam dignitatem obtinuit, vel neuter, Congregatio censuit, die vigesimoprimo Maij* 1587. *etiamsi eam resignasset, de eadem causa resignantem cognoscere posse, quia sufficit ab initio fuisse capacem, non autem resignatarium. Et refert Flamin. Paris.* de resignatione beneficior. libr. 1. quæstion. 11. numer. 14. *& Zauallos* quæst. 666. *& consonat Concilium prouinciale Bononien.* tit. de iudicibus delegandis. versic. at si is. *positum in d. Archiepiscopali Bonon.* par. 4.

352 Circa quod decretum † de committendis causis iudicibus Synodalibus, aduerto illud solum videri esse in vsu respectu nuntij, seu legati, non vero Papæ, qui canonicis, & aliis personis in Ecclesiastica dignitate constitutis, etiam non deputatis in Synodo, solet causas committere, & executionem literarum Apostolicarum faciendo eos executores mixtos, & etiam auditores Rotæ, & auditor Cameræ faciunt eos iudices remissoriarum, & compulsorialium & liquidationum, &c. quod exe o prouenisse existimo, quod Episcopi huiusmodi nominationes, & designationes iudicum factas ad Summum Pontificem transmittere non curant, vt præcipit Concilium, *di. cap.* 10. Sed & Nuntij Hispaniæ aliquando causas committunt personis in dignitate Ecclesiastica constitutis, etiam non deputatis in Synodo, maxime in curia Regia, vbi ipsi Nuntij resident, vbi etiam solẽt causas committere iudicibus Synodalibus aliarum diœcesum in dicta curia residentibus. Quod non videtur conforme Concilio, sed potius contra illud, quod vult, vt quæque diœcesis habeat suos iudices deputatos, saltim quatuor, vt in vnaquaque diœcesi causæ committantur iudicibus illius diœcesis, non alterius. Facit simile de confessario approbato in vna diœcesi, qui non censetur approbatus in alia, nec potest ibi eligi in confessarium, vt cẽsuit S. Congregatio Concilij, vt dictum 5. *part. capit.* 8. *n.* 132.

Et circa dictum † decretum notandæ sunt se-
353 quentes declarationes. Prima, ibi: *Ad id aptos designare, quorum nominationem ad Episcopum quidẽ principaliter, non tamen priuatiue quoad alios spectare Cõgregatio respondit: quia & cæteri, qui in Synodo interesse debent alios quoque nominare possunt, vt in dicto Cõcilio prouinciali Bononien. supra versic. horum vero.* Secunda, ibi, *Aliquem ex designatis mori contigerit, habet etiam locum in diuturna absentia, quæ æquiparatur morti.* Tertia ibi: *Substituat ordinarius loci cum consilio Capituli Congregatio.* 26. *Ianuarij* 1588. *censuit consilium requiri pro forma.* Felin. in c. ex parte. de const. *quod consilium ordinarius non poterit prætermittere, sed non tenetur illud sequi.* Consonat cum his declarationibus dict. Concil. Bononien. vers. quod si ex designatis.

23. Principaliter dubitatur, an requiratur pro
354 forma, quod examinatores † iurẽt se quacunque humana affectione postposita fideliter munus executuros, vt dicitur in dict. decreto Concilij, *c.* 18. *vers. iurentque.* & alioquin examen, & concursus coram eis facta nulla sint.

In quo respondetur † affirmatiue, vt apparet ex- 355
d. decreto, maxime stante decreto irritante prouisiones aliter factas, de quo *in fine d. decreti.* & in constitutione Pij V. & tenuit Rota in illa foro Sẽpronien. supra adducta *dub* 3. *n.* 133.

Sed hic † se offert difficultas, quando, vbi, & quo- 356
modo præstandum sit hoc iuramentum, & dico breuiter expedire, vt publice in Synodo, quo primum tempore delecti sunt, hoc iuramentum præstent (quamuis hoc non existimem necessarium) vt dicitur in Concilio prouinciali Mediolanen. 5. *par.* 3. *tit. de examinandi ratione.* ibi: *Iuri, iurandi quo publice in Synodo, qua primum tempore delecti sunt, se obstrinxerint, memores, &c.* Et † in d. Archiepiscopali Bononien. *d. part.* 4. *de Synodo diœcesana. n.* 28. vbi ponitur forma huius iuramenti, sic dicitur: *Tunc illi qui denunciati sunt examinatores, & præsentes adsunt singuli vocati à magistro cæremoniarum, & deducti, in manib. Illus. Archiepiscopi iuramentum præstant in hũc modum, Ego N. deputatus in præsente Synodo examinator eorum, qui eligentur ad parochiales Ecclesias, iuro me fideliter hoc examinandi munere perfunctũrum, reiecto omni humano respectu, ita me Deus adiuuet, & hæc sancta Dei Euangelia.* 357

Ex qua formula, † & ex d. decreto Concilij *d. c.* 358
18. ibi: *Ad sancta Dei Euangelia.* apparet huiusmodi iuramentum præstandum esse tactis Euangeliis, & faciunt, quæ de professione fidei dixi supra 3. *part. ca* 3. *dub.* 20. *à numero* 69 & aliàs non seruaretur forma Concilij. Apparet † etiam non esse opus istud iu- 359
ramentum præstare in quolibet examine, & concursu, sed satis esse iuramentum generale, semel prẽstitum de fideliter exercendo munere examinatoris, &c.

24. Principaliter dubitatur, an vbi concursus, & 360
examen nõ fuit factum legitime, iuxta formam Cõcilij, vel quia examinatores non erant legitimi Synodales, vel quia interuenit aliquis non Synodalis, vel quia non approbarunt, & fecerunt relationem, quoad omnes qualitates necessarias, vel quia non fecerant iuramentum à Concilio requisitum, vel aliàs, gratia, & prouisio Apostolica facta in fauorem illius, qui præsentauit approbationem, & literas ordinarij, quib. testatur concursum factum legitime, & ex approbatis se illum tanquam magis idoneum elegisse, iuxta formam Concilij, sit valida, & bona, an vero surreptitia & nulla. 361

In quo videtur dicendum, non esse surreptitiam, sed validam, prẽsertim stantibus clausulis generalib. *Etiamsi specialiter, vel aliàs generaliter reseruata existat,* quia ipse prouisus, non narrat concursum legitime factum, sed solum præsentat literas testimoniales ordinarij, id testantis, quibus Papa dans fidem, sic ait: *Nos tibi, quia dilectis filiis examinatoribus in Synodo diœcesana, iuxta formam Concilij Tridentini deputatis, seruata forma Concilij huiusmodi in concursu aliorum examinatus, & idoneus repertus, & testimonio ordinarij de vita, & moribus prædictis, ac idoneitate commendatis.* Vnde ista non est narratiua partis, 362
sed ipsius Papę, & sic non eget iustificatione. Nam † licet narratiua Papæ de facto alieno, in qua fundatur gratia, non probet, nec faciat fidem, nisi scribat motu proprio, Nauar. dicens communem *in c. si quando de resc. exception.* 8. *n.* 5. Ant. Gab. *de probat. conclu.* 2. Rota *decision.* 154. *numero* 4. *par.* 2. *diuersorum.* Masc. *conclusion.* 622. *numero* 3. *&* 1233. *à numero* 52. Farinac. *de testib. quæst.* 63. *à numero* 98. *&* 157. Tuschus *conclusio* 62. *litera P. tom.* 6. tamen narratiua ista non est

de fa-

de facto alieno omnino, sed de facto proprio, nempe illud sibi innotuisse testimonio ordinarij, & sic intrat *clement.* 1. *de probationib.* & facit decisio Bonon. canonicatus de anno 1591. de qua supra 6. *part. c ap.* 2. *num.* 181.

363 Et † creditur principi asserenti fuisse informatum de aliqua. Socin. *consil.* 87. *numero* 18. *volumine* 3. Alexand. *consil.* 15. *numero* 3. *volumin.* 5. Grammaticus *decision.* 104. *numero* 228. *l.* 32. *titul.* 16. *partita* 3. & ibi Gregorius Lopez *gloss. penultim.* Mascard. *dict. conclusion.* 622. *numero septimo*, & *conclusione* 1233. *numero sexagesimo octauo.* Farinacius *supra numero* 110.

Et facit etiam † resolutio in causa Parmen. iurispatronatus 9. Maij 1594. coram Domino Corduba, 364 in qua fuit tentum, Papæ assertionem dicentis *sibi innotuisse aliquam Ecclesiam esse de iure patronatus alicuius, & sic illud præsentis probare, ex d. clementina* 1. Crescen. *decision.* 2. *de renuntiatione. Achilles* 10. de probationibus *Gabriel.* dicta conclusione 2. *maxime si motu proprio, & ex certa scientia, quia tunc enim etiam de facto alieno facit fidem. Gabriel* supra numero quinquagesimo tertio. *& cum non constet, an sit ex fundatione, & dotatione, vel non, credendum esse, esse ex fundatione, quia Papa tale esse declarauit, cum præseruari voluerit non ignarum dispositionis Cõcilij*, sessione vigesimaquinta, de reformatione, capit. 9. &c.

365 Sed in contrarium facit primo, † quod licet stãdum est dictæ assertioni, & narratiuæ Papæ, nempe sibi innotuisse dictam approbationem testimonio ordinarij, & sic ille prouisus non teneatur amplius iustificare dictam suam approbationem, iuxta dicta, & *decisionem* 171. *numero tertio & sexto parte prima diuersorum.* vbi quod super narrata consuetudine Papa fundat intentionem suam, tunc statur eius narratiuæ, donec contrarium probetur, tamen constando de contrario, nempe dictam approbationem non fuisse factam legitime, & iuxta formam Concilij, prout Episcopus perperam testabatur, d. gratia & prouisio non videtur subsistere, ex quo fundatur falsa causa de approbatione legitima, & falso testimonio, ad dicta supra 1. *par. cap.* 5. *à nume.* 502. de expressione falsa in gratia motu proprio, & dictam *decisionem centesimam sepuagesimam primam. num.* 6.

366 Secundo faciunt † verba Concilij *dict. capi.* 18. *ad finem*, ibi: *Aliàs prouisiones omnes, seu institutiones præter supra dictam formam futuræ surreptitiæ esse censeantur*, &c. Quæ verba etiam prouisiones Papæ comprehendunt, Rota *decisione* 48. *numero* 3. *par.* 1.

367 Vnde † hæc pars videtur verior, & ideo oportere in supplicatione apponere clausulam, *Etiamsi forma Concily non sit recte obseruata*, &c.

368 25. Principaliter dubitatur, † an examinatoribus qui ex dicto decreto Concilij *cap.* 18. *vers. caueant*, nihil prorsus occasione huius examinis, nec ante, nec post possunt accipere, (quacunque etiam immemoriali consuetudine non obstante, vt censuit S. Congregatio.) Alioquin simoniæ vitium, tam ipsi, quàm alij dantes incurrunt, à qua absolui nequeunt, nisi dimissis beneficiis, quæ quomodocunque, etiam antea obtinebant, & ad alia in posterum inhabiles reddantur, quod etiam habetur in dicto Concilio prouinciali Mediolanen. *quinta parte tertio titul. de examinandi ratione. vers. examinis causa.* possit nihilominus aliquod stipendium, seu merces pro suo labore duci, præsertim ex fructibus beneficij.

In quo videbatur † dicendum posse, cum dignus 369 sit mercenarius mercede sua, *cap. cum secundum Apostolum. de præbend.* nec videntur posse cogi hoc munus subire, sine stipendio, ac præmio. Et † ita vti 370 licitum, & Concilio Tridẽtino non contrarium statuitur in Concilio prouinciali Compostellano, *actione* 2. *decret.* 3. vbi sic dicitur: *Quibus* (scilicet examinatoribus) *munus suum ex eiusdem Concily sentẽtia fideliter exequentibus æquam laboris mercedẽ prælati suæ rectæ conscientiæ arbitrio iubeant persolui, quæ omnia expensis beneficij vacantis fieri debent.* Et in dicto Concilio prouinciali Toletano, *actione* 2. *decreto* 24. *vers. horum vero.* vbi † sic dicitur: *Horum* 371 *vero examinatorum cuilibet pro muneris suscepti labore ordinarius post beneficij collationem, ex reditibus Ecclesiæ vacantis, qui alioqui rectori debeantur, iustam aliquam mercedem eius arbitrio reddi curabit, cum & dignus sit mercenarius mercede sua.* Et † ita practicatur in hac prouincia Compostellana, & Toletana, & 372 tenet Petrus Nauarra *de restitutione, libr.* 2. *capit.* 2. *num.* 188. & nouissime Petrus Ledesma *d.* 2. *par. summæ tract.* 7. *cap.* 17. *conclusion. circa* 13. *difficultatem*, dicens esse communem sentẽtiam omnium Doctorum, & vsum communem omnium Ecclesiarum Hispaniæ, &c.

Et ad dicta verba † Concilij potest responderi, quod intelliguntur, quando examinatores aliquid 373 accipiunt extra stipendium, vel quando aliquid datur examinatoribus pro approbatione obtinenda, quo casu, licet committatur confidentia, quia iste casus non comprehenditur, neque in ratione, neque in verbis constitutionum Pij Quarti, & Quinti de confidentia, committitur tamen simonia, nam per approbationem factam in concursu acquiritur approbato ius ad beneficium, & pro illo beneficio, & pro illo iure spirituali fuit datum, vt ex Nauarro *consil.* 67. *vers. ad quartum de simo.* tradit Flam. Paris. *de confidentia, q.* 48. sequitur Cerola *in praxi Episcopali, 2. part. verb. dimissoriæ. §.* 7. & ita interpretatur Ledesma *vbi supra.*

Nihilominus tamen † dicendum est contrarium, 374 ex dicti Concilij decreto, vers. caueant, vbi id etiam prohibetur, & ita censuit S. Congregatio Concilij in declaratione Gerunden. supra adducta *præced. parte, cap.* 1. *numero* 77. *ad primum.* & in illa Abulen. supra adducta 5. *parte. capit.* 7. *numero vndecimo ad secundum* quæ sunt omnino videnda, & in vna Salernitana, quæ sic ait, *Non potest ordinarius statuere aliquod stipendium, etiam minimum examinatoribus deputatis in Synodo pro concursu parochialium, & si Synodus diœcesana secus statuerit, decretum esset irritum & nullum.*

Et hoc idem † videtur velle d. Concilium pro- 753 uinciale Mediolane. 5. *d. vers. examinis causa.* vbi sic dicitur: *Examinis causa occasione, nihil quicquam, ne minimum quidem, neque vero post accipiant, alioqui sciant*, &c.

Quod est † conforme iuri antiquo, tum quia cum 376 ex prouisionibus, & collationibus beneficiorum, non possit aliquid accipi vllo modo, nec sportulæ, vt supra diximus *parte præcedenti, d. ca.* 1. *à numero septuagesimoquinto*, ita nec ex examinibus, quæ sunt præparatoria ad prouisionem, facit *capitulũ quando.* 24. *distinction.* Tum, quia † in iudicibus Ecclesiasticis. 377 prohibentur sportulæ, *ex cap. cum ab omni. fin. de vita & honestate clericorum.* vt statim dicam, & dicti

examinatores sunt quodammodo iudices, Suarez *de religion.tract.t.3.libro 4.capitulo vigesimosecundo, numero 17.*

378 Ex quibus cessat † ratio in contrarium adducta, & recte possunt examinatores cogi hoc munus gratis subire, cum sit munus publicum, & à S. Concil Triden. inductum, facit dictum *capitulum finale, de vita & honestate clericorum, & capitulum statutum, de rescriptis, in sexto.*

379 Poterit tamen † Episcopus, si sponte velit, aliquod præmium, seu stipendium eis de suo dare, hoc enim nullibi videtur prohibitum.

380 Et multo minus † possunt Episcopi, seu eorum vicarij assistentes examinibus, cum examinatoribus aliquid accipere, seu sportulas, ex huiusmodi examinibus, primo ex allegatis *dict.cap.1.præcedent.part.à dict.num.75.* quia cum non possint aliquid accipere, seu sportulas, ex prouisionibus, & collationibus beneficiorum, ita etiam non possunt accipere ex examinibus, quæ sunt præparatoria ad prouisionem, vt dixi.

381 Item, quia accipere † sportulas, seu propinas iudices Ecclesiasticos, est contra ius canonicum, vt tenet Ioan. Andreas, & Abb. *n.9.* & 10. & alij *in d.c.cum ab omni.ti.de vita & honest.clericor.* per illum textum gloss. *in clem.statutum.verb.ex iuris dictione.de elect.* & ibi Bonifacius *num.* 45. Neuizanis *in Sylua nuptiali.in tit.iudican.pro communi.numer.*97. Grauatius ad Vestrium *in praxi, lib.*7.*cap.*1.*numer.*31. & communiter Dd. vt inquit ipse Abbas *ibi*, Angelus *in summa, verb. iudex. §.*15. Sylvest. *eodem verb.iudex.*1.*q.*8. & 10. Armilla *eodem num.*6. Roman. *singulari* 180. & Corsetus *in suis singularib.verb.sportulæ.* maxime in Episcopis seu ordinariis, qui habet reditus sui Episcopatus, seu Ecclesiæ, vt subeant onera omnia, & officium, quod eis incumbit, propriis oportet explere stipendiis. Cosmas *in pragmatica sanction.tit.de elect.§.& vt omnia.verb.scripserint.* Surdus *de alimentis, tit.*1.*quæst.* 64.*num.*1.& 2. Et Episcopi ideo possident Episcopatuum reditus, vt suo sumptu iustitiam ministrare faciant. Segura de Aualos in directorio iudicum Ecclesiast.1.*part.capit.*14.*numer.*39. Suarez *de religion* 1. *tom.tract.*3. *lib.*4.*capit.* 20. *num.*15. quidquid in ordinariis aliquid dicant, vt per Cardinalem *in d.Clem. statutum, n.*4.

Et quando demus valere † consuetudinem in con-
382 trarium, nempe exigendi sportulas, seu propinas, vt tenet Speculator 1.*par.tit.de salariis, num.*9.& 13. Vestrius *supra nu.*13 & sequuntur Segura de Aualos *d.cap.*14. *num.*36. Flores *quæst.*8.§.4.*numer.*8.& Pater Molina *de iustitia.*1.*tom.tract.*2.*disput.*84.& videtur tenere Cerola *in praxi Episcopali.*1.*part.verb. trigesima.* dicens, hodie indifferenter videri obseruari in curiis spiritualibus accipi quotam litis, seu sportulas pro munere iudicandi, & 2.parte, verbo, delegatos, dicens, sic se habere consuetudinem, & communem vsum, omnes delegatos sumere propinas pro quolibet actu, imò trigesimam pro decretis, & sic vidisse practicari, &c. & verbo, *Episcopi,§.*16. vbi ait, quod licet Afflictus in constitutionibus iudiciariis, *notab.*3. *numero quarto* dicat Episcopum, seu vicarium, non posse accipere duos ducatos, vel aliquid pro actuario pro ferenda sententia, nec valete consuetudinem in contrarium, & ita se consuluisse Archiepiscopo Neapolitano, tamen videt ipse Cerola obseruari oppositum vbique. In †
383 quo tamen contrarium, quod non valeat talis consuetudo, tenet Abbas *vbi supra numero decimo*, per illum textum gloss. & Bonifacius *supra.* Romanus, & Corsetus Cosmas, *verb.consuetudinis.* Neuizanis 5. *ampliatione.* & Sylvester *vbi supra*, & Felinus *in cap. ad Apostolicam de simon.num.*2. *ad fin.* dicentes communem. Tamen † in proposito non est, aut vix esse 384
potest consuetudo præscripta, cum ad summum inceperit à tempore Concilij Tridentini, ex quo introducta sunt huiusmodi examina, & concursus.

Et consuetudo, in qua sunt Episcopi, & eorum 385
prouisores exigendi aliquas sportulas, si est proprie consuetudo, vt quia viget in aliquo Regno, seu prouincia, vniformiter debet esse ad minus quadraginta annorum, vt sit præscripta, prout debet esse contra ius canonicum, ex *cap.fin.de consuetudin.* vbi notant Dd. præcipue Rochus *section.tertia, numero* 35.& *sequenti.*

Si vero non est † proprie consuetudo, sed præscri- 386
ptio, vt quia non viget, nisi in vno Episcopatu, ad tradita per relatos *supra quinta parte capit.*4. *numero* 73. vel esto vigeat in Regno, vel Prouincia, est difformis, quia in vno Episcopatu exigitur certa quantitas, & in alio alia, & in alio alia, &c. (Nam † consue- 387
tudo non inducitur ex actibus difformibus, seu in his, quæ vario modo obseruata fuerunt, Bartolus *in leg.*2.*num.*22.*ff.solut.matrimon.* Aymon *consil.*96.*nu.*5. & 134.*num* 20. & 313 .*num.*4 Menoch. *consil.*8.*nume.* 17.*volum.*1. Rota *decis.*338.*num.*3.*par.*1.& *decis.*19.*nu.* 6.& *decis.*72.*num.*28.& 29.*par.*2.*diuersorum.*) Tunc debet † esse immemorialis cum resistat ius commu- 388
ne, & non adsit titulus, ex *capit.*1.*de præscriptionibus. in* 6.

Vltra quod stando in primo † fundamento nulla 389
consuetudo, etiam immemorialis excusaret, cum sit materia, seu species simoniæ, ex adductis *d.cap.*1.*præcedentis partis, à num.*75. & Suarez *de relig.tractat.*3. *lib.*4.*c.*48.& *c.*29.*sub nu.*3. quamuis valere consuetudinem in his, quæ prohibentur, vt simoniaca iure humano, velit Villar del patronado de Calatayud, 4. *par.§.*3.*n.*36. & Lessius *de iust.& iur.lib.*2.*c.*3.*n.*31. 49. 58. 59.& 62.

Ex dicto decreto † Concilij videtur plane prohi- 390
beri examinatoribus, quicquid datur occasione examinis, siue ante, siue post, etiam gratiose, & liberaliter, & ad captandã beneuolẽtiam, & etiam si sit modicum, quicquid dicat Cerola *prima parte verb.parochia.§.secundo, dubio* 11.& 2.*p.verb.dimissorie.§.*7. & Petrus Ledesma *supra*, id enim recte potest prohiberi à Concilio, tanquam vitium simoniæ, propter ordinem ad beneficium, estque simonia, quia prohibita à iure positiuo, iuxta dicta supra 1. *parte cap.*2.*à num.*8. Suarez *de religion.* 1.*tom.tract.*3.*libr.*4.*capit.*7. *num.*4.

Pro conclusione † & summa huius capitis, & 391
materiæ, operæ pretium duxi hic ponere, quæ de examine per concursum habentur in Concilio prouinciali Bononien. primo supra allegato facto ab illustrissimo, doctissimo, & pientissimo Cardinali Palcoto primo Archiepiscopo Bononien. Anno Domini 1586. & Romæ à S. Congregat. Concilij II. Illustrissimorum Cardinalium approbato, vt in eiusdem præfatione dicitur, & habetur ad finem illius, his verbis: *Superiora omnia Synodi huius prouincialis decreto recognita, & approbata fuerunt à Sacra Congregatione Concilij Tridentini. Hieronym. Cardinal. Matthæus.* Ibi enim continentur omnia fere, quæ à nobis tradita sunt (ex quo summopere confirmantur) sumpta, ex ipso Concilio Tridentino, & eius

mente,

mente, & ex declarationibus S. Congregationis, & traditur forma in huiusmodi examinibus, & cõcursibus seruanda.

Quod Concil. ita habetur in dicta Archiepiscopali Bononien. *par. 4.* de examine per concursum. *Ex omnibus Ecclesiasticis functionibus, cum illæ, quæ in Sacramentorum administratione, ac morbis animarum curandis versantur, cæteris vtilitate, mysterio, ac potestatis vi præstare censeantur, merito sacrum Concilium priusquam huiusmodi munera aliquibus committantur, de illorum meritis diligentius, ac maturius deliberandum duxit. Nam si in sæcularibus certaminibus, non iis, qui aut nobilitate, aut diuitiis, aut ornatu splendido antecellunt, palma bruauumque decerni solet: sed iis, qui pugna, aut cursu cæteros superarunt: sic in sacra hac, spiritualique militia, non eos belli Duces, aus castrorum præfectos designandos, Concilium statuit, qui sponte currentes pugnent, quasi incertum, ac veluti aerem verberantes, sed qui collato cum aliis morum, & doctrinæ prælio, se illis prudentia, scientia, ac bonitate præstantiores ostenderint. Hinc igitur quamuis sapienter admodum eodem fuerit Concilio sancitum, vt illi ad parochiales Ecclesias tantum admittantur qui imitio antea per concursum examine, cæteris digniores fuerint renunciati. Quoniam tamen multa frequenter ad hoc salubberrimum Synodi consilium impediendum, aut implicandum, à nonnullis obtrudi solent: Synodus nostra prouincialis, vt difficultates huiusmodi, seu callida multorum inuenta prorsus amoueantur, hæc quæ sequuntur, ex eiusdem Tridentini Concily sententia subycienda esse decreuit.*

De edicto proponendo.

IN primis enim quoties vacare parochialem aliquam Ecclesiam contigerit, tunc mandar, habita notitia vacationis parochialis, edictum per Episcopum, vel eius vicarium generalem vel valuas cathedralis, & vacantis Ecclesiæ, aliisq; publicis locis, si videbitur, proponi, in eoque omnes connocari, qui se post decem dies ab affixionis tempore, examini per concursum subycere voluerint hac forma, videlicet.

Forma edicti.

VAcante parochiali Ecclesia, S. N. nostræ diœcesis, cupientes eidē de idoneo prouidere Rectore, atq; sacri Concily Tridentini decreta pro viribus Deo adiuuante exequi, tenore præsentium requirimus, & monemus primo, secundo, tertio, & peremptorio omnes, & singulos presbyteros, & clericos volentes ad examen per concursum faciendum se præsentare, ac omnes volentes clericos ad id aptos nominare quatenus infra decē dies proxime futuros à die executionis præsentis edicti computandos, debeant in actis notary infrascripti N. nostræ Curiæ describi facere eorum nomina, cognomina, ætatem & patriam, ad effectum, vt de eorum natalibus, vita, moribus, & aliis rebus ad vacantem Ecclesiam gubernandam opportunis, iuxta decreta dicti sacri Concily inquiri, & transacto constituto tempore examinari possint. In quorum fidem, &c. Dat. &c.

De quibus beneficiis edictum sit proponendum per concursum.

HOc edictum non ad dignitates canonicatus, aut beneficia simplicia pertinet, nec ad beneficia regularia quæ regularibus conferri consueuerunt, neque ad permutationes beneficiorum, neque ad Ecclesias iurispatronatus laicorum, nisi aliter in ipsa fundatione cautum existeret. At vbi Ecclesia parochialis iurispatronatus Ecclesiastici fuerit, aut etiam partim Ecclesiastici, partim laicorum, etiam si pro duabus partibus ad laicos pertineret, & pro vna tantum ad Ecclesiasticum, erit edictum proponendum, debebitque Episcopus cum nominatis à patrono Ecclesiastico, alios etiam clericos ad concursum admittere, nisi in institutione, aut fundatione aliter cautum esset, tunc enim tantum debebit præsentatus examinari circa concursum, & approbari ab Ordinario, etiamsi institutioni, & fundationi repugnaret.

A quibus proponendum.

PRæterea edictum hoc ab aliis Episcopis inferioribus non est proponendum, nisi omnimodam iurisdictionem Episcopalem haberent, nec alicui subderentur, sed immediate sedi Apostolicæ subiecti essent, ac nullius diœcesis censerentur, propriumque territorium haberent, cum facultate congregandi Synodum, quam antea etiam coegissent, & in ea examinatores elegissent. Tunc enim in collatione parochialium, tum edictum, tum alia, quæ ab Episcopis seruari debent, erunt & ab ipsis obseruanda.

Quando edictum prorogandum.

NOn aliter licebit Episcopo diem examinis ad alium terminum progare, nisi qui descripti sunt, legitimo impedimento detenti fuernt, quo minus præstituto tempore ad concursum accesserint: siue etiam, si in tempore quidē sed obtulerint, sed legitima aliqua causa, ne ad cõcursum accederent, impediti fuerint, nam tunc poterit Episcopus vsque ad alios decem dies terminum prorogare.

At si nullus intra priorem terminum se obtulerit, vel ex accedentibus nullus idoneus repertus fuerit: tunc aliud edictum erit proponendum, cuius termino elapso, si nemo se exhibeat, aut ex oblatis nullus idoneus inueniatur, tunc omisso edicto, atque concursu, præcedente tamen examine, alteri beneficium poterit conferri. Non etiam aliud edictum erit necessarium proponere, aut propositum prorogare, si infra terminum vnus tantum se exhibuerit, nam de eo solo periculum erit faciendum.

De venientibus ad examen.

POrro, qui ad examen sunt accessuri, ea quæ in edicto constituta sunt, ad vnguem obseruare debebunt, ac saltem per tres dies ante examinis faciendi terminum per se, vel per alios dare nomina, cognomina, ætatem, & patriam: docereque de natalibus, & moribus, aliisque necessariis, tum præsentare se in habitu, tonsura, ac totius corporis compositione congruenti, paratosque in primis ad peritiam suam declarandam in legendo, exponendo, respondendo, concionando, atque etiam in cantu firmo, si videbitur.

De examinatoribus.

ITem, examinatores, modo plures pro Ecclesiarum conditione, modo pauciores. non tamen infra tres ab E-

piscopo cõuocentur, qui in Synodo diœcesana sint delecti, & qualitatibus à Trid. Conci. requisitis præditi, ac præstito iuramento, nihil se prorsus occasione huius examinis ante, vel post accepturos, sub pœnis ab eodem Concilio constitutis. Quos quidem Synodus nostra biduo saltem ante diem examinis, de Ecclesiæ vacantis, atque examinandorum qualitatibus ab Ordinario admoneri mandat, vt maturius de tota re deliberare possint: cauentes tamen sub pœnis arbitrio ordinarij infligendis, ne quemquam ex descriptis, à die, quo edictum propositum fuit edocere de examinibus habendis, vel exercere audeant.

De ratione examinandi.

NEc vero vniformis examinandi ratio illis erit præscribenda, sed pro varia Ecclesiarum conditione, prudenti eorum arbitrio relinquenda, cum ad insigniores Ecclesias per grauiora certamina clericos ascendere æquum esse videatur.

Illud tamen nostra Synodus obseruandum esse ducit, vt cum plures se obtulerint examinandos, illi, qui prius nomina dederint primi ad examen admittantur, aut si ita expediat, omnes simul coram examinatoribus conuocentur, vt de vnoquoque coram examinatoribus periculum fiat, ac si ex re magis videatur, liceat singulis examinatoribus aliquid interrogare, ea semper ratione seruata, vt inter examinandos, quanta fieri poterit æqualitas obseruetur, & super eademre, & per easdem interrogationes singuli examinentur, & omnis collusio, siue instructio præcedens amoueatur sub periurij periculo.

Quod quidem & in patronatu laicorum, vbi plures sunt præsentati, erit retinendum, nam & concursum fieri inter ipsos præsentatos tantum, & ex pluribus præsentatis digniorem eligere oportebit: at si vnus tantum fuerit legitime præsentatus, illum quoque subiici examini necesse erit, sed non per concursum.

De votis examinandorum.

PEracto examine licebit examinatoribus aliquam inter se de illorum conditionibus, & peritia, seu imperitia in examine cognita, in morem colloquij tractare: certum tamen illorum iudicium, constansque determinatio non à verbis palam prolatis, sed à secreta suffragiorum per albas fabas, & nigras decisione pendebit: ita tamen, vt nec etiam priuatas illas sermocinationes cuiquam sub pœna arbitrio Ordinarij infligenda liceat propalare.

Suffragiis detectis, si plures approbati fuerint, in patronatu quidem Ecclesiastico ad patronum spectabit gratificatio, si institutio ad ipsum Episcopum, non autem ad inferiorem spectet. In aliis vero eliget Episcopus digniorem ex renunciatis, nec à reiectione examinatoris licebit appellare, sed bene à mala electione Episcopi, verum appellatio interim non suspendet executionem.

De collatione beneficiorum, & institutione.

HIs absolutis collatio Ecclesiæ, & institutio erit facienda ab eo, ad quem spectat: & si fuerit beneficium, iuris patronatus Ecclesiastici, quod vacauerit in mense reseruato, institutio spectabit ad Papam, facta ei attestatione examinis per concursum, & dignioris ab Episcopo electi.

CAP. III.

De forma seruanda in prouisione beneficiorum simplicium.

SVMMARIA.

Agendum de forma seruanda in prouisione beneficiorum simplicium.n.1.

In prouisione beneficiorum simplicium spectantium ad liberam collationem Ordinariorum etiam inferiorum Episcopo nulla specialis forma à iure præscripta reperitur.n.2. nec in collationibus beneficiorum requiritur citatio, aut vocatio etiam per edictum.n.3. Nec de iure requiritur concursus, sed sufficit, vt is, cui prouidetur, sit idoneus.

In beneficiis simplicib. præsentati, seu electi vel nominati à quibusuis Ecclesiasticis personis, non debent institui, neque confirmari, nec admitti etiam prætextu cuiusuis priuilegij, vel consuetudinis, nisi prius fuerint ab Ordinariis examinati, & idonei reperti, n. 5. Et si institutio ad inferiores Episcopo pertineat, nempe ex fundatione ante Concilium aut immemorabili, quæ non tolluntur per Concilium, præsentati debent prius ab Episcopo examinari, & approbari, alias institutio erit nulla. n. 6. & in præsentatis patronis laicis.n.7. & 8.

Vbi institutio ad Episcopum pertinet in præsentatis à patronis laicis, quos Episcopus, si velit, potest examinare, non requiritur examen necessario ex Concilio, c. 13. sess. 7. Quod solum loquitur in præsentatis à personis Ecclesiasticis, ac videtur etiam procedere in iure patronatus mixto.n.9. In quibus datur forma, ex quo, cum examen præcedere debeat, datur consequenter ordo, qui inducit formam, qua non seruata, actus est nullus. numero. 10. & seq. *vbi ponitur decisio Rotæ, quamuis aliàs in terminis statuti Romæ, statuentis, quod ante executionem sententiæ fiat certum monitorium, & sic dantis ordinem, sit resolutum executionem aliter factam, non esse nullam.n. 12. quod impugnatur.n.14.*

Improbatur quod ait Flaminius Parisius decreta Concilij omnia habere decretum irritans, ex constitutione Pij IV. super eius confirmatione.n.13.,

Cum dicta examinatio & approbatio requiratur pro forma, non poterit omitti, quantumuis præsentatus sit notorie idoneus.

Videtur iam cessare decisio Caputaq.367. p. 2. *Episcopum non posse examini denuo subiicere pro beneficio simplici præsentatum à clericis, quem iam examinauerat, quando illum promouit ad sacros ordines.n.16. & nu.17. adducitur quædam declaratio S. Congregat. quæ tamen decisio posset hodie procedere in præsentatis à patronis laicis, quando institutio ad Episcopum pertinet. Et etiam in præsentatis ab Ecclesiasticis quoad literaturam.n.18.*

Supradicta doctrina confirmatur, & declaratur ex declarationibus S. Congregationis positis. numero decimonono.

Actum

1 ACtum est de forma seruanda in prouisione parochialium, & beneficiorum curatorum, nunc agendum erit de forma seruanda in prouisione beneficiorum simplicium.

2 De quo dico † primo, quod in prouisione beneficiorum simplicium spectantium ad liberam collationem Ordinariorum etiam inferiorum Episcopo nulla specialis forma à iure præscripta reperitur.

3 Nec in collationibus †beneficiorum requiritur citatio, aut vocatio etiam per edictum, glossa *in c. fin. de elect. in 6. verb. obseruari.* Franch. *in c. constitutio. 2. nu. 12 de appellationib.* Prob. ad Monach. *in c. licet Episc. de præben. in 6. n. 2.* Sarnen. *in reg. de infirmis. q. 18. ad fi.* Flores *q. 3. à n. 54.* & Rota *dec. 309. n. 2. p. 1. diuer.*

4 Nec de iure in† eorum collatione requiritur concursus, sed sufficit vt is, cui prouidetur, sit idoneus, iuxta glossam *in cap. monasterium. 16. q. vltim. & in cap. tertio de iure patron.* verb. qui maioribus. vbi Abbas *numero 11.* Decius *consil. 129. numero 2. cum aliis.* Ita in Calagurritana reductionis motus proprij, 29. Martij 1591. coram D. Seraphino, vbi quod ita sæpissime Rota resoluit, vt per Caputaquen. *decis. 69. libro 1 in manuscrip.* & Crescen. *12. de concep. præben.* & post hæc tradit Gonçal. *ad reg. mensium. gl 6. à n. 242.*

5 Dico secundo, † quod in beneficiis simplicibus præsentati, seu electi, vel nominati a quibusuis Ecclesiasticis personis etiam Apostolicæ Sedis Nuntiis non debent institui, neque confirmari, nec admitti, etiam prætextu cuiusuis priuilegij, vel consuetudinis etiam immemorialis, nisi prius fuerint ab Ordinariis examinati, & idonei reperti. Nec appellationis remedio vllus se tueri potest, quo minus examen subire teneatur, vt in S. Concil. Trid. *sess. 7. de reformat. cap. 13.* quod tamen male seruatur in hoc

6 Episcopatu Abulen. Et † si institutio ad inferiores Episcopo pertineat, (nempe, ex fundatione ante Concilium, aut immemoriali, quæ non tolluntur per Concilium *sess. 14. de reformation. cap. 12.* quod solum loquitur de iuribus patronatus de nouo erigendis, vt censuit S. Congregatio, nec per caput sequens, quod solum tollit priuilegium, non autem fundationem, nec immemorialem, vt eadem Sacra Congregatio censuit) præsentati debent prius ab Episcopo examinari, & approbari, aliàs institutio ab inferiorib. facta erit nulla, vt in eodem Concilio *sess. 25. de reformat. cap. nono, vers. ad hæc.* de quo *supra cap. præceden. n. 243.*

Quod vltimum videtur † procedere etiam in

7 præsentatis à patronis laicis, cum Concilium dicto *vers. ad hæc* generaliter & indistincte loquatur. Nisi dicas, Concilium ibi ex illis verbis, *iuxta aliàs statu-*

8 *ta ab hac sancta Synodo*, referre se quoad beneficia patronata simplicia ad dictum *cap. 13.* & quoad curata ad *c. 18. sess. 24.* vt dictum est *c. præced. num. 244.* ac ideo quoad beneficia simplicia, intelligendum esse, iuxta terminos dicti *cap. 13.* Sed potest responderi, illam relationem fieri quoad formam & modum examinis. (At † vbi institutio ad Episcopum pertinet

9 in præsentatis à patronis laicis, quos Episcopus, si velit, potest examinare, ex dicto *vers. ad hæc.* non requiritur examen necessario, ex *d. cap. 13.* quod solum loquitur in præsentatis, seu electis, vel nominatis à personis Ecclesiasticis. Ac videtur etiam procedere in iure patronatus mixto, ad dicta *c. præc. à nu. 278.*) in quib. datur forma, ex † quo, cum examen præce-

10 dere debeat, datur consequenter ordo, qui inducit formam, qua non seruata, actus est nullus, Felinus

in cap. cum dilecta. de rescrip. nu. 6. vers. sextum signum. Brun. *in tract. de forma. tit. quatenus censeatur datum aliquid pro forma.* Cacheran. *decisio. Pedemontana. 65. num. 14.* cum Neuiz. *cons. 87. num. 13* Mandos. *reg. 24. q. 3. n. 9.* & fuit dictū in Toletana professionis 27. Februarij 1595. coram D. Pamphilio supra adducta *præcedenti cap. dub. 21. num. 330.* & ita tenuit Rota in vna Calagurrit. beneficij de Archua, 7 Maij 1584. coram Sanctissimo, vt † in decisione sequenti. *Tenuerunt* 11 *Domini, receptionem non suffragari Ioanni ex declaratione S. Congregationis. Non obstat, quod decretum S. Concilij Tridentini non annullat, quia imo annullat, ex quo cum examen præcedere debeat, c. 13. sess. 7. datur cōsequenter, quoniam ordo inducit formam, qua non seruata actus est nullus ex Bruno, qui reliquos cumulat de forma,* tit. quatenus censeatur datum aliquid de forma, fol. 4. concl. 15. *Non obstat, quod hæc forma sit ad effectum, qui hic adest, ex quo hodie Vrbina potest examinari, quia cum receptio huiusmodi, præsertim facta à beneficio constituto in extremis, non esset bona, interim alteri fuit ius quæsitum per Ordinarij prouisionem; duobus enim indigebat Ioannes, receptione, & examine, vnum ergo sine alio sibi suffragari non potuit.* l. si hæredi plures. de condit. instit. *Non obstat, quod per ipsum non steterit, quia imo nunquam se obtulit examinandum, sed prætendebat, non esse necessarium examen, & quando Vicarius mandauit Petrum, & Martinum examinari, appellauit ipse ab hoc decreto, non autem obtulit se examinari.*

Quamuis aliàs in † -na Romana Vincæ, 5. Maij, 12 1589. coram D. Orano fuerit resolutum, *quod licet per statutum Romæ statuatur, quod ante executionem sententia fiat certum monitorium, tamen executio aliter facta non est nulla, cum non procedat vlterius annullando actum in contrarium factum.* Dd. in l. non dubium. C. de legib. *non obstante decreto irritante, posito in confirmatione statutorum Romæ, nam illud non alterat naturam statutorum, sed operatur, quod non possint per inferiores reuocari, seu interpretari. c.* dilecto. de præben. *& positum in principio, & confirmatione, siue in fine, solum habet locum in illis statutis, quæ de iure communi sunt talia, vel ex quorum tenore talis expressio colligatur, quod inducat nullitatem. Abbas, Felin. & Ripa* in c. cum accessissent. de constitut. *Brunus* de forma statutorum, fol. 36. *Ita ibi.*

Ex quo obiter infertur, † falsum videri, quod tra- 13 dit Fl. Paris. *de confidentia. q. 38. nu. 26. de resignatione beneficiorum, lib. 4. q. 9. nu. 28.* quem post hæc sequitur Gonçalez *ad regul. mensium, gloss. 15. numer. 37.* decreta Concilij omnia habere decretum irritans, ex constitutione Pij IV. super eius confirmatione, dicens, ita omnes tenere, & fuisse resolutum in Rota, in vna Seguntina vnionis coram D. Blancheto, 1. Iulij 1592. maxime, quod decretum irritans in d. confirmatione Concilij positum, videtur referri ad interpretationes, & statuta super ipsius decretis facta, quæ ibi inhibentur.

Sed cum in terminis †dicti statuti Romæ detur or- 14 do, ex quo monitorium præcedere debet executionem sententiæ, qui inducit formam, iuxta dicta, verius videtur executionem aliter factam esse nullam, etiamsi statutum non procedat vlterius annullando.

Vnde cum dict. † examinatio, & approbatio, de 15 qua *numero 5 & 6.* requiratur pro forma, non poterit omitti, quantumuis præsentatus sit notorie idoneus, iuxta dicta *supra 6. par. c. 2. à numero 275. & cap. præced. num. 102.* & facit declaratio 8 infra adducta *nu. 19.*

16 Et videtur iam cessare *decisio* Caputaquen.367.*par.* 2.vbi fuit resolutum, Episcopum non posse examini denuo subiicere pro beneficio simplici præsentatum à clericis, quem iam examinauerat, quando illum promouit ad sacros ordines, sed teneri illum instituere absque nouo examine, ex *c.accepimus. de ætate*

17 *& qual.* Ex † quo aliàs S. Congregatio de anno 1573. respondit Patauino, & Hispalen. quod Episcopus non potest examinare promotos à suo prædecessore, nisi post promotionem aliqua noua causa superuenerit, quod si ipsemet Episcopus aliquos minus idoneos ordinauerit, eos suspendere debet. De quo vide Nauarrum *cons.*8.*de priuilegiis.* Gonçalez *gl.*4.*à n.*85.

18 Quæ tamen decisio † Caputaquen. posset hodie procedere in præsentatis à patronis laicis, quando institutio ad Episcopum pertinet, cum in eis non requiratur tunc examen pro forma, vt dixi, & etiam in præsentatis ab Ecclesiasticis, quoad literaturam, iuxta declarationes S. Congregationis Concilij adductas 6.*p.c.*2.*num.*234.vbi etiam examen erat pro forma

19 Et supradicta † doctrina confirmatur, & declaratur ex seqq. declarationibus S. Congregationis super dictum *cap.*13. *& dict. cap.*9. Prima, *an approbatio facienda ab Episcopo, etiam si institutio pertineat ad inferiorem iuxta formam* cap.4.sess.25.& cap.13.sess.7.*debeat fieri etiam in beneficijs, quorum institutio pertineat ad Episcopos, aut monachos. Congregatio censuit, etiam in istis beneficijs debere fieri.* Secunda. *Adeo verum est, quod in beneficijs iurispatronatus examen ab Episcopo fieri debet, quod procedit, etiamsi inferiores institutores haberent iuris dictionem ordinariam in clericos ad dicta beneficia præsentatos, & comprehenduntur Abbates, Commendatarij, & quicunque inferiores qualibet exemptione muniti etiamsi ordinariam iurisdictionem haberent in locis beneficiorum, & ordinarij institutorum sint, vt in eos omnem iurisdictionem habeant, alias irritam esse institutionem.* Tertia. *In beneficijs simplicibus, quæ non sunt de iure patronatus, sed sunt ad collationem inferiorum, examen Episcopi non est necessarium.* Quarta. *Congregatio censuit, dictam approbationem non requiri in beneficijs simplicibus, quorum collatio libere pertinet ad inferiores.* Quinta. *Super dict. capitulo* 13. *non comprehenditur in hoc decreto Ecclesia collegiata, cuius canonicatuum collatio libere spectat ad Capitulum.* Sexta, ibi: *Non instituatur, nec confirmentur. Congregatio censuit, hoc non procedere in Ecclesijs electiuis.* Septima. *Qui admittuntur in Ecclesijs patrimonialibus, siue receptiuis, tam numeratis, quam non numeratis, ad beneficia seruitoria non possunt admitti, nisi præuio examine, & approbatione Episcopi, iuxta hoc decretum. Concordat alia declaratio Calagurritana adducta* c.præced.numero 183. Octaua. *In illis Ecclesijs, in quibus occurrente vacatione canonicatus ad illum præsentare debeat, & ab inferiori institus antiquior portionarius, ad portionem antiquior beneficiatus, ad beneficium antiquior expectans, censuit Congregatio, non sufficere aliquem examinatum, & approbatum fuisse ab Episcopo, quando admissus fuit ad expectandum, iuxta dispositionem huius decreti, sed necessarium esse in quolibet ascensu nouum examen. Ita etiam fuit resolutum iuxta hanc resolutionem per Rotam in causa Calagurritana beneficij de Hornillos, 12. Oct. 1587. coram D. Pamphilio. Et in alia Calagurritana ascendendi, 28. Iun. 1599. coram D. Seraphino, vt per Gonçalez* gl.34.n.74. Nona. *Si institutio legitime pertinet ad inferiorem, ita vt non dependeat ab aliquo iurepatronatus, quod per Concilium sublatum est,* c.9.sess.25.*præsentatio sola Episcopo facienda est ad effectum examinis dumtaxat, non attenta quacunque consuetudine immemorialis contraria, prout hic sancitum est.* Decima. *Compostellana. Illustriss. & Reuerendissime Dn. quidam Archidiaconi, & forsam alij Dignitates obtinentes prætendunt in eorum districtibus posse instituere ad præsentationem patronorum, tam clericorum, quam laicorum, allegantes immemorialem, & quia hoc videtur contra Concil.*sess.14.c.13.*vbi disponitur, vt non liceat patrono cuiusuis priuilegij prætextu, aliquem ad beneficia iurispatronatus, nisi Episcopo loci ordinario præsentare cum decreto irritante, & annullatiuo, ideo quæritur primo, an huiusmodi institutiones factæ ab Archidiaconis & aliis minoribus sustineantur vigore immemorialis, attento, quod cum Concilium tollat priuilegium, multo magis videtur tollere immemorialem, quæ inducit solum priuilegium præscriptum. Congr. Concilij respondit institutiones Archidiaconis, & aliis inferioribus ex immemoriali, competentes non esse per Concilium sublatas. Secundo quæritur, verum in casibus in quibus dicti Archidiaconi possunt instituere, possint id facere, non examinatis prius præsentatis per Ordinarium, nam in hoc videtur prouisio expressa Concilij,* sess.7.c.13.*vbi disponitur, vt præsentati ad quæuis beneficia Ecclesiastica, à quibusuis Ecclesiasticis personis, etiam sedis Apostolicæ Nuntijs, non instituantur, nisi fuerint à locorum Ordinarijs examinati, & idonei reperti cum derogatione cuiuscunque priuilegij, & immemorialis. Et idem statuitur in Concil.*sess.25.capitulo 9.ver.ad hæc liceat. *& Congregatio iam resolut hoc seruandum esse in quibusuis beneficijs, & in Ecclesijs patrimonialibus, ita vt quatenus concernant curam animarum, seruetur etiam forma.* capitulo 18.sess.24.*vt in copia, quæ datur. Congregatio Concilij respondit, Si de simplicibus beneficijs agatur, præsentatos absque præuio examine Episcopi institui non posse, iuxta* c.13.sess.7.*si autem de parochialibus, seruandam esse formam* capitis 18 sess.24. *Tertio, Posito, quod supradicta facere possint, an interim quòd probant immemorialem R. Archiep. possit & debeat exercere iurisdictionem circa præmissa. Quod videtur, quia cum Reuerendissimus D. Archiepiscopus habeat fundatam suam intentionem de iure, nec inferiores ostendant priuilegium per se sufficiens, vel quod saltim præstet legitimæ præscriptionis titulum, sed allegent solum immemorialem, donec probetur dicta immemorialis, non impeditur iurisdictio ordinarij, vt est tex.* in capitulo cum personæ.§. fin.de priuileg. in 6. *Congregatio Concilij respondit, non videri Archidiaconos spoliandos sua quasi possessione, donec probent immemorialem, quatenus institutiones dependeant à patronatibus validis, qui non sint de reuocatis per Concilium, potest tamen ordinarius compellere patronos, vt titulum patronatus ostendant, quo valido reperto, ad examen præsentatum admittat, vt postea, si fuerit approbatus, Archidiaconis pro recipienda ab eis institutione præsentetur.* Vndecima. *Regien. præpositura S. Chirini sub Leone, & Clemente Papis fuit erecta in collegiatam cum duodecim canonicis institutis, tam ex introitibus dictæ præpositura, quàm etiam aliarum Ecclesiarum, ei à Rom. Pontif. vnitarum, quæ ad liberam ordinarij spectabant collationem: prædicta vero præpositura erat iurispatronatus Domicellorum oppidi, in qua erectione fuit per eosdem Papas concessum iuspatronatus dictorum canonicatuum, maiori numero dictorum Domicellorum, & institutio canonicorum ipsismet canonicis nullo requisito, nec interueniente ordinarij consensu. Modo ad quæstionem de iure patronatus huius Ecclesiæ collegiatæ, an*

institutio

institutio canonicorum, qui præsentantur à patronis, pertineat ad canonicos ipsos, vt prætendunt, ex priuilegio, an ad ordinarium, cum ex cap. 9. sess. 25 *huiusmodi priuilegia sint abrogata, & ex* cap. 13. sess. 14. *ad ordinarium spectet, cessante omni priuilegio: quoniam ius patronatus hoc non est de illis, quæ reuocata sunt,* d. c. 9. *& fuit concessum ex lege expressa, vt institutio fieret ab ipsis canonicis. Congregatio censuit, hoc ius constitutionis non esse à Concilio sublatum, sed saluum adhuc manere,* ex cap. 13. sess. 6 & dict. c. 9. *Si tamen de simplicibus beneficiis agatur, præsentatos non posse institui à canonicis, priusquam fuerint ab Episcopo examinati, & idonei reperti, vt decretum est* d. c. 13. & d. cap. 9 *Si vero de parochialibus Ecclesiis agatur, seruandam esse formam examinis, quæ præscribitur* sess. 24. capit. 18. Duodecima. *Congregatio Concilij censuit, præsentationem Episcopo faciendam esse quoad effectum examinis dumtaxat, nec opus esse vt edicta proponantur ab Episcopo de viribus iurispatronatus, &c.* Deinde, *si controuersia fuerit circa illud, dilucidato, & approbato iurepatronatus, Episcopus debet remittere ad inferiorem pro institutione, sed si præsentatus fuerit illegitimus, inferior cognoscet de validitate, & inualiditate dispensationis, etiamsi esset præsentatus ad beneficium curatum,* ex cap. 18. sess. 24. Decimatertia. *Episcopus cum examinatoribus non agat, nisi de vita, moribus, & doctrina, & ætate.* Decimaquarta. *Congregatio censuit, Episcopum debere admittere examen eius, qui est præsensatus à patrono, de cuius patronatus validitate in petitorio controuertitur coram eodem Episcopo, facta tamen per Episcopum protestatione de iuribus suis, & sine eorum præiudicio, vel committere alteri Episcopo vicinori.* Decimaquinta. *Congregatio censuit, cognitionem validitatis & inualiditatis iurispatronatus controuersi ad Episcopum dumtaxat, non ad inferiores, quibus habent instituēdi pertinere, secus vero, si huiusmodi inferiores ordinariā, & in loco habuerint iurisdictionem.* Decimasexta. *Congregatio censuit pertinere edictorum, siue citationum ad vocandos oppositores relaxationem, quæ fieri debeat in præsentationibus patronorum, edicta ponere ante institutionem iurispatronatus, ad eos, ad quos ante Concilium spectabat, cum de his nihil per Concilū fuisset dispositum.* Decimaseptima. *Super dictum* caput 9. *ibi:* Irrita sit & inanis: *non sufficit, quod præsentatus fuerit aliàs examinatus, & approbatus ab alio ordinario, ad beneficium curatum.*

CAP. IV.

De forma edicti, seu vocationis in institutione facta.

SVMMARIA.

In institutione præsentati seruanda est forma cap. fin. de elect. in 6. *Vnde institutio facta non proposito edicto est nulla, nam illud cap. etiam in institutione procedit.* num. 1. *& procedit etiam in canonicatibus, & præbendis, absque simplicibus beneficiis.* numer. 2. & num. 3. *ponitur decisio Rotæ,* & numero 4. *allegantur aliæ decisiones,* & numero 5. & 6. *adducuntur resolutiones Rotæ.*

In edicto debet assignari terminus competens & peremptorius. n. 7.

Non sufficit citatio generalis per edictum, quando sunt alij patroni certi, sed debent specialiter & nominatim citari, aliàs institutio est nulla. n. 8. & 9. *vbi ponuntur resolutiones Rotæ.*

Prædicta resolutio non procedit, vbi esset consuetudo in contrarium. n. 10. & seq. *vbi ponitur resolutio Rotæ. Et cum non sit contrarius, sed contra communem opinionem, sufficeret decennalis.* num. *& in his partibus non est in vsu specialiter citare alios patronos, licet sint certi, sed solum fit citatio generalis per edictum.* numero 13.

Quamuis Doctores dicant, post terminum edicti non esse quem admittendum, seu audiendum, etiam re integra, id est, institutione non sequuta, tamen contrarium seruatur, nam ante institutionem semper admittuntur qui præsentantur ab aliis patronis, seu prætendunt habere ius. numero 14. *quod non videtur contra ius, ex quo in edictis non dicitur, quod post terminum illius non admittentur, sed proceduntur in causa.* numero 15.

An quando institutio est facta in contradictorio iudicio, seu sententia lata super ea facienda, causa sit appellabilis. Resoluitur institutionem præsentati factam pendente appellatione per alteram interposita à sententia ordinarij, & possessionem subsequutam, & etiam possessionem à præsentato instituto captam, pendente appellatione iudiciali interposita ab institutione facta in sententia, esse attentatam, à numero 16. *& adducuntur variæ resolutiones & decisiones Rotæ,* & numero 20. *respondetur doctrinæ Lambertini, quod loquitur quando institutio fuit facta extraiudicialiter & sine contradictore, &c.* & numero 26. *improbantur Zauallos & Azeuedo contrarium tenentes.*

Non est curandū de stylo contrario, seu consuetudine, qui in aliquibus Episcopalibus seruatur, nam non est toleratus, sed admissus, sed per superiores reuocantur tanquam attentata. nu. 27. *sicut etiam non est curandum de stylo tribunalis iudicis metropolitani, Salmanticæ residentis, qui semper dat executoriam suæ sententiæ, quando est confirmatoria primæ ordinarij.* numero 28.

Si illa consuetudo exequendi sententiam, & mittendi in possessionem capellaniæ, seu beneficij, eum, in cuius fauorem lata est, reuera staret, & de ea constaret, cessarent attentata. numer. 29. *& idem esset stante statuto, seu constitutione Synodali id statuente, seu prohibente appellationem respectu effectus suspensiui.* numero 30. *vbi ponitur decisio Rotæ, & declaratur* num. ero seq.

Prædicta resolutio procedit etiam quando plures sunt præsentati ab vno patrono, vel æquali patronorum suffragio, nam cum tunc Episcopus teneatur dignorem instituere, dignior prætermissus poterit ab eo appellare. numero 32. *quamuis contrarium teneant aliqui.* numero 33. *Et quamuis à gratificatione Episcopi, quando sunt æque digni, non detur appellatio.* numero 34.

PRæterea in institutione † præsentati seruanda 1
est forma *cap. fin. de elect. in 6.* Vnde institutio facta non proposito edicto, iuxta *d. c. fin.* est nulla, nam illud etiam in institutione procedit, vt post glossam ibi notant Ioan. And. Dominic. Fran. & alij, Lapus *allegatione 8. numer. 4.* & ibi Mandos. *litera V.* dicens communem, & ita seruari, Rochus *de iure patron. verb. honorificum. quæst. 2. num. 5. & quæst. 38. numer. 69.*

Lamber. qui dicit communem 2.p.2.lib.q.6.artic.2.4. 12.& 16. qui per totam illam quæstionem videndus est de hoc. Hieronymus Gabriel *consil.*199.*n.*2.*lib.* 1. & Flores de Mena 7.3.*n.*55. Aym.*cons.*63.*n.*2. & nouissime Perez de Lara *de annuer.& capell.lib.*2.*c.*10. *n.*32.& 39.

2 Et procedit etiam † in canonicatibus, & præbendis, aliisque simplicibus beneficiis, vt ibi notant Io. Andr. Dominic. & Anchar.& Gabr.*supra*, & Lara *num.*40.

3 Et est † *decisio* Guidoboni 55. *in manuscriptis*, vbi habetur, quod *institutio præsentati facta non seruata forma* d.c.fi.*est nulla, quia semper tentum est, quod dictum* c.fin.*habet locum etiam in præsentatione*, & *non tenetur decisio Bellamere* 620.*tamen, quod per præsentationem factam ordinario, etiam ante institutionem fuit quæsitum ius parti, quod non tollitur per prouisionem Papæ. Et quamuis institutio subsequuta fuerit nulla propter non seruatam formam* d.c.fi.*præsentatio tamen facta firma manet*, Lamb. sup.art.17. & *sic impetratio facta à Papa de dicto beneficio, non facta mentione dictæ præsentationis, & institutionis alterius est nulla. Hac Guidobonus.* Cui † concordat *decisio* Crescen.*vltim.de iure patron.* Caputaquen.37.*par.*2. & Cotæ 387.*in miscellaneis manuscriptis.* Est etiam *decisio* Putei 484. *libro* 2. Lara *sup. num.*41. Et facit decisio in causa Oscen.canonicatus 1.Febr.1593. relata supra 5.*p.cap.*4. *n.*141.

5 Vnde in vna † Lucana capellaniæ 13.Maij.1553. coram D.Augustino fuit resolutum, *institutionem factã eadem die, qua fuit facta præsentatio, non tribuere titulum coloratum, quia est contra decretum* d.c.fin.*iuncta gl.*1.in fi.*& ibi Domin.* & *Franc.*& *dictum fuit, quod aliàs fuit idem resolutum coram Achille in alia Lucana.*

6 Et quod institutio † facta non præmissis edictis, & sic non seruata forma tradita *in d.c.fi.*est nulla,& nullum ius tribuit, fuit dictum in vna Salamantina capellaniæ del Voto 3.Iunij, 1585.sup.adducta 6.*p.c.*9.*n.*13. 7 & vide dicta 5.*p.c.*5.*n.*99. Et † in edicto debet assignari terminus competens & peremptorius. *vt in d.c.fi.*&ibi Dd.Lamb.*sup.art.*21.Perez de Lara *à n.*44. Rota in decisionibus relatis *n.seq.*& 9.

8 Et non † sufficit citatio generalis per edictum, quando sunt alij patroni certi, sed debent specialiter & nominatim citari, aliàs institutio est nulla, *d.c.fin.* vbi Dd.Perez de Lara *sup.n.*42.& 43. Vt in vna Foroliuien. iurispatronatus,& 8.Februarij 1599. coram Domino Lancelloto, in qua fuit resolutum, *Petrum præsentatũ fuisse in tempore, quia præsentatio fuit facta infra quadrimestre, quod competit patronis laicis ad præsentandum.* c.vnico.de iure patron.libro 6. *Et quamuis potuerit iudex abbreuiare terminum,* iuxta c.fin.de elect.in 6. *Rochus* verb.honorificum.numero 5. *ita vt post terminum edicti, & institutionem primi præsentati non sint amplius audiendi alij patroni, & pro illa vice ius præsentandi amiserint, Rochus* supra, *Lambertinus* 2.parte,2.lib.quæstion.1.articulo secundo, *tamen in hoc erat seruanda forma* dicti capit fin. *quæ habet locum in præsentatione, & institutione, vt ibi notant gl.*& *Dd. communiter, Puteus* decis.306. libro 1. *Guidobonus* 55. *Aymon* consilio 63.numero secundo, *aliàs institutio est nulla, cum habeat decretum irritans, Lambert.* supra quæstio.sexta, articulo 12. *hic autem non fuisse seruatam formam dicti* capit. fin. *apparet ex eo, quia patroni non fuerunt citati, prout requirit textus ibi, vocationem autem huiusmodi. Et secundo, quando sunt certi, non sufficit generalis citatio, sed debent specialiter citari, aliàs institutio est nulla.* Lambert.d. quæst. 6.artic.11.& 13. *Nec obstare, quod patroni non erant certi, quia satis erant certi apud vicarium, à quo rogati prius fuerant vt eius fratrem præsentarent, prout colligitur ex attestatione, de qua in processu. Addebat vnus ex Dominis, quod ad hoc sufficiebat, quod potuisset habere certitudo per inquisitionem,* & *de facili sciri potuisset. Et mouebatur ex iis, quæ dixit Ancharanus* dict.cap.fin.vers. & pondera. *quem sequitur Geminianus* ibi. *Secundo non fuit seruata forma* dicti cap.fin. *quia non fuit seruatus terminus competens. Licet enim non declaretur, quot dierum esset talis terminus, tamen trium dierum fere in continenti post vacationem est nimis breuis, & non competens, &c. Et* † 26. *Aprilis* eiusdem anni coram 9 eodem Domino Lancelloto, *Domini steterunt in decisis, ex duobus fundamentis consideratis in decisione. Primo, quia patroni non fuerunt nominatim citati, prout requirit* cap.fin.de electio. in 6. *Sufficit enim ad hunc effectum, vt ibi notat Anchar. quod non sint penitus incerti, nam si per inuestigationem possit haberi certitudo, vt inquirere, quis sit hæres talis, vel quis possideat, non valet citatio generalis, sicut etiam, quod certi dicantur, qui verisimiliter sciri possunt, tradit Lambert.* 2.part.2.lib.quæst.sexta, articulo duodecimo. *Et facit* decisio 387.part.1.diuersorum. *& ista scientia sufficit, si adsit in præsentato, vel in præsentante, vel in instituente, Lamber.*d.artic.12. numer.8. *Neque obstare, quod scientia respectu Elisabethæ non iuuet alios compatronos, vt per Franch.*d.cap.fin.num.9.vers. quarto quæritur. *quia in specie Francorum reprobat Lambert.*supra art.20.& 28. *qui dicit Ioan. Andream tutius fuisse loquutũ, quia* in d.c.fi.*irritatur institutio, ideo si est nulla, ipso facto non citato vno de certis, non potest pro parte valere & pro parte non, quia est actus indiuisibilis,& ea, quæ affert Francus, & Baldus, dicit procedere in actu diuisibili, &c. Nec obstare stylum, qui vt aduersans iuri communi esset alio modo probandus,* & *saltem, quod fuerit in iudicio contradictorio obtentum, vt* in iuribus vulgaribus. *Placuit etiam secundum fundamentum de nimia temporis breuitate, &c.*

Prædicta resolutio † nullo modo procedit, vbi es- 10 set consuetudo in contrarium, Lambertin. *dict.quæstio.sexta.articulo* 14. Aymon *d.cons.*63.*num.*2.Puteus *decis.*306.*lib.*1. vbi quod allegans talem consuetudinem, ex quo erat contra communem opin.debebat illam probare, quidquid dicat Ægid.*d.decis.*620. & Rota in vna Lamascen. beneficij, 21.Junij 1596. coram domino meo Corduba, in † qua fuit resolutum, 11 quod *licet institutio præsentati debeat fieri præuiis edictis,*c.fi.de elect.in 6.*termini tamen assignatio commissa est arbitrio iudicis,*gl.ibi.verb.competenti.*& stante vsu illius regionis potest fieri institutio sine edictorum præfixione, ad tradita per Lamber.*lib.2.part.2.quæst. 6.art.14.

Et cum ista † consuetudo seu stylus non sit con- 12 tra ius clarum, quidquid velit Rota in dicto Foroliuien.26.April., sed contra communem opinionem, vt dicit Puteus *dict.decisio.*306. & contra decisiones Rotæ, sufficeret decennalis ad tradita *in cap.fin.de consuetudine.*& supra *quinta parte, capit.quarto à numero nonagesimoseptimo 1.tomo.* Puteus *decisio* 241.*libro tertio.* Et † in his partibus.præcipue, in hoc Episco- 13 patu Abulensi, non est in vsu specialiter citare alios patronos, licet sint certi, sed solum fit citatio generalis per edictum.

Et quamuis Doctores † dicant post terminum 14 edicti non esse quem admittendum, seu audien-

dum,

dum,etiam re integra,id est,institutione non sequuta,Oldrad.*consil.*3. Felin. *in capitulo cum Bertoldus. numero* 13. *de re iudicata.* Rochus *verb. honorificum. numero* 5.*& verb. competens.numero* 51 Lamber. *dicta quæstion.*6.*articul.*26.*&* 28. qui ait,post tempus edicti non esse quem admittendum etiam re integra, ignorantem tamen , vel impeditum,admittendum esse lapso termino edicti , re tamen integra,id est, institutione non sequuta : tamen contrarium seruatur , nam ante institutionem semper admittuntur , qui præsentatur ab aliis patronis , seu prætendunt habere ius,† quod non videtur contra ius , ex quo in edictis non dicitur , quod post terminum illius non admittentur, sed quod procedetur in causa, & fient acta in absentia, seu in stratis. Et quod transacto edicti termino , ante institutionem tamen,poterit patronus comparere,& præsentare,inquit Perez de Lara *libro* 2. *capitulo* 9. *numero* 47.*&* 50.citans Felinum,Rochum,& Lambertinum *supra*, qui tamen id non dicunt , sed potius contrarium,vt sup.

15

16 Sed hic offert † se difficultas, an quando institutio est facta in contradictorio iudicio , seu sententia lata super ea facienda, causa sit appellabilis , in qua resolutiue dicendum est , institutionem præsentati factam , pendente appellatione per alterum interposita à sententia Ordinarij , & possessionem subsequutam,& etiam possessionem à præsentato instituto captam pendente appellatione iudiciali , interposita ab institutione facta in sententia , esse attentatam,Ioan. Andreas,Lapus,Dominicus , *numero* 7. & Francus *supra in capitulo auaritiæ. de electio. in*

17 *sexta*,& tenuit Rota in pluribus causis, & signanter in vna Neapolitana capellaniæ de mense Decembris,1562. coram Domino Oradino , & in Calagurritana beneficij,7. Maij, 1574. coram Domino Blancheto , & in alia Calagurritana portionis de Amarita,27. Iunij, 1575. coram Domino Cantutio,quæ est 2.*par.diuersorum.decision.*6. & in vna Lucana plebis,seu parochialis ,8.Iunij,1571.coram Domino Lancelloto,seu Binarino , vt in decisione sequenti.

18 *Domini dixerunt , possessionem esse attentatam, quia captam appellatione pendente. Non obstat,quod Ordinarius processerit tanquam executor deputatus in confirmatione donationis,quia hoc non procedit,quando assumit partes iudicis.Felin.*cap.final. de præsumptionibus.*& pronunciauit parte citata, institutionem faciendam.Non obstat , quod attentata , deserta appellatione non sint reuocanda,quia hoc tollitur ex facto,cum appellatio non sit deserta,& in appellatione apostoli sint dati, & terminus præsentationis non sit elapsus , & etiam per Papam prorogatus. Minus facit,quod passus fuerit procedi in negotio principali , quia cum non constet, quod scierit possessionem captam , non potest induci aliqua renuntiatio attentatorum. Minus facit allegatum* capitulum *Concilij Tridentini , quia loquitur in relatione facienda,ab examinatoribus, quæ non potest suspendi per appellationem,quo minus fiat institutio , secus in casu isto , in quo agitur de iure patronatus,& institutione facta vigore illius, & non relationis. Non obstat noua prouisio, quia vltra hoc appellans habet anteriorem nouam prouisionem, sed quidquid sit , non potuit vigore nouæ prouisionis capere possessionem , aliàs incidit in pœnas extrauagantis Iulij Tertij contra capientes possessionem literis non expeditis.*

19 Et † tradit recte Lancellotus *de attentatis* 2. *part.* 2.Tom.

*cap.*4.*numero* 614.*&* 627.*& cap.*12.*in præsentatione.e. numer.*79.& præsertim *limitatione* 40.*&* 49. vbi respondet *cap.constitutis.*2.*de appellationibus.* quod loquitur in appellatione extraiudiciali, vt etiam intelligunt Ioann.Andreas,Lapus,Dominic. & Francus *supra*,& Cuchus *in institutionib. mator.lib.*4.*titul.*4. *n.*67.

Et similiter † cum Rota in dicta Neapolitana respõ- 20
det idem Lancellotus doctrinæ Lambertini *de iure patronat.*2.*part.*2.*lib.quæst.*11.*articul.*5.*numer.*2. dum dicit, institutum posse pendente appellatione ab institutione capere possessionem,quia est quid facti,& effectus consecutiuus institutionis, quod eius lectura est corrupta , & loquitur quando institutio non habet vim diffinitiuæ , sed fuit facta extraiudicialiter , & sine contradictore , vt aperte colligitur ex his,quæ ipse dicit *numero præcedenti,in fine*, quo casu appellatio tanquam interloquutoria non debet facere attentata,vt pro regula firmauit *d. c.*12.1.*limitation.*

Et idem etiam † tradit Brederodius *in tractat. de* 21
*appellationib.*1.*parte,à quibus actibus.titul.*20.*versicul. ab institutione præsentati.pagin.*419.& Marcus Antonius Genuensis *in praxi Archiepiscopali Curiæ Neapolitanæ,cap.sexagesimo primo,nu.decimo nono*, dicens, receptum in dicta Curia Archiepiscopali Neapolitana , & vbi post sententiam est facienda institutio, seu collatio,tenet Azeuedo in Curia Pisana,*lib.*2.*cap.* 4.*numer.*14. & nouissime Perez de Lara *libro* 2.*c.*11.*à num.*1.

Et nouissime in vna Aurien. † parochialis, prima 22
Iulij, anno 1596. coram Domino Penna fuit resolutum , quod *quando institutio facta est in contradictorio iudicio,& per sententiam,tunc causa est appellabilis,ex Lancelloto,*dict. n.79.& dict.limitatione 49.*& quod appellatione pendente , capta possessio est sequestranda, maxime,quia fuit capta infra decem dies datos ad appellandum,Cæsar de Grassis* dec.108.n.5. de appellationib.

Et in alia † Auri en. Parochialis quarta die Decem- 23
bris , 1598. coram Domino Lancelloto fuit resolutum , *constare de attentatis , & possessionem sequestrandam,fuit enim facta institutio, & possessio capta post appellationem,&c.*

Et ita fuit etiam † resolutum in vna Compostella- 24
na parochialis de Bayona 9.die Decembris,anno 1592. coram Domino Penna, *vt in sequenti decisione* videri potest.

*Dubitaui,an mandatum de manutenendo, aliàs Alphonso Lasso concessum esset reuocandum,vel confirmandum,& licet causa sæpe proposita propter multas obscuritates insertas per informantes,non potuerit capi resolutio.In ista parte fuit conclusum , mandatum fuisse reuocandum,& possessionem sequestrandam,nam cum possessio Alphonsi esset capta appellatione pendente , non erat manutenibilis,*cap.non solum.de appellationibus, lib.6.cum ibi notatis,*quod procedit, quamuis esset capta authoritate Ordinarij instituentis, ad late tradita p Modernum,*de attentatis,parte 2.capit. quarto,num. 627.

Nec refragatur decisio nona *Antonij Augustini*,lib. 1.*nam eo casu constabat de consuetudine exequendi sententias,quæ in casu proposito,ex deductis pro parte Alfonsi,non videbatur Dominis probata,qua cessante,licet Ordinarius procedat iudicialiter , pendente tamen appellatione absque vitio attentatorum non potest capi possessio. Antonius Augustinus* in epitome , titul. vt lite pendente , numero 22. *Quod habet etiam locum,licet*

Ordinarius non sit in lite, sed tantum ea controuerteretur inter præsentatos à diuersis patronis, vt aperte constat per eundem modernum Lancellotum supra relatum, de attentatis parte 2 capit. 4. num. 618. & sequenti. *& quamuis etiam possessio foret vacans, Puteus* dec. 35. *incip.* processus. tit de iudic.

Satis enim est ad causandum attentata, si possessio capiatur infra terminum ad appellandum, licet nulla adhuc appellatio sit interposita, vt fuit decisum coram me in vna Nolana capellaniæ, die 3. Martij, 1589.

Nec obstat, quod in proposita facti specie non erat appellatum à mala electione & grauamine. Quo casu à Concilio Tridentino, & constitutione Pij V. admittitur appellatio, sed erat appellatum ab inualiditate præsentationis ex defectu potestatis Gregorij, vnius ex præsentantibus, vnde appellatio non poterat suspendere, nec retardare possessionem, Decius in capitulo constitutis, cl 2. numero 12. de appellationibus *Lambertinus* de iure patronatus. libro 2. parte 2. art. 5. quæst. 11. numero 2. *quia licet in facto id potuisset admitti, adhuc quidam ex dominis referebat, in eisdem terminis fuisse contrarium decisum in Rota die 10. Iunij,* 1575. *in vna Camoren. beneficij coram Cota, vbi fuerat facta distinctio inter appellationem iudicialem, quæ suspendit, & extraiudicialem, quæ non operatur suspensionem, in quibus terminis procedunt supradictæ doctrinæ. Vnde cum hic adesset iudicialis appellatio processum suspendens, possessio fuit attentata. Guidobonus* decis. 104. *& fuit resolutum in vna Calagurritana beneficij, die 7. Maij,* 1574. *coram D. Blancheto, & ideo non potuit esse manutenibilis, sed sequestranda, & videndum de bono iure in negotio principali.*

25 Idem fuit † resolutum in vna Pintiana iurispatronatus, 9. Martij, 1598. coram domino Corduba, vt in sequenti decisione.

Dixerunt Domini constare de attentatis, nam institutio fuit facta pendente termino ad appellandum, ac inde vt attentata venit reuocanda, capitulo non solum. de appellationibus. in 6. cum vulgaribus. *Mohedanus* decisio. 11. de præbend. *quod maxime locum habet, quando fuit iudicialiter processum, Calderinus* consil. 1. vt lite pendente. *Sarnen.* decis. 31. *& fuit dictum in Calagurritana de Amarita, 29. Iunij,* 1575. *coram Reuerendissimo Lauretano, & consequenter fuit etiam attentata possessio subsequuta, Guidobonus* decis. 104. *tradit Modernus* de attentatis appellatione, limitatione 49. *quæ inde venit sequestranda. Cassadorus* decis. 3. numero 6. de restitutione spoliatorum. *Cæsar de Gras.* decis. 2. de appellationibus. *Anton. Augustin.* in epitome, titul. de sequestratione ex officio. §. 3. & 6. *Caputaquen.* decis. 7. parte 1. & 157. parte 3. *Puteus* decis. 414. libro secundo *& sæpe Rota tenuit. Neque obstabat, quod opponebatur non constare de iure Caualcantium, quia ad hunc effectum requiritur notorietas non iuris, quæ nec colorate impugnari possit, vel modo aliquo velari, Ægidius decis.* 173. *qualis est quæ resultat ex re iudicata, vel confessione partis, Rota* decis. tertia de restitutione spoliator. in nouis, *Tanis* decis. 19. *& fuit resolutum in Eugubina S. Petri de Vignate.* 21. *Iunij coram Domino Orano, & 4. Iulij* 1597. *coram me in alio sanctæ Agathæ Gotorum* ad caput fin. de cohabitatione clericorum.

Minus obstabat, quod dicebatur, dictos dominos de Caualcantibus fuisse passos cognosci de meritis causæ, nam vltra quod ex aduerso negatur, cum versemur in institutione facta pendente termino ad appellandum, quæ ex capite nullitatis reuocatur etiam post remissam causam, & litem desertam, vt tenuit Rota coram Domino Decano, 7. Maij, 1574. *in vna Calagurritana beneficij del Burgo, quæ est diuersorum,* 406. *parte 1. relata etiam per Cæsarem de Gras.* decis. 2. numero 5. de appellationibus, *illud impedimentum obstare non debuit, cum causa attentatorum statim fuerit commissa.*

Et post hæc tradit Gonçalez *ad regul. de mensibus, glossa 9. in annotationibus, à numero* 203. dicens, idem fuisse resolutum in Calagurritana beneficij, 18. Aprilis, 1603. coram Domino Lancelloto, & in alia Calagurritana de Ollauari, 28. Ianuarij, & 22. Martij, 1604.

Et prædicta † resolutio tenenda & practicanda 26
est, quamuis contrarium teneat Zaullos *in suis communibus contra communes. quæstion.* 693. *numero* 31. dicens, faciendam esse prouisionem capellaniæ, appellatione spreta, & in casu confirmationis, seu institutionis factæ in sententia, Azeu. *vbi supra.*

Nec curandum videtur † de stylo contrario, seu 27
consuetudine, qui in aliquibus Episcoparibus, & particulariter in hoc Abulen. seruatur: nam iste stylus, seu consuetudo non est toleratus, sed quotics recurritur ad superiores, reuocantur tanquam attentata, nisi forte, quando constat, appellantem nullum ius habere, & Perez de Lara *d. capitulo* 11. *numer.* 8. ait, quod cum fertur causa ad Regiam Cancellariam, prætextu violentiæ, iubentur reponi omnia in eo statu, quo erant tempore sententiæ prolationis. Si tamen ex actis apparet de notoria iniustitia appellantis ex eo, quod non est deferendum appellationibus friuolis, *capitulo cum appellationibus. de appellation. libro sexto,* iudices Regij declarant vim non fieri in executione sententiæ, & collatione capellaniæ.

Sicut etiam non videtur † curandum de stylo tribu- 28
nalis iudicis Metropolitani Salmanticæ residentis, qui semper dat executorias suæ sententiæ, quando est confirmatoria primæ ordinarij, nam similiter per iudices appellationis ab eo interpositæ, reuocatur executio tanquam attentata.

Quamuis si illa consuetudo † exequendi senten- 29
tiam, & mittendi in possessionem capellaniæ seu beneficij, eum, in cuius fauorem lata est, reuera staret, & de ea recte constaret, cessarent attentata, vt per Antonium Augustinum *dec. 9. lib. 1.* quæ est 3. *par. lib. 1. diuersorum.* 1155. Lancellotum *de attentatis. 2. par. c. 12. limitatione* 48. & Rotam in d. Compostellana supra adducta *n.* 24. & tradit post hæc Gonçalez *sup. n.* 211. *& seq.* & Perez de Lara *sup. numer.* 13. dicens, esse talem consuetudinem in consilio Archiepiscopi Toletani.

Et idem esset stante † statuto, seu constitutione 30
synodali id statuente, seu prohibente appellationem respectu effectus suspensiui Lancellot. *dict. limitat.* 48. & Rota in vna Pampilonen. parochialis de Illundam, 16. Iunij, 1597. coram D. Lita. his verbis: *Domini tenuerunt, non esse locum sequestro, ea moti ratione, quia licet Ioannes fuerit immissus in possessionem beneficij, de quo agitur post appellationem interpositam pro parte Saluatoris, non tamen attentata dici potest immissio ad effectum apponendi sequestrum, stante constitutione synodali, qua prohibetur omnis appellatio respectu effectus suspensiui. Anton. Augustin.* decis 1155. libro 3. part. 3. diuersorum. *Lancellot.* part. 2. capitulo 12. limitat. 48. *maxime, quia dicta constitutio facta fuit ne interim*

interim Ecclesia pateretur detrimentum in seruitio.

31 Et post hæc tradit † Gonçalez supra à *num.* 213. dicens huiusmodi statutum, seu constitutionem synodalem debere esse clarum, non autem dubium & turbidum, vt recte declarauit Rota in dicta Calagurritana de Ollauari coram Domino Penna, 22. Martij 1604. circa quandam *constitutionem* synodalem Calagurritanam, *decimoquarto titulo de institutionib.* vt latius per eum ibi *numero* 216. *& sequenti, & numero* 218. ait, quod sufficeret tamen, si esset sublata appellatio per verba æquipollentia, vt per Lancell. *dict. capit.* 12. *limitat.* 8. *numero quarto & quinto, & limitat.* 53. *numero sexagesimotertio.* Sed addit ipse Gonçalez ibi, *numero* 214. & 215. quod dictum statutum, aut constitutio debet esse Apostolica authoritate confirmatum, aut longo tempore obseruatum, nam aliàs non teneret, cum nullus alius præter Principem possit auferre appellationem, *l. prima, §. interdum ff. a quibus appellare non liceat. cap. quod super his, de maioritate & obedient. cap. Pastoralis.* 53. *de appellatio.* Francus *in rubr. de appellat. numero vigesimotertio, l.* 13. *ad fin.* & ibi Gregorius *verb. ningun juzgador, titulo vigesimotertio partita* 3. cum aliis adductis per Lancellot. *dict. cap. duodecimo limitat.* 8. *ex numero* 118. Quæ sententia mihi non placet, & reuera est contra Lancellot. *dict. limitat.* 48. & Rotam *in decisionibus allegatis.* vbi nõ requiritur talis confirmatio, aut obseruantia, quamuis enim appellatio non possit tolli per dispositionem hominis inferioris principe, ex allegatis per Gonçalez, bene tamen potest tolli per statutum in aliquo casu ex rationabili causa, vt in proposito ad Rotteum, *de synodo tertia parte. articulo primo, numero* 62. & etiam potest tolli per fundamentum beneficij, Lancellot. *d. limitat.* 8. *numero* 7. & Gonçalez *sup. numero* 219.

Prædictaque resolutio † procedit etiam, quando plures sunt præsentati ab vno patrono, vel æquali patronorum suffragio, nam cum tunc Episcopus teneatur digniorem instituere, *capit. tertio de iure patron. cap. si forte.* 63. *distinct.* Rochus *verb. honorificum. quæstion. decimasexta*, Lambertus *secunda part.* 2. *libro quæst. septima, articulo* 26 & 3. *p.* 2. *lib. quæst.* 5. *articulo* 1. & 2. Gregorius Lopez *l. quinta, titulo* 15. *parte prima, verb. digno.* Perez de Lara *d. libro secundo, cap.* 2. *à numero* 34. Azor 2. *p. lib.* 6. *c.* 22. *q.* 14. & Vega *in sum.* 1. *p. c.* 36. *casu* 34. dignior prætermissus poterit ab eo appellare. Abbas *in cap. cum autem, numero quinto de iure patronat.* Lambert. *d. articul.* 26. *& d. art. secundo,* qui pro contraria parte male citatur, nam quod ibi in fine, cum Decio *consilio* 129. ait, quod quamuis præferendus sit idonior ante factum, sed si idoneus fuerit institutus, tenebit institutio, non obstante quod alter sit idonior, procedit non appellante idoniori, &c. Azor. *supra* & ita videtur seruare Rota, vt in Salamantina capellaniæ adducta supra 7. *p. c.* 9. *num.* 11.

Quamuis contrarium † teneant Couar. *in reg. peccatum,* 2. *par. §. septimo numero quarto* Didacus Perez. *in leg.* 2. *tit.* 6. *li.* 1. *ordinamenti vers. notum* & Ioan. Gut. *canonic. quæstion. lib.* 2. *capit. vndecimo numero* 23.

Et quamuis à gratificatione † Episcopi, quando sunt æque digni, non detur appellatio, Decius *dict. cons.* 129. *numero primo* & ita iudicauit Rota coram Domino Brauo in vna Hispalen. beneficij, vt per Fuscum *de visitat. li.* 2. c. 10. *numero tertio.*

DECIMA PARS DE TEMPORE, QVO, ET INTRA QVOD DEBET PROuideri de beneficiis.

CAP. I.

Quando debeat prouideri de beneficiis.

SVMMARIA.

PRoſt vacationem oportet beneficium conferri, non antea, nam beneficium nondum vacans, non poteſt conferri, vel promitti, n. 1. nec iuramento confirmabitur. num. 2. præterquam à Papa, qui ex plenitudine poteſtatis ius tribuit ad vacatura. n. 3.

Patronus non poteſt præſentare ad beneficium vacaturũ antequam vacet, nec poteſt fieri promiſsio obligatoria de faciendo præſentatione ad beneficium vacaturum, nec valet conſuetudo contraria. numero quarto. *Nec præſentatio facta per patronum ante vacationem beneficij quidquam obſtat præſentationi poſtea facte.* n. 5.

Legatus non poteſt alicui committere receptionem reſignationis beneficiorum, & collationem ipſorum in genere, aut in ſpecie. numero ſexto, *quod habet locum in aliis collatoribus.* numero 7. *licet legatus bene poſſit reſignationes beneficiorum recipere, & illa conferre* n. 8.

Quamuis Epiſcopus poſſit committere vicario ſuo, aut officiali generali facultatem recipiendi reſignationes, & conferendi beneficia, non tamen poterit id committere ſingulari perſonæ, nec etiam ipſi vicario de certo beneficio, numero nono. *quamuis contrarium tenuerit Rota, & Staphileus, à* numero decimo.

In permutatione, quam partes facere deſiderant, poſſet procedere opinio Rotæ, & Staphilei, quando eſſet de beneficiis diuersarum diœcesum. numero duodecimo.

Diuiſim bene poteſt concedi facultas, admittendi reſignationem, & poſtea illa admiſſa, facultas conferendi. num. 13.

Non poteſt conſtitui procurator in ſpecie ad præſentandum ad beneficium vacaturum. numero decimoquarto. *Non ſolum in beneficiis vacaturis per mortem, ſed etiam per renunciationem, vel aliàs.* numero 15.

Id limitatur primo, niſi perſona ſit Illuſtris, vt Epiſcop⁹, per caput ſignificaſti de iure patronatus, ſecundum vnum intellectum, qui tamen non conuenit illi, nec placet iſta limitatio. numero decimoſexto & decimoſeptimo.

Secundo limitatur, niſi ex iuſta cauſa patronus haberet ſe abſentare in longinquas partes: quia tunc poterit authoritate ordinarij intercedente aliquem ponere, vt præſentet ad vacatura n. 18.

Tertio limitatur, vt non procedat quando daretur poteſtas præſentandi in genere num. 19.

Quarto limitatur, vt non procedat in procuratore, ſeu adminiſtratore generali negotiorum patroni, ex iuſta cauſa abſentiæ cõſtituto ante vacationem beneficij, cui præſentationem committeret, nam tunc valet datio procuratoris etiam quod vnicam præſentationem haberet, numero vigeſimo & ſeq. *vbi ponitur reſolutio Rotæ, quod tamen ſecus eſſet, ſi eſſent nominatæ perſonæ præſentandæ.* numero vigeſimoſecuncundo.

De impetrante, ſeu obtinente beneficium viuentis, qui ſunt videndi. n. 23.

Beneficium viuentis vniuerſitati conferri poteſt ſecundum Corraſium numero vigeſimoquarto, *ſed ſecundum Rebuffum non poteſt conferri in titulũ. ſecus in proprietate, id eſt per vnionem abſque præiudicio poſſidentis.* numero vigeſimoquinto & vigeſimoſexto, *nec poteſt ei conferri beneficium in titulum, etiamſi non ſit viuentis, ſed ſolum in proprietate per vnionem, & ſic eſt intelligendus Corra.* num. 27. *Et collatio, ſeu reſignatio facta in fauorem Capituli, vel Collegij, vnioni æquipollet.* numero 28. *Et vnio de beneficio viuentis poteſt fieri non ſolum Collegio, vel Capitulo, ſed etiam dignitati, aut beneficio alicuius perſonæ particularis.* numero 29. capit. 1. 2. & 3. de conceſſ. præben. *loquuntur de collatione tituli,* numero 30.

Cum vacat beneficium, non ſolum conferri, ſed etiam promitti poteſt, & promiſſum debetur, licet affectum nõ ſit, ſed valeat collatio alteri facta, numero 31. *& patronus qui promiſit alicui eum præſentare ad beneficium vacans, licet poſſit variare, tenetur etiam illum præſentare, ſecundum Rochum* numero 12. *Contra quem tenet Lamber. cuius tamen rationes non videntur bonæ.* numero trigeſimotertio & numero trigeſimoquarto, *refertur ſententia Gabrielis Vazq. Authori vero ſatis probabile videtur, promiſſionem etiam de beneficio vacante, licet iure non ſit pro-*

sit prohibita, nunquam tamen obligare. numero 35. & 36.

Cõferri beneficium potest simul atque beneficiatus mortuus est, vel aliàs vacat ab ordinario etiam ignorante mortem, seu vacationem, & sub conditione, si vacat, num. 37. *Cum per obitum vacat beneficium, conferri potest, etiam nondum sepulto corpore defuncti, quidquid sit in electione Prælati, quæ aliàs videtur cassanda, à* num. 38. *An beneficium quod vacat de iure, licet, non de facto, quia aliquis est in possessione, conferri possit,* num. 41. *Et posse conferri docent relati,* numero 42. *quod procedit, quando possessio est euidenter iniusta, aut eius color cassatus à iure.* nu. 43. *secus vbi possessio, est colorata, & color non est cassatus à iure, vel ab homine, nam tunc collatio est nulla, etiam facta ab ordinario ex defectu potestatis.* nu. 44. & seq. *Sed contrarium tenetur, quia in ordinario non datur sumptio, quæ solum consideratur in proposito, à* numero 46. *licet in prouisione Papæ, vel Legati, in quibus cadit surreptio facienda est mentio de colorata alterius possessione, aliàs est surrepitia & nulla.* n. quadragesimooctauo.

Id non procedit in prouisione facta motu proprio, qui excludit surreptionem, contra aliquos à n. 46. *nec in possessione beneficy generaliter, vel specialiter reseruati ex prouisione inferioris à Papa, nam illa possessio non est colorata: nec considerabilis, sed caret omni effectu.* n. 51. *etiam si fuisset accepta ignoranter, contra Felin. & Seluam.* nu. 52.

Impetrans tamen beneficium tunc per annum pacifice possessum, debet facere mentionem de possessione illius ex regula de annali, cui tantum quoad istam primam partem solet derogari, quæ habet locum etiam in beneficiis reseruatis non solum specialiter, sed etiam generaliter, quamuis tempore Gregorij vndecimi loqueretur solum de specialiter reseruato. à numero 53. & numero quinquagesimoquinto *ponitur resolutio Rotæ.*

Tertio id non procedit stante clausula in supplicatione, ac d. N. & aliorum quorumcunque cõcessiones, prouisiones, & possessiones habeant pro expressis. numero 56. *& idem stante clausula,* ac d. N. & aliorum quorumcumque concessiones, iura, prouisiones, &c. *habeantur pro expressis.* n. 57.

Quarto non procedit, quando in rescripto est clausula, vocatis vocandis, quæ operatur expressionem coloratæ possessionis. n. 58. *& vbi ea apponatur. à* numero 59. *Quinto nõ procedit, quando iure scripto est clausula, dummodo non sit alteri ius quæsitum.* numero 61. *& vbi ea ponatur.* numero 62. *& ratio limitationis ponitur.* numero 63. *quæ clausula non suspendit gratiam &* numero 64. *de ea remissiue.* numero 65. *Sexto non procedit, quando in literis est clausula, amoto quolibet detentore, nam satis videtur facta mẽtio de possessione colorata per istam clausulam. quæ habet vim expressionis illius.* numero sexagesimosexto, *quæ limitatio procedit, quando ista clausula apponeretur in literis gratiosis, secus si in literis executoriis, vel in executione gratiæ, prout consueuit poni, secundum Dd. à* numero sexagesimoseptimo *quamuis contrarium tenetur à* n. 70. *Et de d. clausula amoto remissiue.* nu. 73.

Ponitur decisio Rotæ Colonien. canonicatus. numero 74.

1 POst vacationem oportet † beneficium conferri, non antea, nam beneficium nondum vacans, non potest conferri, vel promitti, ne desiderare quis mortem proximi videatur, seu ne alienæ mortis votum ingeratur, aut captandæ alienæ mortis occasio tribuatur. *cap. 2. & 3. de conces. præbenda. & cap. 2. eodem titul. in 6.* & ibi Dd. & Rebuffus videndus *in proœmio concordat. verb. fati. & in repetit. d. cap. 2. de conces. præbendæ.* Corras. *de benef. 1. par. cap. 7. num. 1.* & Sylvester *in summa, verb. beneficium. 2. nu. 5.* Nec 2
† iuramento confirmabitur, Rebuff. *in dict. repetit. c. 2. 1. n. 3. notab. 4. ampliat.* præterquam † à Papa, qui vt
dicit Corrasius *ibi,* ex plenitudine potestatis ius tri 3
buit ad vacatura, *c. proposuit. de conc. præb. & cap. 2. de præben. in 6.*

Hinc etiam patronus † non potest præsentare ad beneficium vacaturum antequam vacet, nec potest 4
fieri promissio obligatoria de facienda præsentatione ad beneficium vacaturum, *capit. fin. de conces. præbend.* Lamber. *de iure patron. 1. par. 2. lib. quæst. 6. art. 1. & 19.* Ioan. Nicol. Delphinas *eodem tract. num. 190.* & Didacus Perez *in l. 1. titul. 6. lib. 1. ordinat. gloss. 2. vers. non minus elegans, & seq.* Nec videtur valere consuetudo contraria, etiam immemorialis, vt pote irrationabilis, & iniqua, quicquid dicat Cabedo *de patronatibus Regiæ coronæ, cap. 14.* vbi ait, *id non seruari de consuetudine Regni Lusitaniæ, & passim Reges suos consueuisse, & solere promittere præsentare aliquem in Ecclesia sui patronatus in genere ob merita, & seruitia, & de hac promissione prouisionem Regiam fieri,* Nec † præsentatio facta per patronum 5
ante vacationem beneficij quicquam obstat præsentationi postea factæ, cum fuerit nulliter facta, *reg. non præstat impedimentum lib. 6.* cum aliis per Felin. *in c. ex tenore, num. 4. de rescript.* ita resolutum in causa Pampilon. beneficij de Vgarte, 13. Februarij 1595. coram D. Iusto.

Et ne † aperiatur via beneficia vacatura contra 6
Lateranens. Concilium, prohibitum est, ne legatus possit alicui committere receptionem resignationis beneficiorum, & collationem ipsorum in genere, aut in specie, *vt in cap. deliberationes. §. prohibemus. de offic. legati. lib. 6.*

Quem † textum in habere locum in aliis collato- 7
ribus docet, Domin. *ibi numero quarto,* & Flamin. Parisius *de resignat. benef. lib. 7. quæstion. vltim. numero primo.* Licet † legatus bene possit resignationes be- 8
neficiorum recipere, & illa conferre. glossa *in dict. §. prohibemus. verb. cuicunque. & in capit. dudum. verb. potestate. de præben. in 6.* Rota in Virdunen. canonicatus, 6. Martij 1595. adducta supra *5. par. capitul. 3. numero 43.*

Vnde quamuis Episcopus † possit committere 9
vicario suo, aut officiali generali facultatem recipiendi resignationes, & conferendi beneficia, *capit. vltimo.* vbi Doctores *de officio vicarij in 6.* de quo supra *quinta. par. capit. 8. ex numero 112.* Non tamen poterit id committere singulari personæ, nec etiam ipsi vicario de certo beneficio, ex *dict. §. prohibemus.* & ratione ibi expressa tenet glossa *ibi d. verb. cuicunque. in fine.* & Fran. *numero secundo* Rota *decision. 1. & 4. de officio vicarij in antiquis. & decision. 5. eodem titul. in nouis.* & ibi Papaz. Selua *de benefic. 2. part. qu. 21.* Rebuffus *in praxi. titul. de vicariis Episcop. numero vigesimo & in forma vicariatus, numero 110. & in regula decimatertia Cancella. verb. aut vicarios perpetuos.* Gambarus *de officio legati. libr. secundo à numero 363.* Flamin. Paris. *dict. quæstion. vltima, numero trigesimo.* & Sbrocius *de vicario Episcopi, libr. primo quæstion. quinquagesimosecundo numero quarto & vigesimoquinto.*

1 Quamuis contrarium † tenuerit Rota *decis. 5. de concess. præbendæ in antiq. ior.* & Staphil. *de literis gratiæ. tit. de modis vacationis. §. resignationis modus. numero* 21. dicentes, quod compilatores *libro sexto* erra-
11 uerunt in reddenda ratione *d. §. prohibemus*, quæ † responsio est contra textum, *in proœmio sexto.* vt inquiunt Domin. & Franc. *supra* & Gambarus *numero* 366.

12 In permutatione tamen †, quam partes facere desiderant, ex quo in ea collatio est necessaria, & debita compermutantibus, posset procedere opinio Rotæ *dict. decisio. 5. de concess. præbendæ.* & Staphil. maxime quando esset de beneficiis diuersarum diœcesum, Puteus *decis. 76. libro tertio, gloss. in cap. vnico. de rerum permutat. in 6. verb. collationem. versic. in 2. communiter approbata*, vt infra *sequenti par. capite quarto, num.* 65. & fauet Villadiego *de legato, quæstion. 9. 1. p. num.* 98.

13 Diuisim autem bene potest † concedi facultas admittendi resignationem, & postea illa admissa facultas conferendi. glossa, Franchus, & alij *supra*, & Rota *d. decisio. 5. de officio vicarij in nouis in additione. num.* 10. Sbrocius *d. q. 52. n. 28. & q. 53. nu. 7.* fauet Villadiego *supra.*

14 Similiter etiam † non potest constitui procurator in specie ad præsentandum ad beneficium vacaturũ, Rebuff. *sup.* & Lamber. etiam *sup. & 4. q. art. 1. 2. & 3.* & Cassad. *decis. 5. de iure patr.* Mando. ad Lapum *allegat. 8. litera N.*

15 Quod procedit † non solum in beneficiis vacaturis per mortem, sed etiam per renuntiationem, vel aliàs ex *d. §.* prohibemus, quamuis contra teneat Läber. *d. ar. 2. n.* 6.

16 Sed limitatur primo, nisi persona † sit Illustris, quod procederet tantum in Episcopo, intellexerunt domini in vna Burgi sancti sepulchri, coram Achille 1555. vt apud Verallum *lib. 1. decision. 377. in manuscr.* Lamber. *d. qu. 4. artic. 2. numero 7. & 7. qu. art. 24. numero* 13. per textum *in cap. significasti. de iure pat.* secundum vnum intellectum, de quo per D d. *ibi.* Sed
17 † iste intellectus non conuenit illi textui, vt patet ex verbis, ibi, *Pro Ecclesiis sibi commissis adepti fuerint*, vt recte aduertit Lambert. *d. n.* 13. qui plures intellectus affert ad illum textum, vnde mihi non placet ista limitatio.

38 Secundo limitatur, nisi ex iusta † causa patronus haberet se absentare in longinquas partes, quia tunc poterit authoritate ordinarij interueniente aliquem ponere loco sui, vt præsentet ad vacatura, vt cum Corseto tradit Lambert. *d. q. 4. articulo 2. numero* 3.

19 Tertio limitatur, vt † non procedat, quando daretur potestas præsentandi in genere, Abbas *in d. cap. fin. num.* 6. Probus ad Monach. *in c. 1. de offic. vicar. in 6. numero* 9. & Lamber. *dicta quæstione quarta, artic.* 3.

20 Quarto limitatur, vt † non procedat in procuratore, seu administratore generali negotiorum patroni, ex iusta causa absentiæ constituto ante vacationem beneficij, cui præsentationem committeret, nam tunc valeret datio procuratoris, etiam quod vnicam præsentationem haberet, Ioann Andreas in cap. fin. Pauin. *de officio & potestate Capituli sede vacante. 2. par. q. 5.* Rebuff. *in forma vicariatus. num. 13. & 71.* Probus *supra*, & Lambert *supra dict. artic. 3. & 8. q. artic. 9. numero* 4. & fuit resolutum in d. Pampilonen. beneficij de Vgarte 13 Februarij 1595. coram
21 Dom. Iusto. Nempe † *præsentationem factam per procuratorem, seu administratorem generalem patroni datum ante vacationem beneficij sustineri, præsertim ex iusta causa ratione longæ absentiæ, vt per Ioann. Andream*, n. 3. in fin. *Imolam, Anto. & alios* in d. c. fin. de concess. præbendæ. *Millis* verb. patronus potest. *& Lanber.* supra, &c.

Quod tamen secus esset, si † essent nominatæ per- 22
sonæ præsentandæ, vt fuit resolutum in alia Pampilonen. parochialis de Licaroz, 17. Maij 1595 coram D. Orano.

Et de impetrante seu obtinente † beneficium vi- 23
uentis, vide textum, & ibi Doctores *in cap. primo de concess. præbendæ.* Rebuff. *in praxi, titul. de reprobata beneficiorum viuentium impetratione.* Corras. *dict. cap. septimo. num. 2. & 3.* Rofin. *de beneficiis. cap. 9.* Bernard. Diaz *in praxi crimin. Canon. cap. 50.* & ibi Salcedum ibi late de hoc, & in regula Cancellariæ, *de non impetrando beneficia per obitum viuentis.* & ibi glossatorem, Soto, & Rebuffum, ac Sarnen. qui eam per septem quæstiones tractat, & Mandosium, qui per duodecim, & P. Gregorium *de beneficiis, capitulo 32. numero* 2.

Ait tamen † Corras. *d. c. 7. nu. 4* quod cum impro- 24
babile votum captandæ mortis verisimiliter in collegio cesset, quando soleant negligi, quæ communiter possidentur, *l. 2. C. quando & quibus. 4. pars debeat. libro* 10. & nemini datum censeatur, quod vniuersitati conceditur viuentis beneficium ei conferri posse proditum est, *c. cum venisset.* vbi glossa, & Panorm. *de rest. spoliat.*

Rebuffus † vero *in dict. proœmio, verb. fati.* aut et- 25
iam Collegio, vel Capitulo non posse conferri in titulum beneficium viuentis, secus si in proprietatem, id est, per vnionem, per quam non confertur Ecclesia, vt titulus, sed conceditur, tanquam proprietas, P. de Perusio *de vnione, cap. 4. num. 32.* Et † idem quo 26
possit vniri absque præiudicio possidentis, dicit *in praxi, d. titul. de reprobata beneficiorum viuentium impetratione. num. 56 & 57.* quia *licet forte*, inquit, *omnes de collegio desiderabunt mortem possessoris, tamen quia per vnionem non fit præiudicium viuenti, ideo vnio valet.*

Sed ego non video, † quomodo Collegio, vel Ca- 27
pitulo possit conferri beneficium in titulum, etiamsi non sit viuentis, sed solum concedi in proprietate per vnionem, de qua loquitur textus, & gloss. *in d. c. cum venisset.* & Abbas *ibi, n.* 10. Et sic etiam erit intelligendus Corras. iuxta textum, & authores quos citat. Nam † collatio, seu resignatio facta in fauorem 28
Capituli, vel Collegij vnioni æquipollet, cum talis beneficij collati, seu resignati vlterius vacatio contingere non soleat, Mandos. *de signatura gratiæ. tit. de vnio. versic. idem fit.* & Flam. Paris. *de resignat. beneficio. lib. 4. q.* 10.

Rursus existimo vnionem † posse fieri de bene- 29
ficio viuentis, non solum Collegio, vel Capitulo in quo procedit ratio, quam ex glossa, & Panorm. assignat Corras. sed etiam dignitati, aut beneficio alicuius personæ particularis. In qua licet videatur posse cadere votum captandæ mortis, tamen in vnione, in qua concessio non fit ipsi particulari personæ, sed eius dignitati, vel beneficio, non consideratur ista ratio. Et † textus *in d. c. 1. 2. & 3. de concess.* 30
præbenda, cum alias, loquuntur de collatione respectu tituli.

Verum cum † vacat beneficium, non solum con- 31
ferri, sed etiam promitti recte potest *d. c. 2.* ibi, *An-*

tequam

tequam vacent,& promissum debetur, licet affectum non sit, sed valeat collatio alteri facta, *c. si soli. de conc. præbendæ. in 6.* Abbas *in d. cap. 2. numer. 2.* Rebuff. *d. verb. fati. versic. quod verum est, quando promissio valeret.* qui erit videndus, Corras. *d. c. 7. numero 6.* & Rochus *de iure patron. verb. honorificum, quæst. 36.* Qui
32 † ex hoc ait, quod patronus qui promisit alicui eum præsentare ad beneficium vacans, licet possit variare, tenetur etiam illum præsentare, quia talis
33 promissio de præsentando obligat.

Contra quem † tamen tenet Lamber. *2. par. 2. li. quæst. 7. art. 15.* dicens huiusmodi promissionem esse nullam, quia sapit simoniam, & quia videretur acceptasse præsentationem antequam præsentaretur. Sed hæ rationes Lãb. non videntur bonæ, nec veræ.
34 Pater Gabriel Vazquez † Societatis Iesu in materia de beneficiis dicebat, promissionem de beneficio iam vacante obligare, si is cui fit, sit benemeritus, dum tamen alius nõ sit magis benemeritus, nam tunc esset contra iustitiam.
35 Mihi vero satis † probabile videtur promissionem etiam de beneficio vacante, licet iure non sit prohibita, nunquam tamen obligare, ex eo quod in beneficiorum prouisione debet esse libertas, vt Ecclesiis melius possit prouideri, maxime cum collator non sit dominus, sed administrator, & dispensator bene-
36 ficiorum. Nec obstat textus *in d. c. 2. & in d. cap. fin. de conc. præbend.* à contrario sensu, quia ex eis solũ potest colligi promissionem istam de beneficio vacante, non esse iure inhibitam, non tamen colligitur eam esse obligatoriam.

Conferri autem beneficium † potest, simulatque
37 beneficiatus mortuus est, vel aliàs vacat, ab ordinario etiam ignorante mortem, seu vacationem, & sub conditione si vacat, Corrasius *s. n. 7.* & diximus *8 par. c. 2. à n. 4.*
38 Et cum per obitum vacat † beneficium, conferri potest, nondum etiam humato, seu sepulto corpore defuncti, glossa *in c. bona. 2. de elect. verb. tractatum.* & ibi Abbas *num. 11.* qui ait, Innocentium Compostell. Ioan. Andream, & communiter Dd. sequentes tenere opinionem glossę, scilicet non esse necessariam ad electionẽ exspectare sepulturam prælati, licet id sit honestum, ex *c. nullus. 2. 79 distin.* quod etiam tenet Bertachi. *de Episcopo. 1. par. 1. lib. 3. quæst.* P. de Baisio *in directorio electionum, cap. 2. 3. par.* Matthæus Bois *Miscell. in materia electionis. §. quando tempus currat.* Ripa *lib. 2. respons. 13. n. 4.* Lamber. *2. p. 2. lib. quæst. 2. ar. 1.* vbi ait, id multo magis procedere in præsentatione, & videtur tenere Cuchus *in inst. maior. lib. 4. tit. 1. n. 20.*
39 Et quidquid sit † in electione prælati, de qua loquitur textus *in d. cap. nullus, & in d. cap. bonæ.* ex quibus eam non posse fieri, ante quam mortuus sit traditus sepulturæ, tenent Maiolus *de irregul. lib. 4. c. 35. num. 6.* & Fr. Manu. Rodrig. *quæst. regul. tom. 2. qu. 53. art. 13.* pro qua sententia satis reuera vrgent illa iura maxime *d. c. bonæ.* non vt electio sit nulla ipso iure,
40 sed cassanda. In † collatione tamẽ certũ videtur, nõ esse opus exspectare sepulturã defuncti, quia est diuersa ratio, quãuis etiã in collatione contra teneat, ex *d. iuribus.* Corras. *d. cap. 7. numero 7.* & Duarenus *de benef. lib. 6. cap. 1.* ait, fuisse quorundam opinionem, ne mortuo quidem beneficiario posse beneficium dari, antequam demortui cadauer sepulturæ traditum fuerit, *d. c. bonæ. 2.* hoc tamen vsque quaque receptum non esse.
41 Difficultas est, an beneficium † quod vacat de iure, licet non de facto, quia aliquis est in possessione, seu intrusus, recte conferri possit. Et † posse conferri, docent Rota *decis. 9. de iure patro. in antiquis.* Lapus *allegatione* 16. vbi Mandos. *add. 1.* dicens, veram & communem conclusionem Felin. *in cap. caterum, de rescrip. numero 24.* Rebuff. *in praxi, tit. requisita ad collationem. num. 60. & de prohibita beneficiorum viuẽtium impetratione. num. 47. &* 48. Rochus *verb. honorificum, numero 86.* Lamber. *1. par. 2. lib. quæst. 6. articul. 9.* Corras. *d. cap. 7. num. 4.* Duaren. *dict. li. 6. cap. 1.* & Hoieda *de incompatib. benef. c. 4. à n. 7. & c. 13. nu. 60.* & posthæc Gonçal. *ad reg. mensium. gl. 15. §. 1. à n. 39.* 42

Quod procedit, quando possessio est † euidenter
43 inita, aut eius color cassatur à iure, vt in terminis *cap. licet Episcopus, de præbend. in 6. per cap. de multa. eod. titul.* Secus † vero vbi possessio est colorata, &
44 color non est cassatus à iure, vel ab homine, nam tũc colorata possessio alterius ante cassationem reddit inualidam collationem alteri factam. Et † attenditur ista inualiditas, etiam in collatione ordinarij
45 ex defectu potestatis, ne videatur conferre beneficiũ viuentis, & non ratione surreptionis, quæ non cadit in ordinario, ita Abbas *nu. 19.* post Butrium *in capit. cum nostris. de concessione præbendæ,* & Imol. *ibi,* Francus *in dict. capit. licet Episcopus. numero secundo.* & videntur tenere Felin. *in cap. in nostra. de rescrip. cor. vigesimanona* & Selua *tertia parte, quæstione duodecima, decimatertia qualitate, num. decimonono, seu* 58.

Contrarium tamen, † scilicet, quod valeat collatio facta ab ordinario de beneficio vacante de iure,
46 non obstante colorata possessione alterius, ex quo in eo non datur surreptio, vt supra dictum est *8. par. cap. 3. numer. 3.* quæ solum consideratur in proposito, tenet Calder. Hostien. & Ioan. And. *in dict. cap. cum nostris.* Menoch. *de arbitrar. lib. 2. casu 201. numero 152.* Flamin. Paris. *de resigna. lib. 8. quæst. 9. numero 69.* Et idem videtur tenere Gambarus *de offic. legati. li. 3. numero 511.* iuncto *numero 566.* & Gregor. Lopez *in l. 10. titul. 16. par. 1. gl. fin.* ibi, *Aliàs autem conferri potest.* Et † hoc etiam tenet Cosmas *inpragmatica sanctione. titul. de pacificis possessoribus ad fin. verb. prouideatur.* nisi collatio fiat post triennalem pacificam possessionem, cum titulo colorato declaratione non præcedente, ex illo textu, & regula, quod etiam ait Francisc. Marcus *decis. 141. par. 2. numero primo & decimo,* & videtur sentire Lapus *d. allegatione decima sexta.* ibi, *Quia ibi literæ fuerant surreptitiæ, &c.* 47

In prouisione † autem Papæ, vel legati, in quibus cadit surreptio, vt dictum est *d. 8. par. c. 3. num. 3* facienda est mentio de colorata alterius possessione, aliàs est surreptitia, & nulla *d. c. cum nostris* & ibi DD. Felin. *in d. cap. in nostra. cor. 36.* Selua *3. par. quæst. 11. 20. qualitate. num. 34. seu* 102. Beroius *in cap. super literis de rescrip. numero 72. vers. 17.* & Menoch. *d. casu 201. n. 139.* 48

Quæ conclusio limitatur primo †, vt non procedat in prouisione facta motu proprio, qui excludit
49 surreptionem, vt post Chalder. *consil. 13. de rescrip. & in d. c. cum nostris.* docent Felin. *dict. cor. 36. numer. 35.* Selua *supra num. 37. seu* 115. & Menoch. *numero* 142. Quamuis † contrarium teneant Imola, Butrius, &
50 Abbas. *n. 19. in d. c. cum nostris.* ex eo quod in proposito adsit in Papa defectus intentionis, qui non tollitur motu proprio.

Secundo limitatur † seu declaratur, vt non procedat in possessione beneficij, generaliter, vel specialiter reseruati, ex prouisione inferioris à Papa, nam il-
51

la possessio non est colorata, nec considerabilis, sed caret omni effectu, & iuris adminiculo, vt dictum est *supra 5. par. cap. 1. à nu. 427. & cap. 5. à nu. 21.* Imola *in d. cap. cum nostris.* Felin. *numero trigesimotertio* Selua 35. *seu* 105. & Menoch. 147. *vbi supra.* Lapus *d. alleg. 16. numero secundo* & ibi Mandos. *litera E.*

52 Vnde non est verum, quod † aiunt Felin. *ibi nu. trigesimosexto* & Selua *numero* 36. quod si possessio fuisset accepta ignoranter contra reseruationem, & decretum Papæ, qui prius reseruasset beneficium, esset facienda mentio de eo, cuius contrarium videtur tenere Menoch. *sup. n.* 144.

Impetrans † tamen beneficium, tunc per annum
53 pacifice possessum debet facere mentionem de possione illius, &c. ex regula de annali (cui tamen quoad istam primam partem solet derogari,) quæ ha-
54 bet † locum etiam in beneficiis reseruatis, non solum specialiter, sed etiam generaliter, quia regula indistincte loquitur, & est fauorabilis, & militat eadem ratio in proposito, vt per Mandos. *d. reg. de annali. quæst. 15. in 3. opinione.* Quamuis tempore Gregorij XI. solum loquerentur de beneficio specialiter reseruato, vt per Rotam *decision. 78. de rescr. in antiquis.* & ita tenendum est, quidquid teneant Felin. *supra num. 33.* & Selua *dicto numer. 35.* Cassad. *dec. 14. numero 9. super regulis.* & Sarnen. *dict. reg. de annali. quæst. 23.* & ita fuit resolutum per Rotam in vna Calciaten. scholastriæ 16. Maij 1588. coram D. Plato, & in vna Cracouien. canonicatus, 24. Ianuarij
55 1594. coram D. Seraphino. *In † qua domini dixerunt, Quod regula de annali contentatur sola detentatione de facto etiam sine titulo, Cassadorus* dict. decis. 14. nu. 9. & 10. *& habet locum in omni modo vacandi. Cassad.* dec. 15. super regulis. *etiãsi ex persona alterius, quam annalis possessoris vacet. Sarn.* de annali, quæst. 34. *& licet beneficium sit reseruatum, tamen intrusus potest dare de regula, quicquid teneat Felin.* dicto num. 35. *Cassad. d. deci. 14. n. 9.* Sarnen. *q. 23.* & Rota Colonien. canonicatus, coram Do. Verallo 29. Maij 1570. quia fuit ab ista opinione recessum per Rotam in d. Calciat. Et post hæc tradit Gonçalez *& gl. 31. n. 26.* dicens nouissime fuisse resolutum in vna Seguntina canonicatus 28 Maj 1603 coram D. Lita.

Tertio limitatur, vt non † procedat stante clau-
56 sula *in supplicatione, ac dicti N. & aliorum, quorumcunque concessiones, prouisiones, & possessiones habeantur pro expressis, &c.* Rota in Colonien. canonicatus inf. adducta, *n.* 74. Et † idem videtur stante clausula,
57 *Ac d. N. & aliorum quorumcumque concessiones, prouisiones, aliaq; iura habeantur pro expressis*, seu clausula, *Ac d. N. & aliorum quorumcunque iura, prouisiones, &c. habeantur pro expressis*, nam sub verbo *iura*, videtur *possessio* venire.

58 Quarto limitatur, vt non procedat, † quando in rescripto est clausula, vocatis vocandis, quæ operatur expressionem coloratæ possessionis, cum per eã citandus sit possessor, ita Felin. *d. cor. 36. numero trigesimosecundo*, Selua *dict. numero trigesimoquarto seu* 103. & Menoch. *numer.* 140. *vbi supra* post Cardi. *cons.* 93.

59 Et † dicit Menoch. *ibi*, quod scribunt relati omnes clausulam hanc, vocatis vocandis, solum in scriptis executoriis apponi consueuisse, quod nunc non declarat.

Sed ego non video † quod id relati dicant, & si
60 in literis executoriis apponerentur, esset difficultas, de qua aliàs infra 6. *limitatione*, imo d. clausula *vocatis vocandis*, non solet poni in literis beneficialibus, nec in gratiosis, nec in executoriis solum quando exprimitur detentor, seu intrusus in supplicatione datur mandatum de prouidendo, committendo collationem, cum clausula, *vocato possessore, &c.* & cum detentor, seu intrusus, exprimitur in literis tantum, & non in supplicatione, prouisio fit in forma gratiosa, si impetrans habet approbationem, & in executione dicitur, quod citetur possessori, &c. 61

Quinto limitatur, † vt non procedat, quando in rescripto est clausula, dummodo non sit alteri ius quæsitum, ita citati *limitatione præcedent.* & Fel. *in capitul. super literis, n. vndecimo, de rescriptis*, & Gonçalez *dict. glossa decimaquinta, §. primo, n. sexagesimo septimo.* & Rota in dict. Colonien. canonicatus infra adducta. 62

Quæ † clausula, *vt videmus*, ponitur in omnibus literis, de beneficiis non reseruatis, ac etiam in literis, de beneficiis reseruatis; quando exprimitur detentor, seu intrusus, Hiero. Paulus *in pract. Chancel. in notab. super vacantibus nõ reseruatis. versic. clausula, aliàs ius quæsitum.* Sarnen. *in reg. de non tollend. iure quæsito. quæstion. 1. in princip.* 63 Et † ratio huius limitationis est, nam ista clausula tollit omnem surreptionem quæ posset allegari à tertio prætendente rescriptum esse sibi præiudiciale, & non est opus alia mentione suæ coloratæ possessionis, ex quo per illam clausulam præseruatur ei ius in beneficio quæsitum, & conceditur gratia sub conditione, vt tunc tantum procedat, quando per eam non præiudicatur iuri quæsito, vt per 64
Cardi. *d. cons.* 93. & Felin. *d. n.* 11. Quamuis † d. clausula non suspendat gratiam, & sic non est aliàs iustificanda, Achilles *decis.* 18. *num.* 2. *de probation.* & Rota in d. Colonien. 65

Et de d. clausula † dummodo non sit alteri ius quæsitum, vide dicta supra 4. *part. capit. 3. à numero* 19. 66

Sexto limitatur, vt non procedat, quando in literis est clausula *amoto quolibet detentore*, nam satis videtur facta mentio de possessione colorata per istam clausulam, quæ habet vim expressionis illius, ita Rota *decision. 38. & 69. de rescript. in antiquis.* quæ ait, quod hodie propter dictam clausulam, quæ ponitur in bullis, non est ne cessaria mentio coloratæ possessionis, & Ioann. Andreas, Cardin. Imola, Butrius, & Abbas *numero. 21. in dict. cap. cum nostris.* idem Cardi. *consil. 31.* Domin. *in cap. nemo. de election. in 6.* Felin. *dict. cor. 36. numero 32.* Selua *dict. numero 34. seu 104.* Staphil. *tit. de vi & effectu clausularum. §. de clausula amoto, quolibet detentore.* Rebuffus *in praxi in forma & declaratione nouæ prouisionis. verb. amoto, exinde, & in concord. in forma literarum executor. verb. contradictores*, Menoch. *ñ. 141.* & nouissime Rota in d. Colon. canonicatus, Gonçalez *supra nu. 68.* 67

Sed hæc limitatio procedit, quando ista clausula poneretur in literis gratiosis, secus si in literis executoriis, vel in executione gratiæ, id est, intra clausulas executorias, (prout hodie consueuit poni, (ex *clement. prima in fine. de præbend.* vbi verba, posita in executione non augent dispositionem, Lapus *allegat. numero quinto & sexto* vbi Mando. *litera N. & litera B.* Calder. *cons. 25. de præbend.* Cardin. Imola. Butrius, & Abbas *vbi supra.* Domin. *cons. octuagesimosexto* Staphil. Rebuff. & Meno. *ibi.* Et † facit quod di-
cunt Imola in dict. clemen. prima quod tales clausulæ executoriæ apponuntur in Cancellaria, præ-

ria, præter intentionem Papæ, qui non exprimit, nisi dispositiua fundantia gratiam, ergo solum illa excludunt surreptionem, non alia. Et† est notandum, quod isti authores, excepto Rebuffo, parificant, quod illa clausula ponatur in executione gratiæ, id est, inter clausulas executiuas, vel in literis executoriis separatis, vt per Felin. *in capit. licet numero septimo de offic. ordinarij.* Rebuffus vero, *dicto verbo amoto*, facit differentiam inter ista, nam dicit dictam limitationem procedere, quando ista clausula apposita sit in literis principalibus gratiæ, licet inter clausulas executiuas, vt ibi in forma nouæ prouisionis, quam ponit, & declarat, secus si tantum in literis executoriis separatis, in quo Rebuffus non loquitur consequenter, nam in vtroque casu eadem est ratio.

70 Bart. tamen, Zauarella † nepos, Cardinalis, quem refert & sequitur Fel. *d. cor. 36. n. 32.* & Selua *d. n. 34. in suo cons. 8.* tenet contra istam limitationem & considerationem, dicens, non esse veram, quia stylus Curiæ non habet, nec vnquam habuit talem clausulam apponi in literis gratiosis, nec illis conuenire potest, cum illæ simpliciter dirigantur ad eum, cui fit gratia, sed talis clausula solum conuenit, & apponitur literis, seu clausulis executoriis, vt *in cap. proposuit. de conces. præben. & cap. cum vniuersor. de rer. permut.* ideo concludit simpliciter tenendum, quod d. clausula posita in literis executoriis operatur mentionem coloratæ possessionis, quando literæ gratiosæ, & executoriæ sunt simul factæ, id est sub eadem data, vt solet, & quod dicta consideratio forte procedere posset, vbi literæ executoriæ fuissent factæ ex interuallo post gratiosas. Quæ sententia mihi placebat, & ita plane videtur tenere, Rota *supra.* & in d. Colonien. infra adducta *ad fin.*

71 Nec obstat *d. clem. 1. in fin.* quia in proposito non agitur de augenda dispositione, sed de excludenda surreptione, quæ recte excluditur per clausulas in executione, seu in literis executoriis positas, ex quo per illas constat de scientia Papæ, & eius intentione, Felin. *in cap. nonnulli. de rescr. n. 27.* Ias. *in l. ex pupillari. ff. de vulgari. n. 2.* Surd. *de alimen. tit. 2. q. 1. n. 18. & alij.*

72 Nec obstat † dictum Imolæ *ibi*, quia verius est tales clausulas executiuas, apponi ex intentione, ordine, & commissione Papæ, vt placet, maxime quia semper in supplicationib. dicitur, cum clausulis op-
73 portunis. Sed † nihilominus tenenda videtur d. sublimitatio, & communis sententia, quæ plane probatur ex *d. clem. 1. in prin. de præb.* vbi per clausulam in executione positam non excluditur surreptio. Gonçalez *glos. 9. in annotat. numero 243.* & de d. clausula amoto, vide *d. sup. 6. par. cap. 3. à num. 48.* & Mandos. *d. lit. O.*

74 Et dict. decisio Colonien. † canonicatus 20. Maij 1602. coram D. Pamphilio post hæc scripta visa, sic se habet, *Fuit resolutum in gratiam nouæ prouisionis Ioannis esse iustificatam, vacationem enim canonicatus, de mense Septem. extra Romanam Curiam per obitū Christophori fatetur Enriquez qui & ipse in sua prouisione mittitur eadem vacatione, Ægidius* decis. 595. *& insuper in instrumento adeptæ possessionis fatetur obitum Christophori de mense Septem. Ægid.* decis. 263. *& in commissione causæ narrat obiisse extra, Curius.* l. cum pretium. C. de lib. caus. *quod de huiusmodi canonicatu sic vacante fuerit ipse Ioan. prouisus ab Archiep. Colonien. in vim indulti, iustificatur ex literis ipsius Archiepiscopi cum eius subscriptione & sigillo, quæ probant prouisionem. Rota* dec. 16. de probat. in antiq. *Fel.* in c. post cession. sub n. 3. *infra.* & n. 15. co. tit. *præsertim ad effectum verificationis prouisionis narratæ, quam sufficit iustificare de facto. Ægid.* decis. 16. in fin. *Crescen.* decis. 154. *aliàs* de præbend. *Caputaquen.* decis. 407. part. 2. *habilitates Ioannis iustificantur ex eo, quod Papa in sua gratia attestatur illum fuisse examinatum ab examinatoribus deputatis in vrbe, & idoneum repertum fuisse, vltra quod adsunt testes, qui deponunt de eius idoneitate, & publica voce & fama, & communi reputatione, & probant habilitatem impetrantis. Rota* in ant. decis. 114. Moheda. 128. in fi. cum vulgar. *Clericatus Ioannis probatur ex eisdem testibus, qui viderunt ipsum incessisse in habitu, & cum tonsura, & deponunt de clericatu ex communi reputatione, quæ sufficit, vt in supra allegatis decisionibus. cessat difficultas ex susceptione minorum ordinum, & presbyteratus in vrbe, vt patet ex literis illustrissimi vicarij, quæ probant etiam clericatum, cum non soleat vicarius sequentes ordines conferre, nisi sibi prius constet de præcedentibus, Innocentius* in cap. 1. in verb. inferioribus, num. 3 *& ibi Ioann. Andreas, & Butrius* numero 17. de clericis peregrin. *Abbas* in capit. nisi. in 1. notab. de præbend. *Felin.* in c. vnico, sub nu. 2. de litis contest. *Familiaritas bonæ memoriæ Cardinalis Madrity probatur ex attestatione eiusdem vicarij vrbis in literis promotionis ad ordines, in quibus etiam dicitur illum esse clericum Colonien. & coadiuuatur ex eisdem testibus, qui dicunt vidisse illum inseruire prædicto Cardinali, & hoc sufficit ad iustificandam familiaritatem narratam, cum de ea non agatur ad effectum reseruationis, vt pluries fuit decisum. Valor canonicatus, quod non excedat 24. non eget alia iustificatione, quia fructus canonicatus Germaniæ, qui consistunt in distributionibus & ex eis non soluitur annata, semper habent exprimi ad hanc summam, Sarnen.* super reg. de valore. q. 8. sub numer. 5. *Rebuff.* in forma nouæ prouisionis, verb. cuius & illi forsan. & in 3. par. signaturæ, verb. nec non verus valor. num. 4. & 7. & super reg. de vnio. gl. 5. & 7. *& fuit resolutum coram me in causa Leodien. canonicatus 9. Decemb. 1589. & sæpius pluribus aliis, & hanc consuetudinem ita exprimendi valorem in his canonicatibus notoriam esse asserunt etiam testes in causa examinati super 8. art. De valore obtentorum satis constat, quantum enim ad canonicatum, & præbendam Sanctorum Cassei, & Florentis in oppido Bomien. diœcesis Colonien. quod non excedat 24. satis iustificatur, ex supra dictis. Valor autem Præposituræ S. Stephani, Moguntin. probatur ex eisdem testibus super 8. qui dicentes articulum verum probant omnia contenta in art. & sic quod habet exprimi in hac summa, quod non excedit 24. Bart.* in leg. Labeo. num. 8. ff. de suppellectili legata. *Bal.* in repetit. *l. de quibus, nu. 40. vers. sed quid. ff. de legib. Felin.* in cap. auditis, numero 24. circa finem. vers. vnde si in capitulo. de præscript. *& iste etiam valor comprobatur ex impetratione prædecessoris, & notissimum est in iustificatione valoris obtentorum admitti qualemqualem probationem. Ægid.* 674. *Puteus* 29. libro primo, *Cota* 198 *etiamsi sit minor quam semiplena, vt de vnico teste de fama cum adminiculo tradit Ægid.* decision. 683. cum aliis allegatis. *Non obstant deducta contra gratiam Ioannis, quod enim non fiat in ea mentio prouisionis ordinarij ad fauorem Enrici, & eius possessionis, & inde secutorum, iuxta* capit. cum nostris. de conces. præbend. *Non obstat stante clausula, de qua in supplicatione de dict. defuncti, & aliorum quorumcunque prouisiones, concessiones, institutiones, collationes, & possessiones, pro expressis habendo, quæ operatur indiuiduam omnium expressionem,* iuxta consilium *Butrij 2. aliàs*

49. *sæpius à Rota approbatum. Tollitur etiam iste defectus ex aliis clausulis, nempe*, amoto quolibet illicito detentore, *quæ posita in eadem gratia habet vim expressionis coloratæ possessionis.* cap. proposuit. de concess. præbend. *Ioann. Andreas* in d. cap. cum nostris. in gl. penult. *Rota* decis. 38. & 69. de rescript. in antiquis. *Felin.* in c. in nostra. 36. cor. vers. 2. nota. de rescript. *Rebuff.* in forma nouæ prouisionis verb. amoto. nu. 1. *& insuper adest alia clausula*, dummodo non sit alteri ius quæsitum, *per quam excusatur gratia à vitio surreptionis, propter ius, vel possessionem alterius, quod per hanc clausulam censetur præseruatum. Cardi.* cons. 92. n. 4. *Felin.* d. c. in nostra. d. 36. cor. vers. 1. nota. & in c. super literis. n. 11. eodem tit. de rescrip. *Selua* de benef. par. 3. q. 11. n. 103. *Non obstat, quod dicitur non fuisse iustificatam hanc clausulam*, dummodo tempore datæ non sit alteri ius quæsitum, *quia non est alias iustificanda, cum non suspendat gratiam. Achilles* dec. 18. n. 2. in fine. de probatio. *per eam enim præseruatur tantum ius alteri competens, de quo non docet Enricus, qui solum nititur collatione sibi facta vigore expectatiuæ ab ordinario emanatæ, quæ non suffragatur, cum concedi non posset ab inferiore à Papa*, c. nulla. c. relatum. cap. ex tenore. & cap. constitutus. de concess. præb. *& sit etiam prohibita, ex Concil. Triden.* sess. 24. c. 19. *& consequenter videtur quoque exclusa ab indulto, quod remouet tantum obstacula, & vult, vt collationes fiant secundum sacros Canones, & decreta Concilij Trident. Quod dicitur in hac prouisione non fuisse factam mentionem litis inter Ioann. & Enricum, tollitur ex clausula, etiam inter aliquos lis*, cuius statum, &c. *pendeat indecisa, per quam dicitur facta sufficiens mentio litis, & sic ita vt Papa intellexerit litem eo modo, quo pendebat, Rota* dec. 20. de rescrip. in nouis. *Gemin.* cons. 120. n. 6. & sequen. *Puteus* dec. 2. de rescrip. *Achilles* dec. 9. eodem tit. *& fuit dictum coram me in causa Mediolanen. Capellæ de Valdarno, 3. Iulij, 1595. Non obstat, quod in supplicatione Ioannis dicatur tempus octo mensium ad obtinendam nouam prouisionem, nondum fuisse elapsum, cuius contrarium dicitur in literis, quia fuit expedita alia supplicatio cum expressione, quod tempus erat elapsum, & hæc concordat cum literis, quæ super ista fuerunt expeditæ.*

CAP. II.

De tempore, intra quod debet de beneficiis prouideri.

SVMMARIA.

De beneficiis debet prouideri infra sex menses, n. 1. *Quod habet locum non solum in collatione, sed etiam in electione.* n. 2. *Nisi sit cathedralis, vel regularis Ecclesia, quæ vltra tres menses prælato vacare non debet.* num. 3. *Quod intelligitur respectu principalis prælati perpetui.* num. 4. *In cæteris autem Ecclesiarum sæcularium prælaturis, ac in dignitatibus, & aliis beneficiis, in quibuslibet Ecclesiis constitutis, habet locum semestre.* n. 5.

Secundo habet locum in præsentatione, nisi sint patroni laici tantum, qui solum habent quadrimestre. numero 6.

Tertio habet locum in prouisione parochialium, etiam stante Concil. quando earum collatio ad Episcopos spectat, licet quando ad Papam aut alios spectat, debeant infra quatuor menses personam magis idoneam præ-

uio concursu eligere, & electam illis significare. numero 7.

Quarto habet locum, etiam in hospitalibus, quæ conferuntur in titulum beneficij. n. 8. *& quod dicunt Dd. quod non est tempus statutum ad conferendum hospitalia, accipitur de hospitalibus, quæ non conferuntur in titulum beneficij.* n. 9.

Quinto, habet locum in habente à Papa indultum conferendi beneficia reseruata, licet prouideat virtute indulti, alias prouisio deuoluetur ad Papam, n. 10. *Licet secus sit in executore Papæ, qui Papæ vice fungitur*, n. 11. *Papæ etenim nullus terminus est præfixus, contra Paulum de Citadinis.* n. 12. & 13.

Amissum tempus currat legato, & nuntio remissiue, numero 14.

Dicti sex menses dati ad conferendum sunt à tempore scientiæ vacationis numerandi. n. 15. *Nam dantur in odium negligentis*, n. 16. *Et sic etiam non currunt impedito, siue fuerit impedimentum iuris, siue facti*, n. 17. *Et in tempore impedimenti computatur tempus suspensionis, & peregrinationis pro absolutione obtinenda, &c.* n. 18.

Durante lite super iure conferendi, seu eligendi, non currit tempus, licet secus sit in patronis, n. 19.

Quod necessario requiratur notitia vacationis, vt currat tempus ad conferendum, &c. adducitur resolutio Rotæ, n. 20.

Tempus sex mensium datum ordinariis ad conferendum parochiales ad eorum collationem spectantes per bullam Pij V. quæ dicit à die vacationis, intelligitur à die vacationis notæ, quamuis Episcopus nondum accepisset possessionem Episcopatus, cum per ipsum stetisset, ex Rota in decisionibus positis, à num. 21. *Ex quibus conuincitur sententia Flores docentis semestre dictum in dicta bulla currere à die vacationis, etiam ignorantibus*, n. 25. *& quædam doctrina Rebuffi*, numero 26.

Sex menses numerandi sunt à tempore scientiæ, vel à tempore, quo scire potuit, & debuit collator, vt Episcopus qui tenetur visitare singulis annis, numero 27. & seqq. *vbi adducuntur resolutiones Rotæ. Oportet enim, quod ignorantia Episcopi non sit supina*, numero 30.

Et debet intelligi de notitia vera, vel præsumpta vacationis, quæ determinari debet per iudicem considerata qualitate beneficij, modo vacationis, & longitudine temporis illius, distantia locorum, & fama, n. 31. & n. 32. & 33. *ponuntur resolutiones Rotæ.*

Patronis tempus datum ad præsentandum, siue à iure, siue à fundatore, currit non à die vacationis, vt tenuit Rota antiqua, & alij, sed à die notitiæ vacationis, à n. 34. *& adducuntur resolutiones Rotæ*, numero 36. & 37.

Sufficit contra patronum scientia præsumpta, nec id negant, qui dicunt non sufficere scientiam interpretatiuam, num. 38. *& ad decisiones Putei, & Mohedam in contrarium citatis, respondetur, quod in proposito non agitur de omissione, vel priuatione iuris conferendi, vel præsentandi absolute, sed solum pro ea vice, quod non est maximi præiudicij, & ideo sufficit scientia præsumpta, etiamsi sit narrata in gratia*, numero 39.

Scientia vnius patroni non nocet alteri, ex Rota n. 40. *Eius præsentandi etiam in vno ex patronis, qui non habuit scientiam, conseruari potest aliis propter scientiam exclusis ex Rota, cuius resolutio ponitur*, n. 41.

Dicti menses debent computari secundum calendarium, & secundum quod menses occurrunt, & quod deficit de pri-

de primo mense accipiendum est de vltimo, cum assignetur tempus à quo debeant incipere, n. 42. *& de momento ad momentum est huiusmodi computatio facienda, à tempore scilicet scientiæ, seu vacationis notæ, &c.* n. 43.

1 DE beneficiis † vacantibus prouidere debent ij, ad quos prouisio spectat infra sex mẽses, *cap. nulla. 2. de concess. præben. & c. licet. de supplenda negligentia prælato. & Clem. 1. eodem tit. l. 8. tit. 16. par. 1.* de quo late Rebuff. *in praxi, tit. de deuolut. & in repet. d. c 2. circa fin.*

2 Quod habet † locum non solum in collatione, sed etiam in electione, vt docet Abbas per textum *ibi in*
3 *cap. dilectus. de concess. præbendæ, n. 2.* & alij, † nisi sit cathedralis, vel regularis Ecclesia, quæ ob maius periculum impendens, siue imminens, vltra tres menses prælato vacare non debet, *c. postquam 50. dist. c. obeuntibus. 63. dist. & c. ne pro defectu. de electione.*

4 Et † intellige in Ecclesiis cathedralibus respectu principalis prælati, nempe Episcopi, & in regularibus, in quibuscunque earum prælatis principalibus perpetuis, quocumque nomine nuncupentur, siue Abbates, siue Priores siue præpositi.

5 In cæteris autem † Ecclesiarum secularium prælaturis, ac in dignitatibus, & aliis beneficiis in quibuslibet cathedralibus, & aliis Ecclesiis, tam secularibus, quam regularibus constitutis, habet locum semestre, de quo *in d. cap. 2.* Innoc. Ioan. And. & Abbas *in d. c. ne pro defectu*, idem Abbas *in d. cap. 2.* Rota *decis. 5. de electione in nouis.* Rebuf. *d. tit. de deuolutio. nume. 4. & in concordatis, tit. de Regia ad prælaturas nominatione. §. 1. verb. intra sex menses*, Mandagotus *in tract. de electione nouorum prælator. 1. p. cap. 1.* & ibi Boer. Pet. de Baisio *in directorio election. 3. parte, c. 42.* Matth. Boiss. *in Miscell. in materia electionis, §. tempora electionum*, & Cuchus *in institutio. maioribus libro 4. tit. 1. numero* 168.

6 Secundo, habet † etiam locum dictum capitulum secundum in præsentatione, nisi sint patroni laici tantum, qui solum habent quadrimestre ad præsentandum, *c. vnico. §. verum. de iure patronat. in 6.* & ibi glo. & Dd. & dictum est supra 5. *par. cap. vltim. 9. notab. à n. 209.*

7 Tertio, habet † locum in prouisione parochialium, etiam stante Concilio Tridentino, *sess. 24. de reformat. cap. 18.* quando earum collatio ad Episcopos spectat, licet, quando earum collatio ad Papam, aut alios spectat, debeant infra quatuor menses personam magis idoneam præuio concursu eligere, & electam illis significare, &c. vt in constitutione Pij V. supra adducta *præcedenti parte, capit. 3. numere 3.* quæ est videnda.

8 Quartò, habet locum † etiam in hospitalibus, quæ
9 conseruntur in titulum beneficij. Et † quod dicunt Feder. *de permutat. quæst. 29.* Paulus *in clem. 2. de religios. domib.* Cosmas *in pragmatica sanctione, tit. de collatio. §. item circa, verb. respective*, Selua *de benefic. 3. parte, quæst. 64. n. 3* Corras. *4. parte, cap. 1. nu. 6.* Gambarus *in cap. vnico de rerum permutat. in 6. nu. 137.* & Cerola *in praxi Episcopali, 1. parte, verb. beneficium. §. 2.* quod non est tempus statutum ad conferendum hospitalia, accipiendum est de hospitalibus, quæ non conferuntur in titulum beneficij Ecclesiastici, de quibus supra 1. *parte, cap. 3.* & ita in terminis tradit Rebuf. *d. verbo, intra sex menses, versic. Item quando*, & ante eum Calder. *consil. vnico. de supplenda negligentia præ-*

latorum.

Quinto, † habet locum in habente à Papa indul- 10
tum conferendi beneficia reseruata, licet prouideat virtute indulti, alias prouisio deuoluetur ad Papam, Cassadorus *decis. 8. de præbend.* Crescen. *15. eodem tit.* Mandos. *de signatura gratiæ, tit. de prouisio. versic. in beneficiis reseruatis*, Anast. Germon. *de indultis Cardi. §. volumus, num. 56.* & facit, quod dicitur in decisione Colonien. canonicatus circa finem adducta, *cap. præcedenti, ad fin.* Licet † secus sit in executore Papæ, qui 11
Papæ vice fungitur, Cassad. *d. decis. 8. numero 6.* Selua *dict. quæst. 64. numero 4.* Cosmas *dict. verb. respective*, Rebuf. *dict. verb. intra sex menses, & in forma mandati, verb. inducentes, versi. quæritur, intra quod.* Corras. *d. cap. 1. num. 6.* Cerola *d. §. 3.* & Flores, *quæst. 4. numero 73.*

Papæ † etenim nullus terminus est præfixus, Fran- 12
cus *in cap. statutum. de præben. in 6. num. 6.* Cassad. *ibi*, & Rebuf. *d. verb. intra sex menses, & d. tit. de deuolutionibus, numero 5.* Lambert. *de iure patronatus 2. par. 3. lib. quæst. 2. art. 8. num. 9.* & Mandos. *reg. 34. de annali. q. 90 numer. 5.* qui † merito reprehendit Paulum de 31
Cidanis *de iure patron. 6. par. art. 3. q. 26. numero 44.* dicentem, quod Papa, etiam habet sex menses, ex *dict. cap. licet. de supplenda negligent. prælator.* quod id non probat, & dictum est supra 5. *par. cap. 1. numero 97.*

Et an istud † tempus currat legato, dictum est di- 14
cta 5. *parte, c. 3. ex num. 22.* & de Nuntio, *numero vltimo.*

Et dicti sex menses † dati ad conferendum sunt à 15
tempore scientiæ vacationis numerandi, *cap. quia diuersitatem. in fine, de concessione præbendæ, & d. c. licet*, & ibi Innocentius, & Abbas, & alii, & *d. leg. 8. tit. 16. parte 1.* & ibi Gregorius Lopez, Selua *3. parte, quæst. 59.* Rebuf. *d. tit. de deuolutio. à num. 10. & in repetit. d. cap. 2. circa finem, versic. 3. quæritur*, Mandagorus *supra 1. par. cap. 1. & 3.* & ibi Boerius, Petrus de Baisio *1. par. cap. 23. & 3. par. cap. 42.* Corras. *1. par. cap. 7. numero 8.* Ioan. Nicol. Gimon. *in Enchiridio benef. tit. 2. cap. 3. ex numero 26. & tit. 3. cap. 3. numero 30. & 34.* Cerola *d. 1. part. verb. ius patronatus, §. 8. 1. dubio*, & Flores de Mena, *quæst. 3. numero 6.* Ioan. Quintin. *in repetit. cap. multa. de præben. numero 97.* & Azor *instit. moralium, 2. par. libro 6. c. 26. quæst. 10.* & de tempore dato ad eligendum, idem dicunt Mandagor. Boerius, Pet. de Baisio, & Flores *ibi*, & Tiraq. *de retractu lignag. §. 35. glo. 4. num. 7.* & Cuchus *d. lib. 4. tit. 1. numero 170.*

Nam istud † tempus datur in odium negligentis, 16
Francus *in d. cap. statutum*, & Dd. *in dictis iuribus*, & 17
sic etiam † non currit impedito, siue fuerit impedimentum iuris, siue facti, Abbas *in d. c. quia diuersitatem. n. 3.* Cosmas *d. §. item circa, verb. tempus*, Selua, & Rebuf. *supra*, Mandagor. *d. c. 1. & 2.* & ibi Boerius, & Pet. de Baisio *supra*, Rochus *de iure patronat. verb. honorificum, quæst. 28. n. 58.* Ioan. Gutierrez *canon. quæst. lib. 1. c 28.* Cerola, & Flores, *n. 4. supra, & decisio* Placent. *vltima ad finem* adducta infra, *n. 24.* quæ est videnda.

Et in tempore impedimenti, † computatur tem- 18
pus, sus pensionis, & peregrinationis pro absolutione obtinenda, quousque perueniat in domum suam, etiam data notitia vacationis, vt reuera videtur probari *in d. c. quia diuersitatem*, & ibi tenet glossa penultima, Innocentius *n. 5.* & Abbas *n. 3.* idem Innocent. *in d. c. 1. eodem tit.* quamuis contra dicant Cosmas, & Selua *supra.*

19 Vnde durante lite super iure † conferendi, seu eligendi, non currit tempus, licet secus sit in patronis, Feder. *consil.* 232. Rebuf. *in concord. d. tit. de Regia ad prælaturas nominatione. §. 1. verb. intra sex menses*, Läber. 2. *par.* 2. *lib. q.* 1. *ar.* 2. Beroius *in c. quoniam. de iure patr. n.* 42. & Flores *d. q.* 3. *n.* 33. & 34.

20 Vnde in vna † ciuitatis Castellanæ 18. Iun. 1557. coram Illustris. Quiroga fuit per Rotam resolutum, *Quod capta possessione canonicatus vigore supplicationis, literis non confectis die* 10. *Augusti, & sic facto loco extrauaganti Iulij* 3. *si quis illum impetrasset, die* 10. *Februarij sequentis certo modo cum narratiua deuolutionis ad sedem Apostolicam, non probatur deuolutio, quia licet lapsi erant sex menses dati ordinariis ad conferẽdum, quibus dies termini computatur in termino secundum communem, vt per Francum*, in c. quam sit §. electus, n. 3. de elect. in 6. *Io. Andr. & Abbas* in c. bonæ 2. de elect. *Lamber.* 2. p. 2. lib. q. 2. art. 1. n. 3. *Tamen ob tã modicum tempus lapsum vnius, vel quatuor dierum, non cõstabat de notitia vacationis. quæ necessario requiritur, vt currat tempus ad conferendum, &c.*

21 Et in † vna Placentina parochialis de Malpartida, *coram D. Seraphino*, 28. *Iunij* 1585. *& coram D. Pamphilio*, 20. *Decemb. eiusdem anni, & præsertim corã D. Bubalo*, 24. *Mart.* 1586. *Rota resoluit tempus sex mensium datum ordinariis ad conferendum parochiales ad eorum collationem spectantes per bullam Pij V. quæ dicit à die vacationis, intelligi à die vacationis notæ, quamuis Episcopus nondum accepisset possessionem Episcopatus, cum per ipsum stetisset, vt in sequentibus decisionibus.*

22 Coram † D. Seraphino, 28. Iunij 1585.

Fuit resolutum gratiam D. Bartholomæi esse canonizandam, cum Papa in collatione huiusmodi parochialis præuenerit, cum enim vacasset 19. *mensis Decemb.* 1581. *quo tempore Reuerendissimus Episcopus habebat literas suæ promotionis ad Episcopatum in manibus, & habuerat notitiam vacationis huius parochialis* 25. *eiusdẽ mensis, vt ex eiusdem depositione constat, vtique sex mẽses dati in bulla fel. recor. Pij V. ad faciendum concursum, & prouidendum, etiam quod præsupponamus incipere, non à die vacationis, sed à die scientiæ, durabant vsque ad* 25. *Iunij* 1582. *Quare cum approbatio examinatorum fuerit*, 28. *Iunij, & prouisio Episcopi* 3. *Iulij, vtrumque extra tempus, & post sex menses datos à Pio V. intra quos vtrumque expedire debebat, intrat prouisio Bartholomæi, sub die* 1. *Iulij cum Papa, tam potestate ordinaria præuenire possit*, c. dudum, & c. fi à sede de præben. in 6. *quam vigore bullæ Pij V. reseruãtis beneficia huiusmodi, de quibus non fuit facta prouisio intra sex menses, & hoc respectu subsequentis prouisionis Episcopi potest dici præuentio inuecta reseruationi. Non obstat dispositio Concilij* sess. 24. c. 18. de reform. *quia eius obseruatio debet fieri, iuxta terminos bullæ Pij V. cuius dispositio est clara, & ideo non habet locum in casu isto, in quo lapsum erat tempus dictorum mensium, quod Episcopus nondum fuisset assecutus possessionem Episcopatus non releuat, ex his quæ deducta fuerunt coram Illustrissimo Lancello. in Burgen. canonicatus* 28. *Iunij* 1583. *maxime cum haberet per multos dies ante vacationem literas suæ prouisionis in manibus. Vltimo non obstat, quod deducitur de iure quæsito, ex oppositione, & examine, quia id procedit in terminis statutorum quarundam Ecclesiarum patrimonialium, nõ in casu isto, in quo ex dispositione bullæ supradictæ intra sex menses requiritur, quod quis fuerit examinatus, & prouisus de beneficio, alias eius dispositio ad solum Papam spectat. Et ex his cessant omnia ex aduerso deducta.*

In eadem † coram D. Pamphilio 20. Decemb. 1585. 23

Dixerunt domini, gratiam domini Bartholomæi esse canonizandam ex rationibus, alias per R. P. D. meum Seraphinum diligenter, & accurate more suo consideratis, in eius decisione sub die 28. *Iunij proxime præteriti, non obstantibus his, quæ nunc pro parte D. Michaelis deducuntur, nam quod spatium sex mensium datum ordinariis ad conferendum parochiales, ex constitutione felicis record. Pij V. non currat Episcopo, nisi à die captæ possessionis Episcopatus, repugnat d. constitutioni, quæ loquitur expresse à die vacationis, & tamen in casu, de quo agitur, etiã incipiendo à die notitiæ, quæ fuit* 25. *Dec.* 1581. *collatio fuit facta post sex menses, videlicet sub die* 3. *Inly* 1582. *& eo magis cum Episcopus haberet literas expeditas, iam de mense Nouemb.* 1581. *& sic longe ante vacationem, ita quod potuit capere possessionem Episcopatus, & ideo cum per ipsum steterit, perinde est, ac si illam accepisset, & ideo tempus currit*, c. fin. de elect. *non enim dicitur impeditus, qui de facili poterat impedimẽtum remouere.* l. qui potest facere, cum ibi notatis. ff. de regul. iuris, *& licet fuerit detentus per Regem, nihilominus quia poterat capere possessionem per procuratorem, prout postea illam accepit de mense Ianuarij, huiusmodi impedimentum non suffragatur. Bartolus* in l. sed & si per prętorem, §. 1 ff. quib. ex causis maiores, *Bal.* in l. cos. §. apostolos, in princip. C. de appell. *Boerius* consi. 43. n. 9. *Aymon* consil. 179. nu. 9. in fine, *benefac.* decisio. 1. de iure patronatus in antiquis, *& alias fuit dictum coram R. P. D. meo Cantucio, in vna Foroliuien. fideicommissi* 21. *Aprilis* 1582. *impedimentum infirmitatis non excusare appellantẽ, qui non redit pro apostolis, cum potuerit mittere procuratorem. Neque obstat, quod in Episcopatu non adessent examinatores Synodales, & ideo esset expectandus aduentus Episcopi, qui congregaret Synodum, quia vt alias fuit resolutum in vna Literen. Archipresbyteratus, coram Reuerendo P. D. meo Blancheto, die* 6. *Iunij* 1582. *vbi illi non adsunt, potest examen fieri ab aliis, etiam quod non sint in Synodo deputati. Neque etiam obstat clausula*, dummodo non sit alteri ius quæsitum, *quia placuit responsio data in decisione, vltra quod etiamsi fuisset Michaeli aliquod ius quæsitum ex oppositione, illud esset resolutum non secuta collatione intra sex menses à die vacationis, vel notitiæ, iuxta dictam constitutionem Pij V. ius enim dicitur acquisitum cum sua causa, Ias. post alios*, in l. qui Romæ, §. Flauius num. 14. ff. de verbor. oblig. *Decius* in cap. Ecclesia sanctæ Mariæ. sub n. 35. de constitut. *Neque obstant, quæ dicuntur de surreptione, & obreptione, quia non sunt narrata ista præparatoria ad collationem, quia stante, quod vigore bullæ nedum examen, sed etiam collatio erat facienda intra sex menses, & ideo ea non facta, beneficium erat affectum, & reseruatum, ista qualitas non est talis, quæ retraxisset Papam à concessione, & sic non vitiat. Innocent.* in cap cum nostris. de concession. prębendæ, *Felin.* in cap. super literis. sub n. 8. de rescript. *Ægidius* decis. 4. *quod vero sit narratum, prouisionem Episcopi non fuisse canonice, iuxta formam Concilij, & constitutionis Pij V. falsam, & Michaelem nullo canonico titulo, vel iuris adminiculo intrusum, satis ex præmissis est verificatum, stante dicta*

refer-

reseruatione, quia si collatio fuit facta per ordinarium de beneficio reseruato, nullum fuit ei acquisitum ius, & dicitur intrusus, Rota decis. 2. de restitut. spoliat. in antiquis, *Cassadorus* decis. 2. eod. tit.

24 In eadem † coram domino Bubalo, 24. Martij 1586.

Proposui dubium in hac causa stantibus summariis testium, & iurium, & aliis hinc inde deductis, à quo tempore sex menses dati in constitutione felic. recordatio. Pij V. inceperint currere Reuerendissimo domino Episcopo Placentino de nouo prouiso ad prouidendum de Ecclesia parochiali de Malpartida in casu, & ad effectum, de quo agitur, & domini concorditer concluserunt, quod tempus sex mensium tantum incipiat currere à die, quo dominus Episcopus habuit notitiam vacationis huius parochialis, quæ fuit 25. Decembris 1581. per textum, in cap. quia diuersitatem. de concessione præbend. cap. licet de supplenda negligent. prælator. *Rebuffus* in praxi tit. de deuolutio. num. 10. *& quamuis domini admitterent, ex testibus examinatis pro parte Episcopi probare consuetudinem Hispaniæ, quod Episcopi de nouo prouisi non admittantur à Capitulis ad possessionem suorum Episcopatuum, nisi prius ostensis, & visis literis Apostolicis, iuxta* extrauag. iniunctæ de elect. *nec non nisi visis literis in consilio Regio, & obtenta scedula manu serenissimi Regis subscripta pro executione literarum Apostolicarum. Nihilominus dixerunt domini ex hoc non probari tale impedimentum, vt Episcopus Placentin. non potuerit accipere possessionem sui Episcopatus ante diem 22. Ianuary* 1582. *quo die fuit capta possessio per procuratorem, seu ante diem tertiam eiusdem mensis. In confesso enim est inter partes, quod bullæ Episcopatus expeditæ fuerunt in Curia, & transmissæ ad partes 18. Septemb.* 1581. *& quod peruenerunt Vlissipon. die 19. Nouemb. sequentis, vbi etiam accessit modernus dominus Episcopus Placentinus, ex ciuitate Poltalegren. 30. eiusdem mensis Nouembris, à quo tempore vsque ad diem 25. Decembris, vel saltim ad diem tertiam Ianuarij sequentis potuerunt omnia de facili expediri, præsertim cum ex interuallo temporis duorum mensium, quo literæ peruenerunt Vlissipon. multum verisimile fuit, quod iam bullæ essent visæ per consilium Regium in oppido de Madrid, vel quod postea potuerint expediri in dicto cõsilio ex quo qualibet hebdomada per tabellarios citatis equis transmittuntur literæ ab oppido Madrity ad ciuitatem Vlissiponem, & cum pars domini Michaelis de Ayala se fundet in impedimento Episcopi, debet illud concludenter probare, quia sumus in impedimento, quod scripturis, & testibus probari potest, puta per exhibitionem scedulæ Regiæ, ex cuius data apparebit de impedimento, item per productionem expeditionis factæ in consilio Regio, & hoc casu requiritur plena probatio, vt per Iasonem post alios* in l. 2. §. quod diximus, num. 2. ff. si quis cautionib. *vel quatenus hæc probatio in iudicis arbitrio resideat, ex allegatis per Menoch.* de arbitris, casu 118. num. 3. *videbatur dominis, hoc impedimentum non probari, ex supra deductis, & hoc maxime dicendum est, cum non sufficiat allegare impedimentum, nisi etiam probet fuisse adhibitam omnem diligentiam in illud remouendo, Bartolus* in l. quibus diebus, in principio, *& ibi Socinus* num. 3. de conditionibus & demonstrationib. *Felin.* in cap. ex transmissa, in princip. de rescrip. *Ruinus* consil. 15. num. 5. lib. 4. *Socinus iunior* consil. 76. numero 79. & seq. lib. 1. *Aymon* consil. 279. sub numero 3. versic. 3. dico, *Felinus* in cap. venerabilis, numero 3. in fin. versic. 3. limita de iudiciis, *alias quis dicitur impedimentum pati ex propria voluntate, vt per Aymon.* vbi supra, *& ex his cessant ea, quæ dicuntur pro parte domini Michaelis, quod impedito impedimento iuris, vel facti non currit tempus ad conferendum, iuxta textum* in cap. quia diuersitatem ad finem, *vbi Abbas* numero 3. de concessione præbendæ, *& Imola* numero 13. *qui testatur de communi, Panormitan.* in d. cap. ex transmissa numero 28. de præscript. *cum aliis per Tiraquel.* de retractu lignag. §. 35. glossa 4. nu. 5. *quia vt supra dictum est, hic non constat sufficienter, de impedimento Episcopi, quinimo potius de negligentia in non adipiscendo possessionem Episcopatus, saltim per procuratorem ante diem 22. Ianua.* 1582. *& consequenter tempus sex mensium incepit currere à die notitiæ vacationis, & ita domini concluserunt.*

Ex quibus † conuincitur sententia Flores dicta quæ- 25
stione 3. à n. 36. docentis semestre datum in dicta bulla ad parochiales conferendas currere à die vacationis etiam ignorantibus.

Conuincitur etiam † doctrina Rebuffi, *d. tit. de Regia ad prælaturas nomina, §. 1. verb. à die vacationis,* 26
quam sequitur Flores *ibi à n. 23.*

Intelligi autem sex menses † numerandos à tem- 27
pore scientiæ, vel à tempore quo scire potuit, & debuit collator, vt Episcopus qui tenetur visitare singulis annis, Rota *dec. 7. de præbend. in antiquiorib.* quæ in antiquis est 13. *de iure patronatus,* alias 556. *& decis. 6. eodem tit. de iure patronat. in nouis,* alias 263. Lapus *allegatione* 80. alias 51. *nu.* 17. & ibi Mandos. *litera L.* Abbas *in d. capit. licet de supplenda negligent. prælator. num.* 3. Felin. *in cap. 2. numer. 2. de exceptionib.* Decius *consil. 135. in fine,* Bertachin. *de Episcopo 1. par. 1. libro quæstione* 7. Selua *d. quæst. 59.* Rebuf. *d. tit. de deuolutio. nu.* 10. Rochus, *verb. honorificum, quæst. 27. num. 57.* Lambert. *2. par. 2. libro quæst. 1. artic. 8. & 3. par. 2. libro quæstione 2. artic. 8.* Gimon. *tit. 3. cap. 3. sub numero 34.* Gregorius Lopez *supra,* Hieronym. Gabriel *consil. 185. libro 2.* Mascard. *conclus. 879. numero* 10. Anast. Germon. *de indultis Cardin. §. volumus, numero 63.* Cerola *in praxi. 2. parte, verb. deuolutio. §. 2.* Flores *supra à numero* 8. & Cechus *de benef. & pensio. capit. 5. num. 5.*

Et ita fuit dictum in Burgen. canonicatus 27. Mar- 28
tij 1583. coram D. Bubalo supra adducta 5. *par. cap. 4. num. 34. Tempus sex mensium non currere à die vacationis, sed à die illius notitiæ, vel ab eo tempore quo scire potuit, vel debuit, iuxta opinionem, quam tenet Rota, &c.*

Et in vna † Maceraten. beneficij 1. Iunij 1594. coram 29
domino Lita fuit dictum, *Quod licet tempus conferendi non currat à die vacationis, sed à die scientiæ, tamen iuxta opinionem, quam amplectitur Rota, currit ab eo tempore, quo Episcopus facultatem conferendi iure potuit, vel debuit habere, Rota* d. decis. 13. *Besignetus* d. decis. 7. de præbend. *Rebuf.* d. n. 10. &c.

Oportet † enim, quod ignorantia Episcopi non sit 30
supina, Abbas *in cap. fin. nu. 7. de iure patron.* Bertachi. *in Repert. verb. patrono non præsentante, num.* 28. Gomez. *in cap. 2. de constitutio. in 6. num.* 54. Mascar. *concl. 626. num.* 9. & Cerola d. *verb. ius patronatus. §. 8. 2. dub.* & vide dicta supra 5. *par. cap. 1. circa finem, num.* 790.

Et † debet intelligi de notitia vera, vel præsum- 31
pta vacationis, quæ determinari debet per iudicem considerata qualitate beneficij, & modo vacationis, & longitudine temporis illius, distantia locorum, &

fama ista, Hostien. & Ioan. Andreas *in cap. ex parte. de concess. præbend.* & ibi Abbas *num. 13. & in d. cap. quia diuersitatem, numer. 17.* Rota *d. decis. 6.* Roman. *consil. 481. num. 4. 5. & 6.* Cosmas *d. tit. de collatio. §. item circa, verb. præsentandum ad finem,* Selua *sup.* Lambert. *d. 3. par. 2. libro quæst. 2. art. 18. numero 2.* Mascard. *dict. conclus. 626. à numero 9.* & Cerola *d. §. 8. 1. & 2. dubio,* & alij, & fuit dictum in dict. Burgen. & in d. Maceraten.

32 Vnde in vna † Toletana beneficij 18. Nouembris 1578. coram D. Seraphino, quæ est 1. *par. diuersorum, decis. 481.* fuit resolutum, *Tempus quatuor mensium per d. bullam Pij V. datum ordinariis ad significandam Papæ personam præuio concursu electam ad parochiales reseruatas non currere, nisi à die notitiæ habitæ vacationis, quamuis bulla dicat à die vacationis, ex* d. cap. quia diuersitatem, & d. cap. licet, *tamen ignorantiam debere esse probabilem, & verisimilem, qualis non erat in illo casu, attenta qualitate beneficij, & longitudine temporis vacationis, & ideo bullam obstare, &c.* Flamin. Paris. *de resignat. benef. libro 8. quæst. 9. numero 107.* & Mar. Anto. Genuen. *in praxi Archiepiscopali Curiæ Neapolitanæ, cap. 65. numero 5.* & posthæc Gonçalez, *glo. 6. numero 132.* & Prosper de Augustino *ad summam bullarij, verb. parochialium beneficiorum collatio, quæst. 4.*

33 In vna tamen † Eugubina præposituræ de anno 1548. tenuerunt domini, *Famam quæ constituit Episcopum in negligentia de morte beneficiati, ad hoc, vt potestas conferendi deuoluatur, iuxta dictam* decis. 6. *seu* 265. *Bellameram* decis. 659. *& quæ tradit Roman. supra procedere, quando fama esset omnino clara, secus si esset dubia, & dubiam esse famam, si habuerit ortum à duobus, vel tribus, qui dicebant se audiuisse, vel quia affines, aut coniuncti, dato quod adesset fama de morte, tamen non fecerunt luctum, ad notata per Barthol. l. 2. §.* quod si dubitetur. ff. quemadmod. testam. aperiant. *vt per Achillem* decis. 46. *seu* vnica. de supplend. negligen. prælator. *sequitur Mascard.* d. conclus. 626. numero 11.

34 Similiter etiam † patronis tempus datum ad præsentandum, siue à iure, siue à fundatore currit, non à die vacationis, vt tenuit Rota *decis. 1. de iure patron. in antiquis,* & Lambert. *d. 2. par. 2. lib. quæst. 1. art. 8.* & videtur sequi Mandos. *reg. 34. quæst. 53. numero 14.* & nouissimè ex professo, sequitur Flores *dict. quæst. 3. à numero 20.* qui tamen male pro se citat Rebuf. *de deuolut. numero 15.* Sed à die notitiæ vacationis, Rota *dict. decis. 7. de præbend. in antiquior. & 13. de iure patron. in antiquis,* Caputaquen. *decis. 248. parte 3.* & Rota in vna Legionen. parochialis de anno 1577. quæ est 1. *pars diuersorum, decis. 421.* Lapus *allegatione 78. ad 4. quæstionem, numero 12.* (vbi Mandos. *litera T.*) qui ait, quod intelligitur hoc de scientia certa, & non interpretatiua, &c. Bertachin. *supra,* Cosmas *dict. tit. de collatio. §. item circa, verb. præsentandum,* Selua *dict. quæst. 59.* qui postquam dixit, quod tempora conferendi, ac præsentandi non currunt, nisi à tempore notitiæ, ait illud debere intelligi de notitia vera, vel præsumpta vacationis, quæ, vt diximus, debet determinari per iudicem, considerata beneficij qualitate, & quantitate, locorum distantia, & fama &c. Quod etiam ait Reb. *in concordatis dict. tit. de Regia ad prælaturas nomina. §. 1. verb. intra sex mẽses,* Rochus *dict. quæst. 27.* qui cum Abbas *in capitulo nos quidem. de testam.* recte ait, hoc esse verum, etiam si testator mandasset præsentationem esse faciendam infra quatuor menses à die mortis, vel vacationis, quia debet intelligi, & sup. pleri, & à die notitiæ, & cum Lapo *supra,* quod requiritur scientia vera, non interpretatiua, & Paulus de Citadinis, 6. *parte, artic. 3. numero 42.* Petrus de Basio 1. *parte, cap. 23.* Beroius *in cap. quoniam. de iure patronat. numero 52.* Gimon. *tit. 2. cap. 3. numero 28. & tit. 3. capit. 3. numero 32.* Ioan. Nicol. Delphinas *de iure patronat. lib. 2. numero 178.* Tiraquel. *de retractu lignag. §. 35. glossa 4. numero 7.* qui etiam dicit, quod requiritur vera, & certa scientia, nec sufficit interpretatiua, quod etiam cum Lapo, & aliis, ait Caldas de reuocatione emphyteusis, *quæst. 6. à num. 23.* Hieronym. Gabriel *d. consil. 185 lib. 2.* qui ait, quod non currit nisi à die scientiæ certæ, aut saltim requiritur adeo fuisse notam vacationem, vt inde appareat negligentia patroni, qui scire debuerit, ex Rocho *supra* (dicente quod tempus currit patronis à tempore scientiæ, vel à die, quo scire debuit.) Et quod quamuis ordinario, qui visitare debet, & perquirere, imputetur negligentia, si nesciat beneficium vacasse, cum de facto vacat, iuxta supra dicta: tamen patronus non debet censeri negligens, si ignorat vacationem, tametsi notam in loco, vel Ecclesia beneficij eius iurisdictioni non subiectis, quia id inuestigare non tenebatur. Et quod presentatio debet præsumi facta tempore debito, nisi ex aduerso scientia patroni probetur, cuius scientiæ tempus probandum est plenè, cum sit de substantia. Hæc Hieronym. Gabriel. Spino *de testamen. glossa 4. num. 21.* Anastas. Germon. *supra num. 69.* & Cerola *d. §. 8. 1 dubio,* qui ait, quod tempus ad præsentandum currit à die verisimilis notitiæ. Idem Perez de Lara *de anniuers. & capellan. lib. 2. cap. 9. numer. 35.* Lessius *de iustit. & iure, libro 2. cap. 34. num. 27.* & Azor *d. lib. 6. cap. 21. quæst. 11.* & Cabedo *de patronatibus Regiæ Coronæ. cap. 28. à num 5.* qui ait Regi ignoranti non currere tempus ad præsentandum, sicut nec cuilibet alij patrono. Et quamuis officiales Regis id sciant, negligentiam eorum Regi non nocere, & etiam si Rex sciat non currere ei tempus quatuor mensium ex legitima præscriptione, qua omnes Reges Hispaniæ tuti sunt, eo quod impediti multis occupationibus, tam in bello, quam in pace, non possunt intra illud tempus præsentare, & ita obtinuisse, &c. Et ita semper practicari videmus, cum Rege enim non curatur de tempore, & termino ad præsentandum, tam in Episcopatibus, quam in aliis præsentationibus.

Et fundamentis † contrariæ sententiæ satisfacit 35
Beroius, & alij *supra.* Et † sic in vna Parmen. benefi- 36
cij, coram D. Pamphilio 1590. fuit resolutum, *Patrono non currere tempus ad præsentandum ad beneficium vacans per priuationem, nisi à die notitiæ sententiæ, & priuationis, Lapus* allegatione 78. *& cum agatur de excludendo patrono à iure præsentandi, debere probari veram scientiam, ex Puteo* decis. 147. libro 1. *Mohed.* 160. *quæ est* 4. de probatio. *præsertim, cum est narratum in gratia impetrationis patronum habuisse scientiam illius, & sic istam narratiuam debere verificari, & scientiam vnius patroni non nocere alteri, &c.*

Et in vna Firmana † alteris, coram D. Blancheto, 37
5. Decembris 1594. fuit resolutum, *Quod habens gratiam fundatam in deuolutione ob negligentiam patronorum in præsentando intra tempus à iure præfixum, debet probare sufficienter scientiam ipsorum, Rebuf.* de deuolut. numer. 12. *Deinde quod Episcopus neglexerit post lapsum dictum tempus conferre, iuxta* capit. 2. de cõcessione præbendæ. *Præterea, cum vna pars patro-*

no-

tronorum prius præsentasset, & præsentatus acceptasset præsentationem, non currit tempus, nisi à die, quo ipsum pœnituit prosequi ius suum, & patroni sciuerunt, & quando testator mandat præsentari presbyterum, seu rectorem causa celebrandi Missæ, beneficium non dicitur Sacerdotale, &c. ita in d. Firmana, in qua vide alias decisiones *c. sequenti.*

38 Aduertendum † est tamen, quod licet Rota in d. Parmen. videatur velle non sufficere contra patronum scientiam præsumptam, tamen contrarium dicendum est, vt patet ex *citatis*, & ex *supradictis*, nec id negant, qui dicunt, non sufficere scientiam interpretatiuam, aliud enim est scientia interpretatiua à præsumpta.

39 Nec obstant † decisiones Putei, & Mohedani citatæ in d. Parmen. quia in proposito non agitur de amissione, vel priuatione iuris conferendi, vel præsentandi absolutè, sed solum pro ea vice, quod nõ est maximi præiudicij, & ideo sufficit scientia præsumpta, iuxta supradicta 5. *par. c. 5. à n.* 134. etiamsi sit narrata in gratia, nam illa est probatio plena, iuxta subiectam materiam.

40 Et vt dicitur † in d. Parmen. & in d. Firmana, 12. Maij 1595. adducta *c. sequenti, nu.* 13. scientia vnius patroni non nocet alteri.

41 Et ius † præsentandi, etiam in vno ex patronis, qui non habuit sciẽtiam, conseruari potest, aliis propter scientiam exclusis, vt fuit resolutum in causa Spoletana beneficij, 28. Maij 1590. coram Domino Blancheto, in qua fuit dictum, *Quod cum tempus ad præsentandum non currat patronis, nisi à die scientiæ, vt in hac causa fuit resolutum coram Domino Bubalo, sententia eiusdem domini Bubali est confirmanda: nec obstare, quod dicitur constare de scientia patronorum, ex præsentatione per ipsos facta, die 7. May 1588. de persona Ioannis Ant. Bart. & sic præsentatio postea facta de persona Vincenty 17. Septembr. eiusdem anni sit post tempus quatuor mensium, & sic Vincentio minime suffragetur, quia fuit responsum, quod in illa præsentatione facta 7. May non interuenerunt omnes patroni, & sic ex ea probatur tantum scientia illorum, qui dictæ præsentationi, 7. May nomina sua dederunt, non autem eorum, qui in illa non interuenerunt, & ex persona illorum, qui non interuenerunt sustinetur præsentatio Vincenty, cum ius præsentandi, etiam in vno ex patronis conseruetur, Feder.* consil. 102. *Abbas* 54. num. 3. parte 1. *& quod scientia vnius non noceat alteri compatrono, fuit superioribus mensibus resolutum in vna Parmen. beneficij coram Bubalo, quare qui vult ostendere nullitatem istius præsentationis, debet probare scientiam istorum omnium patronorum, qui Vincentium præsentarunt, cum illa possit etiam ex persona vnius, qui ignorauit, sustineri, &c.*

43 Rursus d. menses † debent computari, secundum Calendarium, & secundum quod menses occurrunt, & quod deficit de 1. mense accipiendum est de vltimo, cum assignetur tempus, à quo debeant incipere, verbi gratia, si beneficium vacat 8. Ianuarij, 7. die Iulij finietur semestre, etiam si sit bissextus, ita glossa *in cap. quam sit, verb. mensem, de elect. in* 6. & ibi Archidiacon. Ancharan. Dominic. & Franch. Ioan Andreas, & Baldus *in cap. ne pro defectu, de elect.* Butrius *nu.* 12. & Abbas 6. *in c. licet. de supplend. negligent. Prælat.* Bartol. & Dd. *in l. cum bissextus. ff. de verbor. significat.* Mandos. *d. tract. de election. nouor. prælator. 1. parte, cap.* 3. & ibi Boerius *in addit.* qui plures refert, Rochus, *verb. honorificum, q.* 52. Lambert. *secunda parte, 2. lib. q.* 1. *articul.* 14. Menoch. *de arbitr. libr. 2. casu* 50. *à num.* 21. & nouissime Thomas Sanchez *de matrimon. lib. 2. disputat. 24. num.* 15. & Staphileus *tit. de vi, & effectu clausular. §. mensis in data.* Quamuis Ioannes Quintinus in repetitione *capit. de multa, numero* 97. cum Hostien. *in d. c. licet*, dicat hoc semestre tempus ita computandum esse, non vt medium conficiat annum, sed vt in singulis mensibus vnus & triginta dies numerentur, *argum. l. 2. & fin. C. de tempor. appellat.*

Et de momento † ad momentum est huiusmodi 43
computatio facienda, à tempore scilicet, scientiæ, seu vacationis notæ, ita quod si beneficium vacauit, & fuit nota vacatio 1. Martij, hora 11. vsque ad primam Septem hora 10. per totam, & non post, prouidere possunt. Mandos. *dict. cap. tertio*, & ibi Boer. P. de Baysio. 3. *part. cap. secundo, numero quarto*, Matth. Boisius *in dictis Miscellan.* in materia electionis, *§. quando tempus currat*, Lambertus & Thomas Sanchez, *vbi proximè*, & Rota in illa ciuitatis Castellanæ supra relata, *num.* 20.

CAP. III.

De deuolutione.

SVMMARIA.

Si non prouidetur de beneficiis infra tempus præfixum ad superiores, gradatim fit deuolutio, num. 1. *& idem est vbi prouidens indignis, seu inhabilibus, & incapacibus*, num. 2. & 3. *vbi ponitur resolutio Rotæ, quod etiam locum habet in patronis etiam laicis*, num. 4. *quamuis in patronis laicis contra teneat glossa, & alij*, n. 5.

Patronus non excusatur à lapsu temporis ad præsentandum, ex eo quod præsentauit Ordinario electum, vt examinaretur, quando collatio facienda est per inferiorem, nisi actualiter intra tempus præsentet coram illo, qui est facturus collationem, ex Rota, numero 6.

Excusatur patronus à deuolutione per præsentationem factam ei, quem habuit iustam causam credendi habere ius instituendi, licet in veritate non haberet, n. 7. & seq. *vbi ponitur decisio Rotæ.*

Cuilibet superiori, ad quem gradatim fit deuolutio, non currit semestre, quod sibi datur ad conferendum, etiam si deuolutio fiat à patrono laico, nisi à die notitiæ, n. 9 & seqq. *vbi ponuntur resolutiones, & decisiones Rotæ.*

Qui impetrat certo modo tanquam deuolutum, debet probare deuolutionem, nec clausulæ generales supplicationis, siue alio quouis modo, &c. alias locum habent, præsertim quia ponitur in calce supplicationis clausula, & de deuolutione detur dispositiue in literis, num. 16. *maximè stante in literis clausula*, dummodo collatio sit deuoluta, *vt præfertur*, num. 17. *Vnde, si beneficium erat reseruatum, gratia locum non habebit, nam deuolutio non cadit in beneficiis reseruatis*, num. 18. *& vacationis tempus, non deuolutionis debet considerari, vt dicatur beneficium liberum, vel reseruatum*, n. 19. *& clausula generalis apponi solita*, etiam si reseruatum, *&c. operatur, quando Ordinarius vigore indulti reseruatum conferre posuit*, n. 20.

Quando beneficium existens in diœcesi suffraganei impetratur, vt deuolutum ad sedem Apostolicam, iuxta Concilium Lateranense, quomodo sit probanda deuolutio gradatim, vtrum præsumatur scientia Archiepiscopi de vacatione beneficij in diœcesi suffraganei, & ei currat tempus, à numero 21. *Et ei currere, tenent Rota & alij, quia debet celebrare Concilium prouinciale, & in eo statuere personas, quæ solicite inuestigent quæ correctione sunt digna, & referant in Concilio sequen. & quia habet visitare prouinciam. Sed resoluitur id de personis statuendis, nihil referre ad propositum, vltra quod non videtur vniuersaliter esse in vsu, & similiter non esse in vsu, Archiepiscopos visitare prouinciam, nec ex Concilio posse, nisi causa cognita, & probata in Concilio prouinciali, & sic non præsumi scientiam dictæ vacationis, nec currere tempus, nisi probata aliàs scientia,* numero 22. & seqq.

Duobus modis potest quis à Papa impetrare beneficia deuoluta, vel tanquam ad sedem Apostolicam deuoluta, iuxta Concilium Lateranen. & tunc debet probari deuolutio gradatim, vel tanquam deuoluta ad inferiores ob negligentiam primi collatoris, vel patroni, quia Papa cum illis concurrit, & tunc sufficit probare negligentiam primi, numero trigesimo.

Collatio facta à secundo collatore ante factam deuolutionem non valet, nec conualescit, etiamsi primus non conferat intra tempus, numero 31. *Etiam si collatio sit facta simpliciter, non dicendo iure deuoluto, quamuis secus sit in collatione facta ab Ordinario de beneficio iurispatronatus spreto patrono.* num. trigesimosecundo.

Sicut de Capitulo ad Episcopum, ita de Episcopo ad Capitulum sit deuolutio. n. 33. *quoad beneficia spectantia ad collationem Episcopi proprio iure, secus, si iure speciali, vel deuoluto,* num. 34.

Cum ius conferendi spectat simul ad Episcopum, & Capitulum, qui inter se prouisionem diuiserunt per turnos, si Capitulum in suo turno non confert infra tempus, aut confert indigno, non fit deuolutio ad Episcopum, sed ad superiorem. nu. 35. *Et idem est quando per canonicum, cui in turno capituli ex commissione ipsius prouisio competit, nō prouideretur infra tempus,* nu. 36. *quando vero iste Canonicus prouideret indigno prouisio infra semestre reuerteretur ad Capitulū, nisi scienter eam ratam habuerit,* num. 37. *Nec isto casu Capitulum haberet nouum semestre, vbi prouisio ipso iure est nulla.* nu. 38. *& ponitur resolutio Rotæ.* n. 39. *& alia* nu. 40.

Ad quos fiat deuolutio remissiue n. 41.

Deuolutio fit cum onere, & qualitatib. requisitis in prima prouisione. num. 42.

An in beneficiis manualibus, & ad nutū amouibilibus, habeat locum deuolutio, à num. 43. *Resoluitur, dari in eis deuolutionē contra Æn. de Falc. ad effectū, vt superior suppleat negligentiam inferioris, qui tamē re integra poterit moram purgare, & prouidere, quamuis in aliis non est locus purgationi moræ, nec valet collatio facta post deuolutionem ab inferiori, etiam re integra.* n. 44. & seqq.

1 Si ij, ad † quos pectat non prouident de beneficiis vacantibus infra tempus præfixum, ad superiores gradatim fit deuolutio. *c. licet, de supplēda negligent. Prælatorum, &c. 2. de concessione præbendæ,* vbi Doctores, Corrasius *de beneficiis, 1. parte, cap. 7. n. 8. & 4 parte cap. 1. n. 11.* Caldas Pereira *resp. 103. nu. secundo,* Azor *institutio. moralium, 2. part. lib. 6. cap. 27.* & alij.

Et idem † est vbi prouident indignis, seu inhabilibus, & incapacibus, *cap. cum in cunctis, §. final. de electione.* vbi Doct. *& cap. scriptum, versi. si vero, eodem titul. & cap. si compromissarius, eodem in* 6. Corras. *di. numero.* 11. Cechus *de beneficiis, & pensio. cap. 5. numero* 5. & fuit resolutum in vna Toletana portionis. 9. Decembris, 159. coram illustrissimo Mantica, in † qua fuit dictum, *collationem istius portionis, ex iure deuoluto ad Papam pertinere, cum Archiepiscopus soli Papæ subiectus sit, & eam Dionysio incapaci propter impuritatem sanguinis contulit,* cap. licet. de supplend. negligent. prælatorum, *& constitutio Gregorij Decimi tertij,* 68. *Et quamuis non possit argui negligentia ordinarij, nisi à die scientiæ.* dict. cap. licet, *tamen Archiepiscopus debuit scire conditionem eius, cui confert beneficium, & ita præsumitur, quia antequam ei conferat, de vita & moribus illius, tenetur inquirere, & plenam eius notitiam habere debet,* cap. innotuit, de electione, cap. bonæ, 2. in fine, *& ibi notat Abbas* numero decimoquinto de postulatione Prælatorum, *Reb.* de pœnis contra collatores indignis conferen. nu. 3. *Et hic cessat omnis dubitatio, quia idem Archiepiscopus huic Dionysio aliam prius contulit portionem, sed ille propter inquisitionem factam à Capitulo, fuit exclusus, vnde nulla eum ignorantia in prouisione huius portionis excusat, & ideo pro hac vice potestate conferēdi intelligitur esse priuatus,* c. cum in cunctis, §. fi. de election. *Rebuf.* sup. n. 1. 2 3

Quod etiam † locum habet in patronis etiam laicis, Rota *decision. 5. de iure patronatus. in nouis,* Abbas *num. 5. & 6. & ibi Additio,* & alij *in cap. cum vos, de officio Ordinarij,* Rochus *de iure patronat. verbo, honorificum, num. 36.* Lamber. 1. *parte 2. libro, quæst. 10. artic. 4. & 3. parte, 2. lib. quæst. 2. articu. 2. num. 27.* Probus ad Monachum. *in ca. si tibi absenti, de præbend. in sexto n. 53.* Cresсen. *decis. 11. de iure patronat.* Padilla *in l. cum quidam, num. 17. ff. de legat. 2.* Quintanaduennas *Ecclesiasticon. lib. 1. cap. 7. num. 10.* & est decisio Rotæ in causa Valentina iurispatron. 20. Martij, 1589. supra adducta, 7. *p. cap. 1. num. 112.* ex qua & quod ibi dicitur *num. 65.* conuincitur *consilium* Aimonis 63. *numero* 10. 4

Quamuis in patronis † laicis contra teneat glossa *in dict. cap. cum vos,* quam sequuntur *l. 5. tit. 15. partita* 1. vbi Gregorius Lopez *verb. otro,* & Corras. *dicta 4. parte, cap. vltim. num. 10. & 31.* Fuscus *de visitatione libr. 2. cap. 10. num. 10.* & Spino *de testament. glossa 4. num. 87.* & ex dicta 4. *part.* Zauallos *quæstio.* 659. (de qua tamē leg. partitæ non est curandum ex defectu potestatis, ad tradita *in cap. Ecclesia S. Mariæ, de constitut. & in cap. 2. & 3. de iudic.*) & Lessius *de iust. & iu. libr. 2. c. 34. num. 29.* Azor *d. libr. 6. cap. 21. q. 13. & cap. 22. q. 6.* 5

Nec patronus † excusatur à lapsu temporis ad præsentandum, ex eo, quod præsentauit ordinario electum, vt examinaretur, quando collatio facienda est per inferiorem, iuxta Concilium Tridentinum, de quo supra *par. præced. capit. tertio,* nisi actualiter inter tempus præsentet coram illo, qui est facturus collationem, vt fuit resolutum in vna Mediolan. iurispatronatus 22. Maij, 1595. coram Illustrissim. Blancheto. 6

Excusatur tamen † patronus à deuolutione per præsentationem factam ei, quem habuit iustam causam credendi habere ius instituendi, licet in veritate 7

non

non haberet, Lapus *allegatione* 95. *ad finem* Rochus *verb. honorificum, quæst.* 37. & alij quos citat Mandosius *ibi*, & † tenuit Rota in d. causa Mediolanen. iurispatronatus, 29. Ianuarij, 1596. coram Domino Blancheto, his verbis: *Fuit resolutum, Fulutium esse instituendum, cum enim fuerit resolutum coram Reuediss. Perusino constare de iurepatronatus coram me 10. Nouembr. 1595. præsentationem factam Præposito de Aliate impedire ius deuolutionis, & adhunc effectum esse validam, quia ad hunc effectum sufficit, patronos iustam causam credendi illum, cui præsentarunt, habere ius instituendi, licet in veritate non haberet, Reb.* de deuolutio. num. 56. *Lapus* allegatione 95. in fine, *vbi Additio. Reliquum est, vt à me instituatur*, Clement. Auditor de rescript, *Rota* de iurepatronatus in nouis, decisione 4. *Crescen.* de iurepatronat. decisione 12. in fine. *alias frustratoria fuisset excusatio, si nunc non liceret præsentare, nec pesset præsentatus institui. Non obstat pendentia litis, quia patronus, qui est in quasi possessione præsentandi, litis pendentia non obstante potest præsentare, Abbas* in cap. ex literis, de iurepatronatus, numero sexto, *Ægidius* decisione 700. *Lapus* allegatione centesima trigesima sexta num. 7. *Modernus* de attentat. 2. par. cap. 4. num. 546. & sequen. *Præterea, pendentia litis impedit præsentationem tertij, non autem illius, qui est in lite, Rochus* verb. honorificum, quæstion. 23. *Tertio. Litispendentia operatur, ne mortuo altero ex collitigantibus fiat noua præsentatio, non autem vt præsentatus institui non possit, vt hoc casu, & ex his ita decisum.*

9 Cuilibet autem † superiori, ad quem gradatim fit deuolutio, non currit semestre, quod sibi datur ad conferendum, etiam si deuolutio fiat à patrono laico, qui tantum habet quadrimestre, nisi à die notitiæ iuxta dicta *cap. præcedenti*, Innoc. *in dict. cap. cap. licet*, Abbas *in capit. quia diuersitatem, num. 18. & in ex parte, num. 13. de concessione præbend. & in cap. fin. num. 7. de iurepatronat.* Rota *dec. 6. de iure patronat. in nouis*, Lambert. 3. *par. 2. libr. quæst. 2. artic. 8.* & Cerola *in praxi Episcopali, 1 parte, verb. beneficium, §. 3* ibi, *à die deuolutionis, vel verisimilis notitiæ.*

10 Et † sic in vna Calciaten. coram D. Orano, de anno 1584. fuit resolutum, *Deuolutionem ad Papam non probari, nisi constet de lapsu temporis superioribus etiam præfixi, de quo non constat, nisi probetur scientia illorũ, &c.* Et est decisio in d. Valentin. iurispatronatus, de qua supra *n.* 4.

11 Et † in vna Spoletana beneficiorum coram Do. Mantica, 31. Ianua. 1594. fuit resolutum, *Deuolutionem debere probari gradatim de inferiori ad proximum superiorem, & quemlibet eorum habere sex menses ad cõferendum a tempore scientiæ. Et sic in casu, de quo ibi, debere probari de Abbate, ad cuius collationem spectabat ad Episcopum, & de Episcopo ad proximos superiores, nec constare de scientia vacationis Abbatis licet scierit, fuisse resignationem admissam à vicario Episcopi, nam ad admittendam resignationem, requiritur speciale mandatum, alias non inducitur vacatio, vt in vna Nolana Abbatiæ coram Domino Blancheto de mense Iunij*, 1588. *contra Rotam* decis. 7. de præbend. in antiquioribus num. 5. *cui consonat.* decisio 8. num. 2. de renuntiat. in antiquis, & 1. de election. in antiquior.

12 Et † in causa Firmana altaris, 27. Ianuar. 1595. coram D. Blancheto fuit resolutum, *Narratiuam factam in gratia, quod aduersarius non est constitutus in ordine presbyteratus debere probari per narrantem, & qui impetrat vti deuolutum debere probare scientiam collatoris, à quo tempore currit tempus conferendi.* dict. cap. quia diuersitatem. *Narratiuam quoque, quod sit præsentatus à maiori parte, esse iustificandam, etiam si dicatur obiter dictum, quia ea, quæ potuerunt Papam ad concedendum gratiam facilius mouere, sunt verificanda*, capit. secundo de rescript. *Caputaquen.* decis. 128. p. 1.

Et idem decisum † est in eadem Firmana bene- 13
ficij coram eodem, 12. Maij, 1595. vt in sequenti decisione. *Domini steterunt in decisis, gratiam Ricardi non esse iustificatam.* Primo, *dum narrat se præsentatum à maiori parte patronorum, hoc est falsum. Cum enim habuerit Coriolanus viginti quinque suffragia, & ipse Ricardus, decem & octo, tantum apparet de falsitate narratiuæ. Nec obstat, quod narratiua prædicta inspecto numero eorum, qui ipsum non præsentarunt, satis sit verificata, quia Papa intellexit de præsentatione facta à maiori numero, respectu eorum, qui præsentarunt Coriolanum, cum dicatur in literis, ipsum ad præsentationem aliquorum hominum fuisse præsentatum. Nec obstat minuta in forma perinde valere, in qua ista declaratur narratiua, perinde ac si fuisset expositum, quod à medietate vniuersitatis fuisset præsentatus, quia in hoc casu medietas suffragiorum nullum ius tribuit Ricardo, cum vniuersitas præsentetur per consensum saltim duarum partium, ex tribus, qui consensus operatur vt à tota vniuersitate dicatur præsentatio Coriolani facta, nõ obstante aliorum contradictione.* Lapus allegatione septuagesima octaua, cum aliis allegatis *per Dominum Nicolaum, & ideo præsentatio ipsius habetur perinde ac si facta non fuisset.*

Nec etiam iuuari potest de rogatione pro medietate, quia talis derogatio non potest applicari iuripatronatus vniuersitatis quæ vnum tantum corpus constituit, licet secus esset dicendum si ad singulos pertineret. Non etiam est iustificata quoad deuolutionem, quia cum ex præcepto testatoris deuolutio fieri debeat Plebanum Sãcti Saluatoris, & Rectorem Sanctorum Iacobi, & Philippi, coniunctim vtriusque scientia euenit concludenter probanda cum de illorum præiudicio agatur, vt fuit decisum coram Rubeis die vigesima Octob. ann. Domini 1582. *in vna Bonon. terrarum, ideo non probata scientia Rectoris, non intrat deuolutio. Nec quidquam facit allegata scientia Plebani, quia cum beneficium vacaret de iure & non de facto, collator non dicitur in mora, nisi data scientia vacationis de iure, Rota* de rerum permutatione, decisione quinta in antiquis. *Quæ decisio non fundatur super colorata possessione, sed super possessione de facto. Minus probatur scientia ordinarij, tum, quia licentia Vicarij, quod traderetur possessio Coriolano, non infertur ad scientiam Archiepiscopi. Et talis enunciatiua nec etiam probat scientiam Vicarij, quia notario non creditur in hoc casu, authentic.* Si quis in aliquo, C de edendo. *Præterea, cum Coriolanus fuisset præsentatus ab vniuersitate & institutus, ac possideret, & obtinuisset gratiam Apostolicam cum derogatione fundationis requirebatur scientia, quod de iure vacaret, vt supra dictum fuit ex* dicta decisione de rerum permutatione: *Aliquibus etiam ex Dominis placebat, gratiam Ricardi non sustineri, quia non fecit mentionem de gratia Apostolica obtenta à Coriolano, & ex his ita decisum. In eadem coram Domino Seraphino, 4. die Martij*, 1596. *Domini dixerunt, standum esse in decisis non constare de deuolutione.*

Idem fuit resolutum † in vna Casertana benefi- 14
cij, 5. Maij, 1595. corã D. Blancheto: vt in sequẽti dẽ-

cisione. *Domini dixerunt, non esse locum executioni sententiæ in hac causa latæ.* Primo, *quia est nulla ex defectu iurisdictionis, cum Auditor Cameræ iuxta suas facultates ordinarias non habeat iurisdictionem in beneficialibus.* Ægid. decis. 210. *& fuit resolutum coram Bubalo in Mantuana capellæ, neque potest in vim prorogationis sustineri, quia vbi nulla est iurisdictio, prorogationi locus non est,* l. priuatorum C. de iurisdict. omnium iudic. *Non fuit etiam iustificata gratia circa caput deuolutionis, nam cum in gratia adsit limitatio, dummodo collatio deuoluta existat, debet probare gradatim lapsum temporis præfixi inferioribus collatoribus, iuncta eorundem scientia, vsque ad sedem Apostolicam,* c. 2. & c. licet, de supplenda negligent. prælator. c. 2. de concession. præbend. *Rebuff.* in praxi, tit. de deuolutione, num. 30. *& tenuit Rota coram Rubeis in causa Salamantina portionis, & coram Mantica in causa Spoletana benefic. 31. Ianua. 1594. quia Papa non intelligitur aliter voluisse prouidere, quam si esset deuolutum, Mohed.* decis. 210.

Idem etiam † in vna Barchinon. beneficij 23. Iu-
15 nij, 1595. coram Domino meo Corduba, & quod cum beneficium est iurispatronacus, maxime, mixti, maius tempus requiritur, vt detur deuolutio ad Papam, &c.

16 Et qui impetrat certo † modo tanquam deuolutum, debet probare deuolutionem, nec quamuis aliud velit Abbas *in d. c. ex parte, de concessione præbendæ, numer. decimo tertio,* clausulæ generales supplicationis, *Siue alio quouis modo, &c.* alias locum habēt, præsertim, quia ponitur in calce supplicationis clausula, *& de deuolutione detur dispositiue in literis,* quæ significat, in expeditione literarum exprimendam esse deuolutionem pure & simpliciter, & non conditionaliter, & sic esse verificandam, Cassadorus *decisione* 5. *de præbendis,* Crescen 15. *eodem titul.* Caputaquen. 253. *parte* 1. Mohedanus 17. *de præbendis,* alias 210. Mandosius *de signatura gratiæ, titulo de certo modo,* & fuit resolutum in d. Spoletana beneficiorum, de qua supra, *n.* 11. & in Maceraten. beneficij 1594. de qua *c. præceden. n.* 29. & in dicta Casertana adducta *n* 14. & facit *decisio* Bellameræ, 734. & dicta infra *par. seq. cap.* 1. *à numero* 36. & post hæc tradit Gonçalez *ad reg. de mensibus, §.* 4. *proœm. à numero* 75. *& gloss.* 32. *num.* 9.

17 Quod † maxime procedit stante in literis clausula, *Dummodo collatio sit deuoluta, vt præfertur,* Cassad. *d. decis.* 5. *n.* 3.

18 Vnde si beneficium † erat reseruatum, dicta impetratio, & gratia locum non habebit Crescen. & Caputaquen. *vbi proxime,* & Mandosius *versiculo, amplia etiam,* nam deuolutio non cadit in beneficiis reseruatis, cum in eis non detur negligentia ordinarij, Cassadorus *decisione* 8. *de præbendis,* Crescen. & Caputaquen. *supra numero secundo,* Mandos. *de prouisionib. versic. in beneficiis reseruatis,* & fuit resolutum in vna Placentina de Valuerde, 1554. coram Dom. Antonio Augustino, vt apud Guidobonum, *decision.* 120. *in manuscriptis,* & fuit dictum in causa Salamantina parochialis delos Villares, de anno 1593. coram Domino Argonio Et post hæc tradit Gonçalez *gloss.* 11. *num.* 16.

19 Et vacationis † tempus, non deuolutionis, debet considerari, vt dicatur beneficium liberum, vel reseruatum, vt in pulchro casu resoluit Rota *decisione* 774. *libro tertio, parte tertia diuersorum,* Gonçalez *ibi num.* 66. *& gloss.* 15. *§.* 2. *numero* 21. *& gloss.* 51. *numero decimo.*

Et † clausula generalis apponi solita, *etiamsi reser-*
natum, &c. operatur ne frustratorie videatur appositа, quando ordinarius vigore indulti reseruata conferre possit, nam tunc post negligentiam temporis, iuris communis, amplius conferre nequit, & ad sedem Apostolicam collatio deuoluitur, Cassador. *dicta decisione octaua de præbendis,* & dictum est *capit. præcedenti, numero* 10. Ita Crescen. *dicta decisione* 15. *num.* 3. 20

Sed difficultas † est, quando beneficium existens in
21 diœcesi suffraganei, impetratur vt deuolutum ad sedem Apostolicam, iuxta Concilium Lateran. de quo *d. c.* 2. quomodo sit probanda deuolutio gradatim. Et difficultas versatur circa scientiam Archiepiscopi, ad quem de Episcopo fit deuolutio, & de eo ad Papam, Vtrum præsumatur scire vacationem beneficij in diœcesi sui suffraganei.

Nam † quamuis Doct. dicant, quod iudex arbitra-
22 bitur, an præsumatur scire ex qualitate beneficij, & modo vacationis de quantitate temporis, distantia locorum, & fama. Hostiensis, & Ioan. Andr. *in dicto cap. ex parte,* & ibi Abbas *n.* 13. Annania *in c. sicut, de accusatio. n.* 4. & alij citati *c. præceden. n.* 1. Tamen re vera ex his fere nunquam, aut raro potest præsumi scientia Archiepiscopi circa vacationem beneficij in diœcesi suffraganti, maxime, cum Archiepiscopatus, & prouincia sunt magni, & Episcopatus suffraganei longe distantes ab Ecclesia Metropolitana, vt patet experientia.

Et † regula est in contrarium, quod præsumitur 23
ignorantia, nisi scientia probetur, vt est regula iuris in 6. & in proposito Rebuf. *d. tit. de deuolutio. num.* 12. Lamber. *d. art.* 8. *num.* 1. de qua regula late Mascar. *de probationib. concl.* 879.

In hac difficultate † primo Rota *dicta decisione sex-* 24
ta de iurepatronatus in nouis, alias 263. ait, quod cum Archiepiscopus debeat celebrare Concilium prouinciale cum suis suffraganeis, & in eo statuere personas idoneas, quæ solicite inuestigent quæ correctione, vel reformatione sunt digna, & referant in Concilio subsequenti, *cap. sicut de accusationibus* ei currit tempus, ex quo scire potuit, & debuit, sequitur Abbas *in dicto capite sicut, numero secundo,* dicens, quod inducitur ille textus per Doctores in argumētum contra Archiepiscopos prætendentes ignorantiam circa vacationes beneficiorum prounciæ, nam præsumuntur scire, cum debeant ibi habere personas idoneas, vt in illo textu, & si non statuunt tales personas sunt in affectata ignorantia, &c. Et Anan. *ibi. num.* 4. dicens, Nota, secundum Ioann. Andr. quod Archiepiscopus non potest probabiliter ignorare facta suæ prouinciæ, & sic facit contra Metropolitanos, qui conferunt beneficia, quæ longo tempore vacauerunt, quasi liceat eis ignorasse vacationes, & sic sibi non cucurrisse tempus, Sequuntur etiam Lamber. *d. artic.* 8. *num. secundo,* & Mascard. *conclusio.* 879. *num.* 10.

Secundo † Rota *decis.* 7. *de præbend. in antiquior.* 25
quæ in antiquis est 13. *de iure patronat.* alias 556. *num.* 4. ait, quod Archiepiscopi, qui scire debet, cum suam prouinciam habeat etiam visitare, *cap. sopitæ, cap. cum nuper. de censib. & cap.* 1. *eodem in* 6. currit tempus, ex quo scire potuit, & debuit, sicut Episcopo in sua diœcesi, ex quo habet illam visitare.

Sed quoad primum † de personis statuendis, &c. 26
nihil videtur referre ad propositum, cum illæ non essent statuendæ ad inuestigandam beneficiorum vacationem, quarum in Concilio prouinciali non est

danda

danda ratio, sed solum ea, quæ sunt correctione, & reformatione digna referenda in Concilio subsequenti, vt *in dict. cap. sicut*, & ita ex culpa non statuẽdi dictas personas, non infertur culpa circa ignorantiam vacationum beneficiorum in diœcesi suffraganeorum.

27 Vltra † quod non videntur vniuersaliter esse in vsu statuere dictas personas, & ita in hac prouincia Compostellana in Concilio prouinciali vltimo, facto anno 1566. non sunt statutæ, quamuis in Concilio prouinciali Toletano facto eodem anno, sint statuth decreto vltimo.

28 Rursus quoad † secundum de visitatione q uod magis faciebat ad propositum, similiter non est in vsu, maxime, in Hispania, Archiepiscopos visitare prouinciam, nec est memoria in contrarium & sic cum ratione consuetudinis Archiepiscopi sint excusati ab huiusmodi visitat ione prouinciæ, consequenter etiam sunt excusati ab ignorantia vacationis beneficiorum in diœcesi suffraganei.

29 Præterea, iam ex Concilio † Tridentino *sessione vigesimaquarta, de reformatione, capit. tertio.* Metropolitani non possunt visitare diœceses comprouincialium, nisi causa cognita, & probata in Concilio prouinciali, & aduertit Fuscus *de visitatione libr. primo capite secundo numero vndecimo.* Nec refert, si contra hoc dicas, quod sunt in culpa in non celebrando Concilio prouinciali, vbi de hoc agatur, prout tenentur quolibet saltim triennio, Concilium Tridentinum *capit. 2. sessione vigesimaquarta de reformatione*, nam ex eo, quoad propositum non potest inferri culpa, aut negligentia, & si aliqua est, est valde remota, quæ non habetur in consideratione.

Sed est † aduertendum cum Mandos. *regul. 34. de*
30 *annal. quæst. 90. numero sexto*, quod duobus modis potest quis à Papa impetrare beneficia deuoluta, vel tanquam ad sedem Apostolicam deuoluta, iuxta Lateranen. statuta Concilij, & tunc debet probari deuolutio gradatim, iuxta supradicta, vel tanquam deuoluta ad inferiores ob negligentiam primi collatoris, vel ob non præsentationem patroni in tempore, iuxta *regulam Cancell. quadragesimamprimã de derogatione iurispatronatus*, quia Papa potest concurrere cum Episcopo, seu Archiepiscopo, aut Capitulo, ad quos facta est deuolutio, Abbas *in dicto ca. quia diuersitatem, numero quinto*, & dictum est supra *quinta parte, capit. 1. à numero octauo*, & tunc sufficit probare negligentiam Cap. 1. & tradit posthæc Gõçalez, *§. tertio proœm. à numer. tertio & §. quarto à numero* 88.

31 Secundo † aduertendum est, quod collatio facta à secundo collatore, verbi gratia Archiepiscopo, ante factam deuolutionem, non valet, cum antea is non habeat facultatem conferendi. Nec conualescit, etiamsi primus non conferat infra tempus. Felinus *in capit. cum ex officij, de præscriptionibus numero trigesimoseptimo*, Rebuf. *dicto titulo de deuolutio. numero trigesimosecundo* Additio magna Rotæ *decis. 10. de iurepatronat. in antiquis.*

32 Quod † procedit etiam si collatio sit facta simpliciter, non dicendo iure deuoluto, quamuis collatio facta ab Ordinario iure ordinario de beneficio iurispatronatus, spreto patrono valeat non præsentante, nec contradicente infra tempus datum ad præsentandum, vt dictum est *quinta parte, capit. vltimo, numero* 242. Ex quo Ordinarius tunc confert ex iure & potestate originali, & collatio ab eo facta, spreto patrono, solum est nulla in fauorem patroni, atque adeo eo volente, & reclamante, non alias, vt ibi.

Tertio † aduertendum est, quod sicut de Capi- 33
tulo ad Episcopum, ita de Episcopo ad Capitulum fit deuolutio, *dict. capit. 2. de concessione præbendæ, capit. cum in cunctis, §. fin. de election.* ob magnam, quæ est inter eos communionem, *cap. requisisti, de testa.* Corras. 4. *par. cap. 1. num. 12.*

Quod † tamen intelligitur quo ad beneficia spe- 34
ctantia ad collationem Episcopi proprio iure, secus si iure speciali, vel deuoluto, Abbas *in dict. capit. 2. numero sexto, & octauo & in dict. §. fin. numero quinto, & in dict. capit. quia diuersitatem. numero decimo*, Francus *in capit. vnico, §. cum vero. numero tertio & quarto, ne sede vacante, in sexto*, Felin. *in capit. irrefragabili, de officio ordinarij, numero tertio*, Rebuff. *dicto titulo de deuolutione, à numer. vigesimoprimo*, Cassador. *dicta decisione octaua de præbend.* Mandos. *dict. quæstione nonagesima numero quinto* Gregorius Lopez *in leg. 9. tit. 16. par. 1.* Anast. Germon. *de indultis Cardinalium, §. volumus, numero quinquagesimosexto*, Açor *c. 27. q. 2.*

Quarto aduertendum † est, quod cum ius confe- 35
rendi spectat simul ad Episcopum, & capitulum, qui inter se prouisionem diuiserunt, per turnos, si Capitulum in sua turno non confert infra tempus à iure statutum, aut confert indigno, non fit deuolutio ad Episcopum, qui est par collator cũ Capitulo, sed ad superiorem, quia diuisio, non tollit, aut mutat ius deuolutionis, quæ est ad proximum superiorem, & non ad eundem inferiorem, qualis est in hoc casu Episcopus.

Et † idem est, quando per canonicum, cui in tur- 36
no Capituli ex commissione, seu ordine ipsius, prouisio competit, non prouideretur infra tempus,

Quando † vero iste canonicus prouideret indi- 37
gno, prouisio infra semestre reuerteretur ad ipsum Capitulum, nisi scienter talem prouisionem ratam habuerit, *capit. si compromissarius, de elect. in 6.*

Neque † isto casu Capitulum haberet nouum 38
semestre, vbi prouisio ipso iure est nulla, quidquid velit glossa *ibi, verb. libere*, nam committens, & cõmissarius non debet habere nisi vnum terminum, seu semestre.

Et † ita in vna Romana beneficiatus S. Petri, in 39
qua cum ius conferendi ista beneficia priuilegio Apostolico spectaret simul ad Archipresbyterum, & Capitulum, & inter eos collatio esset diuisa per turnum, & in turno Capituli prouideret canonicus hebdomadarius, & in illo casu hebdomadarius de beneficio vacante in turno Capituli, prouidisset indigno & incapaci, nempe, non clerico, *Fuit resolutum 28. Aprilis 1595. coram D. Gipsio, & 20. Nouembris 1596. coram D. Corduba. & 8. Martij, 1602. coram D. Penna, Deuolutionem fieri ad Papam, cui Ecclesia est immediate subiecta Capitulo, ad quod prouisio reuertitur*, d. cap. si compromissarius, *non conferente infra tempus digno*, cap. ex parte concession. præbend. *vbi Abbas, & nõ ad Archipresbyterũ, qui est par collator cũ Capitulo, & deuolutio fit ad superiorem. Nec obstare dictam diuisionem, quia ea non tollit, aut mutat ius deuolutionis, quod datur ad proximum superiorem, & non ad eundem inferiorem, qualis in hoc casu erat Archipresbyter: quamuis stante dicta diuisione quilibet eo-*

eorum in suo eorno iure proprio conferat, nec collatio sit communis, Ioan. Andr. in cap. cum in illis, §. si vero *vbi Geminian.* num. 3. *& Francus* nu. 1. de præbend. in 6. *& fuit dictum in Salamantina, alternatiua coram D. Robusterio.*

Præterea † dicta die 8. Martij fuit resolutum, 40
quod *ex quo lis per sententiam, & rem iudicatam, erat extincta, non erat locus restitutioni in integrum contra triennalem pacificum possessorem, non obstante commissione, qui erat cum clausula, prout de iure, & de iure post lapsum triennium, à die vltimæ sententiæ, non potest competere restitutio, Cassad.* dec. 1. 2. de restit. in integrum. & 11. super regulis, *Achilles* decis. 2. & 7. super reg. de triennali.

Et ad quos † fiat deuolutio, vide Abbatem *in di.* 41
§. fin. numero quinto & textum, & Doctores *in capit. quanquam. de electio. in* 6. Rebuff. *dict. titul. deuolutio, numero decimoseptimo, & in repetit. dict. capit.* 2. *de concessio. præbend. circa finem, vel sic. Quarto quæritur. in concord. tit. de collatio. §. si quis vero, verb. immediatum*, Paulum de Citad. *sexta parte articul.* 3. *quæstione vigesima sexta numero quarto* Mandos. *dicta q. nonagesima numero quinto.* P. Greg. *de benefic. capit.* 39. *numero primo*, Cerolam *prima parte verb. beneficia. § secundo* 2. *fallen.* & Cechum *de benefic. capit. quinto numero quinto* & Azorem *dict. libro sexto capit. vigesimoseptimo.*

Vltimo est † aduertendum, deuolutionem fieri cũ 42
onere, & qualitatibus requisitis in prima prouisione, Felin. *in cap. cum accessissent, de constitutionibus numero decimooctauo*, Rochus *verb. honorificum, quæst.* 3. Lamber. 3. *p.* 2. *lib. quæst.* 7. Selua *tertia parte quæst.* 49. Rebuf. *dict. titul. de deuolutio à numero quadragesimo, & in dict. repetit. capit.* 2. *in fine.* Corras. *quarta parte capit.* 4. *numero decimosexto*, Ferret. *consil.* 211. *numero duodecimo*, Azeuedo *in leg.* 5. *tit.* 6. *lib.* 1. *recopil. numero secundo.* Ioan. Gutierrez *consil.* 1. *numero trigesimoprimo*, & Cauedo *decis.* 52. *numero quarto & decis.* 97. *numero nono par.* 2. & de patronatibus Regiæ Coronæ, *capit.* 28. *numero certio & quarto* Azor. *dict. capit. vigesimoseptimo quæstion.* 8. Perez de Lara *de anniuersar. & capell. lib. secundo capit. decimo numero* 27.

Sed restat † difficultas, an in beneficiis manualibus, 43
& ad nutum amouilibus habeat locum deuolutio. Et † Æneas de Falcon. *de reseruatione*, 3. *quæstion. princip. numero vigesimoquinto* ait, in beneficiis 44
manualibus non habere locum deuolutionem secundum Franciscum de Aretio *consilio sexagesimo tertio in præsenti consuetatione, versic. sed ad istud.* & † Puteus *decis.* 180. *numero primo libr.* 3. ait, dixisse 45
Dominos, quod beneficia regularia non cadunt sub reseruatione *capit.* 2. *de præbendis in* 6. cum secundum Archidiaconum ibi, *illa beneficia veniant in reseruatione illius cap.* quę adducuntur ad superiorem ex *cap.* 2. *de concessione præbendæ*, & regularia non deuoluũtur: quod non alia ratione videtur esse, nisi quia sunt manualia, vt dictum est supra 1. *par. capit.* 2. *numer.* 66.

Sed † contrarium, scilicet, quod in eis habeat 46
locum deuolutio ad superiorem, & sit locus suppletioni negligentiæ, probat *Clem. vnica de supplend. negligentia prælat.* & ibi glossa, *§. præmissa. verb. reuocari*, & Cardinalis *ibidem, numero quarto*, & Bonifacius *numero octauo*, & Aretinus supra potius tenet hoc, quod in beneficiis manualibus detur deuolutio ob lapsum semestris, iuxta dictum *caput secundum.* Quamuis custodia, & deputatio œconomi interim ad collatorem spectet. Et idem tenet post hæc Gonçal. *gloss.* 5. *§. sexto numero quinquagesimoquinto.*

Vnde † existimo in beneficiis manualibus dari 47
deuolutionem ad effectum, vt superior suppleat negligentiam inferioris, qui tamen re integra poterit moram purgare, & prouidere in istis beneficiis manualibus, ex quo ad eius nutum sunt amouibilia: quamuis † in aliis non est locus purgationi moræ. 48
Nec valet collatio facta post deuolutionem ab inferiori etiam re integra, *capit. licet, & capit. seq. de supplenda negligentia prælator.* & ibi Abbas, & Doct. *& in dict. capit.* 2. Roch. *verb. honorificum. numero sexagesimo secundo*, Rebuf. *dict. titul. de deuolutionibus à numero vigesimoseptimo & in repetit. dict. capit.* 2. *circa finem, vers. octauo quæritur*, Azor *dict. capit.* 27. *quæstion.* 16.

CAP. IV.

De tempore intra quod debet fieri institutio, & confirmatio, & collatio necessaria.

SVMMARIA.

Supradicta solũ procedunt prouisione voluntaria, & libera, ad institutionem vero præsentati, & confirmationem non est præfinitum tempus à iure numero primo. *Et idem est in beneficiis resignatis ex causa permutationis, ad quorum collationem tempus præstitutum non est.* numero secundo. *Quamuis contra teneat Ioannes Nicolaus Delphinus.* numero tertio. *Quod est falsum, quia in collatione necessaria non habet locum, capit.* 2. *de concessione præbendæ, sed in habente liberam potestatem conferendi.* num 4.

Si habens instituere, vel confirmare, aut conferre beneficia permutata sit negligens, & differat, seu recuset id facere, recurrendum est ad superiorem, qui tempus præfigat, quo elapso, ipse supplebit, vel compellendo, vel instituendo. numero quinto. *Quidquid dicant Bellamera, & Gimon. relati.* numero sexto.

Data negligentia habentis instituere ex præfixione termini illi facta à superiore, & sic ad eum facta deuolutione non intelligitur ei præfixum semestre ad institutionem faciendam contra Lambertinum. nu. 7. & 8.

Præsentatus, etiamsi Episcopus differat eum instituere sine causa, potest appellare à grauamine sibi illato, numer. 9.

QVæ duobus præcedentibus capitulis dicta sunt, 1
solum † procedunt in collatione, seu prouisione voluntaria, & libera: ad institutionem vero præsentati, & confirmationem non est præfinitum tempus à iure, Rota *decision.* 4. *de iurepatron. in nouis*, Abbas *in ca.* 2. *de concess. præbendæ, numero duodecimo & decimotertio*, Cosmas *in pragnat. sanctione, titul. de collatio. §. item circa. verb. respective.* Selua *de bene-*

benefic.3.parte,quæstion.64.numero 1. Rochus *de iure patronat.verb.honorificum,numero* 55. Paulus de Citadinis *6.parte,articulo 3.numero* 103. Lambert. *3.parte, 2.lib.quæst.2. articulo 6. & 7. Glossa reg.* 40. *Cancell.* Rebuff. *in praxi,titul.de deuolutio.numero 6.& in concordatis, tit.de regia ad prælaturas nominatione, §.1. verb.intra sex menses,* Ioan. Nicol. Gimon. *in Enchir. benef.tit.5.c.7.numero* 24. Anastas. Germon *de indultis Cardin.§.volumus,à numero* 76. & Cerola *in praxi Episcopali, 1.p.verb.beneficium, §.3. & verb.ius patro-*
2 *nat.§.8.3.dub.& 2 p.verb.institutio.* Et † idem est in beneficiis resignatis ex causa permutationis, ad quorum collationem tempus præstitutum non est Fede. de Senis, *de permut.benef.quæst.*29. P. de Vbal. seu Perus. *cod.tract.2.p.quæst.vltim.numero* 31. alias *à numero* 52. Franc. *in cap.vnico de rer.permut.in 6. n.*10. & ibi Gambar. *numero* 137. Cosm. & Selua *numero 2.& 3.vbi supra,* Rebuff. *dicto titulo de deuolutio. numero 6.& tit.de permutat.numero* 39. Corras. *de benef.4. p.cap.1. numero* 6. Gimon. *dicto titulo quinto,cap.octauo,numero primo,* & Cero. *dict.§.3.* Azor *libro 7.cap.trigesimo, quæst.2.*

3 Quamuis † Ioann. Nicol. Delphinus *de iure patronat.libro secundo,quæstione vndecima* teneat, etiam in beneficiis renunciatis ex causa permutationis, habere locum text. *in dict.cap.secundo, de concess.præbend.* & sic Episcopum intra semestre teneri conferre beneficium in suis manibus resignatum ex causa per-
4 mutationis, quod † est falsum, quia in collatione necessaria non habet locum ille text. sed in habente liberam potestatem conferendi, Selua *dict.numero secundo* & alij. Sed circa permutationem vide hodie constitutionem Gregorij XIII. de publicandis resignationibus, & quæ dicemus *p.seq.cap.3.à numero* 273. & 282.

Si tamen habens † instituere, vel confirmare, aut 5
conferre beneficia resignata ex causa permutationis, sit negligens, & differat, seu recuset id facere, recurrendum erit ad superiorem, nempe, metropolitanum, seu Legatum, aut Nuntium, qui tempus prefigat, infra quod id faciat, quo elapso ipse supplebit, vel compellendo, vel instituendo, &c. vt per Doct. citatos *n.1.& 2.*

Quamuis † Bellamera *de permutat.beneficiorum,* 6
quinta parte,quæstione prima, & cum eo Gimon *dict. titulo quinto,cap.septimo,numero vigesimoquarto,& capit.octauo,numero primo* teneant, post lapsum tempus à superiore præfixum ad instituendum, vel conferendum beneficia resignata ex causa permutationis, non deuolui ad eum potestatem conferendi, quia hoc iure cautum non reperitur, sed permutantes ad 7
sua beneficia, redire posse, & † data negligentia habentis instituere ex præfixione termini illi facta à superiore, & sic ad eum facta deuolutione, non intelligitur ei præfixum tempus semestris ad hanc institutionem faciendam.

Quamuis † contrarium teneat Lambertus *d.* 8
quæstione secunda,articulo octauo, numero 3.& 6. ex dict.cap.secundo de concession.præbend. quod tamen, vt diximus, in collatione necessaria nunquam habet locum.

Abbas † etiam *in cap.Pastoralis, de iure patronat.* 9
numero sexto, dat aliud remedium præsentato, si Episcopus differat eum instituere, sine causa legitima, vt appellet à grauamine sibi illato. Sequitur Rota *d. decisione quarta in fin.* Rochus *dict.numero* 55. Paulus de Citadinis *6.parte, articulo 2.numero* 1. Ioann. Gutierrez *de iuramento confirmatorio,3.p. cap.decimo tertio,num.*8. & Cerola *d.§.8.dubio 3.*

VNDECIMA PARS DE MODIS VACANDI, ET AMITTENDI BENEFICIA.

CAP. I.

De Vacationis modis in communi.

SVMMARIA.

VACATIO *beneficij variis modis contingit, quos ponunt relati.* numero 1. *& vacant aliquando de iure, & de facto, aliquando de iure, & non de facto, aliquando de facto, & non de iure.* n. 2.

Omnes vacationis modi verbo vacationis veniunt, præsertim, vbi eadem esset ratio, numero 3 *& verbum, vacatio, simpliciter prolatum, comprehendit omnem modum vacationis, etiam in materia pœnali.* n. 4. *Et ita quando in supplicatione fit mentio de vacatione simpliciter, comprehenditur omnis modus vacandi.* n. 5. *& idem in expectatiua.* n. 6. *in gratia tamen de beneficio vacante requiritur de stylo, quod exprimatur modus vacandi, & ex qua persona, nisi quando impetratur certo modo.* n. 7.

Vno expresso vacationis modo, alij non veniunt, num. 8. *cuius quinque limitationes ponunt Feli. & Selua* numero 9.

Prima est, quod capitulum, susceptum, non procedat, vbi communis opinio est, quod vacet beneficium vno modo, nam quamuis re vera vacet alio modo, tamen illa communis opinio excusat impetrantem, quando est vnicus impetrans. nu. 10. *Quæ limitatio intelligitur, quando exprimitur vacatio ex persona eius, qui communiter reputabatur verus beneficiatus, alias secus.* n. 11.

Si prædecessor triennio pacifice possedit, & cõmuniter reputabatur beneficiatus, & in possessione cessit, seu decessit, non tenetur amplius successor iustificare illius titulum, & præferetur cuilibet alij impetranti ex persona alterius, ex allegatione Lapi, quam palatium seruat, & reducit ad triennium. n. 12. *& qui sint videndi de ea.* n. 13.

Probatur vacatio beneficij ex persona alicuius, probata possessione, & obitu eius, nisi detur titulus alterius. n. 14.

Secunda limitatio, nisi aliud appareat de intentione impetrantis, vt dicitur in d. c. susceptum. n. 15. *seu potius de intentione mandantis, videlicet, Papa.* n. 16. *& quando dicatur de ea constare,* à n. 17. & seqq.

Tertia limitatio est in acceptatiane, n. 20.

Quarta limitatio, quando exprimitur certus vacationis modus, cum clauſ. vel alio quouis modo vacet, *tunc enim venit omnis modus vacandi ex persona expressa, licet non ex alia, nisi addatur, aut ex alterius cuiuscunque persona, quæ clausulæ communiter apponuntur.* n. 21. & 22. *& tamen satis probabile, quod si diceretur,* vel alio quouis modo vacet, *tunc propter verbum,* vacet, *non comprehendatur modus vacandi, etiam ex alterius persona,* n. 23. *& ita potest accipi decisio Rotæ,* n. 24.

Per d. clausulas solum venit modus vacandi de præsenti, non autem de futuro. n. 25.

An per eas veniant vacationes, etiam beneficiorum reseruatorum, resolu itur negatiue, si non est facta mentio reseruationis. n. 26.

Facta autem mentione reseruationis per dictam clausulam venit omnis reseruatio. nu. 27. *præterquam per vacationem apud sedem, seu in Curia, nã hæc requirit specialem mentionem,* n. 28. *Et ad quandam decisionem Rotæ in vna Spoletana, quam Mando. allegat in contrarium, respondetur quod ibi aderat etiam clauſ.* verusq; & vltimus vacationis modus, *etiamsi ex illo quæuis generalis reseruatio, etiam in corpore iuris clausa resultet, habeatur pro expresso.* numero 29.

Quod dictum est, quod facta mentione reseruationis per d. clauſ. siue alio quouis modo *veniat omnis reseruatio, procedit maxime stante clauſ. ac dispositionis Apostolicæ specialiter, vel alias generaliter reseruatum existat.* n. 30. *& quando illa apponatur, & quando solum dicatur, ac dispositioni Apostolicæ specialiter reseruatum existat, quo casu non venit generalis reseruatio.* n. 31. *Dicta clausula, siue alio quouis modo, capit etiam vacationem per priuationem,* numero 32.

Resignatarius, seu cessionarius virtute clausulæ, siue alio quouis modo, *potest capere beneficium tunc vacans per obitum alterius, quamuis resignans, seu cedens nullum ius in eo haberet.* n. 33. *& præferetur alteri, qui postea impetrasset per obitum, etiam ab eodem contra* Rebuf. n. 34. *Si quis velit capere beneficium per d. clausulas generales, obstabit reg.* de mense, *si vacauit in mense reseruato, nec est alias alia ratione reseruatum, quia erat necessaria expressio mensis.* n. 35.

Ita demum per dictas clausulas generales potest impetrans cõsequi beneficiũ ex alia vacatione, si vacationis modus

modus dispositiue, seu assertiue expressius, saltim de facto iustificetur, prout fieri debet, vt possit recurri ad clausulas generales, & stante ista simul. n. 36. & ita procedunt decisiones citatæ. nu. 37. *Et fuit resolutum in decisiocib. relatis.* à nu. 38. ad 46. *Et facit resolutio adducta* n. 47. *iuxta quod sunt accipiendæ decisiones, & Dd. citati.* n. 48.

Vera videtur sententia Ægidij, quod quando plures modi vacandi copulatiue narrantur, omnes debent saltim de facto verificari contra alios. n. 49.

Non videtur vera decis. 2045. li 3. p. 3. *diuersorum.* nu. 50. *nec decisio Supporegien. canonicatus relata.* numero 51.

Infertur ad decisionem Ceneten. parochialis relatam. n. 52. *quæ declaratur* ibi, & n. seqq.

Gratia de beneficio vti vacante tali mense, non valet, si vacauit in alio, nec potest capi beneficium ex clausulis generalibus, nisi saltim de facto verificetur vacatio in mense narrato. nu. 55. & seq. *vbi adducitur resolutio Rotæ. Quod procedit sine dubio, quando beneficium vacasset in mense reseruato, nec esset alias reseruatum alia ratione, propter regulam de expressione mensis.* n. 57. *vbi ponitur resolutio Rotæ. Procedit etiam, quamuis mensis narratus esset reseruatus, & vacasset in mense ordinario, aut alias esset reseruatum beneficium.* n. 58. & n. seq. *ponitur resolutio Rotæ, quamuis alias Rota teneat, non debere verificari mensem vacationis reseruatum narratum, non dato concursu prouisionum, vt in resolutionibus adductis.* à num. 60. *Sed verius est etiam tunc debere verificari saltim* 'emiplene. numero 63.

Non videtur vera doctrina Seluæ, tenentis, quod si Papa in conferendo beneficium, cuius collatio ad eum spectabat iure deuoluto, aut alias fundat se super reseruatione, tenet prouisio, non obstante narratione reseruationis, n. 64.

Non potest capi beneficium per obitum, ex clausula, siue alio quouis modo *posita in resignatione, cum ante factam resignationem per procuratorem principalis est mortuus, & sic resignatio non potest verificari, nec de iure, nec de facto.* n. 65. *Quidquid sit de alio capite, ex reg.* de verisimili, *quæ non videtur intrare, cum non principaliter impetratur per obitum.* n. 66. & seq. *vbi ponitur decisio Rotæ.*

Vacatio narrata non est necessario verificanda, quando gratia non est ad illam restricta, sed narrat etiam aliam vacationem, saltim in genere, dicendo, aut alias certo modo, & ideo sufficit illam verificare, num. 68. cum seq. *vbi adducuntur resolutiones & decisiones Rotæ.*

An Ordinarij possint in prouisionibus vti dict. clauf. vel alias quouis modo, à n. 73. *resoluitur affirmatiue contra Rebuf. & posse conferre vacationis modo non expresso, & habere modum vacationis pro expresso.*

In Ordinario non procedit dictum c. susceptum, sed etiam vno modo expresso continetur alius, secundum Domin. quod probabilissimum videtur, à n. 77. *& quidquid esset de hoc, certum est in Ordinario apponente clausulam,* siue alio quouis modo, *non esse necessarium vllo modo verificare modum expressum, nec etiam de facto.* n. 80.

In executore, seu commissario Papæ recte procedit decisio d. c. susceptum. num. 81. *sicut etiam in legato.* numero 82

Quinta, & vltima limitatio est in materia non odiosa, in qua veniunt omnes vacationes, licet exprimatur vacatio per mortem. n. 93.

In literis ad beneficia, quæ ambitiosæ reputantur, expresso vno modo vacationis non venit alius. n. 84. *alias vero in dispositione hominis expresso vno modo vacationis non includitur alter, etiam in materia fauorabili.* n. 85. *nisi fieret mentio de morte, & in casu de quo agitur, eundem effectum operaretur mors ciuilis, quem naturalis, tunc enim mors ciuilis, & naturalis æquiparantur, etiamsi materia non sit fauorabilis.* n. 86. *In dispositione iuris, facta mentione de vacatione certo modo, puta, per mortem, etiamsi materia sit odiosa, includetur alius, quando in eo est eadem ratio, ac in expresso, alias secus.* n. 87. *Ex quo reprobatur quoddam dictum Franchi.* n. 88.

Alia sexta limitatio ponitur, quando beneficium iamdiu vacauit, ita quod de eius vero vacationis modo certa notitia non habetur, quod tunc falsa expressio rescripti non vitiat. nu. 89. *sed hæc limitatio reprobatur.* n. 90.

VAcatio † beneficij variis, multisque modis contingit, quos ponunt Staph. *de lit. gratiæ, tit. de variis modis vacationis, per totum,* Pauin. *de offic. & potesta. Capituli sede vacante, vlt. prælud.* Rebuf. *in praxi, titul. requisita ad collationem bonam, à num.* 49. *& in concor. tit. de Regia ad prælaturas nominatio. §. monasteriis, verb. vacantibus, & in repet. cap. nulla,* 2. *de concess. præb. 6. præmisso,* & Corras. *de benef. 1. p. capitulo* 8. 1

Et vacant † beneficia aliquando de iure, & de facto aliquando de iure, & non de facto, aliquando de facto, & non de iure, vt per Mand. *cons.* 4. *à num.* 20. & Gonça. *ad reg. mensium, gl.* 15. *§.* 1. *à nu.* 2. Omnes † autem vacationis modi verbo *vacationis* veniunt, præsertim, vbi eadem esset ratio. gl. *in cap. si propter, de rescrip. verb. vacabunt, & in c. quia sæpe, de præb. in 6. ver. vacat, & in c. cupientes, in princ. de elect. eod. libro ver. vacationibus,* & ibi Ioan. Monach. Archid. & Fran. *numero* 2. *& in cap. susceptum, de rescript. in 6. numero* 3. qui † notat † quod verbum, *vacatio,* simpliciter probatum comprehendit omnem modum vacationis, etiam in materia pœnali, sequuntur Staph. *d. tit. de variis mod. vaca. numero* 6. Feli. *in c. in nostra, de rescript. cor.* 37. Selua *de benef. 3. p. q.* 12. *n.* 21. Paui. *sup.* & Corras. *d. c.* 8. *n.* Mando. *reg.* 19. *q.* 17. *n.* 2. *& reg.* 30. *q.* 7. *n.* 21. Meno. *de arbitr. libro* 2. *casu* 201. *n.* 100. Flam. Paris. *de resig. benefi. li.* 11. *q.* 14. *numero* 24. Conducit quod ait Gonçal. *gl.* 15. *num.* 2. Ita † Reb. *in d. c. nulla,* 6. *præmisso* ait, quod quando in supplicatione fit mentio de vacatione simpliciter, comprehenditur omnis modus vacandi, quod etiam ait Mando. ad Lapum, *allegatione 6. numero 5. liter. K.* Et † Mohed. *dec.* 10. *de præb.* alias 134. ait, quod cum expectatiua dat beneficium vacans, per vacationem simpliter comprehenditur omnis modus vacandi. In † gratia tamen de beneficio vacante requiritur de stylo quòd exprimatur modus vacandi, & ex qua persona, nisi quando impetratur certo modo, vt per deuolutionem. Sed † vno expresso vacationis modo, alij non veniunt, *cap. susceptum, de rescript. in* 6. Rota *decis.* 53. *de rescript.* alias 743. *&* 17. *de præb.* alias 726. *in antiq. & decis.* 22. *de præb.* alias 338. *&* 1. *de cler. coniug. in fi.* alias 26. *in nouis,* Fastol. *dub.* 46. Fr. *numero* 3. & alij *in d. c. susceptum,* Fel. *d. cor.* 37. *& in c. super literis, numer.* 3. *de rescr.* Selua *vbi supra* Rebu. *in concord. titulo de forma mandati. ver. aliam quamcumque, & in tract. de nominatio. q.* 17. *n.* 25. *alias* 62. Sarnen. *in reg. de impetrãd. benef. per obitum familiarium.* Cardi. *q.* 7. *versic. vlt. ne aliquid,* Gigas, *consilio* 131. Corras. *d. numero* 2. Petrus 2

decis. 25. *lib.* 1. Rota *decis.* 80. *lib.* 3. *p.* 3. *diuer.* Mandos. *d. reg.* 30. *q.* 7. *numero* 22. *& d. reg.* 19. *qu.* 17. *numero* 3. qui cum Franco *supr.* id ampliat, esto, quod in aliis sit fortior ratio, & Menoch. *dict. casu* 201. *numero* 203.

9 Cuius doctrinæ † quinque limitationes ponit Fel. *d. cor* 37. & Selua, qui eius dicta refert *vbi sup.*

10 Prima † est, quod decisio *d. c. susceptum*, non procedat, vbi communis opinio est, quod vacet beneficium vno modo, nam quamuis re vera vacet alio modo, tamen illa communis opinio excusat impetrantem, quando est vnicus impetrans, ex illo capite putatiuo, & non habet competitorem, qui impetrauerit etiam posterior, ex alio vero capite, qui cõcurrat, & se opponat ante completum negotium, id est, ante adeptam possessionem ab illo. Quæ † limitatio

11 intelligitur quando exprimitur vacatio ex persona eius, qui communiter reputabatur verus beneficiatus, & sic loquuntur Lap. *alleg.* 89. *n.* 14. *&* 15. & Dominic. *in d. c. susceptum*, & Socin. *in repet. c. postulasti, de reser.* quos Feli. & Selua citant. & sequitur Fran. *d. c. susceptum, n.* 5. *&* 11. alias enim communis opin. non excusaret, si re vera beneficium non vacabat modo expresso, ex *d. c. susceptum.* Et istam limitationem ponunt etiam Rebuff. *d. verb. aliam quamcunque, ad fi.* & Menoc. *sup. n.* 104. Thom. Sanch. *de matr. lib.* 8. *disp.*

12 24. *n.* 20. Aduerte tamen, quod † si prædecessor triennio pacifice possedit, & reputabatur beneficiatus, & in possessione cessit, seu decessit, non tenetur amplius successor iustificare illius titulum, & præfertur cuilibet alij impetranti ex persona alterius, ex *d. alleg.* Lapi, quam Palatius seruat, & reducit ad triennium, Cassad. *decis.* 2. 3. *&* 4. *de can. poss.* Achill. *dec.* 178. Crescen. 21. *de proba.* Guidobon. *decisio.* 1. *&* 2. *in manuscrip.* Sarnen. *in reg. de trienna. quæstio.* 16. *&* 3. Ma-

13 scard. *de prob. concl.* 175. *&* 1379. Et † de *dicta allegat.* Lapi, videndus est Mandos. *ibi*, qui latissime agit de ea, Hieron. Gabr. *consilio* 190. *libro* 1. Masc. *supra* & Flam. Paris. *libro* 10. *de resig. quæst.* 4. *&* lib. 11. *quæst.* 6. *à numero* 95. *& decisio.* 779. *lib.* 3. *p.* 3. *diuer. &* 189. *p.* 2.

14 Aduerte etiam † probari vacationem beneficij ex persona alicuius probata possessione & obitu eius, nisi detur titulus alterius, Puteus *dec.* 87. *libro* 3. & fuit resolutum in causa Genen. præstimonij, 19. Nouem. 1593. coram Dom. Blancheto, & in Placentina beneficiorum, 23. Martij 1609. coram Domino Pamphilio.

15 Secunda limit. quam † ponit Feli. & cum eo Selua est, nisi aliud appareat de intentione impetrantis, vt dicitur *in d. c. susceptum*, & notat Lap. *sup.* & eam ponunt Mand. *d. regu.* 30. *quæst.* 7. *num.* 22. & Menoch. *sup. n.* 105.

16 Circa † quam est aduertendum cum Papaz. *in add. dec.* 1. *de rescrip. in nou. n.* 4. quod litera Feli. & sequacium, est corrupta dum dicit de intentione impetrãtis, intentio enim impetrantis nihil potest operari in proposito. & text. quem allegat *in d. c. susceptum*, non loquitur de intentione impetrantis, sed mandantis, scilicet, Papæ.

17 Et † de intentione constare dicitur (inquiunt Mand. & Meno) ex verisimili coniectura, si talis sit impetrans, cui Pontifex concessisset, quod tamen apud se ait, non carere dubitatione. Mando. Nec mi-

18 hi † placet, nam secundum hoc *d. c. susceptum*, nunquam fere haberet locum, quoniam cui papa concedit gratiam per vnum modum vacandi, maxime, difficiliorem, fere semper concederet per alium, si exprimeretur, cum non sit maior ratio in vno, quam in alio. Facit quod tradit Feli. *in d. c. super literis, n.* 3. *limit.* 4. Vnde † tunc dicerem, constare de intentio 19 ne mandantis, quando id ex aliquibus verbis literarum constaret, seu colligeretur, vt si scriberet, *motu proprio*, vel adesset clausula, *siue alio quouis modo*, de quo infra Franchum *in dict. cap. susceptum, numero* 9.

Tertia † limit. quam ponit Feli. & Selua, est in ac- 20 ceptatione, quam etiam vltra citatos ab eis tenet Fran. *in d. c. susceptum, n.* 12. Rebuf. *d. q.* 17. *de nominat. à d. nu.* 25. *& d. verb. aliam quamcunque, vers. fallit in acceptatione*, & Meno. *sup. n.* 106.

Quarta limit. est, quando † exprimitur certus va- 21 cationis modus, cum clausula, *vel alio quouis modo*, qua vti commodissimum esse ait, Corra. *d. nu.* 2. cum Cosma *in pragmat. sanct. tit. de causis, §. item quod monasteria, verb. alias quouis modo*, Tunc † enim venit o- 22 mnis modus vacandi ex persona expressa, licet non ex alia, nisi addatur, *Aut ex alterius cuiuscunq; persona*, (quæ clausula communiter apponitur, Mandos. *de signa. gra. tit. de resig. vers. clausulæ, siue præmisso*) ita Felin. & Selua *sup.* Franc. *d. c susceptum, n.* 8. *&* 9. Staph. *de lit. gra. titul. de expectatiuis ad diuer. benef. §. quo vero ad alias*, Sarnen. *reg. de infirm. q.* 34. *& de public. q.* 16. Hier. Pau. *in pract. Cancell. in notab. super vacantib. non reserua. vers. clausula, aut ex alterius*, Rebuff. *d. verb. aliam quamcunque, & d. q.* 17. *num.* 26. alias 63. Mando. *d. reg.* 19. *q.* 17. *à num.* 4. *& d. reg.* 80. *q.* 7. *nume.* 22. *& consi.* 4. *num.* 17. Nauar. *in c. si quando de rescript. except.* 2. *numero* 3. Menoc. *sup. num.* 107. *&* 122. Flam. paris. *lib.* 8. *de resig. benef. q.* 7. *num.* 65. *& à num.* 119. & Rom. *d. decis.* 1. *de rescript. in nouis. & ibi Addens.* maxime Papaz, qui refert plures Rotæ decisiones circa hoc.

Est tamen satis probabile, quod cum Cardi. tradit 23 Felin. & Selua *sup.* quod si diceretur, *vel alio quouis modo vacet*, tunc propter verbum, *vacet*, comprehendatur modus vacandi, etiam ex alterius persona, & sequuntur Mohed. 2. *de offic. deleg.* alias 265. *numero* 2. & Flam. Paris. *supra num.* 126. Et † ita potest accipi 24 *decisio.* 52. *de concess. præbend.* alias 613. *in antiq.* & quod tradit Masc. *conclu.* 181. *ad fin.* Et † est aduertendum 25 quod per dictas clausulas solum venit modus vacandi de præsenti, non autem de futuro, vt contra Sarnen. *d. q.* 34. *de infirm.* recte docet & explicat Mando. *d. q.* 17. *num.* 13. Caput. *dec.* 256. *p.* 2. Flam. Paris. *sup. numero* 133.

Et † an per dictas clausulas, veniant vacationes et- 26. iam beneficiorum reseruatorum, dicendum est, quod clausula prædicta nulla facta mentione alicuius reseruationis, non se extendit ad reseruata, Rebuff. *in praxi in forma signaturæ, verb. affectum, vers. imo si Papa*, Mand. *d. q.* 17. *num.* 7. *&* 8. Simon. *de reser. q.* 14. Æneas de Falc. *eod. tract.* 4. *q.* 4. *effect.* Quamuis contrarium teneant Sarn. *d. q.* 34. *in prin.* & Flam. Paris. *supra n.* 131. *&* 132. Facta † autem mentione reseruationis 27 per d. clausulam venit omnis reseruatio, Mando. *ibi.* Præterquam † per vacationem apud sedem, seu in 28 Curia, nam hæc requirit specialem mentionem, Domin. & Fran. *in c.* 2, *de præb. in* 6. Simon. *q.* 4 *n.* 15. *& q.* 73. *n.* 1. & Gonça. *gloss.* 13. *a nu.* 35. Quamuis Mand. ibi velit venire etiam tunc vacationes apud sedem, dicens, Rotam in vna Spoletana beneficiorum, 4. Iulij, 1550. coram Domino Vertano resoluisse, stante clausula, *quouis modo*, & clausula *quamcunque generalem reseruationem* importante, venire etiam vacationem per obitum in curia Rom. de quo modo vacandi

29 di nulla fuit facta mentio. Sed † respondetur, quod in *illa decis.* quæ est Fabij, & habetur *3.p.diuer.libr.2. dec.266.& libro 3.dec.* 341. vbi pro Spoletana dicitur Toletana, fuit ita decisum, quia vltra clausulam, *quouis, modis*, & claus. *quamcunque generalem reseruationem* importante aderat etiam claus. *Verumque, & vltimus vacationis modus, etiamsi ex illo quauis generalis reseruatio etiam in corpore iuris clausa resultet, habeatur pro expresso, seu in toto, vel in parte exprimi posset.* Et sic erat perinde ac si obitus in Curia fuisset expressus, & in literis potuisset exprimi. Æneas *d. effectu* 36. Vnde illa decisio potius est pro nostra sententia. Pro qua etiam est decisio Calagurritana de Arcaya, 28. Iunij, 1591. supra adducta. 5 *p.cap.1. numero* 527.

30 Et id † quod diximus, quod facta mentione reseruationis per d. clausulam, *siue alio quouis modo veniat omnis reseruatio, &c.* procedit, maxime, stante claus. *Ac dispositioni Apostolicæ specialiter, vel alias generaliter reseruatum existat*, quę † in literis Apostolicis apponitur, quando fuit facta mentio dispositiue, id est, assertiue, pure, & determinate alicuius reseruationis, & non exprimitur detentor, seu intrusus, alias solum dicitur, *Ac dispositioni Apostolicæ specialiter existat*, iuxta † *reg. Cancell.* 55. *de clausulis in beneficiis vacan. ponen.* vbi glossator *reg.* 62. & Hier. Pau. *in pract. Cancell. in notab. super vacantib. non reseruatis, vers. quando non præponitur reseruatio.* Et sic tunc non venit generalis reseruatio: & quæ sit illa, & quæ specialis videndum est *sup.5.p.c.1.à n.56*

31

32 Vnde dicta † clausula, *siue alio quouis modo*, capit etiam vacationem, per priuationem, Mohe. *dec.2. de sequestr. poss.* alias 333. Flam. Paris. *supra num* 146. & fuit resolutum in vna Burgen. canonicatus 27. Iun. 1586. coram D. Gipsio, in qua fuit tentum, prouisionem Aloisij sustineri vi d. claus. generalis, quamuis constaret, simoniam realem inter Antonium, & Georgium

33 commissam fuisse, vt per Flam. ibi. Vnde † etiam resignatarius, seu cessionarius virtute clau. *seu alio quouis modo* potest capere beneficium tunc vacans per obitum alterius, quamuis resignans, seu cedens nullum ius in eo haberet, Puteus *dec.25. li.3.* Mohed. *dec. 5 de præbend.* alias 107. Rota *decis.266. libro 2.& 305. & 341. libro 3. par. diue.* Mando. *de signatu. titul. de resignatio. vers. non addita autem illa*, & Flamin. Paris. *supra numero* 64. *& à numero* 120. Et fuit resolutum in vna Pacen. canonicatus, 27. Febr. 1559. co-

34 ram D. Chisanen. Et præfertur † alteri, qui postea impetrasset per obitum etiam ab eodem, quidquid dicat Rebuf. *d. verb. aliam quancunque, ver. nam hoc intelligerem*, nec Lap. quem citat loquitur in his terminis.

35 Aduerte † tamen primo, quod si quis velit capere beneficium per dict. s clausulas generales, *siue alio quouis modo, &c.* obstabit reg. *dict. mense*, si vacauit in mense reseruato. Neque est alias alia ratione reseruatum, quia erat necessaria expressio mensis, ex *dict. reg.* vt diximus supra 5 *par.cap.1.à numero* 654.

36 Secundo † aduerte, quod ita demum per clausulas generales *siue alio quouis modo*, potest impetrans consequi beneficium ex alia vacatione, si vacationis modus dispositiue, seu assertiue expressus saltim de facto iustificetur, prout fieri debet, vt possit recurri ad clausulas generales, & stant ista simul, quod beneficium vacet alio modo, quam narrato. & tamen vacatio narrata possit iustificari saltim de facto, quia ille ex cuius persona vacatio narratur, habebat possessionem, seu aliquod ius in illo beneficio. Addi. Rotæ *dec.1. de rescript. in nou. a n.8.* & facit *d. decis.305 & 475. n.2. libro 3.p.3. diuer. & decis.* Putei, 400. *libro 1. & 261. num 5. libro 3.* Flam. Paris. *libro 10. de resig. q.3. n.11. & 12.*

Et † sic procedit *d. decisio 266. libro 2. & 341. libro* 37
3.p.3. diuers. quæ sunt eiusdem causæ cum *dict. decis.* 305.

Et † ita fuit resolutum in causa Salamantina Archi- 38
diaconatus de Alba, de anno 1582. in qua fuit consideratum, clausulis generalibus non fuisse locum, quia narratiua resignationis neq; de iure, neq; de facto iustificabatur.

Et † in vna Calagurri. thesaurariæ 11. Ianua. 1578. co- 39
ram D. Cæsare de Grassis, in qua fuit dictum, quod viderentur bene literę an modus vacandi per contractum matrimonij sit datus dispositiue, quia si id esset, non posset impetrans ex clausula, *siue præmisso*, alias vacationes capere, quam per contractum matrimonij, vt *in decision.* eiusdem Gras. 125. *numero* 67. *& 8.*

Idem † fuit resolutum in causa Mediol. præpositu- 40
ræ, 17. Apr. 1589. coram D. Plato, in qua fuit dictum, *impetrantem teneri concludenter verificare vacationem narratam ob non publicationem, nec posse se iuuare ex eo quod alias vacet per promotionem: quia nihilominus tenetur probare vacationem narratam.*

Et in † vna Bononien. canonicatus, 1. Decembr. 41
1589. & 19. Martij 1590. coram D. Pamph. I. in qua fuit dictum idem fuisse tentum in d. causa Salamantina Archidiaconatus de Alba, 22. Maij, 1582. coram D. Decano, & in pluribus aliis causis. Idem fuit tentum in Spoletana beneficiorum de anno 1595. supra adducta 5 *p.cap.1.num.* 92. & in † Oxomen. capellaniæ, 13. 42
Ianuarij 1595. coram D. Lita fuit dictum, *vacationem narratam debere verificari saltim de facto, vt intret clausula generalis vacationis alterius, &c.* In qua coram eodem 25 Iunij ciusdem anni fuit resolutum, *A. impetrantem, cui facta † fuerat gratia per obitum Hieronymi cum clausula*, siue premisso, siue alio quouis mo- 43
do, &c. *non teneri probare obitum Hieronymi in possessione, dummodo probetur, eum aliquando obtinuisse beneficium de facto, vel de iure, quia cum nonnitatur subrogatione gratiosa contenta in sua prouisione, sed intendat iustificare gratiam suam ad effectum consequendi possessionem beneficij, sufficit, vt iustificet, Hieronymum aliquando habuisse ius in dicto beneficio, & quod illud de tempore collationis vacabat.*

Quæ † tamen decisio erit intelligenda dūmodo il- 44
lud ius, quòd Hieronymus aliquando habuerat in beneficio, siue bonū, siue malum, staret adhuc tempore obitus ipsius, & non cessasset iam per cessionem, siue rem iudicatam contra eum latā, alias enim non stante tunc tali iure, nec possessione, non verificaretur vllo modo vacatio narrata ex eius persa, neque de iure, neque de facto, vt requiritur.

Et † in vna Mediol. beneficij, 11. Decembr. 1595. & 45
5. Iunij, 1596. fuit resolutum, *quod ad effectum iustificationis narratiuæ, satis est, quod probata sit vacatio ex resignatione narrata saltim de facto, vt intrent postea clausulæ generales, atque ita vacatio per assecutionem, aut alias, &c.*

Idem † fuit resolutum in Virdunen. canonicatus 15. 46
Martij. & 13. Maij, 1596. coram D. Pamphilio, vt *in decisione* infra adducta *cap.3. numero* 332, & in illa Tarrosina paroch. 11. Ianuar. 1602. coram D. Ludouico

supra adducta 6.*p.cap.* 2.*numer.*239. vbi dicitur quod *cum probetur vacatio narrata de facto saltim, intrat clausula*, vel alio quouis modo, *vt fuit dictum in Placentina capellaniæ*, 27. *Iunij*, 1597. *coram D.Penna.* Conducit *decis.*Farin.134.*numer.*4.& est videnda illa deci.

47 Et prædictis facit † decisio in causa Cremonen. parochialis,18. Decemb. 1556. & 15. Ianu.& 8.& 26. Martij.1557.coram D.*Quiroga,in qua fuit resolutum, quod impetrans beneficium per obitum cum narratiua, quod defunctus erat familiaris Cardinalis, tenetur pro canonicatione gratiæ verificare familiaritatem, quia Papa facilius concedit,vbi narratur familiaritas, quia scit consensum etiam Cardinalis requiri, ideo Papa libere concedit,quia scit ad se plene non pertinere. Et per notata per Ægid.*decis. 76.*Rotam* de præb. 20. in nouis.*Gem.*cons.15.*Nec obstat, quod in eadem gratia sit derogatum indulto Cardinalis Episcopi dicœs. vbi est beneficium in clausulis generalibus, quia illæ habent contradictionem tacitam in euentum, in quem haberet indultum, ideo non ita expresse ostendunt mentem Papæ. Vnde sequitur, quod si Cardinalis ille non habebat indultum, Papa nil ei derogauit, & tunc remanet obiectio, scilicet Papã fuisse inductum ad facilius concedendum ob expressam familiaritatem alterius Cardinalis. Et clausula*, siue alio quouis modo,*non tollit qualitatem familiaritatis expressam, Rota* decis. 1. de sequestratione possess.& 1.de rescript.in nouis.*Gemin.*dict. cons.15.

4 Et iuxta prædicta est† accipienda Rota *decis.*17.*de præben.in antiquis*,& Felin.*in cap.in nostra de rescrip. cor.6. & decisio* Caputaquen. 256.*par.*2.& quod dicit Ripa *in cap.2.de rescript.n.*60.& Ioann.Gutierrez *cano.quæst.lib.*2.*cap.*15.*n.*60. *& decisio* Legionen. præstimoniorum *ad fi.supra* adducta 5. *par. cap.*1. *numero* 136.

49 Ex quibus † infertur primo veram videri sententiam Ægidij *decis.*734.seu 735. *in fi. vers.& ideo cum forsan*, quod quando plures modi vacandi copulatiue narrantur, omnes debent saltim de facto verificari contra *decisionem* 14.*de rescript.in nouis*,& dictam *decisionem* Ægidij *num.*5.*&* 6.quam sequuntur Felin.*in cap.2.de rescript.n.*23.*& in cap.licet causam de probatio.n.*40.Rebuf.*in concord.titul.de collatio. §. præfatique ordinarij,verb. collationem*, Mascard. *de probatio. concl.*181.*&* 886.*ex num.*13.*&* 112 8.*numer.*26.& Ioan. Gutierrez *sup. numero* 58. contra quos facit decisio Fabij Acoramboni,& *decis.*674. *num.*6.*par.*1. *diuersorum*, de quibus *supra* 6.*par. cap.*2.*numero* 192.*& sequenti.*

50 Secundo † infertur,non videri veram *decisionem* 1045.*lib.*3.*parte* 3.*diuersorum.*

51 Tertio † infertur,non videri etiam veram decisionem Rotæ in vna Hipporigien. canonicatus 22. Octob.1584.*coram D.Orano,in qua domini confirmarunt literas gratiæ Petri non esse subreptitias cum enim haberent clausulam*, quouis alio modo,*capiunt quemlibet modũ vacationis,adeo,quod si non sit verificetur ex correspectiuitate admissionis, & promissionis in continenti coram eisdem notario & testibus modus vacationis expressus,nihilominus intrat vacatio,ex quo vicarius Hipporigien.per resignationem de canonicatu & præbenda, contra formam constitutionis Pij V. consanguineo resignantis prouidit,ex Rota* dec.1.de rescript.in nouis,& 52.de concessio.præben.in antiquis,*quæ resolutio conuincitur ex dictis.*

52 Quarto † infertur,ad decisionem Rotę in causa Ceneten.parochialis,11.Iunij 1557.coram D.Iunio,in qua fuit resolutum.*Impetrantem beneficium vti reseruatum per obitum prothonotarij, non teneri verificare reseruationem, sed posse capere ex clausulis generalibus,quia si Papa concessit beneficium vti reseruatum, facilius concessit,si non fuisset reseruatũ,quia si est reseruatũ,est proprium Papæ,& difficilius concedit, si autem non est reseruatum,est alienum,& facilius concedit*,Rota dec.73. de rescript.in antiquis. Quæ decisio intelligenda erit,quod in illo casu necessariũ esset verificare vacationem narratam per obitum illius saltim de facto, vt esset locus clausulis generalibus. Quamuis † non 53
esset necessarium verificare prothonotariatum.& sic reseruationem,nisi daretur concursus cum prouisione ordinarij anteriori ex ratione, de qua ibi. Qui † 54
tamen hodie videtur necessario verificandus, etiam non dato concursu cum prouisione anteriori ordinarij,quia hodie non solum Papa non concedit facilius beneficia spectantia ad collationem ordinariorum,quinimo regulariter non vult illa prouidere,ne illis præiudicet.Ægidius *decis.* 654. seu 655. *vers. tamen contrarium puto*,& Achilles *dec.* 264.*statim referenda.*

Quinto † infertur, quod gratia de beneficio vti 55
vacante tali mense non valet, si vacauit in alio. ex *d. c.susceptum*,& ibi Franc.*num.*7.*additio.*3.*d.decis.*1.*de rescript.in nouis.*Nec potest capi beneficium ex clausulis generalibus *siue alio quouis modo, &c.* nisi saltim de facto verificetur vacatio in mense narrato ex dictis,& est optima *decisio* Achillis de Grassis 264.seu 1.*de præben.*Vbi † in vna Palentina coram D.Reomano, de anno 1548.fuit tentum.*Quod promisso beneficy per Nuntium Apostolicum facta de beneficio, tanquam vacante de mense Pontificis, non capit beneficium,quod vacasset alio mense ordinarij,etiamsi adesset clausula*,quouis modo. *Tum, quia illa clausula restringitur, ne contradicat expressis, & non capit vacationem per aliam personam, &c. item quia tempus est adiectum causa taxationis, vt per Oldra.* consil.330. *consideratum etiam fuit, quod facilius Pontifex, & Nuntius prouident de beneficiis in suis mensibus,quam quod velint grauare ordinarios collatores.* Et decisio Virdunen. canonicatus, 19. Iunij 1595. coram D. Pamphilio supra adducta 5. *par. capite* 3. *numero* 44. & post hęc tradit Gonçalez *regulam de mensibus,§. quarto procem. numero* 80. vbi allegat aliam decisionem nouissimam & *glossa* 32.*numero nono & 59.* 56

Quod procedit † sine dubio, quando beneficium 57
vacasset in mense reseruato, nec esset alias reseruatum alia ratione,propter regulam *de expressione mensis*, vt in vna Toletana canonicatus de Talauera, 24. Februa.1552.coram domino Caputaquen. in qua fuit resolutum, *Quod impetranti per obitum in mense ordinarij, non sufficit verificare obitum præcessisse impetrationem,sed debet verificare mensem narratum,quia si non vacasset in mense ordinarij,tenebatur facere mentionem de mense, propter regulam reseruatorium, quia si Papa intellexisset vacationem in mense reseruato,difficilius concessisset, quam si intellexisset vacationem in mense ordinario,& licet de iure non teneatur exprimere mensem vacationis,tamen quia expressit,tenetur verificare,sicut dicitur de valore,Rota* decis.524.in antiquis,*Felin.*in cap. in nostra de rescript. *idem dicitur de ætate, quando est expressa, tenetur impetrans illam verificare,vt per Cotam* decis 61. in Miscellaneis manuscriptis, *quidquid dicat Gonçalez* glossa 32. numero 61.

Procedit † etiam ex dictis, quamuis mensis nar- 58
ratus es-

ratus esset reseruatus, & vacasset in mense ordinario, aut alias esset reseruatum beneficium, vt *in dict. decision.* Achillis 294. & dicta Virdunen. canonicatus.

59 Et in † vna Sutrina parochialis 8. Iunij 1588. coram D. Plato fuit resolutum, *Quod obitus licet probetur per testes dicentes vidisse sepelirj, tamen non probatur obitus in mense Ianuar. per testes dicentes vidisse sepelire 2. Ianuarij, cum ex aliqua causa potuerit funus differri per duos dies, & ideo magis fuit data fides testib. qui in isto casu deposuerunt vidisse mortuum, die S. Syluestri 2. hora noctis, & licet velit capere beneficium vigore clausulæ generalis*, siue præmisso, siue alio quouis modo, &c. *nec sit necessaria expressio mensis, quando reseruatio aliunde sumitur, quam ratione mensis, tamen quia fuit expressus obitus in mense Ianuar. debet iustificari ille mensis, vt fuit resolutum in vna Toletana canonicatus coram Cantucio.*

60 Quamuis † in vna Corduben. beneficij 21. Aprilis 1559. coram D. Quiroga fuit resolutum, *Quod prouisus à Papa de beneficio per obitum N. in mense Augusti, cum clausula*, siue alio quouis modo, etiamsi reseruatum, &c. *non tenetur verificare vacationem per obitum in mense Augusti, cum non datur concursus cum prouisione ordinarij, vel alia prouisione alicuius qui se opponeret, sed agitur contra intrusum, & si Papa dedit beneficium tanquam reseruatum, multo magis dedisset, si sciuisset non reseruatum, Rota* decisione 73. de reser. in antiquis, *præsertim quia aderant clausulæ generales*, siue alio quouis modo, &c. *ex quibus potest capi hoc beneficium, & sapius fuit firmatum, Cassad.* decis. 5. de præbend. *Simoneta* de reseruatio. quæst. 61. *Felinus* in cap. in nostra 6. cor. de rescript. *& quæ adducebantur ex aduerso, quod procedunt, quando datur concursus ordinarij, tunc enim quia reseruatio affertur ad eum excludendum, ideo plene est probanda, Sarnen.* de impetran beneficia per obitum familiaris, *Cardin.* quæst. 13. *Ægid.* decisio. 342. & 612. *Cassad.* decisio. 2. de constitut. *Puteus* decisio. 10. de præben. *& fuit resolutum in vna Cremonen. præposituræ coram D. Oradino, Simoneta* de reseruatio. quæst. 29. *& illud fuit dictum procedere, etiam si in prouisione Papæ adesset clausula*, dummodo hac vice collatio ad nos pertineat, *quia satis dicitur pertinere, si non apparet de contrario, licet aliqui tenerent contrarium in hoc per* decisione quintam, *Cassad.* de præben. *& Gemin.* conf. 92. *Hæc in d. Corduben.*

61 Quod † etiam videtur tenuisse Rota in Burgen. præstimonij de Pancoruo 28. Nouembr. 1588. sup. adducta, 6. *par. c.* 4. *nu.* 12. & Clarius in Placentina canonicatus, 1. Martij 1599. coram D. Orano, in † qua fuit

62 resolutum, *Gratiam Baeca esse iustificatam, quo ad vacationem narratam de mense Februar. vti de reseruato per testes de publica voce & fama, quod sufficit, quando de simplici probatione vacationis agitur, Puteus* decis. 266. lib. 3. *licet enim aliud sit receptum, quando prouisio in reseruatione funduntur, vt hic, tum eo casu plena probatio obitus requiratur, ex quo agitur de præiudicio ordinarij, vel alterius prætendentis collationem beneficij ad se spectare, vt fuit resolutum in Elnen. sacristiæ coram Lancelloro, & Pampilonen. beneficij de Allo coram Lauretano, hoc tamen intelligendum venit dato concursu alterius, ita quod impetrans pro victoria egeat probatione reseruationis, nam alias non dato concursu sufficit sola iustificationis ad sustinendam prouisionem Apostolicam, veltanquam ad se spectantem, vel per viam præuentionis, vt fuit dictum coram Quiroga in Corduben. benef. de Castro del Rio, 21. Aprilis 1559. & in Burgen. de Pancoruo coram Gipsio 28. Nouembris 1588. & cæt.*

Sed † nihilominus ex supradictis verius videtur, 63
etiam non dato concursu prouisionum debere verificari mensem vacationis reseruatum narratum, quamuis non dato concursu alterius, qui exhibeat prouisionem ordinarij, vel alterius prætendentis ad se spectare, sufficiat illum semiplene probare, cum non agatur de præiudicio alterius, iuxta alias deducta, 6. *par. cap.* 4. & posthæc tradit Gonçalez *glos.* 11. *ex n.* 100. & 104. & dictum est, 6. *par. cap.* 2. *num.* 229. vbi vide.

Sexto † infertur, non videri veram doctrinam 64
Seluæ *de benef.* 3. *par. q.* 41. tenentis, quod si Papa in conferendo beneficium, cuius collatio ad eū spectabat iure deuoluto, aut alias, fundat se super reseruatione generali, vel particulari tenet prouisio, nō obstante narratione reseruationis.

Septimo † infertur, in terminis quæstionis quam 65
ponit Sarnen. *in reg. de verisimili. quæst.* 3. non posse capi beneficium per obitum ex clausula, *siue alio quouis modo, &c.* posita in resignatione. Nam cum ante factam resignationem per procuratorem principalis sit mortuus, resignatio non potest verificari, nec de iure, nec de facto, cum mortuus non possit vere dici resignare vllo modo, Flamin. Paris. *de resignatione li. 4. q. 2. n. 72. & 73.* & conducunt quæ ipse tradit *libro nono, quæstion.* 24. & decisio in causa Burgen. decimarum de Escalante, 30. Ian. 1589. coram D. Bubalo, vbi quod mortuus non potest dici vere supplicasse: & sic non potest recurri ad dictam clausulam generalem, & intrat decisio Rotæ in illa Salamantina Archidiaconatus de Alua sup. relata, *num.* 38. Quicquid † sit de 66
alio capite, ex regula *de verisimili*, de quo ibi agit Sarnen. & Mandos. *ibidem reg.* 30. *q.* 2. tenens contra Sarnen. contra quem etiam tenet cum aliis, Corras 2. *par. cap.* 3. *numero* 9. & eorum sententia mihi verior videtur, quod attinet ad dictam regulam. Pro † qua 67
est *decisio* Chisanen. 168. *in manuscrip.* vbi habetur, *Quod gratia, si neutri, si obtineatur, etiamsi per obitum, non subiicitur regulæ de verisimili, etiam si capiat per obitum, quia non principaliter impetratur per obitum, & regula loquitur in impetratione principali, ita decisum in Conchen. de la Molilla coram D. Thoma* 1546. *licet cum Sarnen. teneat Nauar.* in c. si quando. de rescript. except. 2. n. 3.

At † vacatio narrata non est necessario verifican- 68
da, quando gratia non est ad illam restricta, sed narrat, etiam aliam vacationem, saltim in genere dicendo, *Aut alias certo modo.* Et ideo sufficit illam verificare, nam in alternatiuis sufficit vnum verificare, *reg. in alternatiuis lib. 6. c. inter cæteras. de rescrip.* Mascard. *conclus.* 1128. *num.* 31. ita fuit resolutum in vna Lunen. Saçarnen. prioratus, 9. Februar. 1590. coram domino Seraphino, & in causa Bononien. canonicatus, 19. Februarij 1590. coram D. Pamphilio, in qua † 69
fuit decisum, *Quod vacatio narrata non est necessario verificanda, quando gratia non est restricta ad illam, sed narrat etiam aliam vacationem saltim in genere, & ideo sufficit illam verificare, cum adesset clausula*, seu alias certo modo, *nam in alternatiuis sufficit vnum verificare*, reg. in alternatiuis lib. 6. *vt fuit resolutum in dict. Lunen. Saçarnen. prioratus. Nec obstat, quod clausula*, seu alias certo modo, *non sit in literis, quia stante expedito perinde, & etiam valere, nihil refert, & in omnem euentum potest recurri ad supplicationem tanquam matricem, quando literæ sunt semel expedita, &c.*

70 A qua decisione † quamuis recesserunt domini, coram eodem 19. Martij 1590. ex eo, quod clausula, *seu alias certo modo, non sint in literis, &c.* tamen idem postea fluit decisum corã eodem 24. Maij 1591. *nam tenuerunt domini, Quod vacatio ex constitutione Pij V. de non conferendis beneficiis resignatis consanguineis resignantium verificatur ex confessione aduersarij, qui in sua gratia confessus est vacasse per resignationem sui patrui, &c. nec est necessarium in casu, de quo agitur, verificare alium modum vacandi ob non factam publicationem, vt fuit in hac eadem causa resolutum coram eodem. &c.*

71 Idem fuit resolutum † in vna Calagurritana beneficij de Ariola 16. Nouemb 1592. coram D. Gipsio vt in decisione sequenti, *Dubitaui an gratia Petri Ruiz esset iustificata, & esse iustificatam domini concluserunt, quoniam siue beneficium vacet per obitum Ioan. siue Dominici, satis verificatur narrata, maxime stante clausula,* aut alias certo modo, *quo fit vt sufficiat Petro ex pluribus modis narratis verum verificare per regulam* in alternatiuis in 6. *Et fuit resolutum in vna Bononien. canonicatus de anno 1590. coram D. Pamphilio, & sat est, quod gratia de facto verificetur, Rota* decis. 8 de electio. in antiq. *Ægid.* decis. 116. in fi. *eoque magis hoc dicendum videtur, cum in supplicatione legatur clausula,* siue præmissis, siue alio quouis modo, *Dd.* in cap. susceptum de rescrip. in 6. *obitum Ioannis de mense Octob. 1588. probant testes, primus super quarto, & tertius super octauo, & coadiuuantur ex fide notarij. Non obstat, quod in supplicatione fuerit expressus 1589. quia huiusmodi error fuit in literis correctus, & corrigi potuit propter clausulam, quod præmissorum verior expressio in literis fieri posset, quamuis ad alias habilitates Petri, & quod sit filius patrimonialis prædicti loci, bene probant dicti testes, qui dicunt ipsum esse filium patrimonialem, & habilem, & intelligi debet de habilitate, iuxta formam per constitutiones requisitam, maxime quia in hac materia leuiores probationes admittuntur. Nec refragatur, quod testes videantur nulliter examinati ex defectu iurisdictionis, ex eo quod literis non expeditis causa commissa fuerit, quod fieri non poterat propter* regulam Cancellariæ 29. *de qua per Caputaquen.* deci. 37. & 38. par. 3. *quoniam cum lis ageretur inter D. Ruiz. & D. Garciam, qui literas expediuerat, & Petrus obtinuit postea commissionem cum clausula,* quam, & quas, vigore cuius fuit ad causam admissus, *non potest dubitari de iurisdictione, quia* d. reg. *non habet locum in commissione non dependenti, vt per Anton. August.* super d. reg. num. 10. *quæ obiiciuntur de regula* de annali, & triennali, *erunt particulariter discutienda.*

Et in dicta † Calagurritana Thesaurariæ 13. Ianuar. 1578. 72 fuit resolutum, *quod narrata vacatione, siue per resignationem, siue per matrimonium potest capi vacatio per resignationem, & eius casus intrare, vt* in d. decis. *Cæsaris de Grassis.* 125. n. 10.

73 Sed dubitatur, an ordinarij possint † in prouisionibus vti dicta clausula, *vel alias quouis modo.* In quo Rebuffus *in praxi, tit. requisita in literis collationum, n.* 16. tenet Episcopum non posse in literis collationum apponere clausulam, *quouis modo vacet,* quia non potest in omnibus vacandi modis prouidere, & si apponat dictam clausulam, nihilominus beneficium non deberi, nisi per modum expressum, sequitur P. Gregor. *de benef. cap. 25. nu. 11.* dicens ordinarium non posse vti clausula, *vel alias quouis mod.*, quæ solum potest adiici à S. Pontifice.

74 Et *num. 15.* † ait ibi Rebuf. ordinarios non posse habere modum vacandi pro expresso, quia hoc ad Papam solum pertinet, & sequitur Flamin. Paris. *lib. 8. quæst. 9. numero.* 50 idem docet Rebuf. *cons.* 35. vbi ait, opus esse exprimere, ex cuius persona vacauerit, vt sciatur, an collatio ad ordinarium spectet, necne.

Verius tamen est Episcopos, † & alios collatores posse in suis prouisionibus vti dicta clausula, *quouis modo,* vt omnis modus, ex quo possint conferre, contineatur, cum non inueniatur prohibitum, vt tenent Francus *in d. cap. susceptum, num. 10. & in cap. 2. num. 4. de electio. in 6.* Cosmas *in pragmat. sanct. tit. de causis, verb. alias quouis modo,* Puteus *decis.* 181. *lib. 3.* Papaz. *in additione dictæ decis. 1. de rescrip. in nouis, numero.* 14. & bene Hieron. Gabr. *cons.* 188. *lib. 1.* quod tenet iam idem Rebuffus *in nouis oditionibus editionibus, in additione d. num.* 16. & in patronis idem tradit Lapus *allegat.* 78 *num.* 14. alias 9. & in electoribus, idem Lapus *allega.* 6. Rebu. *in concordatis, tit. de forma mandati, verb. innodatus.* Et † præterea verius 76 est posse conferre vacationis modo non expresso & habere modum vacationis pro expresso, Franc. & Hieron. Gabriel, *vbi proximè,* & Rebuff. *d. verb. innodatus, & cons.* 73.

Quinimo Dominicus † *consil.* 52. *&* 119. *col. fi.* notat in ordinario non procedere *dict. cap. susceptum,* 77 sed etiam vno modo expresso contineri alium, Staphileus *de lite. grat. æ, tit. de vicariis modis vacationis, §. resignationis modus, num.* 22. ait aliter pro nunc non discutere, & Hier. Gabr. *ñ. n.* 1. ait, se nunc non affirmare.

Et † contrarium tenet Francus *in dict. capit. susceptum, num.* 10 & Rota loquendo in electione *in d.* 78 *decis.* Putei 181. *numero primo lib. tertio* & videtur tenere Lapus *dict. allegat. 6. numero* 5 & ibi Mandos. *tera I.*

At mihi probabilissimum videtur, † quod notat Dominicus *ibi,* & sequitur Ferretus *cons.* 304. nam in 79 ordinario, in quo non datur surreptio, *Clem. 2. de offi. ordinary,* & dictum est supra 8. *par. capit. 3. nu. 3.* modus vacationis, expressus non videtur causa taxationis sicut nec in Papa, quando prouidet motu proprio, vt cum Franc. *ibi, n. 9. 9.* diximus supra *num. 19.*

Et quicquid esset † de hoc, certum tamen existi- 80 mo in ordinario apponente clausulam, *siue alio quouis modo,* non esse necessarium vllo modo verificare modum expressum, nec etiam de facto.

In executore † tamen, seu commissario Papæ, re- 81 ctè procedet decisio *d. cap. susceptum,* Puteus *decis.* 25. *lib.* 1. Rota *decis.* 830. *lib. 3. par. 3. diuersorum.* Sicut 82 † etiam in legato, in quo cadit surreptio *dict. Clem. 2. & capit. fin. de offic. legati in 6.* ad dictam *decis.* Achillis 264.

Quinta, & vltima † limitatio, seu fallentia, quam 83 adducit Felin. & cum eo Selua, est in materia non odiosa, quia veniũt in ea omnes vacationes, licet exprimatur vacatio per mortem, ex glo. *in Clem. ne Romani de elect. verb. moriente,* Domin. *in d. cap. susceptum. in fi.* Abbate. *q. 1. ad fin. cum aliis,* & tenent Boerius *decis. 2. num* 4. Corras. *dict. capit. 8. numero 2 versic. in aliis tamen,* & hanc limitationem ponit etiam Menoch. *sup. n.* 108.

Ego autem † omnia comprehendens sic resoluendum puto, quod in literis ad beneficia, quæ ambitiosæ reputantur, expresso vno modo vacationis non venit alius *dict. cap. susceptum, & ibi glo.* Alias † 85 vero in dispositione hominis, si verbum *vacatio* profertur ab hoc homine, tunc etiamsi materia non sit am-

sit ambitiosa, seu odiosa sed fauorabilis, expresso nō modo vacationis, non includitur alter, vt est textus iuncta glossa. *verb. cedentium. in cap. quamuis 2. de præben. in 6. & in c. fi. de verb. significat. eodem lib.* Franc. *in dict. capit. susceptum nu. 6. & 17. & in capit. si propter. eod. tit. de rescrip. sub n. septimo,* Gigas *d. cons. 131. à num. 4.*

86 Quod † tamen ego limito, vt non procedat vbi fieret mentio de morte, & in casu, de quo agitur eūdem effectum operaretur mors ciuilis quem naturalis, tunc enim mors ciuilis & naturalis æquiparantur, etiam si materia non sit fauorabilis, ex *l. Gallus. §. & quid si tantum. ff. de liber. & posthum.* & ibi Dd. Feli. *in cap. quia licet. de offic. delegati, numero 2.* Rodericus Suar. *allegatione 20.* Gigas *d. nu. quarto* Mandos. *reg. 30 quæst. 7. nu. 16. & cons. 9. à nu. 6. cum aliis.* In dispositione † iuris si sit mentio de vacatione certo modo, puta per mortem, etiamsi materia sit odiosa, includetur alius modus, quando est in eo est eadem ratio, ac in expresso, aliàs secus glo. *in cap. penult. verb. sed capitulum. de supplen. negligent. prælator. lib. 6. & gloss. 2. in cap. vni. ne sede vacante, & in cap. sicui, verb. moriatur, de præben. & in cap. fin. verb. decessum, de cōcessio. præben. eodem lib. & in d. Clem. ne Romani, verb. moriente, & in Clem. 1. verb. mori, vt lite penden.* (quæ glossæ sunt communiter approbatæ) Ita Fran. *d. nu. 17.*

87

88 Ex quo non videtur verum, † quod idem Franc. *ibidem n. 4. in fin.* dicit cum Ioan. Andr. & Domin. de statuto facto, & iurato, quod mortuo plebano non eligatur aliquis, qui non sit in Sacerdotio constitutus, quod si non vacat per mortem, sed alio modo, & eligunt non presbyterum, non erunt periuri, ex dictis enim conuinci videtur.

89 Aliam sextam † limitationem ponit Menoch. *supra numero 109.* ex Rebuf. *in praxi, tertia par. signatura, verb. alia clausula, numero 4.* quem id sentire ait, scilicet quod quando beneficium iam diu vacauit, ita quod de eius vero vacationis modo certa notitia non habetur, tunc falsa expressio rescriptum non vitiat.

90 Sed † hæc limitatio vera non videtur, nam tunc non debebat impetrans certum modum exprimere determinate, & si expressit, sibi imputet, si postea falsus apparet. Nec Rebuffus contradicit.

CAP. II.

De vacatione per obitum.

SVMMARIA.

Per mortem beneficiati vacat beneficium, nam mors omnia soluit, n. 1.

Fallit vbi beneficium suppressum esset ab habente potestatem, vel vnitum, n. 2.

Secundo fallit vbi beneficium esset de mensa prælati, dignitatis, seu Cap. quod non vacat per mortem clericorum illi seruientium, quibus illius fructus quandoque conceduntur, & huiusmodi beneficiis, etiam curatis potest seruiri per vicarium temporalem, & ad nutum amouibilem, &c. n. 3.

Hodie in huiusmodi beneficiis curatis vnitis mensæ, seu quoad spiritualia, & temporalia, ordinarius potest facere deseruiri per vicarium perpetuum, ex decreto Concilij, vbi derogatur priuilegio ponendi vicarium temporalem, seu amouibilem, &c. habet etiam locum in vnitis mensæ, &c. numero quarto, quinto & sexto *& derogatur etiam immemoriali deseruiendi per vicarios temporales, seu amouibiles,* numero septimo.

Non potest ordinarius libere, & sine causa id facere, quia eius arbitrio videtur relictum nempe arbitrio boni viri, & sic ratione regulato, numero octauo & seq. *vbi ponuntur declarationes, S. Congreg. nec nisi citatis & auditis partibus,* numero decimo *Nec appellatione remota, nisi in visitatione, & tunc tollitur quoad effectum suspensiuum tantum,* nu. 11. *Nec potest fieri nisi in visitatione, quando beneficia sunt vnita monasteriis, &c.* nu. 12. *In quibus hodie ex constitutione Pij V. debet deputari vnus ex ipsis regularibus ad nutum amouibilis, &c.* numero decimo tertio. *In parochialibus tamen, quæ non sunt vnita monasteriis, sed eorum membra, nec decretum Concilij, nec constitutio Pij Quinti locum habent,* numero 14.

In executionem d. decreti debet prius erigi vicaria perpetua, n. 15. *Et si non constat de erectione, non est attendendus vltimus status, quod sit collata, vt perpetua, &c.* n. 16.

Tertio illud fallit, vbi canonicatuum, & præbendarum nō est certus numerus, vbi vacatio etiam per mortem dari nequit, n. 17.

PER mortem † beneficiati vacare beneficium cui dens est, *cap. susceptum, de rescrip. in 6. cum aliis.* 1
nam mors omnia soluit, *authen. de nuptiis. §. deinceps,* de quo assumpto tractatum edidit Sebast. Medices, qui dicitur mors omnia soluit, & tradit post hæc Gonçalez *ad reg. mensium. gloss. 15. à numero tertio.*

Id tamen fallit, vbi beneficium † suppressum es- 2
set ab habente potestatem, *cap. cum accessissent. de cōstitutio.* vbi Doctores, vel vnitum accessorie, vt infra *vltima parte, capit. 2. ex numero, 12.* Gonçalez *ibi, numer. 7.*

Secundo fallit, vbi beneficium † esset de mensa 3
prælati, dignitatis, seu Capituli, nempe quod est vnitum eorum mensæ, seu quoad spiritualia, & temporalia. Nam huiusmodi beneficia non vacant per mortem clericorum illis seruientium, quibus illorum fructus quandoque conceduntur, quia illi non sunt proprij rectores, seu beneficiati, sed veluti vsufructuarij, & sic eis mortuis ad instar vsusfructus mensæ consolidantur. Et huiusmodi beneficiis, etiam curatis potest seruiri per vicarium temporalem, & ad nutum amouibilem, quamuis vbi vnita sūt quoad temporalia, debeat curatis deseruiri per vicarium perpetuum, *cap. extirpandæ. §. qui vero. do præb.* Ita glo. *in Clem. 1. de rescrip. verb. haberent, & in Cle. 1. §. eadem, verb. de mensa, de supplend. negligent. prælator. & in Clem. 1. §. quidam etiam, verb. ad mensam, de excessib. prælator.* per textum *ibi,* & Dd. *ibid.* Rota *dec. 2. de excessib prælator.* laias *273. n. nouis* Fel. *in ca. cum accessissent, num. 2. de constetutio.* Corras. *de benef. 1. pa. cap. 8. num. 4.* Hoieda *de incompatibil. beneficiorum, 1. par. capit. 15. numero quarto & octauo,* & nouissime Flores de Mena, qui alias plures refert. *q. 10. numero 13.*

Hodie tamen † in huiusmodi beneficiis cura- 4
tis vnitis mensæ, seu quoad spiritualia, & temporalia, ordinarius potest facere deseruiri per vicarium, per-

petuum,ex decreto Concilij Trident.*sess.7.l de refor. c.7.* vbi datur facultas ordinariis deputandi vicarios perpetuos in beneficiis curatis vnitis, nisi aliter expedire videbitur,non obstantibus appellatione,priuilegiis,exemptionibus,&c.

5 Et sic † derogatur priuilegio ponendi vicarium temporalem,sed ad nutum amouibilem,& literis vnionis contrariis,Nauar.*cons.11.de statu monach.*alias *9.de præben.num.7.*Flores *d.quæst.10.num.38.*nisi sint concessa post Concilium, etiam sine eius derogatione,ex dictis *4.p.c.5.à num.130.* licet difficulter Flores *num.50.*

6 Et habet etiam † locum in beneficiis vnitis mensæ,seu quoad spiritualia, & temporalia, ex mente, & verbis Concilij,quod generaliter loquitur de beneficiis vnitis,Flores *n.39.*& est declaratio S.Congreg. infra adducta,*n.9.*

7 Et ex mente eiusdem Concilij derogatur etiam immemoriali deseruiendi per vicarios temporales, seu amouibiles,vt censuit S.Congregatio super d. decreto,his verbis:*Per hoc decretum tollitur consuetudo immemorialis,vt in illis beneficiis vnitis deseruiatur per capellanos amouibiles, si aliter Episcopo videbitur*: Quamuis contrarium teneat Flores *numero 44.* facit quod in simili dicitur supra *tertia parte cap.2.numero 197.*

8 Sed † non potest ordinarius libere, & sine causa id facere, quia eius arbitrio, & iudicio videtur relictum, vt colligitur ex illis verbis, *solicite prouidere procurent*,& ex illis,*nisi aliter expedire videbitur*, quæ denotant arbitrium boni viri,&sic ratione regulatũ, & in hac mutatione inspiciendam esse expedientiam & vtilitatem Ecclesiarum,vt in terminis Nauarr.*supra*,& Flores *num.47.* Et † ita tenet S.Congregatio,vt in declaratione supra adducta,*num.7.*& in declarationibus sequentibus, *Congregatio censuit relinqui arbitrio Episcopi ponendi perpetuum vicarium in parochialibus vnitis Archidiaconatui,seu aliis dignitatibus,seu canonicatibus secundum facultatem, & prout colligitur ex hoc decreto,nec constitutio Pij V.obstat, quod & de vnitis ante Concilium intelligatur. Alia de parochialibus vnitis Capitulis cathedralium, seu collegiatarum Ecclesiarum,sic censendum est, si cura animarum incumbit certæ personæ per illam exercenda est, si imminet toti Cap.vt per singulos per vices exerceatur ipsi cogendi sunt ad illam exercendam, vt per notata, c.* statutum,de elect.in *6. si spectat ad illorum mensam, ita vt institutio illarum personarum, quæ illam curam exercent, à nullo superiore facienda esset, canonici non possunt compelli,vt nec per se ipsos,nec per vicarios perpetuos illam exerceant,glo.*in Clem.1.de excessib.prælator.verb.mensam, *& ibi Card.Imola, Anchar.*in c. extirpandæ. *§.*quæro de præben.*idem dicendum si per Sedem Apostolicam eis esset indultum, vt per temporarios cura exerceatur: sed in istis duobus casibus postremis, ex congregatione cogi possunt ad constituen.vicarios perpetuos, iuxta tamen decretum congregationis supra non præcise.Vt in declarationibus super d.decreto habetur.*

10 Et non † potest Episcopus procedere ad executionem d.decreti, & positionem vicarij perpetui, nisi citatis,& auditis partibus,Flores *n.80.*

11 Nec † potest procedere appellatione remota, sed videtur esse locus appellationi,etiam suspensiue,Nauar.*supra*, nisi id faciat in visitatione nam quatenus d.decretum tollit appellationem, loquitur de ordinario visi ante , Flores *numero 75.* & tunc tollitur quoad effectum suspensiuum tantum,vt in sequenti declaratione Sacrę Congregationis super d.decreto, *Hæc appellatio deuoluit,sed non suspendit.* Et circa aliadecreta Concilij, vbi tollitur appellatio,censuit alias ead.Sacra Congregatio,,vt supra *4.part.cap.5. num.10.*

Nec † videtur id posse fieri, nisi in visitatione, 12 quando beneficia sunt vnita monasteriis,& locis regularibus,& exemptis,contra quæ non videtur dari iurisdictio à Concilio, nisi in visitatione, vt videtur velle quædam declaratio S.Congregationis super d. decreto, quæ sic ait, *ni fallor , Hoc decretum videtur habere locum in actu visitationis, non cum causæ cognitione, & via ordinaria procedendo , sed si essent monasteria,& loca regularia.Et facit alia declaratio, quæ sic ait,Si Ecclesiæ curatæ sint vnitæ monasteriis,possunt ordinarij locorum eas visitare , & ponere in eis vicarios perpetuos, siue temporaneos , iuxta dispositionem huius decreti,prout eis expedire videbitur.*

Sed hodie ex † constitutione 46. Pij V. de vicariis 13 perpetuis in parochialibus vnitis monasteriis regularium mendicantium, ad nominationem superiorum debet ab Episcopo deputari vnus ex ipsis præuio examine approbatus ad nutum superiorum amouibilis, & idem in regularibus monachis, dummodo cum monacho sic deputato habitent saltim quatuor alij monachi,licet ex decreto Gregor.XIII. sufficiat, quod vnus tantum habitet, vt in sequenti declaratione S.Congregationis,*S.D.N.Greg.XIII. nõ habet pro reuocata bullã Pij V.de vicariis perpetuis in parochialib.vnitus monasteriis regularium,vbi Episcopus ad nominationem monachorum deputat vnum ex ipsis præuio examine approbatum ad nutum ipsorum amouibilem , & cum vicario sic deputato debet habitare vnus dumtaxat alius monachus , ne plures extra clausuram maneant.*

In parochialibus † tamen, quæ non sunt vnitæ 14 monasteriis,sed eorum membra, aut quoquo modo dependentes sunt,nec d.decretum Concilij,nec constitutio Pij V.locum habent, vt S. Congregatio declarauit.

Et vbi ordinarius † voluerit in executionem dict. 15 decreti Concilij vicarios temporales in perpetuos mutare, debet prius erigi vicaria perpetua, nam ea est beneficium,vt supradictum est *9. p.cap.2.nu.286.* quod antea non erat, quia vicaria temporalis non est beneficium, vt supradictum est, *1.p.cap.2.numero 93.* cum Rota in Salaman.vicariæ 15.Martij 1596. ibi adducta,*num.94.* quæ est videnda, & sic modo debet de nouo erigi.Et ita a.t quædam declaratio S.Congregat.*vicarij perpetui non possunt institui absque erectione tituli vicariæ.* Et facit d.constitutio Pij V.ibi: *In quorum parochialibus Ecclesiis vnitis continget vicarias prædictas erigi.* Et si † non constat de erectio- 16 ne, quæ est quid facti,& non præsumitur, non est attendendus vltimus status.nempe quod sit collata,vt vicaria perpetua,nisi probetur spatio 40. annorum, vt *in d.decis.Salamantina.* Imo stante bulla vnionis cum facultate ponendi vicarium amouibilem,& decreto irritan.videtur requiri immemorialis,vt supra *7.p.cap.10.numero 36.*licet alias ad inspiciendum , an sit vicaria perpetua , vel temporalis,sit attendendus vltimus status,Gonçalez *glos.5.§ 3.numero 18.*dicens, ita resolutum in vna Pampilonen.decimarum 1.Apr. 1591.

Tertio fallit, † vbi canonicatuum, & præbenda- 17 rum, non est certus numerus, ibi enim canonicatus, aut præbendæ vacatio , etiam per mortem dari nequit, nam illud ius nascitur cum electo, & desinit

cum

cum defuncto, *cap. dilecto. de præben. & cap. ex parte, de concess. præben.* & ibi Dd. Gonçalez *glo. 9. §. tertio.*

CAP. III.

De renuntiatione.

SVMMARIA.

Vacat renuntiatione beneficium, per quam amittitur omne ius in beneficio competens, proprietas, titulus, & possessio, numero 1. *de qua materia resignationis beneficiorum videndus copiosus tractatus Flamin. Paris.* num. 2.

Id verum est, etiam si ex causa permutationis facta fuerit renuntiatio, quæ est vera resignatio, licet ad effectum reseruationis, suppressionis, & unionis habentur pro non vacantibus, præsertim, quando non sunt de primo vacaturo, à numero tertio & seqq.

Qualitas requisita in beneficiis alias vacantibus, requiritur etiam in vacantibus ex causa permutationis, num. 6. *Et sic beneficia, quæ debentur filiis patrimonialibus, non possunt permutari ad fauorem aliorum,* num. 7.

Priuilegium de fructibus primi anni beneficiorum vacantium comprehendit etiam vacantia causa permutationis n. 8. *Et reprobatur consilium 2. Mandos.* n. 9. & seq.

Doctrina Mascardi, quod licet beneficia resignata ex causa permutationis vacent, tamen de æquitate quadam, non dicuntur vacare ad effectū, vt alteri conferri possint, & vt comprehendantur in iuribus, & priuilegiis loquentibus de beneficiis vacantibus, & in expectatiuis intelligitur de iurib. & priuilegiis, per quæ permutatio posset impediri conferendo beneficia alteri. num. 11.

An si beneficium est patronatum, requiratur in resignatione ad eius validitatem patroni consensus, à num. 12. & seqq. *Resoluitur negatiue contra Abb. & alios, quorum sententia procedet in resignatione facta coram Papa in fauorem alicuius, sine consensu patroni laici, & absque derogatione iuris patronatus, quæ patrono reclamante intra tempus datum ad præsentandum est irrita.* numero 16. & numero seqq. *adducitur resolutio Rotæ.*

Permutatio facta absque consensu patroni non est nulla ipso iure, sed venit annullanda patrono intra tempus datum ad præsentandum contradicente, nisi facta sit in magnam Ecclesiæ vtilitatem, numero 19. *Vbi ponitur decisio Rotæ, quamuis esse nullam teneant Bellamera, & alij,* numero 20. *& alia dicta Cabedi reprobantur,* numero 21. *Et idem erit in permutatione facta sine consensu electorum vel inferiorum collatorum* num. 22.

Quādo permutatio fieret coram ordinario, illis quorum interest, scilicet patronis, collatariis, seu electoribus inuitis, & contradicentibus, esset nulla, ita quod absque alia cassatione poterit prouisio fieri, nisi fiat propter necessitatem, vel vtilitatem ipsarum Ecclesiarum numero 23. *Sed si fieret per Papam, aut nisi essent patroni laici per legatum, absolutè valeret,* numero 24.

Reprobatur Staphileus dicens in permutatione, quæ sit inter beneficiatos de authoritate Episcopi, non requiri consensum patroni, num. 25.

Refertur dictum Rebuffi hodie vsum communem obtinuisse, quod post requisitionem patroni, maxime etiam eo non consentiente, permutatio approbatur ab Episcopo, & valet, numero 26. *Quod videtur approbare S. Congregatio in declaratione posita,* numero vigesimoseptimo. *Sed accipienda erit quando permutatio fieret in magnam Ecclesiæ vtilitatem.* numero 28.

Rescissa permutatione ob contradictionem patroni, absque cuius consensu fuit facta, possunt permutantes, etiam inuito patrono redire ad sua beneficia mediante noua collatione, quando non fuerunt in culpa, numer. vigesimonono. *Alias si essent in culpa, redire non possunt,* num. 30. & seq. *Et numero sequenti adducitur resolutio Rotæ, nec excusat in proposito ignorantia iuris, cum requiratur ignorantia probabilis* numero trigesimosecundo. *Quamuis contra teneat Bellamera, cuius sententia solum procedet in ignorantia iuris dubij,* numero 33. *Et sic quando essent, in culpa, patronus posset præmeare, & collator conferre talia beneficia tanquam vacantia per resignationem,* n. 34. *Et idē videtur in resignatione in fauorem coram Papa facta scienter, sine consensu patroni laici,* n. 35.

Quoties resignans in fauorem, seu conditionaliter, scienter nulliter resignat, per talem resignationem ius abdicatur ab illo, numero 36. *Ex quo procedit, quod tradit Zanallo citatus,* n. 37.

Si quis resignauit beneficium in fauorem alterius in forma dignum, qui non fuit repertus idoneus, non potest redire ad beneficium, sed remanebit vacans libere per resignationem, quia scire, vel scire debuit illum non esse idoneum, nisi probaret diligentiam adhibitam, aut iustam ignorantiam, &c. & si resignauit reseruata sibi pensione, non valebit etiam reseruatio, numero 38.

Si quis resignat beneficium in fauorem alterius reseruata sibi valida certa pensione, non alias, & reseruatio fuit nulla ob expressionem maioris valoris beneficij factam ab ipso resignante scienter, & sic culpa sua non poterit redire ad suum beneficium, sed ius ab eo abdicatur, nec tenebitur successor in beneficio ad solutionem pensionis, quamuis resignatarius, qui consensit, non possit excusari ab eius solutione, nisi fuerit in errore iusto, n. 39.

Expressio valoris maioris vero beneficij resignati facta à resignante, & resignatario, vt Papa signet supplicationem cum maiori pensione pro resignante, non efficit eos simoniacos, vel confidentiarios, licet peccent mortaliter, & idem quoties non fuerit expressus verus valor aliorum beneficiorum obtentorum per resignatarium, super quibus imposita est pensio pro resignante, n. 40.

Ponitur resolutio Rotæ, quæ conducit ad prædicta, numero 41. *Iuxta quam est accipienda alia citata.* numero 42. *Et quod resignans cum reseruatione pensionis, si pensio non est valida, possit agere spolio, fuit alias resolutum, quod intelligitur iuxta dicta, nisi culpa ipsius resignantis pensio non sit valida,* numero 43.

VAcat item † renuntiatione beneficiorum, toto 1 titulo de renuntiatione, per quam amittitur omne ius in beneficio competens proprietas, titulus, & possessio, Cassad. *dec. 4. de restitut. spoliator.* Ferret. *consil. 6. numero nono & cons. 207. num. 17.* Hieronym. Gabr. *consil. 192. lib. 1.* Rota *decis. 197. num. 1. par. 1. diuers.* Cechus *de benef. & pensio. cap. 13. numero. 8.* latè Flamin. Paris. *de resignatione benef. lib. 1. qu. 5. à nu. 15.*

qui † de hac materia resignationis beneficiorum edidit copiosum tractatum duobus tomis contentum ad quem in materia ista recurrendum est, de qua etiam multa Azor *instit. moralium 2. p. lib. 7. à capit. 19. ad 28.*

3 Idque verum est, † etiamsi ex causa permutationis facta sit renunciatio, *cap. 1. de rerum permutat. in 6. & Clem. 1. eodem*, Rota *decis. 7. de rerum permutat.* alias 399. *& 16. eod. tit.* alias 863. *in antiquis. & decisio. 10.* alias 398. *de renuntiat. etiam in antiquis, & decisio. prima de rerum permut.* alias 23. *numero 4. in nouis.* Domin. *in capit. vnico de rerum permutatio. in 6. num. 11.* & ibi Francus, *num. 4.* & Probus ad Monach. *ex n. 10.* & Gambarus *num. 53. & 54.* Bellam. *de permut. beneficiorum 9. par. quæst. 1.* Petr. de Perusino *eodem tra. 2. par. num. 21. 23. & 42.* Staphil. *de literis gratiæ tit. de variis modis vacationis à num. 10.* Selua *de benef. 3. p. quæst. 24.* Boerius *decis. 2. num. 2.* Sarnen. *in regu. de publican. quæst. 3.* Corras. *de benef. 1. par. 2. lib. 9. 6. ar. 3. & 6. n. 2. & 16.* Ioan. Nicol. Delphinas *eodem tract. lib. 2. à num. 136.* Mandos. *de signatura gratiæ, tit. de permutat. versic. 2. & de noua prouisione, vers. in noua prouisione, versic. in noua prouisione*, Mascard. *de probatio. concl. 1401.* Petr. Gregor. *de ben. c. 31. n. 2.* Flamin. Far. *li. 11. q. 5. n. 20.* Hier. Gab. *cons. 199. li. 2.*

4 Vbi dicit, † quod beneficia resignata ex causa permutationis, licet vacare dicantur, tamen ad effectum reseruationis, suppressionis, & vnionis habentur pro non vacantibus, præsertim, quando sunt de primo vacaturo.

5 Nam † renunciatio ex causa permutationis vera resignatio est, *d. c. 1. de rerum permut.* ibi, *resignantur*, & *Clem. 1. eodem* ibi, *resignata*, Rota d. *decis. 16. de rerum permutat. in antiquis, & prima eodem in nouis*, Domin. *dict. c. 1. num. 2. & 11.* & Probus *num. 10.* Sarnen. *d. q. 3. versic. 1. quia*, Mando. *reg. 19. q. 12. ad fin.* Ioa. Nicol. *d. n. 136.* Flam. Paris. *d. lib. 11. q. 5. n. 19. & lib. 12. q. 5. n. 19. & de confiden, q. 25.* Azor *d. lib. 7. c. 29. q. 20. & c. 30. q. 19.*

6 Vnde qualitas † requisita in beneficiis, alias vacantibus requiritur etiam in vacantibus ex causa permutationis, Puteus *decis. 331. & 338. lib. 1.* Mohed. *decis. 7. de conces. præbendæ* & Rota *decis. 1135. lib. 3. p. 3. diuersorum* Flam. Paris. *de resignatione, lib. 4. qu. 9. n. 25. & 42.*

7 Et sic in vna † Iacen. rectoriæ de Anso, 19. Octo. 1598. coram D. Decano fuit resolutum, *Quod beneficia, quæ debentur ex indulto Apostolico filiis patrimonialibus, non possunt permutari ad fauorem filiorum non patrimonialium.*

8 Vnde etiam priuilegiumd e fructib. † primi anni beneficiorum vacantium, vt in terminis *Capit. si propter. de rescr. in 6.* comprehendit etiam beneficia vacantia in causa permutationis, *gloss. ibi, verb. vacabunt*; & Dd. Feder. *cons. 156.* Ioan. Nicol. *supra numer. 46.*

Vnde etiam non † videtur verum *cons. 2.* Mandosij. 9

Nec obstat † doctrina Mascar. *dict. concl. 1401.* vbi dicit quod licet beneficia resignata ex causa permutationis vacent, & tanquam vacantia indigeant collatione, tamen de æquitate quadam non dicuntur vacare ad effectum, vt alteri conferri possint, & vt comprehendantur *in iuribus, & priuilegiis loquentibus de beneficiis vacantibus, & in expectatiuis*, & sequitur Flamin. Paris. *lib. 1. q. 4. à nu. 24.* & dicetur *cap. seq. à nu. 38.* 10

Quia † respondetur illam intelligi de iuribus, & priuilegiis, per quæ permutatio posset impediri cõferendo beneficia resignata causa permutationis alteri. Sed est difficultas, an si beneficium † est patronatum, requiratur in resignatione ad eius validitatem patroni consensus. Et requiri tenet Abb. *in c. quod in dubiis. de renunt. n. 6. & in c. significatum. de præben.* Rochus *de iure patro. verb. honorificum. qua. 3. numero. octauo & quæst. 51.* Lambert. *lib. 3. q. 5. ar. 5.* Gigas *de pensio. q. 23. numero quarto.* Duar. *de benef. lib. 8. c. 2.* Corras. *d. c. 8. num. 4, & 13.* Mando. *cons. 7. à nu. 1.* Zauallos *q. 282. num. 13.* & alij, quos refert & sequitur Flam. Paris. *lib. 2. q. 4. à nu. 4. & lib. 8. q. 10. à n. 2.* & Prosper. de Augustino *in additio. ad summam bullarij quarantæ, verb. beneficiorum permutatio, vers. quos terminos intellige.* Contrarium tamen nempe † quod resignatio beneficij iurispatron. sine consensu patroni valeat, tenuit Calder. *cons. 6. de renuntiat.* quem secuta est Rota in vna Hispalen. de anno 1538. vt per Mohed. *decis. 6. de iure patro.* alias 268. idem tenet Pauinus *de offic. & potest. ar. Capitul. sede vacãte, q. 2. 2. p. n. 16.* & sequitur Tuschus *concl. 257. n. 9. & concl. 262. nu. 1. litera R. tom. 6.* Quæ † sententia mihi placet in resignatione simplici, in qua ipsi loquuntur vnusquisque enim libere potest resignare suum beneficium in manibus superioris, nec potest in hoc considerari considerabile præiudicium patroni, cui manet sua præsentatio salua, & ita videtur in praxi seruari. 11 12 13 14

Ex quo † idem existimo quando beneficium spectat ad collationem inferioris, vt non requiratur illius consensus, & similiter nec eligentium, contra Abb. *in d. c. quod in dubiis. d. n. 6.* 15

Prima vero sententia † procedet in resignatione facta, coram Papa in fauorẽ alicuius, sine consensu patroni laici, & absque legitima derogatione iurispatronatus (nam de iure patronatus Ecclesiastico non est necessaria mentio, nec derogatio in literis Apostolicis, vt dictum est supra 5. *p. cap. 1. n. 506. & c. 3. num. 18.*) quæ patrono reclamante intra tempus datum præsentãdum est irrita, Rota *decis. 203. n. 5. lib. 3. p. 3, diuers.* quia in hac resignatione in fauorem non potest patronus præsentare quem vult, Mohed. *decis. 8. de iure patro.* alias 326. *& decis. vlt. de renuntiat.* alias 341. Puteus 412. *lib. 1.* Thanis *decis. 81. & 82. in manuscriptis.* Et fuit resolutum in causa Mediolanen. iurispatronatus, de anno 1588. coram D. Blancheto. In † qua fuit decisum, *Quod resignatio facta in fauorem de beneficio iurispatronatus laicorum, sine ipsorum consensu, & mentione est nulla, & ideo ius non abdicatur à resignante, & per consequens præsentatio facta per patronũ, tunc de illo beneficio, tanquã vacante non valet, tamen si postea beneficium vacat ex persona resignantis, vt quia contraxit matrimonium, & patronus continuat litem cum resignatario, vt constituatur ille præsentatus, hæc prosecutio litis æquipollet nouæ præsentationi factæ in tempore, & sic non potest dici dispositionem fuisse deuolutam ob non factam præsentationem infra quatuor menses, & licet lis penderet, nihil obstat, quominus illa tacita præsentatio valeat, sicut etiam expressa, cum sit facta de collitigante, iuxta doctrinam Rochi* de iure patronatus, verb. honorificum, quæst. 23. 16 17

Nec ab hac distinctione † distat Couar. *pract. c. 36. num. 9. vers. 9. ab eadem*, vbi solum considerat præiudicium patroni in eo, quod per resignationem fiat collatio sine eius consensu. Et Zauallos *supra*, quod etiam considerat præiudicium patronorum, quia 18

alias

alias raro, aut nunquam esset locus suis præsentationibus. Et Sarnen. *in reg. de infirmis. q.* 17. 2. & 3. *casu*, Cabedo *de patronatibus Regiæ Coronæ*, c. 10. qui loquitur de renuntiatione in fauorem, *vt in tit. quæstionis, & numero* 7. & Lessius *de iustit. & iur. lib.* 2. *cap.* 34. *numero* 193. & 207. & tenet Cechus *de benef. & pensio. cap.* 13. *numero* 3. *verisimili modo*, & Azor *d. lib.* 7. *cap.* 25. *q.* 4.

Permutatio vero facta † absque consensu patroni
19 non solum laici) sed etiam Ecclesiastici, si facta est coram ordinario) non est nulla ipso iure, sed venit annullanda, patrono intra tempus datum ad præsentandum contradicente. (Nisi facta sit in magnam Ecclesiæ vtilitatem, Couar. *infra*, ex Lambert. 1. *par.* 2. *lib. q.* 6. *art.* 6. quo pacto sunt accipiendi statim referendi, nec sufficit esse vtilem Ecclesiis, P. de Perusio *de permutatione benef.* 3. *par. num.* 34.) Ita Feder. *de permutat. benef. q.* 30. Rota *decis.* 5. *de rerum permutat. in nouis, decis.* Ægidij 87. & 179. Felin. *in cap. cum Bertholdus, numero* 15. *de re iudic. & in tract. quando literæ Apostolicæ, ampliatione* 9. *additio* Ant. Fran. & Sapiæ ad Abb. *in cap. quæsitum. de rerum permutat.* Probus ad Monach. *in Rubrica de rerum permutat. in* 6. *numero* 5. *& in cap. vni. numero* 11. & 13. Rochus, *verb. honorificum. quæstio* 3. Rebuff. *in praxi* 3. *p. signaturæ, verb. necnon iurispatronatus, numero* 40. & 41. Aym. *consil.* 83. *numero* 2. Coras. *de benefic.* 4. *p. cap. vltim. numero* 29. Ioan. Nicol. Gimon. *tit.* 5. *cap.* 7. *ex numero* 2. & Ioan. Nicol. Delphinas *de iure patron. lib.* 2. *numero* 133. 6. *fallentia, & numero* 135. Ferret. *consil.* 211. *numero* 15. Couar. dicens frequentiorem, & communiorem, *d. cap.* 36. *numero* 9. Dida. Perez. *in l.* 1. *tit.* 6. *libro* 1. *ordin.* Eman. Suar *in thesauro receptar. sententiar. verb. beneficiorum permutatio*, Mascard. *conclus.* 178. *numero* 12. & 3. Spino *de testam. gloss.* 4. *num.* 101. & Flamin. Paris. qui ait pluries in Rota decisum, *lib.* 2. *quæst.* 4. *numero* 18. Thanis *d. decis.* 81. Azor *d. lib.* 7. *cap.* 29. *quæst.* 6. & 32. & dicit magis communem sententiam, Prosper de Augustino *d. additione, verb. beneficio. permutatio.* Et tenuit Rota in vna Gerunden. permutationis 5. Iulij 1593. coram Domin. Lita, vt in decis. sequenti. *Dubitatum an sit locus rescissioni permutationis, de qua agitur, ita vt vnicuique permutantium competat ius redeundi ad prima sua beneficia, & domini dixerunt esse locum rescissioni permutationis, & requiri nouam collationem, vt permutantes consequantur prima beneficia, quam patronus prætensus impedire non potest, & moti fuerunt eo fundamento, quia cum fuerit facta permutatio, de qua agitur, absque consensu Archidiaconi prætensi patroni, non est nulla ipso iure, sed venit annullanda ipso prætenso patrono contra contradicente infra tempus datum ad præsentandum*, Aym. conf. 82. numero 2. *Rota* decisio. 5. de rerum permutat. in nouis *de frequentiori, & communiori testatur*, Couar. pract. c. 36. numero 9. vers. tametsi, *& ea rescissa non possunt permutantes redire ad priora beneficia sine noua collatione, Dd.* in cap. vni. de rerum permut. in 6. *ea ratione, quia beneficium vacans per liberam resignationem, sine noua collatione recuperari non potest*, cap. ex frequentibus. de instit. *Rota* decisio. 1. numero quinto, vers. nam beneficium. de rerum permutat. in nouis, *& hanc opinionem tutiorem, & securiorem dicit Rota* eodem tit. in antiq. decisio. vltim. *Ioann. Selua.* tract. de benef. p. 3. q. 24. numero 3. *& Rebuff.* in praxi, titul. de permutatione, numero 11. & 16. *Quod autem huiusmodi collatio fieri debeat non obstante oppositione prætensi patroni, ex eo censuerunt domini, quia non constat permutantes habuisse notitiam prætensi iurispatronatus ante ipsam permutationem, ad* l. verius. ff. de probatio. *vnde cum ipsis aliqua culpa ascribi non possit, merito etiam inuitis patronis ad priora beneficia, mediante tamen noua collatione reintegrari debent, ad notata per Dd.* in c. nemo deinceps, *vbi Gemin.* n. 11. vers. poterit etiam, *Butrius* n. 10. vers. sin autem ignorabat, *Ancha.* n. 3. vers. si autem ignorabant de elect. in 6. *quod tanto magis est dicendum, cum concludenter non iustificetur prætensum iurispatronatus, & satis superque sit confessiones permutantium post permutationem emanatas permutantibus ipsis nocere respectu ipsius permutationis, secus quoad alia, ad* l. si quis intentione. de iudic. *Mohed.* decis. 37. *nec fama iurispatronatus probatur, vltra quod si probaretur, ex ea non induceretur sufficiens probatio iurispatro. cum sit de recenti, Cassad.* decis. 2. de probationib.

Quamuis contrarium, † nempe esse nullam ipso 20
iure, teneant Bellamera *in d. decis.* 87. & 179. *de permutat. benef.* 4. *parte, quæst.* 2. & 3 Petr. de Perusio *d.* 3. *parte, num.* 35. & 36. Gambarus *d. cap. vnico, ex num.* 119. Paulus de Citadinis *de iure patronatus* 6. *par. artic.* 3. *quæst.* 52. & relati per Couar. *supra*, & Zaullos *supra nu.* 14. confundens permutationem cum resignatione.

Et quamuis Cabedo † *de patronatib. cap.* 11. *num.* 3. 21
dicat, quod permutatio facta irrequisitis patronis firma est, quamuis possit postea infirmari probata legitima causa secundum communem, verius enim est secundum communem, ex parte patroni reclamantis non requiri probationem legitimæ causæ, sed solum quod contradicat cum causa, quod ita est nisi ex aduerso probetur, seu constet factam esse in magnam Ecclesiæ vtilitatem, vt colligitur ex Couarr. *d. num.* 9. quem allegat: & quod dicit idem Cabedo *ibi nu.* 4. quod permutatio facta in Curia Romana, non facta mentione iurispatronatus laicorum, nulla est propter surreptionē, vt sentit, inquit, Collectarius *in cap. cum olim, num.* 5. *de iure patron.* Lapus *allegat.* 96. Gigas *de pensio. q.* 24. *nu.* 5. Couar. *vbi sup.* & Rebuf. *supra nu.* 21. non est absolutè verum, nam illa non est nulla propter surreptionem, sed annullanda patrono intra tempus præsentandi contradicente, propter præiudicium illius, cui Papa non intendit præiudicare, & ita planè tenet Couarr. *supra*, dicens, quod permutatio beneficij iurispatronatus laicorum facta in Curia Romana summi Pontificis authoritate, non præmissa mentione iurispatronatus laicorum, est nulla ipso iure in casibus, quibus apud Episcopum, & Ordinarium esset nulla, & deinde per sententiam erit rescindenda, quoties foret iudicis sententia restringenda, si facta fuisset apud Ordinarium inferiorem, quemadmodum inquit, iure probatur, & explicat optime Lamber. 2. *lib.* 3. *p. q.* 9. *art.* 12. & Pauinus *de potestate, cap. sede vacan.* 2. *qu.* 2. *par. vers. adde etiam quod non valet.* & ita est accipiēdus Lapus *d. allegatione* 96. *num.* 4. quem allegat etiam Couar. *ibi*, dum ait, *quod permutationes, quæ fiunt in Curia talium Ecclesiarum nō facta mentione, quod in illis spectat præsentatio ad laicos, non valent, sed sunt surreptitiæ, &c.* & hoc reuera est, quod vult Fel. *d. tracta. quando literæ Apostolicæ ampl.* 9. explicando Lapū *ibi*, licet eum carpat Couarr. *ibidem*, quasi velit eam absolutè valere, & facit quod dictum est supra 5. *p. c. vltim. ad fin.* Nec etiam verum est, quod ait Cabedo. *d. cap.* 11. *num.* 5. quod in patronatibus Regiis indistincte dicendum est, *non valere permutationem Ecclesiæ, absque Regis consensu, & illo inscio, &c.* idem enim est

quoad hoc in patronatibus Regijs, ac in aliis patronatibus priuatarum personarum, &c.

22 Et idem erit in permutatione† facta sine consensu electorum vel inferiorum collatorum vt non sit nulla, sed annullanda, si volunt agere de contemptu infra tempus datum ad prouidendum. Feder. Gimon. & alij *supra*, & Franc. *in d.c.vni. de rerum permutat. in 6.n.* 7. quamuis esse nullam teneant P. de Perusio, Gambarus, & alij relati, *n.*20. *precedenti.*

23 At vero† quando permutatio fieret coram ordinario, illis quorum interest scilicet patronis collatoribus, seu electoribus inuitis, & contradicentibus, tunc esset nulla, ita quod absque alia cassatione, vel declaratione poterit præsentatio, collatio, seu electio fieri, nisi talis permutatio fiat propter necessitatem, vel vtilitatem ipsarum Ecclesiarum, Lapus, & Francus, *nu.*7. *in d.c.vnico*, Rota *d.decis.*5. *de rerum permutat. in nouis ad fin.* (quæ sic debet intelligi) Açor *d.q.* 6. quiquid contra teneat Ioan. Nicol. Delphinas *supra numero* 134. & vtilitatem intellige magnam, ex Couar. *supra*, cum Lambert. & sic procedet *consilium* Calder. 2. *de rerum permut.* & *consil.* Aym. 82. & 153.

24 Dixi coram ordinario, nam si talis† permutatio fieret per Papam, cum ipse possit eis inuitis conferre, & disponere, aut si fieret per legatum de latere (nisi essent patroni laici, quibus legatus præiudicare non potest, vt dictum est 5 *p.c.*3.) absolute valeret d. permutatio facta illis inuitis, Francus *vbi proxime.*

25 Et ita† tenendum videtur, quamuis Staphil. *de lite. gratiæ, tit. de modo & forma impetran. §. de iurispatro. permutatione, n.*3. dicat in permutatione, quæ fit inter beneficiatos de authoritate Episcopi, non requiri consensum patroni, quem sequitur Cerola *in praxi Episcopali. 1.p.verb. ius patronatus. §.*6. dicens, se ita obtinuisse in facto in Curia Archiepiscopali Beneuenti.

26 Sed † Rebuf. *de permutatione. n.*22. ait hodie vsum communem obtinuisse, quod post requisitionem patroni, maximè etiam eo non consentiente permutatio approbatur ab Episcopo, & valet, &c. sequitur Lessius *lib.*2. *c.* 34. *n.*198.

27 Quod videtur† approbare S. Congreg. Concilij, vt in declaratione sequenti super *c.*9. *sess.*25. *de refor.* ibi, *In permutatione beneficij iurispatron. non requiritur consensus patroni, sed satis est illum tantum requirere*, Rebuf. *de permutatione.*

28 Sed ista† declaratio accipienda erit quando permutatio fieret in magnam Ecclesiæ vtilitatem, iuxta dicta, & sic etiam procedet quod ait Cabedo *d.c.*11. *n.*1. quod quando patroni absque causa legitima contradicerent, tunc permutatio valida erit.

29 Rescissa autem permutatione † ob contradictionem patroni, absque cuius consensu fuit facta, possunt permutantes, etiam inuito patrono redire ad sua beneficia, mediante tamen noua collatione de quo *seq. cap. à num.* 5. quando non fuerunt in culpa, ex quo non constat illos habuisse notitiam iurispatronatus ante ipsam permutationem, vt fuit resolutum in illa Gerunden. permutationis supra adducta, *numero* 19. ex ibi citatis, quibus addo Federicum *de permutat. benef. q.*8. & 9. Bellam. *decis. vlt. & eod. tract. 9.p.q.*2.3. & 5. & 11.*p.q.*1.2.4. & 5. Petr. de Perusio *eod. tract.*6. *par. a numer.*15. alias 84. 86. & 87. Francum post alios *in d.cap.vni. de rerum permutat. in 6. num.* 11. & ibi Gambarum, *nume.*62. Bonif. *in Clem.*1. *eod. tit. ex num.*92. præcipuè 95. 96. & 98. Lambert. *d.art.* 6. *numero* 52. & 74. Gimon. *d.tit.* 5. *cap.*14. *num.*1. 5. & 14. qui communiter requirunt ignorantiam probabilem.

Alias si essent† in culpa redire non possent, Feder. 30
*quæst.*6. & 7. Bellam & Petr. de Perusio *supra*, Domin. *n.*20. & Francus 11. *in d.cap. vnico*, & ibi Gamb. *num.*114. & 115. & Probus ad Monach. *ibi sub num.*14. *circa fin.* Bonif. ex *d.num.*92. Cosmas *in pragmat. sanction. ti. de collatio. §. sequitur qualitates, verbo, alio*, Selua *de benef.*3. *par. quæst.*24. Rebuf. *in praxi, tit. de permutat. num.*17. Aufrer. ad Cap. Tolosanam, *decis.*261. *num.*3. Lamber. *vbi proximè*, Gigas *de pensio. quæst.*23. *num.*5. Gimon. *d.c.*14 *num.*5. Roffin. *de benef. cap.*36. *num.*19. *additio. vlt. ad decis.* 1. *de rerum permutat. in nouis*, Cassad. *decis.*1. *nume.*2. *eod. tit.* Achill. *decis.*403. seu 3. *super reg. de valore, nu.* 4. Prosper de Augustino *supra.*

Et ita† in Salamantina pensionis, 13. Iunij 1586. co- 31
ram D. Bubalo fuit resolutum. *Quod quando permutatio, sed resignatio conditionalis culpa resignãtis non habet effectum, non potest redire ad suum beneficium, & quod sic in permutatione constitutio de publican. solum annullat illam resignationem, in qua non fuit reseruata forma, non vero aliam, in qua forma seruata est, cum sint separatæ, non obstante correspecti uitate, &c. Flamin. Paris.* de resignatione, lib.11. q.5. n. 27. *& posthæc Gonçalez* glo .15. n.50.

Nec† excusat in proposito ignorantia iuris, cum re- 32
quiratur ignorantia probabilis, vt dictum est, & tenet in expresso Gambarus *vbi proxime*, & faciunt in simili decisiones Rotæ in causa Toletana capellaniæ de Baraias infra adductæ, *c.*5. *à n.*223.

Quamuis† Bellamera supra, etiam iuris ignorantiã 33
excusare dicat, quia agitur de damno vitando. Cuius sententia solum procedet in ignorantia iuris dubij, & difficultatem habentis, vt *in decis.*214. *num.*5. *par.*1. *diuersorum.* de qua infra, *n.* 36. iuxta dicta supra 5 *p.c.* 5. *n.*88.

Es sic† quando essent in culpa, patronus posset pre- 34
sentare, & collator conferre talia beneficia, tanquam vacantia per resignationem, Feder. *d.q.*6. & 7. & ibi additio Lapi. Bellam. *supra* & Pet. de Perusio *d.*6 *par. n.*45. alias 87. Domin. Aufrer. & Roffin. *supra, & d. additio vlt. ad fin.* & post alios, Franc. *d. nu.*11. qui tamen male ait vacare per iuris priuationem, quando permutantes sunt in culpa, & scienter permutauerunt, nam etiam tunc vacant per resignationem, Bonif. *supra.*

Vnde idem videtur dicendum † in resignatione 35
in fauorem coram Papa facta scienter, sine consensu patroni laici, vt eo contradicente resignans non possit ad beneficiũ redire, sed potius patronus possit ad illud præsentare, tanquam vacans per d. resignationem, *d. additio vlt. ad fi.* Sarnen. *quæst.*17. *de infirmis, 2. casu*, quem sequitur Cabedo, *cap.*10. *numero* 1. quamuis contrariũ videantur tenere Mohed. Puteus, Achilles & Thanis citati supra *num.*16. & 30. & Rota in illa Mediolanen. iurispatro. de qua supra, *numer.* 17. & Flam. Paris. *de resignat. libro* 1. *q* 3. *numero* 96. & *libro* 2. *q.* 4. *numero* 23. qui iuxta dicta accipienda erunt.

Nam quoties resignans† in fauorem, seu conditio- 36
naliter, scienter nulliter resignat, per talem resignationem ius abdicatur ab illo, vt resoluit Rota in vna Romana canonicatus 17. Nouem. 1567. coram D. Seraphino, Flam. Paris. *d. libro* 1. *q.*3. *nume.*71. & 118. & *lib.*2. *q.*9. *num.*21. & *lib.*4. *quæst.*2. *num.*26. & *lib.*9. *q.*21. *num.*8. & Rebuf. *cons.* 192. *num.* 5. inquit, quod clausula *non alias, nec alio modo*, non operatur, quando adest culpa

est culpa resignantis, & per eum stat. Et in vna Claramonten. monasterij, 20. Octob 1574. coram sanctissimo Clemente VIII. quæ habetur *par. 1. diuersorum. decis. 214. nu. 5.* fuit dictum, *Quod clausula* non alias, &c. *non operatur in fauorem illius, qui sciens defectum tacuit, nisi habuerit probabile dubium, ex ignorantia iuris dubij, & difficultatem habentis.* Facit reg. *l. in iure ciuili. ff. de reg. iuris, & l. iure ciuili. ff. de condit. & demonst. & l. in executione. §. fi. ff. de verb. oblig.* & Pet. Greg. *de benef. capitulo* 28. *numero* 11. ait, quod quando resignatio in fauorem, vel ex causa permutationis, non potest sortiri effectum propter dolum, vel culpam resignantium, tunc resignatio, & ex ea vacatio firma remanent & potest beneficium libere prouideri, & vide dicenda infra, *num. 217. & c. seq. a n. 34.*

37 Ex quo procedit, † quod tradit Zauallos, *q. 147. n. 8.* de permutatione Rectoris de Batres in facti contingentia, de quo infra, *n. 71.*

38 Ex quo etiam videtur, † quod si quis resignauit beneficium in fauorem alterius in forma dignum, qui non fuit repertus idoneus, non potest resignans redire ad beneficium, sed remanebit vacans libere per resignationem, quia culpa sua non habuit effectum, ex quo prius tenebatur inquirere, & se informare de idoneitate resignatarij, & sic sciuit, vel scire debuit illum non esse idoneum, nisi probaret diligentiam adhibitam, aut iustam ignorantiam, quia communiter reputabatur idoneus, vel alias erat approbatus, &c. *cap. innotuit. de elect.* vbi glo. *verb. ignorantiam* Abb. *numero* 9. & 21. & alij glo. *in reg. præsumitur libro* 6. Decius *in c. cum in cunctis, § fi. de elect. numero* 2. & 14. Rochus, *verb. honorificum, numero* 17. Lamber. *1. p. 2. libro q. 10. ar.* 4. Ant. Gabr. *de regul. iuris, conclus. 5. numero* 12. & 11. & *concl. 6. numero* 43. Rota in decis. Pistorien. alternatiuæ de anno 1558. supra adducta 5. *p. c. 1. numero* 739. Mascard. *conclus. 879. nume.* 7. Ioan. Garcia *de nobilit. glo. 4. n. 28. & 29.* & Flores de Mena *q. 3. n. 9.* & si is resignauit reseruata sibi pensione, non valebit etiam reseruatio illius, ex quo fuit reseruata de assensu resignatarij, qui non successit in beneficio, nec habuit ius in illo. Facit Rota *decis. 191. p. 1. diuersorum* [illegible] quæ etiam est apud Farin. *decis. 9. numero* 7.

Ex quo etiam infertur ad † casum in praxi frequentem, quod si quis resignat beneficium in fauorem alterius reseruata sibi valide certa pensione, non alias, & reseruatio pensionis fuit nulla ob expressionem maioris valoris beneficij factam ab ipso resignante scienter, & sic culpa sua, non poterit redire ad suum beneficium, sed ius ab eo abdicatur per talem resignationem, nec tenebitur successor in beneficio ad solutionem pensionis, ex quo fuit nulliter reseruata, quamuis resignatarius ipse, qui consensit pensioni cum dicta expressione valoris, non possit excusari ab eius solutione, iuxta dicta *supra 1. par. c. 5. a n.* 442. nisi fuerit in errore iusto, nam probando iustum errorem valoris posset etiam ipse dare de nullitate pensionis ad dicta infra, *à numero* 132. *& dict. cap. 5. 1. par. numero* 514.

40 Circa quod obiter nota † cum Flam. Paris. *de confidentia, q. 41.* quod expressio valoris, maioris vero beneficij resignati facta à resignante, & resignatario ad effectum, vt Papa signet supplicationem cum maiori pensione pro ipso resignante, &c. non efficit eos simoniacos, vel confidentiarios, Nauar. *cons. 28. & 29. de simonia*, licet peccent mortaliter. & idem erit quoties non fuerit expressus verus valor aliorum beneficiorum obtentorum per resignatarium, super quibus imposita est pensio pro resignante, vt resignationi consentiret, vt latius per Flamin. *ibi*, & vide dicta infra, *n. 149. & seq.*

Conducit ad prædicta decisio † in causa Pitcentina 41
portionis, 10. April. 1559. coram D. Chisanen. in qua fuit resolutum, *Quod si quis resignat reseruata sibi pensione valida, & non alias qui per 20. annos percepit dictam pensionem, & post modum resignatarius cessit in fauorem alterius, qui dicit de nullitate dictæ pensionis, quia tempore resignationis beneficij erat grauatum alia pensione, de qua non erat facta mentio, potest resignans agere spolio stante dicta nullitate, quia licet vbi agitur de amittenda possessione, non requiritur authoritas Papæ, sed sufficit salus animus, Cassad.* decis. 2. de renuntiat. *Ægid.* in c. quod in dubiis. de renuntiat. n. 10. *tamen in proposito non apparet animus amittendi possessionem, quia ab initio fuit conditionalis, tam quoad titulum, quam quoad possessionem, scilicet reseruata valide pensione, & non alias, glo.* in c. olim. de restitut. spoliat. *Rota* dec. 2. de renuntiation. in antiq. *vnde videtur hic animus eodem modo conditionalis semper duraſſe, & quamuis ipse exegerit pensionem, tamen intelligitur cum eadem conditione exegisse, quia mutatio animi non præsumitur, & potuit semper quando exegit, credere pensionem validam esse, alias non exegisset: cum autem resignatio est conditionalis, non impleta conditione posse agere spolio, satis notum est, Mohed.* decis. 83. & 91. *Puteus* 145. lib. 1. *& fuit sæpe resolutum, & contra spolium non datur præscriptio, Cassad.* decis. 6. de restitut. spoliat. *Nec obstat, quod ipsemet resignans tacuerit primam pensionem, quia satis constabat fuisse per errorem, & nullam fraudem fuisse, vt rei euentus, dum litigatum est, docuit, vnde sibi non præiudicat, nisi probetur vera scientia.*

Et iuxta hanc † decisionem erit accipienda resolu- 42
tio in vna Tarraconen. de qua Mandos. *reg. 33. Cancell. q. 6. n. 9.*

Et quod resignans beneficium cum † reseruatione 43
pensionis, si pensio non est valida, possit agere spolio, fuit etiam resolutum coram eod. Chisanen. in causa Bisignaten. Archidiaconatus 7. Maij 1559. vt per Cotam *decis. 401.* & coram D. Orano in causa Illerden. canonicatus 27. Nouemb. 1595. quod est intelligendum iuxta dicta, *nisi culpa ipsius resignantis pensio non sit valida, &c.* & vide dicta, *d. cap. 5. 1. par. à numero* 534.

§. 1.

Qui possint renuntiare beneficio.

SVMMARIA.

Regulariter cuique liberum est proprio renuntiare beneficio, nu. 44. *Hodie tamen in Curia non admittuntur absolute resignationes parochialium, & aliorum beneficiorum residentiæ, nam dataria vult, quod exprimatur per quantum tempus beneficium possedit resignans, seu à quo tempore illud obtinet, & si tempus est breue, resignatio reiicitur*, num. 45. *& idem est in permutationibus huiusmodi beneficiorum cum aliis non residentiæ*, numero 46. *Qui stylus incepit à tempore Gregor. XIV. & hodie regulariter requiritur, quod possederit per quinque annos, vel circa, &c.* n. 47. *Quantum tempus importet dictio*, vel circa, *quando narratur, quod resignans possedit beneficium per quinq.*

aut sex annos, vel circa, *& quando dicitur esse tali ætate*, &c. à nu. 48. *resoluitur importare ad summum sex menses. seu per illam tolli sex menses. Alias si diceretur sine dictione*, vel circa, *deberet illud tempus integre verificari*, nu. 49.

An sit differentia inter expressionem, quod possedit beneficium per tantum tempus, vel quod illud obtinet à tanto tempore, à nu. 51. *Resoluitur expressionem, quod possedit per tantum tepus, importare, quod illud possedit, saltim de facto, & sic c titulo, vel sine, expressionem vero quod à tanto tempore obtinet importare, quod à tanto tempore in illo habet ius in re, vel illud de facto possidet, nam is dicitur obtinere, qui habet ius in re, vel qui possidet de facto.*

Hodie sacris ordinatus præsertim ad titulum illius, non potest libere renuntiare beneficio, nam non potest illud resignare, nisi aliunde habeat, vnde commode viuere possit, numero 56.

Licet de iure communi infirmus posset beneficio renuntiare, tamen hodie non valet renuntiatio infirmi infra 20. dies decedentis ex reg. Cancellariæ de infirmis, n. 57. *& qui scribunt super ea*, numero 58.

An minor possit beneficio renuntiare, remissiue, num. 59. *Et an minori in beneficialibus competat restitutio, etiam remissiue*, num. 60. & numero 61. *ponitur resolutio Rotæ in ista quæstione.*

An accusatus de crimine, ex quo veniret priuandus beneficio, possit illud renuntiare, nu. 62. *resoluitur posse*, numer. 63.

Ampliatur primo, vt procedat etiam in renuntiatione in fauorem alterius, numero 64. *contra aliquos citatos*, numer. 65 *Cautela tamen Ferratij in proposito, quam Felin. & alij sequuntur, non est tuta, maxime attenta constitutione Pij V. de confidentiis*, numero 66.

Secundo ampliatur, vt talis accusatus pendente lite possit permutare, num. 67. *Quamuis contrarium teneant aliqui relati*, num. 68. *Sed prima sententia est verior, nisi forte obstet ei infamia orta ex accusatione, apud bonos, & graues uiros, ne possit ad aliud beneficium promoueri, & sic permutare, &c.* n. 69. *Aut nisi ob delictum esset de iure inhabilis ad beneficia obtinenda*, nu. 70. Et num. seq. *ponitur casus practicatus Rectoris de Batres.*

Tertio ampliatur, vt procedat etiam si quis prius impetrasset beneficium in euentum priuationis, adhuc enim poterit accusatus valide renuntiare, nec impedietur renuntiatio, & eius effectus, ex dicta impetratione, nec post renuntiationem poterit procedi ad priuationem, num. 72. *Hoc tamen fallit secundum Gambarum, & Villad. quando quis impetrasset per priuationem, & quouis alio modo vacaret, quia tunc comprehenderetur, etiam vacatio per renuntiationem, nisi fieret in Curia*, numer. 73. *sed reprobatur*, n. 74.

Contra hanc ampliationem obiicitur doctrina glossæ, verbo, finita, in cap. 2. vt lite pendente in 6. in fin. *& decisiones relatæ*, à numer. 75. *Ex quibus videtur, quod cum agitur contra aliquem, vt à beneficio amoueatur, & sibi adiudicetur, tanquam debitum, beneficium sit litigiosum, &c. Respondetur ea procedere, quando agitur de priuatione incursa ipso iure, & remotione a possessione, quo casu non est materia priuationis, sed magis causa beneficialis, & declaratoria non iuris, & pœnæ incursæ, & quando principaliter agitur ad canonizationem gratiæ, & incidenter deducitur delictum, causa est beneficialis.* n. 80. & 81. *at vbi agitur de priuatione per sententiam infligenda, vt hic, beneficium non fieri litigiosum, nec esse causam beneficialem, nisi superueniat sententia quæ priuet beneficio, & illud alij adiudicet, cui facta erat gratia in euentum priuationis*, n. 82.

Etiam vbi ageretur de priuatione ipso iure incursa, etiam ad instantiam habentium interesse, & ius prædendi beneficium, si tamen non petebant adiudicationem, seu collationem illius, in illo iudicio beneficium non esset litigiosum, vt in resolutione Rotæ posita, numero 83.

Quarto ampliatur, vt possit renuntiare, sine simpliciter, siue in fauorem alterius, etiam post scientiam impetrationis factæ à tertio de beneficio in euentum priuationis, vel post impetrationis præsentationem, nu. 84. *Et decretum irritans positum in impetratione solum operatur in euentum priuationis*, nu. 85. *& si illud obstaret, obstaret etiam, si renuntiatio fieret ab ignorante impetrationem, vt tenet Flores*, n. 86. & 87. *Nec* decisio *Rotæ* 5. de re iudic. antiq. *facit contra*, nu. 88.

Quinto ampliatur, vt procedat etiam post conclusum in causa, numer. 89. *etiam in renuntiatione in fauorem*, n. 90.

Sexto ampliatur, vt accusatus possit renuntiare etiam lata priuationis sententia, si ab ea fuerit legitime appellatum, quoniam per appellationem integrum manet ius eius, n. 91. *cum per eam extinguatur, aut saltim suspendatur sententia*, n. 92. *Quam ampliationem tenent relati*, nu. 93. *Nec est necesse facere mentionem priuationis, & processus*, num. 94. *Et procedit, etiam si appellatio postea pronuntietur mala, & iniusta*, n. 95. *non tamen procedit, quando priuationis sententia contineret in se adiudicationem beneficij*, numer. 96.

Septimo ampliatur, vt procedat, etiamsi pro homicidio quis sit condemnatus pœna perpetui carceris, vel alias, si non est priuatus beneficiis, nihilominus enim poterit renuntiare, & collatio sequuta erit valida, n. 97. *Et ratio est, quia condemnatus per sententiam latam super homicidio, vel alio crimine priuatione digno, non est priuatus beneficiis, nisi exprimatur in sententia, secundum Innocentium, & alios*, n. 98. & seq. *vbi ponitur resolutio Rotæ.*

Obiicitur l. 1. ff. ad Turpil. *ibi*: Si autem pronuntiauerit, &c. *ex qua apparet damnatum de crimine, quod de iure meretur priuationem, eo ipso priuatum esse, licet in sententia non exprimatur, & ita videtur alias tenere Innocen. quamuis alias etiam videatur velle, quod requiratur noua sententia in executione pœnæ*, à numero 100. *vbi ponuntur sententiæ Dd. in hoc.*

Concordantur opiniones, vt secunda sententia Innocentij procedat quando iudex pronuntiauit tantum super crimine, nullam imponendo pœnam expresse, tunc enim videtur intrare d. l. 1. P. *Prima vero sententia Innocentij, & aliorum procedat, quando iudex in sententia condemnatoria aliquam pœnam imposuit, non faciendo mentionem de priuatione*, numero 105. & 106.

An in hoc vltimo casu possit & debeat iste condemnatus priuari beneficiis, à num. 107. *Resoluitur affirmatiue in condemnato pro delicto inducente irregularitatem, licet secus in condemnato pro delicto, quod licet sit dignum priuatione, non tamen inducit irregularitatem.*

Obiicitur crimina depositione digna, si sunt notoria, irregularitatem inducere, & crimen notorium dici, de quo

de quo lata est sententia, quæ transiit in iudicatum, & sic omnem criminosum condemnatum de crimine priuatione digno, posse etiam postea priuari beneficiis, tanquam irregulares ex crimine notorio per sententiam, à n. 110.

Respondetur, verius esse indistincte non esse irregularem notorium peccatorem, & explicatur capitulum finale de tempor. ordinat. quo fundatur communis. à nu. 113. *Nec etiam crimen notorium, etiam enorme, inducere irregularitatem ratione infamiæ.* n. 118. *Et istam sententiam videri magis conformem praxi, & consuetudini, & ideo tenendam contra communem*, numero 119.

Octauo ampliatur, vt possit renuntiare etiam in fauorem, & renuntiatio valeat etiam, non facta mentione de crimine, nec de accusatione, seu inquisitione, aut processu, nec de priuatione. n. 120. *quia id iure non cauetur*, n. 121. *Sed limitatur, primo, vt non procedat, quando in impetratione facta à tertio in euentum priuationis fuerit adiecta clausula, & cum decreto, quod resignatio illius cedat in fauorem impetrantis*, numero 122. *ex eo tamen non tollitur Episcopo dispensandi potestas in casibus, in quibus alias potest, ipsaque dispensatio impediet priuationis sententiam*, numero 123.

Secundo limitatur, vt non procedat in criminoso priuato ipso iure beneficiis, qui renuntiare non potest, maxime in fauorem, n. 124. *& idem erit in priuato beneficiis per sententiam, quæ transiit in iudicatum, per quam beneficium vacat*, n. 125. *quamuis Rebuffus dicat, quod ante executionem potest resignare, quia sola sententia nõ priuat iure, nec possessione, quod solum verũ est respectu possessionis, qua non est priuatus ante executionem, & sic procedit dictum Felini, quod canonicus priuatus per sententiam non perdit ipso iure stallum in choro, & locum in Capitulo, sed oportet, quod distalletur per superiorem, non tamen est verum quoad ius, & titulum beneficij, quo statim priuatus est, & potest conferri*, n. 126. & 127.

Renuntiatio facta in fauorem à priuato beneficio ipso iure, vel per sententiam ante executionem, vel ab obtinente beneficium, alias sine titulo erit bona nihilominus & valida ex clausulis generalibus, siue præmisso, siue alio quouis modo, &c. *dummodo alteri non sit antea ius quæsitum*, n. 128. *vbi ponitur resolutio Rotæ: in permutatione vero secus erit, propter clausulam quæ in permutationib. apponitur iuxta* reg. Cancella. 39. n. 129.

An valeat pensio reseruata tali resignanti, qui resignauit reseruata pensione, non facta mentione de defectu tituli, à n. 130.

Resoluitur contra Nauarrum, non valere, & adducuntur aliquæ resolutiones Rotæ ad propositum, & fundamentis Nauarri respondetur, numero 138. & seq.

Pensionarius agens ad pensionem sibi reseruatã ex causa resignationis nõ tenetur probare resignationem fuisse validam, etiam aduersario opponente, sed ei incumbit onus probandi contrarium, nu. 136. *vbi adducitur resolutio Rotæ. Et is, cui est reseruata pensio ex causa cessionis iuris, non tenetur iustificare ius cessum, quamuis contra successorem in beneficio debeat docere de aliquo iure, licet non illud iustificare*, n. 137. *Obiicitur, quod si non valet reseruatio pensionis facta resignanti, qui non habebat ius in beneficio, non valebit prouisio beneficij, etiam ex clausulis generalibus, cum reseruatio sit conditionalis reseruata valide prouisione, & non alias*, num. 140. *Respondetur, quodumpensio alias sit valide reseruata, defectusque illius conditionis solum proueniat ex defectu iuris ipsius resignantis, perinde est, ac si impleta fuisset*, n. 141.

Potest quis beneficio renuntiare non solum per se, sed etiam per procuratorem, n. 142. *vbi de procuratore ad resignan. remissiue.*

NOTANDVM autem est primo, quod † regulariter cuique liberum est proprio renuntiare beneficio, Corras. 2. *par. cap.* 8. *n.* 5. Hodie † tamen in Curia non admittuntur absolutè, & indistinctè resignationes parochialium, & aliorum beneficiorum personalem residentiam requirentium, præsertim, cum pensione, nam quoties resignatur parochialis, vel aliud beneficium residentiam requirens, dataria vult, quod exprimatur per quantum tempus illud possedit resignans, seu à quo tempore illud obtinet, & si tempus est breue, resignatio reiicitur, vt per Flamin. Paris. *de resignat. lib.* 3. *quæst.* 2. *n.* 21. 44 45

Et † idem est in permutationibus huiusmodi beneficiorum cum aliis non requirentibus similem residentiam. Qui † stylus datariæ incepit à tempore Gregorij XIV. in quo fuit datus iste ordo, & hodie, vt videmus, regulariter requiritur, quod illud possederit per quinque annos, vel circa, aut saltim tres, quamuis antea requirerentur septem, vel sex anni. 46 47

Sed est dubium, quantum † tempus importet dictio, *Vel circa*, quando narratur, vt solet, quod resignans possedit beneficium per quinque, aut sex annos, vel circa, & quando in dispensationibus, vel aliis concessionibus dicitur esse in tali ætate, vel circa, &c. 48

In quo † omissa doctrina Redoani *de reb. Ecclesiæ non alienan. rubr. quid, & quando dicatur modicum, n.* 15. 16. & 17. breuiter dicendum videtur, importare ad summum sex menses, ita quod narrato quod possedit per quinque annos, vel circa, sufficiat verificare, quod possedit per quatuor annos & dimidium, & similiter in ætate, *arg. l. non tantum, ff. de excusat. tut.* Alex. *consil.* 88. *n.* 9. *libro* 6. Rebuf. *in l. cæterorum, ff. de verb. signific. in fine, & in praxi, tit. de dispensatione ratione ætatis, versic. seu circa, & in concord. in forma mandati Apostolici, verb. pro expressis, versic.* 29. *& consil.* 73. Menoch. *de arbitrar. lib.* 2. *casu* 46 *n.* 5. & Rota in vna Meliten. parochialis 2. Iunij, 1552. coram D. Caputaquen. in qua fuit dictum, quod cum testes dicunt, à tot annis vel circa, Rota per illam dictionem, *vel circa*, tollit sex menses, vt per Cotam *decis.* 86. *in miscellaneis in manuscriptis*, & Rota *dec.* 297. *lib.* 2. *par.* 3. *diuersorum, n.* 1. vbi de ætate narrata in coadiutoria 60. annorum, vel circa, solum tollitur dimidius annus. 49

Et alias si diceretur, † quod illud possedit per quinque annos, vel quod illud obtinet à quinque annis, sine dictione, *vel circa*, deberet illud tempus integrè verificari, iuxta dicta supra 6. *parte, capitulo* 2. *numero* 174. 50

Est etiam dubium, an sit † differentia inter expressionem, quod possedit beneficium per tantum tempus, vel quod illud obtinet à tanto tempore. 51

In quo dicendum † videtur, expressionem, quod possedit per tantum tempus, importare, quod illud possedit saltim de facto, & sic cum titulo, vel sine: vnde quoad illam sufficeret verificare possessionem de facto, iuxta tradita *d. cap.* 2. 6. *par. numero* 206. expressionem vero, quod à tanto tempore obtinet, im- 52

portare, quod à tanto tempore in illo habet ius in re, vel illud de facto possidet.

53 Nam † is dicitur obtinere, qui habet ius in re, *cap. si gratiose, cap. si pro te, de rescrip.* Paris. *consil. 74. num. 21. versi. ipse enim Ioannes obtinebat præposituram, dato, quod non haberet possessionem, libro 4.* Millis *in rep. verb. obtinere,* Rebuf. *in concord. tit. de collatio. §. volumus, verb. obtineat, & in forma mandati Apostolici, verb. obtineat,* Mand. *reg. 3. quæst. 13. & reg. 16. quæst. 39. & reg. 27. quæst. 22. sub numero 3.* & Rota in Salamantina capellaniæ del Voto, 20. Nouemb. 1592. coram D. Pamphilio, supra adducta, 6. *par. cap. 4. numero 39.*

54 Vel † qui possidet de facto, Millis *sup.* Mandosius *d. q. 13. & 39. & d. q. 22. sub n. 2.* & vide dicta *supra 5. parte, cap. 1. à n. 197.* Quod est etiam notandum, ad coadiutorias, in quibus similes expressiones fieri solent.

55 Licet † Cosmas *in pragmat. sanct. tit. de collatio. §. item insuper, verb. obtinebunt,* dicat, quod qui habet solum titulum beneficij, sine possessione, non dicitur obtinere beneficium, *cap. si tibi concesso, de præben. in 6.* & sic verbum, *obtinebunt,* de quo ibi explicat, cum apprehensione possessionis. Quod etiam tenet Ioannes Quintinus *in repetit. cap. de multa, de præbend. à n. 10. & 74. & n. 146.* Sed id non probat dictum *cap. si tibi concesso.*

56 Rursus, hodie sacris ordinatus, † præsertim ad titulum illius, non potest libere renuntiare beneficio, nã non potest illud resignare, nisi aliunde habeat vnde commode viuere possit, vt dictum est *supra 2. par. c. 5. à n. 192.*

57 Præterea, licet de iure communi † infirmus posset beneficio renuntiare, *cap. penult.* vbi Abbas *de renuntiat.* tamen hodie non valet renuntiatio infirmi infra viginti dies decedentis, ex *reg. Cancellariæ de infirmis*

58 *resignantibus.* Super † qua vltra gloss. antiquum, Soto, & Rebuf. *ibi, & in praxi 3. parte,* late scribunt Sarnen. & Mandosius, & Roffin. *de benefic. capitulo 29.* & Petr. Gregorius *cap. 31. à num. 12. ad 17.* & Flamin. Paris. *de resignatione, lib. 12. per totum, per 14. quæstiones,* ad quos lectorem remitto, de qua etiam Azor *2. p. lib. 7. c. 28.*

59 Et an minor † possit beneficia renuntiare, vide Rebuf. *in praxi, tit. ratione personæ, & restituatur resignatio,* Corras. *d. cap 8. numer. 5.* Petr. Gregorium *cap. 31. num. 7.* & Flamin Paris. *lib. 3. quæst. 7.* vbi latè agit de hoc, & an minori in beneficialibus competat re-

60 stitutio. De † quo vltra eum vide Probum ad Monach. *in rubrica de renunt. in 6.* ex *numer. 4.* Sarnen. *in reg. de triennali, quæst. 15.* Boerium *decis. 350.* Rofiniacum *de benef. cap. 17.* Couar. *lib. 1. variarum cap. 1. à n. 5.* Costam *in §. & quid si tantum, num. 62.* Cald. Pereiram, *in l. si curatorem habens, C. de in integ. restitutio. verb. læsis, à num. 38.* Menoch. *de recuperan. remed. 10. numero 104.* & nouissime Doctorem Sahagun. *in cap. at si clerici, §. de adulteriis, de iudic. ex numero 17. & 43.* & Frechillam *in cap. admonet. de renuntiat. numero 40.*

61 In qua quidem quæstione † Rota in vna Pampilonen. beneficij de Andron. 10. Martij 1593. coram D. Orano resoluitur, *Restitutionem in integrum non competere minori aduersus resignationem beneficij post collationem alteri factam. Nam licet in hoc sint variæ sententiæ, quas adducit Caldas* supra, *tamen in sacro Rotæ Auditorio hæc sententia præualuit, ad notata per glossam, & ibi Abb. & Dd.* in capitulo ex parte, de restitut. spoliat. *Puteum* decis. 9. libro 3. & vlt. numero 8. & 9. libro 1. *Thanis* decis. 54. *Achillem* decis. 88. *seu* vlt. de in integ. restitutio. *& hoc nisi probetur, resignantem facto resignatary, vel alterius tertij fuisse lasum, vel etiam ad resignandum dolo circumductum, tunc enim metus, & doli incussi potius quam ætatis ratio habetur: & non obstare decisiones Putei* 437. libro primo *& Than. 47. quia procedunt re integra, quando beneficium non est collatum, &c.* Et hanc resolutionem tenet post alios Doctor Sahagun. *supra.*

Sed est alia † grauis & difficilis quæstio, *an accusatus de crimine, ex quo veniret priuandus beneficio, possit illud renuntiare.* Et † concludendum est, *posse,* ex 63 glossa, quam ibi sequuntur Dd. *in cap. 2. vt lite pendente, lib. 6. verb. finita,* quæ ait, quod si accusatus lite pendente cedit, non impedietur tunc prouisio per illum tex. propter litem, cum non sit super beneficio, sed super crimine, sequuntur Rebuf. *in praxi, tit. de modis amittendi beneficia, num. 51. & in regul. in infirmis resignan. glos. 12. numero 19. & de pacificis possessor. num. 315.* alias 262. glossa *reg. de annali circa principium,* & Sarnen. *ibi quæst. 42. & in reg. de subrogan. collitigan. quæst. 7.* Corras. *d. c. 8. num. 6.* Mandos. *de signatura gratiæ, tit. de priuatio. ad finem.* Couar. *in Clem. si furiosus, de homicid. 2. par. 3. numero 7.* Plaça *de delictis, cap. 11. num. 3. & 9.* Lancellot. *de attentatis, 2. par. cap. 5. num. 6.* Hieron. Gabr. *consil. 196. libro 1.* Salcedo ad Bernardum Diaz *in practica crimin. canon. capitulo 94.* Petrus Gregor. *de benefic. capitulo 26. numero 35. & capitulo 33. numero 3.* Flamin. Paris *de resignat. libro 3. quæst. 16. à numero 8.* Ioannes Gut. dicens communem *canon. quæst. libro 2. capitulo 5. numero 29.* D. Ioan. Vela *de pœnis delicto. c. 15. pag. 74.* Zauallos *quæst. 147. numero 7.* & Flores de Mena, *quæst. 13. numero 8. & 9.* qui plures alios idem tenentes referunt. Et tenuit Rota in vna Parmen. parochialis coram D. Rubeis de anno 1562. vt refert Lancello. *supra num. 7.* & alias sæpe, vt per Gambarum *de offic. legati, lib. 10. nu. 137.* & nouissime in vna Virdunen. canonicatus 6. Martij, 1595. coram D. Pamphilio supra adducta 5. *par. capit. 3. numero 43.* Et post hæc tradit Gonçalez ad *reg. mensium, glossa 15. num. 147.* dicens, idem resolutum in Legionen. canonicatus, 15. Februarij, 1593. coram illustrissimo Arigonio, Prosper. de Augustino *in additione ad summam bullarij quarantæ, verb. beneficiorum resignatio 5. causa,* & Azor *2. par. libro 7. cap. 17. quæst. 2. versic. 3. & capitulo 20. q. 8.* Molina *de iustitia, tract. 3. disput. 78. numero 2.* Tusc. *conclus. 166. & 260. lit. R. tomo 6.* Et facit declaratio S. Congregationis Concilij, quam supra retuli *1. par. capitulo 5. numero 299.*

Quæ † conclusio ampliatur primo, vt procedat et- 64
iam in renuntiatione in fauorem alterius, Felin. *in cap. inquisitionis, de accusationib. numero 4.* Ferratius *cautela 44 num 2.* Rebuf. *d. tit. de mod. amittendi beneficia, num. 53. & de pacificis possess. num. 316.* alias 263. Rofiniacus *de beneficiis, cap. 20. num. 4.* Couar. Salcedo, Plamin Paris. *num. 45.* Ioan. Gutierrez *num. 30.* D. Ioannes Vela, & alii *supra,* & Flores qui ait posse resignare in fauorem alterius, etiam cum reseruatione pensionis, & Henriquez *in sum. libro 13. capit. 56. §. 4. & capit. 57. §. 1. n. fine,* & Thomas Sanchez *de matrimo. libro 7. disp. 42. numero 2.* Gonçalez & Molina *supra.* 65

Quamuis modernus † Parisien. *in reg. Cancellariæ 18. num. 55.* contrarium in hoc tenuerit, cuius sententiam fortassis iure, & æquitate prævalere ob fraudem, quæ in hac specie manifesta videtur, inquit Couar. *supra,* qui tandem relinquit cogitandum. Et

quidquid

quidquid dicat Marc. Anton. Genuen. *in praxi Archiepiscopali Curiæ Neapolitanæ, cap. 64. nu. 9.* quando testes sunt recepti, & nihil restat, nisi sententia ferenda.

66 Obiter tamen † aduerto, cautelam Ferratij supra, quam Felin. & Rebuff. *vbi proxime* sequuntur, & Petrus de Baisio *in directorio elect. 2. parte, cap. 30. numero* 3. & Didacus Perez ad Villadiego *de irregularitate, cap. 1. numero* 21. non esse tutam, maxime, attenta *constitutione* Pij V. 87. *de confidentiis*, vt bene aduertit Ioan. Gutierrez supra, & antea Maiolus *de irregularitate lib. 5. c. 45. in fin.* qui dicit, erroneam esse hodie dictam cautelam, nam tali casu committeret crimen confidentiæ.

67 Secundo ampliatur, † vt talis accusatus pendente lite possit permutare, vt docet glossator dicta *reg. de annali*, & cum eo Sarnen. *d. q. 7. &* 42. Æneas de Falcon. *de reseruatio. quæstione personali effectu*, 47. *numero* 12. Petrus Gregorius *d. cap. 26. num. 15 & d. cap. 33. nu. 3.* Flam. Paris. dicens communem supra *numer. 10.* cum Nauarro *consil. 2. de accusationib.* apud quem id non inuenio, & sequitur Salcedo *supra* in vltima editione anni 1594.

68 Quamuis † contrarium in hoc teneant Staphileus *de literis gratia, tit. de variis modis vacationis, numero* 15. Rebuff. *dict. glossa* 12. *in reg. de infirmis, numero* 19. Boer. *decis. 205. numero* 6 Mandos. *supra*, & Lancello. *numero* 14. cum Dominico *consilio* 105. *versicul. ad secundum*, quem refert etiam Sarnen. *in reg. de non tollendo iure quæsito, quæstio. 1. versic. 9. modus*, saltim quando alius impetrauerat in euentum priuationis, quo casu id etiam tenet eos sequutus Flamin. Paris. *sup. numero* 49.

69 Sed primam sententiam † veriorem existimo, nisi forte obstet ei infamia orta ex accusatione apud bonos & graues viros ne possit ad aliud beneficium promoueri, & sic permutare. ex *cap. omnipotens, de accusationib.* vbi Abbas Felin. & alij supra relati 7. *par. cap. 8. num. 6. &* 7. qui docent, quod si accusatus non est infamatus apud bonos, & graues homines,
70 accusatio non impedit promotionem, † aut nisi ob delictum esset de iure inhabilis ad beneficia obtinenda, glossa *in Clem. 1. de pœnis, verb. obtinenda*, & ibi Cardin. *§. ipsius, numero* 4. Ancharran. *numero* 10. & Bonifac. *num. 54. &* 108. Cosmas *in pragmat. sanctione, tit. de collatio. §. item insuper, verb. disponere*, & Vgolinus *de censuris, tab. 2. cap. 3. §. 2. nu. 6.* aut saltim indignus.

71 Et ita tenet † Zauallos *supra num. 8.* qui ait vidisse practicari in negotio Rectoris de Batres, qui renuntiauit suum beneficium curatum lite pendente, imo permutauit illud cum beneficio curato de Almorox, & admissa fuit permutatio, & literis Apostolicis expeditis miraculosa Dei prouidentia vtroque beneficio priuatus fuit, primo de Batres per renuntiationem, & permutationem, secundo de Almorox, quia idoneus non fuit repertus ab Ordinario, cum plurima scelera perpetrasset, & sic illud beneficium de Almorox, quod vacauit per dictam permutationem, in Curia Romana impetratum fuit à Licentiato Ludouico de Molina, qui nunc est in quieta & pacifica possessione illius beneficij curati, quod procedit iuxta supra dicta *numero trigesimosexto*, & Bonifacius *in Clemen. vnica, de rerum permut. numero* 97.

72 Tertio ampliatur, vt procedat † etiamsi quis prius impetrasset beneficium in euentum priuationis, adhuc enim poterit accusatus valide renunciare, nec impedietur renunciatio, & eius effectus ex dicta impetratione. Nec post renunciationem poterit procedi ad priuationem, Sarnen. *d. quæst.* 42. Probus ad Monach. *in cap. alma mater, de sententia excomm. in 6. num. 6.* Gambarus *supra, à numero* 321. *ad* 351. Couarr. *dict. num. 7.* dicens magis communem, Plaça *supr. nu.* 10. qui tamen varius est, Salcedo, & Ioannes Gutierrez *num.* 39. & D. Ioan. Vela, & Molina *supra.* Facit. *decisio* Rotæ 14. *vt lite pendente, in nouis*, quam sequuntur Villadiego *in tractat. delegato, 1. par. quæst.* 14. & Rosin. *cap. 21. num. 7.* & Capel. Tolos. *decis.* 437. & ibi Aufrer. quidquid teneant Domin. *dict. consilio* 105. Boer. *dict. decis. 205. numero* 7. & Flamin. Paris. *num.* 41.

Ait tamen Gambarus *d. n.* 351. hoc fallere, quando 73
quis impetrasset per priuationem, & quouis alio modo vacaret, quia tunc comprehenderetur etiam vacatio per renuntiationem, nisi fieret incuria, *c. 2. de præben. in 6.* quod etiam tradit Villadiego *de leg. q.* 14. 1. *par. n.* 54.

Sed † hoc non videtur verum, nam clausula, *siue* 74
alio quouis modo, solum intrabit, quando tempore gratiæ, aut etiam priuationis, alias vacabat, sequuta tamen priuatione de facto, iuxta dicta sup. *cap. 1. nu.* 25. & 36.

Verum contra † hanc ampliationem videtur fa- 75
cere doctrina glossæ, *verb. finita, in d. cap. 2. vt lite pendente, in 6. in fine*, vbi docet, quod si quis agit contra clericum, petens illum ab Ecclesia remoueri, & illam sibi assignari, quia dicit, ad se spectare, tunc locum habet ille textus, sic illo cedente, lite pendente impeditur prouisio, donec lis pendet, & sequuntur ibi Francus *num. 6. versic. sed si petitor.* & alij, *ibidem, & d. decis.* Capellæ Tolosanæ, 437. *n. 1.* & ibi Aufrer. *num. 6.*

Et † Putei *decis.* 496. *libr. 2.* vbi habetur, quod 76
quando petitur, quod quis amoueatur, vt beneficium sibi adiudicetur tanquam debitum, tunc dicitur beneficium litigiosum ex *dicta glossa*, & quod licet lis super priuatione non facit beneficium litigiosum, hoc tamen non procedit, quando lata esset vna sententia priuationis continens in se adiudicationem beneficij, nam tunc licet penderet causa appellationis, beneficium effectum esset litigiosum, vt docet Staphileus *de literis iustitiæ, §. subrogatus an teneatur iustificare, numero decimo sexto*, qui ait, quod licet vbi de crimine agitur ad priuationem, nō datur subrogatio, nec gratia, si neutri, vel si nulli, quia beneficium non est litigiosum, sed persona propter crimen, & ideo antequam priuetur, potest cedere in fauorem alterius, tamen post diffinitiuam priuationis sententiam gratiæ prædictæ, & subrogatio dari possunt, quia per sententiam prouidetur de beneficio. Et tacito authore, sequitur Sarnensis *dict. quæst. 7. de subrogand. collitigan.* & Mandos. *de signatur. gratiæ, tit. de si neutri, & tit. de priuatio. versic. in priuationibus.*

Et † Rota apud Chisan. *decis.* 171. *in manuscriptis*, 78
vbi fuit tentum, quod *licet iudicium super priuatione beneficij ob non solutionem pensionis, &c. sit personale, tamen quando superuenit sententia, quæ priuat ipsum beneficio, & alij adiudicatur, tunc afficitur ius beneficij, & dici non potest, quia adsit aliqua molestia, quæ sufficit, vt per Geminian.* cons. 76. *Sarnensem* de triennali, quæst. 53. *&* quando præcedit iudicium priuatorium beneficij alteri assignando, dicitur introducta lis super be-

ne, cio, dicta glossa, verb. finita, in fine, *& ideo super dicto beneficio obtinens sententiam, potest habere sequestrum.*

78 Et † Rota in causa Placentina canonicatus, die 26. Nouem. 1593 coram Dom. Orano, in qua fuit resolutum, quod *lis narrata per Petrum in gratia subrogationis, nempe, inter fiscum, & Petrum pro suo interesse illi, & isti adhærentem ex una, & Christophorum, canonicatus Placentini possessorem coram iudice confidentiarum, ex altera super canonicatu, & quod lite huiusmodi indecisa pendente, obiit Christophorus, hæc inquam lis narrata dispositiue & assertiue debet iustificari, & pro eius iustificatione requiritur, quod fisco Petrus adhæserit ante obitum Christophori, & sola lis cum fisco super priuatione nõ facit beneficium litigiosum*, glossa d. verb. finita. *Puteus* decis. 66. lib. 3. *Sarnensis* de subrogandis, quæst. 7. *nisi adsit etiam lis super eo, vt sequuta priuatione alteri omnino adiudicetur, cui incumbere debebat Petrus, vt beneficium redderetur litigiosum, Puteus* dict. decis. 496. *Alias potuit prouideri per Ordinarium, si vacat suo mense, & clausulam* statum litis, & merita causæ, &c. *operari veram expressionem status litis, non autem expressionem eius, quod non erat, & sic litis, per quam censeretur affectio inducta, possessionem autem defuncti satis verificari ex instrumento, cuius continuatio vsque ad obitum præsumitur, non obstante prætenso sequestro, quod possessione non priuat.*

Ergo † cum quis impetrauit beneficium alicuius
79 in euentum priuationis, & agit contra eum petens beneficio priuari, & sibi adiudicari, ex impetratione, & gratia sibi facta, non videtur accusatus posse lite pendente renunciare cum effectu, ita vt ex ista renunciatione possit fieri prouisio.

Sed † respondetur, doctrinam glossæ *in dict. verb.*
80 *finita, in fine*, ac Franci, & aliorum, *ibi*, & Rotæ in d. Placentina canonicatus, in qua agebatur de confidentia, quæ priuat ipso iure, procedere, quando agitur de priuatione incursa ipso iure, & de remotione à possessione, seu detentatione, quo casu non est materia priuationis, sed magis causa beneficialis, & declaratoria, non iuris, & pœnæ incursæ, Achilles *decision.* 416. & 417. seu 4. & 5. *de pensionibus in impressis*, quæ multum placuerunt Rotæ in causa Placentina decanatus, 26. Octobr. 1594. coram D. Penna. Et ideo vbi agitur de priuatione incursa ipso iure, vt quis declaretur priuatus, & beneficium alteri adiudicetur, beneficium statim effectum est litigiosum, glossa *d. reg. de annali*, & Probus ad Monach. *in capit. præsenti, n.* 16. *de offic. leg. in* 6. cum Capella Tolos. & & Aufr. *sup.*

81 Nam quando † principaliter agitur ad canonizationem gratiæ, & incidenter deducitur delictura, tũc causa est beneficialis, vt fuit dictum in vna Casalen. præposituræ 9. Iunij 1597. coram D. Gipsio, ex dicta gloss. *verb. finita*, Puteo *dict. decisio.* 496. Achille *dict. decis.* 5. *num.* 6. *de pension.* Tolomeo *dec.* 2. & ideo causam esse beneficialem, quando quis non petit diquem ob homicidium priuari, sed tantum declarari vti ab initio inhabili, non potuisse eidem conferri, & ideo beneficium vt prius vacare; & sibi concedi glos. *in Clem. dispendiosam, verb. beneficialis, in fi. de iudic.* quam sequitur ibi Imola *n.* 30. *vers. vltimo quæro*, Vital. *n.* 28.

82 At vbi agitur † de priuatione per sententiam infligenda, vt hic, beneficium non efficitur litigiosum, nec est causa beneficialis, gl. *supra*, & Probus *in dict. cap. præsenti. num.* 16. & 23. nisi superueniat sententia, quæ priuet beneficio, & illud alij adiudicet, cui facta erat gratia in euentum priuationis, tũc enim ex quo beneficium tanquam vacans per priuationem est alij adiudicatum, effectum est litigiosum, ex Staphileo, Sarnen. Mando. Puteo, & Chisanen. *supra* & tunc non habebit locum hæc *tertia ampliatio.*

Cæterum † etiam vbi ageretur de priuatione ip- 83
so iure incursa, etiam ad instantiam habentium interesse, & ius prætendendi beneficium, si tamen non petebãt ad iudicationẽ, seu collationem illius in illo iudicio, beneficium non esset litigiosum, vt in vna Calagurritana beneficij coram D. Lãcelloto, 29. Octobris, 1601. in qua fuit resolutum, *prouisionem Ordinarij non fuisse attentatam, neq; esse locum sequestro, nam lis moderna commissa in Rota super simonia ad instantiam filiorum patrimonialium non facit beneficium litigiosum, cum non esset super titulo beneficij*, Puteus decision 496. libr. 2. cum aliis: *filij enim patrimoniales non habebant titulum, nec petebant adiudicationem beneficij, Lancellot.* de attentatis, c. 3. num. 119. *& fuit dictum in Terdonen. præpositura in Rota præcedenti, coram D. Coccino, & in similibus in Calagurritan. de Iocano, 8. Nouembr. 1599. coram D. Seraph. Et licet filij patrimoniales haberent interesse, ex quo sequuta priuatione, poterant petere collationem, & vigore consuetudinis, ac constitutionis haberent ius, de quo etiam fuit oppositum, tamen interim beneficium non fit litigiosum, vt dictum est, nec lis generalis inter Episcopum & clerum facit prouisionem attentatam, cum ea non obstante Episcopum potuisse facere collationem, fuerit iam decisum coram D. Lita.*

Quarto † ampliatur, vt possit renunciare, siue 84
simpliciter, siue in fauorem alterius, etiam post scitiam impetrationis factæ à tertio de eius beneficio in euentum priuationis, vel post impetrationis præsentatione, quia qui renunciat, suo iure vtitur, & ideo nullam fraudem committit, quippe, qui sibi ipsi consulturus, vel consanguineo, aut amico renõciet, non vt noceat impetranti, nisi ex aliquibus coniecturis, alias fraus appareat, *vt in cap. 2. de renuntiat. in* 6. Ita Couarr. *supra*, quem sequitur Plaça *d. num.* 10. & Salcedo *supra*, & Ludou. Lopez *instructor. consc. 2. tom. cap.* 30. & Manuel Rodriguez *in summa*, 1. *tomo*, 179. *numer.* 3. & Molina *supra*, & videtur tenere Gãbarus supra contra Antonium de Butrio, *consil.* 43. quem sequuntur Sarnen. *dicta qu.* 42. *de annali*, Boerius *dict. decis.* 205. *numero* 8. Aufrer. *d. decis.* Capellæ Tolosanę 437. *nu.* 5. & Felin. *in cap. cui nostra, de rescrip. nu.* 38. & Lancellot. *supra num.* 10. Flam. Paris. *num.* 34. & 35 & 48. Ioann-Gutierrez. *nu.* 41. & Mar. Anto. Genuen. Prosper de August. *supra*, & Henriquez *dict. lib.* 13. *caput.* 56. §. 4. & refert Rosiniacus *cap.* 21.

Nec obstabit decretum † irritans positum in im- 85
petratione, quia istud solum operatur in euentum priuationis ex traditis per Rotam *d. decis.* 14. *numero* 1. *vt lite pendente in nouis*, Oldrad. *consil.* 229. *n.* 4. Cassad. *decis.* 1. & 2. *de decretis, & 3. de præben.* Caputaq. 251. *par.* 1. & Mohe. 21. *de præb.* Puteum *decis.* 281. *nu.* 3. *libr.* 1. Probum ad Monach. *in cap. tibi, qui de rescript. in* 6. *n.* 16. Simon. *de reseruatio, ca.* 60. *ad finem.* Mandos. *de signatura gratiæ, titul. de priuatio. vers. secundo.* & Flam. Paris. *de resignatio. lib.* 8. *quæst.* 7. *numero* 175.

Et si illud † decretum obstaret, obstaret etiamsi 86
renunciatio fieret ab ignorante impetrationem, cũ decretum irritans etiam ignorantes afficiat. *cap. dudum, de præb. in* 6. *cap.* 1. *de concession. præben. eodem li.*

Anton. Gabriel. *de clausulis, concl.* 3. & Lancellot. *de attentatis, 2. parte, c.* 10. *à n.* 27. vt contra Butrium, &
87 sequaces recte aduertunt Couar. & Plaça *sup.* Et † ita magis consequenter procedebat Flores *d. q.* 13. *n.* 18. tenens, in casu huius ampliationis nō valere resignationem etiam ab ignorante factam in præiudicium gratiæ impetrantis.

88 Nec † *decisio* Rotæ 5. *de re iudic. in antiquioribus* probat vllo modo sententiā Butrij, quamuis Sarnen. supra pro ea illam alleget.

89 Quinto † ampliatur, vt procedat etiam post cōclusum in causa, *argum. cap. dudum, 2. de election.* & ibi Butr. Rebuf. *d. tit. de modis amittendi beneficia, 51. & de pacificis possessor. dict. n.* 315. alias 263. Boerius *dec.* 206. *nn.* 3. plaça *sup. num.* 9. Petrus Gregor. *ca.* 33. *n.* 4. & Flores *supra à num.* 12. maxime, *numer.* 16. & est de mente Couar. & Salcedi *supra*: & alios refert Flam. Paris. *supra nu.* 11. quamuis contrarium teneat Lancellot. *supra num.* 13. qui male citat pro se Boerium *d. decision.* 206. Nec Felin. *in cap. per tuas, num.* 5. *de sim.* probat sententiam Lancelloti, quamuis pro ea etiam citetur, solum enim ibi agit, an inquisitus renuncians iuri, & liti post conclusum in causa euitet infamiam.

90 Et ista † ampliatio procedit non solum in renūciatione simplici, sed etiam in renunciatione in fauorem, licet in ea contrarium teneat, Flamin. Paris. *supra n.* 16. & 46. sic intelligens Felin. *dict. n.* 5. & Rosiniacum *de beneficiis, c.* 20. *n.* 8. & *seq.* & Ioan. Gut. *supra nu.* 33. & Prosp. de Aug.

91 Sexto † ampliatur, vt accusatus possit renunciare etiam lata priuationis sentētia, si ab ea fuerit appellatum, quoniam per appellationem integrum manet ius eius *l. qui à latronibus. §. fi. ff. de test. l. si quis filio, §. hi autem. ff. de iniusto rupto, l.* 2. *vers. si quis, de pœn. l.* 1. *ff. nil nouari appellatione pendente, l. furti, ff. de his qui not. infamia.*

92 Cum † per appellationem extinguatur, aut saltim suspendatur sententia, *l.* 1. *§. sin ff. ad Turpillian. capit. venientes, de iure iuran.* vbi id explicant Abbas, & alij, & *in Rubr. eodem tit.* & Couar. *practicarum cap.* 23. *n.* 1. Duennas *regul.* 42. Paz *in praxi*, 6. *parte*, 1. *tomo in proœmio, nu.* 11. & 12. Facit *decisio* Rotæ 834. *libr.* 3. *pa.* 3. *diuersorum*, & Putei, 30. *lib.* 1. Mohed. 12. *de præbend.* & Chisanen. 1. *in manuscr.*

Et † hanc ampliationem tenent in terminis Re-
93 buf. *dict. titul. de modis amittendi beneficia, num.* 52. & *de pacificis possessor. dict. num.* 315. alias 262. & *in consil.* 82. Corras. *d. 1. parte, cap.* 8. *num.* 6. & 3. *parte, cap. vltimo, num.* 15. Rosiniacus *d. cap.* 20. *num.* 6. Petrus Gregor. *cap.* 33. *num.* 3. Flam. Parisius *à nu.* 17. & Ioan. Gutier. *num.* 38. *sup.* & Gonçalez *sup.* qui ait, posse resignare ante priuationem per tres sententias conformes subsequutam.

94 Nec est necesse † facere mentionem priuationis & processus, vt dicemus 8. *ampliatione.*

95 Et procedit † hæc ampliatio, etiamsi appellatio postea pronuncietur mala & iniusta, *arg. d. l. furti*, & est de mente allegatorum.

96 Limitanda † tamen est hæc ampliatio, vt non procedat quando priuationis sententia contineret in se adiudicationem beneficij ex dictis supra 3. *ampliatione, à n.* 76.

97 Septimo † ampliatur vt procedat etiamq pro homicidio quis sit condemnatus pœna perpetuic arceris, vel alias, si per sententiam latam super crimine non est priuatus beneficiis. Nihilominus enim potest renunciare, & collatio inde sequuta, erit valida Rota *dec.* 5. *de re iud.* Visig. in antiq. sequuntur Sarnen. *q.* 42. *de annali*, Rebuf. *d. tit. de modis amittendi beneficia, numer.* 64. Flamin. Paris. *numer.* 28. & Ioannes Gutierrez 36. *vbi supra.* Et aduerte, quod in ista ampliatione supponitur, sententiam illam transisse in rem iudicatam.

Et ratio † istius ampliationis, & decisionis est, 98
quia condemnatus per sententiam latam super homicidio, vel alio crimine priuatione digno, non est priuatus beneficiis, nisi exprimatur in sententia, Innocentius *in cap. qualiter, 2. de accusatio. num.* 10. Felin. *in d. cap. inquisitionis, eodem tit. numer.* 7. & *in cap. cæterum, num.* 24. & *cap. sciscitatus, nu.* 2. *de rescript.* Hippol. *singulari* 200. Rebuf. qui plures refert, *de pacificis possess. dict. num.* 315. alias 262. & *dict. titul. de modis amittendi beneficia, num.* 64. Simone. *de reseruatio. quæst.* 29. & ibi Granu. *lit. B.* Lamber. *de iurepatronatus, prima parte 2. lib. quæst.* 6. *art.* 9. *num.* 1. Bernard. Diaz *in practica crimin. cap.* 131. *n.* 3. Mandos. *de signatura, dict. tit. de priuatio. vers. condemnatus, de homicid.* Petr. Gregor. *cap.* 26. *n.* 9. & *cap.* 33. *numer.* 3. Flamin. Paris. *numero.* 29. & *seq.* Ioan. Gutierrez *numer.* 7. *vbi supra*, & Cerola *in praxi Episcopal.* 1. *par. verb. priuatio, §.* 1. Prosper. de Augu *supra, ver. si quid in sententia.*

Vnde in † vna Fauentina de anno 1545. Rota re- 99
soluit, quod condemnatus de homicidio, ex quo in sententia non erat posita priuatio beneficiorum antea obtentorum, non erat priuatus iure sibi in beneficio ante homicidij condemnationem competenti, vt per Puteum *decis.* 233 *li.* 2. & nouissime Rota in vna Foroliu. canonicatus coram Illustr. Mellino sequitur *d. decis.* 5. *de re ind.* dicens, quod Rota solita est eam sequi, *in dec.* Farin. 134. *n.* 3.

Sed ista sententia † magnam difficultatem pati- 100
tur, ex *l.* 1. *ff. ad Turpil.* ibi: *Si autem pronunciauerit calumniatus, & condemnauit eum, & quamuis nihil de pœna subiecerit, tamen legis potestas aduersus eum exercebitur*, & ibi gl. *verb. facti*, & Bart.

Ex † quo tex. qui reuera loquitur etiam in pœna 101
infligenda per sententiam, apparet damnatum de crimine, quod de iure meretur priuationem, eo ipso priuatum esse beneficio, licet id in sententia non exprimatur, & quod ex hoc tex. apparet desendi non posse opinionem Innoc. *in d. c. qualiter*, tradit Sarn. *lib.* 1. *select. c.* 13. *n.* 3. sed quod falsa est, vbi pœna est certa, ita vt non cadat arbitrium, &c. & ita sentit idē Innoc. *in cæter dilectos. de excess. præl. n.* 1. ibi: *Vel de crimine condemnatus.*

Quamuis † Abbas *ibi nu.* 11. & Bernar. Diaz *sup.* & 102
eos sequutus Rebuf. *d. ti. de modis amit. beneficia, n.* 65. videntur eum intelligere, quando crimen erat tale, quod ipso facto inducebat priuationem, prout loquitur etiam Feli. *in c. Rodulph. de rescrip. n.* 35. vbi ait, quod licet in pœnis ipso iure incursis nō requiratur, quod iudex per sentētiam puniat, sed satis est, quod pronuntiet, seu declaret delictū commissum, pœna autem sequitur à iure, tamen vbi lex non priuat ipso iure, sed mandat priuari, tunc iudex non declarat solum delictum esse commissum, sed priuat, & *n.* 37. quod vbi lex imponit pœnam per sententiam, etiamsi factum esset notorium semper opus est sententia priuationis, & Cerola *sup.*

Sed re † vera Innoc. *in d. c. inter dilectos, n.* 1. ibi, 103
Verbi gratia, quod sit hæreticus, loquitur de crimine, quod ipso facto inducit priuationē, & ibi, *Vel de crimine condēnatus*, loquitur de cōdemnato de crimine

digno priuatione, quamuis eam non inducat ipso facto, & ita eum intelligit Alex. de Neuo *in addit. magna ad Abb. ibi.* Idem clare videtur tenere Abb. *in cap. postulasti, de foro comp. numero 7.* vbi dicit, quod lata sententia tantum super crimine priuatione digno, immediate, & in continenti sequitur iuris pœna, & iuris effectus priuationis, *vt in dict. l. prima. ff. ad Turpill. & in cap. si quem, §. notandum, 2. quæstio. 3.* Nec requiritur noua sententia priuationis, sed de facto priuabitur, imponendo pœnam iuris, vbi etiam sic intelligit Innocen. *in dict. cap. inter dilectos, num. 1.*

194 Quamuis † idem Innoc. *in dict. cap. postulasti, in prin.* dicat, quod lata sententia super crimine, quæ erit talis, *Condemno te de tali crimine*, postmodum executio pœnæ fiet, secundum Canones, qui præcipiunt, criminosos & damnatos deponendos, *cap. 1. 25. distinct. & c.* & sic videtur velle Innoc. cum glossa *ibi*, quod requiratur noua sententia priuationis, quasi in executionem sententiæ generaliter latæ, super crimine, vt etiam voluit *in dict. cap. qualiter*, & Alexandri de Neuo *in dict. additione magna ad Abbat. in d. cap. inter dilectos*, ait, *Nota bene verba Innocentij in d. c. postulasti, nam vult, quod condemnatus de crimine non intelligitur in continenti priuatus beneficio, licet pœna criminis sit priuatio beneficij, sed debebit ab eo deponi in executionem sententiæ latæ, &c.* Et pro hoc allegat textum *in capit. ex literis, eodem titulo de excessibus prælatorum.* Sed ille textus parum facit, nam ibi in ipsa sententia Papæ exprimitur, quod ille Episcopus moueatur, vt Episcopatui cedat, alias ab eo amoueatur, & sic Papa noluit eum statim priuare.

In hac difficultate, omissa † concordia, quam ad-
105 ducit Alex. de Neuo *vbi supr.* sic videntur posse concordari opiniones, vt sententia Innocentij *in d. cap. inter dilectos*, & Abbatis *in d. cap. postulasti*, procedat, quando iudex pronunciauit tantum super crimine, dicendo, vt dicit Innocent. *Condemno te de tali crimine.* vel dicendo, *Declaro, te commisisse tale crimen*, nullam imponendo pœnam expresse. Tunc enim videtur intrare decisio *d. l. 1. ff. ad Turpil.* quæ re vera
106 loquitur in his terminis. *gloss. ibi, verb. facti.* Alia † vero opinio Innocentij *in d. cap. qualiter, & in d. cap. postulasti*, & Rotæ *d. decis. 5.* & aliorum, quos supra citauimus *numero 98.* procedat quando iudex in sententia condemnatoria de crimine digno priuatione, non tamen eam ipso facto inducente, aliquam pœnam, prout communiter fit, imposuit, non faciendo mentionem de priuatione beneficiorum, vt in terminis dictæ *decis. 5.* vbi fuit imposita pœna perpetui carceris, tunc enim cum iudex processerit ad impositionem pœnæ, non videtur succedere pœna legis non imposita ipso iure, Bar. *in d. l. 1. ad Turpil. nu. 9. & in l. quid ergo, §. pœna grauior, n. 4 ff. de his, qui notant. infamia.*

Sed restat modo dubium, an in hoc † vltimo casu
107 possit, & debeat iste condemnatus priuari beneficiis, nam videtur, quod non, ex quo pro delicto extitit semel condemnatus, & iudex functus est officio suo quo ad punitionem istius, & sic non videtur posse ferre aliam sententiam priuationis super eodem crimine, vt dicitur *in d. dec. 5. n. 3.* facit *l. de crimine, C. de accusatio. & cap. at si clerici, §. de adulteriis, de iudic.* ibi: *Cum suo sit functus officio, nec duplici debeat ipsum contritione conterere.*

Ex alia † vero parte videtur, quod sic, nam si est ir-
108 regularis, vt homicida, non debet cum beneficijs remanere, nisi secum dispensetur, cum sit inhabilis ad illa, maxime, si beneficia requirunt residentiam, & seruitium personale, *cap. fraternitati, de clerico excommunicato ministrante*, Nauarrus *in c. cum contingat, de rescript. 2. remed. n. 5.* Molin. *d. tract. 3. disputat. 78. num. 2.*

Vnde dico, istam partem † esse veram in con- 109
demnato pro delicto inducente irregularitatem ex ratione facta, & tunc priuatio non fit tam in pœnam, quam ratione inhabilitatis, & sic satisfit rationi in oppositum adductæ, quæ militabit in condemnato pro delicto, quod licet sit dignum priuatione, non tamen inducit irregularitatem, vt adulterium, periurium, &c.

Sed dices, crimina † depositione digna, vt adulte- 110
rium, &c. si sunt notorir, seu manifesta, irregularitatem inducere, capite finali, de temporibus ordina. & ibi Abbas, Syluester, *verb. irregularitas, quæstione 14.* Nauarrus *in manuali cap. 25. numero 73. & cap. 27. num. 248.* Maiolus *de irregularitate libro 5. cap. 1. num. 6. & cap. 12. num. 1.* Flamin. Paris. *libro 5. de resignatione, quæst. 3. num. 184. & seq.* Cosmas Philiarcus *de officio sacerdotis, 1. parte, lib. 4. cap. 15.* Ludouic. Lopez *instructorio conscien. ie, 2. tomo, p. 2. cap. 23.* Manuel Rodrig. *in summa 1. tomo, cap. 182* Valentia *4. tomo, disputat. 7. quæst. 19. pun. 3. de 5 specie irregularitatis*, Sairus *de censuris, lib. 7. cap. 12 num. 12. & 13.* & Toletus *in summa, lib. 1. cap. 93. ad finem, & cap. 74.* vbi ait, in hoc non esse controuersiam Doctorum, & Auila *de censuris, 7. parte, disputat. 4. dubio 7.* Et † crimen noto- 111
rium dicitur, de quo lata est sententia, quæ transiit in iudicatum, cap. finali de cohabitatione clericorum, *in d. c. finali de temporibus ordinat. ver. notoria*, Nauar. Philiarcus, Ludouic. Lopez, Manuel Rodrig & Sairus *n. 6. vbi supra*, & Toletus *d. c. 74.* Ergo † omni 112
criminosus condemnatus de crimine priuatione digno, etiamsi sit imposita aliqua pœna poterit etiam postea priuari beneficiis tanquam irregularis ex crimine notorio per sententiam.

Sed respondeo, veriorem † mihi videri sententiam 113
Couar. *in d. Clem. si furiosus, 1. p. §. 1. num. 5.* qui indistincte ait, non esse irregularem notorium, seu manifestum peccatorem, & sic intelligendum esse text. *in d. c. fi. de tempor. ord.*

Qui re † vera non probat dictam communem 114
sententiam. Solum enim dicit, quod qui per adulterium, periurium, &c. bonum conscientiæ rectæ perdiderunt, si eorum crimina ordine iudiciario comprobata, vel alias notoria non fuerint, non debent propter reos homicidij post pœnitentiam in iam susceptis, vel susciendis ordinibus impediri, ex quo non infertur, quod si dicta crimina fuerint notoria, illis notati sint irregulares, etiam post actam pœnitentiam. Sed dicit, si non fuerint notoria, quia si talia sunt, vel ordine iudiciario comprobata, debent deponi. *vt in cap. at si clerici, versicul. si vero, & §. de adulteriis, de iudiciis*, text. optimus *in cap. presbyter, 11. q. 3.*

Pro qua † sententia & interpretatione facit, nam 115
tex. *in d. cap. fin.* non solum dicit, si notoria non fuerint, sed etiam, vel ordine iudiciario comprobata, & tamen per probationem factam in iudicio non sunt notoria, vt patet ex *d. c. fi. de cohabit. cleric.* & gloss. *d. verb. notoria*, Nau. Ludou. Lopez, & Man. Rodriguez. *sup.* quidquid dicat Tolet. *dict. cap. 74.* Dec obest tex. *in cap. 2. de apostatis*, quem ita interpretatur Toletus, *cap. 70. versic. 4.* quia ille textus loquitur in casu speciali, nec est trahendus in consequentiam, cum sit pœnalis.

Acce-

116 Accedit, quod † irregularitas non est inducenda, nisi vbi est expressum in iure, *cap. is. qui, de sent. excomm. in 6.*

117 Et † hanc sententiam nouissime tenent Cechus *de casib. reseruatis, casu 1. de irreg. n. 38.* Vega in Espejo de curas, *cap. 12. n. 303.* & Suar. *5. tom. disp. 43. sect. 5. n. 4. & 5.* dicens *in d. cap, fin.* excepto homicidio propter alia crimina nō imponi irregularitatem, neque incurri supponi, neque aliquod impedimentum canonicum, vt probauit *disp. 31. sect. 4.* sed solum, supponi propter huiusmodi crimen publicum, posse clericum, qui tale crimen publice commisit, impediri ab vsu ordinum, in quo ius prælatorum Ecclesiæ, & prouidentia ab eis adhibenda declaratur, non vero speciale impedimentum ipso iure incurrendū imponitur. Et ibi etiam explicat alia iura, quæ pro contraria sententia adducuntur.

118 Rursus etiam † existimo, crimen notorium etiam enorme, non inducere irregularitatem ratione infamiæ, etiam pro tempore, quo durat talis status personæ, vt dictum est sup. *7. p. c. 8. à n. 64.* quamuis in hoc contra teneat Suar. *d. n. 5. in fi. & disp. 49. sect 2. n. 8. cum aliis.*

119 Et ista † sententia videtur magis conformis praxi, & consuetudini, & ideo tenenda contra communem, ad Hoiedam plures citantem *de incompatibilitate benefic. 1. p. cap. 19. num. 46.* & Simonce *de decretis, li. 1. tit. 1. n. 68.* Nau. *in man. c. 27. n. 285.* & Lud. Lop. *instr. conf. 1. tomo. cap. 287. & seq.*

120 Octauo † ampliatur, vt possit renunciare etiam in fauorem, & renunciatio valeat, etiam non facta mentione de crimine, nec de accusatione, seu inquisitione, aut processu, nec de priuatione, vt est de mēte Ferrarij, Felin. Sarnen. Couar. Lancel. Salcedi, & aliorum sup. citatorum, & probat *dict. decisio 5. de reiud. in antiq.* & Rebuf. *consil. 82.* quamuis idem Rebuf. *d. tit. de modis amittendi benef. n. 52.* & Flam. Paris. *numero 23. & 24.* & Ioan. Gut. *numero trigesimo secundo & 38.* & Prosp. de Aug. *vbi supra* contrarium teneant.

121 Et ratio † est, nam iure non cauetur, talem mentionem fieri debere, vel quod eis expressis Papa gratiam nullatenus concessisset, & non omnia tacita, quorum expressio mouere potuisset, ad denegandam gratiam, vitiant, sed ea solum, quæ de iure, vel stylo sunt exprimenda, seu de quibus reperitur expressum, vel est in iure cautum, quod eis expressis Papa gratiam non concessisset, Rota *decis. 32. de rescript. in nouis.* Ægid. *decis. 697. numero 4.* Fel. *in capit. postulasti, de rescr. sub num. 1.* & alij citati *8. p. c. 3. nu. 20. & seq.*

Sed dicta † conclusio limitatur primo, vt non
122 procedat, quando in impetratione facta à tertio in euentum priuationis fuerit adiecta clausula, *Et cum decreto, quod resignatio illius cedat in fauorem impetrantis*, de qua per Probum ad Monach. *in d. cap. Alma mater, de sentent. excommunicat. in 6. numero. 7.* & Mandos. *d. tit. de priuatio. versic. penult.* quæ solet concedi post primam sententiam priuationis, vt per Mandosium *ibi*. Ita Probus *ibi*, Staphileus *tit. de variis modis vacationis, num. 19.* Rebuf. *in d. reg. de infirmis. glos. 12. num. 19.* Couar. Plaça *numero decimo*, Lancellotus 14. Flam. Parisius 63. Ioann. Gutierrez 40. & Manuel Rodrig. *vbi supra* & Molina *dict. disp. 78. numer. 2.*

123 Ex eo tamen † non tollitur Episcopo dispensandi potestas in casibus, in quibus alias potest, ipsaque dispensatio impediet priuationis sententiam, Coua. Plaça, Ioan. Gutierrez & Manuel Rodrig. *supra* & Henriq. *d. lib. 13. cap. 57. §. 1.* & Thom. Sanch. *d. lib. 7. disput. 42. numero secundo*, & Molina *supra*. Quamuis contrarium teneat Gambarus *dict. lib. 10. numero 227. & 317.* & Villadiego *dict. quæst. 14. numero 53.*

Secundo † limitatur, vt non procedat in crimi- 124
noso priuato ipso iure beneficiis, quoniam is renunciare non potest, maxime in fauorem. Felin. *in ca. in nostra, de rescript. numero 38.* Aufrer. *ad dict. decisionem* capellæ Tolos. 437. *numero quinto.* Boer. *d. decis. 205. numero 8.* Rebuf. *conf. 59. dub. 3. vers. imo non solum, ad finem*, Gamba. *dict. lib 10. numero 340.* Rosi. *de benef. c. 7.* & Pet. Greg. *cap. 26. num. 15. & c. 33. n. 4.* Hoieda *de incompatib. 1. p. c. 4. n. 11. & capit. 13. num. 62.* & Lancel. *sup. num. 12. & 34.* & Flam. Paris. *num. 33. vbi supra & li. 3. q. 1. à num. 20. & 21.* dicens esse communem omnium sententiam, vbi ponit, quod priuentur ipso iure, & *q. 2. n. 22.* Ioan. Gutier. *supra numero 44.* Azor *2. p. lib. 7. cap. 17. q. 2. vers. 3. & cap. 20. q. 8.* Gonçal. *glos. 15. num. 146.* & Flor. *q. 13. num. 7.* faciunt quæ tradit Tir. *in l. si vnquam verb. reuertatur, num. 267.* & Flami. Paris. *d. q. 1. n. 23.* Et casus, in quibus quis ipso iure priuatur beneficio, vide infra *cap. vlt.* & per ibi citatos *n. 6.*

Vnde † idem erit in priuato beneficiis per sen- 125
tentiam, quæ transiit in iudicatum, vt fuit resolutum in vna Romana beneficiatus S. Petri coram D. Oradino de anno 1561. vt per Flamin. Paris. *dict. q. 1. nu. 151.* nam per sententiam priuationis, quæ transiit in rem iudicatam, beneficium vacat, Puteus *decis 30. li. 1.* Mohed. *12 de præb.* Rota *dec. 434. lib. 3. p. 3. diuersorum.*

Quamuis Rebuf. *cons. 82.* dicat quod priuatus per 126
sententiam beneficio ante executionem potest resignare, quia sola sententia priuationis sine executione non priuat iure, nec possessione beneficij, & citat *caput grauem, de excessibus prælator.* nam id solum est verum respectu possessionis, qua non est priuatus per sententiam priuationis ante executionem Nauar. *in c. accepta, de restit. spol. oppos. 10. solut. à n. 35.*

Et † sic procedit quod ait Fel. *in c. inquisitionis. n.*
7. *de accus.* quod canonicatus priuatus per sentētiam 127
non perdit ipso iure stallum in choro, & locum in Capitulo, sed oportet, quod distalletur per superiorem, non tamen est verum quoad ius, & titulum beneficij, quo statim priuatus per sententiam priuationis, quæ transiit in rem iudicatam, Felin. *in cap. cum venerabilis, nu. 29. de excep.* & statim ante executionē potest conferri, Archid. nu. 3. & Domin. *§. 1. num. 7.* & Franch. *sub n. 5. in c. ordinarij, de off. ordinarij, in 6.* nec contrarium probat *d. c. grauem.*

Aduerto † tamen, quod renunciatio facta in fa- 128
uorem à priuato beneficio ipso iure, vel per sententiam, quæ transiit in iudicatum ante executionem, seu ab obtinente beneficium alias sine canonico titulo erit bona nihilominus & valida, ex clausulis generalibus apponi solitis, *Siue præmisso siue alio quouis modo, &c.* dummodo alteri non sit antea ius quæsitū in tali beneficio nam stante ista resignatione de facto facta à possessore, licet priuato, veniet vigore d. claus. vacatio ex priuatione, seu alias, iuxta supradicta *cap. 1. à num. 21.* Rota in vna Salamantina dimidiæ portionis. 11. Decembr. 1585. coram D. Orano, in qua fuit tentum, quod *quamuis dimidia portio vacaret ipso iure per assecutionem canonicatus ex decreto S. Congreg. Concilij: hoc tamen non obstante fuit locus resignationi in ista causa cum capiatur portio ex a-*

lius clausulis generalibus vt etiam alias in eadem causa fuit resolutum, non obstante decisione in causa Archidiaconatus de Alba, quia ibi fuit consideratum, quod clusulis generalibus non fuit locus, quia narratiua resignationis, neque de iure, neque de facto iustificabatur, quod secus in præsenti, in qua cessio satis verificatur, cum obtinens portionem, ius suum cesserit saltim de facto, &c. & in terminis etiam tenet Nau. *cons.* 12. *de rescr. n.* 7. & 10.

129 In † permutatione vero secus erit propter clauſ. quæ in permutationibus apponitur, iuxta *regul. Cancellar.* 39. quod neuter permutantium ius acquirat, niſi quilibet ipſorum ius habuerit in beneficio per ipſum reſignato.

130 Sed hic eſt difficultas, an valeat penſio reſeruata tali reſignanti, qui reſignauit reſeruata penſione, nõ facta mentione de defectu tituli.

131 In qua † Nauar. *d. conſ.* 12. *ex num.* 4. tenet valere, ex eo quod ex tenore ordinario ſupplicationis colligitur *ſufficienter eſſe factam mentionem Papæ de defectu tituli generaliter, vel ſpecialiter. Primo ex illis verbis*, Ex certis cauſis animum ſuum mouentibus reſignare proponat, & reſignet, &c. *Secundo per illa verba*, reſeruatis valide infra ſcriptis, & nõ alias, &c. *Tertio, per illa verba*, ſiue præmiſſo, ſiue alio quouis modo, &c. *Et per illa vrba*, Quomodolibet ſe intromittẽtte moleſtã. perturban. &c, *& per illa*, illaq; ex quauis cauſa nulla, & inualida, & c. vel ſimilia in reſeruatione penſionis apponi ſolita. *Per quæ omnia*, inquit, *colligitur, Papam velle penſionem reſignanti reſeruare, etiamſi nullum ius in beneficio reſignato haberet, & quia paſſim de ſtylo Curiæ ſunt cauſa concordiæ reſignationes, ſeu ceſſiones litigantium reſeruatis penſionibus, de quibus nunquã dubitatum eſt, an deſinerent valere, eo quod reſignantes, ſeu cedentes non haberent ius in illis beneficijs.*

32 Nihilominus † tamen verius exiſtimo, non valere reſeruationem dictæ penſionis, ex eo præcipue, quod penſio reſeruatur reſignanti cum clauſula, ne ex reſignatione nimium diſpendium patiatur, Mandoſ. *de ſigna. gra. tit. de penſion. verſi. aut datur*, & ſic ex cauſa oneroſa, Flam. Pariſ. *lib.* 6. *de reſignatio. quæ.* 2. *num.* 10. Quæ non verificatur in reſignante beneficium, in quo ius non habet, nam cum illud dimittere habeat, nullum ex reſignatione diſpendium reuera patitur. Et hanc ſententiam tenet Gambar. de *officio Legati, lib.* 6. *nu.* 150. & 151. Gigas *conſil.* 128. *n.* 3. & 4. aliæ *reſponſ.* 19. *de penſion.* & Flamin. Pariſ. *d. li.* 3. *q.* 2. *ex num.* 24. & *additio* Nauar. *d. conſil.* 12. *de reſcript.* Et videtur etiam tenere Mandoſ. *ſup. verſicul. clausula in ſupplicatione penſionis*, vbi ait, quod in ſupplicatione penſionis ex cauſa ceſſionis nonnunquam conceditur clauſula, *Et quod penſio debeatur, etiamſi nullum ius cedẽti competeret*, ad tollendas lites, quę inter penſionariũ, & ceſſionariũ oriri poſſent, illo aſſerente ius ceſſiſſe, hoc negante, &c. aliquando denegatur, ergo ſine illa clauſula non deberetur pẽſio, ſi nullum ius cedenti competeret, Flam. Pariſ. *li.* 6. *q.* 2. *n.* 105.

133 Et † facit *deciſio* Caputaquen. 300. *par.* 2. vbi habetur, quod penſio reſeruata in fauorem Rectoris ex cauſa reſignationis in manibus Papæ, cuius Rectoris ius ſuper d. beneficio per ſententias & rem iudicatam in Rota fuerat canonizatum, non poterit per ſucceſſorem in beneficio tanquam nulla impugnari, ex eo, quia ille primus Rector non habebat ius: & ita fuit tentum in vna Calagurritana penſionis coram D. Chiſanen. die 1. April. 1552. Innuit ergo quod ſi ius illius Rectoris non eſſet per rem iudicatam canonizatum, poſſet d. penſio. tanquam nulla impugnari, ex eo quod non habebat ius.

Facit † etiam *deciſ.* Moheda 25. *de præben. ad fin.* 134
lib. aliis 166. quam refert Mando. *ſup. verſi. q. ero ſubſequenter*, quatenus innuit, quod ſi ceſſionarius, de quo ibi, qui conſenſit pẽſioni ex cauſa ceſſionis iuris cum quo ſe contentauit, & remanſit ſatisfactus, expertus eſſet in iudicio cũ illo iure, & ex illo ſuccumberet, non teneretur ad penſionem.

Et tandem † id videtur tenuiſſe Rota in vna Cre- 135
monen. 4. Nouembr. 1583. coram D. Cantucio, & in vna Valentina 4. Iun 1585. corã D. Robuſterio, in quibus fuit reſolutũ, reſignatarium poſſe annullare penſionem, aut reſeruationem fructuum, quia reſignans habebat ius, & beneficium ex reſignatione mortui, qui non publicauerat, ex quo omne ius amiſerat, & ſic iſte ſecundus reſignatarius poteſt dicere de nullitate penſionis, aut reſeruationis fructuum, quamuis conſenſerit, iuxta *deciſion.* 9. Achil. *de penſio.* alias 421. refert, & ſequitur, dicens, valde notandum, & mente tenendum, Flam. Pariſ. *de reſig.* 136
lib. 11. *q.* 8. *n.* 61. Penſionarius † tamen agens ad penſionem ſibi reſeruatã ex cauſa reſignationis, non tenetur probare, reſignationem fuiſſe validam, etiam aduerſario opponente, ſed aduerſario incumbit onus probandi contrarium, vt in vna Salamantina penſionis 26. Iunij, 1582. coram D. Bubalo, in qua fuit reſolutum, quod *penſionarius agens ad penſionem ſibi reſeruatam ex cauſa ceſſionis, ſeu reſignationis, aduerſario opponente, reſignationem non fuiſſe publicatã, iuxta conſtitutionem Pij V. non tenetur probare fuiſſe publicatam, ſed aduerſario incumbit onus probandi contrarium. Nam licet in reſignatione ſe fundans dato concurſu alterius tituli, ad excluſionem tituli aduerſ., tenetur concludenter probare titulum validum, & ſic procedunt deciſiones, in cau. Calagurritana Theſaurariæ coram ſanctiſſimo Clemente Octauo, & Hiſpal. Archidiaconatus de Rayna, coram D. Blanchetto, quod dãs de reſignatione debebat illam oſtendere publicam, ſecus vero vbi non agitur de excluſione alterius tituli, tunc ſufficit verificare narrata de facto, &c.*

Vnde is cui † eſt reſeruata penſio ex cauſa ceſſio- 137
nis iuris, ne ex ea nimium diſpendium patiatur non tenetur iuſtificare ius ceſſum, quamuis contra ſucceſſorem in beneficio debeat docere de aliquo iure, licet nõ illud iuſtificare, ne de facili grauentur beneficia penſionibus contra ſucceſſores ſub prætextu ceſſionis iuris, Puteus *deciſ.* 342. *& ſeq. lib.* 1. Flam. Pariſ. *lib.* 6. *q.* 2. *n.* 106.

Nec obſtant † fundamenta Nauarri. Negamus 138
enim ex tenore ſupplicationis colligi, factam eſſe mentionem Papæ de defectu tituli generaliter, vel ſpecialiter. nam ex illis verbis, *Ex certis cauſis animũ ſuum mouentibus. &c.* aut ex illis, *Reſeruatis valide infrascriptis, &c.* id nullo modo colligi poteſt, maxime cum poſtea petatur reſeruari penſionem, ne ex reſignatione, nimium diſpendium patiatur. Et clauſulæ generales, *Siue præmiſſo, ſiue alio quouis modo, &c.* ſolum referuntur ad prouiſionem beneficij reſignati, & non ad reſeruationem penſionis. Et illa verba, *quod reſignatario illam impugnante, ſeu annullante*, aut etiam illa, *nulla & inualida exiſtente, liceat reſignanti ad beneficium liberum habere regreſſum, potius, denotant, ipſum habere ius in beneficio.*

De penſionibus † autem reſeruatis litiganti, re- 139
ſignanti, ſeu cedenti cauſa concordiæ, diuerſa eſt ratio, nã quamuis penſiones iſtæ reſeruentur etiam

ne ex-

ne exceſſione nimium diſpendium patiatur, tamen reſeruantur reſpectu ceſſionis iuris, talis qualis, ac litis, & cauſæ, Mohed. *deciſ.14. de renunciat.* alias 110. quam refert Mandoſ. *de ſignatura, tit. de regreſſib. verſ. regreſſus conceſſus fuerat.*

140 Sed dices, ſi † non valet reſeruatio penſionis facta reſignanti, qui non habebat ius in beneficio: ergo nec valebit prouiſio ipſius beneficij reſignanti, etiam ex clauſulis generalibus, *Sine præmiſſo, ſiue alio quouis modo, &c.* cum reſignatio ſit conditionalis reſeruata valide penſione, & non aliàs, qua conditione non impleta, non datur reſignatio, etiam de facto, vt ſit locus dictis clauſulis, iuxta ſupradicta *d.c.1. a n.39.*

141 Reſpondetur, † quod cum d. penſio aliàs ſit valide reſeruata, & quantum eſt ex parte Papæ, & reſignatarij, defectuſque illius conditionis ſolum, proueniat ex defectu iuris ipſius reſignantis, perinde eſt, ac ſi impleta fuiſſet.

142 Secundo notandum eſt, † quod poteſt quis beneficio renunciare non ſolum per ſe, ſed etiam per procuratorem, vt per Corraſ. *d.c.8. n.7.* Rofin. *c.22. & 24.* & Flamin. Pariſ. *lib.9. de reſignatione.* vbi per 32. quæſtiones late agit hanc materiam de procuratore ad reſignandum, & ideo ad eum lectorem remitto, de qua etiam Azor *2.p. lib.7.c.22.*

§. 2. *Quod renunciatio debeat eſſe libera & pura.*

SVMMARIA.

Vt renunciatio conſiſtat, debet eſſe libera & ſpontanea, non metu facta, aut per dolum, vel fraudem, licet donec reſcindatur, mero iure teneat, n.143. *& de renunciatione ſic facta, aut poſt ſpolium, & de prouiſione metu facta remiſſiue,* n.144.

Reſignatio etiam pura eſſe debet nõ ſolum à pecunia, ſed etiam ab omni pactione, debet enim eſſe libera, & ſine vllo pacto, modo, vel conditione, alias ſimoniaca eſt, & nulla, n.145. *Quamuis non eſt confidentialis reſignatio beneficij facta cum pacto, quod reſignatarius ſuffragetur reſignanti, vel alteri in aliqua electione, cõmittitur.*

Reſignatio facta cum pacto, quod reſignatarius faciat omnem impensam in admiſſione & expeditione literarum penſionis pro reſignante, eſt ſimoniaca, etiam ſi poſtea retineat in primo termino ſolutionis penſionis, contra Flam. Pariſium, niſi fiat cum beneplacito Papæ, n. 147. & ſeq.

Gratia & beneplacitũ Papæ, vt expensæ fierent per reſignatarium obtenta ex falſa cauſa expreſſa in ſupplicatione, puta, quia fuit dictum, attenta paupertate, reſignantis, præcedente tractatu eſt confidentialis, niſi illa clauſula fuiſſet poſita in ſupplicatione à reuſoribus, inſciis reſignante, & reſignatario, numero 149.

Sed obiicitur, quod ſupradictũ eſt 40. de expreſſione valoris maioris vero beneficij reſignati, n. 150.

Quæ doctrinæ concordantur & explicantur, n.151.

Renunciatio facta in fauorem certæ perſonæ, ſeu vt beneficium alicui conferatur, ſimoniaca eſt, & nulla, n.52. *Quidquid dicant alij relati,* n.153. *quorum opinionibus omiſsis, communis tenetur, & probatur,* nu.154. *Nec poterit inferior à Papa conditionem retinere, & reſignationem ſimpliciter admittere, contra aliquos,* numero 155. *Vnde reſignatio facta in manibus Legati ſimpliciter, cum mandatum ad cedendum eſſe in fauorem certæ perſonæ, licet enim prouiderit, fuit nulla, ex Rota contra Rebuffum & alios,* numero 156.

Obtinens beneficium non poteſt illud renunciare ſeu cedere in manibus Epiſcopi, ad effectum, vt vniatur alicui loco, ſeu Eccleſiæ, & non aliàs, quamuis contrarium videatur ſupponere Rota in vna Segob. relata, n.157.

An eſto, quod non poſſit fieri coram Ordinario renunciatio in fauorem alterius, poſſit tamen quis conſentire, quod ſuum beneficium conferatur certæ perſonæ, ſeu vniatur certo loco in ſui præiudicium, ſicut poteſt abſolute conſentire, quod prouideatur, à n.158. *reſoluitur affirmatiue. An coram Ordinario fieri poſſit ceſſio iuris, litis, & cauſæ in fauorem collitigantis* numero 160.

Renunciatio facta, & ab aliàs non renunciaturo etiam in manibus inferioris, ea intentione, & ſpe, vt alicui certæ perſonæ conferatur, ſine pacto tamen, aut conditione valet, nec committitur vlla ſimonia, etiam mentalis, n.161. *& ſic non eſt ſimonia, cum mandatum ad reſignandum certa beneficia in manibus inferioris à Papa, pure, libere, & ſimpliciter, nec non petendum, & obtinendum de eis prouideri certæ perſonæ, ex Rota apud Caſſadorum,* n.163. *& ſimile ait Rebuff. relatus* n.ſeq.

Obiicitur conſtitutio Pij V. de confidentia, ibi, etiam ſola dimittentis intentione, & ibi licet ipsum confidentiæ crimen alterius tantum partis conſcientia ſit admiſſum, n.194.

Pro reſponſione dicitur, quod abſque pacto, modo, ſeu cõditione, confidentia beneficialis non eſt ſimoniaca, prohibita, & punibilis per dictam conſtitutionem Pij V. & Pij IV. contra aliquos, abſque pacto enim, modo, ſeu conditione, non inducitur ſimonia, nu.165.166.167. & ſeq. *adducuntur reſolutiones Rotæ, &* nu.169. *deciſio Rotæ.*

Vnde ex mutuo inducitur ſimonia, & confidentia, quando adeſt pactum tacitum, ſiue expreſſum, ceſſante vero pacto non. n.170. *quãuis aliqui tenuerint ex mutuo non committi confidentiam, etiam ſtante pacto: quæ opinio certa videtur, quando mutuum fuit factum ante reſignationem, vel in ipsa reſignatione,* nu.171. *Vnde etiam renunciantes beneficia reſeruata penſione, ea ſpe & intentione, vt illa ſtatim redimatur, non committit confidentiam, nec ſimoniam, niſi pactum interuenerit,* n.172.

Et conuincitur opinio Ioannis Gutierrez dicentis in dictis conſtitutionib. comprehendi confidentias illicitas, licet non ſimoniacas quoad vtrunque forum, & etiam licitas quoad forum exterius, n.173.

Eo ſuppoſito, ad dicta verba conſtitutionis Pij V. etiam ſola dimittentis intẽtione, ponitur prima reſponſio Fla. Pariſ. n.147. *Quæ non ſatisfacit,* nu.175. *Secunda reſponſio eiusdem cum Hiero. Gabr. quam ſequitur Suarez, ponitur* à nu.176. *qui reprobat interpretationem Nauarri,* num.177. *Sed iſta reſponſio, & interpretatio Flam. reprobatur* à n.181.

Author dicit, quod intentio renuntiantis, vt beneficiũ alteri detur, &c. duplici modo poteſt ſe habere. Primo quando non intendat ad id arctare, & obligare, ſed vt libere & ſponte fiat, & tunc nulla committitur ſimonia etiam mentalis. Secundo modo, quod intendat, ad id arctare, non tamen declarat prauam ſuam intentionem, & tũc committitur ſimonia mentalis, n.184. & 185. *Sicut in ſimili dicitur de vsura mentali, quæ non eſt perpendenda ex intentione principali, vel minus principali,*

*sed ex eo, quod mutuans intendat aliquid sibi cari gratis, vel non gratis.*n.186.*& d. secundo modo intelligit dicta verba constitutionis Pij Quinti, qui voluit prohibere, & punire, saltim in quatuor casibus crimen confidentiæ simoniacæ mentalis, etiam vnius tantum partis intentione, & conscientia commissum* n. 187. & 188.

In istis casibus simonia mentalis confidentialis subiecta erit obligationi restitutionis, & censuris, & pœnis ex dicta constitutione, licet alias simonia mentalis nullo modo obliget ad restitutionem, nec subiaceat censuris, ex c. fi. de simonia. *ex quo tantum colligitur, quod de facto non punitur, non tamen, quod Ecclesia non possit illam punire.*n.189. *Sicut etiã constitutio Gregorij XIII. de datis & promissis pro gratia, vel iustitia obtinenda, & eius pœnæ locum habent etiam in simonia mentali.*n. 190. *& est in simili* constitutio 33. *Pauli IV. quæ declaratur.*n.191.

An in versiculo, quare nos, dictæ constitutionis Pij V. ibi, Aut illius fructus legendum sit illi, vel aliis, aut alij, vel aliis, *à* n.192.

Resolvitur legendum esse illi vel aliis, *contra aliquos.*

Reliqua de confidentia apud quos videnda sunt.

Hallucinatur Nauarrus confundens quatuor casus confidentiæ, qui ponuntur in d. constitutione Pij V. à vers. quare nos cum coniecturis. *quæ etiam sunt quatuor, & ponuntur* in vers. ad probandum. *& illi quatuor casus vocantur præsumptiones iuris, & de iure, & non sunt arbitrariæ, sed iure definitæ.* numero 196.

*Licet perceptio fructuum per resignantem post resignationem inducat præsumptionem confidentiæ, purgatur tamen constito de causa, ex qua fuerunt percepti, nam contra quatuor coniecturas positas à Pio V. admittitur probatio in contrarium.*n.197.

*Ex donatione omnium fructuum, aut partis facta à resignatario resignanti intra præsumptio confidentiæ, quoties fuit facta illico post resignationem, secus, si posterea aliquo tempore interiecto, vel ex aliqua causa.*n.198. *Et ex ista prima coniectura non inducitur, nec concluditur vera confidentia, sed colligitur præsumptio, ex qua aliis concurrentibus vult Papa probationem resultare, & idem in 2.3. & 4. coniectura, contra aliquos. à* n.198.

Obiicitur etiam contra istam resolutionem alia constitutio *Pij Quinti* 58. vers. caueant. *ex quo apparet, non posse coram Ordinariis renuntiari beneficia, designando quouis modo successorem, aut ea intentione, vt alteri conferantur etiam libere.*n.202. *nec potest procedere d. decisio Cassadori.*n.203.

*Et enuncitur interpretatio Flaminij Parisij, quod intelligatur de intentione tacite, vel expresse in conuentionem deducta.*n.104.

*Et interpretatio Ioannis Gutierrez, quod procedat in foro exteriori, secus in interiori.*n.205.

*Existimat author ex ista constitutione noue prohiberi, resignationem coram Ordinarijs factam cum mutua intentione, vt certæ personæ beneficium conferatur, etiam sponte, aut designando etiam nutu, vel signo futuros successores, alias resignatio erit nulla propter decretum irritans.*n.206. *& tamen beneficium tanquam vacans manebit reseruatum Sedi Apostolicæ, aut superioribus Ordinarij.*n.207. *ac admittentes talem resignationem, incurrunt suspensionis pœnam.* nu. 208. *si vere resignatio fieret cum intentione, & spe resignantis tantum, vt beneficium conferatur alteri, pro quo postea rogare intendit, non tamen vllo modo illum designando, non videtur esse contra dictam constitutionem, quæ tamen videtur prohibere mutuam intentionem.* n.209.

An non obstante d. constitutione 58. d. vers. caueant. *possit resignari beneficium coram Ordinario cum intentione mutua, vt libere vniatur alicui certo loco, seu beneficio, vel designando locum, cui vniri desideratur, absque vllo tamen pacto, modo, vel conditione, à* n.210. *resolvitur negatiue.*

An per renuntiationem simoniacam, quamuis sit nulla, abdicetur ius à resignante, & valeat in eius præiudicium, à n.213. *resoluitur negatiue contra aliquos, quãuis sic renuncians non poterit repetere beneficium à resignatario, seu alio possessore illius, allegando propriam turpitudinem.*n 218.

143 Tertio notandum est, quod † vt renunciatio consistat, & firma sit, oportet eam liberam esse, & spontaneam, non metu factam, aut per dolum, vel fraudem extortam, licet donec rescindatur, mero iure teneat. *c. super hoc. c. penult. de renunc. c. Abbas. c. ad aures. & c. ad audientiam, de iis quæ vi.* vt per Coral. *d. c.* 8. *n.* 10. *&* 11. Et † de renun. metu facta, vide Rebuff. 144 *in praxi, tit. de resig. metu extor. & ti. de vi in resignationib. adhibita.* Rosin. *c.* 19. *de benefic.* & Naua. *in c. accepta. de restit. spol. oppositi.* 4. 5. *&* 6. *solut.* & Fla. Paris. *lib.* 13. *q.* 1. *&* 2. Azor 2. *par. lib.* 7. *qu.* 1. *&* 2. & de prouisione metu facta, Seluam *de benef* 3. *par. q.* 32. & de renunciatione per dolum, vel fraudem facta, vide Rebuff. *tit. de causis resignationem irritan. & primo de dolo,* & Flam. Paris. *d. lib.* 13. *q.* 3. *&* 4. *&* 9. 5. agit de renunciatione post spolium, & Azor *dict. capitulo* 26. 1. *quæst.* 3.

145 Deinde resignationem † puram esse oportet, non solum à pecunia, *d. c. super hoc. de renuntiat.* sed etiam ab omni pactione. debet enim esse libera, & sine vllo pacto, modo, vel conditione, aliàs simoniaca est, & nulla, *c. cum pridem, c. fin. de pactis. c. ex parte.* 1. *de offic. deleg. & c. tua nos. de simon.* Feli. *in c. ad audientiam.* 2. *de rescrip. n.* 3. Staphil. *de literis gratiæ. tit. resignationis modus. n.* 5. Rebuff. *in praxi, ti. de pura resignat.* Coras. *d. c.* 8. *n.* 12. Ioan. Nicol. Gimon. *tit.* 5. *n.* 5. *n.* 6. Flam. Paris. *lib.* 14. *q.* 3 *n.* 1. Armilla *verb. renuntiatio. n.* 2. & Cechus *de benef. & pensio. c.* 13. *n.* 7. *vers.* 2. *loco.* Tuschus *concl.* 253. *littera S.*

146 Vnde recte docet † Flam. Paris. *de consid. q.* 48. *in fi.* quod quamuis non est confidentialis resignatio beneficij facta cum pacto, quod resignatarius suffragetur resignanti, vel alteri in aliqua electione, in qua ipse habet vocem, vel multum potest, quia hic casus non comprehenditur in constitutionib. Pij IV. & V. *d. confiden.* verum ex hoc committitur simonia, Naua. *c.* 25. *n.* 100. *vers. nam cum quis.*

147 Vnde etiam † resignatio facta cum pacto, quod resignatarius faciat omnem impensam in admissione, & expeditione literarum pensionis pro resignante, est simoniaca. Nauar. *cons.* 25 *&* 30. *de simonia.* & Flam. Paris. *d. libro* 14. *de resignatione. quæst.* 7. *numero* 9. *&* 10. Qui tamen ait, id procedere, quando postea illam non retinuit, nam stylus satis vulgaris est, quod resignatarius expendat in expeditione pro resignante, retinet autem id quod impendit in primo termino solutionis pensionis, & quod ita practicatur, absque scrupulo, sequitur Azor 2. *p. libro* 7. *c.* 27. *q.* 7.

148 Quod tamen † ego non existimo verum quando præcedente pacto resignatarius facit impensam pro resignante, etiamsi postea illam sit retenturus in primo termino solutionis pensionis, nam etiam tunc

tunc committitur simonia ex dictis. Nec practica est in contrarium, quidquid dicat Flam. sed vt id licite fiat, solet requiri, & peti beneplacitum Papæ ad Rebuff. *tit. de noua prouisione. n.* 35. & Cotam *decis.* 338. *in miscell. manuscripta.* Et quod pacta, quod vnus permutans soluat omnes expensas, vel expediat suis sumptibus bullas ad vtrumque permutantium pertinentes, & similia, simoniaca sunt, nisi Pontifici declarentur, & ipse consentiat, docet Suarez *de relig. tract.* 3. *lib.* 4. *c.* 34. *n.* 19.

149 Et gratia & beneplacitum † Papæ, vt expensæ, verbi gratia faciendæ in expeditione fierent per resignatarium obtenta ex falsa causa expressa in supplicatione, puta quia fuit dictum, *Attenta paupertate resignantis*, præcedente tractatu est confidentialis, nam cum dicta gratia sit surreptitia, & nulla, negotium remanet in statu, quo erat ante dictam concessionem, quo considerato constat de pacto illicito prohibito, & confidentiali, quod fuit consummatum, nam fuerunt factæ expensæ, ex quo sequitur esse commissam confidentiam, sicuti esset commissa non obtenta dicta concessione faciendi dictas expensas secuto effectu, iuxta d. const. *de confiden.* Mohe. *dec.* 167. seu 1. *de sim.* ita Flam. *de confid. q.* 46. qui in fine limitat non procedere, quoties illa clausula, attenta paupertate, fuisset posita in supplicatione à reuisorib. insciis resignante, & resignatario, nam hoc casu excusarentur à confidentia, ex verisimili ignorantia clausulæ appositæ, vt in terminis fuit resolutum in causa Aretina confidentiæ 23. Ianuar. 1565 coram D. Lita, posita per Farin. *conf.* 75. *à numero* 65. *& decis.* 101. licet ante contrarium iudicasset iudex confidentiarum.

150 Sed obstat, quod † cum eodem Flamin. Paris. *quæst.* 41. supra diximus *nu.* 40. quod expressio valoris maioris vero beneficij resignati facta à resignante, & resignatario, vt Papa reseruet maiorem pensionem resignanti, non inducit simoniam, vel confidentiam, &c. & tamen illa reseruatio est etiam surreptitia & nulla.

151 Concordari † possunt istæ doctrinæ, quod id quod *d. n.* 40. dictum est, procedat cum resignans, & resignatarius simpliciter tractant, quod maior valor exprimatur, vt reseruetur pensio inter eos conuenta, non tamen tractant, quod pensio sit soluenda à resignatario, non obstante, quod reseruatio sit surreptitia, & nulla, & sic non est conuentio de soluenda pensione nulla, & inualide reseruata, id vero quod supradictum est, *n.* 149. procedat cum resignans, & resignatarius tractant, quod d. expensæ fiant per resignatarium, & ad colorandum istum tractatum, & pactum, petunt beneplacitum Papę, cum clausula attenta paupertate resignantis, quia forte aliàs non concedet, cum tamen ea causa sit falsa, & sic in effectu expensę fiunt per resignatarium ex pacto, quia non tractant simpliciter de petendo à papa, quod solutio expensarum fiat per resignatarium attenta paupertate resignantis, sed de expensis faciendis per resignatarium, obtento beneplacito Papę, cum dicta causa falsa.

152 Vnde etiam renuntiatio † facta in fauorem certę personę, seu vt beneficium alicui conferatur, simoniaca est, & nulla glossa *in d. cap. ex parte* 1. *de offic. deleg.* & Abb. *ibi, & in c. dilecto. de præben. & in cap. cum vniuersorum. numero* 5. *de rerum permutation.* Felin. *in cap. ad audientiam. 2. de rescript. num.* 3. Ripa *in c. cum M. de constitut. num.* 174. Mill. *in rep. verb. renunciatio beneficij simoniace facta, additio decisionis* Capellę Tolos. 439. *num.* 4. Rebuff. *in praxi, tit. de resignatione pura, & tit. de resignatione conditional. num.* 1. *& de pacificis possess. nume.* 178. *aliàs* 154. *& cons.* 94. Sarnen. *in reg. de triennali. q.* 16. *vers. postremo.* Aymon. *consil.* 122. Corras. *d. cap.* 8. *n.* 12. Petr. de Baisio *in directorio elect.* 3. *par. c.* 1. *num.* 4. Perretus *cons.* 95. *n.* 13. *& 14.* Nauar. *in cap. si quando. de rescrip. except.* 4. *num.* 2. *& in man. c.* 23. *num.* 107. *vers. ad* 10. Mandos. *reg.* 19. *de infirmis, q.* 16. *num.* 11. *& reg.* 34. *de annali. q.* 46. *num.* 2. Redoa. *de simonia. par.* 2. *cap.* 22. Rosini. *de benef. c.* 14. *à numero* 4 & Petr. Gregori. *c.* 28. *numero* 8. Flam. Paris. *de resignatione, libro* 1. *q.* 3. *numero* 3. *& libro* 5. *quæst.* 6. *num.* 1. *&* 189. *& libro* 8. *quæst.* 7. *num.* 11. *&* 12. *& libro* 9. *q.* 9. *& libro* 14. *q.* 3. *num.* 12. qui plures refert, & dicit communem, & in praxi obseruatam, Vgol. *de simonia. tab.* 1. *c.* 28. *§.* 2. *num.* 1. *&* 5. Ioann. Gutierrez *cons.* 42. *num.* 7. *&* 8. & D. Spino *in cai. admonet de renuntiatione numero* 11. & D. Frechilla *in Rubrica eod. titulo numero* 29. & Cassad. *decis.* 3. *numero* 1. *de renuntiat. & decis.* 2. *de simonia.* Puteus *decis.* 455. *nu.* 3. *libro* 2. quę loquitur in nuntio. Caputaquen. *decis.* 192. *part.* 2. *& decis.* 93. *par.* 3. & Rota *decis.* 146. *lib.* 2. *&* 921. *lib.* 3. *p.* 3. *diuers. & decis.* 265. *num.* 2. *par.* 2. & ex Theologis D. Antonin. *sum.* 2. *par. tit.* 1. *c.* 5 *§.* 11. Sylues. *verb. renuntiatio. qu.* 6. Cosmas Philiarcus *de off. Sacer.* 2. *par. lib.* 6. *c.* 3. Ludouicus Lopez *instruct. conscien.* 1. *tom. c.* 303. Manu. Rodriguez *in sum.* 2. *to. c.* 60. *num.* 1. & Cechus *de benef. & pensio. c.* 13. *num.* 2. *vers. quæ quidem resignatio. & num.* 7. *vers. dicitur autem.* & posthæc Gonçalez *gl.* 14. *num.* 21. *&* 57. Azor 2. *par. libro* 7. *c.* 21. *q.* 1. *&* 2. *& c.* 27. *q.* 1. *&* 4. & attento stylo Curiæ, Lessius *lib.* 2. *c* 35. *numer.* 87. & stante constitutione Pij V. Suarez *dict. libro* 4. *cap.* 35. & vicenda sunt dicta supra 8 *par. capitulo* 1. *ex numero* 2.

Quamuis Soto † *de iustit. & iure. lib.* 9. *quæst.* 7. *art.* 153
2. doceat licite posse fieri coram ordinario renunciationem in fauorem designatæ personæ, & non aliàs, quoniam, inquit, nullo iure prohibetur in prælati arbitrio ponere, si voluerit conferre Petro, quod si noluerit aliter ille, qui iure possidet, non renunciat: sequuntur Arago. 2 2. *qu.* 100. *art.* 4. *vers. est aliud dubium. de permutationib.* 2. *conclu.* Valentia 3. *tom. disputation.* 6. *quæst* 16. *num.* 3. *vers.* 2. *circumstantia.* & Vega *in sum.* 2. *par. c.* 101, *casu* 54 Quod etiam tenet Duaren. *de benef. libro* 8. *c.* 2. *§. quomodo beneficium euitandum sit. & in parte.* sequitur Couar. *lib.* 1. *variar. capitulo* 5. *numero* 5. dicens in ea renuntiatione nullum adesse vitium, saltim simoniæ, cum ea conditionalis resignatio in hunc sensum, tantum iure prohibeatur, vt ex ea prelatus minime teneatur præcise beneficium cōferre ei, cuius fauore adiecta fuerit conditio. Quod ipsum videtur tenere Staphileus, *de literis gratiæ. titulo de variis modis vacationis §. resignationis modus, numero* 8. 9. 10. 11. *&* 12. & sequuntur Cerola *in praxi Episcopali* 1. *p. verb. renuntiatio. §* 2. *& §.* 3. *vers.* 10. Quintanaduennas *libro* 2: *Ecclesiastico, ex numero* 19. *ad* 28. addens, quod quamuis huiusmodi renūtiatio, apud ordinarium cōstitutione Pij V. postea prohibita sit, & collatio irritetur, non tamen est simoniaca. Et Duarenus *vbi supra in fin.* inquit, *Hoc tamen iure vtimur, vt Pontifices, seu antistites conditionem resignationi adiectam velut turpem, ac bonis moribus contrariam reijciant, & beneficium quasi pure, ac simpliciter euiratum arbitrio suo alij concedant, non sine magna euirantium captione, præterquam si ex causa permutationis euiratio facta fuerit.* Probus vero ad Monach. *in capitulo secundo de offic. legati in* 6. *numero* 5. vult quod resignatio in fauorem alicuius intelligitur, si ille

sit benemeritus, & idoneus, aliàs potest alteri conferri, nec inducitur simonia, & *in c. nullius. de temporib. ordinat. n.* 20. videtur velle talem renunciationem valere, nisi appareat Episcopum, in cuius manibus fiebat renunciatio consensisse protestationi, quod tali conferatur.

154 Sed omissis omnibus istis opinionibus, communis tenenda est, quæ recte probatur ex *d. c. cum pridem. & c. fi. de pactis. & c. ex parte. 1. de offic. deleg. & d. c. tua nos. de simon. cum aliis.* & est approbata per Pium IV. *in sua constitutione* 144. de beneficiorum fraudulētis permutationib &per *constitutionem* Pij V. 58. *vers. caueant.* vbi absolute prohibetur resignatio in fauorem coram ordinario, etiam in casibus, in quibus in dicta constitutione permittitur fieri resignatio in manibus ordinarii, qui de resignatione simplici, & pura loquuntur, quicquid dicat Ioan. Gutierrez *dict. cons. 42. n. 9.*

155 Nec poterit inferior à Papa † conditionem reiicere, & resignationem simpliciter admittere, vt recte tradunt Rebuff. *d. tit. de resignat. conditional. n. 7.* Rosiniacus *d. c. 14. à n.* 18. & Ioan. Gutierr. *d. cons. 42. nu.* 8. quamuis contrarium teneant Boerius *in tract. de dignitate legati. q. 2. numero* 115. Staphileus *dict. §. resignationis modus. num.* 9. & 10. & videtur Probus *in d. c. nullus. n.* 20. & inclinat Fuschus *de visitatione lib. 2. c. 28. n.* 20.

156 Vnde in vna Sarsinaten. beneficij coram D. Nouato † de anno 1549. Rota resoluit resignationem factam in manibus legati simpliciter, cum mandatum ad cedendum esset in fauorem certæ personæ, licet eidem prouiderit fuisse nullam, vt per Mandos. *dict. reg. 19. quæst. 16. nu.* 11. quamuis contrarium teneat Rebuff. *d. tit. de resignat. conditionali, num.* 23. & 28. cum Paulo Paris. *consil. 15 vol. 4.* idem Rebuff. *cons.* 85. & 87. & Ferretus *cons.* 208. quod cons. Parisij sequitur posthæc Gonçalez *glo. 12. nu.* 91. & Azor *2. p. lib. 7. cap. 23. quæst. 6.*

356 Ex dictis infertur † obtinentem beneficium, non posse illud renunciare, seu cedere in manibus Episcopi ad effectum, vt vniatur alicui loco, seu Ecclesiæ, & non aliàs, vt videtur tenere Rota in Elnen. præceptoriæ vltim. Ianuar. 1582. apud Farinac. *decisio. vigesimatertia*, quamuis contrarium videatur supponere Rota in vna Segouien. præstimonij 24. Octobris 1580. coram Domino Cantucio, quæ habetur *secunda parte diuersorum decis.* 133. in qua fuit resolutum vnionem factam per Episcopum Segobien. fabricæ Ecclesiæ cathedralis, propter eius paupertatem, de quodam præstimonio resignato in eius manibus per illius possessorem, ad effectum, vt vniretur, dictæ fabricæ fuisse validam: in qua causa quamuis multa opponerentur cōtra dictam vnionem, non tamen fuit facta vlla difficultas in hoc, quod fuisset facta ab ordinario per viam cessionis factæ ad effectum, vt vniretur, & simonia etiam vitiat vnionem. Rebuff. *in praxi, tit. de vnionis reuocatione. nu.* 8.

157 Sed offert se dubium, † an esto, quod non possit fieri coram ordinario renunciatio in fauorem alterius, possit tamen quis consentire, quod suum beneficium conferatur certæ personæ, seu vniatur certo loco in sui præiudicium, sicut potest absolute consentire, quod prouideatur, *c. beneficium. de regular. in 6. & cap. commissa. de elect. eod. lib.* & ibi Francus *n. 2. & in d. c. beneficium. n. 5.*

158 Et videtur quod non, nam consentiendo, beneficio renunciat, vt dicit glossa *verb. assensus. in dicto capite beneficium.* & sic sicut non potest renunciare in fauorem certæ personæ, seu loci, ita nec consentire.

159 Nihilominus † tamen videtur posse, quia consentiens, vt suum beneficium prouideatur, non renunciat vere, & proprie, sed tantum ficte, & improprie, & ita est intelligenda, *dicta glossa*, & colligitur ex Franco, *supra.* & Mohed. *decisio. decima de priuileg.* & Flamin. Paris. *libro 1. de resignatione quæstio. 1. numero* 23. qui loquuntur per verbum, *videtur*, quod denotat improprietatem, & fictionem. Quod patet, quia ante quam prouideatur consentiens, manet beneficiatus, & potest reuocare consensum, & sic consentiens, quod huiusmodi beneficium conferatur certæ personæ, seu vniatur certo loco, non renuntiat in fauorem, &c. nec ibi interuenit pactum, conditio, seu modus, sed nudus consensus, qui non inducit simoniam. Et idem videtur in renunciatione in fauorem sub conditione propria, & suspensiua, nempe si beneficium conferatur tali, nam in effectu est quidam consensus, quod conferatur illi, nec etiam hic interuenit pactum, seu modus, licet Suarez *d. c. 35. à n.* 5 contradicat.

160 Rursus se offert † dubium, an saltim eorum ordinario fieri possit cessio iuris litis, & causæ in fauorem collitigantis, in quo quidem Rota in vna Genen. Archidiaconatus, 1. Iulij 1580. coram Illustrissimo Lancelloto, posita per Farin. *dec. 20.* tenuit talem cessionem factam in manibus prouisoris validam esse. Sed quamuis id sit verum in cessione litis, & causæ, quæ etiam sine authoritate superioris fieri potest, & etiam in cessione iuris simpliciter facta, quæ in manibus ordinarij, sine difficultate fieri potest, Rota *dec. 3. de renunciatione. aliàs* 306. *in nouis.* Ias. *in l. postquam liti. n.* 1. & ibi alij. *C. de pactis.* de quo tamen vide infra *n.* 249. at in cessione iuris facta in fauorem alterius ad effectum, vt ordinarius, seu alius à Papa illi conferat ius cessum, non videtur securum, nec certum, cum fiat cessio iuris spiritualis cum modo, seu conditione, iuxta dicta. Vnde ea resolutio videtur intelligenda de cessione iuris facta in fauorem collitigantis, non vt illi ordinarius conferat ius cessum, sed vt careat omnino aduersario, & tollatur penitus cedenti recursus ad beneficium, & causam, & ita in d. decisione solum dicitur, quod prouisor dictam cessionem admisit, & non quod contulerit ius cessum, vt dicit de cessione facta in manibus Papæ, de qua *n* 3. inquit, quod fuit prouisus is, in cuius fauorem facta est, & ad istum tantum effectum videntur fieri huiusmodi cessiones extra Curiam.

161 Renunciatio vero † facta, etiam ab aliis non renunciatur, etiam in manibus inferioris ea intentione, & spe, vt alicui certæ personæ cōferatur, sine pacto tamen, aut conditione valet, nec committitur vlla simonia, etiam mentalis cum nulla emptio, vel venditio, nec contractus, non gratuitus sit, nec spes facit simoniam. Ita tenent gloss. & Dd. *in d. cap. ex ex parte 1. de offic. deleg.* glo. etiam communiter recepta *in c. ordinationes. 1. q. ... verb. pretio.* Fel. *supra in d. c. ad audientiam. 2. de rescript. n. 3.* Aufrerius *d. decis. 419. num. 4.* Rebuff. *titul. de pura resignatione.* Corras. *d. c. 8. num. 12.* Rosiniacus *d. c. 14 num. 6.* Nauarr. *in cap. si quando, de rescript. excepitone 4. numer. 2. & in man. cap. 23. num. 107. vers. ad 10. & num. 109. & consil. 18. 19. 20. 35. & 38. n. 3. de simon.* Petr. Gregor. *cap. 28. n. 7.* Flamin. Paris. *d. lib. 14. q. 6.* & Vgolin. *d. tab. 1. de simon. c. 22. §. 1. à n. 4. & c. 28. §. 2. numero 5* Ioann. Gutt. *can. q. libro 2. q. 23. num. 75.* D. Frechilla *in d. rub. de renuntia.*

*nuncia.nu.*38 & D.Ant.*d.2.p.tit.* 1.*cap.*5.*§.*11.Sylueſt. *verb.renunciatio.qu.*6.Armilla *eod.verb.num.*3.Coſm. Philiar. *d.cap.*3.Man.Rodrig.*d.*2.*to.cap.*56.*numero* 8. *&* c.60.*numero* 3.*ad fin.*& Vega *dict.*2.*p.cap.*101.*casu* 56.*&* 62. *circ.fi.*Azor *libro* 7.*cap.* 21. *qu.*3. *&* c.27.*q.*6. Suarez *d.libro* 4.*c.*35.*numero* 16. *&* 18.*&* *capitulo* 44. *ad fin.*

162 Et ſic Rota† reſoluit,non eſſe ſimoniacum mandatum ad reſignandum certa beneficia in manibus inferioris à Papa pure, libere, & ſimpliciter, nec non petendum , & obtinendum de beneficiis reſignatis prouideri certæ perſonæ,vt per Caſſad.*d.dec.*2.*de ſimon.* & clarum eſt ex illo mandato colligi intentionem reſignantis , vt conferrentur nominato per eum,ſed quia non fuit id poſitum ſub pacto,modo,vel conditione ceſſabat ſimonia , vt Nau. Flam. Par.& Philiar.*vbi ſupra*,& Vgolin.*d.c.*28.*§.*2.*n.*5.& Azor *d.* c.27.*q.*6.inquiunt,facit *d.capit.tua nos.verſ.ſi vero.de ſimonia.*

163 Et ſimiliter† dicit Rebuff.*d.tit.de reſignat.condit.n.* 12. quod in mandato ad reſignandum coram legato poteſt adiici clauſula, quod roget conſtituens legato,vt tali N. conferat, & tunc legatus ſi velit, conferet illi,quia non arctatur *dict.capitulo tua nos,de ſimonia.*

Sed huic† reſolutioni videtur obſtare *Conſtitutio* Pij 164 V.*de confidentiis* 87.*in ordine*,ibi:*Etiam ſola dimittentis intentione*,& ibi, *Licet ipſũ confidentiæ crimen alterius tantum partis conſcientia ſit admiſſum.* Ex quibus videtur , dictam renunciationem factam cum intentione,vt beneficium certæ perſonæ conferatur , eſſe ſimoniacam,& confidentialem.

165 PRO reſponſione dico,quod† abſque pacto,modo, ſeu conditione confidentia beneficialis non eſt ſimoniaca prohibita & punibilis per dictam *conſtitutionem* Pij V. & Pij IV. 169. vt contra Maſcardum *de probation.concluſ.*1312.alias 1307.& Cordubam *in ſum. quæſt.*32.*ad fin.*quem videntur ſequi Manue. Rodriguez *d.*2.*to.c.*60. *numero* 7 & Vega *in ſum.*1.*par.capitulo* 36.*casu* 39.*ad fin.*& contra Petrum Ledeſmam *in ſum.*2.*par.tract.*12.*concl.*40. *vltim.difficul.* dicentem eſſe valde veriſimile , quod in dicta conſtitutione prohibetur , & tollitur quilibet modus confidentiæ, non ſolum ex iuſtitia,ſed etiam ex gratitudine,licet confidentia ſit ſolius partis dimittentis beneficium, propter periculum magnum,quod erat committendi ſimoniam,&c.tenent Nauar.*d.cap.*23.*numero* 107. *&* 109. *& in multis conſiliis de ſimonia.* Hier. Gabr. *conſ.*172.*numero* 4.*libro* 2.Bocacius *in com.conſt.* Piceni,*numero* 60 *&* 68.Menoch.*de præſumpt.libro* 5.*præſump.*9.Vgoli.*dict.c.* 22.*§.*1.*numero* 1. *&* 3.Zaullos *q.* 280.*à numero* 20.Ludou.Lopez *inſtruct.conscien.*1.*to. cap.*240.*&* 207.Ioh.Bap.Corrad. *in reſp.casuum conſcien.q.*42.*in addition.* quamuis *quæſt.* 218. contra teneat, & Man.Rodriguez *d.*2.*to.capitulo* 56.*numero* 8. *&* *capitulo* 60. *numero* 5. & Vega *dict.*2. *par. capitulo* 101.*casu* 56.& Magiſter Fr.Ioan. Vincentius cathedraticus S.Theologiæ Salmanticæ , & poſtea procurator generalis,ſeu Vicarius Ordinis Prædicatorum Romæ,in materia , quam legit Salmanticæ de ſimonia, & Enriquez in eadem materia , qui dicit, ita etiam tenere viros doctos Romæ, & Salmanticæ conſultos.Et inde infert,quod ſi beneficiatus aliquis eſſet valde amicus collegio pauperi religionis , & in gratiam illius reſignat beneficium confidens ex gratitudine, ſe recepturum magna , & tamen exprimit, ſe non intendere pactum, aut obligationem induci, præſumi quidem poteſt,ſed non eſt ſimonia, quamuis habito beneficio ſuperior ex gratitudine obliget ſe,etiam inſtrumento ſoluere aliquid quotannis.Infert ſecundo , quod ſi quis reſignauit in me beneficium , certo confidens abſque pacto , me reſignaturum in illum alterum,non eſt ſimoniaca confidentia; nec peccatum , idque licere quia ſolo difficile eſt permutare vnum beneficium cum altero alterius diœceſis,*& in ſum.libro* 13.*c.*56.*§.*1.*in tex. & gl.litera C.* ait; non prohiberi confidentiam , niſi in qua interuenit pactum ſimoniacum.Leſſius *libro* 2.*c.*35.*nu.*95.*&* 96. Azor *d.lib.*7.*c.*27. *q.*6.*ad fi.* Suarez *d.libro* 4.*c.*43.*n.*9. *&* 12.

Et iſtam ſententiam ſequitur Flam. Pariſ. dicens, 166 ita † in praxi receptum,de confidentia , *quæſt.*26. *&* 27.*à numero* 76.*&* *quæſt.*31. 49 .51.*&* 53. abſque pacto enim,modo,ſeu conditione,non inducitur ſimonia,*capitulo Archaldus.*8.*quæſt.*3.*&* *gloſſ.verb. poſtmodum.in cap. quam pio.*1.*q.* 2.*gloſſ.*& communiter Dd. *in d.c.tua nos.de ſimon.&* *in cap.veniens*,1. vbi Feli.& Decius *num.*9.*de teſtibus*.idem Decius *conſ.*118.*num.* 4.Pariſ.30.*n.* 21.*lib.*4.Natta *conſ.*299 *num.* 11. Sarne. *de triennali,quæſt.*12.*uerſ.*2. *principaliter*.Puteus *deciſ.* 171. *à numero* 9.*libro* 2. Mohed. 167. alias 1. *de ſimon.* Farin.*conſil.* 75. *numero* 3. *&* 24. & hoc ſæpe in Rota fuit reſolutum , vt in vna Firmana Capellaniæ,7. Maij 1582.coram ſanctiſſimo Clemente VIII. poſita per Farin.*dict.conſil.*75.*à numero* 40.& in Britorien.commendæ 12. Decemb. 1588. coram D.Gipſio poſita per Farin.*deciſione* 63. & in vna Tollen. parochialis 28.Maij 1593 coram D. Seraphino,poſita per Farin.*d. conſil.*75. *a numero* 45. & in Aquen.ſimoniæ 1594.coram D.Blancheto poſita per Farin. *ibi*, *à nu,* 61. & in Romana ſeu Hiſpalen. ſimoniæ 7. Februar. 1596.coram eodem D. Blancheto , poſita per Farin. *ibidem à num.*76. & in Taruiſina prætenſæ ſimoniæ 13.Maij 1596. coram D.Corduba,poſita per Farin.*d.* e*ciſion.*111.& in Tullen.prætenſæ ſimoniæ,vltimo Ian. & 21. April.1597.coram D. Orano,poſitis per Farin. *d. conſ.*75.*numero* 105. *&* 106. Et idem Flamin. *eodem tract.quæſt.*10.cum Nauarr.*d.capitulo* 23.*numero* 109, docet, prędictas conſtitutiones Pij IV. & Pij V. ſolum emanaſſe contaa confidentiam beneficialem, & ſimoniacam, nec inducere aliquam nouam prohibitionem confidentiæ beneficialis. Quod docet Suarez *d.cap.*43.*numero* 5.*&* 9.& addit recte *d.numero* 5.per eas non omnes ſimoniacas confidentias eſſe prohibitas, ſed illas, quæ circa talem materiam , & ſub tali quaſi precio, ſeu in eo genere confidentiæ , & quaſi pretij fierent.Et ita in terminis† fuit tentum per Rot. 167 in vna Coſentina confidentiæ 4.Feb.1591.coram D. Orano,poſita per Farin. *dec.*102. & in Buxien.confidentiæ,5.Iunij 1591. coram D. Penna ſupra addu&a 1. *par.cap.*5.*num.*52.& in cauſa Imolen.confidentiæ24. Febr. 1592. coram D.Pamphilio,poſita per Farin.*d. conſil.*75.*à num.*108.& in Lunen.Sarçanen. confidentiæ 9.Iun.1600.coram D.Pamphilio , poſita par Farin.*deciſ.*135 in quibus fuit dictum , ſolam fructuum perceptionem non inducere confidentiam , ſed animum , & conuentionem hoc faciendi ab initio. Et in vna Carthaginen. confidentiæ 21. Iunij 1591. coram D. Gipſio,† in qua fuit dictum , *Confidentiam* 168 *licet cum ſit ſimonia , & ſic occulte fiat , & per conſequens difficilis probationis , poſſit probari per coniecturas & præſumptiones.Iulius Clarus* lib. 5. recept.ſent. §.ſimonia.n.12.*tamen debere eſſe euidentes , & claras, ac ita confidentiam,& ſimoniam includere , vt nihil aliud importare valeant,Felin.* in capit.ſuper his.num 17.de accuſat.*Natta* conſ.299.nu.13.*Iulius clarus* ibi.

caputaquen. dec. 202. par. 1. (*de quo Flam. Pariſ.* qu. 64. & de reſignatione lib. 14. q. 8. & dec. citatæ,) *& confidentiam non probari ex ſola perceptione fructuum facta poſt reſignationem, per reſignantem de mandato reſignatarij, niſi ante reſignationem præceſſerit conuentio, vel ex aliis coadiuuetur, ſecus vero ſi poſt reſignationem libere & ſponte aliquid detur reſignanti. Natta* d. conſ. 299. nu. 10. *Mohed.* deciſ. 167. *cum aliis adductis in d. Coſentina cõfidentiæ, non obſtante d. conſtitutione Pij V. &c.*

169 Idem fuit † tentum in vna Calagurritana confidentiæ 14 Decemb. 1592. coram D. Penna, vt in ſequenti deciſione, *Franciſcus Ximenez quondam canonicus Calagurritan. die 1. Nouembr. anno 1561. Did. Vaz. in Romana Curia reſidentem procuratorem conſtitui ad conſentiendum coadiutoriæ ſui canonicatus cum futura ſucceſſione ad fauorem Iuſtini Sanctory, filij Io. Sanct. etiam canonici Callagurritani, & die 3. eiusdem menſis idem Ioannes eundem Didacum procuratorem fecit ad conſentiendum coadiutoriæ ſui canonicatus cum futura ſucceſſione ad fauorem Didaci Ximenez filij Fran. Ximenez, quarum coadiutoriarum ſupplicationes, 3. Idus Decem. eiusdem anni, ſe. recor. Pius Papa IV. ſignauit, & procurator literas Apoſtolicas expediuit, quarum vigore Didacus die 17. Iulij, quo tempore Ioannes obierat, & Iuſtinus die 23. eiusdem menſis & anni 1563. poſſeſſionem dictorum canonicatuum apprehendentes in eadem pacifice per 25 annos, & amplius vsque ad annum 1589. permanserunt, quo anno, cum quidam Andreas Martinez coram iudice confidentiarum in Romana Curia Iuſtinum, & Didacum accuſaſſet, & ſententiam fauorabilem à prædicto iudice reportaſſet, & cum voto Rotæ deinde procedere iuſſus eſſet: dubitaui, an conſtaret de tali confidentia, quæ præiudicaret Iuſtino & Didaco. Et domini re matura discuſſa pronuntiauerunt non conſtare de tali confidentia, ſiue ſimoniaca pactione, quæ prædictis Iuſtino & Didaco præiudicaret, rationes viuas, & ſpirantes, quibus hæc ſententia roboraretur, hæs eſſe censuerunt. Primum, quia nusquam apparebat Franciscum primum reſignantem dediſſe mandatum ſub confidentia, vel præcedente pactione, vt Ioannes poſtea ſimile mandatum daret ad reſignandum ſuum canonicatum filio d. Fran. vnde cum fieri potuerit, vt Franciscus primo loco ſponte, & nulla præcedente pactione confidentiaria mandatum ad reſignandum dederit, & poſtea Ioannes idem quoque ſponte præſtiterit, in dubio eam interpretationem accipere oportuit, quæ delictum excluderet. l. merito. ff. pro ſocio. cap. eſtote. de reg. iuris S. Thom. 2. 2. q. 6. ar. 4. Bart. l. non ſolum. §. ſed vt probari. n. 2. verſ. dico quod in delictis. ff. de noui op. nunciat. Primus enim actus reſignationis ſeclusa pactione, non erat illicitus, neque ſecundus gratuito, & ſponte factus fuerat ſimoniacus, Felin.* in pr. *& ibi communiter canoniſtæ*, in c. tua nos. de ſimonia. *Et cum à gratitudinis fonte manare potuerit, & qui accipit beneficium, lege naturali obligatus ſit ad antidora, & ad habendam, agendam, & opportuno tempore gratiam referendam.* l. ſi non ſortem. §. libertus. *vbi* gl. verb. naturaliter. ff. de condict. indeb. l. ſed etſi. §. conſuluit. ff. de petit. hæred. c. cum in officiis. de teſtam. *S. Tho.* 2. 2. q. 106 ar. 3. *Nauar.* de datis & promiſſis. not. 11. pactione, modo, & conditione deficiente, non poterat ob prædictos reſignationis actus ſimonia iudicari. Altera ratio fuit, quia cum in propoſita facti ſpecie ageretur de prætenſa confidentia commiſſa inter Franciscum, & Ioannem, & ſic inter tertios iam defunctos, non autem de perpetrata inter Iuſtinum & Didacum longo tempore bonæ fidei poſſeſſores, licet inter primos reſignantes ſimonia confidentiaria probaretur, adhuc iſtis non præiudicaſſet, cum beneficio regulæ de triennali turi redderentur. Sarnen.* d. reg. de triennal. q. 12. *& fuit decisum in vna Hiſpa. beneficij de Ecija, die 16. Nouemb. 1579. coram S. D. N. Clemente VIII. tunc Rotæ auditore,* par. 2. diuerſ. 319. *Nec prædictis refragabantur mandata infra modicum trium dierum interuallum ad reſignandum data, quaſi ex eorum vicinitate correſpectiuitas præſumenda foret. Anch.* conſ. 434. num. 3. *Aym.* conſ. 153. n. 8. & 9. *quoniam cum non eſſent eodem die rogata, non poterunt omnino correſpectiua censeri. Verall.* deciſ. 197. 2. par. *incip.* mandata. num. 1. *Peregrinus* dec. 289. *incip.* in cauſa. libro 3. *quando enim inter duos actus contrahentes digreſſi fuerunt ad alios extraneos actus, tunc illi duo actus non censentur correſpectiui. Verall.* d. deciſ. 197. nu. 3. *deciſio in illa Oscen. prioratus, coram Reuerendiſſimo Oriolen. die 20. Iunij 1582.* 2. par. diuerſorum. 234. *non oppugnabat præcedentem reſolutionem, quia præterquam quòd loquebatur ad alium effectum in fine, etiam addebatur, quòd prædicta fortaſsis non ſufficerent ad inducendam ſimoniam. Similiter non intrabant deciſiones nuper editæ in illa Gerunden. præceptoriæ, coram RR. PP. dominis Gipſio, & Decano, neque enim ibi decisum extitit actus fuiſſe correſpectiuos, propter mandata facta infra paucos dies, ſed ideo ita pronunciatum fuit, quoniam locus erat conſtitutionibus Pij IV. & Pij V. quibus expreſſe, tanquam ſimoniacæ, & confidentiariæ annullabantur reſignationes, & retrocеſſiones, cum reſeruatione regreſſus, circumſcriptis enim præfatis conſtitutionibus nunquam Rota voluit declarare præfatas reſignationes confidentiarias, aut ſimoniacas, licet modicum tempus inter data mandata ad reſignandum interceſſiſſet. Ad deciſionem in cauſa Reatina penſionis coram R. P. D. Pamphilo reſpondebatur multa in ea affluiſſe iudicia, & præſumptiones confidentiam probantia, quæ in casu propoſito deſiderabantur. Quod à Francisco & Ioanne reſignantibus idẽ Did. Vazquez fuerit conſtitutus procurator, non concludebat ſimoniam, aut confidentiam, neque releuabant allegatæ deciſ. Paleoti 150. & Peregrini 81. libro 1. cum expreſſe loquerentur, quando mandata erant facta eodem die, & coram eodem notario, & teſtibus, ſecus vero dicendum, ſi diuerſis dieb. conceſſa reperientur. Verall.* d. dec. 197. p. 2. *neque quod eodem die & hora, & coram eodem notario per eundem procuratorem in Curia, fuerit præſtitutus conſensus, inducebat ſimoniacam correſpectiuitatem, nam ſi principales eum conſtituerunt, omni ſimoniæ, & confidentiæ vitio ceſſante, non poterat procurator per aliquem actum vel delictum dominis præiudicare, ita vt ex facto procuratoris in aliquam pœnam inciderent.* l. 1. §. ſi procurator. ff ſi quis ius dicenti. *Bart.* in l. ſi procurator. num. 8. *vbi laſ.* num 5. ff. de condict. indeb. *Alexan.* conſ. 17. num. 3 lib. 6. deci. *Achillis* 4. de renunt. *& illa in cauſa Bonon. translationis penſionis, coram S. D. N. Clemen. VIII. die 23. Ioan. A.* 1579. *non applicabantur ad propoſitam facti ſpeciem, cum non loquerentur de præſtatione conſensus procuratoris à diuerſis, & in diuerſis dieb. conſtituti: imo in illa Bonon. cõſensus fuerat præſtitutus ab ipſis principalibus in Curia præsentib. ex confeſsione Iuſtini ad interrogationẽ iudicis quærentis, an permutationes canonicatuum inter Franciſc. & Ioannem fuerint factæ ſub beneplacito Sedis Apoſtolicæ, reſpondentis ſub d. beneplacito fuiſſe factas, nulla certa aſſertio ſuper permutatione colligi poterat, cum reſponſio principaliter interuentum beneplacitu Sedis Apoſtolicæ, enunciatiue autem dictam permutationem reſpicere videretur: vnde cum non dubitaretur de eo, ſuper quo confeſsio principaliter emanauerat, enũciatiũ min.° principaliter nõ probat,* Alex. cõſ. 136. n. 11. li. 1.

Decius

Decius in auth. si quis in aliquo, nu. 37. C. de edend. *quod ipsum in depositionibus testium, vt enunciata in eorum depositionibus, non probent, voluit Bartol.* cons. 113 *incip.* processum est, numero 5. *quam interpretationem aperte suadebat altera Iustini depositio, cum interrogatus, an sciret causam ob quam Franciscus sibi resignauerit canonicatum, se nihil scire respondit, itaque in altera dispositione noluit aliquid dicere de ipsis permutationib. minus etium obstare videbatur alia confessio Didaci ex literis eius collecta, nã præter quam quod solum referebat prætensionem contra ipsum motam, ex qua nulla certa confessio poterat deprehendi, non loquebatur. affirmatiue cum dixerit, vt asserit Cassad.* decis. 4. num. 8. de probat. *& licet præfatæ Didaci literæ legitime recognitæ ipsi scribenti præiudicare potuissent, non tamen poterunt nocere Iustino. Quantum attinet ad famam super probatione prætensi tractatus, seu præcedentis conuentionis inter Franciscum, & Ioannem resignantes, fuit dictum in causis maximi præiudicij, non esse multum famæ tribuendum, cum sit indicium inconstans, vagum, & à delicto longe remotum, & cum totum probationis pondus à fama proueniens in eo consistat, vt à fide dignis, probis, honestisque personis ortum habeat, non autem à maleuolis, & malignis*, cap. qualiter. 2. de accusat. cap. licet Heli. §. fin. in fin. de simonia. *Gandinus* tract. de malefic. titul. quomodo cognoscatur de maleficio per inquisitionem, numero 6. vers. 5. *quod non prouenerit à maleuolis. Achill.* decisio. 321. *incip.* alia tamen vice, *alias est* 8. titul. de iure patronat. in impressis *Neque hic docetur de legitimo famæ initio, non videbatur huic generi leuis probationis ad priuandum, & condemnandum aliquid deferendum, præsertim cum non concurrerint alia indicia, quæ simul cum fama aliquem legitimæ probationis gradum constituerent, Gratus* cons. 57. numero 8. lib. 2. *Iulius Clarus* pract. crimin. quæst. 21. vers. fama sola. *Neque Veralli* 299. *incip.* ad probandam famam. lib. 1. in manuscript. *firmat contrarium, dum indicat non esse necessarium, vt testes dicant à quibus fama ortum habuerit, quia ex fine decisionis apparet, nihil fuisse stabilitum, cum fuerit dictum, quod diligenter iterum videretur, ex eo quod resignatarij forent filij resignantium, non concludebatur simonia, vel confidentia, præsertim cum mandata non fuissent correspectiua. Postremo in bullis Pij IV. & Pij V. non poterat fieri aliquod fundamentũ, nam confidentia, quam in casu proposito Fiscalis effuisse contendebat, non erat talis qualis damnatur in præfatis constitutionibus: cum enim duplex sit confidentia beneficialis, vna simoniaca, qua quis confidit quem collaturum beneficiũ, mediante precio, pacto, vel conditione expressa, vel tacita, digno, vel indigno, altera qua quis confidit aliquem collaturum aliquod beneficium ob cognationem, vel amicitiam, digno, vel indigno, sine tamen pacti, modi, vel conditionis interuentu, prout contigit in hoc casu, in quo non apparebat inter resignantes præcessisse pactum aliquod, conditionem, vel modum talis confidentia non damnatur per illas constitutiones, cum non fuerint editæ contra omnem confidentiam beneficialem, nec contra quamlibet confidentiam illicitam, sed tantum contra illicitam simoniacam. Nauarr.* in man. cap. 23. numero 109. ver. ad 12. *ex prædictis autem patebat talem confidentiam illicitam simoniacam præcedente, videl. pactione, conditione, vel modo irritam pro parte Fisci, & Andreæ ei adherentis, non fuisse probatam, & propterea Iustinum & Didacum fore absoluendos, & in statum pristinum plenarie restituendos. Quæ decisio fuit confirmata coram Domino Pamphilio, 25. Iunij* 1593. vt in decisione posita per Farin. *cons.* 75. *à num.* 53. circa eam tamen obiter aduerto, quod si in eius specie mandata fuissent correspectiua interueniente pactione, esset simonia, nõ tamen confidentiali, Suarez *d. c.* 43. *numero* 5 iuxta dicta supra *numero* 166. Et ita in eadem causa tenuit Rota coram dicto D. Penna de mense Iunij 1592. vbi *domini conformiter censuerunt sententiam per iudicem confidentiarum latam contra dictos Iustinum Sanctorium, & Didacum Ximenez canonicos Calagurritanos, fuisse nullam, & reuocandam ex manifesto defectu iurisdictionis prædicti iudicis, qui licet habeat facultatem cognoscendi de confidentiis beneficialibus simoniacis, non tamen de simonia, quæ latius patet quam ista confidentia, quamuis enim omnis beneficialis confidentia illicita simoniaca, sit simonia, non tamen reciprocatur, vt omnis simonia sit confidentia: in hoc autem casu dicebant domini, quod tametsi aliqua posset esse simonia, de qua erat videndum, nulla tamen erat confidentia beneficialis illicita simoniaca, qualem prohibent Apostolicæ const. Pij IV. & Pij V. super quibus iste auditor confidentiarum vigore particularis indulti fuit constitutus iudex, ad tradita per Nauar.* c. 23 n. 109. vers. ad 12. *vt in* decis. *Farin.* 80. n. 3.

Vnde Flam. Paris. *d. tract. de confidentia. quæstio.* 36. vbi agit, quando † ex mutuo præsumatur simonia, & confidentia, docet, quod ex mutuo inducitur simonia, & confidentia, quando adest pactum tacitum, siue expressum, & hoc siue fiat ante, vel post, vel in ipsa resignatione ipsum mutuum, cessante vero pacto non adest simonia, nec confidentia. Nauarrus *consilio* 22. *& 23. de simonia.* & idem Flamin. Paris. *de resignatione. lib.* 14. *quæst.* 7. *à num.* 2. qui † *d. q.* 36. *num.* 40. ait negatiuam opinionem, scilicet, ex mutuo non committi confidentiam, etiam stante pacto vidisse consultam per viros peritissimos in facti contingentia, qui mouebantur, quia verba constitutionis huic casui non adaptantur, nec applicantur, &c. quæ opinio mihi placet, & est certa, quando mutuum fuit factum ante resignationem, vel in ipsa resignatione, quia tunc non videtur committi confidentia, sed simonia. Et quod ex mutuo committatur simonia stante pacto, seu conditione, aliàs non, tradunt Vgolin. *tab.* 1. *cap. nono*, §. 5. *numero secundo*, Azor 2. *p. libro* 7. *quæstion.* 2. & Suarez *dict. libro* 4. *capit.* 38. *à nu.* 6. 170 171

Vnde etiam infertur † ad casum frequentem, quod renunciantes beneficia reseruata pensione, ea spe & intentione, vt illa statim redimatur, non committunt confidentiam, nec simoniam, etiamsi resignatarius id intelligat, & præstet intentionem illam redimendi, nisi pactum interuenerit, prout loquitur Gigas *de pension. qu.* 87. *ad fin.* vt patet ex illis verbis: *Et ita pasciscentes*, imo & pacto interueniente erit simonia, nam tamen confidentia prohibita per dict. constitutiones, quæ non loquuntur in hoc casu. 172

Vnde etiam † conuincitur opinio Ioann. Gutierrez *d. lib.* 2. *q.* 23 *nu.* 83. *ad fin.* qui ait in dict. constitutionibus comprehendi confidentias illicitas, licet non simoniacas, quoad vtrumque forum, & etiam licitas, quoad forum exterius, quæ est sine fundamento, & contra id quod est supra dictum, *n.* 166. 173

Hoc supposito † ad d. verba constitutionis Pij V. ibi, *Etiam sola dimittentis intentione, &c.* Flam. Paris. *d. q.* 16 primo respondet, ea verba declarari per alia posita *in §. seq.* ibi: *Ea conditione tacita, vel expressa*, sequentia enim declarant præcedentia, *l. si seruus. §. si. ff. de legat.* 1. 174

Sed ista † interpretetio non satisfacit, nam dicta verba, *Etiam sola dimittentis intentione, &c.* non re- 175

cipiunt commodam declarationem per illa, *Ea conditione tacita, vel expressa*, vt patet ad sensum.

Secundo, & melius, vt ipse ait, respondet cum
176 Hieron.Gabr.*d.cons.*172.*libr.*2.*num.*3. illa verba esse intelligenda de intentione nota ei, quibeneficium recepit, qui sciens mentem renunciantis, vel concedentis, videtur assentiri, non autem de eo cui intentio nota non fuit. Et ita etiam respondet *in d.qu.* 27.& 53.& sequitur Rota in vna prioratus 17. Maij 1600.coram D.Seraph.posita per Far.*decis.*133.*nu.*4. & 5.Et † Fl.Paris.*d.q.*26.*n.*27.reprobauit interpre-
177 tationem Nauar.*d.c.*23.*n.*210.6 *notab.*dicentis, quod Pius V.non intendit asserere, per d.verba, quod sola intentio renunciandi beneficium, vt detur alicui absque pacto, cõstituat in foro interiori simoniam, sed probatio eius faciat in exteriori præsumi illam: quam interpretationem Nau. sequitur. Vgolin.*d.q.* 22.*§.*3.*n.*1.& Io.Gutier.*d.q.*23.*n.*80.& Zaullos *d. q.* 280.*nu.*20. & Rota *sup.d. n.*5. reprobat, inquam, eam Flam.quia si nõ probetur, etiam illam intentionem fuisse notam alteri, non committitur, nec præsumitur confidentia, vt etiam videtur intelligere Rota *ibi*. Et † istam interpretationem Flam. nouissime
178 tenet, Fran. Suarez 5.*to.de censuris disp* 22.*sect.*6.*nu* 15.& 16.vbi ait, in d.constitutione Pij V.non puniri actum mere internum, sed exteriorem à praua intẽtione interiori procedentem, nempe receptionem beneficij ab eo, qui tali intẽtione confidentiali confert, nonposse autem hanc excommunicationem incurri, si intentio dantis ita sit interna, & occulta, vt à recipiente nullatenus cognosci queat, nam tũc non posset ipse recipere, quasi consentiendo illi intentioni confidentiali, quia confidentia necessario debet incipere ex voluntate, & parte dantis, alioqui confidentia non est, & sic etiam necesse est, vt hæc intentio dantis sit etiam nota recipienti, &c.& quod ait Pontifex, *Sola dimittentis intentione*, sub intelligere cognita quacunq; ratione à recipiente id probabiliter credente, etiamsi inter eos non intercedat pactũ, vel expressus sermo de hac re, sed coniecturis & quasi nutib. seu intelligant, &c. sed *n.*20. intelligit illa verba, *Licet ipsum confidentiæ crimen alterius iã tum partis conscientia sit admissum*, pertinere ad præsumptionem fori exterioris cum Nauar. *supra*.

Concludit † igitur Flam.Paris, *ibi*, *d.q.*26. solam
179 voluntatem resignantis, aut collatoris, vel alterius, non inducere confidentiam illicitam, & punibilẽ per d.constitutiones, sed esse necessarium pactum, aut conuentionem, modum, seu conditionem, expressam, vel tacitam.

Ait tamen † *n.*39.quod inficiari minime potest,
180 quin collator, aut resignans ex cogitatione mentis, & praua animi intẽtione, sine aliquo exteriori actu incidat in eam speciẽ simoniæ, quam mentalem vocãt, opere tamen subsecuto, id est adepta re, quæ speratur, & secuto effectu cum Abb. *in c.nemo.nu.*6.*de simonia, & in c.tua nos.& in c.consulere. nu.* 5. *eod. tit.* Decio *in d.c.ex parte.*1.*de off.delegati.nu.*17. & Ang. *in sum.verb.simonia* 1.*vers.penul.cum aliis.* vt per Rodoar *de simonia* 1.*p.c.*3.*n.*6.

Sed circa ista, † quæ Flam.docet, in primis ani-
181 maduerto mihi non placere etiam dictam interpretationem, quam cum Hieron.Gabr.assignat ad dict. verba constitutionis Pij V. *Etiam sola dimittentis intentione, &c.* Conuincitur enim ex *dict. decisione* Cassadori 2.*de simonia*, quam ipse Flam. adducit, & sequitur *d.lib.*14.*de resignat.q.*6.*n.*6.in qua ex verbis mandati, satis nota erat collatori intentio resignantis, vt beneficia resignata conferrentur certæ personæ nominatæ in mandato, & tamen decisum est, non esse simoniam.

Præterea, ex eo † quod intentio resignantis, seu 182
dantis beneficium, sit nota collatoris, seu beneficium recipienti, non sequitur adesse pactum, vt constat, quod est duorum, pluriumve in idem placitum, & consensus, id est, placidus consensus. *l.* 1. *ff. de pactis.* iuncta *gl.ibi, verb. placitum & consensus.* intellige, *obligatorium.& animo se obligandi, &c.*

Secundo † animaduerto, Flam.Paris.in eo quod 183
dicit *d.n.*39 quod inficiari non potest, quin collator, aut resignans ex cogitatione mentis, & praua animi intentione incidat in simoniam mentalem, &c. videri contrariari sibiipsi. *d.lib.*14, *de resignatione.q.*6.*n.*7. & 8.vbi ait, cum communi opinione ex Nauar *cap.* 23.*n.*107.*vers.ad* 10.contra Abb.Decium, & alios, non committi simoniam, nec etiam mentalem à renuntiante hac intentione, vt beneficium conferatur certæ personæ, etiam aliàs non renuntiaturo, si hoc non expressit.

In qua contrarietate † & controuersia dico, quod 184
intentio renuntiantis, vt beneficium alteri detur, &c. duplici modo potest se habere. Primo, quod ita renuntians non intendat ad id arctare, & obligare, sed vt libere, & ex voluntate, ac sponte fiat. Et tunc nulla committitur simonia, etiam mentalis, etiamsi essemus in simoniacis de iure diuino, quamuis talis intentio nota esset conferenti, & etiamsi aliàs nõ esset renunciaturus, iuxta supradicta, quia habere spem non est simonia, Sylvest. *d.verb.renunciatio. q.* 6.*vers.ad fi.* recte Vgolin.*d.c.*22.*§.* 1.*à n.* 4. *ad* 6. & Lessius *d.lib.*2.*c.*35.*n.*95.& sic procedit quod Flam. Paris. tradit *d.lib.*14.*q.*6.*numer.*7.& 8.& conducunt, quæ tradit Caiet. *in summ.verb.simonia.vers.circ.primum cap.* Secundo † modo potest se habere, quod 185
renuncians tali intentione intendat ad id arctare, & collatorem obligare, non tamẽ declarat prauam suã intentionem, & tunc reuera committitur simonia mentalis, Lessius *ibi num* 96.& sic est accipiendum, quod tradunt Abb.& Decius *supra*, & alij citati, & cum eis Flam.Paris. *dict.quæst.*26.*numero* 39. & si aliud volunt, non benedicunt, & conducunt tradita per Sotum *de iust.& iure.lib.*6. *quæst.* 8. *art.* 1. *vers. posthæc.* Rebellum *de obligat.iust.*2.*p.lib.*8.*q.*3.*nu.*2.& Suarez *dict.lib.*4. *capitul.* 44.*& sequent. tractat.*3. *de relig.*

Et pro hac † distinct facit tex. *in d.cap.tua nos. de* 186
simonia. qui sic debet intelligi. Et quæ in simili de vsura mentali tradunt Caietan.2.2.*quæst.*78.*artt.* & *in opus.*2.*tom.tract.*8.*de vsura, quæstion.*2.& 3. *& in summ.verb.vsura.§.de vsura mentali.*& Soto *de iustitia & iure, lib.*6.*q.*1.*ar.*2.2.Salon.22.*d.q.*78.*ar.*2. *controuer.*1.& *ar.*3.*controuer.*10.Valent.3.*tom.disp.*5.*q.*21. *pun.*1.*& disp.*6 *quæst.*16.*pun.*3.Molina *de iustitia.*2. *tom.disp.*305 Ludouic.Carbo *de restitutione, q.*57. 11. *conclus.*& Lud. Lopez *instruct. conscien.*1. *tom. capit.* 204.Lessius *de iust.& iur.li.*2.*c.*20.*dub.*5.Rebellus *d. q.*3.qui bene aduertunt contra Sylvest. *in sum.verb. vsura.*1.*in princ.* Nau. *in comm.de vsuris. à n.*19.*& in man.c.*17.*n.*209. & alios, vsuram mentalem (& idem est de simonia) non esse perpendendam ex intentione principali, vel secundaria seu minus principali, sed ex eo mutuans intendat aliquid sibi dari gratis, vel non gratis, ita quod sibi intendat aliquid sibi dari immediate pro mutuo, & ratione, & vi mutui præcise, licet minus principaliter intendatur, sed

princi-

principaliter intendatur subuentio proximi, sit vsura, si vero intendat sibi dari gratis, & liberaliter, ac ratione beneuolentiæ, seu gratitudinis, ex mutuo prouenientis, non est vsura. A quo non multum distat Nauar. *sup. & c.23.n.100.vers.3.* & summa Corona *2.par.c.7.de vsura.n.13.* & Morla *in emporio iuris.tit.2.q.10.n.13.* ait, quod tunc censetur aliquis liberaliter dare, quãdo non dat in pretiũ, nec cũ pacto explicito vel implicito rei faciẽdę, quia cũ nihil eorũ interuenerit, nõ ponitur, nec intẽditur obligatio iustitiæ, ergo totum negotium est gratia, & liberalitas, quod oportet, inquit, notare contra Nauar. *in extrauag. de datis & promissis*, tenentem quando principalis, vel totalis intentio est iudicem corrumpere, vel beneficium obtinere, non esse dationem gratuitam, & liberalem. Quod etiam est notandum contra Couarr. *lib.1.variarum.c.20.num.3 4. & 5. & in reg.peccatum. 2. par. initio. ad fin.* quem sequuntur Ioannes Gutierrez *canonica.quæstion.libr.2.c.15.ex n. 4.* & Vega *in summa 2 part.cap.101.casu 30.* sed contra est, Lessius *d.li.2.c.35.n.10.* Rebellus *d.n.2.* & Suarez *d.c.44.*

187 Et dicto secundo † modo intelligo illa verba d. Constitutionis Pij V. ibi: *Etiam sola dimittentis intentione*, & ibi, *Licet ipsum confidentiæ crimen alterius tantum partis conscientia sit admissum.* Nempe quando renunciatio beneficij fit cum confidentia, & praua intentione, vt illud eidem dimittendi, vel alteri postea conferatur, aut fructus, vel eorum pars aliis concedantur, aut quando confertur beneficium cum confidentia & praua intentione, vt postea in alterum pro arbitrio collatoris, seu alterius disponatur, &c. intendendo ad id arctare, & obligare. Et vt in summa dicam, quando dans vel recipiens beneficiũ animo interius ideo dat, vel recipit, vt postea debeat dari beneficium, pensio, seu fructus, &c. etiamsi alteri parti nihil de eo sit notum.

188 Itaque voluit † ibi Pius V. prohibere, & punire, saltim in illis quatuor casibus, de quibus *à vers. Quare nos vsque ad versic. postremo si quis* crimen confidentiæ simoniacæ mentalis, etiam vnius tantum partis intentione, & conscientia commissum. Et hæc interpretatio videtur esse Menochij *dict. lib.5 præsum. 9.n.12.*

189 Vnde in his † casibus simonia mentalis confidentialis subiecta erit obligationi restitutionis, & censuris & pœnis, ex d. constitutione Pij V. (quamuis ignorans alterius partis prauam intentionem, à censuris & pœnis excusetur durante ignorantia) quicquid contra videatur tenere Flaminius Parif. *de quæstio. 26. dict. numero 39. & 40.* quando intentio alteri parti nota non est, & expresse Suarez *supra di. disputation.22. de censuris.sect.6.numero 15. & 16.* qui *dict.tractat.3 de relig.libro quarto, capit.43 numero 12.* requirit etiam pactum exterius expressum, vel tacitum, vt etiam Lessius *dict.c.35.n.95. & 96.* & Azor *dict.c.27.q.6.* Licet aliàs simonia mentalis non obliget ad restitutionem, nec subiaceat censuris, vt diximus *8.p.c.1.à n.45. ex c.fi. de sim.* ex quo tantum colligitur, quod de facto simonia mentalis non punitur censuris Ecclesiasticis, & obligatione restituendi, non tamen quod Ecclesia non possit illam punire, vt contra Nauar. *in com.dict.capit. fi. de simonia.* quem sequitur Vgol. *de simonia. tab. 2. de simonia mentali. capit.2. numero 3.* P. Naua. licet sub *verb. fortasse. de restitutione li.2.c.2.n.378.* & Suarez *d.5.to.disp.4.sect. 2.n.18. & 20. & 21.* recte cum communi Dd tradit P. Ledes. *in summ. de censuris.cap.30.dub.3.* & dicit valde probabile d. Suarez *de relig.tr.3.lib.4.c.55.n.10.* & dicetur inf. *c.vlt. dub 1.à n.101* & sic bene potuit Pius V. punire dictum crimen simoniæ confidentialis mẽtalis.

Sicut etiam † constitutio Gregor. XIII 28. de datis & promissis pro gratia, vel iustitia obtinen. & 190
eius pœnæ locum habent etiam in simonia mentali, scilicet vbi aliquid datum, acceptumve est pro gratia, vel iustitia obtinenda, nullo pacto, conuentioneque, ac nulla promissione præcedente, vt tradit Nauar. *de datis, & promissis. n.32. vers. ex quo sequitur.* & cum eo latius Vgol. *tab.1. de simonia.c.21. in prin. sub n.4.* qui sibi certe non constant, nec procedunt consequenter.

Et etiam *constitutio 33.* Pauli IV. quam adducit Gonçalez *gl.15 n.90.* punit pœna excommunicatio- 191
nis, priuationis beneficiorum, & inhabilitatis ad illa, ac nullitatis prouisionum ipso facto, interalios, eos qui beneficia pro aliis, cum spe pensionem aut aliud temporale commodum ab eis consequendi, vel pro seipsis principaliter animo & intentione ea postmodum in fauorem aliorum, etiam quantumuis idoneorum, & benemeritorum cum simili pensione, aut commodo, aut etiam sine eo resignandi obtinere procurauerint, &c. quæ constitutio plane loquitur, & procedit etiam nullo pacto, seu conuentione præcedente. Vt euidenter constat ex verbis proœmij eiusdem cõstitutionis, ibi, *Et interdum pacto expresse firmato.* Videtur tamen intelligenda de habentibus animum, & intentionem ea postmodum resignandi statim, seu infra paruum tempus, non de habentibus animum, & intentionem ea resignandi post aliquot annos, seu longum tempus, in hoc enim nulla apparet ordinatio, nec tenetur quis habere animum tenendi semper beneficium, maxime, cui incumbit onus curæ animarum, aut residentiæ personalis, & ita viderur vsu receptum. Et ita etiam videtur accipiendum iuramentum, quod Romæ exigitur in beneficiis residentiæ tempore examinis, quod non accipit beneficium cum intentione dimittendi, vt referunt Flam. Parif. *de resignatione libr.9.quæst.10. ad fin. additio consilij* Nauarr. *16. de clericis non residen.* & Gonçalez *dict. num. 90.* & dixi supra *8.par.c.2. numero. 35.* & expertus sum. Vnde non videtur satis tutum, & firmum dictum *consilium* Nauar. *16.* quod non peccaret quis accipiendo beneficium curatum animo permutandi cum alio simpliciter vel renuntiandi reseruata pensione, si proponat seruire illi, vt debet tempore magno, vel paruo quo ipsum tenuerit, &c. Et aduertit dict. additio eiusdem Nauarri *ibi*, & Gonçalez *vbi supra dict. numero 90.* quamuis recte procedat istud consilium in habẽte animum illud renuntiandi post magnum tempus, vt dixi, & etiam in habente animum permutandi etiam statim, quod attinet ad dictam constitutionem Pauli IV. quæ non videtur loqui de habentibus animum permutandi: sed dict. iuramentum, quod Romæ exigitur, videtur etiam comprehendere, in sui generalitate permutationem, saltim cum beneficio non requirente similem residentiam. Sicut etiam dicta constitutio non procedit in habentibus animum renunciandi simpliciter, & libere, & non in fauorem, quia solum loquitur de habentibus animum resignandi in fauorem aliorum. Dictum vero iuramentum comprehendit etiam simplicem dimissionem, quamuis Gonçalez *dict. numero 90.* videatur velle dictam constitutionem Pauli IV. etiam in habentibus animum simpliciter dimittendi procedere, ait enim ex ea non procedere, quæ dicit

Nauar. *in man. de oratione, c. 21. num. 52. & miscell. 49. aliàs 44. numero 2.* vbi Nauarr. loquitur de capientibus beneficium animo relinquendi illud simpliciter. Præterea dicta constitutio, & etiam d. iuramentum non videntur procedere in obtinentibus beneficia cum animo dubio, aut conditionali illa resignãdi, etiam in fauorem aliorum, iuxta aliàs dictum 3. *p. c. 2. dub. num.* 48. & quamuis dicta constitutio loquatur de obtinere procurantibus, accipienda est de obtinere procurantibus cum effectu, id est, de facto obtinentibus, vt colligitur ex eius verbis, ibi, *Et nihilominus sicut præfertur, obtentæ prouisiones, &c.* & ibi, *Tam si impetrata, &c.* maxime cum sit pœnalis, & sic restringenda *regula odia lib. 6. cum aliis.* Rursus ista constitutio procedit in sic obtinentibus, seu impetrantibus beneficia in Curia Romana, seu à Papa, non ab ordinariis, seu extra Curiam, vt ex dictis verbis, & toto tenore ipsius apparet, & conducunt aliàs tradita per Mandos. *reg. 29. de subrogan. collitigan. q. 3.*

An autem † *in vers. quare nos*, dict. constitutionis
192 Pij V. ibi: *Aut illius fructus, &c.* legendum sit, *illi, vel aliis*, aut, *aly, vel aliis*, Fla Paris. *q. 27. de confidentia. n.* 99. ait, legẽdum esse *illi*, vel *aliis*, cum Mascardo sup. adducta *conclus. 1312. aliàs* 1307. & committi simoniam confidentiariam, siue fructus dentur resignanti, siue alij, quod etiam tenuit Nauar. *cons. 75. nu. 1. & cons. 78. de simon.* & videtur tenere Menoch. *de præsum. 9. n. 8.*

Contrarium † nempe legendum esse alij, vel aliis,
193 & sic non esse confidentiam à Pio V. damnatam, licet sit simonia resignare cum pacto, vt dentur aliqui fructus resignanti, tenet Nauarr. *consilio 33. numero 4. & cons. 76. num. 6. de simon.* quem sequitur Vgol. *d. tab. 1. de simon. c. 22. §. 1. n. 8.* & Menoch. *de arbitrar. centur. 6. addita casu 566. n. 8.* & additio Nauarr. *dict. cons. 78.* quæ ait, hanc lecturã esse modo vsu receptã, & hanc opinionem modo teneri, & ita legitur in bullario impresso Romæ, & in motibus propriis impressis Lugduni, anno 582. & in manu. Naua. *c. 23. n. 110.* vbi ponitur d. constitutio Pij V. & in summa Bullarij quarantæ, *verb. simonia.* & sic legit Lessius *li. 2. c. 35. n. 97.*

Nihilominus tamen † mihi verior videtur prima
194 sententia, ex *vers. ad probandum.* ibi, *Aut fructus perceperit, &c.* vbi inter præsumptiones, & coniecturas confidentiæ ponitur perceptio fructuum per resignantem post resignationem, quæ præsumptio, & coniectura cessaret, si non esset confidentia resignare cum pacto, vt dentur aliqui fructus resignanti. Præterea pro hac sententia, *vers. vt idem.* ibi, *siue vt de eo prouisus, &c.* maiorque ratio erat ad damnandam hanc confidentiam, quæ est frequentior, quam aliam de dandis fructibus aliis, & hoc videtur sentire Rota *in decisionibus supra allegatis*, & DD. communiter, & dicit valde probabile Lessius *supra*, licet credat non esse receptum, & nouissime sequitur Suarez *d. tract. 3. de relig. lib. 4. cap. 43. à numero sexto*, qui recte aduertit, quod illa verba, *Alij, vel aliis*, non debent intelligi respectu resignantis, sed respectu recipientis beneficium, à quo est alius resignans, & sic comprehenditur sub *illo* relatiuo, pro quo singulare videtur positum, & plurale pro *aliis*, &c. & subdit sibi non constare, aliud consuetudine receptum esse.

Reliqua de confidentia † videnda sunt apud Nauar. & Mascard. *supra*, Menoch. *d. lib. 5. præsump. 9. &*
195 *d. centuria 6. casu* 566. Vgol. *d. tab. 1. c. 12.* & præcipue apud Flam. Pari. *d. tract. de confidentia.* Prosperum de Augustino *ad summam bullarij, d. verb. simonia.* & Suarez *d. c. 33.*

Solum aduerto † primo cum Flaminio Paris. *ibi,* 196
quæst. 7. n. 21. hallucinari Nauarr. *in d. c. 23. n. 110. vers. not. 7.* nam confundit quatuor casus confidentiæ, qui ponitur in dict. constitutione Pij V. à *vers. quare nos*, cum coniecturis, quæ etiam sunt quatuor, & ponuntur *à vers. ad probandum.* & ita ait Flam. aduertisse Rotam in d. Cosentina confidentiæ coram Orano, & illos quatuor casus vocat præsumptiones iuris, & de iure, Menoch. *de præsum. 9. n. 12.* & non esse arbitrarias, sed iure definitas ait *dict. centuria 6. casu 566. num. 1.*

Secundo aduerto, quod licet perceptio † fructuum 197
per resignantem post resignationem inducat præsumptionem confidentiæ, vt fuit resolutum in dict. Cosentina confidentiæ purgatur tamen constito de causa, ex qua fuerunt percepti, Hieron Gabr. *d. cons. 172. lib. 2. num. 8.* ita Flamin. Paris. *q. 27. num. 124.* nam contra quatuor coniecturas positas à Pio V. *d. vers. ad probandum.* admittitur probatio in contrarium, & ita communiter practicatur, & fuit dictum in dict. Cosentina, & Brixien. ita idem Flamin. *q. 77.* † qui 198
q. 31. n. 27. & quæst. 49. ait, ex donatione omnium fructuum, aut partis facta à resignatario resignanti, intrare præsumptionem confidentiæ, intelligit tamen hoc quoties remissio, seu donatio fuit facta illico post resignationem, secus si postea aliquo tempore interiecto, vel ex aliqua causa, nam hoc casu nulla committitur confidentia, vt fuit resolutum in dicta Cosentina, & in alia Oriolen. confidentiæ, 1. Februar. 1591. coram domino Bubalo. Et † idem Fla- 199
minius *d. qu. 31. num. 29. & d. quæst. 49.* ait, ex ista prima præsumptione, seu coniectura non induci veram confidentiam, sed ex ea colligi coniecturam, & præsumptionem, ex qua aliis concurrentibus vult Papa delicti commissi probationem resultare. Et idem ait *in 2. coniect. q. 32. n. 69. & in 3. quæst. 33. n. 43. & in 4. q. 34. in fin.* & ita fuisse resolutum in dicta Cosentina, in qua domini concluserunt coniecturas positas in dicta constitutione, non concludere necessario, vt ex illis constet commissum fuisse delictum confidentiæ & simoniæ, sed ex vna illarum elici præsumptionem, ex qua pluribus aliis coniecturis concurrentibus vult Pius V. delicti commissi resultare probationem, vt ait etiam Flamin. *dict. q. 77.* & in dict. Brixien. & in Imolen. confidentiæ 24. Februar. 1594. coram Domino Pamphilio. Et idem fuit resolutum in dict. Carthaginen. confidentiæ supra relata, *numero* 168. & id probatur ex dict. constitutione Pij V, *vers. testes* .ibi, *Pluresque huiusmodi præsumptiones, &c.* Et tenet Nauarr. *dict. cap. 23. numero* 110. *not. 8.* &
Mascard. *d. conclus. 1312.* aliàs 1307. *num. 17.* Quicquid † 200
velit Maiolus *de irregularitate. lib. 5. cap. 45. numer. 5. vers. sed etsi nulla. & seq.* Et licet Menoch. *de præsum. præsumpt. 9. circa finem.* teneat vnam illarum coniecturam, seu præsumptionem plenam probationem facere, non recte intelligens d. verba, pluresque, &c. quæ potius contra eum faciunt. Et † licet idem Flam. 201
Paris. *q. 73. num. 15.* concludat vnam illarum præsumptionum, de quibus in d. constitutione probatam per duos testes contestes sufficere, & probare confidentiam, vel duas probatas per testes singulares, in margine tamen habetur, sed à contraria opinione non est recedendum.

Sed adhuc † supradictæ resolutioni, de qua *nume-* 202
ro 161. 162. 163. & obstat alia *Constitutio* Pij V. 58. *in*
vers.

vers. caueant. vbi sic dicitur: *Caueant autem Episcopi, & alij prædicti, itemque omnes electores, præsentatores, & patroni, tam Ecclesiastici, quàm laici, quicunque sint, ne verbo quidem, aut nutu, vel signo futuri in huiusmodi beneficiis, & officiis successores ab ipsis resignantibus, aut alius eorum significatione, vel hortatu designentur, aut de his assumendis promissio inter eos, aut etiam intentio qualiscunque intercedat.* Ex quibus plane colligitur, non posse coram ordinariis renunciari beneficia designando quouis modo successorem, aut ea intentione, vt alteri conferantur, etiam libere, & sponte, nam etiam ista intentio videtur excludi per d. verbū, *qualiscunq;*, quod omnimodam generalitatem importat.

203 Per quam † constitutionem ait Vgolinus *d. tab. 1. de simonia. c. 18. §. 2. ad fi.* prohibitum esse hodie designari successores quacūque ratione à resignante, nec posse procedere dictam *decisionem* Cassadori *2. de simonia.*

204 Ex quo conuincitur † interpretatio, quam ad dict. constitutionem videtur assignare, Flamin. Paris. *d. lib. 14 de resignatione benef. quæst. 6. num. 7.* vt intelligatur de intentione tacite, vel expresse in conuentionem deducta, vt etiam videtur intelligere Prosper de Augustino *in additione ad summ. an bullary. verb. beneficiorum resignatio. ad fi.* quæ interpretatio ex eo etiam conuincitur quod per verbum promissio cōuentio excluditur, & sic per verba illa, *Aut etiam intentio qualiscunque amplius prohibetur.*

205 Ioann. Gutierrez † *consilio quadragesimosecundo, numero nono, circa finem*, ait, dictam constitutionem in illis verbis procedere, intelligi in foro exteriori, secus in interiori, quemadmodum interpretatur Nauar. & ipse cum eo similia verba constitutionis Pij Quinti *de confiden.* de quo supra *numero* 177. sed hoc caret fundamento, nam illa verba non denotant præsumptionem, maxime stante decreto irritanti.

206 Quare existimo † ex ista constitutione noue prohiberi resignationem coram ordinariis factam cum mutua intentione, vt certæ personæ beneficium cōferatur, etiam sponte, aut designando etiam nutu, vel signo futuros successores, alias resignatio erit nulla propter decretum irritans ibi positu. Et tamē

207 † beneficium sic resignatum, tanquam vacans manebit reseruatum Sedi Apostolicæ, aut superioribus ordinariis, qui talem resignationem admisit, iuxta aliam constitutionem eiusdem Pij V. 42. de suspensione facultatum Episcoporum, & aliorum admittendi resignationes. vel permutationes beneficiorū, quam alias pius V. *in d. constitut. 58* in suo robore re-

208 liquit perpetuo valituram. Ac † puto, quod admittentes talem resignationem incurrunt suspensionis pœnam, de qua *in dict. constitut. 58. vers. qui vero.* qui ad omnia supra contenta refertur ad *capit. inquisitionē. de appellat. cum alias.* quicquid dicant Flam. Paris. *lib 5. de resignatione. q. 6. à num. 123.* Prosper de Augustino supra *circa fin.* & Azor *dict. lib. 7. cap. 19. q. 5.*

209 Si vero resignatio fieret cum intentione & spe resignantis tātum, vt beneficium sponte conferatur alteri, pro quo postea rogare intendit, non tamen vllo modo illum designando, non videtur esse contra dictam constitutionem, quæ tantum prohibere videtur mutuam intentionem resignantis, & collatoris, seu patroni, vt colligitur ex illis verbis, *inter eos*, quæ tam ad verba, *qualiscunque intentio* quam ad verbum *promissio* referuntur, vt constat ex illa dictione, *etiam*, quæ illa repetit, ad tradita per Fast. *dub. 46. n. 8.* & Bart. *in leg. Seia. §. Caio. ff. de fundo instructo*, & ita videtur tenere Cech. *de benef. & pens. cap. 13. n. 2. vers. quæ quidem resignatio.* & nouissime post hæc ita explicat Suar. *de relig. tr. 3. lib. 4. c. 35. n. 18.* dicens, Pontificem ibi loqui de intentione, quæ aliquo modo exterius proditur, & tacitam petitionem offert, & hanc solam voluisse prohibere, pro quo recte considerat, Pontificem ibi non dirigere sermonem directe ad resignantes, sed ad prælatos, sic enim habet, *caueant Episcopi, &c.* qui non possunt cauere ab intentione resignantis mere interna, & sic non loquitur de illa, &c.

Sed dubitatur, an non obstante † dicta *constitut.* 210 *58. d. vers. caueant.* possit resignari beneficium coram ordinario cum intentione mutua, vt libere, & sponte vniatur alicui certo loco, seu beneficio, vel designando locum, cui vniri desideratur, absque vllo tamen pacto, modo, vel conditione. Et † videtur, 211 quod sic, nam per vnionem extinguitur, & supprimitur titulus, & nomen beneficij, ita vt amplius beneficium dici non possit, sed prædium beneficij, cui facta est vnio, vt dicetur infra vltima parte, cap. 2. n. 12. & sic non est dare successorem in beneficio, & consequenter, non videtur hoc casu procedere dict. const i tutio, quæ cum sit correctoria, seu exorb tans, quantum ad hoc non videtur extendenda.

Verius tamen videtur † oppositum, quia omnes 212 rationes, quæ in dict. constitutione considerari possunt, militant in proposito, & locus, cui fit vnio beneficij, dici potest successor saltim large.

Sed restat difficultas, † an per renunciationem si 213 moniacam, quamuis sit nulla, abdicetur ius à resignante. & valeat in eius præiudicium: & abdicari ius à resignante, valereque in eius præiudicium: & sic posse beneficium, vt vacans impetrari, tenet Corras. *d. c. 8. 1. p. n. 2.* citans Panormitanum *in c. penul. de rer. permutat. numero quinto* qui tamen id non dicit clare. Idem tenet Rebuff *in praxi, titul. de simonia in resignatione. numero 10.* vbi ait, resignationem simoniacam tenere in præiudicium resignantis, etiamsi clausula fuerit in canon aliter, nec aliàs, &c. & P. Baisio *in directorio electionum, 2. p. 1. n. 4.* dicens, renunciationem factam in fauorem certæ personæ esse simoniacam quam inferior Rom. Pontifice non potest admittere, & beneficium sic renuntiatū posse impetrari tāquam vacans. Idem etiam tenent Tiraquel. *de retract. lignag. §. 26. gloss 2. num. 10.* & Flam. Paris. *de resignat. benef. libr. 7 q. 1. nu. 5* qui dicunt, quod licet renuntiatio beneficij simoniace facta nulla sit, valet tamen in præiudicium renuntiantis, & citant glossam *in cap. super hoc. verb. pecuniæ. de renunciatione.* quæ solum dicit, quod quamuis renuntiatio simoniaca non teneat, non tamen potest resignans beneficium repetere, quia priuari debet iste, qui simoniam commisit pecuniam recipiendo, quod qtiam inquit Flam. Paris. *dict. lib. 14. de resignat. quæst. 2. n. 16.*

Contrarium tamen, nempe, quod resignatio si- 214 moniaca non teneat etiam in præiudicium resignantis, nec per eam abdicetur ius ab illo, videtur tenere Innocentius *in d. c. penul. de rerum permutatio. ad fi.* sequuntur Rota *decis. 7. de renuntia. in antiq.* aliàs 236. Staphil. *de lit. gratiæ. tit. de variis modis vacationis. §. resignat. modus, numero decimo, additio* Capellæ Tolos. *decisio. 439. numero tertio*, Cosmas *in pragm.*

sanct.tit.de elect.cap.1.§. & cum humanæ.vers.deinde eligant.verb.ipso iure. Lamber.*de iure patr.1.par 2.lib. quæst.6.ar.3.n.4* & Rebuff.*in praxi.tit.de modis amittendi beneficia.numero 35.* Cassad,*decis.3. numero 1. de renunciat.* Cresc.*decis.4.de simon.alias 231.* Caputaq. *83.n.1.par 3.* & Moh.*dec.4.de sim.alias 245* Rosin.*de benef.capit.18.à numero 8.* Nauar.*in man.capit.23. numero 105.in fin.& cons.36. numero secundo & 43. numero septimo de simon.* Flam. Paris.*lib. 9. de resignat. quæst.9. numero quarto,* Cenedo *collect.174.ad decretales. numero secundo* Vgolin.*de simonia. tab. 1. capit. 28.§. 2.numero quinto,* Petr.Gregor.*de benef.capit 31. numero vndecimo.ad fin.* (qui ait cum Rota *dict. decis.236.* dicens notabile, quod resignatio facta simoniace, non tenet etiam in præiudicium resignantis, nihilominus tamen, quod verum erit priuandum beneficio, qui commisit simoniam, ex *dict. gl.verb.pecuniæ.* vt etiam aiunt Cos.& Rosi. *vbi sup.*) & Cechus *de benef.& pensio.c.13,n.7.vers 2.loc.* Tusc. *concl.253.litera S n 4.* Rota *decis 191.n.4* (quæ est etiam apud Farin.*dec.9.& decis.305 p.1.diuersorum.& decis.319.par.2.& decis.146.lib.2.par.3.nu.3.* & in Elnen.præceptoriæ.vlt. Ian 1582 coram Lancelloto, apud Farin.*decis.23.n.2,* & nouissime in vna Taruisi-
215 na canonicatus.16 Nou.1601 coram D. meo Corduba, in † qua fuit resolutum, *Quod quamuis fuerit resolutum in ea 13. May 1596. probari simoniam respectu resignatarij, qui illam confessus est, non vero respectu resignantis, cui resignatarij confessio præiudicare non potuit, non tamen potest prætendere resignans sibi adiudicari beneficium, ex eo quod non fuerit ab eo ius abdicatum propter dictam simoniam confessatam per resignatarium, & sibi restitui, quia non potest in proposito diuidi confessio, & ita per maiorem partem fuit con-*
216 *clusum.*

Et hæc secunda opinio mihi † videtur verior, pro qua facit regula, non præstat *de reg.iuris in 6. & l. 4. §. condemnatum, ff. de re iudicata,* & approbatur per magistrum S. Palatij in indice librorum expurgan. in Eman. Sa. *pag.444 numero.7.* corrigens sic, *Renuntians simoniace puniri potest, & priuari beneficio, non tamen perdit ipso iure illud, quia renuntiatio est nulla,* Nauar. capit.23.num.105.*nec obstat constitutio Pij V. quæ de acquirentibus simoniace, non de resignan-*
217 *tibus loquitur.*

Nec obstabit, † quod supra diximus.*n.* 36. renuntiante nulliter scienter abdicare ius, nam illud procedit in eo, qui renuntiat in fauorem, seu conditionaliter nulliter tamen, quia non adimpletur conditio, nec acquiritur ius resignatario, talis enim sic renuntians scienter abdicat sibi ius, quia culpa sua, & per eũ, videtur stetisse, quominus cõditio impleretur, & sic ad eius præiudicium habetur pro impleta. ex reg *l.in iure ciuili ff.de reg.iuris, l.iure ciuili.ff.de cond. & demonstr. & l.in executione.§.fi.ff.de verb.oblig.* at renũciatio simoniaca est de se ratione simoniæ, non propter defectum conditionis, nam etiam renuntiatio
218 simplex simoniace facta nulla est.

Verumest tamen quod † simoniace renuntians, quamuis nulliter, non poterit repetere beneficium à resignatario, seu alio possessore illius, dicendo renuntiationem fuisse simoniacam. & sic ab eo ius non fuisse abdicatum, nam etiam secluſa priuatione allegans propriam turpitudinem non auditur, Rebuf.*dict.tit. de simonia in resignatione, numero* 2.Bernar.Diaz *regul.24.*Gratian.*reg.* 477.& Lassarte *de decima venditionis c.14.n.64.*

§. 1.

Quod renunciatio cum authoritate superioris fieri debet.

SVMMARIA.

Renuntiatio cum licentia, seu authoritate superioris fieri debet, num.219. *Alias non tenebit in præiudicium Ecclesiæ, aut superioris, tenebit tamen in damnum, ac præiudicium renuntiantis, quia ex hoc videtur fecisse tacitum pactum de non petendo beneficium, & ea secũdum glossas, & Dd. relatos*, num. 220. *Pro quo faciunt decisiones Rotæ relatæ*, numero 221. & seq. *sed verius est non tenere etiam in præiudicium renuncians, nec quoad ipsum beneficium valere, sed adhuc verum habere titulum, & ius in eo, donec ea renuntiatio per superiorem admittatur, seu ratificetur*, num. 223 *Et sic de beneficio taliter renuntiato debet fieri mẽtio in impetratione* 2.n.224. *& adducitur resolutio Rotæ*, n 225.

Quod dicitur, renuntiationem factam sine authoritate superioris tenere in præiudicium renuntiantis, est quoad hoc, vt superior possit eam approbare, & ratam habere, num.226. *Nisi ante admissionem, & ratificationem reuocauerit renuntiationem, nam re integra poterit pœnitere*, nu.227. *Et ideo in supplicationibus, & in literis ponitur illa clausula sine præmisso, &c. quæ operatur, vt Papa per eam approbare videatur renunciationem factã coram nõ superiori de beneficio illo, & de illo sic vacante prouidere*, numero 228. & seq.

Dicitur etiam renunciationem tenere in præiudicium renuntiantis, quoad hoc, vt superior possit eum priuare ob delictum suum, quia resignauit sine consensu superioris, ex cap. quod in dubijs de renuntiatione. numer 30. *Sed ille tex. id non probat, sed tantum renunciantem in manibus laici, & ab eo denuo suscipientem, quod minus delictum est, eodem beneficio esse priuandum.* n.231.

Decisionibus Rotæ pro contraria sententia adductis, numero 221. & seq. *respondetur* numero 232. 233. & seq.

Licet renuntians sine superioris authoritate non amittat ius, & proprietatem beneficij, amittit tamen possessionem, quæ facilius amittitur, n. 235. *circa quod remissiue*, n. 236. *& ita videtur procedere decisio Rotæ relata*, n. 237.

Etiam in renuntiatione tacita, vt quæ fit per adeptionem secundi, requiritur licentia, seu approbatio superioris, alias non vacat primum, secundum communem, n. 238. *Contrarium tamen tenet glos. & alij relati*, numer. 39.

Author dicit, quod duplex est renunciatio tacita quædam, quæ sine verbis fit facto hominis, & in hac requiritur consensus superioris, sicut in expressa. & ita procedet communis, num. 240. *Sufficiet tamen consensus tacitus ipsius superioris in acceptando*, num. 241. *Alia renuntiatio tacita est, quæ à iure inducitur, & ipso iure fieri intelligitur, etiam parte contrariũ protestante, vt quæ fit per adoptionem secundi incõpatibilis, & in aliis casibus quæ non est vera renuntiatio*, nu 242. *Et in hac contra communem non requiritur licentia, seu approbatio superioris, & procedit sententia glossæ*, nu. 243. *pro quo faciunt iura adducta à numero* 244.

Supradicta non procedunt in renuntiatione literarum ad beneficia seu iuris ad rem, nam absque superioris autho-

authoritate illis potest renuntiari, nu. 247. *Reprobatur tamen dictũ Flaminij Parisii, quod potest quis absque authoritate superioris tacite renuntiare literis beneficiorum vacantium, in quibus per collationem, & acceptationem habet ius in re, non capiendo possessionem illorum* n.248.

Non procedunt etiam in renuntiatione beneficij litigiosi, in qua, si ius anceps sit, superioris authoritas non desideratur, n.249.

Intrusus etiam potest renũtiare beneficio detento propria authoritate, quando est intrusus existenter, & apparẽter carens titulo, n.250.

Superior hic intelligitur non collator, sed is, qui potestatem habet instituendi, & destituendi, numero 251. *vt Papa*, numero 252. *& Episcopus*, numero 253. *& inferior habens episcopalem iurisdictionem*, numero 254.

Vicarius Episcopi non potest resignationem admittere, nisi habeat speciale mandatum, n.255.

Bene potest eas admittere Capitulum sede vacante contra Rebuffum, n.256. & seq.

Quod procedit non solum in resignatione, quæ fit in resignantis pœnam, sed etiam in qualibet resignatione, contra Flamin. Paris. numero 258. *Cuius rationi respondetur* numero seq. *procedit etiam in beneficiis spectantibus ad collationem solius Episcopi*, numero 260.

Qui solum haberet potestatem conferendi, vt executor datus ad prouidendum de beneficiis vacantibus, non posset recipere resignationem alicuius volentis in eius manibus beneficium suum resignare, vt de eo prouideat, nisi hoc ei nominatim esset iniunctum, numero 261.

Generaliter qui iure speciali beneficium confert, quoniã destituere non potest, resignationi authoritatem non interponit, n.262.

Non videtur verum dictum Flaminij Parisii, quod si priuilegium conferendi concessum fuerit ab eo, cuius iurisdictioni tantum detrahitur, venit facultas destituendi, & per consequens, recipiendi resignationẽ, nisi addatur dictio, taxatiua, *nam & vicarius Episcopi habens facultatem conferendi, non potest recipere resignationes, secundum eundem Flamin. Parisium*, num. 263.

Beneficium resignatum potest ab Ordinario libere conferri, & a clerico impetrari, numero 264. *intelligendo de beneficiis simpliciter resignatis, quæ quibuslibet alias idoneis possunt libere conferri, & impetrari. Nam resignata in fauorem non nisi his, in quorum fauorem resignantur, possunt conferri*, numero 265. *Et cum coram ordinariis non renuntientur beneficia, nisi simpliciter, possunt per eos conferri libere quibuslibet, excipiendo casus exceptos per* constitutionem 58. *Pij V. videlicet, quod beneficia communia ordinariis resignata non possunt conferri consanguineis, affinibus, aut familiaribus ipsorum collatorum, vel resignantium*, numero 266. *quod etiam procedit in parochialibus prouidendis per concursum*, numero 267. *non tamen in beneficiis iurispatronatus*, numero 68.

Videnda est dicta constitutio, quæ præscribit casus, in quibus ordinarij possunt admittere resignationes, nu. 269. *vbi de ea remissiue.*

Ista constitutio non videtur bene seruari in Hispania, in qua prætenditur, eam non esse receptam, sed ab ea supplicatum, n. 270.

Circa quod ponitur resolutio Rotæ, n.271.

An supplicatio interposita à lege, & constitutione generali suspendat interim eius executionem, donec secunda iussio superueniat, quod non cum Man. Rodriguez contra alios, num.272.

QVarto notandum est, † quod renuntiatio, cum licentia, seu authoritate superioris fieri debet, *cap. admonet, quod in dubijs, cap. nisi cum pridem, & cap. fin. de renuntiat. cap. denique, 6. quæstio. 3. & cap. 1. 17. quæst. 2. cum alijs*, alias † non tenebit in præiudicium Ecclesiæ, aut superioris: tenebit tamen in præiudicium renuntiantis, quia ex hoc videtur fecisse tacitum pactum de non petendo beneficium, vt tradit glossa *in d. cap. quod in dubijs*, & idem tenet glossa 2. *in cap. quod Dei timorem, de statu monachor.* quæ tenet, renuntiantem sine authoritate superioris, cum quantum in se fuit, renuntiauerit, non posse in beneficio ministrare sine licentia ipsius superioris, & glossa *in cap. siqui vero, 7. quæst. 1.* quæ dicit, quod taliter renuntians nõ potest Ecclesiam repetere, Corras. 1. *part. cap. 8. num. 13. & 14.* idem etiam tenet Felin. *in cap. lator, num. 13. de re iudic.* qui dicit, quod renuntiatio facta coram non superiore valet ex parte renuntiantis, & ad inducendam vacationem, Rebuf. *in praxi in forma signaturæ, verbo, etiam coram notario*, & Mand. *in reg. 30. Cancellariæ, quæstio. 7. numero 4.* qui aiunt, quod per renuntiationem factam non accedente authoritate superioris, sed coram laico in præiudicium renuntiantis, vacat beneficium, & potest impetrari, sed Mandosius ibi falso allegat plures Doctores. Eandem sententiam, quod renuntiatio facta coram non superiori, licet sit nulla quoad præiudicium ipsius superioris, teneat tamen, & sit valida in præiudicium renuntiantis, tenet Flaminius Parisius *lib. 7. de resignatione beneficio. quæst. 1.* dicens communem, qui tamen non bene citat Doctores, sed eorum confundit, & sibi contradicit. Nam à *n. 27. ad 42.* tenet, taliter renuntiantem non priuari ex hoc proprietate beneficij ipso iure, sed requiri sententiam declaratoriam priuationis ob delictum commissum, renuntiando in manibus non superioris, *& num. 28. & seq.* cum Abbate *in d. cap. quod in dubijs, num. 8.* ait beneficium ex hoc non vacare, sed interim esse in pendenti ad iudicium superioris, & ideo posse interim taliter renuntiantes, beneficia possidere, & in eis ministrare sine nouo consensu superioris, & glossam, quæ contrarium vult *in d. cap. quod Dei timorem communiter damnari.* Postea vero *num. 51.* ait, veram tamen esse conclusionem, vel taliter renuntiantes absque superiori non possint absque superioris consensur edire ad beneficia ita resignata, cum *d. glo. in d. cap. quod Dei timorem, & lib. 10. quæst. 2. num. 83. & 86.* tenet cum Felin. Selua, & Cassadoro *infra*, idem Cechus *de beneficijs & pension. c. 13. n. 1. & 2.* 220

Et pro ista sententia † facit *decisio 4. de renuntia in nouis*, alias 352. quæ ait, quod per renuntiationem factam in manibus superioris, licet non admissam, amittit renuntians ius, & possessionem, quamuis illa in nullo præiudicet superiori, quo minus possit ipsum retinere, si velit, sequuntur Sarnen. *in regula de infirmis, 9. 29.* & Mandosius *in eadem reg. 19. 9. 15. numer. 10.* 221

Facit etiam † *decis. 1. de electione in antiquioribus &* 8. *de renuntiat. in antiq. num 2.* quæ dicunt, quod tem- 222

pus conferendi currit Episcopo à tempore renuntiationis factæ in manibus priuati, & non à tempore ratihabitionis.

223 Sed his non obstantibus, † dicendum est, renuntiationem fieri non posse sine superioris authoritate, neque factam valere, etiam in præiudicium renuntiantis, *d. cap. admonet, cap. quod in dubiis, cap. nisi cum pridem, & cap. fin. de renuntiat. cap. 1. 17. quæst. 2. cum aliis*, ac ipsum beneficium nondum vacare, etiam quoad ipsum renuntiantem, sed adhuc post ipsam renuntiationem verum habere titulum, & ius in eo, donec ea renuntiatio per superiorem admittatur, seu ratificetur, Innocent. *in dicto capite, quod in dubiis, numer. 1.* & ibi Hostien. Cardinalis, Henriquez, Butrius, & Imola, Abbas *in cap. ad aures, numero 7. de his, quæ vi, & in dicto capite, quod Dei timorem, numer. 4.* vb dicit contra glossam ibi tenere omnes fere Doctores, Rota *decisione 3. & 4. de renuntiat. in antiquioribus & 14. eodem, in antiq.* alias 573. Felin. *in cap. in nostra, de rescript. corol. 34.* Staphil. *de literis gratiæ, tit. de variis mod. vacationis. §. resignationis modus, numero 13.* Selua *de beneficiis, 3. par. quæst. 11. nu. 32.* Rebuf. *in praxi, tit. de resignat one expressa, num. 11. & 13.* Berous *in cap 2. à numero 16. de restitut. spoliat.* Rosin. *de benefic. cap. 14. num 1. & 2. & à numer. 14. & 27* Cassador. *decis. 2. & 3. de renuntiat.* Puteus *decis. 420. libro 3.* Caputaquen. *decis. 45. parte 1.* & Mohedanus *decis. 22. de renuntiat.* alias 135. Nauar. *in capitulo accepta. de restitutione spoliator. oppo. 7. solutione, numero 23. 26. 27. 32. & 35.* vbi reprobat, & bene conuincit nouam interpretationem, & intellectum, quem ad dictum *caput quod in dubiis*, assignat Rebuff. *de pacificis possessor. num. 171.* alias 149. optime Couar. *libro 1. variar. cap. 5. numero 6.* Menoch. *de arbit. libro 2. casu 201. numero 47.* Quintanaduennas *libro 2. Ecclesiasticon, numero 10.* Ioan. Gutierrez *consil. 42. numero 4.* Cabedo *decis. 23. numer. 4. & 5. 2. parte*, Spino *in d. capitulo admonet, numero 2.* & Frechilla *in d. Rubrica de renuntiat. numero 5. & 6.* Tuschus *conclus. 165. 256. & 257. lit. R.*

224 Ex † quo inferunt Felinus, Selua, Rosin. & Menoch. *supra* de beneficio, taliter renuntiato, debere fieri
225 mentionem in impetratione secundi. Et † in vna Spoletana beneficiorum coram D. Mantica 31. Ianuarij, 1594. de qua supra *præced. parte capitulo 3. numero 11.* fuit tentum, non constare de scientia vacationis Abbatis ad quem collatio spectabat, licet sciuerit, fuisse resignationem admissam à Vicario, nam ad admittendam resignatione nrequiritur speciale mandatum, alias non inducitur vacatio, vt in vna Nolana Abbatiæ coram D. Blancheto, de mense Iunij, 1588.

226 Et quod dicitur, † renunciationem factam sine authoritate superioris tenere in præiudicium renuntiantis, est quoad hoc, vt superior possit eam approbare, & ratam habere, Abbas *in d. cap. quod Dei timorem*, Rota *sup & decis. 1. de renuntiatio. in antiq.* Felin. Selua, Rosin. *n. 34. & 36.* & Cassadorus, Puteus, Caputaq. & Mohedanus *supra.* idem Puteus *decis. 16. n. 3. lib. 2.* & Mandosius, qui sic debet intelligi, iuxta allegata per eum *de signatura gratiæ, tit. de resignatione, versic. concedi passim consueuit.*

227 Hoc tamen intelligo, nisi ante admissionem, † & ratificationem reuocauerit renuntiationem, & mutauerit voluntatem. nam re integra poterit pœnitere, Rota *d. decis. 1. in fine, & d. decis. 3. n. 2. versic dicunt tamen quidam, de renuntiat. in antiquiorib.* Sarnen. *de infirm. quæst. 29. circa finem*, & Petrus Gregorius *de benefic. cap. 31. num 11.* quamuis contrarium dicant *d. deci. 4. de renuntiat. n. 2. in antiquiorib.* & Felinus, & Selua *supra.*

Et ideo in supplicationibus, † vt dicit Mandosius 228
vbi proxime, & in literis ponitur illa clausula *siue præmisso, siue alio quouis modo, aut ex alterius cuiuscunque persona, seu per literam resignationem dicti N. vel cuiusuis alterius de illo in Romana Curia, vel extra eam etiam coram notario publico, & testibus sponte factam*

Quæ operatur, † vt Papa per eam approbare vi- 229
deatur renuntiationem factam coram non superiori de beneficio illo, & de illo sic vacante prouidere. Rota *d. decis. 1. de renuntiat. in antiquiorib.* Cassadorus *d. dec. 3. post principium*, Puteus *d. decis. 420.* & Caputaq. *dict. decis. 45.* quamuis alias Rota fuerit diuisa apud Mohedanum *d. dec. 22.* Granutius ad Simonetam *de reseruatio. quæst. 46. num. 6.* Flamin. Paris. *lib. 7. de resignatio. quæst. 25. n. 5. & libro 8. q. 7. n. 66. & à numero 147.*

Dicitur etiam, renuntiationem † tenere in præ- 230
iudicium renuntiantis, quoad hoc vt superior possit eum priuare ob delictum suum, quia resignauit sine consensu superioris, secundum Innocent. *in dict. cap. quod in dubiis, numer. 1.* per textum, *ibi*, cuius literam ait, hoc sonare, & Abb. *in d. cap. quod Dei timorem, n. 4.* Rota *d. decis. 3. & 4.* & Petrus Gregorius *d. cap. 31. nu. 11.*

Sed re vera † ille tex. non dicit, renuntiantem in 231
manibus laici, seu alterius non superioris ob hoc solum priuandum, seu spoliandum esse beneficio, sed tantum probat renuntiantem in manibus laici, & ab eo denuo susciptentem, quod maius delictum est, in pœnam suæ temeritatis, eodem beneficio esse priuandum & spolian. vnde cum pœnæ non sint extendendæ renuntians solum in manibus non superioris etiam laici, nõ videtur ob hoc debere priuari beneficio ratione delicti, quamuis renuntiatione per superiorem admissa, & ratificata saltim antequam renuntians illam reuocauerit, posset amoueri ab illo tanquam vacante per renuntiationem, iuxta dicta.

Nec obstat † *d. decisio 4. de renuntiat. in nouis*, quam 232
Sarnen. & Mandos. sequuntur, nam de veritate illius decisionis multum dubitat Papaz. *in additione, n. 5.* & contra eam tenent Cassadorus *d. dec. 2. & 3. de renuntiat.* Nauar. *sup. à n. 26.* & Couar. & Frechilla *d. n. 5.* & Petrus Gregorius *d. cap. 31. n. 3.* & Flamin. Paris. *lib. 1. de resignat. benefic. quæst. à n. 41. & quæst. 5. num. 9. 24. & 25.*

Nec rursus obstat † *d. decisio 1. de elect. in antiquiorib.* 233
cui consonat dicta *decisio 8. de renuntiat. in antiq.* nam de eius veritate videtur dubitare cassadorus dicta *dec. 2. .6.* & Nauar. *supra, n. 31.* ait, dubiam esse, & facile negari posse, & mihi quidem falsa videtur, sicut & *decisio 7. præbend. in antiquior.* cuius contrarium tenuit Rota in dicta Spoletana beneficiorum, de qua supra *num. 225.* & dixi *d. cap. 3. parte præcedenti, numero 11.*

Præterea, quando illa decisio † esset vera, non ob- 234
staret supradictæ resolutioni, vt ostendunt Cassadorus, & Nau. *vbi proxime.* Aduertendum † est tamen, 235
quod licet renuntians sine superioris authoritate non amittat ius & proprietatem beneficij, vt remanet dictum, amittit tamen possessionem, quæ facilius amittitur, Innocent. *in d. cap. quod in dubiis, numero 1.* & ibi Abbas, *num. 8.* Rota *d. decis. 3. num. 2. de renuntiat. in antiquior.* Felin. *d. corol. 34.* Selua *d. quæst. 11. nu. 32.* Probus ad Monach. *in cap. 2. de renuntiat. in 6. nu. 30.* Re-

30 Rebuff. *in praxi d.tit. de resignatione expressa num.* 13 Rosin. *supra num* 35 & 36. Cassadorus *decis.2.num.* 3. Menoch. *d.casu* 201. *num.*47. Rota *decis.*519. *numero* 2. *parte* 1. *diuersorum.* Cechus *d.capitulo* 13. *numero* 2. *in pri ncip.*

236 Circa † quod vide Nauarrum *in d. cap. accepta, dicta appositionis,* 7 *solutione, num.*33. & 37. *& per totam;* Mohe. *decis.*1. *de renuntiat.* & Flamin. *d. libro* 1. *capitulo* 5.

237 Et ita videtur † procedere decisio in causa Conchen. monasterij, 14 Decemb. 1551. coram D. Verallo, quam adducit Cota *in suis Miscellaneis manuscriptis, dec.*250. in qua fuit resolutum; communem opinionem esse, quod quando quis renunciat licet nulliter, tamen quoad renuntiantem, renuntiatio valet, & ei præiudicat, & amittit possessionem, ita quod non potest agere spolio, nisi incubuerit possessioni de facto, & hoc, quod incubuerit possessioni de facto est probandum per renuntiantem, cum ex voluntate sua & animo iam constet, quod voluerit possessionem dimittere.

238 Ampliantur autem † supradicta, vt etiam in renuntiatione tacita, vt quæ fit per adeptionem secundi incompatibilis, requiratur licentia, seu approbatio superioris, alias non vacat primum. Ita Innocent. *in d. cap. admonet,* & ibi Abbas, *& in d. cap. quod in dubiis, numero* 9 *& in cap. de multa, num.*5. *de præbend. & in cap. ex ore, de his, quæ fiunt à maiori parte Capituli, numero* 10. & ibi Imola, glos. *in d. cap. si qui vero, in fine, 7. quæst.*1. Corras. *d. cap.*8. *numero* 14. Rosin. *d. cap.*14. *à num.*36. Ioannes Quintinus *in repetit. cap. de multa, de præbend. num.*89. Rota *decis.*6. *de consuetud. in nouis, num.*4. dicens tamen contrarium seruari de consuetudine, Puteus, qui dicit communem *decis.*94. *libro* 1. Hoieda *de incompatibilitate beneficiorum,* 1. *parte cap.* 13. *num.*36. Petrus Gregor. *cap.* 25. *numer* 3. Flaminius Parisius, qui etiam dicit communem, *lib.*7. *de resignatione, quæstione* 3. Spino *in d. cap. admonet, num.*34. & ibi etiam Frechilla *numero* 21. Et inde est quod concludit Bonifac. *in Clement. si Romanus, de præbend. numer.*31.

239 Contrariam tamen sententiam † tenet glossa *in d. cap. ex ore, verb. renuntiasse,* per textum *ibi,* & ibidem Hostien. *n.*9. qui, vt inquit Abbas *in d. cap. admonet,* dicit, quod ita quotidie seruatur, eandem tenet Stephanus relatus per Card. *in Clemen. gratia, de rescript. num.*1.

240 Pro huius † difficultatis explicatione dico, quod duplex est renuntiatio tacita, quædam, quæ fine verbis fit facto hominis, vt in terminis *d.c. ex ore,* per reuerentiæ exhibitionem tanquam superiori, & in hac, cum ex consensu immediato renuntiantis fiat, requiritur consensus superioris, sicut in expressa, & ita procedit dicta communis sententia.

241 Sufficiet † tamen consensus tacitus ipsius superioris in acceptando istam renuntiationem tacitam, quē admodum sufficit consensus tacitus renuntiantis, vt dicit Abbas *in d. c. ex ore, n.* 10. qui ita intelligit illum textum: nam ex quo superior non contradixit, videtur tacite acceptasse.

242 Alia renuntiatio † tacita est, quæ à iure inducitur, & ipso iure fieri intelligitur, etiam parte contrarium protestante, vt ea, quæ fit per adeptionem secundi incompatibilis, & in aliis casibus relatis per Corasium *d.*1. *parte, cap.*10. *num.*1. *d. Clemen. gratia, de rescrip.* ibi: *Renuntiare videris,* iuncta glo. *ibi,* & Imola *num.*16. Rebuff. *in praxi, tit. de tacita renuntiatione,* Rosiniacus *d. cap.*14. *num.*3. Petrus Gregor. *de benefic. cap.* 28. *num.*4. & Flamin. Paris. *d. lib.*1. *quæst.*1. *à num* 9. Lessius *lib.*2. *cap.*34. *num.*189. Azor 2. *par. lib.*7. *cap* 19. *quæst.* 2. quæ non est vera renuntiatio expressa, neque tacita, sed perditio iuris, & ficta, & impropria renuntiatio, Nauar. *in d. cap. accepta, oppositione, num.*8. *solutione, num.*6. Frechilla *in rubrica de renuntiatione, numero* 24.

Et in hac † existimo contra communem non re- 243
quiri licentiam, seu approbationem superioris, cum ab ipso iure inducatur. Et procedit sententia glos. & Hostien. *in d. cap. ex ore,* ac Stephani citati, quæ re vera in praxi videtur recepta, vt tradit idem Hostien. *in d. cap. admonet, n.*15. *ad finem*; cum quo sacra Congregatio Concilij visa est inclinare, cum in ea ista quæstio proponeretur, cuius solutionem ad se non pertinere dixit sed petendam esse ex dispositione iuris communis, & ita recte tenet Quintana duennas post hæc scripta visus *lib.*4. *Ecclesiast. num.*89. & Gonçalez *gl.*14. *nu.*71. vbi ait, quod huiusmodi tacita resignatio non requirit authoritatem superioris sicut expressa, & allegat Capram *in Clem. gratiæ, n.*5. *de rescrip.*

Pro qua sententia facit in simili † textus *in c. fin. de* 244
*foro competenti, & in c.*1. *§. contrahentes eodem tit. in* 6. *& in cap.*1. *& 2. de mutuis petitionib. & in c. dispendia, §. reus quoque, de rescrip. in* 6. vbi etiamsi clericus non possit consentire in alium iudicem, nec illius iurisdictionem prorogare, sine consensu, & licentia proprij Episcopi, *c.*1. *& c. significasti, de foro competenti,* tamen ratione delicti, aut contractus, & etiam in causa reconuentionis, manet prorogata iurisdictio aliena sine licentia proprij Episcopi, quoniam prorogatio fit legis authoritate.

Facit etiam pro ista sententia † tex. *in d. c. de mul-* 245
ta, de præbend. & in Extauag. execrabilis, de præbend. versi. qui vero, vbi dicitur, quod per assecutionem secundi incompatibilis, eo ipso vacat ipso iure primū beneficium, & quod is, ad quem prioris spectat collatio, illud post receptionem alterius libere conferre potest: videtur ergo, non esse necessaria licentia superioris.

Et illa † dimissio, quæ iubetur fieri *in d. versiculo* 246
qui vero, non est ad effectum, vt per eam vacet beneficium, quod iam vacauerat ipso iure, vt ibi dicitur vt optime dicit glossa Cencelini, *ibi, verb. dimittere in extrauag.* Ioannis XXII. quæ ait, quod illa dimissio ad factum refertur solum; cum iure in illo competenti sint priuati, sed vt vere, & cum effectu dimittatur, & materiæ fraudum non sit locus. Ægidius Bellamera *decis.*754 *sub num.*3. vel vt dicit Ægidius, *ibi,* vt Ordinarius citius sciens dimissionem, citius de reseruatis Papæ referat, vtque ipse citius conferat.

Limitantur † vero supradicta, vt non procedant 247
in renuntiatione literarum ad beneficia, seu iuris ad rem, nam absque superioris authoritate renuntiari potest literis ad beneficia, ac iuri ad rem, ad beneficium competenti per electionem præsentationem, &c. *vt in cap. ad audientiam,* 2. *de rescrip. & cap. sane, de renuntiat.* & docet glossa, & Doctores *in cap. si electio, de elect. in* 6 Innocent *in d. cap. quod in dubiis,* & ibi Dd. Lambert. *de iure patronat. lib.*3. *quæst.*5. *artic.*5. Corras. *d. cap.*8. *numer.*15. Rosiniacus *supra à numer.* 41. Nauar. *in cap. si quando, de rescript. except.* 6. *num.* 3. Flamin. Parisius, qui plures Dd. & decisiones Rotæ refert, & dicit communem *d. libro* 7. *quæst.*1. *à num.* 74. *ad* 99. *& libro* 2. *quæst.*23. *n.*18 & Cechus *d. cap.*13. *numer.*2. 5. *lim.* Frechilla *in cap. admonet, de renuntiat.*

numero 20. & *in rub. numero* 25. & 26.

248 Aduertendum † tamen est, falsum videri quod Flamin. Paris. *ibi d. q.* 1. *numer.* 100. dicit, quod potest quis absque authoritate superioris tacite renuntiare literis beneficiorum vacantium, in quibus per collationem in ipsis literis factam, & acceptationem habet ius in re, non capiendo possessionem illorum, nam cum illis non possit renuntiare expresse absque authoritate superioris, quia iuri in re non potest renuntiare absque superiore, vt ipse Flamin. ait, *nu.* 99. & Rota *dec.* 14. *de renuntiat. in antiq. ante num.* 2. non poterit etiam illis renuntiare tacite, non capiendo possessionem absque authoritate superioris, saltim tacita, iuxta supradicta *a num.* 238. & Abbas, quem ipse allegat *in d. c. ad audientiam*, 2. *de rescrip. num.* 3. loquitur expresse in literis ad beneficia obtinenda, & non obtenta.

249 Secundo limitantur, † vt non procedant in renuntiatione beneficij litigiosi, in qua, si tamen ius anceps sit, & ambiguum, superioris authoritas non desideratur, *c.* 2. *de in integr. restitut.* ita post Abbatem *in d. c. quod in dubiis*, *num.* 4. Corras. *d. cap.* 8. *nu.* 16 & Rosiniacum *supra nu.* 43. & 44. & alios plures, quos refert, tradit Flamin. Paris. *dict. lib.* 7. *quæst.* 1. *num.* 104. & 105. dicens communem, & Cechus *d. cap.* 13. *num.* 2. 6. *limit.*

250 Præterea intrusus † potest renuntiare beneficio, detento propria authoritate, quando est intrusus existenter, & apparenter carens titulo, glossa *in cap. nisi cum pridem, de renuntiat. verb. sed dum taxat*, Felin. *in dict. cap. in nostra, de rescript. corol.* 2. *num.* 13. de quo Flamin. Paris. *d. lib.* 2. *qu.* 2. Cech. *d. numero* 2. 7. *fallen.*

251 Superiorem † autem hic intellige non collatorem, sed eum, qui potestatem habet instituendi, & destituendi, glos. *in Clem. vnica. de renunciat.* Staphil. *d. §. resignationis modus*, *n.* 13 Corras. *d. c.* 8. *n.* 13. Flam. Par. *d. lib.* 7. *q.* 10. *per totam, & q.* 15. & 16. qui plures refert,

252 & Cechus *d. n.* 2. Azor 2. *parte, lib.* 7. *c.* 19. *q.* 7. † vt Papam *c. denique*, 6. *q.* 3. Corras. *ibi*, & Flamin. Paris. *d. lib.* 7. *q.* 11. legatum à latere, *c. si Abbatem, §. fi. de elect.*

253 *in* 6. Corras. *ibidem*, & Flamin. Paris. *d. lib.* 7. *q.* 13. † & Episcopum *c. cum ex iniuncto, §. fin. de hæret. c. nullus*, 16. *q.* 7. *cum aliis*, Corras. *ibidem*, & Flamin. Paris. *d. li.* 7. *q.* 14.

254 Et idem † erit in inferiori habente Episcopalem iurisdictionem, Flores *quæstion. vigesimaquarta, numero vigesimoprimo*, vt de permutatione dicetur *cap. seq. numero* 70.

255 Vicarius autem ipsius † Episcopi non potest resignationes admittere, nisi habeat speciale mandatum, vt in illa Spoletana beneficiorum supra relata *num.* 225. Staphileus *d. §. resignationis modus, num.* 19. Pauinus *de offic. & potestate Capituli sede vacante*, 2. *parte, quæst.* 10. Rebuff. *in forma vicariatus, numero* 106. Cuchus *in institutionib. maiorib. lib.* 2. *tit.* 8. *num.* 82. Flamin. Paris. *d. lib.* 7. *quæst.* 24. Strocius *de vicario Episcopi, lib.* 2. *quæstione* 130. Cerola *in praxi Episcopali* 1. *parte, verb. renuntiatio, §.* 4 & Cechus *d. cap.* 13. *num.* 2. *vicarius, vers. quoque*, & est *consultum* Calder. 3. *de renuntiat.*

256 Sed bene potest eas admittere † Capitulum sede vacante, cum fungatur vice Episcopi, & succedat in eius iurisdictione, Abbas *in cap. cum olim, de maiorit. & obedientia*, & ibi Felinus *numero quarto*, Rota *decisio. sexta de rerum permutat. in nouis*, Pauinus *d. secunda parte, quæst. secunda, à numero* 11. Corras. *d. cap.* 8. *numero* 17. Cuchus *d. libro* 2. *tit.* 9. *à n.* 40. qui receptum dicit, Flaminius Parisius *d. lib.* 7. *quæstione* 23. *n.* 20. & Sbrocius *d. lib.* 2. *quæstione* 71. *num.* 12. qui plures referunt, Azor 2. *parte, lib.* 3. *c.* 38. *quæst.* 3. & *lib.* 7. *c.* 19. *q.* 7.

257 Quamuis † contrarium teneat Rebuff. *in praxi, tit. de deuolutio. nu.* 94. & 95. nisi in resignatione, quæ fit ex causa permutationis, quam ait solum posse recipere, quia est necessaria, & cum causa, cum quo videtur tenere Rosiniacus, *c.* 33. *n.* 2.

258 Et procedit † non solum in resignatione quæ fit in resignantis pœnam, sed etiam in qualibet resignatione, Pauin. *supra nu.* 13. & Sbrocius *d. nu.* 12 quamuis contrarium cum Lapo dicat Flamin. Paris. *vbi proxime, n.* 35 & 36. & Cech. *d. c.* 13. *num.* 2. *sub vers. quinto loco*, & Prosper de August. *in additione ad summam Bullary, verb. Capitulum sede vacante, sub n.* 1. *q.* 9. *limitatione* 5.

259 Nec obstat † ratio Flaminij, quod Capitulum solum succedat in his quæ sunt iustitiæ, non autem in his quæ sunt gratiæ, Ioannes Andr. *in c. vnico de maiorit. & obedien. in* 6. Quia respondetur, imo regulam esse, quod Capitulum sede vacante fungitur vice Episcopi, & succedunt in omnibus, quæ sunt iurisdictionis ordinariæ, exceptis casibus à iure expressis, vt dictum est supra 5. *par. c.* 7. & hic casus non reperitur in iure exceptus.

260 Procedit etiam † non solum in beneficiis spectantibus ad collationem Episcopi, & Capituli, sed etiam in spectantibus ad collationem solius Episcopi, vt tradit Pauin *sup. n* 13. & Doctores citati, generaliter & indistincte loquuntur, quamuis Flaminius Parisius *d. quæstione* 23 *num.* 37. & 38 & prosper de August. *supra* contrarium dicat. Et Rota *d. decis.* 9 *de rerum permutat. num.* 2. *in fine*, & Puteus *decis.* 329. *lib.* 2. quos pro se allegat, loquuntur in resignatione ex causa permutationis, in qua est diuersa ratio, vt videbimus *cap. seq. à num.* 75.

261 Itaque qui † solum haberet potestatem conferendi, vt executor datus ad prouidendum de beneficiis vacantibus, vel vacaturis, non posset recipere resignationem alicuius volentis in eius manibus beneficium suum resignare, vt de eo prouideat, nisi hoc ei nominatim esset iniunctum, *cap. dudum, in princip. de præbend. in* 6. Rota *decisio.* 5. & 13. *de renuntiat.* alias 218. & 531. *in antiq.* Corras *dict. cap.* 8. *numer.* 17. & Flaminius Parisius *d. lib.* 7. *quæstion.* 10. *numero* 36. & 37.

262 Et generaliter, qui iure † speciali beneficium confert, quoniam destituere non potest, resignationi authoritatem non interponit, glossa & Abbas *in d. cap. cum ex iniuncto. §. fin. de hæret.* Felinus *in cap. audita, numero* 13. *de præscript.* Staphileus *dict. §. resignationis modus, à numero* 13. Rebuff. *in d. forma vicariatus, numero* 108. Corras. *d. cap.* 8. *numero* 18. Rosiniacus *de benefi. cap.* 1. *numero* 13. 14. & 15. & *cap.* 14. *à numero* 52. Flaminius Parisius *dict. libro* 7. *quæst.* 10. *à numero* 21. Cerola *d. verb. renuntiatio. §.* 4. & Azor *dict. libro* 7. *cap.* 19. *q.* 7. quidquid velit Lessius *lib.* 2. *cap.* 34. *numero* 191.

263 Aduerte tamen, † quod illud quod ibi dicit Flamin. *num.* 26. quod si priuilegium conferendi concessum fuerit ab eo, cuius iurisdictioni tantum detrahitur, venit facultas destituendi, & per consequens recipiendi resignationem, vt tradit Abbas *in d. cap. cum ex iniuncto, num.* 5 vbi id sequitur Alexander de Neuo *in additione ad eundem*, nisi addatur dictio taxatiua, in priuilegio, mihi non videtur verum, nam conferre, & destituere sunt longe diuersa, Hierony-

ronymus Gabriel *consil.* 187. *lib.* 1. Vnde quamuis simus in priuilegio latissime interpretando contra cõcedentem, non potest venire facultas destituendi, *argumen. l. Papinianus exul, ff. de minoribus*; Francus *in cap. susceptum, de rescript. in* 6. *nu.* 6. Cæsar de Grassis *decis.* 118. *num.* 11. *& decis.* 120. *num.* 8. Et conuincitur etiam ex eo quod ipse Flaminius Parisius *tbi num.* 38. *& quæst.* 24. *eiusdem libri, numer.* 15 post alios docet, quod vicarius Episcopi habens facultatem conferendi beneficia, non potest recipere eorum resignationes, & tamen hic agitur de præiudicio Episcopi tantum.

264 Quinto notandum est, quod † beneficium resignatum potest ab ordinario libere conferri, & à clerico impetrari, *cap.* 2. *de rescript.* cum vacet per resignationem, vt in principio capituli diximus, Corras. *d. capitulo* 8. *numero* 9. & Flamin. Paris. dicens communem, & plures referens *libro* 1. *quæstione* 4. *numer.* 57. *& seq.*

265 Quod tamen intellige de beneficiis † simpliciter resignatis, quę quibuslibet alias idoneis possunt libere conferri, & impetrari, nam resignata in fauorem, & sic conditionaliter, non nisi iis, in quorum fauorē resignantur, possunt conferri, Puteus *decis.* 177. *lib.* 3. *num.* 3. Rosiniacus *d. cap.* 14. *à nu.* 14. Granutius ad Simonetam, *de reseruationib. q.* 89. *n.* 9 & Flaminius Pa-
266 risius *d. quæstione* 4. *à n.* 59. † qui *nu.* 62. inquit, quod cum coram ordinariis non renuntietur beneficia, nisi simpliciter, possunt per eos conferri libere quibuslibet, excipiendo tamen casus exceptos per *constitutionem* 58. Pij V. de qua supra 2. *par. cap. vlt. à nu.* 198. videlicet, quod beneficia coram ordinariis resignata non possunt conferri consanguineis, affinibus, aut familiaribus ipsorum collatorum, vel resignantium, iuxta dictam constitutionem, *versic. cæterum præcipimus.*

267 Quod etiam procedit † in parochialibus Ecclesiis prouidendis per concursum, vt sacra Congreg. Concil. censuit, & dictum est supra 9. *par. cap.* 12. *dubio* 12. *à n.* 210.

268 Non tamen procedit † in beneficiis iurispatronatus, vt declarauit Gregorius XIII. vt in fine & declaratione seq. *Nos Hieronymus tituli S. Pancratij S. R. E. presbyter Cardinalis Matthæus fidem facimus & attestamur in libris S. Congregationis Concilij, qui apud nos asseruantur, adnotatū esse, quod sel. record. Gregor. XIII. declarauit, beneficia iurispatronatus non comprehendi* in §. cæterum contento. in constit. *S. memoriæ Pij V. relaxante prohibitionem de non admittendis resignationibus: quo §. prohibentur Episcopi beneficia in eorum manibus resignata, eorum, aut resignantium affinibus consanguineis, vel familiaribus conferre. Hieron. Card. Matthæus.* Quam declarationem ponit Prosper. de August. *in appen. ad summam bullarij Quarantæ, p.* 2. *verb. resignatio beneficiorum, pag.* 608. eamque ex authentico habuisse ait, & factam fuisse fidem istam ad requisitionem Reuerendis. Archiepiscopi Salernitani. Et ratio istius declarationis est, quia beneficia iurispatronatus debent conferri præsentatis à patronis, quibus *d. §. cæterum*, non interdicitur præsentatio consanguineorum, affinium, vel familiarium, nec de eis loquitur *ille §.* qui tamen procedit, & loquitur in collatoribus etiam inferioribus Episcopo.

269 Et videnda † est d. constitutio Pij V. quæ præscribit casus, in quibus ordinarij possunt admittere resignationes, & eam ponit, & late declarat Flaminius Parisius *l. b.* 5. *de resignat. quæst. vlt.* Prosper. de August. *in addit. ad sum. Bullar. verb. beneficiorum resignatio.* Azor 2. *p. lib.* 7. *c.* 19. *quæst.* 5 post Fusc. *de visit. lib* 2. *cap.* 28. *ex num.* 14. videque circa eam decis. Rotæ Virdunen canonicatus, 13. Maij, 1596. inf. adductam *numero* 332. & Greg. Brand. *ad concordata Germaniæ, quæst.* 12. quam refert Gonçal. *ad reg. mensium, glos.* 14. *numero* 25. *& 31.*

Quæ tamen † constitutio non videtur bene seruari in Hispania, vbi prætenditur, eam non esse receptam, sed esse ab ea supplicatum, saltim quoad illud de non conferendis beneficiis resignatis consanguineis, affinibus, aut familiaribus collatorum, vel resignantium, & audiui ita fuisse per Consilium Regium scriptum Episcopis. 270

Et cum in vna † Hipporegien. canonicatus, 24. 271
Maij, 1584. coram D. Orano prætenderetur, d. constit. non habere locum in ciuitate & diœcesi Hipporegien. nec ibi fuisse vsu receptam, Domini firmarunt, habere locum in d. ciuitate, & diœcesi, quia publicata Romæ, & papa voluit omnes, & singulos perinde afficere, & obligare, ac si illis fuisset singulariter intimata, & præsumi esse in vsu, quamdiu non fuit probatum contrarium, Cresc en. *decis.* 79. Rolan. *consi.* 90. *n.* 54. *lib.* 1.

Et an supplicatio † interposita à lege, & constit. ge- 272
nerali suspendat interim eius executionem, donec 2. iussio superueniat, vide Man. Rod. *qq. regul.* 1. *tom.* 3. 6. *art.* 7 Gab. Vaz. 1. 2. *tom.* 2 *disp.* 156. *n.* 43. Lorcan *ead.* 1. 2. *disp.* 20. *de legib.* qui recte ostendunt, non suspendere, licet contrarium teneat F. Franc. de Sosa Generalis sui Ordinis S. Francisci. Episcopusque Canarien. & nunc Consilij Inquisitionis super constit. Clementis VIII. de largitione munerum Regularibus interdicta §. 12. *nu.* 109. & 112. & alij circa constit. Pij V. *de censib.*

§. 4.

De publicandis resignationibus.

SVMMARIA.

Resignatio etiam causa permutationis publicari debet iuxta constit. Greg. XIII. & eius formam, per quam constitutio Pij V. fuit in totum abrogata, numero 273. *& summa dict. constit. Greg. ponitur*, numero 274.

Ea constitutio solum loquitur de resignationibus etiam causa permutationis, & cessionibus, & sic non procedit in coadiutoria etiam de consensu cum futura successione, nam licet videatur habere naturam resignationis, non est vere resignatio. n. 275.

Dicta constitutio habet etiam locum in resignationibus nullis, seu inualidis, n. 276. *sed non intrat vacatio, ex d. constitutione, ob non publicationem, quando resignatio alias est nulla ex defectu consensus: nam tunc vere non est resignatio. Et sic quamuis tempus publicandi currat à data gratiæ, intelligitur, modo sit præstitus, & extensus consensus*, num 277. *Et adducitur resolutio Rotæ.* num. 278. *Et ita accipitur Flam. Paris.* nu. 280.

Similiter non videtur intrare vacatio, ex dicta constitutione, ob non publicationem, quando resignatio est nulla: quia resignans in sacris constitutus non habet aliunde, vnde viuere possit, vt Papa vult; aut quia non fuit facta mentio, quod ad illius titulum est ordinatus. nu. 279.

Nec intrat vacatio ex dicta constitutione, ob non publicationem, quando resignatarius decessit intra tempus datum ad publicandum, n. 281.

Dicta constitutio capit resignationem factam in manibus ordinarij. n. 287. *etiam quod ordinarius de beneficio resignato non disposuit.* n. 283. *vbi ponitur resolutio Rotæ in vna Mediolanensi, in qua habetur, quod licet in vnione non sit necessaria publicatio, id procedit data validitate vnionis, secus vbi beneficium resignatum vnitur nulliter, quamuis in eadem, & antea in alia Mediolanensi relata fuisset contrarium decisum.* nu. 284. *Sed verius necessariam esse publicationem, quando vnio est inualida, & intrare d. const. Greg. XIII.* n. 285.

Etiã in vnione valida beneficij resignati requiritur publicatio, & habet locum const. Greg. XIII. quamuis const. Pij V. non procederet in vnionibus. numero 286.

Cum impetratur beneficium coram ordinario resignatum ob non factam prouisionem per ordinarium, seu publicationem infra tempus d. constit. præfixum, impetrans debet publicare infra sex, aut nouem menses: & non infra tres, contra notata n. 287. *& restitutio ad publicandum impetrata ante lapsum tempus non suffragatur, nisi Papa id intellexerit, contra eandem.* numero 288.

Quoad resignationes & permutationes coram ordinario factas, ista constitutio non videtur vsu recepta in his partibus. n. 289.

Publicatio facienda est cum literis, seu earum transumpto authentico in manibus. num. 290. *vbi ponitur formula publicationis: nec opus est ipsas literas legere, nec earum datam.* num 291. *& oportet eam facere in lingua vulgari, quamuis non sit necessarium,* numer. 292.

Non valet publicatio facta summissa voce, & in tali loco, quod plerique eam nõ intelligunt, sed solum illi, qui sũt in testes adhibiti: & si qui forte prope sint. n. 293. *nam & publicatio facta in choro coram canonicis & presbyteris dumtaxat est nulla, ex Rota* n. 294.

Debet affigi in valuis Ecclesiæ exemplum continens ea, quæ dicta sunt, & debet affigi quædam charta, quæ sufficit quod sit simplex, in qua dicatur, vt in formula posita, n. 295. *Et sufficit affigi in vna porta, quamuis Ecclesia plures habeat.* n. 296. *praxis tamen habet, vt affigatur copia integra ipsarum literarum quo pacto pinguius adimpletur forma dictæ constitutionis,* num. 297. *sicut etiam pinguius adimpletur affigendo ipsummet originale.* numero 289. *vbi adducitur decisio Rotæ.*

Publicatio, & apprehensio, seu petitio possessionis in tempore, est pars resignationis. & sic qui nititur resignatione, id probare debet. n. 299. *vbi ponitur decisio Rotæ, &* n. 300.

Quod etiam procedit in gratia, & impetratione ob non publicationem. num. 301. *vbi adducitur resolutio Rotæ.*

Publicatio probari potest, non solum instrumento authentico, nempe à notario cum testibus nominatim expressis confecto. numero 302. *sed etiam testibus,* numero 303.

Publicatio facta extra tempus constitutionis non suffragatur, nec restitutio obtenta ad publicandum, si fuit impetrata lite pendente, nec de ea fuit facta mentio: n. 304. *vbi ponitur resolutio Rotæ.*

Quod debeat doceri de publicatione, hodie stante dicta constitutione Gregorij Decimiterty, tantum procedit, quãdo resignatarius agit ad canonizationem suæ gratiæ, secus quando non vult suam gratiam canonizare, sed tantum nititur excludere vacationem per obitum, de qua in gratia aduersarij. nu. 305. *vbi ponitur decisio Rotæ, &* n. seq. *vbi ponitur resolutio eiusdem, Idem fuit resolutum in causa Abul. beneficij, sunt tamen dictum, quod ad excludendam vacationem per obitum contra actorem, qui probauit intentionem suã, debet in cæteris iustificari resignatio, etiam per eum, & possessorem, vt in dec. posita* n. 307.

Impetrans ob non publicationem tenetur istam negatiuã plene probare. n. 308. *nam negatiua debet plene probari per eum, qui in ea se fundat, siue agendo, siue excipiendo.* n. 309. *& adducitur resolutio Rotæ.* n. 310. *& decisio eiusdem.* n. 311.

Id in tantum est verum, vt etiam post probatam non publicationem, donec declaretur id per iudicem, detur manutentio resignatario. n. 312.

Illud maxime procedit, quando resignatarius est triennalis pacificus possessor, quia ex triennali possessione præsumitur publicatio. n. 313. *quæ tamen præsumptio non habebat locum in spolio, quando resignans in terminis constitutionis Pij V. agebat spolio contra resignatarium, qui non docebat de publicatione.* n. 314. *nam nec triennalis, nec allegatio Lapi, habent locum in spolio.* n. 315.

Quibus modis possit probari huiusmodi negatiua non publicationis, remissiue. n. 316. *& adducitur resolutio Rotæ, quod non probetur nisi per confessionem partis, vel probato quod literæ non fuerunt expeditæ intra tempus ad publicandum. Et idem est, quando fuerunt expeditæ intra tẽpus, ad finem tamen termini, ita vt nõ potuerit deferri in tẽpore ad locũ,* n. 317. *Et negatiuæ non expeditionis literarum probatur ex diligentijs factis in Cancellaria, Camera, & registro secreto, parte citata.* n. 318.

Probatur non publicationis negatiua ex non petitione possessionis infra tempus, & ex eo quod infra tempus datum ad publicandum non habuit resignatarius collationem, sine qua possessio adipisci non potest: nam cõstitutio intelligitur de valida possessione. n. 319. & seq. *vbi ponitur decisio Rotæ, & intrat vacatio ex dicta constitutione, si non est petita possessio infra tempus, etiam quod resignatio alias fuerit nulla: nec est satisfactum per præsentationem commissionis super executione literarum, & petitionem executionis earum, nisi copulatiue etiam concurrat, quod possessio instanter petatur, ex Rota* num. 321. *nec satis sit per mandatum de immittendo datum in ipsa collatione, seu purificatione gratiæ in forma dignum, ex eadem,* numero 322.

Contra prædictam resolutionem, quod non publicationis negatiua probetur ex eo, quod infra tempus datum ad publicandum non habuit resignatarius collationem, obijcitur primo, quod cum literæ resignationis nullæ publicantur, & capitur possessio, obtento postea perinde valere, non est opus alia publicatione: & quod dicta constitutio vult resignationes etiam nullas, & inualidas publicari, & ex eis apprehendi, seu peti possessionem, &c. n. 323. *Secundo, quod ex actu nullo amittitur, & acquiritur possessio* n. 324. *& possessio capta sine titulo est mala, & iniusta, non tamen nulla.* num. 325.

Author dicit, prædictam resolutionem Rotæ procedere in casu, in quo loquitur, nempe quando resignatarius non habuit collationem, nec bene, nec male, aut eam non habuit ab executore deputato, tunc enim etsi infra tempus apprehenderet possessionem, non satisfaceret d. constitutioni. numer. 326. *Quamuis ad publicationem*

non sit

non sit necessarium factam esse collationem ab executore, num. 327. *At vbi virtute resignationis & literarum facta esset collatio resignatario per executorem, siue bene, siue male, siue valide, siue inualide: & successiue apprehensa possessio infra tempus datum in dicta constitutione, non videtur illa intrare*, numero 328.

Si probatur publicatio facta non debito tempore, præsumitur non fuisse facta alias debito tempore, num. 329. *Quod procedit, dummodo constet illam publicationem esse factam per resignatarium, seu de eius ordine, non alias*, num. 330. *vbi ponitur decisio Rotæ sic accipienda.*

An dicta constitutio obstet resignatario, quod non vult capere beneficium ex resignatione, sed ex alia vacatione propter clausulas generales, n. 331. *& non obstare fuit per Rotam resolutum in decisione adducta* nu. 332. *Sed ista decisio non placet*, ex vers. quod si quicquam *d. const.* n. 333.

Dicta constitutio non habet locum in beneficiis vacantibus per adoptionem aliorum, iuxta decretum apponi solitum de dimittendo libere in manibus Sanctissimi intra duos menses, ex Rota, n. 334. *Et alia decisio, quæ contrarium videbatur decidere, loquitur in resignatione facta ad fauorem, licet de vacante per adoptionem secundi, iuxta decretum*, n. 335. *Et ratio est, quia respectu resignationum in manibus Papæ dicta Constitutio solum videtur loqui de resignatione in fauorem, arctando resignatarium ad publicationem intra tempus, de quo ibi, & non de resignationibus simplicibus, maxime ex decreto, in quibus Papa potest libere, & quandocunque prouidere*, nu. 336 *Quamuis respectu resignationum coram ordinario loquatur de resignationibus libere, & simpliciter factis, etiam coram ordinario, qui non prouidit intra mensem, ita vt collatio sit deuoluta ad sedem Apostolicam, &c.* numero 337.

Alia circa d. Constitutionem videnda per Flamin. Paris. num. 338.

73 VLtimo notandum † est, quod resignatio etiam causa permutationis, publicari debet iuxta perpetuam constitutionem Greg. XIII. & eius formam, quæ hodie viget & est in bullar. 87. *in ordine*, & apud Flam. Paris. *de resignat. benef. lib.* II. *in præfat. numero* 5. & Quarantam, *in summa bullary, verb. beneficiorum resignatorum publicationem*, Prosper de Augusti. *in addit.* per quam constitutionem alia *constitutio* perpetua Pij V. 182. posita per eundem Flam. *ibi, n.* 3. fuit in totum abrogata, vt per eundem Flam. *ibi à n.* 6. *& in quæst.* II.

Et quod † in summa continet d. constitut. Gregor.
274 XIII. est primo, quod omnes resignationes, etiam causa permutationis, de quibuscunque beneficiis, nec non cessione litis, & iurium beneficij per cessionarium, tempore cessionis non possessi factæ in manibus Papæ, & super eis prouisiones, seu mandata de prouidendo, publicari debeant cum literis Apostolicis desuper confectis intra sex menses, si beneficiū intra menses fuerit, siue vero, vt in Hispania, intra nouem à data prima concessionis gratiæ, non autem à die præstiti consensus numerandos. Secundo, quod ipsa publicatio fiat in cathedrali & in beneficij ecclesia, vel ecclesiis, si illud in pluribus sit: & si ecclesia est ruralis in parochiali, intra cuius limites consistit: & si locus bello pesti, aliisve manifestis periculis subiacet, in proxima parochiali, dum frequens populus ad Missarum solemnia conueneri, palam omnibus prædictas literas Apostolicas, earumve transumptum authenticum exhibendo, claraque, & intelligibili voce pronunciando resignationem, seu cessionem, ac beneficij qualitatem, & inuocationem, nominaque, & cognomina resignantis, seu cedentis, ac illius, in cuius fauorem gratia facta est, ita vt hæc omnia possint ad notitiam ibi existentium verisimiliter peruenire, & de quibus omnibus scripto exemplo collato valuis aliarum Ecclesiarum affixum relinquatur. Tertio, quod intra dictum tempus gratiam habens possessionem beneficij, etiam litigiosi, & à cedente non possessi, vigore literarum Apostolicarum desuper confectarum, nec alias apprehēdere debeat, & si propter litem, vel aliud legitimum impedimentum, nequiuerit saltim literas Apostolicas cum earum publicatione, si tunc facta erit iudici, seu executori illarum, vel iis, ad quos pertinet, intra idem tempus præsentare & apud illum, vel illos. pro ipsarum literarum executione instare, & possessionem huiusmodi instanter petere teneatur: alias gratia sit irrita, & inanis, nullaque alia gratia super huiusmodi beneficio, seu iure cessio, iis quibus concessa fuerit suffragetur, sed ipsi inhabiles, & incapaces sint ad huiusmodi beneficia quandocumque obtinenda, ipsaque, siue iura, ab ipsa statim prima resignatione, seu cessione etiam si illæ alias nullæ, & inualidæ essent, vacauisse, & tunc vacare cēseantur eo ipso, &c. Quarto, quod resignationes beneficiorum etiam ex causa permutationes in manibus ordinariorum, & aliorum inferiorum à Papa factæ infra mensem debeant admitti, vel reiici, & prouisio, si per eos facienda erit, fieri, & prouisus infra tres menses à die factæ prouisionis illam publicet, & possessionem beneficij capiat modo & forma prædictis, alioquin nulla sit prouisio, & beneficium vacare censeatur eo ipso, eiusque dispositio ad sedem Apostolicam deuoluta existat, &c.

Ex qua constit. apparet † primo eam solum loqui 275
de resignationibus etiam causa permutationis, & cessionibus, & sic non procederet in coadiutoria, etiamsi de consensu cum futura successione. nam licet videatur habere naturam resignationis. Mand. *de sign. gratit. de coadiuto. verb. si in Papa.* ea nō est vere resignatio, Mohe. *dec.* 1. *de priu.* alias 338. Putei 108. *lib.* 2. Rot. *dec.* 10. *n.* 3. *li.* 3. *par.* 3. *diuers.* & sic ei non conueniunt verba constitutionis, nec etiam eius rationes. Nec eius dispositio potest illi adaptari cum in coadiutoria non possit capi possessio beneficij infra sex aut nouē menses à tempore datæ, & ita sine dubio tenendum est, quamuis aliqui de hoc dubitauerint, & aliquæ coadiutoriæ sint publicatæ, & ita post hæc vidi tenere Gonçal. *gl.* 5 *§.* 6. *à n.* 69. & particulariter *n.* 72.

Secundo † apparet, dictam constitutionem habere 276
etiam locum in resignationib. nullis, seu inualidis. vt in ipsa dicitur, & fuit dictum in vna Lugdun. canonicatus, 8. Iunij, 1598. coram D. Lira.

Aduertendum † vero est, non intrare vacationem 277
ex d. constitutione ob non publicationē, quando resignatio alias nulla est ex defectu cōsensus, vt fuit dictum in vna Hispalen. & Cordub. præstimoniorum, 14. Iunij 1600. coram D. Lancelloto. vbi dicitur, ita in illa, & aliis causis fuisse resolutum. Et est ratio, nam tunc vere non est resignatio. Vnde, quamuis tempus publicandi currat à data gratiæ, intelligitur, modo sit præstitus, & extensus consensus talis resignationis. nam alias non dicitur esse resignatio.

278 Vnde † in vna Vercell. canonicatus, 23. Ian. 1598. coram D. meo Corduba fuit resolutum, quod *stante resignatione non sortita effectum, nec abdicato iure à resignante propter non adimplementum conditionum, & pactorum, quæ fuerant apposita in resignatione, non potest esse locus constitutioni Gregorianæ de publicandis, quæ licet annullet resignationes nullas, hoc tamen non procedit in nullitate proueniente ex defectu consensus, vt fuit resolutum in causa Brixien. parochialis sub die 10. Maij, 1589. coram D. Plato, quamuis non publicatio, quæ est probanda ab eo, qui fundat suam intentionem super ista negatiua, vt fuit alias resolutum, satis videbatur probata ex diligentiis factis in Cancellaria, Camera, & registro secreto, parte citata, quæ bene probant negatiuam non expeditionis literarum, iuxta* decis. *Cassad.* 5. num. 4. super reg. *Et fuit dictum in Calagur. de Arriola*, 26. *Iun.* 1595. *coram D. Gipsio, in Oxom. scholastr.* 9. *Sept.* 1590. *coram D. Bubalo, & consequenter non factam publicationem, quæ præcedentem literarum expeditionem requirit, iuxta d. constit. Greg. quamuis secundum illam Pij V. potuisset fieri ante expeditionem. Et idem fuit resolutum in illa Aretina plebis* 4. *Decemb.* 1600. *coram D. Mellino sup. adducta* 1. p. c. 5. n. 438.

279 Et † similiter non videtur intrare vacatio ex d. constit. ob non publicationem, quando resignatio est nulla, quia resignans in sacris constitutus non habet aliunde, vnde commode viuere possit, vt Papa vult: nam tunc resignatio est nulla, quasi ex defectu consensus Papæ, qui non vult aliter eam admittere, ne resignans cum ordinis dedecore mendicare cogatur, iuxta supradicta 2. *p. capit. vlt. à nu.* 198. & quia tunc in resignante non est potentia ad resignandum, iuxta constitutionē Pij V. de qua *ibi.*

Et ita est † accipiendus Flamin. Paris. *dict. lib.* 11.

280 *quæst.* 7. *numero* 36. vbi ait, ex *d. constit.* induci vacationem beneficij resignati, vbi resignatio est nulla ex defectu publicationis, non autem ex alio, vt fuit resolutū in Rota in causa Brixien. parochialis de mēse Maij 1589. coram Illustrissimo Card. Plato. Accipiendus inquam est, quando resignatio alias est nulla ex defectu consensus, iuxta dictam decisionem Brixien. quam allegat.

Nec † etiam intrat vacatio ex dict. constitutione

281 ob non publicationem, quando resignatarius decessit intra tempus datum ad publicandum, nam cum ipse resignatarius arctetur ad publicandum, & ante lapsum tempus decesserit, non intrat d. constitutio, ex quo iam non est, qui debeat publicare, & ita post hæc tenet Gonçalez *gl.* 15. *§.* 2. *nu.* 53. *&* 54.

Tertio † apparet, d constit. capere resignationem factam in manibus ordinarij, vt *in verſde beneficiis*

282 auth. Flam. Paris. *d. li.* 11. *q.* 5. *à n.* 1. & fuit resolutum in vna Aretina commendæ 27. Februar. 1595. coram D. Pamphilio, in qua fuit dictum, *quod si intra publicationis tempus non præsentantur literæ prouisionis cum publicatione, si est facta coram executore, seu iudice alias competente, & possessio petitur, obstat constit. Greg. 13. etiam si sit resignatio facta coram ordinario, & sic prouisio est nulla, & quod illa constitutio habet locum etiam in cōmendis ordinis Hierosolymitani, & in Spoletana beneficiorum* 28. *Iunij* 1595. *coram D. Mantica supra adducta* 5. p. capit. 1. numero 92. Et † procedit etiam quod ordinarius de beneficio resignato non di-

283 sposuit, Flam. Par. *d. q.* 5. *n.* 10. 49. & 50. & fuit resolutum in vna Sabinien. beneficiorum 5. Martij 1586. coram D. Gipsio & in vna Mediolan Parochialis 26. Martij 1599. coram Domino Seraphino, in qua Domini recedentes resolutis corā eod. 27. Octob. 1598. resoluerūt impetrantē parochialem vacantē ex causa resignationis *coram Ordinario, iuxta constitutionem Pij V. teneri docere de publicatione, quæ est pars gratiæ, & cum non ostendatur alia vacatio, non intrare clausulas generales, & ratione vnionis annullatæ non dari nouam vacationem, sed remanere antiquam, licet secus esset, si fuisset valida, &* diſſolueretur, *Cassad.* dec. 2. de vnio. *&* sic non facere decisionem allegatam in causa *Vrdu.* Nec etiam ratione deuolutionis, quia deuolutio non mutat modum vacandi, sed præsupponit, beneficium vacare, illudque deuolui cum qualitatibus requisitis, *Rota* decis. 774. n. 2. p. 3. in nouiss. *&* vacationem ex d. constitutione de publicandis debere dispositiue narrari, nec intrare sub clausulis generalibus, & esse publicandam, vt cauetur in d. constitutione. Neque in terminis istius constitutionis esse differentiam inter resignationem factam in manib. Papæ ad fauorem, & quæ fit in manib. Ordinarij, nam vtraque est publicāda. Et quamuis in vnione non sit necessaria publicatio, id procedere data validitate vnionis, hic vero contrarium supponi, cum fuerit beneficium vti adhuc vacans impetratum, Caputaq. dec. 345. p. 3.

Quamuis in ista causa † d. die 26. Octob. 1598. fuisset dictum, non requiri publicationem, quando be- 284
neficium resignatum vnitur etiam nulliter, & inualide, & fuit antea decisum in causa Mediolan. beneficij 13. Ian. 1597. coram D. meo Corduba, in qua fuit resolutum, *Cōfirmandam sententiam Rotalem, canonizantem literas prouisionis Fabij, nam cum fuerit resolutum coram D. Orano, vnionem ad fauorem seminarij nulliter factam, recte Fabius impetrauit beneficium tanquam vacans ex resignatione, & deuolutum ad Sedem Apostolicam, & solum tenebatur exprimere resignationem, nomen, & cognomen resignantis, & publicare, prout fecit infra tempus à constitutione præfixum. Nec obstabat, quod Fabius non ostenderit resignationem Antonij resignantis factam in manibus Ordinarij fuisse publicatam, & inde beneficium non posse dici vacare per resignationem, sed potius ob non publicationem, vt resolutum est in causa Spolet.* 28. *Iun.* 1595. *coram D. Mantica, quia fuit responsum, distinguendos duos casus, vnus, quando resignatio in manibus ordinarij, qui prouidit, sed prouisus non publicauit, & tunc intrat constitutio, quod beneficium ad Papam deuoluitur, & impetrandum est ab eo cum expressione, quod non sit seruata forma constitutionis, & cum expressione nominis, & cognominis resignātis, ac prouisi. Alter est, quādo Ordinarius non prouidit, sed illud vnuit, quo casu non intrat constitio de publicandis, quæ non habet locum in vnionibus, Rota diuersorum* 133. p. 2. *Minus obstabat, quod publicatio Fabij non apparebat facta in tempore, ex eo quod fuit facta post sex menses, nam gratia fuerat expedita sub* 8. *Idus Decemb.* 1593. *& publicatio facta* 3. *Iul.* 1594. *prorogatio vero ad duos alios menses fuit obtenta per viam restitutionis in integrum, durante termino ad publicandum, quæ nō datur, vbi durat remedium ordinarium,* in l. causæ, 2. de minor. *&* ibi gl. *&* Doct. nam placuit responsio, quod cum resignatio fuisset facta in manibus ordinarij, & Papa de beneficio vti deuoluto prouidisset, deuolutio facta intelligitur cum qualitatibus requisitis in 1. collatione, *&* sic cum onere publicandi infra tres menses, vt in d. constitut. §. de beneficiis, ibi quod collatio, &c. *&* §. illorum, *Dicebant etiam Domini, quod licet prorogatio, &* restitutio, ad publicandū sint obtentæ, sub prætextu lapsus trium mensium, hoc tamen æquiuocum non nocet. Et suffragaretur etiam, quod haberet sex menses, quod Papa intellexit, cum in

dictis

dictis gratiis fiat mentio de collatione habita, & sic intellexit, quod prouisus haberet semestre, Fel. c. super literis. de rescript. n. 8. 2. reg. *Vtra quod istæ prorogationes soleant de facili concedi, & non omnis surreptio vitiat gratiam, sed illa, quæ difficiliorem Papam reddidisset ad eam concedendam, Ægidius* decis. 4. *Cass.* 6. 10. & 17. de præben. *Crescen.* 1. de feriis, *nec in publicatione sunt exprimendæ prorogatio, & restitutio obtentæ, quia non legitur in constitutione. Et fuit resolutum de restit. in causa Oxomen. beneficij.* 2 *Decemb.* 1585 *coram D. Oriol. de prorog. in Iacē. vicariæ.* 31. *Ian.* 1590. *coram D. Plato, Et ad obiectum, quod Fabius non probabat, literas fuisse exhibitas, vt ab omnib. tangi, & legi possint, fuit dictum, quod satis est, quod notarius illas publice haberet præ manibus, vt ipse testatur, qui dicit, se alta & intelligibili voce publicasse literas Apostolicas, & illas ad omnium notitiam deduxisse, & transumptum earum in valuis dimisisse. Nec obstabat, quod in valuis Ecclesiæ dimiserit tantum transumptum literarum, non autem instrumentorum ipsius publicationis, quoniam visum est Dominis hoc sufficere, & verba constitutionis, scriptoque de ijs omnibus exēplo, &c. referri ad omnia contenta in literis Apostolicis, non autem ad instrumentum publicationis, quod affigendum non est, vt fuit resolutum in causa Salamantina dimidiæ portionis, 8. Aprilis, 1585. coram D. Orano, & Leodien. canonicatus, 7 Iun. 1596. corā D. Pen.*

285 Sed verior est d. decisio † Mediolan. parochialis, 26. Martij, 1599. necessariam esse publicationem, quādo vnio est inualida, & intrare *d. const.* Greg. XIII. Nam tunc verum est dicere: Ordinarium de beneficio resignato non pro uidisse infra mensem, &c. vt
286 constitutio requirit. Imo † etiam in vnione valida beneficij resignati existimo, requiri publicationem, & habere locum *d. const.* Greg. XIII. vt patet ex verbis illius *in prin.* ibi. *Et quæcunque aliæ dispositiones, siue temporales, siue perpetuæ*, quæ verba, *dispositiones perpetuæ*, plane de vnionibus intelliguntur, & ibi: *ac piis locis quocunque priuilegio suffultis facta.* nam piis locis non possunt fieri nisi vniones, quamuis constitutio Pij V. in cuius terminis lo-
287 quitur *d. dec.* 133 *p.* 2. *diuer.* non procederet in vnionib. quia de eis nō loquebatur. Et † cum impetratur beneficium coram Ordinario resignatum ob nō factam prouisionem per Ordinarium, seu publicationem infra tempus dicta constitutione præfixum, impetrans debet publicare infra sex aut nouem menses, & non infra tres. Id enim important verba dicti *vers. de beneficio, modo & forma prædictis,*
288 quidquid dicat Rota in d. Mediol. beneficij. Cōtra † quam etiā existimo, quod restitutio ad public impetrata ante lapsū tēpus nō suffragatur, nisi Papa id in-
289 tellexerit, ex reg. *c. cū super. de off. del.* Cęterū † quoad resignationes & permutationes corā Ordinarios, factas, ista cōstitutio nō videtur vsu recepta in his partib. saltim in hoc Episcopatu Abul. in quo nūquā fit publicatio earū, vt est notoriū, quam Fl. Par. *d. li.* 11. *q.* 9. dicat istam constitutionem esse vbiq; receptam.

290 Quarto † apparet, publicationem faciendam esse cum literis, seu earum transūpto authentico in manibus, vt per Flaminium Paris. *d. li.* 11. *q.* 6. *ex nu.* 28. dicendo verbi gratia: *Notum sit omnibus, quatenus A Gōçalez resignauit in manibus suæ Sanctitatis beneficium simplex Ecclesiæ D. Petri huius ciuitatis, seu beneficium curatum Ecclesiæ loci de Cardennosa, huius diœcesis, & de eo facta est gratia N. Martinez, vt apparet ex his bullis seu literis Apostolicis, aut transumpto authentico, quas in manibus habeo.* Nec † opus est, ipsas literas legere, nec earum datam, Flami. *d. q.* 6 *à nu.* 41. Quam † publicationem oportet facere 291
in lingua vulgari, quamuis in rigore id non videatur 292
necessarium.

Quinto † apparet non valere publicationem fa 293
ctam summissa voce & in tali loco, quod plerique eam non intelligunt, sed solum illi, qui sunt in testes adhibiti & si qui forte prope sunt, vt ab aliquibus annis sit ordinarie in hac Ecclesia Abul. culpa notariorum, qui re vera nō videntur posse excusari à mala publicatione, & à falsitate, dando prout
dant fidem, publicasse alta & intelligibili voce. Nam 294
† & publicatio facta in choro coram canonicis, & presbyteris dumtaxat, est nulla, vt fuit resolutum in vna Tarentina canonicatus. 12. Maij, 1589. coram D. Orano. Flam. Paris. *dict. lib.* 11. *quæst.* 6. *numero decimooctauo.*

Sexto † apparet debere affigi in valuis Ecclesiæ 295
exemplum continens ea, quæ dicta sint, nempe resignationem, ac beneficij qualitatē, & inuocationem, nominaque & cognomina resignantis, ac illius in cuius fauorem gratia facta est, eo modo quo dictū est in publicatione, & sic debet affigi quædam charta, quæ sufficit, quod sit simplex, in qua dicatur v. g. *A. Gonçalez resignauit in manibus suæ Sanctitatis beneficium simplex Ecclesiæ D. Petri huius ciuitatis, &c. de quo facta est gratia N. Martinez. Nec existimo amplō esse necessarium. Et hoc sibi volunt illa verba constitutionis, Scriptoque de his omnibus exemplo collato valuis dictarum Ecclesiarum affixum relinquatur.* Et ita sentit Flamin. Paris. *dict. quæst.* 6. *numero quinquagesimosexto &* 59. & sic est accipienda dicta *decis.* Mediol. supra relata *num.* 284. Et † sufficiet affigi in vna 296
porta, quamuis Ecclesia plures habeat vt videmus in praxi.

Praxis tamen, vt † etiam ibi ait Flamin. habet vt 297
affigatur copia integra ipsarum literarum, vt fuit factum in dicta Mediolanen. beneficij quo pacto pinguis adimpletur forma dictæ constitutionis. Sicut 298
† etiam pinguis adimpleretur, affigendo ipsummet originale, vt fuit resolutum in causa Legionen. præstimoniorum, vndecimo Martij, 1594. coram D. Pamphilio, vt *in sequenti decisione.* Dixerunt Domini, gratiam Si neutri obtentam de anno 1587. per Ferdinandum de Palacios non esse iustificatam quantum ad vacationem ex persona Guterrij ob contractum matrimonium, quia constat ipsum antea, valide resignasse præstimonia, de quibus agitur ad fauorem Gabrielis de Couarruuias, quæ resignatio cum habuerit effectum, sequuta etiam possessione resignatarij, & fuerit firmiter publicata, etiam cum affixione ipsiusmet originalis, & sic pinguius & perfectius adimplendo formam constitutionis Gregorianæ, quæ contentatur affixione simplicis transumpti, ad notata per Ias. *in l. si quis mihi bona §. coram, in* 2. *notab. ff. de acquiren. hered.* abdicauit à resignante omne ius, & possessionem, ita vt penes ipsum nihil remanserit, quod tempore contracti matrimonij ex eius persona potuerit vacare, iuxta notata per Ioannem Andream, & alios *in cap. solicite, de restit. spoliat.* Cassadorum *dec.* 4. *eodem tit. & dec.* 2. *de renun.* & tāto magis nō aliter iustificato iure ipsius Guterrij, quod cum non fuerit triennalis pacificus possessor, debuit iustificari per Ferdinandum, qui illud alias impugnauit, & modo ex eo agit ad canonizationem gratiæ contra tertium possessorem non habentem ius à Guterrio, quo casu non sufficit iustificatio vacationis de facto, sed probandum est ius actoris, vt tra-

dit Ægidius *decis.*112. & Cassad.2.*de causa possessor.& proprietat.* alia deducta contra istam gratiam. Domini resoluerunt particulariter discutienda, si opus erit.

299 Septimo † apparet, publicationem, & apprehensionem, seu petitionem possessionis in tempore esse partem resignationis, & sic qui nititur resignatione, id probare debet, vt sæpe fuit resolutum in Rota & particulariter in dict. Spolet. beneficiorum, 28. Iunij 1595 coram D. Mantica supra adducta 5.*p.c.*1.*n.*92. & in vna Abulen. beneficij de Monuel tran. 30. Octobr. 1595. coram D. Blanch. vt in decis. seq. *Fuit per Dominos resolutum, gratiam vltimo loco per Ferdinandum obtentam illi suffragari, & esse iustificatam, nam quoad vacationem per obitum Caroli de mense Iunij, cum non agatur ad effectum reseruationis, satis probari per testes de publica voce & fama, Put.* dec.266.lib.3.dec.75. *Guidob.*dec.145.*habilitates etiam Ferdinandi Domini habuerunt satis pro probatis, non publicationem resignationis probare, non tenetur, cum non ex* hoc cap. *sed per obitum Caroli impetrauerit id, Aluarus si resignatione nititur, illam tenetur ostendere cum suis qualitatibus requisitis, vt fuit resolutum coram sanctissimo Domino nostro in causa Calagurri. Thesaurarię, & postea in pluribus causis in Rota. valor beneficij, de quo agitur, satis est iustificatus per testes, de quibus in* sum. Ferd.num.5. *qui bene deponunt de publica voce & fama, quæ sufficit, Ægid.* dec.675. *Put.*29.lib.1.*Caputaq.* dec.277.p.1.*quo vero ad valorem obtentorum, ille satis videtur probatus, nam quoad duo beneficia existentia in diœcesi Hispal. testes* num.6. *bene probant, quia sæpius Rota tenuit, iuxta* decis. *Ægid.* 624. *sufficere qualemqualem probationem etiam semplena minorem, in casu autem isto vltra vnum testem de fama adest adminiculum alterius testis deponentis de ascensu ad valorem* 130.*vel* 140.*ducatorum in circa. Id etiam putauerunt Domini circa alia beneficia Corduben. Burgen. Gien. diœcesis ex eisdem rationibus, & authoritatib. Quod autem beneficium de quo agitur, pariter non requirat residentiam, satis ex eo probatum videtur, quod testes dicunt esse beneficium simplex, quia omnia beneficia præsumuntur simplicia, Ægi.*dec.766.*Staph.* de statu & qualit.benef.in pr. *& fuit resolutum* 1571. *in vna Calagur. congruarum, coram bon. mem. Oradino, & per consequens de consuetudine personalem residentiam non requirit, Doct.* in c.fi.de cler.nõ resid. *quo ad pensionem illam non est iustificanda, quia regula de valore non loquitur de pensionibus, & placuit Dominis, quod etiamsi non iustificetur, per hanc gratia non redditur nulla, quia si illam Ferdinand. non obtinet, facilius Papa gratiam concessisset, de valore beneficiorũ, ad quæ ius sibi competit, esse alias agendum. Non obstat, quod noua prouisio suppleat tantum defectum litis narratæ in prima gratia, non autem alias surreptiones, quia procederent allegata, si Papa processisset reualidando primam gratiam in forma perinde valere, secus quando concedit nouam gratiam, tunc enim sufficit illam verificare de facto, Paleot.*338.*& in omnibus, & per omnia iudicatur, ac si esset prima gratia, &c.*

300 Idem † in causa Zamoren. beneficij de Morales 28. Iun. 1576 coram D.meo Corduba, in qua fuit resolutum, *P. qui vtitur cessione sibi facta per Hieronymum teneri docere de illius publicatione intra tempus constitutionis, nempe 9.menses à die datæ, quod non probauit, quia publicatio facta fuit 20.Iul.1592. & sic longe post tempus legitimum 9. mensium à die datæ, quæ est 10.Calend.Octobr.1591. Nec obstabat impedimentum sedis vacantis, quo tempore literæ non potuerunt expediri, imputet enim sibi, si illas saltim in intermedio Pontificatu Innocen. non expediuit. Minus obstabat, quod non tenebatur, ex quo non aderat sufficiens tempus, iuxta* decis. *Ægidij* 83. *qui hanc rationem potius in ipsum domini retorquebant, ex quo post assumptionem sanctissimi domini nostri aderant 4.menses, quibus poterat, & literas expedire, & illas in partibus publicare, & diuersum est in fatalibus, ex quibus subducitur totum tempus sedis vacantis, quia illo tempore litigari non potest, cum ius non reddatur: in proposito vero in principio Pontificatus potuerunt literæ expediri, & tempore sedis vacantis publicari, quare impedimentum superueniens non excusat illum, qui se arctauit, & intrat etiam aliud motiuum de petitione possessionis, quæ peti debet infra dict. tempus: nec refragabatur commissio admissionis ad causam pro interesse sub die 4. Maij* 1592. *coram D. Gipsio, & quod procederetur ad executionem literarum, prout iuris esset, & deinde facta citatio ad videndum procedit, iuxta formam commissionis, quia illa non potest deseruire pro petitione possessionis, iuxta constitutionem, secundum quam petenda est instanter, & copulatiue cum petitione executionis literarum, vt fuit resolutum in causa Aretina commendæ* 16. *Februar.*1596. *coram Dom. Lita.*

Quod † etiam procedit in gratia, & impetratione ob non publicationem, vt patet ex *d. const. vers. illorum vero,* Flamin. Paris. *d. lib.*11.*quæst.*4. *numero* 25. & fuit resolutum in vna Telesina beneficij, vltim. Ianuarij 1594. coram Do. Seraphino, in qua fuit dictum, *Gratiam, quæ pendet à resignatione prius obtenta, & non publicata, esse quoque publicandam, vt cauetur in constitutione Gregor. XIII. & qui nititur hac gratia, debere docere eam esse validam, quod sine publicatione fieri nequit, ex d. constitutione, idem enim est iudicandum de eo, qui impetrat ob non publicationem, quod de primo impetrãte ex causa resignationis, quod pluries fuit in Rota resolutum, &c.* 301

Et † publicatio probari potest, non solum instrumento authentico nempe à notario testibus nominatim expressis confecto, Flam. *d. lib.*11.*q.*6.*à n.*65. *& q.*14.*à n.*40. Sed † etiam testibus. *l. in exercendis. C. de fide instrum.* vt in illa Abulen. canonicatus 16. Iunij 1589. coram D. Gipsio supra adducta 7.*p.cap.*1. *n.*47. de qua Flam. *d. q.*6.*n.*69. *& q.*14.*n.*48. 302 303

Publicatio † vero facta extra tempus constitutionis non suffragatur, vt in d. Zamoren. beneficij, nec restitutio obtenta ad publicandum, si fuit impetrata lite pendente, & de ea non facta mentione, vt in vna Placen. capell. 16. Februar. 1598. coram Domino Pamphilio, in qua visum fuit dominis, *Gratiam Angeli non esse iustificatam quoad publicationem, cum sit facta extra tempus constitutionis, & restitutio postea obtenta ad publicandum non suffragatur vti impetrata lite pendente coram Ordinario, de qua non fuit facta mentio* cap. primo vt lite pendente cap. causam, quæstion. secunda de testib. *Feli.* cap. cæterum, sub numero 2. de rescript. *& alias fuit decisum in hac causa coram D. Penna. De pendentia autem litis non dubitabant, quia purificata per ordinarium, vti executorem gratiæ Aug. in forma dignum, potuit idem ordinarius ex propria iurisdictione ad instantiam præsentati cognoscere de inualiditate, seu surreptione prouisionis Apostolicæ, iuxta not.* in cap. cum veniissent de iudic. cum allegatis *per Gabr.* consilio 182. numero 15. lib. 2. *& ex obseruantia Rotæ non dicitur constare de non iure collligantis, vt intret limitatio Ægidij,* decis. 249. *Gabr.* concl. 4. de iud. num. 39. *donec de eo doceri potest, &c. quod maxime procedit, vbi tempore impetrationis erat in* 304

actis

actis oppositum de nullitate ob non publicationem, Oldr. consil. 229. n. 5. &c.

305 Id † tamen quod debebat doceri de publicatione, &c. hodie stante dicta constitutione Gregorij Decimitertij tantum procedit quando resignatarius agit ad canonizationem suæ gratiæ, secus quando non vult suam gratiam canonizare, sed tantum nititur excludere vacationem per obitum, de qua in gratia aduersarij, vt fuit resolutum in vna Mediolanen. præposituræ, 28. Iunij, 1589. coram D. Plato. vt in sequen. decisione fuit resolutum, *gratiam Si neutri, productam per D. Carpanum non intrare. Cum enim gratia Si neutri recipiat duplicem conditionem, alteram scilicet, vt beneficium vacet, alteram, vt neutri collitigantium ius competat, Rota* decis. 24. de rescript. in nouis, *Puteus* 48. num. 4. lib. 1. *incumbit Carpano agenti, & gratiam producenti, vtranque, conditionem verificare, Caputaquensis* decis. 30. lib. 2. *at ipse Carpanus neutrum harũ conditionum verificat, nam quod attinet ad vacationem, si vult capere vacationem ob non publicationem resignationis, iam fuit resolutum, eum non esse in probatis, si vero vult capere vacationem ob promotionem Lely Morely resignantis ad Episcopatum, constat, huiusmodi vacationem intrare non posse. Ex quo etiam ex confessione Carpani constat, Lelium Morellum resignasse præposituram ante promotionem. Non obstat, quod dicitur, Garimbertum resignatarium ex quo opponit de resignatione ante promotionem facta, debere docere de resignationem valida, & sic publicata, iuxta resolutionem factam coram Illustr. Aldobrandino in Calagurritana Thesaurariæ, 4. Febr. 1579. quia dicebant Domini, illam decisionem procedere, secundum illa tempora, quibus vigente constitutione Pij V. de publicandis resignationibus, non facta publicatione, remanebat ius apud resignantem, vnde si postea resignans matrimonium contraxisset, vel fuisset ad Episcopatum promotus, tunc temporis beneficium non per resignationem, sed per contractum matrimonij, aut per promotionem vacabat: quapropter iure merito qui volebat inhærere vacationi per resignationem, tenebatur docere de resignatione valida ac tali, vt peream fuisset ius abdicatum à resignante, at postquam per Greg. constitutionem fuit dispositum, quod non facta publicatione, nihilominus beneficium statim ab ipsa prima resignatione vacet ad probandum vacationem per resignationem, non est amplius necesse docere de publicatione. Quia siue fuerit publicata resignatio, siue non satis est, quod beneficium vacauit per resignationem, ita vt non possit amplius, siue per promotionem, siue alias vacare. Nec ad rem facit, quod potuerit resignatio esse nulla ex alia causa, quam ob non publicationem, & propterea tam facta, quam non facta publicatione posse vacare beneficium per promotionem, nisi doceatur, quod resignatio ex aliis causis fuerit valida. Nam responsum fuit, quod constitutio Greg. inducit vacationem beneficiorum resignatorum, non facta publicatione, etiamsi alias resignationes nullæ atque inualidæ forent, quare, si præsupponimus, non fuisse factam publicationem, non est tractandum de validitate, & inualiditate resignationis, quia siue alias valida, siue inualida fuerit, vacat beneficium per ipsam resignationem, nec ius aliquod remanere potest penes resignantem, vt ostendunt aperta verba constitutionis, si vero præsupponimus factam fuisse publicationem tempore debito, tunc Garimbertus reus & possessor non est grauandus onere probationis, sed Carpanus agens, & obiiciens nullitatem, tenebitur illam verificare, ad tradita per Mohed. dec. 130. sæpe, ac sæpius.*

306 Idem † in causa Placentina capellan. Angelorum 21. Octobris 1594. coram Domino Penna, in qua fuit decisum, quod *impugnanti resignationem, ex eo quod conditio apposita, dummodo patronorũ ad id accedat assensus, non fuerit verificata, & sic in negatiua ista se fundanti incumbit onus eam concludenter probandi contra reum, & possessorẽ, quinimo non probata negatiua, non præstiti consensus, effectuatio resignationis vsque ad obitum resignantis sine reclamatione, aut contradictione patronorum faciebat illum præsumi, & opponens anteriorem resignationem ad excludendum vacationem per obitum in terminis constitutionis Gregorianæ, non tenetur docere de publicatione, cum resignatio etiam non publicata & nulla, inducat vacationem, quidquid alias dicendum foret in terminis constitutionis Pij V. vt sæpe Rota decreuit, & præsertim in Mediolan. præposituræ 28. Iun. 1589. coram illustriß. Plato, quod procedit etiamsi resignatio non publicata, alias nulla esset,* vt in §. quod si quidquam, *sufficitque reo excludere prætensam vacationem per obitum, ex quo aduersarius non capit alium vacandi modum, præsertim cum reus, & possessor, non teneretur aliquid iustificare.*

Idem † etiam fuit resolutum in d. Abulen. beneficij de Mombeltran coram D. Blãcheto 24. Ian. 1596. 307
fuit tamen dictum, quod ad excluden. vacationẽ per obitum contra actorem qui probauit intentionem suam, debet in cæteris iustificari resignatio, etiã per reum & possessorem, quia possunt dari plures casus, quod per resignationem, etiam publicatam, non fit abdicatum ius à resignante, &c. vt sequenti decisione, *Fuit per dominos resolutum, resignationem Caroli obstare Ferdinando, etiamsi de publicatione non doceatur, dummodo in cæteris iustificetur, non enim tenetur resignatarius, qui non agit ad canonizationem suæ gratiæ, sed tantum nititur excludere vacationem per obitum post constitutionem Gregor. de publican. docere de publicatione resignationis, quia siue fuerit publicata, siue non publicata, semper excluditur vacatio per obitum, cum ius omne fuerit abdicatum à resignante, prout fuit decisum in causa Mediolanen. præposituræ coram illustrissimo Plato, & alia Placentina coram Domino Penna, quibus nõ obstãt decisiones in causa Calagurritana thesaurariæ coram sanctissimo domino nostro, & Salamantina coram D. Bubalo, quia procedunt iuxta terminos constitutionis Pij V. per quam annullabatur resignatio, non facta publicatione, & ius remanebat penes resignantem, ideo probatio obitu resignantis, qui allegabat resignationem, tenebatur docere de illius publicatione secus in hoc casu, in quo ad eliden. probationem actoris impetrantis beneficium per obitum deducitur resignatio. Sed quia possunt dari plures casus, quod resignatio, etiam publicata patiatur tales defectus, per quos ius resignantis, non fuerit ab eo abdicatum, iuxta* decisionem *Putei* 158. libro secundo *ad hunc effectum tenetur Aluarus iustificare, taliter esse satisfactum menti resignantis, vt exclusa remaneat vacatio per obitum præcipue cum gratia sit in forma dignum, vnde de illius executione doceat oportet: nec hoc casu sibi suffragatur possessio ad exclusionem iuris actoris, quia cum actor probauerit intentionem suam, reus debet etiam ips probare suam exceptionem,* leg. 1. ff. de except. leg. quinquaginta. ff. de probation. *Aymon.* cons. 226. *quæ, in eo consistit, vt dictum est, quod ius fuerit omnino abdicatum à resignante, ita vt per eius obitum vacare non potuerit.*

Rursus impetrans † ob non publicationem, tenetur istam negatiuam plenè, & concludenter probare, tanquam fundamentum suæ gratiæ, vt fuit resolutũ per Rotam in pluribus causis relatis per Fla- 308

min. Paris. *d. lib.* 11. *q.* 6 *n.* 71. *& q.* 10. *nume.* 3. *& seq.* 14. *num.* 5.

309 Et ratio est, † nam negatiua debet plene probari per eum qui in ea se fundat, siue agendo, siue excipiendo, *l. in illa*, vbi Bart. & Ias. *ff. de verbor. oblig.* Herculanus late *in tract. de negatiua proban.* Puteus *decis.* 39 *lib.* 2. Bernar. Diaz *reg.* 488. Anto. Gabr. *de probatio. conclus.* 6. & Mascard. *de probatio. conclus.* 1092. & Pacianus *lib.* 1. *cap.* 51. *à numero.* 28. Zauallos *quæst.* 145. Rota in vna Cremonen. monasterij 19. Decembr. 1583. coram sanctissimo Clemente VIII. & in vna Virdunen. canonicatus 19. Iunij 1589. coram Domino Gipsio. Et ita in terminis late tradit Flamin. Paris. *dict. q.* 14. sequitur Prosper de Augustiuo *supra.*

310 Et fuit resolutum † in d. Mediolanen. præposituræ coram D. Plato 17. Aprilis 1589. nempe, Quod *impetrans tenetur verificare vacationem narratam ob non publicationem, & requiritur concludens probatio, nec potest se iuuare, ex eo quod alias vacet per promotionem, quia nihilominus tenetur probare vacationem narratam.*

311 Et in vna Aretina parochialis 25. Iun. 159. coram Domino Orano, quæ sic ait, *Domini tenuerunt gratiam Pyrrhi non esse iustificatam, quia non probauit, quod Sebastianus fuit de ista parochiali prouisus, non facto concursu, ita quod prouisio sit nulla, & parochialis, adhuc vacet per obitum Laurentij Bosci, quod tamen concludenter probare debet, cum sit fundamentum suæ impetrationis, ad tradita per Bart. & alios*, in leg. 3. in illa. ff. de verb. oblig. *Cravetta* cons. 112. num. 6. *& fuit in terminis resolutum coram me in vna Salamantina prætensæ parochialis 21. huius, à pari enim procedit cum eo, qui impetrat ob non promotionem, nam debet non promotio probari, vt nouissime tenuit Rota coram D. Seraphino in 5. Marci Abbatiæ, & cum eo qui impetrat propter non publicationem, vt fuit dictum in vna Bononien. canonicatus coram D. Pamphilio. Et conducunt tradita supra* 6. p. capit. 2. à numero 275.

312 Et id † ait Flamin. Paris. *d. q.* 15. *num.* 50. in tantum esse verum, vt etiam post probatam non publicationem, donec declaretur id per iudicem, detur manutentio resignatario, non obstante constitutione, vt fuit resolutum in Rota in vna Asculana coram D. Blancheto 28. Iun. 1589.

313 Et illud maxime procedit, † quando resignatarius est triennalis pacificus possessor, quia ex triennali possessione præsumitur publicatio, vt fuit resolutum in vna Placentina applicationis fructuum 24. Feb. 1584. coram D. Bubalo, & 3. Iun. eiusdem anni coram D. Orano, & nouissime in vna Ripana beneficij 15. Dec. emb 1599. coram D. Sacrato, in qua fuit dictum, *Triennalem possessorem præsumi publicasse, & fecisse omnia necessaria requisita in d. constitutione, &c.* Fla. Par. *d. q.* 14. *à n.* 26.

Quæ tamen præsumptio † non habebat locum in
314 spolio, quando resignans in terminis constitutionis Pij V. agebat spolio contra resignatarium, qui non docebat de publicatione, vt tenuit Rota in vna Auximana parochialis 14. Ianu. 1585. coram D. Brauo, & in Cæsaraugustana parochialis 13. Nouemb. eiusdem anni coram D Robusterio, & in Vergomen. parochialis 28. Februarij coram domino Cantucio, & in Abulen. præstimoniorum 10. Octob. 1587. coram Domino Comitulo, & in dict. Abulen. canonicatus 16. Iun. 1589. coram D. Gipsio adducta 7. *p. cap.* 1. *nu.* 47. Flamin. Paris. *d. q.* 14 *num.* 31. & Prosper de Augustino *supra.*

Nam nec triennalis, † nec allegatio Lapi habet locum in spolio. Sarnen. *de triennali. q.* 11. Cassad. *decis.* 5. *de restitutione spoliat.* Simoneta *decis.* 37. Puteus *decis.* 10. *de allegatione Lapi*, & fuit resolutum in causa Lucana S. Annæ 7. Febr. & 4. Martij 1558. coram D. Chisanen. & in d. Cæsaraugustana, & Bergomen. Flam. *dict. quæst.* 14. *numero* 32. *& quæst.* 6. *numero* 108.

Et quibus modis possit probari † huiusmodi ne- 316
gatiua non publicationis, tradit Flam. Paris. *d. quæ.* 14. *à num.* 56. & Prosper de Augustino *supra ad fi.* & in d. Ripana beneficij 17. April. 1600. coram D. Sacrato fuit resolutum, *Quod negatiua non publicationis, non probatur, nisi per confessionem partis, vel probato quod literæ non fuerunt expeditæ intra tempus ad publicandum, &c.*

Et † idem est, quando fuerunt expeditæ intra 317
tempus datum ad publicandum, ad finem tamen termini ita vt non potuerunt deferri in tempore ad locum, vbi erat facienda publicatio, vt fuit resolutum in vna Salamantina pensionis 27. Iun. 1584. & in vna Oxomen. scholastriæ 9. Feb. 1590. coram D. Bubalo, Flam *ibi, d. n.* 56. *&* 57.

Et negatiua † non expeditionis literarum proba- 318
batur ex diligentiis factis in Cancellaria, Camera, & registro secreto parte citata, vt in illa Vercellen. supra relata, *n.* 269. conducunt tradita per Pacianum supra, *cap.* 44. *& seq.*

Addo, non publicationis † negatiuam probari 319
ex non petitione possessionis infra tempus, & ex eo, quod infra tempus datum ad publicandum non habuit resignatarius collationem, sine qua possessio adipisci non potest, nam constitutio intelligitur de valida possessione, & apprehensio possessionis sine collatione nulla est, *cap.* 2. *ne sede vacante, ca. pastoralis de priuileg.* Abb. *in cap. cum iam dudum. de præben.* Rebuf. *in praxi, tit. de missione in possessionem, num.* 7. & 8 Ita resolutum † *in causa Iacen. portionis* 14. *Maij* 320
seu Iun. 1593. *coram D. Orano his verbis. Constitutum est bulla felic. record. Greg. XIII. de publican. resignationibus, quod beneficiorum resignatorum, vltra montes existentium ne dum intra nouē menses à data concessionis publicatio, sed etiam possessionis eorum apprehensio fiat: cum igitur Petrus Masse impetrasset portionem, de qua agitur, tanquam vacantem, ex causa intra tempus ordinatum non publicatæ per Ioannem Romero resignationis, neque acceptæ illius possessionis, dubitatum fuit, an impetratio esset iustificata. Et domini habuerunt eam in omnibus pro iustificata, nam quoad defectum publicationis, cum appareat literas resignationis fuisse in forma dignum expeditas, vigore illarum resignationis collationem post duos mēses extra dictos 9. menses, factam, impossibile est, quod fuerit in tempore facta publicatio, & apprehensa eius possessio, maxime, quo constitutio de publican. intelligitur de validis resignationib. vt fuit resolutū in vna Calagurritana prioratus coram D. Blācheto, resignatio antē nō potest iudicari valida ante collationē, quia potest esse, quod ex aliqua causa gratiā habēs non sit capax collationis, & apprehensio possessionis sine collatione est nulla. c. 2. ne sede vacante, c. pastoralis de priuil. Abb. in c. cum iam dudum de præb. Reb in praxi, tit. de missione in possess. n. 7. & 8. &c.* Fuit etiam resolutum in causa Leod. canonicatus coram D. Paphilio 23 Maij 1597. & fuit confirmata 26. Ian. 1598. coram eodem, & vide dicta supra 6. *par. c.* 2. *n.* 56

In qua

321 In qua Leodien. fuit † etiam resolutum intrare vacationem, ex d. constitutione, si non est petita possessio infra tempus d. constitutionis, etiam quod resignatio, alias fuerit nulla, & idem fuit resolutum in d. Aretina commendæ 16. Febr. 1596. & Gerunden. beneficiorum 23. Febr. 1598. coram eodem D. Pamphilio, nec esse satisfactum d. constitutioni per præsentationem commissionis super executione literarum, & petitionem executionis earum, nisi copulatiue etiam concurrat, quod possessio instanter petatur, vt fuit etiam resolutū in d. Zamoren. beneficij de Morales supra relata, *n.* 300.

322 Et in † d. Leodien. 15. Nouembr. 1596. coram Do. Penna fuit resolutum, *Non satisfieri dict. constitutioni per mandatum de immittendo, datum in ipsa collatione, seu purificatione gratiæ in forma dignum, maxime quia huiusmodi mandatum est pars ipsius prouisionis, &c.*

323 Sed prædicta resolutio, † quatenus ait non publicationis negatiuam probari, ex eo quod infra tempus datum ad publicandum, non habuit resignatarius collationem, nam constitutio intelligitur de valida possessione, &c. difficultatem patitur. Primò, ex eo quod docet Flamin. Paris. *d. lib.* 12. *quæst.* 7. *numer.* 89. quod si literæ resignationis sunt nullæ ob surreptionem, quas resignatarius publicauit, & post publicationem habuisset gratiam perinde valere, sufficiet illa publicatio, & non est opus alia, & in praxi constat multas resignationes inualidas publicari, & ex eis capi possessionem, & postea obtineri perinde valere, nec fieri aliam publicationem, &c. Quod confirmatur ex d. constitutione Greg. XIII quæ vult resignationes, etiam nullas & inualidas, publicari, & ex eis apprehendi, seu peti possessionem, alias beneficia ipsa, ab ipsa statim prima resignatione vacare censeri ob non seruatam formam d. constitutionis, &c. *vt inuers. illaque.*

324 Secundo, † quia ex actu nullo amittitur, & acquiritur possessio. *l.* 1. *§. si vir vxori. ff. de acquir. posses.* & ibi Dd. Tiraquel. *de iure constituti.* 3 *par.* 7. *limitatione*, Rota *decis.* 519. *numero* 2. & 612. *numer.* 2. *par.* 1. *diuersorum.*

325 Et tex. † *in d. cap.* 2. & *in d. cap. pastoralis*, Abbas, & Rebuff. allegati solum probant, quod capiens possessionem, sine titulo, & collatione est intrusus, & sic quod possessio sit mala, & illicita, & iniusta, non tamen nulla.

326 Ego dicerem † prædictam resolutionem Rotæ procedere in casu, in quo loquitur, nempe quando resignatarius non habuit collationem nec bene, nec male, aut eam non habuit ab executore, & commissario deputato, tunc enim, etsi infra tempus apprehenderet possessionem, non satisfaceret d. constitutioni, quæ vult capi possessionem vigore literarum Apostolicarum desuper confectarum, nec alias, quod debet intelligi seruatis seruandis, atque adeo præuia collatione executoris, quando literæ sunt in forma dignum, seu alias in forma commissaria, cum sine collatione vigore talium literarum capi possessio non possit.

327 Quamuis † ad publicationem non sit necessarium factam esse collationem ab executore, vt in vna Burgen. canonicatus 19. Ianuar. 1598. coram D. Pamphilio, in qua fuit resolutum, *Quod prouisus in forma dignum per resignationem publicans literas resignationis, ante collationem sibi factam per executorem, satisfacit constitutioni de publicandis resignationibus, &c.* & facit decis. in dict. Abulen. canonicatus adducta 7. *parte cap.* 1. *numero* 47.

328 At ſvbi virtute dictæ † resignationis, & literarum Apostolicarum desuper confectarum facta esset prouisio, & collatio resignatario per executorem, & cōmissarium in eis deputatum, siue bene, siue male, siue valide, siue inualide, & successiue apprehensa esset possessio infra tempus datum in d. constitutione, non videtur illa intrare ex dictis.

329 Præterea, si probatur † publicatio facta non debito tempore, præsumitur non fuisse facta alias debito tēpore, ad decisionem Rotæ in causa Tolerana possessionis supra adductam 9. *p. cap.* 2. *n.* 330. & tradita infra *vlt. par. c.* 2. *à n.* 188.

330 Quod tamen procedit, † dummodo constet illam publicationem esse factam per resignatarium, seu de eius ordine, non alias secundum Rotam, vt in vna Palentina, & Oxomen. præstimoniorum 11. Martij 1594 coram D. Penna, quæ sic est accipienda, & ait sic, *Dubitaui de iustificatione gratiæ Didaci de Monterroso, & domini responderunt eam non fuisse iustificatam respectu vacationis narratæ ob non publicationem, cum enim esset fundata in publicatione non facta, aut non facta debito tempore, id concludenter probare tenebatur, vt fuit decisum in causa Tullen. Abbatissatus coram sanctissimo. Didacus autem, licet produceret publicationem factam per D. Ludouicum Ronquillo, extra terminum nouem mensium, non habebat concludentem probationem, nam cum Ludouicus haberet prorogationem, & publicatio sit actus reiterabilis, possibilis erat alia, atque alia publicatio: & huic cessabat obiectio, quod productio tituli infecti probaret non adesse alium titulum, nam cum productio non esset facta à Ludouico, sed à Didaco, propterea non tollebatur præsumptio alterius publicationis, Cassad.* decis. vlt. num. 7. de procurator. *Crescen.* decis. 21. de probat. *& in hanc sententiam eo potissimum nomine itum est, quia materia erat obiectiua, & Didacus agebat ad priuan. Ludouicum istis præstimoniis impetratis. ideo ne caderet à iure suo, præsumunda fuit pluralitas, licet alias non soleat præsumi. Cardin.* in c. cum Ioannes de fide instrum. num. 1. *Felin.* cap. auditis, numer. 27. versi. limita ex dicto. de præscript. *Neque eliciebatur probata inualiditas publicationis ex attestatione notarij asserentis se ad instantiam Ludouici eam fecisse, quia non creditur notario, non actuario attestanti de gestis coram se de tempore præterito, Craueta* consil. 88. numero 21. *Puteus* decis. 17. de fide instrumen. *maxime cum attestatio illius notarij esset sine testibus, Crescen.* decisio. quarta, numero primo de fide instrumen. *Puteus* decisio. 5. numero 1. lib. 3.

331 Sed est grauis † difficultas, an d. constitutio obstet resignatario, qui non vult capere beneficium ex resignatione, sed ex alia vacatione, propter clausulas generales, *Siue præmisso, siue alio quouis modo, &c.* iuxta supradicta, *c.* 1. *à n.* 21.

332 Et non † obstare fuit per Rotam resolutum in causa Virdunen. canonicatus 13. Maij 1596. coram illustrissimo Pamphilio, vt in sequenti decisione, *Domini non obstantib. deductis steterunt in resolutis, quod gratia Arturi impediat canonizationē gratiæ Petri, quia quicquid dicendū sit, si esset restricta ad vacationem ex resignatione, & Arturus vellet capere canonicatū ex resignatione, quo casu dicendum esset de iure resignātis, & de resignatione valida, & publicata, vt loquūtur decisiones allegatæ pro Petro, tamē quia gratia non est restricta ad vacationē ex resignatione. Sed propter clausulas generales*, siue præmisso, siue alio quouis modo, &c.

capit etiam vacationem per homicidium concanonici, quam iuxta tex. in cap. in quibusdam de pœnis, *Arturus prætendit, sufficit ei, quod resignatio narrata verificetur solum de facto, vt in* decis. 1. de rescrip. in nouis, & 14. eodem in antiquis, *Cassad.* decis. 5. in princip. de præbend. *& in his terminis, Puteus* decis. 25. in fi. libro 3. *& fuit resolutum in causa Placentina canonicatus, de anno* 1559. *coram Chisanen. & in decisione sub die* 15. *Martij, in hac causa facta, & ideo cum in hoc casu resignatio Iacobi satis dicatur de facto iustificata per illius exhibitionem, Ægid.* decis. 116. in fin. *maxime cum resignans adhuc esset in possessione, & nondum constaret homicidium ab eo fuisse commissum, nisi præsumptiue ob defectum in purgatione sibi indicta*, capite inter solicitudines de purgatione canon. *non est quærendum, an constet de iure resignantis, & de publicatione resignationis, & an constitutio Gregoriana de publican. annullet resignationes ab initio, ita vt medio tempore potuerit acquiri ius Petro, iuxta* decis. *Cassadori* 24. numero 7. super regulis, *vel potius annullet non secuta publicatione, vt pendente tempore ad publican. non dicatur quæsitum ius Petro, iuxta notata per Sarnen.* in reg. de publican. quæst. 17. numero 6. cum aliis, in decisione allegatis, *quia ista respiciunt validitatem ipsius resignationis, quando quis vult capere beneficium ex resignatione, in quibus terminis loquitur, & procedit constitutio de publicandis, non autem quando quis nititur alia vacatione, vt fuit resolutum in causa Tudertina commendæ* 8. *Iunij* 1590. *coram me, & tanto magis, quod dominis visum fuit constitutionem prædictam non annullare resignationes vsque ab initio, quia licet ad differentiam regularum antiquarum, & constitutionis Pij V. inducat vacationem facta resignatione, absque eo quod ius redeat ad resignantem, prout redibat secundum constitutiones antiquas, tamen statuit nouum modum vacandi ob non seruatam formam constitutionis, qui nouus modus vacandi repugnat annullationi ab initio, quæ induceret vacationem ex resignatione. Neque obstat, quod in §.* quod si quicquam, &c. *constitutio annullet gratiam ab ipsa statim prima resignatione, quia non loquitur de ipsa prima resignatione, quam in principio.* dict. *§. annullat, si in omnibus non sit seruata forma constitut. sed loquitur de aliis resignationibus, cessionibus, & gratiis subsecutis post primam resignationem, quas vult statim ab ipsa prima resignatione esse irritas, & inanes, vt clare colligitur ex eo, quod annullata prima resignatione subdit, nullaque alia gratia super huiusmodi beneficio, seu iure cesso iis, quibus concessa fuerit suffragetur, vltra quod in omnem euentum, vt dicitur in vltima decisione, constitutio* in dict. §. quod si quicquam *annullat resignationes, vbi constat, non fuisse seruatam formam ibi præscriptam, quod in hoc casu non apparet, nec Petrus ostenderet, prout tenetur, cum excipiat de incursu constitutionis contra Arturum reum, & possessorem, qui nititur sua possessione ad excludendũ. Petrum actorem per non ius, vt fuit resolutum in causa Salamantina pensionis* 15. *Iunij* 1582. *coram D. Bubalo, & alias sæpius, quicquid alias dicendum sit, si Arturus fundaret se in sua resignatione, & illam allegaret ad excluden. titulum Petri, prout loquuntur decisiones factæ in causa Calagurritana thesuraria coram sanctissimo, & in causa Hispalen. Archidiaconatus de Reina coram D. Blancheto, & aliæ in contrarium allegatæ, vt bene declarat, bonæ memoriæ Bubalus in dict. Salamantina. Quantum vero ad aliam constitutionem Pij V. de non admitten. resignationibus allegatam contra prouisionem Arturi, placuit responsio, data in dict. decisione, quod loquatur de iis quib. de iure, vel consuetudine competit ius admittendi resignationes, & conferunt authoritate ordinaria, non autem comprehendat legatum, qui ne iure ordinario suæ legationis sed vigore indulti, & facultatis, sibi expresse, & specialiter concessæ prouidendi de vacantibus per resignationem, etiam ex causa permutationis authoritate Apostolica contulit, iuxta notata per glossam* in capitulo si Apostolicæ, verb. legatus. de præbend. in 6. *Butri.* in capitulo penult in fin. de filiis presbyt. *Gamb.* de offic. legati, libro primo numero 40. vers. fallit, & numero 42. *Quod dicitur ex prouisione legati non fuisse quæsitum ius Arturo obtinenti duo incompatibilia.* capit. ordinarij. §. in conferendis, de officio ordinarij, in 6. *tollitur ex facto, quia non constat de possessione pacifica Arturi, & adest decretum dimittendi habita pacificata possessione, &c.*

Sed ista decisio salua pace† mihi non satisfacit, nec 333
placet, ex vers. quod si quicquam d. constitutionis, vbi dicitur, quod non seruata forma ibi præscripta omnes dispositiones, & gratię resignatorum, & cessorum beneficiorum, ac iurium, sint irritæ, & inanes, nullaque alia gratia super eis resignatariis suffragetur, sed ipsi inhabiles, & incapaces sint ad huiusmodi beneficia, quandocunque obtinenda, illaque siue iura ab ipsa statim prima resignatione, seu cessione, etiamsi illæ alias nullæ, & inualidæ essent, vacauisse, & vacare censeantur ex ipso, &c. cum ergo non facta publicatione resignationis, etiam alias nullæ, & inualidæ, gratia sit irrita, & inanis, &c. clare apparet resignatarium, non posse se iuuare clausulis generalibus illius. Et vide quæ circa dictam decisionem alias diximus supra 5. *par. cap.* 1. *à n.* 90.

Tandem aduertendũ est, † quando dicta constitutio 334
Greg. de publican. non habet locum in beneficiis vacantibus per adeptionem aliorum, iuxta decretum opponi solitum de dimittendo libere in manibus Sanctissimi intra duos menses, vt fuit resolutum in causa Feltren. parochialis 10. Nouemb. 1600. coram D. Lancelloto. Vbi † respondetur ad decisionem factam coram sanctissimo Clemente VIII. 335
in causa Cæsaraugustana canonicatus 30. Martii 1579. quæ contrarium videbatur decidere, videlicet, quod loquatur in resignatione facta ad fauorem, licet de vacante per adeptionem secundi iuxta decretum.

Et ratio prædictæ† resolutionis est, quod respectu 336
resignationum in manibus Papę d. constitutio solum videtur loqui de resignationibus in fauorem arctando resignatarium ad publicationem intra tempus, de quo ibi à tempore datæ suæ gratiæ numeran. & non de resignationibus, seu dimissionibus simplicibus, maxime ex decreto, in quibus Papa potest libere, & quandocumque prouidere, quicquid velit Flam. Paris. *d. lib.* 11. *quæst.* 5. *dub.* 7. *n.* 48.

Quamuis † respectu resignationum coram Ordi- 337
nario, loquatur de resignationibus liberè, & simpliciter factis etiam coram Ordinario, qui non prouidit infra mensem, ita vt collatio fuerit deuoluta ad sedem Apostolicam, à qua prouisus tenebitur publicare, *vt in vers. de beneficiis autem*, & fuit resolutum in d. Sabinen. beneficiorum, & Mediolanen. parochialis, de quibus supra *n.* 283. Flam. *d. quæst.* 5. 7. *dub. n.* 49. & 50.

Alia circa dict. constitutionem, † videnda sunt per 338
Flam. Paris. *d. lib.* 11. *per totum.* vbi late tractat istam materiam, adducendo resolutiones Rotæ, vsque ad suum tempus in ea factas.

CAP.

CAP. IV.

De Resignatione beneficiorum.

SVMMARIA.

Vacant beneficia renuntiatione facta ex causa permutationis, quæ potest fieri etiam exprimendo Episcopo, quod renuntiant ex ista causa, num. 1. & 2. & num. 1. *referuntur agentes de materia permutationis beneficiorum, quamuis non debeant, nisi permutantibus conferri,* num. 3. *Adeo vt non solum expectatiua, sed nec optio permutationis effectum impediat,* numero 4.

Cum beneficium vacet renuntiatione facta, ex causa permutationis non poterit ad illud redire renuntians, sine noua collatione, etiamsi permutatio non sequatur, seu non teneat, nec habeat effectum, num. 5. *Quamuis contra teneant alij relati,* num. 6. *Nempe, quod si permutatio non habuit effectum, permutantes possunt redire ad sua beneficia, absque noua collatione, quorum opinio tantum procedet in permutatione facta in manibus, Papæ, nisi quando culpa eorum non habet effectum,* n. 7. & seq. *vbi ponitur decisio Rotæ. Et ratio est, quia in permutatione facta coram Papa, si non habet effectum, ius non abdicatur à resignante, sicuti in resignatione in fauorem, & conditionali,* n. 9. *Non tamen potest, quis redire ad beneficium à se dimissum, ex eo, quod compermutans decesserit ante factam ei collationem, quamuis superstes, cui fuit collatum beneficium compermutantis, possit vtrumque retinere illo decedente ante ipsius resignationem,* numero 10.

Possunt omnia beneficia libere permutari, n. 11. *non solum habita in titulum, sed etiam commendam,* n. 12. *Sed cum beneficia commendata sint affecta, non potest eorum permutatio fieri, nisi coram Papa,* n. 13.

Et procedit etiamsi pro duobus vnum commutetur, si nihil aliud obstat, numero 14. *& etiamsi nondum adepta sit possessio, nam habens ius in re, non tamen possessionem, potest cum alio permutare,* numero 15.

Permutatio solum fieri potest de beneficiis propriis, n. 16. *Et sic non potest fieri de iure ad rem,* n. 17. *nec de pensionibus,* n. 18.

Si vnus ex permutantibus non habet ius in beneficio, non valet permutatio contra Gambarum, & à fortiori non valet permutatio facta cum beneficio ficto, numero 19.

Si duo litigarent super aliquo beneficio, etiam ab vno ex illo possesso, non posset coram Ordinario, ex causa concordiæ fieri permutatio illius cum alio beneficio, numero 20.

Non valet permutatio pro tertio n. 21. *& debet esse inter duos, non triangularis, vel quadrangularis,* numero 22.

Ita demum beneficia possunt permutari, si cui vnita non sint, nam beneficia vnita permutari non possunt, n. 23. *Quod potest intelligi primo de beneficiis vnitis postquam vnio sortita est effectum,* n. 24. *Sed beneficium vnitum capitulo potest permutari cum alio Petri, vt hoc vniatur capitulo, & illud conferatur Petro, &c.* n. 25. *Et beneficia vnita videntur posse permutari inter se,* n. 26.

Secundo potest intelligi de beneficiis vnitis, antequam vnio sortiatur effectum, quæ etiam permutari non possunt, n. 27. *non solum coram ordinario, sed etiam coram Papa: nam effectus vnionis non tollitur per prouisionem Papæ subsequentem, nisi sit facta motu proprio* n. 28. *& nisi permutatio, seu resignatio in fauorem fiat coram Papa cum narratiua vnionis: nam tunc videtur suspendi pro illa vice, etsi non sit derogatum regulæ de iure quæsito,* n. 29. *Et in resignationibus, seu permutationibus solet dari suspensio vnionum, suppressionum, & aliarum gratiarum,* n. 30. *Et sic procedunt declarationes S. Congregat. adductæ,* numero 31.

An facta resignatione ex causa permutationis, seu in fauorem, non facta mentione, seu suspensione vnionis, statim subintret vnio, à n. 33. *resoluitur negatiue, nisi sit facta scienter, quamuis in resignatione statim subintret: iuxta quæ accipitur declarat. S. Cong. adducta, &c.*

Ista procedunt in vnione de beneficio certo, seu beneficiis certis, per quam acquiritur ius ad tale beneficium, saltim ad rem, n. 37. *Vnio vero de beneficio primo vacaturo non capit beneficium resignatum ex causa permutationis, seu in fauorem,* n. 38.

Et prædicta de plano procedunt in vnione de beneficio, seu beneficiis certis simpliciter facta: vnio vero de beneficiis etiam certis per cessum vel decessum facta non videtur habere locum in beneficiis resignatis in fauorem, sed intelligi de cessu simplici, nisi diceretur per cessum etiam in fauorem. num. 39. *nam beneficia resignata ex causa permutationis, seu in fauorem, non dicuntur vacare ad effectum, vt alteri conferri possint, &c.* numero 40. *Sed verius est, non valere talium beneficiorum resignationem in fauorem, seu ex causa permutationis, nisi facta mentione, & suspensione vnionis,* num. 41. & seq. *vbi ponitur decisio Rotæ: & si facta esset scienter, intraret statim vnio.* numero 43.

Permutatio debet fieri ex causa, nam ad eam iusta causa requiritur, quam Episc. disquirere, & cognoscere debet, n. 44. *An debeat fieri ex causa necessitatis, seu vtilitatis Ecclesiæ, an vero possit fieri ex sola expedientia, & vtilitate personarum,* à n. 45. *Resoluitur posse fieri ex expedientia, & vtilitate personarum, quæ redundat in vtilitatem Ecclesiæ, quamuis ad hoc vt superior teneatur admittere permutationem, requiratur causa necessitatis, vel magnæ, & euidentis vtilitatis Ecclesiæ.*

Permutatio facta absque vlla causa iusta, quæ saltim redundet in vtilitatem Ecclesiæ, & ad eam saltim reductiue pertineat, nulla est, si coram inferiore à Papa fiat: sufficeret tamen causa ex parte vnius permutantium modo ex parte alterius non sit in damnum Ecclesiæ considerabile, n. 49. *Quod maxime procedit stante* const. 58. *Pij V.* vers. ad hoc, n. 50. *ex qua, iuncta* const. 42. *eiusdem, beneficia sic permutata coram ordinariis, absque iusta causa, manebunt tanquam vacantia reseruata, & admittens suspensus,* numero 51.

Non præsumitur in dubio permutatio facta ex iusta causa, nec credetur ordinario dicenti se facere illam iusta de causa, nisi probetur illa si non est facta cum causæ cognitione, numero 52. *Quamuis contrarium teneant Bellamera, & Ancharran. cuius sententia procedet, quando ordinarius in ipsa permutatione enuntiaret adhibuisse causæ cognitionem.* numero 53. *Et pro prædicta doctrina fuit, quod cum regula sit, permutationes beneficiorum de iure fieri non posse, qui dicit fuisse factum ex causa, quo limitatur regula, debet probare causam, &c.* numero 54. *Facit etiam, quod assertioni iudicis non standum su-*

per causa, sine qua actum facere non potest, numero 55.

Permutatio debet fieri authoritate superioris: & licet clerici inter se tractare de permutando valeant, per se tamen permutare beneficia nullo modo possunt, nu. 56. *alias permutatio propria authoritate facta erit simoniaca, & sic nulla*, num. 57. *Et sua beneficia perdunt, qui ea sic permutant, quia illis priuantur per sententiam*, n. 58. *Imo ex Extrauag. cum detestabile, de simonia, videntur illis priuari ipso iure, & incurrere excommunicationem, contra aliquos*, n. 59.

Superior hic intelligitur non solum Papa, sed etiam Episcopus, n. 60. *Et etiam coram Legato à latere possunt fieri permutationes, licet secus si non sit de latere*, numer. 61.

Improbatur Flaminius Parisius dubitans, an hodie Episcopi possint admittere permutationes beneficiorum, quia dicta constitutione 58. Pij V. vers. adhæc *expresse id concedatur ordinariis, &c.* à num. 62. *Et cessat iam dictum Mandosii, quod permutationes in manibus Papæ tantum fieri poterant ex alia bulla Pij V.* n. 64.

Quid sit faciendum, quando beneficia, qua permutantur, sunt in diuersis diœcesibus, remittitur ad glossam in capit. 1. de rerum permutatione in 6. verb. collationem, *& ibi Doctores*, numer. 65 *& sententia gl. est communiter approbata, quam sequuntur relati*, nu. 66.

An in permutatione beneficiorum inæqualium in valore coram ordinario possit authoritate ipsius reseruari pensio, seu refundi pecunia ad coaquandos fructus, remissiue, n. 67.

Episcopo inferior non potest permutationi authoritatem præstare contra Sylvest. numero 68. & seq. *nisi iurisdictionem haberet Episcopalem, aut id præscripsisset*, numero 70. *Nec Episcopus habens ius conferendi beneficium in aliena diœcesi, potest admittere resignationem illius, etiam ex causa permutationis*, nu. 71.

Requiritur in permutatione consensus illorum, ad quos collatio, electio seu præsentatio pertinent, quamuis Episcopus totum debeat expedire, &c. n. 72.

An requiratur consensus omnium habentium eligere, præsentare, vel conferre, an vero sufficiat consensus maioris partis, remissiue, n. 73.

Nec etiam vicarius Episcopi potest permutationes expedire, nisi mandatum habeat speciale, numero septuagesimo quarto.

An Capitulum sede vacante possit permutationis authoritatem præstare à numero 75. *Resolvitur posse, nisi beneficium spectaret ad prouisionem Episcopi solius, sine capitulo, quamuis alij aliter teneant. Sed si Episcopus admisisset resignationem ex causa permutationis de beneficiis ad eius collationem spectantibus, & antequam conferret decederet, posset Capitulum illa compermutantibus conferre*, numero 81.

Nec etiam Episcopus potest permutationem expedire, si beneficia sunt reseruata, quorum permutationi solus Papa authoritatem interponit, numero 82. *pro quo allegatur extrauagans* execrabilis de præben. vers. inhibentes, *sed non multum facit*, numero 83. *Verum tamen est, quia de beneficiis reseruatis inferior non potest se intromittere, &c.* numero 84.

Post resignationem, quæ in permutatione debet interuenire, à superiori admissam requiritur collatio beneficiorum sic vacantium, n. 85.

An sufficeret, si præsentibus permutare volentibus, & petentibus renuntiationem admitti, & collationem fieri Episcopus dicat placet nobis & permittimus, à numero 86. *Resolvitur non sufficere, sed opus esse, quod fiat expressa renuntiatio, & collatio contra Bellam. &c.*

Cum coram Papa fit permutatio debent permutantes de aliis beneficiis obtentis, & de qualitatibus beneficij, alias exprimendis mentionem facere, num. 89. & 90. *& idem erit in permutatione facta coram Legato*, num. 92. *Quamuis aliqui teneant contrarium, quia hic non est impetratio, nec collatio simpliciter facta, sed ob causam permutationis*, numero 93. *cuirationi respondetur*, numero 94. *Nec obstat alia ratio, quod in permutatione collatio non est gratiosa, & libera, sed necessaria, nam admissio non est necessaria*, numero 95.

Ex ista ratione videbatur, non esse necessariam mentionem obtentorum in prouisione de parochiali, quæ à Papa fit electo in concursu ab ordinario, nam est illi debita collatio, n. 96. *Sicut etiam in institutione præsentati facta à Papa, non est necessaria mentio obtentorum*, n. 97. *Nihilominus in prouisione parochialium praxis, consuetudo, & stylus videtur habere contrarium*, n. 98.

In permutatione facta coram Ordinario, non est opus facere mentionem de obtentis, sicut nec in alia prouisione ab eo facta, n. 99.

Quia superioris authoritas fraudis suspicionem tollit, nec delictum præsumendum est, permutationem non in fraudem, sed ex honesta affectione processisse credendum est, numero 100. *nisi in contrarium vrgeant coniecturæ*, n. 101. *Sed coniecturæ istæ, quas adducunt Doctores citati, militant respectu expectantium, quando erant expectatiuæ, nunc autem cum non adsint expectantes, quia sunt sublati per Concilium, ista coniecturæ fraudis permutationum videntur cessare*, numero 102.

VAcant † etiam vt *cap. præced. in princip.* diximus, beneficia renuntiatione facta ex causa ex causa permutationis, de qua materia permutationis beneficiorum vltra ordinarios, *in titul. de rerum permutatione in Decretal. Sexto, & Clem.* sunt tract. Feder. de Senis, & P. de VValdis, de Perusio, & Ægidij Bellameræ, late etiam scripsit Gambarus super tit. *de rerum permutatione in 6.* qui omnes habentur *in 15 tom. tract. nouorum, parte prima*, & Rebuff. *in praxi titul. de permutatione*, & Ioann. Nicol. Gimon. *in Enchirid. benef. titulo quinto de permutatione benefic.* & Ioann. Nicol Delphinas *de iure patronat. libro secundo ex numero* 136. Corra. *de benef. 1. parte cap. 9.* Rosin. *benef. ex cap* 31. *cum seq.* Mandos. *de signatura gratiæ, tit. de permutatione*, Barthol. Vgolinus *de simonia, tab. 1. cap. 27. per totum*, D. Anton. *in summ. Theolog. p. 3. tit. 15. cap. 3.* Sylvest. *verb. permutatio* 2. & alij Summistæ *eodem verb.* Lessius *de iustit. & iure, libro 2. cap. 34. dub. 36. & cap. 35. dub. 17.* & Suarez *de relig. tractat. 3. libro 4. cap. 31. 32. 33. & 34.* Azor *institit. moralium. par. 2. libro 7. cap. 29. & 30.* & Tuschus *à conclusio. 303. litera P.* 1

Vacant ergo beneficia † renuntiatione ex causa permutationis, quæ potest fieri etiam exprimendo Episcopo, quod renuntiant ex causa permutationis, vt constat ex *cap. 1. de rerum permut. in 6. & Clem. 1. eodem tit.* & ibi Imola, Bonif. *num. 22. & à num. 87.* & Dd. & Petr. de Perusio *d. tract. de permuta. benef. vlt. p. num.* 56. alias 90. Gamb. *d. cap. 1. de rerum permut. in 6.* 2

num

numero 4. Cerola *in praxi Episcopali 2.p.verb.renuntiatio, §.3.* Cechus *de benef. & pensio. Eccles.cap.2.numero 2.vers.* 11. & formularium instrumentorum, *pag. mihi* 334 & vbi ponitur collatio ex causa permutationis.

3 Quamuis non debeant† nisi permutantibus beneficia, ex ista causa resignata conferri, *d. cap.1.& dict.*
4 *Clem.1.* Adeo† quidem, vt non solum expectatiua, sed nec optio permutationis effectum impediat, *d. cap.* 1. Feder. *q.*28. Card. *in d. Clem.1.q.* 16. & Bonif. *n.* 60. Bellam. *d.tract.7.p.q.2.& 12.p.q. vlt.* P. de Perusio late *vlt.p.q.vlt.à num.*57. alias 92. Gamb. *d. c.1. numero* 43. Corras. *d.c.9.num.9.* Gim. dicens receptam communiter, *d.tit.5.c.10.num.3.* Ioan. Nicol. Delphinas *d.lib.2.q.16.à nu.*156. Rota *decis.1.de rerum permutatio.in nouis in addit.nu.7.* Feder. *consil.*211. *numer.*14. Bursat. *consil.*351. *num.6.li.4.* Pet. Greg. *de benef.c.*39. *num.*4. Flam. Paris. *de resignat. benef.lib.2.q.20.num.2.* Azor *cap.*30. *q.*7. & vide Gigan. *de pensio.q.*63. *numero* 4.

5 Vnde cum beneficium † vacet renuntiatione facta ex causa permutationis, non poterit ad illud redire renuntians sine noua collatione, etiamsi permutatio non sequatur, seu non teneat, nec habeat effectum, ita glo. *in cap. penul. de rerum permutat.* Domin. *in d.c.1. numero* 21. & ibi Prob. ad Monach. *à numero* 14. Felin. *in c. cum venerabilis. num.*11. *de excep. & in c. cum ex officij. in fi. de præscrip.* Aufrer. ad Capellam Tolos. *decis.*261. Selua *de benef.3.p.q.*24. Bellam. *d.tract.* 11. *p.q.*3. Petr. de Perusio 6. *p. ex num.*51. alias 84. Gamb. *in d.c. ex num.*62. Rebuf. *d.tit. de permutat. numer.*11. *& 16. & de pacificis possess. numer.*166. alias 145. Corras. *d.*1. *p.c.*8. *numer.*9. Ioan. Nicol. Gimon. *d.tit.5.c.*14. *ex nume.*5. Ioan. Nicol. Delphin. *d. libro 2.q.6. num.*146. Mascar. *de probatio. conclus.*1401. *num.*3. & Rota *decis.*3. *in antiquior. & 9. & vlt. in antiq. de rerum permutat. & 1. & 4. in nouis eod. tit. &* 1. *de filiis presbyt. etiam in nouis in fine*, quæ dicit, quod noua collatio debet fieri per superiorem habentem ad hoc potestatem, & sic per Papam, si beneficia sunt reseruata, alias per Ordinarium collatorem, vt inquit Francus statim citandus, casu quo sit necessaria noua collatio: & idem fuit resolutum in illa Gerund. permutationis, coram domino Lita 5. Iulij 1593. *supra* adducta *cap. præceden. num.*20. & est videnda in proposito.

6 Quamuis † contrarium teneant Ioan. Andr. & Francus cum aliis, quos refert *in d.c.1. de rerum permu. in 6. numero* 11. Feder. *quæst.*8. dicens opinionem Ioan. Andr. æquiorem, quia per eam vitatur circuitus, & incommoda beneficiorum, & Bonif. *in d. Clem.* 1. *num.*96. & Papaz *in additione ad decis.*4. *de renunt. in nouis, numero* 10. *& additio vlt. ad d. decis.*1. *de rerum permutat. in nouis*, Rosin. *de benef.c.*38. & Duare. *libro* 8. *cap.*3. Mandos. *d.tit. de permut. vers. clausula, vt alteri*, Flamin. Paris. *libro* 1. *quæst.* 14. *numero* 12. Zauallos *q.*561. *à numero* 6. & D. Frechilla *in rubrica de renuntiat. numero* 51. *& de excommunic.*5. *art.*2. *p. numero* 9. qui alios referunt, & dicunt, quod si permutatio non habuit effectum, permutantes possunt redire ad sua beneficia, absque noua collatione, & Azor *d. capitulo* 29. *q.*21. & Lessius *dict. cap.*34. *numero* 195.

7 Quorum opinio tantum † procedet in permutatione facta in manibus Papæ, tunc enim si permutatio non habet effectum, potest permutans sine noua collatione redire ad suum beneficium, vt *in d.c.*4. *de rerum permutat.* alias 293. & 2. *de renuntiat.* alias 67. *in antiq.* & fuit resolutum in causa Salamantina pensionis 8. Iunij 1585. coram D. Bubalo nisi quando culpa eius non habet effectum, vt in eadem causa 13. Iunij 1586. & diximus *ca. præceden. à n.*30. quamuis eadem causa 24. Maij 1585. domini fuissent varij, an correspectiuitas in permutatione inducat conditionem suspensiuum taliter, quod possint redire sine noua collatione, si fiat in manibus Papæ.

Et est † decisio in vna Barchinonen. parochialis 10. 8
Decembr. 1601. coram D. Sacrato, quæ sic ait, *Dixerunt domini Ioannem Caluum non cecidisse à possessione beneficij, de quo agitur per resignationem ad fauorem Iacobi, quia resignatio non fuit simplex, sed conditionalis, nempe ex causa permutationis, vnde cum alterum ex beneficiis permutatis nõ fuit acquisitiũ Iacobo, resignatio ex cap.* non impletæ conditionis *cessauit, Rota* decis. 4. de rerum permut. in antiq. *Guidob.* decis. 58. *Puteus* 158. libro 3. *Chisanen.*155. *Achilles* 10. num. 4. de restit. spoliat.

Et ratio est, quia † in permutatione facta coram Pa- 9
pa, si non habet effectum, ius non abdicatur à resignante, vt *in d. decis.*4. *de rerum permutat. & 2. de renuntiat. in antiq.* Probus ad Monach. *in c.2. de præben. in 6. n.*29. & Flam. Paris. *d.lib.1.q.3.n.*49. *&* 95. sicuti in resignatione in fauorem, & conditionali, Flam. Paris. *d. q.3. numer.*95. *& per totam*, vbi id late probat multas decisiones, & authoritates afferens de resignatione conditionali, & in fauorem, quod tamen magis videtur de stylo, & æquitate, quam de rigore iuris, quia in huiusmodi resignationibus conditio magis videtur resolutiua, quam suspensiua in rigore. Vnde sicut in renuntiatione conditionali, & in fauorem, non seruatis conditionibus resignans potest redire sine noua collatione, quia non abdicatur ius ab eo, & resignasse non censetur, Flam. Paris. *d. lib.1.q.14. à n.* 6. ita in resignatione ex causa permutationis facta coram Papa.

Aduerte † tamen quod si duo resignant sua be- 10
neficia, ex causa permutationis, & facta collatione vni alter decedat ante factam sibi collationem, superstes non habet regressum ad beneficium à se dimissum, quia quoad eum permutatio habuit effectum, vt per Gonçal. ad *reg. mensium. glos.*15. *§.2. à numero* 40. quem vide, quamuis superstes, cui fuit collatum beneficium à compermutante resignatum possit vtrumque retinere illo decedente, antequam ipse suum resignaret, cum per eum non stet, quin permutatio adimpleatur, Rebuf. *d. tit. de permut. nu.* 28. Lessius *d. c.*34. *num.*197. & Azor *d.c.*29. *q.*29. nisi ambo essent incompatibilia, nam tunc mortuo compermutante vacaret beneficium superstitis, tanquam prius ab eo obtentum, aut certe ei dabitur optio, vt dimittat, quod voluerit, arg. eius, quod tradit Hoieda *de incompatib. benef. 1.p.c.* 13. *numero* 56. *&* 57. & quod dicitur infra *c.*5. *numero* 312. *&* 319. Si vero compermutans, qui resignauit, decederet ante factam collationem superstiti, qui nondum suum resignauerat, cum permutatio iam non possit habere effectum, non debebitur illud beneficium superstiti, sed libere prouidebitur, tanquam vacans per d. resignationem.

Possunt autem † omnia beneficia libere permu- 11
tari, vt *in titulo de rerum permutat.* Corras. *dict. capitulo* 9. *numero* 1. & Suar. *dict. libro* 4. *capitulo* 34. *numero* 1.

Quod procedit † non solum in beneficiis habitis 12
in titulum, sed etiam in commendam, Corras. *ibi, & c.*6. *eiusdem* 1. *p.n.*7. & vide Feder. *q.*15. Bellam. 3. *p.q.*

4.P. de Perusio 1.p.q.3.n.6.alias 9. Gamb. *in d.c.1.n. 87.& 88.& de offic.legati lib.4.rubrica de potestate legati in commendando beneficia,num.113.& seq.* Seluam 3.p.q.33.n.2 Probum ad Monachum *in c. nemo de elect.in 6.n.33.* Gimon.*d.tit.5.c.6. ex num.1.* Cuchum *in instit.maior.libro 3.tit.6.numero 20.* & Flam. Paris. *libro 2.q.17.* Azor *cap.29.q.11.*& D. Card. Manticam *de tacitis & ambiguis conuentionibus libro 25. tit.9.à n.26.*

13 Et quidem † cum beneficia commendata sint reseruata, seu affecta vt dictum est supra 4.*p.capit.4.à num.64.*non potest eorum permutatio fieri,nisi coram Papa iuxta dicta infra à *num.82.*& docet Mantica *ibi.*

14 Secundo procedit † etiam si pro duobus, seu pluribus vnum commutetur,si nihil aliud obstat,Feder. *q.12.*,Domin.*in d.c.1.nu.8.*Bonif. *in d.Clem.1.à num. 76.* Bellam.*3.p.q.9.*P.de Perusio *1.p.q.1. num.4.* alias 5 Gamb.*in d.c.1.ex num.73.*Rebuf.*tit.de permutatione,num.40.* Corras.*d.c.9.num.1.* Gimon.*d.c.6.numero 17.& 18.*Ioan.Nicol.Delphinas *d.libro 2.q.20.numero 164.*Naua.*cons.43.numero 3. de simon.* & Cechus *d.c.2.nu.2.*Azor *d.c.29.q.12.* & Mantica *supra numero 65.*

15 Tertio † procedit etiam si nondum adepta sit possessio, nam habens ius in re,non tamen possessionē, potest cum alio permutare,Franc. *in d.cap.1.num.16.* & ibi,Gamb.*num.86.*P.de Perusio *1.p.numer.1.*Probus ad Monach. *in cap.licet Episcopus de præben.in 6. num.6.*Corras.*d.cap.9. num.1.* & Mantica *supra num. 2.& 9.*

16 Intellige tamen † permutationem solum fieri posse de beneficiis propriis *dict. cap.1.* & ibi,Domin.ex *n.5* Franc.*n.1.& 15.* & alij,Bonif.*in d.Clem.1.ex n.70.* Feder.*q.13.*Bellam.*2.p.q.1.*Pet.de Perusio *1.p.n.1.& 2.* Feli.*in cap.ad audientiam 2.de rescript.n.11.*Corras.*d. c.9. n.2* Gimon.*d.tit.5.c.2.n.5.& c.5.n.1.*Rosin.*de benef.c.35.*Naua.*in man.cap.23.num.100. vers.3.quod,& cons.43.de simon.nu.2.* & Vgolin. qui alios refert *d.c. 27.§.1.n.5* & Cechus *d.num.2.*& nouissime D.Card. Mantica *de tacitis & ambiguis conuent.libro 25.tit.9.à num.2.*

17 Ex quo † inferunt non posse fieri permutationem de iure ad rem,quod etiam tenent Ioan. Nicol. Delphinas *supra q.21.n.156.* Flam. Paris.*lib.2.q.21.& 23.* Cerola *d.2 p.verb.renunciatio.§.1.*& Cechus *d.num. 2.vers.9* .Azor *c.29.q.22.* quamuis contrarium posse sustineri doceat Gamb.*in rubrica de rerum permutat. in 6.numero 8 & in d.c.1.numero 42.*cuius opinio communiter reprobatur,secundum Flam.Paris.*d.q.23. n.15.* & quamuis has permutationes non esse irritas, si ordinari[s] illas admittat,putet Lessius *de iust.& iure,lib.2.c.34.n.199* & in manibus prælati fieri posse, si alias habentes talia iura haberent facultatem transferendi in alios,concludat Suarez *d.libro 4.cap.31.numero 19.*

18 Nec etiam fieri potest † permutatio benef. cum pēsione, nec pensionum inter se,quamuis sint cum facultate transferendi,quia pensio non est beneficium, vt dictum est *1.p.c.5.* & Episcopis solum concessum est permutationes beneficiorum authorizare, ista Suarez *d.lib.4.c.33.*

19 Secundo † infertur, quod si vnus ex permutantibus non habet ius in beneficio, non valet permutatio,vt per Domin.*n.6.*& Franc.*17.in d.c.1.*Feder.*q. 10.*Bellam.*2.p.q.9.& 10.p.q.2.*P. de Perusio *1.p.nu.3.* Cosm.*in pragm.sanctione,tit.de collatio.§.item insuper, verb.disponere,circa fi.* Gimon.*d.tit.5.cap.5.n.2.*& cechus *supra, vers.6.& 8.*Lessius *d.c.34.n.195.* Azor *d. c.29.q.19.*& alij,quamuis Gamb.*d.c.1.ex n.58.*teneat valere collationem, ex parte eius,qui suum beneficium bene obtentum resignauit,nisi antea ius fuerit quæsitum alteri in hoc per permutationem adepto. Vnde à fortiori infertur contra Rebuff. *d. tit.de permut.nu.14. & 15.*non valere permutationem factam cum beneficio ficto,quod non habet compermutās, sed falso illud nominat,Lessius *supra n.200.*& Azor *c.30.q.vlt.& c.praced.q.16.* & Suar. *d.lib.4.c.35.n.19. & 20.*

Tertio † infertur,quod si duo litigarent super aliquo beneficio,etiam ab vno ex illis possesso,non posset coram Ordinario ex causa concordiæ fieri permutatio illius cum alio beneficio,beneficia enim debent esse permutantium pacifice,nec coram Ordinario potest in his fieri concordia, ad tradita supra *1.p. c.5.à n.350.* 20

Quarto † infertur, non valere permutationē pro tertio,Domin.*nu.5.*& Gamb.*num.56.* quem vide *in d.cap.1.*Feder.*q.40.ad fi.*Bonif.*in d.Clem.1.nume.43.* P.de Perusio *vlt.p.n.56.* Ioan. Nicol. Delphinas *supra q.19.num.162.*Naua. *d.cons.43.de simon, num.3.*& Cechus *d.num.2.vers.11.*Lessius *lib.2.cap.35.num.87.* Azor *d.cap.30.quæst.6.*& Suarez *d.libro 4.c.35.numero 18.* 21

Et † permutatio debet esse inter duos,non triangularis,vel quadrangularis, Achill. *decis.298.* & Caputaq.*325.p.2.*Gonçal.*gl.14.n.58.* Lessius *ibi, num.88.*& Suar. & Boetius Epon de Saturnino permutationis beneficialis, etiam triangularis iure commentarium fecit. 22

Secundo † intellige, ita demum beneficia posse permutari, si cui vnita non sint, nam beneficia vnita permutari non possunt,vt docet Corras.*d.cap.9. numero 1.* 23

Quod potest † intelligi dupliciter,primo de beneficiis vnitis,postquam vnio sortita est effectum,nam cum per vnionem extinguatur titulus,& nomen beneficij, & non dicatur amplius beneficium, nec censeatur beneficium separatum, sed sub titulo beneficij, cui facta est vnio,sit confusum, vt dicit infra *vlt. par.c.2.à nu.12* & ideo non possit renuntiari,Ferret. *cons.255. num.9.* nec possit per se impetrari, etiam à Romano Pontifice,nisi narrata vnione, &c. Hoieda *de incompatibilitate benef.2.p.c.3.n.12.*non valet de tali permutatio, Sarnen. *in reg. de infirmis quæst. 15.* & Bellamera *3.p.q.7. ad fi.* dicens, quod de suppresso est indubitatum permutari non posse, quia illud, quod non est, permutari non potest, nisi suppressio veniret post renunciationes,& tradit Gonçalez *gl.5. §.7.n.11.14. & 22.*Azor *d. cap.29.q.7.* Mantica *supra n,11.* 24

Sed an beneficium † vnitum,verbi gratia,Capitulo,possit permutari cum alio Petri, vt hoc vniatur Capitulo,& illud conferatur Petro, Bonifacius *in d. clem.1.ad fi.*tenet, quod sic,sed id fit dissoluta prima vnione ex causa vtilitatis, seu necessitatis Ecclesiæ. 25

Et etiam beneficia † vnita videntur posse permutari inter se,ad *c.cum venerabilis de exceptio.*& corr. *d.c.9.n.1.* ibi:*Siue proprietatis iure.* 26

Secundo † potest intelligi de beneficiis vnitis, ante quam vnio sortiatur effectum, & de his loquitur Corras.*ibi,*vt patet ex *decisione* Rotæ,quam allegat *160.in antiquis,*quæ alias est *3.de rerum permutat.* & dicit,quod beneficium vnitum non potest permutari per eum, qui illud tenet, ante quam vnio sortiatur 27

tiatur effectum, idem ait *decis.1. eo.tit.in antiquior.* & Franch.*in d.c.1.num.4.* Oldra. *cons.257. à numero* 20. Pauinus *de offic.& potest.at. Capitul.sede vacante 3.q. 2.p.nu.*18. Staphil.*de literis gratiæ, tit.de vi, & effectu clausular.de clausula motu proprio,§.sexto, numero* 6. Bellam.*d.tract.de permutatione benef.3.p.quæst.* 7. dicens, in hoc omnes concordare, & ipsum cum eis, dummodo vnio sit iuridice facta, ita quod de iure teneat, quia si de iure non valeret, propter aliquem defectum, tunc non impediret permutationem. *reg. non præstat lib.*6.& dummodo vnio ipsa tota permutationem, & renunciationes, seu renunciationem factam ex causa permutationis præcedat. Et Pet. de Perusio *eo.tract.1.p.q.*6. *à numero* 10. alias 15 Cacciallup.*de vnio.art.*8.*q.*13 & Gambar.*in d.cap.1.num.*81. Rebuff.*in praxi reg.de vnio.gloss.*11.*numero* 8.& de vnionis reuocatione,*numero* 32. *&* 33. *& tit.de vicariis perpetuis, num.*18. Gimon.*d.tit.*5.*c.*6.*numer.*9. Hojeda *d.cap.*3.*numero* 9.*vers.sed vtrum practicabilia.* Rota *c. de vnione,nu.*14. Cerola *in praxi Episcopali* 1.*p.verb. vnio.§.*7.1.*&* 3.*dub.&* 2.*p.eo.verbo.§.*14. Azor *d.qu.*7. & est communis opinio, vt per Flamin.Parisi.*lib.*2.*de resignat.q.*9.*num.*2. qui alios refert, & idem in resignatione in fauorem, vt per Flamin.*ibi*, cum communi,& Azor *d.lib.*7.*cap.*25.*q.* 8. & facit decretum Concil. Tridentin.*sess.*21.*c.*5.*ad fi.&* sess.23.*c.*18. *vers. nec per resignationem,& sess.*24.*cap.*15.*ad fin.de reformat.*

28 Quod non solum † procedit coram Ordinario, sed etiam coram Papa, nam effectus vnionis non tollitur per prouisionem Papę subsequentem, quia alias sequeretur, quod vnio posset esse inutilis per frequētes, & plures permutationes, seu prouisiones, quod non est de mente Papæ, Rota *d.decis.*3.*de rerum permutat.in antiq.* Staphil.*d.num.*6. Bellam.*supra*, *&* 3. *p.q.*9.*numer.*11. Caccialup.*art.*9.*q.*5. Rebuf.*d.titul.de vnionis reuocatione, num.*32.*practic.* Rota, *num.*15 *vers. vnio per prouisionem*, & Cerola *supra*, & Azor *d.q.* 8. & Rota in Agrigentina beneficij S. Anton. 12. Nouem. 1601. coram D. meo Corduba adducta 6.*p.c.*2. *nu.*130. nisi sint factæ motu proprio, Cerola *dict.*§.7.1. *dub.* iuxta dicta *vltim.p.cap.*2. *nu.*94. contra Staphil. *d.num.*6.& Selua *de benefic.*3 *p.qu.* 11.*numero* 26. 14. *qualit.*

29 Hoc † tamen non procedit, quoties permutatio, seu resignatio in fauorem facta esset coram Papa cū narratiua vnionis, nam tunc videtur suspendi vnio pro illa vice, etiamsi non sit derogatum regulæ *de iure quæsito*, Puteus *decis.*337.*lib.*1. Flam.Parisi.*supra à n.*8. Cechus *d.cap.*2.*num.*3 *vers.si vero beneficium*, & & post hæc Gōç.*glo.*5.§.7.*à nu.* 137.& videtur tenere Azor *d.q.*8.

30 Et in † resignationibus, seu permutationibus, solet dari suspensio vnionum, suppressionum, & aliarum gratiarum, Mand.*de signa.gratiæ, tit.de resignatio. versic.datur suspensio.* Flamin.Parisi.*lib.*8.*quæst.*7.*numero* 172.

31 Et † sic procedunt sequentes declarationes S. Congregationis Concil.*d.c.*15. Prima, *Vnri possunt beneficia viuentium, sine tamen præiudicio obtinentium seruata forma huius decreti: sed si beneficium viuentis vnitum contingat resignari,& resignationem per Sedem Apostolicam admitti, vnio pro illa vice suspenditur.* Secūda, *Quando beneficium à Sanctissimo confertur, etiā ex causa resignationis etiam si per ordinarium, cap. sit vnitum,& in literis Apostolicis non adsit specialis derogatio, tunc valet collatio, dummodo habeat suspensionem generalem, vel specialem.*

Sed † an facta resignatione ex causa permutationis, seu in fauorem, non facta mentione, seu suspensione vnionis, statim subintret vnio, Franc.*vbi supra*, cū Feder. & Imola docet, quod statim facta resignatione ex causa permutationis vacant beneficia, & habet locum vnio, quia ille tex.*in d.c.*1.*de rerum permu. in* 6. non habet locum in beneficiis vnitis, & facit *dec.* Putei 262.*n.*2 *&* 3. *lib.*2. 32

Cæterum † Flam.Parisi.*d.lib.*2.*q.*9.*nu.*20. ait communem opinionem esse per resignationem in fauorem sic factam de beneficio vnito non abdicari ius à resignante, & per consequens resignantē posse continuare, seu redire ad suum beneficium, cum Paulo Parisio *cons.*114.*à n.*7.*vol.* 4.& sic fuisse iudicatum per S. Congregat. Concilij. 33

Quod † tamen limitat *num.*21. non habere locum, quoties resignans sciens vnionem non fecit de ea mētionem, nam cum tunc scienter nulliter resignare videatur, amittit ius per resignationem, iux. decisionem Rotæ in causa Romana canonicatus coram D. Seraphino, de anno 1567. de qua supra *cap.præced. num.*36. & quæ ibi diximus, quamuis in resignatione simplici statim subintret vnio, vt per Flam.*d.q.*9. *à num.*22. 34

Iuxta † quæ accipienda est declaratio S. Congregationis Concilij super *d.c.*18.*ses.*23. quæ sic ait, *Vniones legitime factæ sortiri debent effectum, non tantum cum vnita beneficia vacare contigerit per obitum, sed etiam cum per resignationem, eaq; de re poterit Episcopus datarium docere*, & quod ait Azor *d.q.*8. 35

Ex quibus † dicendum erit in permutatione cō tra Francum, quod si permutatio facta fuerit ignoranter coram ordinario, vel coram Papa, non facta mentione, & suspensione vnionis, permutantes possint redire ad sua beneficia, & vnio pro tunc non habet locum, sed erit expectanda vacatio libera, si vero scienter facta sit talis permutatio, subintrabit vnio, & sic procedit sententia Franci, Rebuf. *d. tit. de vicariis perpetuis, n.*19. *&* 20. pro qua distinctione est *decis.* Cassadori *vnica de rerum permutat.num.*2 & sic est accipiendum, quod tradit Francus *supra n.*6.*vers. imo statim.* 36

Sed aduertendum † est, ista procederi in vnione de beneficio certo, seu beneficiis certis, & ita loquūtur citati, per quā acquiritur ius ad tale beneficium, saltim ad rem, Puteus *d. dec.* 357.*n.*10.*li.*1. Flam. Par. *d.quæst.*9.*nu.*6. sicut per reseruationem de certo beneficio pro aliquo factam, Sarn.*in reg.de non tollendo do iure quæsito, quæstion.*1.*vers.*6 *modo*, & Simoneta *de reseruatio,q.*20. vt dicitur *supra* 4.*par.c.*36.*modo numer.*41. 37

Vnio † vero de beneficio primo vacaturo, non capit beneficium resignatum ex causa permutationis, seu in fauorem, Hieron. Gabr. *cons.*199.*lib.*2. vbi loquitur de indulto concesso S. Inquisitioni Hispaniæ, de primo canonicatu, & præbenda vacante, in vnaquaque Ecclesia, sequitur Flamin. Parisi. *libr.* 10. *quæst.*7.*n.*18. 38

Item † prædicta de plano procedunt in vnione de beneficio, seu beneficiis certis simpliciter, & absolute facta, vnio vero de beneficiis, etiam certis per cessum, vel decessum facta, & sic restricte ad istos modos vacandi, non videtur habere locum in beneficiis resignatis in fauorem, sed intelligi de cessu simplici, nisi diceretur per cessum etiam in fauorem certæ personæ, Puteus *d.decis.*357. Flam. Parisi. *lib.*1. *q.* 4. *n.*38. *&* *lib.*2.*q.*9.*n.*12.*&* *q.*19.*n.*17.& facit *decis.* Cassadori 3. *de renunt.*& Putei 523.*lib.*2.*&* 177.*libr.*3. & 39

Mohed *vl'. de renuntiat.* alias 341. & Paleoti 402. *lib. 3. p. 3. diuers.* Mandos. *de signatura gratiæ, tit. de regressibus, vers. notandum est,* & Flam. Paris. *d. lib. 2. q. 18. & 19. numero nono,* & in terminis *decis.* Putei 262. *lib. 2.* sententia ipsius Putei. & Aquen. de qua ibi *à numero 4.*

40 Nam † beneficia resignata ex causa permutationis, seu in fauorem, non dicuntur vacare ad effectum vt alteri conferri possint, Probus ad Monach. *in d. c. 1. de rerum permutat. in 6. nu. 11. ad fin.* & vt comprehendantur in iuribus, & priuilegiis loquentibus de beneficiis vacantibus, Mascard. *de probatio. conclus.* 1401. alias 1395. Flam. *d. lib. 1. q. 4. nu. 24. & lib. 10. q. 7. à numero* 18. & dictum est *cap. præced. num. 4. & 10. & 9. par. cap. 2. à nu. 157.* & conducit 2. declaratio S. Congregationis ibi adducta nu. 159. vnde vnio per cessum vel decessum, non intraret facta resignatione in fauorem, seu ex causa permutationis, Puteus *d. decis.* 357.

41 Nihilominus † tamen dicendum est, non valere talium beneficiorum resignationem in fauorem, seu ex causa permutationis, nisi facta mentione, & suspensione d. vnionis ex supradictis, Rebuf. *d. tit. de vnionis reuocatione, num.* 32. Puteus *d. decis.* 357. Rota in vna Eugubina beneficij S. Stephani 10. Decemb. 1590. coram D. Pamphilio, quæ † sic ait : *Fuit resolutum vnionem factam per Leonem, & Clementem Congregationi Montis Oliueti fuisse purificatam per obitum Aurelij, per cuius cessum, vel decessum, facta fuit, non obstante resignatione de anno* 1554.

42 *per Aurelium in manibus Rom. Pontificis ad fauorem Lactantij, quæ tanquam nulla propter non factam mentionem vnionis non abdicauit ius à resignante, quæ resignatio non expressa vnione fuit nulla, & surreptitia, tradit Rota* decis. 3. de rerum permutat. in antiq. *vbi post Ioan. And.* in additionibus ad Specul. in titul. de præben. in princip. *dicit, quod prouisio Papæ non tollit effectum vnionis, nisi fiat mentio de vnione, quæ alias de facili posset reddi inutilis, propter frequentes renuntiationes, Oldrad.* cons. 257. *Felin.* in cap. in nostra cor. 27. de rescript. *Boer.* decis. 346. in fin. *Selua* de benef. par. 3, quæstio. 11. numero 75. *præsertim stantibus clausulis amplissimis, de quibus in literis vnionis cum decreto irritan. ad futuras dispensationes, & licet hoc nõ procedat, vbi in gratia est apposita clausula suspẽsionis vnionis, Puteus* decis. 357. li. 1. *Fabrus* decis. 20. lib. 1. *in quib. terminis loquitur Cassad.* dec. 3. de renuntiat. *vbi aderat clausula cum suspensione omnium gratiarum, quæ habet vim suspensionis vnionis, vt habetur* in dict. dec. paulo ante num 1. *& tradit Rebuf.* tit. de reuocatione vnionis, numer. 32. *Hæc tamen suspensio non legitur in ista resignatione, in qua adest tantum clausula generalis derogatoria omnium obstantiarum, per quas effectus gratiæ differri, vel impediri valeret, quæ non operatur suspensionem vnionis, de qua non est facta mentio, cum non tollat vitium surreptionis, nec referatur ad non expressa, Bald.* consil. 400, sub nu. 2. *Corneus* cons. 245. lib. 1. *Aym.* cons. 296. sub numero 3. *quod autem per resignationem nullam non fuerit abdicatum ius à resignante, & consequenter beneficium vacauerit per obitum, & ex persona Aurelij, satis constat ex eo quod est facta in fauorem certæ personæ, quæ dicitur conditionalis, quatenus resignatario ius quæratur, & alias conditione non secuta euanescit, & non abdicat ius à resignante, Abb.* in cap. cum pridem circa fin. de pact. *Puteus* decisio. 158. lib. 3. *Guidobon.* 59. *Achill.* 10. de restitut. spoliat. *Mohed.* decis. 83. *Caputaquen.* decis. secunda lib. 1. *in manuscript. & in impressis* 215. par. 1. & 84. p. 3. *& ita cessant, quæ dciuntur. quod vnio non purificatur excessione facta ad fauorem certæ personæ, ex Cassad.* d. decis. 3. de renun. *Puteus* 357 li. 1. cum aliis allegatis, *quia Congregatio non prætẽdit effectuationem vnionis excessione Aurelij, sed per eius obitum de anno* 1564. *non obstante præfata resignatione nulla, per quam nõ fuit abdicatum ius à resignante, vt supradictum fuit, & ita domini concluserunt, reseruata tamen facultate D. Lactantio Mariano videndi, an posset iuuari ex longissima possessione, iuncta taciturnitate monasterij, quod erit particulariter videndum, &c.*

Et si talis † resignatio in fauorem, seu ex causa 43
permutationis de beneficio vnito per cessum, vel decessum, esset facta scienter, intraret statim vnio, iuxta dicta, & in terminis Rebu. *d. tit. de vicariis perpetuis, num.* 20.

Tertio intellige permutationem debere fieri ex 44
causa, nam ad permutationem iusta causa requiritur, quam Episcopus disquirere, & cognoscere debet (licet male seruetur) *cap. quæsitum de rerum permutat.* & ibi Doct. *l. 63, in fi. tit. 5. partita* 1. Cardin. *in d. clem. 1. num.* 15. Anchar. *cons.* 279. Rota *decis. 8. de procurator. in antiq. num.* 4. Bellamera *decis.* 94. *& de permutat. benef. 6. par. in prin. & q.* 1. Staphil. *de literis gratiæ, tit. de modo & forma impetran. §. de iurispatron. permutatione, numero secundo* Decius *cons.* 141. *numero quarto* Aym. *cons.* 82. *n.* 8. *& cons.* 153. Probus ad Monach. *in capit. 2. de renunciat. in 6. numero* 24. *&* 25. Rebuf. *in praxi tit. de permutat. numero* 19. Gimon. *d. tit. 5. cap. 2 numer. 12. & cap. 5. num. 10. & cap. 7. num.* 6. Duaren. *de benef. libr. 8. cap. 3.* & Cechus *cap. 10. num. 2. vers. 2.* conducit *cons.* Cald. *2. de aerum permutat. num. 2.* vbi *ait,* quod permutationes sunt odiosæ, & restringendæ, quia contra Concilium, *cap. maioribus de præben,* ideo requiritur causa, vt contra illud Episcopus dispenset, Tuschus *conclus. 303. num. 1. & 365. num. 2. & 5. litera P.*

Sed dubitatur, an † permutatio debeat fieri, ex 45
causa necessitatis, seu vtilitatis Ecclesiæ, an vero possit fieri ex sola expedientia, & vtilitate personarum. Et quidem videtur requiri causa necessitatis seu vtilitatis Ecclesiæ, ex *d. cap. quæsitum vers. si autẽ Episcopus.* & tradunt Ancharr. Bellam. Staph. Aym. Probus, & Gimon. *supra,* & Boerius *decis. 205. nu. 7.* Flam. Paris. *lib. 11. quæst. 5. num. 24.* Cerola *in praxi Episcopali 1. par. verb. renunciatio. seu permutatio. §. 3. 5. dub.* & D. Thom. *in 4. dist. 25. quæst. 3. art. 3.* ait, quod permutatio debet fieri pro causa spirituali, puta, vt melius Deo seruiatur, seu vt tali loco possit quis Deo melius seruire, alias si pro aliquo terreno commodo vtriusque, vel alterius fiat permutatio, est simoniaca, sequitur Sylvest. *verb. permutatio 2. nem. 3.* & Ioan. Baptist. Corrad. *in respon. casuum conscientiæ, quæst.* 42. & Vgolin. *d. tab. 1. de simon. cap. 27. §. 1. nu. 6.* qui ait quod simonia committitur, vel certe peccatur vbi non ob necessitattem, vtilitatemve Ecclesiæ, & idcirco, vt melius Deo inseruiat permutatio fit, vt debet, sed ob terrenum commodum nullo habito respectu ad diuinum cultum, &c. quare qui beneficium permutat cum alio ob id, quod vbi aliud beneficium est, venationibus, & piscationibus operam dare potest, plane hic peccabit, ex quo ob has causas permutatio prætermissa non est, secus autem si permutatio fiat, vt Dei cultus magis augeatur, & liberius, ac tutius Deo inseruiat. Et *§. 3. num. 6. vers. 6.* ait simoniam cessare, vbi ob vtilitatem necessitatemq; Ecclesiæ permutatio fit, & secundum formam tradi-

tam à

tam à Pio V. *in constitutione* 58. & Cechus *supra*, & Azor *d. lib. 7. c. 3 o. q. 4.*

46 Sed † quod sufficiat expedientia, seu vtilitas personarum, tenet gloss. 2. per tex. ibi *in cap. cum vniuersorum de rerum permutatione*, & ibi Abb. *numero 7. & in dict. cap. quæsitum, numero sexto*, Cardin. *in dict. clement. 1. numero 12.* Franchus *in dict. cap. 1. numero sexto*, Pet. de Perusio *dict. tract. de permutat. benef. 3. parte, q. 2. & 7. & vltim. parte, num. 54.* alias 88. & Lamber. *de iure patronat. 8. par. 2. lib. q. 6. art. 6. numero 39.* (qui etiam *numer. seq.* male ait permutationem posse fieri per Ordinarium ex sui libito) nam expedientia, ac vtilitas personarum redundat in augmentum cultus diuini, & vt melius, ac promptius seruiatur Deo.

47 Vnde † Sylvest. *sup. num. 12.* ait requiri, quod permutatio fiat ex causa spirituali, & talem causam esse secundum S. Thom. vt melius seruiatur Deo, quod etiam innuitur in d. cap. quæsitum, & timorem inimicorum secundum Ioann. Andr. & generaliter credere, ita esse de omni causa, quæ non resoluitur in pecuniam, vel aliquid mensurabile pecunia, cum quo Vgolinus *d. §. 1. num. 6. in fin.* ait, quod simoniam non committit, qui ob inimicitias, ob pestilentem aerē, & huiusmodi causas beneficium permutat, & Gambarus *in d. c. 1. de rerum permutat. in 6. num. 9.* ait, posse etiam fieri permutationem attenta vtilitate personarum, modo non resultet Ecclesiæ damnum, sed vtilitas secundum Ancha. *in d. clem. 1.* Anton. *in dict. c. quæsitum*, & Calder. *in cons. 1. hac tit.* vbi dixit, quod licet permutatio possit fieri vtilitate permutantium, tamen semper debet adesse Ecclesiæ vtilitas saltim consecutiua, vt iustitiæ inuitatur: idem ait Azor *d. quæst. 4.* & ita est accipiendum, quod tradit Bellamera *6. par. quæst. 2.* & Gimon. *d. titulo 5. capit. 9. numero 4.*

48 Quamuis † ad hoc, vt superior teneatur admittere permutationem, requiratur causa necessitatis, vel magnæ & euidentis vtilitatis Ecclesiæ, iuxta dicta *vle. par. c. 2. n. 110.*

49 Apparet † ergo ex dictis permutationem factam, absque vlla causa iusta, quæ saltim redundet in vtilitatem Ecclesiæ, & ad eam saltim reductiue pertineat, nullam esse, si coram inferiore à Papa fiat, sufficeret tamen causa ex parte vnius permutantium, modo ex parte alterius non sit in damnum Ecclesiæ considerabile (quamuis vtilitatem vtriusq; Ecclesiæ requirat Tuschus *d. conclus. 305. nu 5.* ex Gemin. *cons. 105. num. 5.*) Nam ita demum datur ordinariis facultas faciendi permutationes, quæ sunt de iure prohibitæ, Bellamera *d. 6 par. in prine.* & dicetur infra *nu. 54.* si ex causa fiant, vt *in d. c. quæsitum*, quamuis idem Bellamera *d. 6. par. quæst. 2. num. 12.* teneat permutationem sine vlla causa ab Episcopo factam, quamuis male faciat, & possit irritari, non esse ipso iure nullam.

50 Quod † maxime procedit stante *d. constitut. 58.* Pij V. *vers. adhæc*, vbi solum conceditur ordinariis admittere beneficiorum & officiorum permutationes, quæ canonicis sanctionibus, & Apostolicis constitutionibus permittuntur cum decreto irritanti si secus, &c.

51 Ex qua † etiam constitutione iuncta *constitut. 42.* eiusdem Pij V. de suspensione facultatis Episcoporum, & aliorum admittendi resignationes, vel permutationes beneficiorum, &c. quam alias Pius V. *in d. constitut. 58.* in suo robore relinquit, beneficia sic permutata coram ordinariis, absque iusta causa, manebunt tanquam vacantia reseruata Sedi Apostolicæ, aut superioribus ordinarij, qui talem permutationem admisit, & admittens talem permutationem incurret suspensionis pœnam, de qua *in d. constitu. 58. vers. qui vero*, vt etiam alias diximus, *c. præced. numero 207. & seq.*

Nec præsumetur † in dubio permutatio facta, ex iusta causa, nec credetur ordinario dicenti se facere illam de iusta causa, nisi probetur illa si non est facta cum causæ cognitione, ad tradita de dispensatione inferioris per Abb. *in cap. diuersis fallacijs de clericis coniug. numero tertio*, Rebuf. *in praxi titul. de dispensatione super defectu natalium, numero 9. & in repetit. cap. extirpande, §. qui vero de præben. circa quintam conclusionem Abbatis de pluralitate beneficiorum*, Mandos. *de signatura gratiæ, tit. de dispensatio. vers. aduertendum tamen est*, Nauarr. *in man. præludio 9. numero 15.* alias 13. *& cap. 25. numero 74. & cons. 1. numero 4. qui filij sint legitimi*, Vgolin. *de irregularitate, c. 44. §. 2. numero 5. & cap. 62. §. 1. numero 9.* vbi bene Sylu. *verb. dispensatio. numer. 4* Ludou. Lopez. *instruct. conscien. 1. tom. cap. 4.* & Man. Rodriguez *in sum. 1. tom. c. 235. numero 1. & quæst. regul. 1 tom. quæst. 22. articulo 4.* & ad tradita per Sarmiento *lib. 1. selectarum, capit. 8. num. 19.* 52

Quamuis contrarium † teneat Bellamera *d. 6. par. quæst. 2. n. 12* dicens, quod in dubio permutatio facta ab Episcopo præsumitur bene facta, & ex iusta causa, ex *cap. in præsentia. de renuntia.* & quamuis contrarium etiam in proposito videatur velle Anchar. *cons. 279* cuius sententia procedet, quando ordinarius in ipsa permutatione enuntiaret adhibuisse causæ cognitionē, tunc enim pro eo præsumeretur, iuxta dicta alias de vnione *vltima parte, capit. 2. à numero 121.* 53

Et pro † prædicta doctrina facit, quod cum regula sit, permutationes beneficiorū de iure fieri non posse, *c. minor ib. de præb. & d. c. quæsitum*, qui dicit fuisse factam ex causa vtilitatis, seu necessitatis Ecclesiæ, quo casu limitatur d. regula, & dicitur dispensatio *in d. l. 63. tit. 5. par. 1. in fi.* debet probare causam limitationis. & specialitatis ex traditis per Pinel. *in l. 1. C. de bonis matern. 3. par. n. 23.* 54

Facit † etiam doctrina Decij *in cap. quæ in Ecclesiarum, n. 130. de constit. & in c. cum sit Romana, n. 7. de appel.* q̄ assertionis iudicis nō statur super causa, sine qua actum facere non potest, Aym. *de antiquitat. tempor. 2. par. §. 1. num. 13. & 21.* Alciat. *de præsump. reg. 3. præsump. 9. n. 27.* & in simili de pensione tradit Corra. *1. par. c. 4. n. 14.* & diximus *1. par. c. 5. à nu. 325.* & de vnione *d. c. 2. n. 120.* 55

Quarto † intellige permutationem debere fieri authoritate superioris, & licet clerici se tractare de permutando libere, & licite valeant, per se tamen permutare beneficia nullo modo posse, *c. quæsitum, & c. penul. de rerum permutatione*, vbi Abb gl. & DD. *in dict. cap. 1. & dict. clement.* 1. Pet. de perusio *2. parte numero 30.* alias 51. Decius *cons. 210. numero 3.* Probus ad Monach. *in cap. 2. de renuntiat. in 6. num. 22.* Corras. *d. cap. 9. num. 2. & 3.* Gimon. *d. tit. 5. cap. 2. numer. 13.* Nauarr. *cons. 42. num. 1. de simon.* & Vgolin. *d. cap. 27. §. 2.* Lessius *lib. 2. cap. 34. num. 196. & cap. 35. numer. 10.* Azor *d. libro 7. cap. 29. quæst. 3. & 4. & 18.* Suarez late *d. libro 4. cap. 32.* & alij, qui dicunt id procedere non solum in beneficiis diuersarum Ecclesiarum, sed etiam in præbendis eiusdem Ecclesiæ, Mantica *supra numero 55.* 56

Et † alias permutatio propria authoritate facta, & sine 57

& sine authoritate superioris, erit simoniaca, *d. cap. quæsitum*, & ibi Abb. *num.* 3. Decius *cons.* 141. *num.* 1. Nauar. *in man. cap.* 23. *vers.* 3. *quod* Mand. *de signatura gratiæ, ti. de permutat. ad fi.* qui ait, ꝙ quælibet permutatio facta præter formã iuris simoniaca est, & Card. Toletus *in sum. lib.* 5. *cap.* 91. & Cechus *cap.* 10. *numero primo & 2.* Lessius *d. num.* 100. Azor *d. q.* 3. & Suarez *dict. c.* 32. *& præced.* & sic nulla, P. de Perusio *d. n.* 30. alias 51. ex dictis *cap. præced. n.* 145. *& 8. par. c.* 1. *à num.* 3. *& 20.*

58 Et † sua beneficia perdunt, qui ea propria permutant authoritate, quia illis ptiuantua per sententiam, *vt in c. cum olim de rerum permutat.* vbi Doct. Petr. de Perusio *dict. num* 30. & Cechus, & Lessius *supra.*

59 Imo † hodie ex *extrauag. cum detestabile. de sim. in princip.* videntur illis priuari ipso iure, & incurrere excommunicationem, de qua ibi *§. statuentes.* atq; hæc videtur communis sententia, vt fatetur, P. Nauarr. *de restitutione libr. 2. cap. 2. à num.* 410. quamuis ipse contrarium teneat (citans Couarr. *lib. 1. variar. cap. 5. num. 3. in fin. & num. 5. vers. item quod vidimus*, & Nauarrum *cap. 23. num. 105. in fin.* qui tamen id non dicunt) quem sequuntur Aragon 2. 2. *q.* 200. *art. 6. circa fi.* Manu. Rodrig. *in sum. 2. to. capit. 56. numero. 6. vers. lo quarto, & cap.* 64. *num.* 6. Vega *in sum. 2. par cap.* 101. *cas.* 12. & Corrad. *in respon. casuum conscientiæ quæst.* 42. *in additione*, licet non citet Nauar. & Lessius *d. cap.* 35 *numero* 100. & 141. vbi istam sententiam esse probabilem, licet fateatur nostram esse communiorem, quam nouissime sequitur Suarez *dict. libr.* 4. *capit.* 55. *à numero decimooctauo*, citans pro ea Nauar. *in capit. si quando de rescript. excepetione quarta*, & videnda sunt dicta *dict. capit. primo octaua parte.*

60 Et superior † hic intelligitur, non solum Papa, sed etiam Episcopus *dict. capit. quæsitum.* vbi Abb & alij, & *dict. capit. 1. eodem titul. in 6.* Pet. de Perusio 2. *par. quæstion. vlti. numero vigesimoseptimo*, alias 46. & 4. *par. in princip. numer.* 42. alias 69. Corras. *dict. cap. 9. numero* 3. Gonçalez *infra*, Azor *dict. quæstion.* 4. & Suarez *dict. cap.* 32. *numer.* 9. Tuschus *conclusion.* 304. *litera P.*

61 Et etiam † coram Legato à latere possunt fieri permutationes, licet secus si non sit de latere, Bellamera 1. *par. q.* 6. Gambarus *de off. legati li.* 5. *tit. de permutatione*, & Fl. Par. *de resign. benef. li.* 7. *q.* 13. *n.* 16. Azor *d. c.* 29. *q.* 4.

62 Sed an hodie † Episcopi possint admittere permutationes beneficiorum, dubitat Flam. Parisius, & vidisse dubitari ait *lib.* 5. *qu.* 6. *n.* 231. quia Pius V. *in d. constit.* 42. suspendit facultates ordinariorum recipiendi resignationes, & permutationes beneficiorũ, donec detur modus, *& in d. constitutione* 58. dat modum resignationib. ergo suspensio durat in permutationibus.

63 Sed miror † de Flaminio Parisio, cum *in d. constitut.* 58. cuius tenorem ipse ponit in principio illius quæstionis, *vers. ad hæc* expresse concedatur ordinariis admittere beneficiorum permutationes, quæ canonicis sanctionibus, & Apostolicis constitutionibus permittuntur, vt dictum est supra *num.* 50. & ita recte aduertit Fuschus *de visitatione lib. 2. cap. 28. num.* 22. dicens, quod permutationes beneficiorum fieri possunt coram Ordinariis ex *d. vers. adhæc*, licet per primas literas fuissent abrogatę, sed tamẽ seruata forma canonicarum sanctionum, &c. & recte etiam Cerola *in praxi. par. verb. renunciatio, seu permutatio. §. 3. 1. dub.* dicens, quod d. bulla admittit beneficiorum permutationes, iuxta canonicas sanctiones, *capit. quæsitum. de rerum permutat. & cap. 1. eodem titul lib. 6. &c.* & Flores de Mena *quæst.* 24. *numero* 21. dicens, quod in d. vers. adhæc concessum est ordinariis admittere permutationes simpliciter, secundum ius commune, & clare sentit Vgolin. *d. ca. p* 27. *§. 3. n.* 2. & Cechus *de Republic. Ecclesiastica, ca. de beneficiatis, num.* 8.

Et cessat iam, quod dicit † Mand. *d. titul. de permutat. ad fi.* quod permutationes in manibus Papæ tantum hodie fieri possunt, prout *in d. bulla* Pij V. & contra Flam. Paris. nouissime posthæc tenet Gonçalez *glos.* 14. *à n.* 33. Quaranta in summa bullarij, *verb. beneficiorum permutatio*, & Azor *d. li.* 7. *c.* 19. *q.* 5. *circa fi. & c.* 29. *q.* 16. 64

Et quid † sit faciendum quando beneficia, quæ permutantur, sunt in diuersis diœcesibus, vide optimam glossam *in d. c.* 1. *de rerum permutat. in 6. verb. collationem*, & ibi Domin. *num.* 19. & Francum, & alios, & formularium instrumentorum *fol. mihi* 334. vbi ponitur collatio ex causa permutationis. 65

Et † quidem sententia glos. est communiter approbata, quam sequuntur Bellamera *d. tract. 1. p. qu.* 5 *& 5. par. quæst.* 3. Pet. de Perusio 2. *par. sub vlt. quæst. n.* 27. alias 50. *&* 4. *par. quæst.* 1. *numero* 43. alias 70. Gambarus *in d. c.* 1. *numero* 133. *& seq.* Rebuf. *in praxi, tit. de permutat. numero* 36. *& de noua prouisione numero* 34. Gimon. *d. tit.* 5 *c.* 2. *numero* 21. *& capit.* 8. *à numero secundo* & Rosin. *de benef. c.* 34. *ad fi.* Azor *supra c.* 29. *q.* 8. *& c.* 30. *q.* 1. & vide, quod dictum est supra *præced. par. capitul. primo. numero duodecimo.* 66

Et † an in permutatione beneficiorum inæqualium in valore corã Ordinario possit authoritate ipsius reseruari pensio, seu refundi pecunia ad coæquandos fructus, vide dicta supra 1. *par. cap.* 5. *à numer.* 344. 67

Episcopo † vero inferior non potest permutationi authoritatem præstare, gloss. *in dict. clem.* 1. quę dicit cum Hostien. *in sum. eodem tit.* quod Episcoporum est permutare, seu permutantibus authoritatem præstare, & non inferiorum, sequuntur ibi Cardin. *numero decimoquinto* & Bonif. 32. Abbat. *in dict. capit. quæsitum, numero quarto*, dicens communiter receptum, & Francus *in d. cap.* 1. *numero octauo, nono & vndecimo.* Feder. *q.* 22. *&* 32. Bellamera 1. *par. quæst.* 1. *&* 7. *&* 2. *par. quæst.* 6. *numero quinto*, Pet. de Perusio 2. *par. quæst.* 7. *numero vigesimoquinto*, alias 42 Gamb. *in d. cap.* 1. *numero* 122. Corras. *d. cap.* 9. *numero quarto*, Gimon. *d. tit.* 5. *cap.* 2. *numero decimoquarto & cap.* 4. *&* 5. *numero vndecimo*, Rebuf. *in praxi d. tit. de permutat. num.* 20. *& in* 3. *par. signaturæ, verb. necnon iuris patronatus, numero quadragesimosecundo*, Ioan. Nicol. Delphinas *de iure patron. lib.* 2. *quæst.* 4 *à num.* 139. Rosin. *de benef. cap.* 10. *numero decimooctauo & ca.* 31. *numero quinto*, & Nauar. *cons.* 97. *numero secundo. de simon.* & Cerola *d. verb. renuntiatio. §.* 4. Lessius *de iust. & iure lib.* 2. *c.* 34. *n.* 196. Azor *c.* [illegible] *q.* 4. *vers. si quæras.* 68

Quamuis † Sylvest. *verb. permutatio* 2. *n.* 2. & Angel. *eodem verb. numero* 5. dicant superiorem, cuius authoritate fit permutatio non esse Episcopum, quãdo ad eum non spectat collatio, seu institutio, sed eum ad quem pertinet collatio, seu institutio, quod non est verum. 69

Nisi ille † inferior iurisdictionem haberet Epi- 70
scopalem,

scopalem, seu quasi Abb. *in d.c.quæsitum,n.*4. Franc. *in d.c.*1.*n.*8.*&* 9.& ibi Gambar.*n.*112.*&* 148 Corras. *d.c.*9 .*nu.*4. Gimon.*d.c.*5.*n.*12. Greg.Lopez *in l.*2.*tit.* 6.*partita* 5. *gloss.*6.& Flores *quæst.*24.*numer.*21.& Azor *d.q.*4. quicquid dicat Bellamera 1.*par. q.*2. aut id præscripsisset, Rebuf.*d.tit.de permutatione* 20.& Cechus *d.c.*10.*de benef. & pensio.n.*2. Lessius *d.n.*196. Azor *d.q.*4.*in fin.* & Suarez *d.c.*32.*n.*14. admonens, vt alias receptissima sententia in praxi seruetur, licet sententia Angeli & Sylvestri, sibi videatur valde verisimilis, & dicitur alias infra *vlt.part.capit.*2. *à n.*71.

71 Vnde† etiam Episcopus habens collationem, seu ius conferendi beneficium in aliena diœcesi ex consuetudine, vel alio iure speciali non potest admittere resignationem illius, etiam ex causa permutationis, Rota *decis.*6.*de rerum permutat.* alias 398.*in nouis*, & ibi Papaz, Abb. *in c. cum ex iniuncto.in fi. de hæret.* & Corras. *d.c.*9.*n.*3.

72 Requiritur † tamen in permutatione consensus illorum, ad quos collatio, electio, seu præsentatio pertinet, quia ipsorum interest, quamuis Episcopus totum debeat expedire, gl. *in d.c.* 1. *verb. collationem*, & ibi Franc. *nu.*6.7.*& sequent.* gl. etiam *in d.clem.*1.& ibi Cardin. *nu.*12.*&* 16.& Bonif. *nu.*33.47.*&* 48. Abb. *in d.c.quæsitum,num.*9. Feder. *q.*19.22.*&* 32. Bellam. 1.*p.q.*7.*&* 2.*p.q.*4.*num.*5.*&* 4.*p.q.*1.2.3.& 4.P. de Perusio 2.*p.q.*9. *& vlt.&* 3.*p.à quæst.*1. *vsque ad* 6.*ex n.* 33. alias 55.*&* 4.*par.in prin.num.* 42. alias 69. Probus *in rubric.a de rerum permutat.in* 6.*nu.*6. *&* 7. Gamb. *in d.c.*1.*num.*110.112. 118. *&* 121. Gimon.*supra cap.* 3. *& c.*5.*numero nono & cap.*7. *numero* 18. Rebuf. *dict. tit.de permut.numero* 20.*&* 21. Ioan. Nicol. Delphinas *d.q.*4.*numero* 142.*& seq.& quæst.*14.*numero* 154. Rosin.*c.*32 & Cechus *supra*, Lessius *d.c.*34.*n.*198. Azor *d.c.*29.*q.*6.*&* 32.& Suarez *d.c.*32.*num.*12. qui tamen num.14. male ait executionem, & collationem remittendam esse ad inferiorem collatorem contra communem, & si permutatio fieret sine illorum consensu an sit nulla, vel annullanda, vide dicta *c.præced.à n.* 19.

73 Et an† requiratur consensus omnium habentium eligere, præsentare, vel conferre, an vero sufficiat consensus maioris partis, vide Cardin. *in d. clemen.* 1.*numero* 12.& ibi Bonif.*num.*47. *&* 48. Franc. *in d. cap.*1.*num.*6. Feder.*quæst.*20.*&* 21 Bellam.2. *p. quæst.* 8.*&* 4.*p.q.*5 Pet: de Perusio *d.*3 *p.quæst.*2.*&* 3.Gamb. supra *numero.*117. Gimon *dict.cap.*5.*à numero decimo*, & quæ tradunt Feli. Decius, & alij, *in c.cum omnes de constit.*

74 Nec† etiam vicarius Episcopi potest permutationes expedire, nisi mandatum habeat speciale, Bellam.1.*p.q.*3.Gamb.*in d.c.*1.*nu.*116. Gimon.*d.tit.*5.*c.*2. *n.*17.*& seq.*& Rosin.*d.c.*10.*n.* 18.*& c.*31.*num.*5. & Cechus *d.c.*10.*n.*2. Azor *d.c.*29.*q.*4.cum communi: nec videtur sufficere, quod habeat potestatem conferendi, contra Calder. *cons.*7.*de rerum permutat.* vt prædicti authores sentiunt.

75 Sed an † Capitulum sede vacante possit permutationi authoritatem præstare, gl. *in dict.clem.*1. *verb. conferantur, vers. quid de cap.* putat, quod sic, cum hoc iurisdictionis Episcopalis, in qua tunc succedit, nisi beneficia illa, aut alterum illorum spectaret ad collationem, electionem, vel præsentationem Episcopi solius sine Capitulo, quia cum in talium beneficiorum collatione, electione, vel præsentatione, non succedat, neque etiam in consensu, quem necesse habet præstare collator, &c. ne vna via concedatur, quod alia prohibetur, *reg. cum quid lib.* 6. si vero vna cum Capitulo haberet facere prædicta, cum Capitulum tunc possit conferre, eligere, vel præsentare, *c.vni. ne sede vacante lib.*6. poterit, vt Capitulum consentire; & vt Episcopus authorizare. Quam doctrinam glossæ sequuntur ibi Card. *n.*17. & Bonif. licet cogitandum relinquat ex numero 34. & alij, Rota *decis.*6. *de rerum permut.in nouis*, *numero* 2. Feli. *in c. cum olim de maioritate,& obedi.numero* 3 *vers.ad* 3. Prob. *in d.rubrica de rerum permut.in* 6. *numero* 4. Gamb. *in d.c.*1.*numero* 114. Corras. *d.cap.*9.*à numero* 6. Put. *dec.* 329. *lib.*2. Cuchus *in instit.maior. lib.*2.*tit.*9.*numero* 39. & Cechus *de benef.& pensio capit.* 12. *numero secundo sub vers. quinto loco*, Prosper de August. *in addit. ad summam bullarij*, *Quarantæ verb. Capitul.sede vacante sub numero* .1.9.*quæst.*4.*limitat.* dicens, posse interponere authoritatem in beneficiorum permutatione, quando eorum collatio spectabat communiter ad Episcopum, & Capitulum, & quando beneficia pertinent ad collationem tertij, & Azor idem dicens *d.c.*29.*sub* 4.*quæst.* Et conducit, quod ait Probus ad Monac. *in c.cum in illis de præben.in* 6. *numero* 62.*vers.tu tamen.* Et † tenenda est, quamuis 76
Bellam. *dict.tract. de permuut.benef.*1.*p. q.* 4. & cum eo Gimon. *d.tit.*5.*c.*2.*numero decimooctauo & seq.* dicant Capitulum sede vacante, non posse permutationes facere, etiamsi ad suam collationem spectent beneficia. Et † quamuis Paunus *de offic. & potes.* 77
Capituli sede vacante 2. *q.* 2.*p. numero* 19. & cum eo Rebuf. *in praxi, tit. de deuolut. numero* 95.& Cerola *in praxi.*2.*p.verb.Capitul.§.*7. absolute videantur velle Capitulum sede vacante posse admittere permutanes, etiam beneficiorum ad solius Episcopi collationem spectantia. Quamuis † etiam Imola in capit. 78
de rerum permutatione, & cum eo Greg. Lop. *in d. l.*2.*tit.*6.*p.*5.*gl.*6.P. de Perusio 2.*p. q.* 6. *numero vigesimotertio & vigesimoquarto* alias 41. *&* 42. quem sequitur Cech. *d.c.*10.*numero secundo & capit.*2.*vers. vicarius etiam*, post Feder. *q.*36. quem sequitur Azor *d.* 2.*p.lib.*3.*c.*38.*q.*4. dicant Capitulum sede vacante posse recipere resignationes beneficiorum ad collationem solius Episcopi pertinentium ex causa permutationis, licet permutationem authorizare, & perficere non possit, sedsi expectandus Episcopus, qui perficiat permutationem beneficiorum renunciatorum in manibus Capituli: & si perficere illam nolit, per superiorem cogetur, vel redibunt renunciantes ad eorum beneficia, *arg.c.si beneficia de præben.li.* 6. Quod impugnat † Gambarus supra dicens, quod 79
si Episcopus nolit permutationem explicare, isti non habebunt regressum ad primum beneficium, quod culpa sua amiserunt, renunciando ex causa permutationis coram Capitulo, quod non poterat permutationem expedire, quamuis posset talem renunciationem admittere, sicut dicitur de beneficiis reseruatis resignatis ex causa permutationis corã Ordinario, quorum renuntiatio valet, quamuis ipse non possit permutationem expedire, Feder. *q.*3 Bellam. 1.*par.q.*8.*&* 7.*p.q.*4. Pet. de Perusio 5.*p.numero quinquagesimo* alias 83. Bonif. *in d.clem.à numero nonagesimoquarto*, circa quod vide dicta *cap.præced. à numero* 30.

Et † Capitulum sede vacante non posse confer- 80
re beneficia spectantia ad collationem Episcopi, vacantia per resignationẽ ex causa permutationis, fuit dictum in causa Abul. parochialis de la Calcada 22. Iun. & 24. Oct. 1584. coram D. Blancheto, vt in decisionib. supra adductis 5.*p.c.*5.*n.*92.*&* 93.

81 Existimo, † tamen quod si Episcopus admisisset resignationem, ex causa permutationis de beneficiis ad eius collationem spectantibus, & antequam conferret decedere posset Capitulum sede vacante, seu eius vicarius illa compermutantibus conferre, ex Millis *in rep. verb. Capitulum vacante sede*, quia potest, nam in isto casu præcessit iam consensus Episcopi, ad cuius collationem beneficia spectant, & ex alia parte collatio est debita compermutantibus ex *dict. capite* 1. *de rerum permutat. in* 6. & *Clem.* 1. *eodem tit.* & sic necessaria, in qua succedit Capitulum sede vacante, vt dictum est *dict. capit.* 7. 5. *p. à nu.* 54.

82 Nec etiam † Episcopus potest permutationem expedire, si beneficia sunt reseruata, quorũ permutationi solius Papæ authoritatem interponit, Rota *decis.* 1. *de rerum permutat.* alias 23. *in nouis*, Feder. 1. *q. à n.* 1. Bellam. 1. *p. q.* 6. vbi loquitur in Legato de latere, & *quæst.* 8. & 3. *p. quæst.* 1. & 7. *p. quæst.* 4. Pet. de Perusio 2. *p. quæst.* 1. & 2. *ex numero decimonono*, alias 32. & 5. *par. numero quinquagesimo* alias 83. Bonif. *in d. Clem.* 1. *à numero sexagesimo sexto & nonagesimo quarto*, Feli. *in capit. in nostra de rescript. numero duodecimo* Corras. *dict. capit.* 9. *numero quarto*, Gimon. *d. tit.* 5. *capit.* 2. *numero sexto & capit.* 3. Æneas de Falcon. *de reseruatio.* 4. *quæst.* 3. *effectu*, Cassad. *decis.* 1. *de rerum permutat.* Mandos. dicens esse communem opinionem *reg.* 1. *Cancell. quæst.* 13. & Granutius dicens illud pro constanti tradi, ad Simon. *de reseruatio. quæst.* 42. *numero secundo & quæst.* 46. *numero quarto*, qui dicunt permutationem reseruati beneficij, siue generaliter, siue specialiter, coram Ordinario fieri non posse, & fuit resolutum in vna Ilerden. coram Domino Ioann. Paulo de anno 1545. in qua omnes domini conuenerunt, quod beneficium reseruatum non poterit permutari in manibus Ordinarij, vt per Puteum *decis.* 262. *libr.* 2. & est *consilium* Cald. 3. *de rerum permutat.* & sequitur Azor *lib.* 7. *capit.* 29 *quæst.* 10. & Tuschus *conclus.* 307. *P.* & nouissime Mantica *de tacitis, & ambiguis conuentionibus lib.* 25. *tit.* 9. *à numero duodecimo.*

83 Pro † quo allegatur text. *in extrauag. execrabilis, vers. inhibentes*, ibi, *Vel circa illa per medium permutationis, &c. de præben.* Sed meo videri iste tex. non multum facit, nam beneficia, de quibus ibi antequam vacent, vt ibi, *non cadunt sub reseruatione, cum sint incerta*, quamuis glos. Cencelini *ibi*, *verb. permutationis in extrauag.* Ioan 22. velit beneficia, de quibus ibi etiam vacatura esse per reseruationem affecta, & tamen Papa ibi specialiter voluit, vt non possent permutari: nos autem agimus de beneficiis reseruatis plenis, de quorum permutatione agunt ea obtinentes, & vide Cosmam *in pragmatica sanctione, tit. de collatio. §. item insuper, verb. disponere.*

4 Vera † tamen est d. doctrina ea ratione, quia de beneficiis reseruatis Papæ inferior non potest se intromittere, nec illa conferre, *c.* 2. *de præb. in* 6. *cum aliis, vt in d. dec.* 1. quamuis in beneficiis reseruatis in specie vigore huius reseruationis nõ impediri permutationem, posse probabiliter defẽdi, cum Azone de Ramengis, contra omnes teneat Gambarus *in d. c.* 1. *ex num.* 33.

85 Post resignationem † autem, quæ in permutatione debet interuenire à superiori admissam, requiritur collatio ipsorum beneficiorum sic vacantium: Bonif. *in d. Clem.* 1. *nu.* 17. P. de Perusio 4. *p. nu.* 42. alias 65. Lessius *lib.* 2. *c.* 34. *dub.* 197.

Sed † an sufficeret, si præsentib⁹ permutare volentibus, & petentibus renunciationem admitti, & collationem hinc inde fieri, Episcopus dicat, placet nobis, & permittimus, Feder. *q.* 27. ait, quod licet de subtilitate iuris possit sustineri ista breui locutione verborum videri illos renuntiasse, & Episcopum acceptasse, & contulisse ad *l. tam hoc de iure ff. ae vulgari*, tamen tutius, & securius est, vt etiam cõsulit Hostien. *in c. ex ore de his quæ fiunt à præl.* quod fiat expressa renunciatio, & collatio, ex *d. Clem.* 1. & quod sic seruat consuetudo, sequuntur Pet. de Perusio 4. *p.* 2. *q. n.* 45. alias 71. & 72. Gim. *d. tit.* 5. *c.* 5. *n.* 17. & Ioan. Nic. Delphinas *d. li.* 2. *de iurepatr. n.* 155. 86

Et † hoc esse verum etiam de subtilitate iuris, tenet Alex. de Sintilla relatus per Bellam. 3. *p. q.* 2. Nam illo modo non datur vacatio, quæ in permutatione interuenire debet, quia licet isti peterent admitti renunciationem, nondum supponitur admissa per Episcopum (seu potius nondum supponitur facta) & sic non vacabant ad *cap. quidam de renuntiat.* vbi quod petitio licentiæ cedendi non est cessio, &c. 87

Quod mihi † placet, licet Bellamera ibi censeat de veritate iuris per talium verborum breue compendium fieri permutationem, quoad renunciationes, & collationes, *arg. c. beneficium de regul. in* 6. & quæ notat Inn. *in d. c. ex ore* 1. *gl.* qui tamen fatetur cum Hostien. & Fed. quod ad tollendas difficultates, quæ cõtrarietate opinionum occurrere possunt, consultius est ante factum, quod omnia expresse fiant. Nec placet, quod post hæc dicit Gonçalez *glos.* 14. *à n.* 43. ex Rota *dec. is.* 16 *sub nu.* 6. *de rerum permutat. in antiq.* & aliis, quod admissio resignationis ex causa permutationis continet in se tacitam collationem, &c. quod etiam ait *gl.* 15. *§.* 2. *à* 57. 88

Aduertendumque † est, quod cum coram Papa fit permutatio, debent permutãtes de aliis beneficiis obtentis mentionem facere Rotam *dec.* 5 *de rescrip. &* 12. *de præbe. in antiq.* alias 593. quæ ait ita obseruare sacrum Palatium, & ad idem est *decisio* Rotæ 15. *de rerum permutat. in antiq.* alias 722. quæ ait ita tenere Rotã, sequuntur † Bell. 3. *p. quæst.* 2. *ex numero* 10. dicens curiam id seruare, Felin. *in d. cap. in nostra cor.* 13. *nu. decimosexto*, Rebuf. *d. titul. de permutatione, numero* 34. & 35. & Corras. *d. c.* 9. *num.* 8. Azor *d. li.* 7. *c.* 29. *q.* 27. 89

Et † similiter erit faciendamentio de qualitatibus beneficij, alias de iure, vel stylo exprimendus, Lapus *in d. c.* 1. *de rerum permut. in* 6. & ibi Gamb. *n.* 138. *& seq.* & Azor. 90

Et idem † erit in permutatione facta coram Legato, ex *c. 5. de offic. Legati in* 6. & *Cl.* 2. *de officio ord.* vt sentit Rota *d. dec.* 15. ibi, *Si fiat in manib. alicuius non ordinary*, & tenent Bell. & Azor *supra.* 91

Quamuis † Fed. *q.* 18. & *cons.* 70. indistincte teneat in permutatione non esse necessarium facere mentionem de obtentis, nec de qualitatibus beneficij, etiam coram Papa, & Legato, saluo stylo Curiæ, quia hic non est impetratio, nec collatio simpliciter facta, sed ob causam permutationis, & non additur beneficium beneficio, sed vnum in locum alterius subrogatur, sequuntur Francus *in d. cap.* 1. *numero* 13. Gimon. *d. tit.* 5. *capit.* 13. *ad fi.* & Ioan. Nicol. Delphinas *d. lib.* 2. *quæst.* 17. *nume.* 159. & quando permutatio fit propter vtilitatem, vel necessitatem Ecclesiarum, Pet. de Perusio 4. *par. q.* 4 *ex numer.* 48. alias 79. 92

Cui rationi respondetur † esse impetrationem, & collatio- 94 93

collationem noui tituli, licet ex causa permutationis, quod satis est.

95 Nec obstat † alia ratio, ex qua Federicum sequuntur Domin. *in dict. cap. 1. numero 25* & Villadiego *de legato 9. 9. 1. p. n. 31.* & Gambarus *de offic. legati lib. 3. n. 39.* quod in permutatione collatio non est gratiosa, libera, & voluntaria, sed necessaria &c Nam respondetur, quod licet admissa renunciatione, ex causa permutationis collatio sit necessaria, & debita compermutantibus, tamen admissio non est necessaria.

96 Ex † qua tamen ratione Domin. obiter videbatur inferri, non esse necessariam mentionem obtentorum in prouisione de parochiali, quæ à Papa fit ei, qui in concursu est electus ab ordinario, & significauit in tempore, iux. constitutionem Pij V. nam ex Concilio *sess. 24. c. 18. de reformat.* ibi: *Atque ill, & non alteri.* est illi debita collatio.

97 Sicut † etiam in institutione præsentati facta à Papa, non est necessaria mentio obtentorum, non solum ex eo, quod, præsentatus nil petit, sed patronus cum præsentat, vt tenuit Rota *decis. 350. p. 1. diuersorum*, sed etiam quia institutio est debita præsentato, &c.

98 Nihilominus † tamen in prouisione parochialium praxis, consuetudo, & stylus videtur habere contrarium.

99 In permutatione † vero facta coram Ordinario, non est opus facere mentionem de obtentis, sicut nec in alia prouisione ab eo facta, *dict. Clem. 2.* ita Rota *dict. decisio. 15.* Lapus, & Felinus *supra*, Corras. *dict. cap. 9. numero 8.* & Menoch. *de arbitr. lib. 2. casu 201. numero 150.*

Tandem, quia † superioris authoritas, & præsen-
100 tia fraudis suspicionem tollit, nec delictum præsumendum est, permutationem non in fraudem, sed ex honesta affectione processisse credendum est, Franc. *in d. cap. 1. numero 12.* Rota *decis. 8. numero 4. de procurator. in antiq.* P. de Perusio *1. p. q. vlt. numero* 18. alias 31. Decius *cons. 210. numero 5* Corras. *d. cap. 9. numero 10.* & Menoch. *de præsumpt. libro 6. præsum. 78. num. 4.*

101 Nisi † in contrarium vrgeant coniecturæ, vt per Abb. *in cap. quia verisimile de præsumpt.* & ibi Felin. *numero primo & reper.* ipsius Felini, *verb. permutans beneficium tenue*, Franchus *in d. cap. primo, numero 12.* & DD. *in cap. secundo de renunciat. in 6.* & ibi Probus ad Monach. Bellamera *dict. tractatu de permutatione benef. 2. par. quæst. 2.* Gambar. *in d. cap. 1. 4. notab. ex n. 18.* Decius *dict. cons. 210. numero quinto*, Selua *de benefic. 3. p. quæst. 18. numero 2.* Rebuff. *in praxi, tit. de permutatione à numero 42.* Corras. *d. numero decimo*, Ioann. Nicol. Delphinas. *d. lib. 2. numero 138.* Iul. Clar. *lib. 5 receptar. sententiar. §. fi. q. 73. num. 7.* Mascard. *de probatio. conclus. 178.* & *1175.* Menoch. *d. præsumpt. 78.* Flam. Paris. *de resignatione benefic. libro 12. q. 5. numero 20.* & *lib. 13. q. 4. a num. 5. ad 15.* Azor *d. c. 29. q. 15.* & *30.* & Manticam *de tacitis & ambiguis conuentionibus lib. 25. tit. 10.*

102 Circa quod ego aduerto † coniecturas istas, quas adducunt Dd. citati militare respectu expectantium, quando erant expectatiuæ, vt recte aduertit Menoch. *supra numero secundo*, vbi ait, quod quando facta est renunciatio, vel permutatio beneficij authoritate superioris, & de nullius præiudicio agitur, quippe nullus adest expectans primum vacaturum, renunciatio, vel permutatio non præsumitur fraude facta. Nun cautem cum non adsint expectantes, ex-

pectatiuæ enim sunt sublatæ à S. Concilio Trident. *sess. 24. de reformat. cap. 19.* istæ coniecturæ fraudis permutationum videntur cessare.

CAP. V.

De vacatione per assecutionem alterius.

SVMMARIA.

Pro intelligentia materiæ de incompatibilitate beneficiorum & vacatione vnius per assecutionem alterius, de qua est copiosus tractatus Hoieda, sunt considerandæ, & distinguenda quatuor tempora, ante Concilium Triden. cum Doct. relatis, n. 1.

Primum tempus est ante Concilium Lateranen. sub Alex. III. & tunc obtinenti duo curata, vel dignitates, vel alias incompatibilia, dabatur optio, & non vacabat primum ipso iure per assecutionem alterius, nec priuabatur secundo, n. 2.

Secundum tempus est d. Concilij Lateran. sub Alexan: III. in quo fuit prohibitum, vt nullus diuersas dignitates, & plures Ecclesias reciperet, alioquin priuaretur secundo, &c. n. 3.

Improbatur Quintanaduennas dicens cap. referente, & cap. præterea. de præben. *non esse ante, sed post dict. Concilium Lateranen.* numero 4. & 5. & cap. eam te de ætate & qualitate, *in quo fundatur, explicatur*, num. 6.

Tertium tempus Concilij Lateranen. sub Innocen. III. in quo statuit, quod si habens beneficium curatum, aut personatum, vel dignitatem, reciperet secundum, ipso iure vacet primum, & si illud retinere, contenderit, etiam secundo spolietur per sententiam, numero 7. *Et idem in officiis, & in beneficiis regularibus curam animarum habentibus, & in dignitatibus regularibus, etiam manualibus, ac in vicariis perpetuis*, num 8.

Improbatur Quintanaduennas dicens, quod si in variis Ecclesiis plures aliquis dignitates consecutus sit, non amittet priorem ipso iure, ex cap. de multa *&c.* num. 9.

Quartum tempus extrauagantis execrabilis. de præben. *in qua statuitur, quod recipientes secundum beneficium curatum, aut dignitatem, personatum, seu officium, primum, quod ipso iure vacat, absque mora coram Ordinariis dimittere debeant, verbo, & facto, &c. alioquin ex tunc sint ipso iure secundo priuati, & ad sacros Ordines, & beneficia inhabiles*, numero 10.

Ante ista quatuor tempora possunt notari alia tria cum Quintanaduennas, numero 11. *Primum ex Concilio Calcedonen. de quo* in cap. clericum 21. quæstio. 1. numero 12. *Secundum, ex Nicena synodo* 2 seu 7. *generali, de qua* in cap. 1. 21. quæst. 1. numer. 23. *Tertium, ex Concilio Vrbani II. Placentiæ, de quo* in ca. sanctorum 70. dist. *vbi titulorum pluralitas generaliter prohibita est*, numero 14. *Antiquitus enim nemo poterat ordinari, sine titulo certæ Ecclesiæ, seu beneficij, in qua Ecclesiastica munia personaliter obiret*, numero 15.

Cum postea ex generali consuetudine in beneficiis simplicibus requireretur ministerium, seu residentia personalis, consequenter variatum est circa pluralitatem beneficiorum, & secuta sunt prædicta

constitutiones, & prædicta quatuor tempora, numero 16.

Redeundo ad vltimum tempus d. extrauag. execrabilis, notatur, quod inhabilitas ibi posita cum inducatur in obtinendis, non extenditur ad obtenta. n. 17. *Nec habet locum in legitime dispensato ad plura, qui illa recepit non canonice*, n. 18. *quando dispensatio est concessa circa obtinenda, secus si circa obtenta*, num. 19. *Secus etiamsi sit concessa conditionaliter, si alias canonice conferantur eidem, secundum Butrium, & alios*, num. 20. *Sed contrarium tenetur, nam illa clausula non inducit formam, & conditionem, sed est expressio eius, quod tacite inest, & sic nihil operatur*, numero 21.

Nec etiam habet locum pœna d. extrauag. in habente dispensationem, quamuis surreptitiam, & insufficientem, nisi surreptio, & insufficientia esset clara, n. 22. *Nec in retinente plures parochiales obtentas cum dispensatione Papæ, quas ipso iure perdidit ob non promotionem, vel alias*, n. 23.

Dicta extrauagans, & eius pœna, habet locum, etiamsi dignitas, personatus, aut officium sit sine cura, n. 24. *Quamuis contrarium teneant Staphil. & Hoieda.* n. 25. *nec d. extrauagans id requirit* in vers. qui vero, n. 26. *nec contradicit in vers. quantum autem*, n. 27. & 28. *nec obstat ratio Hoieda, quod pœna ipso iure ibi imposita non debet extendi, quia hic non agitur de extensione, sed de comprehenso in verbis* d. vers. qui vero, n. 29.

Ex ista ratione infertur, quod pœna d. extrauagantis nõ habebit locum in retinente, alias duo beneficia vniformia sub eodem tecto, nu. 30. *Quamuis ea retinens, vel alia incompatibilia, sine dispensatione legitima sit indignus, & ineligibilis*, n. 31. *non tamen vere dici potest irregularis*, n. 32. *nec inhabilis, ita vt prouisio sit nulla, nisi iuxta Capitulum Ordinarij. §.* in conferendis, n. 33.

An dimissio primi beneficij, quæ in d. vers. qui vero *iubetur fieri coram ordinario, sit facienda intra mensẽ, sicut in versiculis præceden. an vero statim, & quam primum secundi possessionem prouisus habuerit, &c. à* n. 34. *Resoluitur faciendam esse statim, & in continenti cum gl. Cencelini, & aliis, contra gl. Guillielmi, & alios: & quando dicatur fieri statim, & in continenti, &c. intelligitur cum aliquo temperamento secundum subiectam materiam arbitrio boni viri*, n. 38. *Et quomodo sumantur dictiones istæ*, in continenti, mox, statim, illico, quam primum, & circa, *remissiue*, n. 39.

Ad euitandas pœnas d. extrauagantis sufficit, quod quis dimittat primum realiter, & cum effectu, ac sine fraude, licet coram Ordinario sub publico testimonio, illud verbo tenus non dimittat, n. 40. *Quod licet in rigore non sit verum, quia repugnant verba d. extrauagatis, quæ sunt clara, videtur consuetudine receptum, & approbatum*, n. 41.

Ad probandam execrabilitatem requiritur, quod probetur eum possedisse, n. 42. *Et debet liquido constare de possessione incompatibilium ex Rota*, numero 43. *Ex qua etiam non sufficit producere instrumenta possessionum parochialium, nisi probetur perceptio fructuum, vel tantum tempus effluxisse, quod ei posset pro notabili negligentia imputari, quæ decisio si requirit actualem perceptionem fructuum, non videtur vera, maxime si ingesserit se administrationi*, numero 44.

Per d. extrauag. vers. qui vero, & seq. *non reseruantur beneficia priora, quæ per adeptionem posteriorum vacant virtute* cap. de multa, *sed solum posteriora quæ propter indebitam retentionem priorum vacant virtute* d. extrauagantis, n. 45. *quicquid dicant alij relati* à n. 46. *Iuxta quæ est accipienda reseruatio* regulæ 1. Cancellariæ, *in qua reseruantur beneficia, quæ per constitutionem* execrabilis *vacant, vel vacare contigerit*, n. 49. *Beneficia tamen priora, quæ tempore illius constitutionis quis retinebat de facto sine dispensatione, comprehenduntur in d. reseruatione*, numero 50.

Beneficia vacantia per assecutionem alterius authoritate Apostolica facta sunt reseruata Papæ per extrauag. ad regimen, *quæ renouatur per omnes Sum. Pontifices in* reg. 1. Cancellariæ, n. 51. & 52. *Quæ reseruatio procedit in beneficiis vacaturis per assecutionem alterius, non solum ex dispositione iuris, sed etiam ex decreto Papæ*, n. 53.

Similis erat reseruatio, quam pro suo tempore fecerunt Clemens VI. & Vrbanus V. de omnibus beneficiis vacantibus per assecutionem alterius incompatibilis virtute expectatiuarum, n. 54.

Hodie in gratia facta, de aliquo beneficio habenti aliud incompatibile, seu ius ad illud, apponitur decretum, quod infra duos menses primum dimittere, seu iuri cedere in manib. Rom. Pontificis omnino teneatur alioquin ambo vacent eo ipso, &c. n. 55. *Per quam clausulam tacite dispensatur, vt per illos duos menses possit retineri primum cum secundo, & ideo ratione illius bulla pluris taxatur, quæ maior taxa excusatur expediendo bullam cum clausula*, quod si habita possessione, quam primum dimittere teneatur. n. 56. *Quamuis etiam ista clausula importare videatur, quod non vacat primum per assecutionem, & possessionem secundi, interim dum sit dimissio in manibus Papæ*, n. 57.

Istud decretum de dimittendo obtentum intelligitur de dimissione pura & simplici, & non ex causa permutationis, seu in fauorem, non obstante stylo pratenso, quia non constat, Papam sciuisse fuisse factam ex decreto, & quia si aliquas admisit, id fuit in eius voluntate, &c. ex not. n. 58. *Quamuis Flam. Parisius videatur velle, stante illa clausula posse resignare in fauorem, & cum pensione, quia ait, quod hodie apponitur, vt libere dimittant: vnde non possunt resignare in fauorem, vt antea fiebat.* n. 59.

Hodie ad magis euitandas similes renunciationes, dicitur quod libere, cum specifica mentione præsentis decreti dimittere omnino teneatur, &c. n. 60.

Is cui positum est huiusmodi decretum, siue post habitam possessionem secundi, siue ante, non poterit resignare primum coram Papa conditionaliter, seu ex causa permutationis, non facta mentione dicti decreti, alias resignatio esset surreptitia & nulla à principio, & nõ facta alias dimissione iuxta formam decreti lapso bimestri, vtrumque vacaret ex dicto decreto. n. 61. *Nec etiam poterit coram ordinario resignare simpliciter, vel ex causa permutationis: alias lapso dicto termino vacabit vtrumque ad dispositionem solius Papæ: & quamuis interim valuisset, tamen habita possessione secundi, & adueniente tempore dimittendi, irrita censebitur*, n. 62. *moriente tamen illo, &c. ante aduentum dicti temporis, non intrabit decretum in beneficiis sic vacantibus, nec erunt reseruata, &c.* n. 63. *vbi forma dictæ dimissionis, &c. Prædicta reseruatio est extensa per Paulum V. ad vacatura ante assecutionem resignata, seu dimissa, & per constitutionem positam.* numero 64.

Cum cap. quia nonnulli, & cap. de multa, & extrauagans exe-

gans, execrabilis. *solum loquantur in beneficiis curatis, & dignitatibus, ac personatibus, seu officiis, sequitur decisionem* cap. referente, & cap. præterea, de præbend. *dantium optionem, non esse correctam per d. iura in aliis beneficiis incompatibilibus, &c. nec in eis per assecutionem secundi vacare primum.* num. 65. *contra Innocentium, & alios relatos.* numero 66.

Consideratur incompatibilitas duplici modo, quædam est illorum beneficiorum, quæ simul teneri non possunt: & primum vacat ipso iure per assecutionem secundi. Alia est quoad retentionem tantum, scilicet beneficiorũ, quæ simul licite retineri non possunt, licet non vacet primum ipso iure per assecutionem secundi, n. 67. *Et ad ista reducitur triplex incompatibilitas, quam considerat Card.* n. 68.

Prædicta doctrina declaratur primo, vt non procedat in iure ad rem ad aliquod beneficium, cui censetur quis renunciare per assecutionem alterius beneficij, quod simul retineri non posset cum illo, etiamsi non sit curatum, dignitas, personatus. n. 69.

De materia Clem. gratiæ, de rescript. *videndi sunt relati* n. 79. *& dec. Rotæ ibi posita.*

Secundo declaratur, vt non procedat, quando beneficiatus in vna diœcesi accepit aliud beneficium requirens similiter residentiam in alia, & ibi commoratur: nam tunc tacite inducitur renuntiatio primi, nisi aliud appareat. num. 71. *sed contra tenetur,* nu. 72. & seq.

Tertio declaratur, vt nõ procedat, quando beneficia simplicia requirerent residentiam, ita quod non posset in eis deseruire per alium: nam tunc per adeptionem secundi videtur renuntiari primo, n. 74. *sed non placet,* n. 75.

Successit postea secundum tempus Concilij Trid. sess. 7. de reform. cap. 4. n. 76. *cui decreto non aduersatur aliud eiusdem Concilij* sess. 24. de reform. c. 17. *quod obtinentes plures parochiales, vna retenta, alias infra spatium sex mensium dimittere teneatur: nam loquitur de obtinentibus tunc plures parochiales, &c. non autem de plurib. parochialibus, aut alias incompatibilibus beneficijs post Concilium obtentis, de quibus loquitur* d. c. 4. n. 77. *Et ita accipitur quod tradunt Salzedo, & alij relati.* n. 78.

An in beneficijs residentiam requirentibus, etiam simplicibus, vel alias quomodolibet incompatibilibus per d. decretum Concilij cap. 4. *inducatur vacatio primi ipso iure per adeptionem secundi,* n. 79. *Ponitur sententia Nauarri, & aliorum negatiua,* num. 80. *quam tenuit Rota in decisionibus relatis,* n. 81. *& est in praxi seruata in Hispania,* n. 82. *Contraria sententia, & sic affirmatiua, tenetur, quæ est approbata per S. Congreg. Concilij, vt in declarationibus adductis, & recepta, & practicata in dataria, & cancellaria, & tenetur iam a Rota, vt in resolutionibus, & decisione adductis, & est re vera satis conformis Concilio, quod extendit* cap. de multa *ad quæcunque beneficia incompatibilia,* à n. 83.

Addit etiam Concilium cap. de multa, *quod quamuis in terminis* d. c. de multa *contendens retinere primum, quod ipso iure vacauerat, etiam secũdo esset priuandus per sententiam, tamẽ ex decreto Concilij ipso iure est priuatus etiam secundo.* n. 94.

Addit etiam, quod licet in d. cap. de multa *vt priuaretur secundo requiratur monitio, vel quod retineret vsque ad litis contestationem: tamen cum Concilium dicat, retinere præsumpserit, non videtur necessaria iudicialis contentio, nec monitio.* n. 95. *nam illa verba solum denotant, dolosam, seu malitiosam retentionem saltim ex lata culpa,* numero 96. *quæ recte datur sine monitione, aut litis contestatione, &c.* numero 97. *& adducuntur declarat. S. Cong.* numero 98. *sufficeretque ad pœnam Concilij retinere primum de facto cum secundo, licet fructus non reciperet,* numero 99.

PRo pleniori intelligentia huius † grauissimæ, frequentissimę, & vtilissimæ materię *de incompat. benef. & vacatione vnius per assecutionem alterius,* de qua copiosum tractatum edidit Alph. de Hoieda, oportet considerare & distinguere quatuor tempora ante Concilium Tridentinum, cum Card. & Imola *in cap. referente de præb.* & Abbate *in cap. quia nonnulli, num. 4. de cler. non resid. & in d. cap. referente num. 3.* & ponunt cassad. *d. c. 1. de const.* Gamb. *de offic. legati lib. 5. rubr. an legatus possit plura beneficia vni conferre, à n. 67.* Rosin. *de benef. c. 5. à n. 18.* & Hoieda *dict. tract. de incompatib. benefic. 1. p. cap. 7. n. 7.* & post hæc Gonçalez *ad reg. de mensib. gl. 15. à n. 10.* Azor *2. p. lib. 6. cap. 13. q. 1.* 1

Primum † tempus est ante Conc. Later. sub Alexandro III. de quo fit mentio *in d. c. quia nonnulli,* & tunc obtinenti duo beneficia curata, vel dignitates, seu alias incompatibilia, dabatur optio, vt vnum retineret & alterum dimitteret & non vacabat primum ipso iure per assecutionem alterius, nec priuabatur secundo, vt *in d. cap. referente, & cap. præterea de præb.* 2

Secundum tempus † est dicti conc. Later. sub Alex. III. in quo fuit prohibitum, vt nullus diuersas dignitates, & plures ecclesias reciperet, alioquin priuaretur secundo, & conferens potestate conferendi pro illa vice, vt *in d. cap. quia nonnulli,* & refertur *in c. de multa in princ. de præbend.* & si tunc obtinenti duo curata, vel dignitates, non dabatur optio, sed debebat amittere secundum, non ipso iure, sed sententiam. 3

Quamuis † Quintanaduennas *Eccles. hist. lib. 4. sub n.* 46. dicat *d. cap. referente, & cap. præterea,* non esse ante, sed post dictum concilium Lateranense, ex *cap. eam te 4. de stat. & qualitat.* quod cum illis concordat, & concilij Lateranensis decreta non quidem antecessit: quod falso (inquit) Panormitan. in dicto cap. quia nonnulli. *n.* 4. & alij in temporum descriptione decepti crediderunt, sed secutum est, vt indicant illa archetypæ constitutionis verba, *Nevllus in eis contra decreta quæ in Lateranensi Concilio edidimus, vel contra antiquas sacrorum canonum sanctiones clericus ordinetur:* & patet ex verbis capituli, ibi. *Quæ scientia, moribus, & ætate Concilij non congruant institutus,* vbi in margine dicitur, *Concilij Lateranensis, &c.* 4

Sed † nihilominus verius est, dictum concilium Lateranense posterius *d. cap. referente, & cap. præterea,* vt colligitur ex *d. cap. de multa,* de quo sequenti tempore, vbi in principio refertur constitutio dicti concilij Lateranensis, de qua in *d. cap. quia nonnulli,* tanquam tunc vigens. 5

Nec † obstat text. *in d. cap. eam te,* quod re vera est post dictum conc. Lateranense, quia potest intelligi de ecclesiis collatis ante Concilium Lateranense, vt ibi dicit Ioannes Andreas, & Panormitanus *nu.* 8. & est additio glossæ, *verb. dimittendam,* qui etiam dicunt, quod vel ibi fuit gratia, quod sequitur Ioannes Quintinus *in repet. cap. de multa, sub n.* 69. nec Panormitanus *in d. c. quia nonnulli, n.* 4. dicit *d. cap. eam te,* esse ante d. concilium Lateranense. 6

Tertium † tempus fuit Concilij Later. sub Innocentio III. in quo statuit, quod si habens beneficium curatum, aut personatum, vel dignitatem, reciperet secundum, seu secundam, ipso iure vacet primum, & si illud retinere contenderit, etiam secundo spolietur per sententiam, vt *in d.c.de multa, & in cap.dudum. 2.de elect.*

8 Et † idem † in officiis, ex *ex cap. 1.de consuet.in 6.* & in beneficiis regularibus curam animarum habentibus, etiamsi cura per alium habeat exerceri, & in dignitatibus regularibus etiam manualibus, ex *cap. cum singula, de præbend.in 6. & Clem.1. de supplenda neglig.prælator.* ac in vicariis perpetuis, ex *Clem.1.de off.vicar.* Corras. *de benef.1.parte cap.10.& vlt.num.6.*

9 & Quintanaduenna, *d.lib.4.num.97.* qui † *num.118.* male ait, quod si in variis ecclesiis plures aliquis dignitates consequutus sit, non amittet priorem ipso iure, ex *dict.cap.de multa*, sed habebit locum dictum *cap.quia nonnulli.* nam cum hæc species, inquit, ab Innocentio prætermissa sit, non videt cur eiusdem cõstitutionis pœnis contineatur, sed reuera de his etiam loquitur Ianoc. ibi, vt patet ex *principio, & vers. hoc idem.*

10 Quartum † tempus est *extrauag.execrabilis* Ioann. XXII. *de præb.* in qua *in vers.qui vero*, statuitur, quod recipientes secundum beneficium curatum, aut dignitatem, personatum, seu officium, primum, quod ipso iure vacat, postquam secundi possessionem habuerint, vel per eos steterit quominus habeant, absque moræ dispendio coram ordinariis dimittere debeant verbo & facto, ac sine fraude, sub testimonio publico, alioqui ex tunc sint ipso iure secundo priuati, & ad sacros ordines suscipiendos, & ad habendum quodcunque beneficium inhabiles. Hæc *in dicta extrauagante.*

11 Sed † ante ista quatuor tempora, quæ Dd. communiter considerant, possunt notari alia tria, cum Quintanaduennas *d.lib.4.ex principio*, præcipue *dict. nu.46.*

12 Primum † ex Concilio Calcedonen. *canon.10.* de quo *in cap.clericum.21.q.1.* quamuis Gratianus ibi addidit illa verba, *eodem tempore*, vt per Quintanaduen, *ibi n.6.*

13 Secundum † ex Nicena Synodo 2. seu 7. Synodo generali, de qua *in c.1.21.q.1.* vbi pluralitas beneficiorum nominatim prohibita est in vrbe Constantinopolitana.

14 Tertium, ex † Concilio Vrbani II. habito Placentiæ, de quo *in cap.sanctorum 70. distin.* vbi titulorum pluralitas generaliter prohibita est.

15 Antiquitus † enim nemo poterat ordinari sine titulo certæ Ecclesiæ, seu beneficij, in qua ecclesiastica munia personaliter obiret, *vt in cap.neminem, & d.c.sanctorum.70.dist.* Quintanaduennas *d.lib.4.num. 60.& 61.*

16 Cum † vero postea ex generali consuetudine in beneficiis simplicibus non, requireretur ministeriũ, seu residentia personalis, consequenter etiam variatum est circa pluralitatem beneficiorum, & subsecutæ sunt prædictæ constitutiones, & prædicta quatuor tempora.

17 Redeundo † autem ad vltimum tempus dictæ *extrauag.execrabilis*, notandum est, quod inhabilitas ibi posita cum inducatur in obtinendis, non extenditur ad alia, puta ad obtenta, Cassad. *d.decis.1.de constitut.* gloss. *in Clem.1. §.ipsius de pœnis, verficul. obtinendis*, quam sequuntur ibi Cardin. Imola, & Bonifacius *num.54.* & Abb. *in Clem.2.eod.tit.* Hojeda *de incompatibilitate, c.23.num.101.*

Nec habet † locum in legitime dispensato ad plura, qui illa recipit non canonice, nam licet peccet, & contra eum procedi possit, quia male tenet, & sine titulo canonico, non tamen quia plura tenet, ex quo habet dispensationem, Specul. *in titul. de dispensatione. §.dicendum, numero 23.* Ioann. Andr. *in cap.non potest, de præbend.in 6.* & ibi Dominic. *§. primo, numero 5. & cons.126.* & Franc. *dict. §.1. numero 4.* Millis *in repertorio vers. dispensatus*, vt possit plures, & Cassad. *decis.36. super reg. numero 3.* Hojeda *de incomp.benef. 1.par.cap.17. numero 29. & 2.p.cap.vlt. numero 80.* Tuschus *concl.69. lit.B. à numer.37.* & Anton. de Butr. *in cap.dudum 2. de election.* qui tamen † id primo limitat, vt procedat in dispensatione concessa circa obtinenda, secus si circa iam obtenta: nam tunc cum dispensatio sit surreptitia, non exprimendo vitium ipsorum beneficiorum, in nullo prodest, &c. sequuntur Dominic. *ibi dict. numero 5.* & Franc. *dict. numero 4.* 18 19

Secundo † limitat, vt procedat in dispensatione circa obtinenda simpliciter concessa, secus si conditionaliter, si alias canonice conferantur eidem, quia tunc dispensatio non prodest, nec habet locum: ex quo non adest conditio & forma in ea expressa, sequitur Dominic. & Franc. *ibidem*, & Rebuf. *in prax. tit. de dispensatione ratione ætatis, vers. si tibi alias canonice conferantur.* 20

Sed † contra istam limitationem expresse tenent Specul. Millis, & Cassad. & Hojeda, & Tuschus *supra*, meritoque, nam illa clausula, *si alias canonice conferatur eidem*, non inducit formam & conditionem, sed est expressio eius, quod tacite inest, vt *in dicto cap.dudum ad fin. & cap.si gratiose, de rescript. in 6. & in dict.cap.non potest. §.1. & ibi gloss. verb.canonice:* & sic nihil operatur *l.tertia, ff. de legat.1. l.conditiones extrinsecus. ff. de condition. & demonstrat.* Thomas Sanchez *de matrimon.libro 2.disputat.11.numero 18. & libro 3.disputat.33.numero 3.* & dicetur alias infra *numero 335.* 21

Nec † etiam habet locum pœna dictæ extrauagantis in habente dispensationem, quamuis surreptitiam, & insufficientem, quæ nihilominus excusat assequentem secundum curatum à pœna illius, secundum Gomez. *in reg. de annali q 14.* dicentem sæpe approbasse Rotam hoc dictum: quod mihi videtur intelligendum, nisi surreptio, & insufficientia dispẽsationis esset clara, &c. 22

Nec etiam † habet locum in retinente plures parochiales obtentas cum dispensatione Papæ, quas ipso iure perdidit ob non promotionem infra annum, vel alias, vt per Nauarr. *consilio 12. de rescript. à numero 12.* & conducit *decis.* Guidob. 57. de qua infra *numero 180.* 23

Secundo notandum † est, quod dicta *extrauagans* & eius pœna habet locum, etiamsi dignitas, personatus, aut officium sit sine cura, ita quod ad incurrendam eius pœnam non est necessariũ retinere duo curata, aut beneficium curatum cum dignitate, personatu, vel officio habentibus curam animarum, saltim fori contentiosi, sed sufficit retinere beneficium curatũ, siue stricte siue large, cum dignitate, personatu, vel officio sine vlla cura, vel duas dignitates, personatus, aut officia sine cura, aut dignitatem cum personatu, vel officio sine cura, &c. vt recte inquit glossa Zenzelini *ibi, verb. simile, in extrauagantib.* Ioannis XXII. & videtur tenere Abbas *in d.cap.quia nonnulli num.4. versic. quartum fuit tempus*, & sequuntur Staphileus 24

phileus *de literis gratiæ, tit. de variis modis vacationis §. tertius vacationis modus, n. 1. & tit. de qualitate, & statu benefic. §. huiusmodi, n. 7.* alias 41. Cassad. *d. dec. 1. de constitutionib. n. 2.* ibi: *Sed curatis, & aliis, de quibus, &c.* Nauar. *in cap. si quando. de rescrip. except. 6. n. 5.* & sentit idem Nauar. *in cap. accepta, de restitut. spoliat. oppos. 10. solut. n. 30.* & Mandos. *in reg. 1. Cancel. q. 14.* Azor *d. lib. 6. cap. 13. q. 1.*

25 Quamuis contrarium † teneat d. Staph. *d. §. huiusmodi, n. 9. &* 10. vbi dicit, quod ad hoc, vt sit locus dictæ *const. exeerabilis,* & pœnis in ea contentis circa dignitates, & beneficia incompatibilia, requiritur quod sint curata stricte, vel saltim large: & ideo quòd obtinentes personatum, seu dignitatem sine cura si retineant illum absque dispensatione cum beneficio curato, non incurrit pœnas dictæ constitutionis: quod sequitur Hoieda *cap. 16. n. 4. 5. & 6. & cap. 13. n. 8. vers. quarto declaratur.*

26 Sed reuera † dicta *extrauagans in d. vers. quæro,* non requirit, quod ambo sint curata, vt ex eius verbis appareat: nam illa verba, *Animarum curam habens annexam,* solum referuntur ad verbum immediate præcedens, *Aut aliud beneficium,* & non ad dignitatem, personatum, seu officium, vt patet ex contextu, alias enim diceret in plurali, *Animarum curam habentia.*

27 Nec contrarium inquit, aut minuit dicta extrauagans in finalibus verbis, nempe *in vers. quantum autem,* in quibus fundatur Staphileus *d. num. 9.* & Hoieda *d. vers. quarto declaratur,* quia vt ibi dicitur, solum ibi declaratur, quæ dicantur beneficia curata circa modificationem ante factam, nempe *in vers. nos itaque.* vt ibi notat glossa Zenzelini *verb. ante factam,* vnde nihil potest inferri contra nostram sententiam.

28 Et quando † declaratio, de qua *in d. vers. quantum autem,* referat ad omnia præcedentia, & ad dictum *vers. quæro,* vt videtur sentire glossa Gulielmi, *ibi,* in extrauagantibus communibus non faceret etiam cõtra nostram sententiam, nam solum ibi declaratur, quæ beneficia censeantur curata in terminis d. const. non vero dicitur, quod ambo beneficia, quæ quis retineat, debeant esse curata, vt habeat locum illa const. & eius pœna.

29 Nec obstat † ratio Hoiedæ *d. cap. 16. n. 5. & 6.* quod pœna ipso iure ibi imposita non debet extendi, &c. quia hic non agimus de extensione, sed de comprehenso in verbis *d. vers. quæro,* ibi, *Dignitatem, vel personatum, seu officium:* & ibi, *Simile.*

30 Ex ista tamen † ratione bene infertur, quod pœna dictæ *extrauagantis,* non habebit locum in retinente alias duo beneficia vniformia sub eodem tecto, quamuis sint incompatibilia, ita quod per assecutionem secundi vacet primum. ipso iure, *cap. literas, de concess. præbend. & Clemen. fin. de præbend.* neque in retinente alia beneficia incompatibilia. Faciunt quæ tradit Cassadorus *d. decis. 1.* & Bellamera *decis. penult. 754. n. 3. vers. nam certum est.* Mandos. *d. reg. 1. quæst. 14.*

31 & Nauar. *consil. 13. num. 3. de præbend.* quamuis † retinens duo vniformia sub eodem tecto, vel alia incompatibilia sine dispensatione legitima, sit indignus, & ineligibilis, ad dictũ *c. dudum 2. de elect.* cuius ratio est generalis: non † tamen vere dici potest irregularis, vt male aiunt Mando. *de irregularitate lib. 3. cap. 4.* & Enriquez *in summa lib. 14. cap. 9. §. 1.* cum Speculatore, *de dispẽsatione §. iuxta, n. 37. & §. dicendũ n. 11.* nam id non est iure expressum, *cap. is qui, de sententia excommunicat. in 6.* imo nec inhabilis, ita vt collatio,

seu prouisio sit nulla, iuxta dicta supra *7. par. cap. 8. à n. 47.* nisi iuxta *cap. ordinarij. §. in conferendis, de offic. ordin. in 6.* de quo infra *à numer. 170. & numero 109. & 299.*

Sed circa † dictum *vers. qui vero* dubitatur, an dimissio primi beneficij, quæ ibi iubetur fieri coram ordinario, sit facienda intra mensem, sicut in versic. præced. an vero sit facienda statim, & quamprimum secundi possessionem prouisus habuerit, vel per eum steterit. 34

In quo glossa † Gulielmi *ibi, verb. pari modo,* dicit faciendam esse intra mensem, ita intelligens verbum illud, pari modo, scilicet intra mensem, sub testimonio publico, verbaliter, realiter, & cum effectu. Idem tenent Rebuf. *in praxi, in forma signaturæ, verb. aut per constitutionem, execrabilis, & tit. de dispensatione ratione ætatis, verb. quoad vixerit, n. 12* Ferretus *consil. 255. num. 2.* & Zerola *in praxi Episcopali 1. par. verb. beneficium, §. 3. circa finem:* & idẽ videtur tenere Aegidius Bellamera *d. decis. 754. in princip.* ibi: *Et infra mensem à tempore huiusmodi assecutionis computan.* & Hieronym. Paulus *in pract. Cancellariæ §. nota plura notabilia, tam circa beneficia reseruata, quam non reseruata, vers. habens beneficium curatum,* Staphil. *d. §. tertius vacationis modus, ad fin.* & Hoieda *cap. 9. nu. 6. ad finem.* 35

Contrarium † tamen, videlicet quod dicta dimissio debeat fieri statim, & in continenti, videtur tenere glos. Zenzelini *ibi, verb. absque morꝫ dispendio, & verb. pari modo* & Abb. *in d. cap. quia nonnulli, num. 4. vers. quartum fuit tempus,* ibi, *Nisi de facto in continenti post habitam secundi pacificam possessionem, &c. & in d. cap. de multa, n. 10.* ibi, *Tenetur illico,* & Gambarus *supra n. 71.* ibi, *Nisi statim,* & Hoieda *d. cap. 7. n. 8. ad finem, & cap. 13. n. 79.* qui idem dicit, & Bernard. Diaz *in pract. crim. can. cap. 48. ad fin.* & ita habet summarium dictæ extrauagantis, *in extrauag.* Ioan. XXII. & nouissime ita tenet Flores de Mena: *q. 13. numer. 2. & 4.* 36

Quæ sententia mihi videtur † verior, & probatur ex illis verbis, *Absque morꝫ dispendio:* & illa verba, *Pari modo,* solum significant, quod fiat dimissio verbo & facto, & sic sine fraude, cum effectu, ac sub testimonio publico, vt dicitur *in versiculis præcedentibus,* vt recte explicat *gl. 3.* Zenzelini, *ibi:* nec enim possunt referri ad tempus, cum circa illud hic particulariter disponatur per illa verba, *Absque morꝫ dispendio,* ad reg. *generi per speciem derogatur, in 6. l. sanctio legum. ff. de pœnis, & l. doli clau. ff. de verbor. obligat. & ibi glos.* 37

Et quando † dicatur fieri statim in continenti, & absque morꝫ dispendio intelligendum est cum aliquo temperamento secundum subiectam materiam arbitrio boni viri, *l. ratum, l. quod dicimus, ff. de solutionib.* Abbas *in cap. potuit, de locato,* Menoch. *de arbitrar. libro 2 casu 9. cum 5. seqq.* Puteus *decis. 266. numero 4. libro 1.* Anton. Thesaur. *decis.* Pedemontan. *77. numero 3.* & Gonçal. *glos. 9. in annotationib. numero 217.* 38

Et quomodo † sumantur decisiones istæ, incontinenti, mox, statim, illico, quamprimum, & circa, vide per Romanum *in l. 1. ff. de verb. oblig.* 39

Tertio notandum est, † quod ad euitandas pœnas *d. extrauag. vers. qui vero,* sufficit, quod quis dimittat primum beneficium curatum, seu dignitatẽ, &c. realiter, & cum effectu, ac sine fraude, & eius possessionem, licet coram ordinario sub publico testimonio illud verbo tenus non dimittat, vt docent 40

Staphileus *d.§.tertius vacationis modus, num.*6.7.& 8. & Hoieda *cap.*9.*num.*6.& *c.*13.*num.*80.*vers.sexto declaratur*, & Zerola *d.§.*3.*circa fin.* ex Bellamera *d.*

41 *cis.*754. quæ † sententia quamuis in rigore non sit vera, quia repugnant verba *dict.extrauagan.* quæ sunt clara, vt inquit Zerola, *vbi proxime* : tamen, vt inquit Bellamera *ibi numero sexto vers. tamen de facto videtur consuetudine recepta*, & approbata, quia nunquam, aut raro fiat talis verbalis dimissio coram ordinario.

42 Quarto notandum est, † quod ad probandam execrabilitatem requitur, quod probetur eum possedisse ex dicta extrauagante, execrabilis, vt fuit dictum in vna ciuitatis Castellanæ 9. Decembr. 1556. coram

43 Domino Oradino. Et † in alia Cracouiē. canonicatus 13. Octobris 1562. coram D. Rubeis fuit decisum, *Ad execrabilitatem, & incapacitatem iudicandam debere liquido constare de possessione incompatibilium*, *Fabius* decis. 25. *& fuit resolutum in vna Oscens. parochialis*

44 9. *Iuny* 1559. † *ait tamen Thanis* decis.93. *quod non sufficit ad probandum quem execrabilem, producere instrumenta possessionum parochialium, nisi probetur perceptio fructuum ad* caput de multa. de præbend. & caput si tibi concessio, *iuncta glossa* de præbend. in 6. *vel nisi probetur tantum tempus effluxisse*, *quod ei posset pro notabili negligentia imputari* : quæ decisio si requirit actualem perceptionem fructuum, non videtur vera, maxime si ingessit se administrationi.

45 Quinto notandum est † quod per dictum *versic.qui vero*, & sequentem *versic.quæ omnia*, non reseruantur beneficia priora, quæ per adeptionem posteriorum vacant virtute dicti *cap. de multa*, sed solum posteriora, quæ propter indebitam retentionem prioris vacant, virtute dictæ *extrauagantis*, vt recte tenet glossa Zenzelini *ibi, verb.vt præmittitur*, *& verb.vel dimissa*, Oldra.*consil.*152.*n.*2. Felin.*in cap.causam quæ, de rescrip.nu.*4 *limitat.* 5. sequuntur Nauar. *in d.cap. accepta oppositionis* 10.*solutione, nu.*31. *& consil.*12.*de rescrip.num.*12.*&* 14.*versic.quarto principaliter, & consil.* 18.*num.*3. *de præbend.* Quintanaduennas *d.lib.*4.*num.* 94. & Zerola *d.verb.beneficium §.*3. *circa finem*, dicens sic vidisse seruari in praxi, & in facto non vidisse adiri sedem Apostolicam pro collatione parochialis, quæ vacabat per assecutionem alterius: *&* 2.*par.eod. verb.§.*22. neque contrarium tenet glos. Gulielmi *ibi, verb.vacatura*: & posthæc tenet Gonçalez *glos.*15.

46 *num.*42.*& glos.*51.*num.*38. Quamuis † Æneas de Falcon.*de reseru.*3.*quæst.princ. num.*12.*&* 4. *quæst.effectu* 18.*&* 41. dicat, quòd beneficia incompatibilia post tempus præfixum in dicta *extrauag.* sunt reseruata ex

47 *d.§.quæ omnia*, licet non antea. Et † quamuis Cosmas *in pragma.sanctione, ti.de reseruatio. verb.execrabilis*, dicat per dictam *extrauag.inter cætera.* reseruari omnia beneficia vacantia per assecutionem aliorum incompatibilium, & Flamin.Parisi.*de resign. benef.libro* 2.*q.*16.*numero* 22. quod primum curatum, quod vacat per receptionem alterius, est reseruatum ex *d. extrauag.§.quæ omnia*: quod sentit Rebuf. *in praxi in forma signaturæ, ver. aut per constitutionem execrabi-*

48 *lis*, & Flor.*d.q.*13.*numero* 7. † qui tamen *q.*23. *numero* 58. ait, istam reseruationem esse iam antiquatam, & qui adipiscitur beneficium incompatibile, ipso iure priuatum esse primo, & ordinarium conferre primum, siue illico dimittat, siue non, iuxta tex. *in capite licet Episcopus. de præbend. in* 6. & ita semper vidisse practicari, & nunquam de tali reseruatione vidisse mentionem, aut existimationem fieri, & in regno Galliæ esse antiquatam, secundum Rebuf. *ibi.*

Et iuxta dicta est † accipienda reseruatio *regul.*1. *Cancellariæ*, in qua reseruantur beneficia, quæ per 49 constitutionem execrabilis vacant, vel vacare contigerit.

Verum est † tamen, quod beneficia priora, quæ 50 tempore illius constitutionis quis retinebat de facto sine dispensatione, de quibus *in vers. porro*, comprehenduntur in reseruatione *d. vers. quæ omnia*, quod tenet *dict.glos.* Guliel. quamuis contra teneat glossa Zenzelini *dict.verb.dimissa*, & Quintanaduennas *supra.*

Beneficia vero vacantia † per assecutionem alterius 51 authoritate Apostolica factam sunt reseruata Papæ, Rebuf. *in dicta forma signaturæ verb.seu per assecutionem*: nam † beneficia quæcunque vacantia per assecu- 52 tionem quarumcunque dignitatum, personatuum, officiorum, canonicatuum, & aliorum beneficiorum per Papam collatorum, seu authoritate literarum ipsius, reseruantur *in extrauagan. ad regimen de præbend.* quæ semper renouatur per omnes summos Pontifices *in reg.*1.*Cancel.* Gonçal.*glos.*15.*§.*2.*nu.*13.*& gl.*51.*n.*36.

Quæ reseruatio † procedit in beneficiis vacaturis 53 per assecutionem alterius, non solum ex dispositione iuris, sed etiam ex decreto Papæ, Simoneta *de reseruation. quæst.*26. Rota in Segouiens. canonicatus 24. Nouembris 1588. coram domino Plato, de qua supra 5.*part.cap.*1.*n.*685.

Et similis † erat reseruatio, quam pro suo tempo- 54 re fecerunt Clemens VI. & Vrbanus VI. de omnibus beneficiis vacant. per assecutionem alterius incompatibilis virtute expectatiuarum, quæ iam non extant: de qua Bursat.*cons.*126.*n.*96.*lib.*2.

Et hodie † in gratia facta de aliquo beneficio ha- 55 benti aliud incompatibile, seu ius ad illud, apponitur decretum, quod ipse orator infra duos menses à die habitæ possessionis secundi, seu qua per eum steterit, quominus illam assequatur, primum dimittere, seu iuri competenti cedere in manibus Romani Pontificis omnino teneatur, alioquin ambo vacent eo ipso, ita vt de illis per sedem Apostolicam dumtaxat, disponi possit, ac irritum, &c. Per † quam 56 clausulam tacite dispēsatur, vt per illos duos menses possit retineri primum cum secundo, & ideo ratione illius bulla pluris taxatur, quæ maior taxa excusatur, expediendo bullam cum clausula, quod habita possessione quamprimum dimittere teneatur, & non infra duos menses, vt dicebatur in supplicatione: † quamuis etiam ista clausula importare vi 57 deatur, quod non vacet primum per assecutionem & possessionem secundi, interim dum fit dimissio in manibus Romani Pontificis: & vide infra sub *numero* 106.

Et illud decretum † de dimittendo obtentum, 58 intelligitur de dimissione pura, & simplici, & non ex causa permutationis, seu in fauorem non obstante stylo prætenso, quia non constat, Papam sciuisse fuisse factam talem dimissionem ex causa permutationis, seu in fauorem ex decreto: & quia si aliquis admisit, id fuit in eius voluntate, & ideo dans mandatum ad permutandum, seu resignandum conditionaliter, non satisfacit decreto Rotæ *decis.*13.*&* 14.*de rerum permut.in antiq.& 65.de rescrip.* Simoneta *dict. quæst.*26. & Rebuf.*in praxi, tit. de dispensatione ratione ætatis, versic. quoad vixeris, numero* 8. *&* 9. & ita fuit resolutum in vna Illerden. portionis de anno 1593. co-

1593. coram illustrissimo domino Pamphilio, & posthæc tradit Gonçalez *ad reg. de mensibus glos.15. numero* 125. *& seq.* vbi *ex numero* 109. agit de isto decreto.

59 Quamuis † Flamin. Paris *lib.3. de resignatio. quæst.1. nu.*64. *&* 95. videatur velle stante illa clausula posse resignare in fauorem, & cum reseruatione pensionis, qui ait, quod hodie in dicta clausula apponitur, vt libere dimittat: vnde non possunt resignare in fauorem, neque etiam cum aliqua reseruatione pensionis, aut fructuum, vt antea fiebat tempore felicis recordationis Gregorij XIII. & quod ita quotidie practicatur.

60 Et hodie à tempore † sanctissimi domini nostri Clementis VIII. ad magis euitandas similes renuntiationes, dicitur in dicto decreto, quod in manibus Romani Pontificis tantum libere, cũ specifica mentione præsentis decreti, dimittere omnino teneatur, &c.

61 Vnde is, cui positum † est huiusmodi decretum, siue post habitam possessionem secundi, siue ante, non poterit resignare primum coram Papa conditionaliter, seu ex causa permutationis, non facta mentione dicti decreti, alias resignatio esset surreptitia, & nulla à principio, *vt in decis.13. ad fin.* licet non simoniaca, Farin. *consil.*75. *à numero* 1. *&* 17. & non facta alias dimissione, iuxta formam decreti lapso bimestri vtrumque vacaret, ex dict. decreto, &c.

62 Nec † etiam poterit coram ordinario resignare simpliciter, vel ex causa permutationis, alias lapso dicto termino vacabit vtrumque ad dispositionem solius papæ, ex dicto decreto, cui non paruit. Et quamuis interim valuisset resignatio, seu permutatio facta coram ordinario, tamen habita possessione secundi, & adueniente tempore dimittendi, irrita censebitur ex d. decreto maxime irritante: morien-

63 te † tamen illo, seu matrimonium contrahente, &c. ante aduentum dicti temporis, non intrabit decretum in beneficiis sic vacantibus, nec erunt reseruata, &c. ex quo vacarunt alias ante aduentum tempo ris & conditionis. Nec irrita censebitur dicta resignatio, seu permutatio: facit quod dictum est supra *quinta parte, cap.1. numero* 152. & iuxta hoc videtur accipiendum quod ait Gonçalez *glos.52. numero decimoquarto.* Et formam dimissionis, seu resignationis iuxta decretum ponit Flamin. Paris. *libro octauo quæstio.7. sub numero* 103. quem etiam vide *quæstio.8. num.*74.

64 Et prædicta † reseruatio beneficiorum vacantium per assecutionem aliorum est extensa per S. D. N. Paulum Quintum, etiam ad vacatura ante assecutionem resignata, seu dimissa, vt in sequenti constitutione.

S. D. N. Pauli diuina prouidentia Papæ V.

Declaratio reseruationis beneficiorum per assecutionem pacificam vacaturorum.

SANCTISSIMVS *in Christo Pater, & Dominus noster Dominus Paulus diuina prouidentia Papa V. qui in craſtinum eius assumptionis ad summi Apostolatus apicem vestigiis felicis recordationis Benedicti XII. & aliorum Romanorum Pontificum prædecessorum suorum inhærendo, omnia & singula beneficia Ecclesiastica per pacificam assecutionem quorumcunque aliorum, & per sanctitatem suam, seu eius autoritate conferendorum beneficiorum Ecclesiasticorum, ex tunc vacatura, ordinationi, & dispositioni suæ, cum decreto irritanti desuper apposito inter alia reseruanda, & cui ex fide dignorum relatione innotuit, quod plerique de beneficiis Ecclesiasticis, præsertim curam animarum habentibus, seu alias personalem residentiam requirentibus, dum pro tempore vacant, Apostolica authoritate prouisi, seu prouidendi, ante illorum assecutionem alia cum eisdem incompatilia beneficia Ecclesiastica per eos tunc obtenta, in fraudem reseruationis, & decreti prædictorum resignabant, seu dimittebant. Cupiens opportunum super his remedium adhibere, Voluit, decreuit, & declarauit, quod si in posterum quibusuis personis de aliquibus beneficiis Ecclesiasticis tunc vacantibus, seu vacaturis per sanctitatem suam, aut eius authoritate prouideri, ipsosque prouisos, seu prouidendos intra vacationis, & prouisionis, seu assecutionis eorundem beneficiorum tempora quæcumque alia cum illis incompatibilia beneficia Ecclesiastica secularia, vel quorumuis ordinum, ac etiam Hospitalium regularia, per eos tunc obtenta, nulla speciali, & expressa de eisdem in prouisionibus prædictis facta mentione, simpliciter, vel causa permutationis, ac alias quomodolibet, siue in sanctitatis suæ, vel alterius Romani Pontificis pro tempore existentis, aut Legatorum, vel Nuntiorum dictæ Sedis, siue ordinariorum, vel aliorum collatorum quorumcunque manibus resignare, seu dimittere aut iuribus sibi in illis, vel ad illa competentibus cedere contigerit, omnes, & singulæ concessiones, collationes, prouisiones, & quæuis aliæ dispositiones de beneficiis, seu iuribus sic resignandis, dimittendis, & cedendis pro tempore faciendæ, cum inde secutis quibuscumque cassæ, & irritæ, nulliusque roboris, vel momenti existant, nec cuiquam suffragentur. Sed beneficia, & iura, vt præfertur, resignata, dimissa, & cessa, ipso iure vacent, & vacare, ac sub reseruatione, & priori decreto præfatis, quæ Sanctitas sua, etiam quoad hoc extendit, & ampliauit, comprehensa censeantur. Ita quod de illis per alium quam eandem sanctitatem suam, vel pro tempore existentem Romanum Pontificem nullatenus disponi possit in omnibus, & per omnia, perinde, ac si per pacificam assecutionem aliorum beneficiorum huiusmodi vere, & realiter vacauissent. Decernens sic per quoscunque iudices, etiam causarum Palatij Apostolici Auditores, ac sacræ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, dictaque Sedis Legatos, & Nuntios. Sublata, & c. iudicari, & diffiniri debere. irritumque, & c. attentari. Placet publicetur, & describatur C. Lecta, & publicata fuit supradicta regula Rom. in Cancellaria Apostolica, anno Incarnationis Dominicæ* 1609. *die vero Iouis* 25. *mensis Febr. Pontificatus prædicti sanctissimi Domini nostri Papæ anno* 5. *M. Perettus Custos.*

Cum autem ex dictis † appareat, *d. cap. quia non-* 65
nulli, & d. cap. de multa, & d. Extrauag. execrabilis, solum loqui in beneficiis curatis, & dignitatibus, ac personatibus, seu officiis, sequitur decisionem dicti *cap. referente, & d. c. præterea,* non esse correctam per *dicta iura* in aliis beneficiis incompatibilibus, vt in curato cum canonicatu, & in duobus simplicibus residentiam requirentibus, &c. *arg. l. præcipimus, C. de appellation.* & sic in eis per assecutionem secundi nõ vacare primum ipso iure, sed obtinenti dari opinionem dimittendi quod voluerit, vt post Ioann. Andream tenet Lapus *allegatione* 116. *& seq.* Oldrad. *con-*

*sit.*165. Abbas *in cap. cum in cunctis, § 1. num.9. de elect.* & *in cap. si. num.6. de cleric. non residentibus,* & *in d. cap. referente, num* 3. & *in d. cap. multa num.* 2. & *repet. cap. extirpandæ, §. qui vero, de præbend. à numero* 47. *ad* 52. & ibi Rebuf. circa materiam pluralitatis, *vers. successione circa* 4. Abbatis, Imola *in d. cap. fin.* & *in d. ca. de multa*, qui ait, quod curia eam seruat, & sibi placet, Franc. *in cap.* 1. *de consuetud. in* 6. *numero septimo* Staphil. *de literis gratiæ tit. de qualitate*, & *in statu benef. §. huiusmodi, numero octauo,* & *tit. de variis modis vacationis*, *§. tertius vacationis modus, numero quinto,* & *in tertia forma expectatiuarum numero quinto*, Cosmas *in pragmat. sanctione*, *tit. de collat. §. sequuntur qualificationes, verb. residentiæ*, Millis *in repertorio, vers. beneficium curatum*, Rosin. *de benef. cap* 5. *à numero vigesimo octauo*, Ioan. Quintinus *in di. cap. de multa numero octuagesimo* & *seq.* Gregor. Lop. *in l.* 3. *tit.* 16. *par.* 1. *verb. de seruirle*, vbi Humada, Nauar. qui dicit communem *in cap. si quando, de rescrip. except.* 6. *numero quarto* & *cons.* 13. *numero quarto,* & *cons.* 17. 24. & 25. *de præbend.* Capr. qui ait veriorem, & communem sententiam, *reg.* 90. *numero* 110. Hoieda *de incompatibilitate cap.* 9. *num.* 5. & *cap.* 11. *à numero quinto* & *cap.* 12. *numero duodecimo* & *cap.* 13. *numero septuagesimonono vers. quæ conclusio,* & *c.* 17. *à numero* 37. & *cap.* 18 *numero* 30. Quintanaduennas *d. lib.* 4. *numero* 96. & 120. Flam. Paris. *de resignat. lib.* 3 *quæ.* 1. *numero* 132. & 138. & 147. & Zech. *de republ. Eccles. tit. de beneficiatis*, *numero quarto vers. in* 2. *capite,* & *vers. ad dignoscendum, in fine*, Azor 2. *par. capit.* 13. 7. 2. 5. 7. & 8. & *lib.* 7. *capit.* 16. 7. 9 D. Card Tusch. *concluf.* 69. *litera B. à numero vigesimoquinto*, & Rota *decis.* 37. *de præbend. in antiq.* alias 184. Puteus *decis.* 441. *num.* 2 *lib* 1. Achill. 269. *numer.* 3. & 4. & Mohed. *decis.* 15 *de præben.* alias 176. & tenuit Rota in causa Macerat. parochialis coam Illustrissimo Lancelloto de anno 1575. quæ est. *p. diuers. decis.* 484. & in causa foro Sempronien. canonicatus coram Domino Rubeis, de anno 1582. & in alia Virdunens. canonicatus, de anno 1589. in qua fuit dictum, quod de iure communi canonicatus non dicatur incompatibilis, nec vacat per assecutionē parochialis, contra

66 † Innocen. *in cap. ex tuæ. num.* 4. & *in cap. fin. in fine, de clericis non residentibus*, & ibi Calderinum Enricum *dict. capit. de multa, numero sexto*, & alios, quorum opinionem curiam seruare, inquit Butrius *in d. cap. præterea, numer.* 9. *de præbend.* & sequitur Bursat. dicens communem *cons.* 446. *num.* 3. *lib.* 4. Et probauit Rota in Tolerana capellaniæ de Baraias 3. Martij 1589. coram illustrissimo Mantica infra adducta

67 sub *nu* 222.

Vnde Dd. considerant † incompatibilitatem duplici modo, & distinguuntur duo genera incompatibilium beneficiorum: quædam incompatibilitas est illorum beneficiorum, quæ simul teneri non possunt, & quorum primum vacat ipso iure per assecutionem secundi qualia sunt illa, de quibus *in dict. capit. de multa*, & *in dict. extrauag. execrabilis*, & *in cap. literas, de concess. præb.* & *in dict. Clem. fin. de præben.* Alia incompatibilitas est quoad retentionem tantum, scilicet beneficiorum, quæ simul licite retineri non possunt, licet non vacet primum ipso iure per assecutionem secundi vt in parochiali cum canonicatu, & duobus simplicibus residentiam requirentibus, &c. Ita Staphileus *d. tit. de statu* & *qualit. benefic. §. vt sciri possit, n.* 9. Reb. *in praxi, tit. de dispensatione ratione ætatis, verbo, incompatibilia*, & Nauar. *d. consil.* 24.

Et ad ista reducitur † triplex incompatibilitas, 68
quam considerat Cardinalis cum glos. *ibi, verb. beneficium*, *in Clem. gratiæ*, *numero quinto de rescr.* & *cons.* 3. de qua *in d. dec.* 483. *p.* 1. *diuersorum.*

Prædicta tamen † doctrina declaratur primò, vt 69
non procedat in iure ad rem ad aliquod beneficium, cui censetur quis renuntiare per assecutionem alterius beneficij, quod simul de iure retineri non posset cum beneficio, ad quod habebat ius, etiam si non sit curatū, dignitas personatus, vt ex *d. Clem. gratiæ, de rescript.* tenet glos. *ibi verb. beneficium*, & Dd. Abbas *in d. cap. fin. de cleric. non resid.* & *in d. caper. §. qui vero, numero* 52. Capra *supra à num.* 115. optime Naua. *in dict.* 6. *except.* & *cons.* 13. *de præb. numero septimo*, qui receptum dicit Hoieda *dict. capit.* 17. *nu.* 41. & Bursat. *supra numero quinto*, quamuis Reb. supra eam intelligat iuxta terminos *c. de multa*, cum Anch. Card. Imola, *ibi.*

Et de † materia *d. Clem. gratiæ* vltra Dd. ibi vide 70
Staphileum *tit. quib. mod. expirent literæ ad beneficia §. quarto modo*, & Puteum *decis.* 346. *lib.* 2. & dec. Rotę in causa Toletana paro. halis de Huerta 3. Ianuarij 1587 coram illustri. simo Pamphilio quæ sic ait. Fuit resolutum, gratiam, si neutri, Gundisalui non suffragari, quia cum hæc gratia sit conditionalis pendens à futuro litis euentu, & antequam vigore illius sit facta collatio, *Gundisaluus assecutus fuerit dignitatem scholastriæ, quæ cum hac parochiali simul retineri non potest, censetur dictæ gratiæ renuntiatum, ita vt in illius executionem beneficium amplius consequi non possit, iuxta tex. in* Clem. gratiæ de reser. *vbi Imola* in 4. notabili *dicit, hāc præsumptionem esse iuris, & de iure, & quod protestatio cōtraria non iuuat, vt ibidem subdit* numer. 16 cum aliis allegatis *Nota obstare, quod Ægidius* decis 513. *dicat dictam Clementinam non procedere data ignorantia, qui loquitur in eo, qui ignorabat beneficium secundo loco acquisitum non posse cum primo retineri: & procedit facta protestatione in assecutione secundi, vel alias, vt declarat Staphileus* in tit. quib. mod. expirent literæ, ad beneficia in quarto modo, versic. limita tamen, *quæ non secuta fuit Rota, vt per Puteum* decis. 346. *incipit decisio Ægidij* libr. 2. *& ideo non applicatur huic casui, vbi nulla adest protestatio, sed potius concurrit mala fides, & scientia ipsius Gundisalui, quia tempore assecutionis scholastriæ iam non erat talis super qualitate huius parochialis, quod esset curata actu, & habitu*, vulgar. l. sed etsi lege, §. ante litem. ff. de petitio. hæredit. *& cessat omnis difficultas, quia nunc non agitur de prima gratia Gundisalui, facta tanquam de simplici: quo casu, ob ignorantiam, quod esset curatum, posset forsam se tueri, quominus per assecutionem incompatibilis non debeat illa priuari, sed agitur de gratia, si neutri, quæ facta est, vti de beneficio curato: & ideo non potest Gundisaluus prætextu ignorantiæ se excusare, quominus acceptando aliud incompatibile non dicatur ei renuntiasse: quia cum sciret vigore illius non posse sibi beneficium conferri, nisi vti curatum, debuit cogitare, quod acceptando aliud incompatibile, reddebat se inhabilem ad obtinendum vigore dictæ gratiæ, si neutri, hoc beneficium, quotiescumque declararetur curatum, vt in dict. Clem. Neque obstat, quod Gundisaluo saltim sit aliquod tempus indulgendum ad dimittēdum alterum existis beneficiis incompatibilibus: quia quidquid dicendum sit in terminis, cap. de multa, de prębend. prout loquuntur ex aduerso allegata in casu* Clem. gratiæ, *non est præfigendum aliquod tempus, quia per assecutionem incompatibilis inducitur tacita renunciatio prioris gratiæ, ita vt, illius vi-*

gore

gore non posit quis amplius assequi beneficium, etiã quod impetrans resignet incompatibile, postea adeptum, vel, illud resignare, paratus sit, vt expresse dicitur in d. Clement. *& tradit ibi Imola* colum. penult. *& Bonifacius* numero 36. *quod ad excludendum ius Didaci, dicitur gratiam illius non capere hanc futuram vacationem ortam post suam gratiam vigore tacitæ renuntiationis ob assecutionem scholastriæ, quæ fuit acceptata post impetrationem Didaci, ad notata per Felin.* in cap. constitutus, col. penult. de rescript. *modern. super* reg. Cancellariæ de impetrand. beneficia vacantia per obitum familarium, *Cardin.* quæst. 3. numero 7. *Non obstat, quia vltra quod hoc est extra dubium, in quo tantum quæritur, an integret gratia Gundisalui, fuit dictum, quod per tacitam renuntiationem gratiæ, si neutri, ob assecutionem scholastriæ, cessat tantum illud ius conditionale pendens à futuro litis euentu, & redditur Gundisaluus inhabilis ad obtinend. illius executionem, non tamen inducitur noua vacatio, seu remanet antiqua, quia Gundisaluo non fuit quæsitum aliquod ius in re Sarnen.* in reg. de infirmis resignan. quæstione decimaseptima, numero sexto, versic. quia vt dicatur, &c. *Prima enim prouisio, vti de simplici facta non valuit, quia resolutum fuit beneficium esse curatum, ad notata in* decisione 73. *Papæ supplicatur,* de rescriptis in antiquis, *alia gratia, si neutri, non fuit executa, & cum expectet post se collationem faciendam per auditorem, si ei per euentum litis constiterit, neutri ius competere, in ea non attenditur tempus datæ, seu purificatæ conditionis, quando per euentum litis constat neutri ius competere, Rota* decisio. prima, de sequestr. possess. & fruct. in nouis, *Germanianus* consi. 79. numero 9. & 10. *Sarnen.* de publican. quæstione 16. in fine, *Ripa* in capite, eam te, numero vigesimoseptimo de rescriptis, *Caputaquensis* decisione 42. libro secundo *in impressis, & tanto magis, quia ista gratia, si neutri, fuit præsentata, post quam iam fuerat facta inutilis, & ei fuerat renuntiatum, per assecutionem scholastriæ: & sic in tempore, quod in illius executione non poterat amplius Gundisaluo huiusmodi beneficium conferri: quo casu tempus præsentationis attenditur per ea, quæ de mense Decembris* 1587. *dicta fuerunt in causa Calciaten. scholastriæ coram R. P. D. meo Gipsio, & alias sapius. Et ex his resoluerunt Domini gratiam, si neutri, non suffragari Gundisaluo, reiectis aliis oppositionibus, quæ pro parte Didaci contra illam deducebantur, quæ domino non placuerunt, & bene tolluntur per informantes pro Gundisaluo.* Vide etiam resolutionem in causa Florentina canonicatus supra adductam, *numero* 106. *ad finem.*

71 Secundo declaratur † prædicta doctrina, vt non procedat quando beneficiatus in vna diœcesi acceptat aliud beneficium requirens similiter residentiam in alia, & ibi commoratur, nam tunc tacite inducitur renuntiatio primi, nisi aliud appareat. Ita Abb. *in d. cap. fin. num. 6. de cleric. non resid.* ita intelligens glo. *in cap. ex parte 1. eod. tit. de cler. non resid.* & Innocen. *vbi supra,* sequuntur Cosm. *supra,* & Capra *num.* 125. Hojeda *d. cap. 17. num. 47.* & Bursat. *numero 7.*

72 Sed contra hanc † declarationem tenet Rosin. *supra,* & merito: etenim si primum beneficium residẽtiam requirens, non vacat ipso iure per adeptionem secundi, similis acceptatio secundi extra diœcesim, & commoratio ibi, nisi alia concurrant, non est sufficiẽs ratio ad inducendam tacitam renuntiationem primi, *arg. d. c. ex parte.*

73 Nec † est sufficiens differentiæ ratio inter acceptationem secundi in alia diœcesi, & commorationem ibi, ac inter acceptationem secundi in eadem diœcesi, in diuerso tamen loco, & commorationem ibi.

Tertio declaratur, vt non † procedat, quando beneficia simplicia requirerent residentiam, ita quod non posset in eis deseruire per alium, nam tunc per adeptionem huiusmodi secundi beneficij, videtur renuntiari primo ex eo, quod impossibile est, vt in vtroque beneficio per se quis deseruit. Ita Capra *nu.* 120. Hojeda *d. cap. decimoseptimo numero* 44. & Bursat. *num. 6.* supra cum Floriano *in d. cap. fin. de cleric. non resident.* 74

Sed † ista declaratio & limitatio non est bona, alias enim destrueret totaliter prædictam communem doctrinam, quæ procedit in beneficiis requirẽtibus residentiam personalem: nam si posset deseruiri per alium, non possent dici beneficia incompatibilia ratione residentiæ. 75

Successit postea † quintum tempus S. Concil. Tridentini, in quo *sess. 7. de reform. cap. 4.* decretum est, quod quicunque de cætero plura curata, aut alias incompatibilia beneficia ecclesiastica, siue per viam vnionis ad vitam, seu commendæ perpetuæ, aut aliq quocunque nomine & titulo contra formam sacrorum canonum, & præsertim constitutionis cap. de multa. recipere, ac simul retinere præsumpserit beneficiis ipsis iuxta ipsius constitutionis dispositionem ipso iure, etiam præsentis canonis vigore, priuatus existat. 76

Cui decreto † non aduersatur aliud decretum eiusdem Concilij *sess. 24. de reform. cap. 17.* vbi decernitur, quod obtinentes plures parochiales, vna retẽta, alias infra spatium sex mensium dimittere teneantur, ex quo aliqui vulgo existimant, obtinentem incompatibilia habere sex menses ad dimittendum quod voluerit: nam illud decretum solum loquitur de obtinentibus tunc plures parochiales, aut vnam cathedralem, & aliam parochialem ex dispensatione, seu vnione ad vitam, quibus iniunxit Concilium, quod vna retenta, alias infra sex menses dimitterent, alias tam parochiales, quam alia beneficia, quę obtinebãt, ipso iure vacare censerent, &c. non autem loquitur Concilium ibi de pluribus parochialibus, aut alias incompatibilibus beneficiis post Concilium obtentis, de quibus loquitur dictum c. 4. 77

Et ita est accipiendum † quod tradunt Salzed. *in practic. Bernard. Diaz cap. 48. litera C.* Manuel Rodriguez *in summa, cap. 31. numero quarto,* Vega *prima parte cap. 36. cas. 24.* & Petr. Ledesma, *2. parte summ. tract. 7. cap. 2. 12. conclusio. 6. diffi.* qui satis confuse loquuntur. 78

Sed circa dictum † decretum Concilij *sess. 7. cap. 4.* est grauis difficultas, an in beneficiis residentiam requirentibus, etiam simplicibus, vel alias quomodolibet incompatibilibus per istud decretum inducatur vacatio primi ipso iure per adeptionem secundi. 79

In qua difficultate † Nauarrus *consil. 17. de præben.* ait, quod nisi authoritas S. Congregationis Concilij eum in contrariam sententiam traheret, putaret de iure respõdendum esse negatiue, *arg. l. præcipimus. C. de appell. & l. si vero, §. de viro. ff soluto matrim.* & quod ibi notat Bart. communiter receptus, & *gloss. penult. in cap. fin. de iure patron.* quam dicit memorabilem: nam dictum decretum Concilij non dicit contrarium expresse, & per tacitos intellectus non debet fieri iuris correctio, iuxta glossam, quam dicit sole 80

mnem-

mnem, & receptam *in cap. cupientes, §. quod si, de ele. in 6.* & solum loquitur expresse de curatis, & de incompatibilibus generaliter, & sine correctione iurium antiquorum potest intelligi de dignitate, & personatu, non de curatis, de quibus loquitur dictum *cap. de multa*, quod ibi allegatur, & de simplicibus vniformibus sub eodem tecto, de quibus *in d. cap. literas, de concess. præbend. & in Clem. fin. de præbend.* & quod verbum *etiam*, in eo positum, clare significat noluisse Concilium includere ibi vacationem nouam ipso iure, sed veterem confirmare, & disponere, quod beneficia incõpatibilia, quę per vetus ius vacabant. etiam per illud nouum vacent ipso iure. *Hæc Nauarr.* Et hoc videtur tenere Quintanaduennas, Flamin. Parisius, & Zechus supra citati *n.* 65. cum scripserint, post Concilium Tridentinum, & Flor. de Mena *q.* 13. *numero quinto & seqq. & quæst.* 23. *numero* 59. dicens, quod hæc opinio semper in praxi recipitur, & nouissime tenet Marc. Anton. Genuens. *in praxi Archiepiscopali curiæ Neapolitanæ capit.* 64. *num. quarto &* 5 Prosper de Augustino ad summam bullarij Quar. *verbo. beneficiorum resignatio.* 6. *caus.*

81 Et ita † tenuit Rota in dicta Maceraten. parochialis de anno 1575 coram illustrissimo Lãcelloto, *vt in decis.* 484. *par.* 1. *d uersorum*, & in dict. Foro Sempronien. canonicatus de anno 1582. coram Domino Rubeis, & in vna Calagurritana beneficij de Subiçana 30. Octobris 1577. coram D. Brauo, in qua fuit resolutum, *beneficia omnia de iure esse compatibilia, Cardin. consil.* 3. *Capra* reg. 90. numero 109. *& sic beneficium nunquam vacare regulariter per assecutionem secundi, nisi in casibus à iure expressis, &c.* Et in alia Calagurritana de Triuinno 1. Iunij 1582. coram D. Orano, & in aliis causis.

82 Et hanc sententiam † vidi in praxi sæpe seruari in Hispania, & particulariter in hoc Episcopatu Abulensi.

83 Contrariam † tamen sententiam, & sic partem affirmatiuam in prædicta difficultate tenet Hojeda *cap.* 9. *numero quinto*, dicens, quod tex. *in dict. capit. de multa*, qui loquitur in curatis, & dignitatibus, & personatibus extenditur ex dict. decreto Concilij ad quæcunque beneficia incompatibilia, & idem vult *cap.* 11. *in fine.* & idem videtur tenere Ioan. Gutier. *cons.* 10. *numero tertio & quarto* ex decreto eiusdem Concilij *sess.* 24. *de reform. capit.* 17. Sed hoc decretum id non probat, solum enim ex eo deducitur, duo beneficia sufficientia ad congruam sustentationem, aut residentiam requirentia, esse incompatibilia: non tamen probat induci vacationem ipso iure. Et Zechus *in tract. de benef. & pensionibus eccles. iustic. c.* 5. *sub numero* 4. ait verius esse, quod si obtinet canonicatum, vel aliud beneficium requirens residentiam, si postea consequitur curatum, vel è contra primum vacat ipso iure, ex declaratione S. Congregationis.

84 Etenim hæc sententia, † vt etiam fatetur Naus. *supra*, approbata est per S. Congregationem Concilij. quæ ita declarauit per multas declarationes, quas hic pono. *Prima super* d. cap. 4. *Quod de incompatibilibus beneficiis dicitur, id intelligendum est de omnibus beneficiis residentiam requirẽtibus, quæ aliquis post publicationem Concilij receperit, veluti duos canonicatus, vel canonicatum cum parochiali. Secunda in vna Leodien. Hoc incompatibilitatis decretum procedit etiam in illis, qui post Concilium Tridentinum recipiunt duos canonicatus, & retinent sine dispensatione sedis Apostolicæ. Tertia Cardinal. Borrom. Episcopus potest habenti canonicatum, aut beneficium simplex, quod ad vitam eius sufficit, parochialem ecclesiam conferre, & adepta possessione pacifica parochialis, vacabit canonicatus. Quarta eidem. Habens beneficium simplex sufficiens ad eius victum, si adipiscatur pacificam possessionem parochialis Ecclesiæ, sibi legitime collatæ vacat beneficium simplex. Quinta super* dict. capit. 17. *dum hoc decretum loquitur de beneficiorum pluralitate tollenda, scire oportet, quod ante Concilium non erat necessaria dispensatio pro retentione parochiæ cum canonicatu, quod si tam habenti parochialem canonicatus conferatur, adepta possessione canonicatus vacat parochialis, nec ad obtinendos duos canonicatus ante Concilium opus erat dispensatione. Sexta, in vna Salamantina dimidiæ portionis Congregatio censuit, in residentiam requirentibus, aut aliàs quomodocunque incompatibilibus, etiamsi canonicatus sint, vel portiones, induci vacationem primi ipso iure per adeptionem secundi pacifice possessi, per decretum Concily Tridentini* sess. 7. c. 4. *iuxta dispositionem* capit. de multa, de præb. *In qua S. Congregatio solum remisit ad Rotam, vt videretur an hoc procederet, quando primum esset litigiosum, vt fuit dictum in vna Tarraconen. Archidiaconatus coram Domino Lita, de qua infra numero octuagesimooctauo.*

Sunt aliæ plures † declarationes de hoc, quarum 86
aliquæ adducentur *infra*, *numero octauo*, & primam & sextam declarationem supra adductam ad ucit posthæc Gonçalez *d. glos.* 15. *num.* 16. ex quibus indubitanter tenendum esse ait, quod in beneficiis etiam simplicibus residentiam requirentibus, primum vacat ipso iure per assecutionem secundi, quando residentia est præcisa & obligatoria, secus si causatiua, respectu amissionis fructuum, aut non continua, sed ad certum tempus, quia tunc beneficium non dicitur incompatibile. Sed id de residentia ad certum tempus accipiendum est, quando in eodem tempore non concurrit residentia, seu seruitium alterius beneficij. Est etiam alia declaratio, quam nouissime adducit V Vamesius *cons.* 233. *in additione supra posita numero vlt.* & stante declaratione, sequitur etiam nouissime Leonar. Lessius *de iust. & iur. lib.* 2. *capit.* 34. *numero* 145. quamuis alias teneret cum Nauar. Eandem sententiam tenet Azor 2. *p. lib.* 6. *cap.* 13. *q.* 2. 4. 5. 7. *&* 8.

Et hæc sententia recepta est, † & practicatur in da- 87
taria, & cancellaria Apostolica, & tenetur iam à Rota, quæ per dictã declarationẽ sacræ Congregationis in illa Salamantina recessit à prima opinione, vt in dicta Salamantina dimidiæ portionis 11. Decembris 1583. coram Dom. Orano, in qua Rota *resolut vacare dimidiam portionem per assecutionem canonicatus, ex dicta declaratione sacræ Congregationis, idque multo magis procedere, quando dimidia portio est, litigiosa, &c.*

Idem fuit tentum † in causa Virdun. canonic. 2. 88
Iunij 1589. coram D. Pamphilio & in Toletana capellaniæ de Baraias coram eodem 15. Februar. 1591. supra adducta, *nu.* 224 & in dicta Tarraconen. Archidiaconatus 22. Martij 1593. coram Domino Lita, quibus fuit dictum, *Hodie per dispositionem Concily* d. cap. 4. *ex declar. Illustrissimorum dominorum cardinalium S. Concily interpretum indistincte per adeptionem secundi induci vacationem primi ipso iure in omnibus beneficiis residentiam requirentibus, etiam si sint canonica-*

canonicatus, vel portiones, aut aliter quomodocunque incompatibilibus, &c.

89 Idem fuit † resolutum in causa Conchn. Archipresbyteratus de Huete 17. Maij 1593. coram Dom. Penna, in qua conclusum fuit, *Per assecutionem dimidiæ portionis D Hieron. Badillo collatæ, de cuius pacifica possessione constabat per instrumentum adeptæ possessionis vacasse ipso iure dictum archipresbyteratum, quem idem obtinebat, supposito, quod archipresbyteratus haberet curam iurisdictionalem, quæ faceret incompatibilitatem, iuxta dispositionem* dict. capit. de multa, *& Concilium Tridentinum* dict. capit 4. *& dictam declarationem S. Congregationis in Salamantina dimidiæ portionis: nec obstare quod archipresbyteratus esset litigiosus, quia ad inducendam vacationem primi satis est secundum incompatibile non esse litigiosum, glo.* in Clem. gratiæ de rescript. in verb. renuntiare, *vbi Bonifacius, & alij, & fuit sæpedictum in Toletana capellaniæ de Baratas, &c.*

90 Hæc † in d. Conchen. in qua vide aliam decisionem adductam. Idem fuit resolutum in vna Zamoren. canonicatus de Toro 18. Maij 1598. coram Dom. meo Corduba Episcopo Pacen. vt in sequenti decisione, *Censuerunt Domini, stādum esse in decisis coram D. Decano, quia non ecclesia de Toro habeat omnia requisita, ad hoc vt dici possit collegiata, nempe Abbatem & canonicos, vt apparet ex statuto antiquissimo de anno 1493. & ex aliis nouioribus, rursus archam communem, sigillum, & tractatus capitulares, ad Alexand.* consil. 75. nu. 2. lib. 4. *Decian.* consil. 6. numero 2. lib. 2. *& fuit decisum in hac causa coram D. Decano, & in illa Oritan. parochialis coram Domino Orano 26. Maij 1598. vbi late, non dubium, quin canonicatus, de quo agebatur, sit incompatibilis cum parochiali, quia vtrumque beneficium requirit personalem residentiam, vt de canonicatu, sunt tex.* in capit. inter quatuor. de cleric. non residen. *& Concilium Tridentinum* sess. 24. cap. 12. versic. propterea, de paroch. vero *text.* in cap it. extirpandæ, §. qui vero de præbend. capit. quia nonnulli. de cleric. non residen. cum simil. *ac inde per assecutionem secundi vacare primum ipso iure, vt sæpe fuit in Rota decisum. Non obstabat differentia incompatibilitatis ex aduerso considerata ratione tituli, quæ in præsenti non adest, sed ratione fructuum, & hæc per acceptationem secundi non inducit priuationem primi ipso iure. Abb.* in d. cap. de multa numero 2. de præb. & in capit. fin. numer. 4. de cler. non residen. *Staphil.* de qualitat. & statu benef. num. 42. *Put.* decis. 441. lib. 1. *Achill.* decis. 6. *Mohedanus* 15. *vterque* de præb. *Nam dixerūt Domini, quod in præsenti incōpatibilitas non causabatur ratione fructuum tantū, sed ratione residentiæ requisitæ, & seruitij personalis per se, & non per substitutum præstandi: quo casu incompatibilitas comparatur illi, quæ prouenit ratione tituli, & inducit vacationem ipso iure, Cardin.* consil. 3. numero. 5. *quod verumque censuit S. Congregatio Concilij in canonicatu, & parochiali, & quod requiratur personalis residentia per se, & non per substitutum,* ad sess. 24. c. 12. *& quod assecutione secundi ipso iure vacet primum, ad* cap. 4. sess. 27. *& fuit resolutum coram illustrissimo Lancelloto 14. Martij 1575. in vna Maceraten. parochialis, quæ est* diuersorum 483. par. 1. *ita vt hæc inspectio iam in controuersiam deduci non possit, quicquid sit ex dispositione iuris communis ante Concilium Tridentinum, vt per Anch.* consil. 26. *Minus obstabat, quod isti canonicatus non requirant continuam residentiam ex statutis ecclesiæ, quia ad effectum, de quo agitur, sufficit eos habere aliquā, quæ satis est ad inducendam incompatibilitatem cum parochiali habenti continuum onus residentiæ annexum respectu administrationis sacramentorum. Nec placuit Dominis, quod canonicatus possint seruiri per substitutum ex consuetudine, tum quia testes non concludunt consuetudinem cum requisitis necessarijs iuxta* decisionem *Ægidij* 64. *Alexand.* consil. 196. numero 14. li. 2. *Tum etiam, quia cum fructus canonicatus consistant in distributionibus quotidianis, quæ non dantur nisi interessentibus, canonici per se ipsos, & non per substitutos debent seruire, Concilium Tridentinum* sess. 24. cap. 12. §. omnes, *in quo omnis in cōtrarium inducta consuetudo tollitur, vltra quod erat necessaria quadragenaria, quæ non interuenit, cum tempora ante & post Concilium iungi non valeant, stante maxime, quod de anno 1590. fuit per visitatorem prohibitum sub pœna excommunionis quibusdam canonicis, ne retinerent parochiales cum canonicatibus, sed personaliter residerent: cum ergo nulla adsit consuetudo, illa non potuit excusare Petrum.*

Quæ sententia † & interpretatio est re vera satis conformis S. Conc. *d. c. 4.* nam vt dicitur *in decis.* 483 *p. 1. diuersorum.* Concilium ibi loquitur de quibusc unque incompatibilibus vigore quorumcumque canonum, nec se restringit ad dictum *caput, de multa,* quia dicit, *præsertim,* quę dictio est ampliatiua & implicat idem in aliis, & includit alia. *l. qui se patris, C. vnde liberi,* & ibi Dd. & Iaso. *num.* 34. Abbas *in cap. sicut, de re iudicat. nu.* 14. *&* 15. & ibi Felin. *num.* 21. Euerardus *loco à natura dictionum implicatorum, numero primo,* Mandos. *regul. vigesima nona,* Cancel. *quæstione sexta, numero secundo,* & Ioann. Gutier. *canonic. q. lib. 1. cap. 20. num. 5. & 6.* & quoad vacationem primi inducit vacationem secundum terminos c. de multa, illud extendendo ad quæcunque beneficia incompatibilia. 91

Et hoc est, quod denotant † illa verba. *Iuxta ipsius constitutionis dispositionem, etiam in præsentis canonis vigore,* quasi dicat beneficia quæcūque incompatibilia vacent ipso iure per assecutionem secundi, iuxta dispositionem constitutionis *cap. de multa:* & quia illa constitutio non loquitur in quibuscumque incompatibilibus, etiam vigore præsentis canonis illam extendentis ad quæcumque incompatibilia vacent. 92

Ex quibus satisfit rationibus Nauarri in contrarium. Et ista sententia videtur iam recepta in practica. 93

Alia duo † addit S. Conc. ibi const. *dict. capit. de multa:* primum, quod quamuis in terminis const. *d. capit. de multa,* contendens retinere primum, quod ipso iure vacauerat, etiam secundo esset spoliandus & priuandus per sententiam, vt dictum est supra *numero* 7. quidquid dicat Maiol. *de irreg. libr. 3. capit.* 4. & cum eo Enriquez *in summa lib. 14. capit. 9. §. 1.* & sentiat Ioan. Quint. *in cap. de multa numero* 90. tamen ex decreto Concilij ipso iure est priuatus etiam secundo. 94

Secundum quod addit est, † quod licet *in dict. capit. de multa,* vt priuaretur secundo, requiratur monitio, vel quod retineret vsque ad litis contestationem, ex glos. *ibi, verb. contenderit, & d. l. par. 3. tit. 16. p. 1.* Rota *d. decis.* 584 *n. 3. par. 1. diuersorum,* tamen cum Concilium dicat, *retinere præsumpserit,* non videtur necessaria iudicialis contentio, nec monitio, quamuis contrarium videatur velle Rota *in dicta decis. quadringentesima octuagesimaquarta, nu.* 4. nam † illa 95 96

verba, *Retinere præsumpserit*, solum denotant dolosam, seu malitiosam retentionem (saltim ex lata culpa) *l. quod Nerua. ff. depositi*, ad tradita per Cardinalem *in Clem. 1. de priuileg. quæst. 39.* Nauar. *in cap. accepta, de restitut. spoliator. oppositi. 8. solutione, à numero 32.* & in Manuali *cap. vigesimoseptimo numero 74. 107.* & 155. & Ludouic. Lopez *instruct. conscientiæ 2. tom. 2. parte cap. 13.* & in proposito Flor. de Mena *quæst. 13. num. 4.*

97 Quæ dolosa, † seu malitiosa retentio, recte datur sine monitione, aut litis cõtestatione: sufficit etenim ad id retinere sine legitima dispensatione primum beneficium incompatibile, quod scit, vel scire debet ipso iure vacasse per assecutionem secundi.

98 Et constat ex quadam † declaratione S. Congregationis Concilij, ad instantiam Capituli Ecclesiæ Caurien. quæ sic se habet, *Illustrissimi, & Reuerendissimi Domini dubitatur pro parte Cap. Caurien. si tres capellanas sub eodem tecto vniformes quis per annum ex collatione Episcopi retinuerit, an incidat in priuationem omnium ipso iure, non obstante Episcopi dispensatione, Congregatio censuit incidere. Hieronym. Cardin. Matthæus.* Constat etiam ex declaratione Hispalensi 7. de qua infra *numero 310. ad 2.* & ex declaratione illata *numer. 301.* & ex alia posita *numero vlt.*

99 Sufficeretque ad pœnam † Concilij retinere primum de facto cum secundo, licet fructus non reciperet, quia Concilium ibi de sola retentione loquitur, quamuis Flores, *dict. numero quarto* etiam fructuum receptionem requirat, pro quo faciebat *decisio* Thanis 93. supra adducta *numero* 44.

§. I.

De declaratione prædictorum, & requisitis ad huiusmodi vacationem.

SVMMARIA.

Ad inducendam vacationem primi beneficij incompatibilis per assecutionem secundi, non sufficit collatio sola, & acceptatio eius, sed requiritur adeptio possessionis secundi pacificæ, vel quod per prouisum stet, quominus eam adipiscatur, numero 100. *Collatio vero non acceptata, vel ius ad rem, non sufficit ad inducendam vacationem primi, quamuis per eum stet, quominus habeat ius in re, & possessionem*, numero 101.

Si aliquis esset prouisus de beneficio incõpatibili, in quo alius esset intrusus, non vacabit primum, licet contra intrusum nullã faciat diligentiam pro capienda possessione secundi. n. 102. *etiamsi esset monitus, & præfixus terminus per superiorem ad faciendam diligentiam*, n. 103.

Prouisus à Papa de secundo incompatibili non potest excusare vacationem primi, ex eo quod non expedierit bullas, sine quibus non potest capere possessionem, si per eum stat, n. 104.

Ita demum per assecutionem secundi beneficij incompatibilis vacat primum, si assecutio & possessio secundi sit pacifica, non solum de facto, sed etiam de iure, id est, non litigiosa, sed absque controuersia iuris & facti iudiciali & extraiudiciali, contra Innocentium & alios, n. 105. & seq *vbi ponitur decisio Rotæ: nec alias intrat decretum de dimittendo, quod non currit, nisi à die captæ possessionis pacificæ, & notæ: sufficit tamen, quod possessio secundi sit pacifica quoad obtinẽtem*, & c. n. 106.

Vt per assecutionem secundi beneficij incompatibilis vacet primum, non requiritur, quod vtriusque habeatur pacifica possessio: nam quamuis primum sit litigiosum, multo magis vacabit per assecutionem secundi pacifice possessi: & sic intelligitur declaratio S. Cong. allatæ: nec per possessionem pacificam, id est, acceptam post obtentionem secundi litigiosi, istud vacat, num. 107. & 108. *In terminis vero* c. ordinarij §. in conferendis, *vt collatio tertij facta habenti duo similia incompatibilia non valeat, nil refert, quod tertiũ sit litigiosum, quamuis valeret, si fieret collatio tertij retinenti duo incompatibilia, quia secundum erat litigiosum, quæ tamen vacarent per assecutionem tertij pacificam*, numer. 109.

Non videtur quis adeptus pacificã possessionem, quando statim, & in continenti, seu in limine legitimæ possessionis, fuit in ea turbatus, seu lis mota, n. 110. *& quando dicatur in continenti turbari*, à n. 111. *ponuntur sententiæ Doctorum, & resoluitur tunc dici, quando infra duos menses lis superuenit, seu turbatio, non si postea. Et si intra duos menses lis non fuerit mota, primum censetur vacare à principio captæ possessionis*, & c.

Similiter si prouisus de parochiali possessionem illius aliquando, id est, saltim per duos mẽses obtinuit sine litigio, arctatur constitutione cap. comm. issa, de elect. in 6. *& tenetur infra annum ad sacerdotium promoueri, & sufficit quod semel cœpit pacifice possidere, quamuis postea lis moueatur secundum glossam, & alios*, numero 117. *Sed in termi nis d. ca. commissa verius videtur, quod etiamsi post duos menses lis superueniat, prouisus de parochiali nec tenetur se promouri facere, nec arctatur illa constitutione, saltim si adhuc restabat tempus sufficiens ad se promouendum*, numer. 118. *Sed contrarium tenet S. Congregatio, etiamsi à principio parochialis sit litigiosa, vt in declarationibus positis* numero 121. *cui erit standum*, numero 122.

Impedimentum in fine anni superueniens non excusat à promouendo, si intra illud tempus non poterat promoueri, cum Bellamera contra Rebuffum, numero 119. *Et parochus in fine anni impeditus restituitur, non ad alterum annum sed ad tempus, in quo fuit impeditus*, num. 120.

Vt inducatur vacatio primi beneficij incompatibilis per assecutionem secundi, requiritur quod habeat pacificam possessionem, nedum beneficij & tituli, seu exercitij, curæ, vel officij, sed etiam bonorum, & fructuum, seu maioris partis eorum: nam si fructus, seu maiorem partem eorum secundi non potest habere, quia ex priuilegio, vel alias ad alium pertinet ad tempus, nõ vacat primum, ex cap. si tibi concesso, de præbend. in 6. numero. 123. *Et idem est in beneficiis promoti ad Episcopatum*, num. 124. *& decisio* dict. capit. si tibi concesso, *non est correcta per* extrauag. execrabilis, n. 125.

In terminis d. capit. commissa, & cap. licet canon. de elect. in 6. *sufficit habere pacificam possessionem beneficij, seu tituli, & liberum curæ exercitium vt prouisus teneatur ad sacerdotium promoueri, & currat tempus, de quo* ibi, numero 126. & seq. *vbi ponitur declaratio S. Congreg. & reprobatur, seu declaratur quædam doctrina Rebuffi*, numero 128.

Durante tempore perceptiones fructuum per priuile-

giatum

giatum obtinens secundum beneficium, etiam post adeptam eius possessionem potest ipsum dimittere, & primum retinere, sicut posset ante adeptam possessionem, quia interim non vacat, contra Ioan. And. & alios, à numero 119. Et quando illorum opinio vera esset, non procederet, vbi ante assecutionem fructuum moueretur lis super beneficio, n. 132.

Decisio d. cap. si tibi concesso, *non videtur procedere, quando maior pars fructuum secundi beneficij, aut etiam omnes sunt alteri reseruati, si non est etiam reseruata tota administratio*, n. 133. & seq. *Vbi adducitur declaratio S. Congreg. & d. c. si tibi concesso accipitur, quando ad certum tempus alter fructus percepit, aut quando beneficium est de vento, quod nondum habet fructus, licet succedente vacatione alterius eos sit habiturum*, num. 135. *& adducitur decisio Rotæ* n. seq.

Decisio dicti cap. si tibi concesso, *non procedit, vbi solutio fructuum differtur post mortem, quia quod differtur, non aufertur*, numero 137. *Ex qua ratione huiusmodi statuta, seu consuetudines Ecclesiarum, non comprehenduntur Decreto Concilij* sessio. 24. de reformat. cap. 14. *nec bulla Pij V. ex S. Congregatione*, numero 138. *vbi ponuntur declarationes, &* numero 139. *vbi refertur, ita fuisse declaratum in causa Ciuitaten. & ita fuit per Rotam resolutum in decisione posita* numero 140. *Quamuis contrarium tenuerit Palatio, & alias Rota in decis. posita*, numero 141. *& in resolutione adducta*, num. 142. *& procedit etiamsi illi fructus non dentur renuntianti, aut permutanti, aut qui non sepelitur in ipsa Ecclesia*, numer. 143.

Quid dicendum sit in Ecclesijs, in quibus ex earum statutis, & consuetudinibus noui beneficiati, non percipiunt fructus primi anni, nec reseruatur eis post mortem à num. 144. *Resolvitur, quod si illi fructus applicantur fabricæ, aut alijs piis vsibus, habebit locum decisio* d. c. si tibi concesso, *nam illa non reuocantur per Concilium, & constitutionem Pij V. nisi pro dimidio, quando vltra semestre reperiuntur concessi: si vero fructus cedunt antiquis, non habebit locum* d. c. si tibi concesso, *cum cessent iam d. statuta, & consuetudines etiam immemoriales stante Concilio & constitutione Pij V. quibus reuocantur, etiamsi iuramento, & confirmatione Apostolica, etiam ex certa scientia munita sint, &c. Quamuis ante Concilium videbatur habere locum, quia tunc tolerabantur talia statuta, & consuetudines, saltim ab immemoriali tempore obseruata.*

An in Ecclesijs, in quibus non est receptum d. Decretum Concilij, & constitutio Pij V. sed adhuc seruantur prædicta statuta, & consuetudines, procedat hodie d. c. si tibi concesso, n. 149. *Pro parte affirmatiua adducitur reg. quod lex etiam canonica non recepta non obligat, quamuis primi non recipientes peccauerint*, n. 150. *& ratio ponitur*, n. 151. *Et procedit etiã si lex habeat Decretum irritans*, n. 152. *& etiam si deroget cõsuetudini*, nu. 153. *& etiam si non sit recepta per ignorantiam*, n. 154. *& quando dicatur lex non recepta, & an requiratur decennium*, num. 155. & 156. *Nec obest, quod Concilium est in Hispania receptum, nam receptio ista est in genere, & verbalis, cui non receptio in specie, & re derogat*, n. 158. *Nec refert, quod sit non receptio vnius Ecclesiæ, seu Capituli, nam Capitulum in proposito, non consideratur vti persona particularis, sed vti vniuersitas, &c.* a n. 159.

Contra istam rationem obijcitur, quod cum Concilium ibi reiiciat, & aboleat huiusmodi constitutiones, & cõsuetudines, vt prauas, & scandalosas, non videtur excusare non receptio, num. 161. *Nam & maiorem vim habere videtur consuetudo immemorialis, quam non receptio, & tamen illa tunc non valet, nec excusat*, n. 162. *& quod non excuset non receptio in proposito, videtur sentire Nauar. & S. Cong. in declaratione posita*, n. 163. & 164.

Quicquid sit de hoc, an non receptio d. Decreti Concilij, & constitutionis Pij V. excuset, vel non, tamen in Ecclesijs, in quibus prædicta statuta, & consuetudines adhuc seruantur, siue de iure, siue de facto, videtur habere locum decisio dicti cap. si tibi concesso, &c. numero 165. *Nisi dicatur, quod in terminis prædictorum, statutorum, & consuetudinum, ex quibus noui residentes non lucrantur fructus, sed remanent in mensa diuidendi inter antiquos, siue seruentur de iure, siue de facto, non habeat locum decisio* dicti cap. si tibi concesso, *nam Capitulum non percipit illos fructus, tanquam fructus præbendæ noui residentis, sed iure proprio, &c. quod videtur probabile, supposito quod nouus residens lucretur aliquos fructus, seu distributiones, &c.* n. 166.

Similiter dicendum videtur in Ecclesijs, vbi est statutum seu consuetudo, quod beneficiati, qui nondum sunt promoti ad presbyteratus, vel diaconatus, aut subdiaconatus ordinem, non lucrentur fructus, quod non est contra d. Decretum Concilij & constitutionem Pij V. num. 167. & seq. *vbi ponitur declaratio S. Congregationis.*

Si habenti duo, vel plura beneficia incompatibilia conferatur aliud, eius possessione adepta pacifice vacant etiam omnia prima, Clem. si plures de præbend. numero 169. *Cuius Clem. decisio difficultatem patitur ex* cap. ordinarij, §. in conferendis. de offic. ordinariis in 6. *ex quo enim collatio tertij non tenet, non potest inducere vacationem priorum*, numero 170.

Respondetur, quod licet collatio tertij non valeat, tamen eius possessione pacifica adepta vacant priora, ex cap. cum qui, 1. p. de præben. in 6. n. 171. *Et idem erit si per prouisum steterit, quominus eam adipiscetur, quamuis collatio non valeat, nisi antea ei renuntiauerit*, numero 172. *Sed verior est contraria sententia gl.* n. 173.

Circa d. c. cum qui, 1. p. *qui sint videndi*, n. 174. *& ponitur resolutio Rotæ* n. 175.

Potest etiam d. Clem. si plures, *intelligi in obtinente plura incompatibilia ex dispensatione, qui acceptat tertium ex prouisione Papæ, in qua fuit mentio priorum, seu sunt habita pro expressis, quo casu tenet prouisio tertij, quia dict. §. in conferendis non habet locum in Papa*, n. 176. & seq. *vbi adducitur decis. Rotæ, quæ impugnatur, quatenus dicit regressum ad incompatibilia causare impedimentum collationi tertij, sicut ipsa beneficia*, n. 178.

Ex d. Clem. si plures *credit Gambarus dispensatum, vt possit tenere quartum beneficium ad annum, si completo anno illud non dimittit, vacare alia tria*, num. 179. *sed contrarium tenuit Rota in decisione posita*, numero 180.

Ad inducendam incompatibilitatem debent esse beneficia perpetua, saltim aptitudine, vt sunt beneficia manualia, seu ad nutum amouibilia, quæ etiam cum dentur in titulum, & possint esse perpetua, inducunt incompatibilitatem: officia vero, seu dignitates, quæ conferuntur ad certum tempus, non inducunt talem incompatibilitatem, numero 181. *vbi ponitur decisio Rotæ.*

100 DECLARANTVR autem prędicta † primo, quod ad inducendam vacationem primi beneficij incompatibilis per assecutionem secundi, non sufficit collatio sola, & acceptatio eius, sed requiritur adeptio possessionis secundi pacificæ, vel quod per prouisum stet, quominus eam adipiscatur *d. cap. de multa*, ibi, *Receperit, cap. licet Episcopus de præben. in 6. d. extrauag. execrabilis. de præben. vers. qui vero, & Clē. si plures*, & ibi glo. *de præben.* & facit *cap. commissa. de elect. in 6.* & patet ex declarationibus 3 4. 5. & 6. *sup.* adductis *nu.* 84. (quæ iuxta hoc intelligi debent) *glo. verb. pacifice, in Clem. gratia, de rescript.* Abb. *in c. cap. de multa, n.* 16. Franc. *in d. c. licet Episcopus n.* 1. Coras. 1. *p. c.* 10. *n.* 4. & 5. Bursat. *cons.* 353. *libro* 4. Nau. *cons.* 14. & 18. *de præben.* Mascar. *de prob. concl.* 183. Flamin. Paris. *lib.* 3. *de resigna. q.* 1. *n.* 129. Caputaq. *dec.* 294. *p.* 2. & facit *dec.* Mohe. 8. *de concess. præb.* iuxta quod est accipiendum quod tradit Cerola *in praxi Episcopali*, 2. *p. verb. alternatiua*, §. 1.

101 Collatio vero non acceptata, † vel ius ad rem, non sufficit ad inducendam vacationem primi incompatibilis, quamuis per eum stet quo minus habeat ius in re, & successiue possessionem, quia id non reperitur

102 iure cautum. Si tamen aliquis † esset prouisus de beneficio incompatibili, in quo alius esset intrusus, non vacabit primum, licet contra intrusum nullam faciat diligentiam pro capienda possessione secundi, quia tunc non videtur stare per eum, sed per intrusum ad *decis.* 148. *p.* 1. *diuer.* præsertim, si non sit monitus, aut ei præfixus terminus per superiorem ad faciendam diligentiam, ad *dec.* Mohed. 32. *de præben.* alias 348. & *decis.* 827. *lib.* 3. *p.* 3. *diuers.* Achil. *decis.* 358. & posthæc

103 Gonçal. *glos.* 15. *n.* 116. & *seq.* Quod † etiam videtur procedere, licet esset monitus, aut præfixus terminus per superiorem ad faciendam diligentiam, quia non potest cogi agere tit. *cap. vt nemo inuitus agere, vel accusare cogatur*, & in terminis d. decisionis est longe diuersa ratio.

104 At prouisus à Papa † de secundo incompatibili, nō potest excusare vacationem primi, ex eo quod non expedierit bullas, sine quibus non potest capere possessionem, si per eum stat quo minus expediat, iuxta decisionem Rotæ in causa Leodien. canonicatus 9. Decembr. 1589. coram D. Pamphilio, in qua fuit resolutum, *Quod si alicui apponitur in gratia secundi decretum de dimittendo primum in manib. Sanctissimi infra duos menses à die possessionis, alias vacet vtrumque, si non expedit bullas ad capiendam possessionem, & sic stat per eum, vacat vtrumque iuxta Decretum, &c.*

105 Secundo declarantur, † vt ita demum per assecutionem secundi beneficij incompatibilis vacet primum si assecutio & possessio secundi sit pacifica, nō solum de facto, sed etiam de iure, id est, non litigiosa, sed absque controuersia iuris, & facti iudiciali, & extraiudiciali, Archid. & Ioan. And. *in dict. cap. commissa*, Card. *in dict. Clem. gratiæ, numero* 8. Abb. *in d. cap. de multa, n.* 16. Felin. *in c. cum Ioannes, num.* 33. *de fide instrum.* Ripa *in rubrica de causa possess. num.* 39. Staphil. *tit. de qualitate, & statu benefic. §. huiusmodi. numero* 12. *& tit. de variis modis vacationis, tertio vacationis modo à num.* 3. Villadiego *de legato. q.* 14. 1. *par. numer.* 96. Rebuf. *de pacificis poss num.* 197. alias 164. Cosmas *in pragm. sanct. tit. de collatio. §. item quod vniuersitates, verb. possederint*, Bellam. *decis.* 596. Cassad. *decis.* 9. *numero* 1. *de causa possess.* Sarnen. *in reg. de triennali, q.* 53. Mandos. *reg.* 34. *q.* 26. Hoieda *c.* 13. *numero* 80. Mascard. *d. conclus.* 183. *numero* 40. Quintanaduennas *dict. lib.* 4. *n.* 77. & Flam. Paris. *lib.* 3 *q.* 1. *n.* 130. Azor 2. *p. lib.* 7. *c.* 16. *q.* 9. & resoluit Rota in causa Toletana Archidiaconatus de Talauera de mense Iunij 1592. coram D. Seraphino reiecta opinione Innocentij *in c. constitutus* 2. *de appellat.* Rot. *decis.* 3. *de causa poss. in antiq.* alias 36. & addit. *decis.* 3. *de præben.* alias 61. *an nouis*, dicentium, quod vbi aliquis est in possessione beneficij, licet sibi moueatur lis super beneficio, tamen videtur pacificam possessionem habere, quia ad hoc, vt aliquis videatur pacificam possessionem habere, sufficit, quod de facto possideat, licet super iure sibi controuersia moueatur. Et sequitur Ioan. Quintinus *in cap. de multa, num.* 73. addens etiam per solam acceptationem beneficij litigiosi scienter factam, sine corporali receptione vacare primum per *leg. fin. C. de litigiosis*, vbi id non probatur, & Tuschus *conclus.* 69. *litera B. nu.* 3. Quæ decisio Toletana sic se habet, *Fuit dubitatum, an Archidiaconatus vacaret de tempore factæ prouisionis D. Didaco, ita vt prouisio censeatur valida, & domini censuerunt non fuisse tunc temporis vacantem, ideoque gratiam fuisse nullam. Moti fuerunt, quia cum bonæ memoriæ Cardinalis de Mendoça teneretur dimittere Archidiaconatum infra spatium anni, isque obtinuisset plures prorogationes, quæ durabant vsque ad diem* 23. *Iulij* 1588. *& interim fuisset ei mota controuersia super Decanatu, quem Papa prætendebat vacare per promotionem ad Cardinalatum, non currebat ei tempus, sed interim cessabat, donec molestiæ cessarent, nam impedito non currit tempus* l. quibus diebus. de condition. & demonstrat. l. non possunt. C. de dolo malo, capite imputari. de reg. iuris in 6. *& in propriis terminis materiæ, de qua agitur, probatur* in cap. commissa, *& ibi glossa* de elect. in 6. capite licet Episcopus, *& ibi* Doctores de præben. libro 6. clem. 1. 5. cæterum. de statu Monach. *Vital.* in clem. gratiæ, numero 43 in fin. de rescrip. & in Clem. si plures. numero 27. de præbend. *Ægidi.* decis. 43. & 153. & 593. *Tiraquel.* de retractu lignag. gloss. 10. numero 32 *Rebuf.* in praxi beneficia. tit. de non promotis intra annum, num. 47 *quod etiam obseruatur in eo, qui vigore Decreti tenetur expedire literas intra sex menses, Mohed.* decis. 161. *Neque obstat, quod hæc controuersia non fuerit iudici alis, quia hoc procedit indifferenter in omni molestia, sine iudiciali, sine extraiudiciali, vt post glo. tradit Cardin.* in d. Clem. gratiæ, num. 8. *& ibi And. Barbatia*, n. 22. *Probus addit. ad Monach.* in cap. commissa, numero 2. de elect. in 6. *Felin.* in cap. cum Ioannes. num. 33. de fide instrum. *Cassad.* dec. 9. de causa posses. & proprie. *Rebuf.* in tract. de pacificis posses. num. 165. *& siue molestiæ sint de iure, siue de facto, & post glossam tradunt Anchoranus, & Gemm.* in d. cap. commissa, & Cassad. d. decis. 9. *molestiæ illatæ Cardinali visæ fuerunt maxime considerabiles, cum prouenirent facto Principis, qui poterat ad libitum voluntatis suæ disponere de beneficio, etiam priuando sine causa, vt tradit Mohed.* decis. 86. *& cum introducta esset cognitio in Principis Consistorio, non currebat dilationis tempus, quemadmodum etiam dicitur non currere fatalia, & resolutum fuit coram me in Imolen. Castri* 16. *Ian.* 1573. *Neque releuat, quod à principio possessio fuerit pacifica, tam respectu tituli, quam perceptionis fructuum, quia sufficit, quod quandocunque præstetur impedimentum citra culpam impediti, vt per Archid.* in cap. cum ex eo. num. 2. de elect. lib. 6. *quem sequitur Ioan. And.* in d. cap. imputari. col. 1. de reg. iur. lib. 6. *ideoque tantū temporis ei restituendum est, quantum per impedimentum ablatum fuit. Ægid.* d. decis. 83. *& fuit resolutum in Salamantina parochialis coram*

R.P.D.

R.P. D.Orano 1589. *quod intelligendum est respectu tẽporis, quod dilationi concessæ propter molestias subtractum est: non obstat, quod quicquid sit de lapsu temporis respectu Decreti, quo inducebatur priuatio vtriusque beneficij, tamen respectu iuris communis non posse dici Archidiaconatum non vacasse statim expiratis dilationibus, maxime cum postquam cessarunt molestiæ, adhuc supererat tempus, quo poterat fieri dimissio Archidiaconatus, quia loco duorum mensium, qui ex benigna interpretatione dantur ad dimittenda incompatibilia, vt tradit glos. & Dd.* in cap. commissa, *& Cassador.* d. decis. 9. de causa possess. & propr. *Papa subrogauit tempus illud anni, quod postea fuit pluries prorogatum, & ideo quemadmodum de iure communi non vacasset Archidiaconatus per lapsum illorum duorum mensium, si interim superuenisset molestia, ita neque per lapsum termini à Papa constituti potest intrare vacatio stantibus molestiis prædictis. Et hoc maxima ratione constitutum est, videlicet, ne clericus dimittendo prius obtentum careat vtroque beneficio, & mendicare cogatur, prout tradunt Dd.* in d. cap. commissa, *Gemin.* consil. 82. *Cassad.* decis. 9. *Rebuf.* in praxi tit. de non promotis, n. 41. & 45. *Postremo non obstat, quod non sufficeret molestia super titulo, nisi etiam esset super fructibus, Rota* dec. 3. de pręben. in nouis, *vbi addit. quia fundata est in doctrina Innocentij* in cap. constitutus de appellat. *quam Rota reprobat, vt per Ægid.* decis. 596. *& Cassador.* 9. de causa possess. & proprie. *Sarnen.* quæst. 53. in 1. col. de triennali. *vltra quod illud tendit ad diuersum effectum, nempe quando quis dicatur possessor pacificus. Et ex his concluditur Archidiaconatum non vacasse, ideoque collationem non valere.*

106 Et etiam ad id † alia Rotæ decisio coram eodem domino Seraphino, in vna Tirasonen. canonicatus 9. Ianuar. 1598. quæ sic ait, *Dominus teterunt in decisis, etiam circumscripto fundamento sententiæ, ex solo capite molestiarum, cum enim prouisus debeat esse in pacifica possessione secundi, antequam teneatur ex Decreto dimittere primum, ita vt sit certus de assecutione secundi, ne detur casus, quod careat vtroque* cap. licet Episcopus, cum ibi not. de prębend. in 6. *vbi Francus* numero 4. *ad hunc effectum sufficiunt molestiæ, etiam extraiudiciales, & de facto Paul. de Eleaz.* in Clem. gratiæ, *& ibi Card.* quæst. 13. *& Vital.* numero 50. de rescript. *Gemin.* consil. 78. numero 3. *Abb.* in cap. de multa, numero 16. de prębend. *Cassad.* decis. 9. de causa possess. & propr. cum aliis allegatis *in causa Toletana Archidiaconatus, quicquid sit ad effectum interrumpendæ possessionis, quo casu molestiæ debent esse circa possessionem, & fructuum perceptionem, & ad hunc effectum tendunt omnia in contrarium allegata, secus in casu isto, in quo adest timor, ne quis careat vtroque beneficio, ad notata* in cap. si tibi concesso de præben. in 6. *maxime cum molestiæ præcesserint facto ipsius aduersarij, qui in dataria se opposuit obtinendo, nihil transeat, & allegando collationem spectare ad Episcopum, & se ab eo prouisum, & sibi esse faciendam nouam prouisionem, vt bene probant testes. Nec obstat, quod postea fuerit relaxata prouisio: nam non ideo cessauit molestia aduersarij volentis prosequi ius suum, & iactando se habere prouisionem ab Episcopo, quam etiam aliquibus ostendit, vnde fuit necesse committere causam super iactationibus, & molestiis contra aduersarium, qui citatus dixit generalis contra, & citatus ad sententiam appellauit, & vltimo expiratus est istam gratiam, & prosecutus est hanc litem, quæ adhuc durat. Non obstat notorietas non iuris Bernardi ob mensis reseruationem, quia multa in facto poterant turbare hanc reseruationem, vel ratione alternatiuæ, vel ratione simultaneæ collationis cum Capitulo, ideo conclusum non intra e Decretum, & standum esse in decisis.* Ex quibus decisionibus apparet, per assecutionem secundi beneficij incompatibilis non vacare primum, nisi possessio secundi sit pacifica, & sine cõtrouersia, & molestia, etiam extraiudiciali, & de facto, nec alias intrare Decretum in prouisione secundi positum de dimittendo primum habita possessione secundi, & tradit posthæc visus Gonçalez ad *reg. mensium, glo. 15. nu.* 117. vbi allegat d. decisionem Tirasonen. canonicatus sub 8. Septemb. 1598. coram D. Orano, *& numero* 111. ait, quod tempus dimittendi ex Decreto non incipit currere, nisi à die captæ pacificæ possessionis, non autem à die prouisionis sine possessione pacifica, ita vt verba Decreti ciuiliter intelligantur, id est, secuta pacifica possessione, &c. *& numer.* 112. ait, quod non solum non incipit currere, nisi à die captæ pacificæ possessionis, sed etiam est necessaria notitia dictæ possessionis pacificæ, vt incipiat termini cursus, vt late fuit resolutum in d. Tirasonen. canonicatus coram D. Orano 8. Nouemb. 1596. vbi propterea fuit excusatus vnus à pœna dicti Decreti de dimittendo infra quatuor menses primum beneficium, quia allegabat ignorantiam adeptæ possessionis de secundo, & in contrarium nihil releuans probabatur. Videtur tamen sufficere ad vacationem primi beneficij incompatibilis, quod possessio secundi sit pacifica quoad obtinentem, licet beneficium sit litigiosum quoad alios, nisi ignorantia excusetur, ex Sarnen. *in reg. de triennali, quæst.* 41. & Ægid. Bellam. *decis.* 562. *seu* 563. & Rota in vna Florentina canonicatus 14 Iun. 1557. coram D. Chisanen. in qua fuit resolutum, *Quod per acceptationem canonicatus inter alios litigiosi possessione subsecuta vacat ius ingrediendi ad aliũ canonicatũ in eadem Ecclesia, si acceptatio fuit simplex sine protestatione,* cap. eum qui, de prębend. in 6. clem. gratiæ, de rescript. *præsertim si ille qui acceptauit, permansit in possessione vltra triennũ, & semper quo ad eum pacifica fuit possessio, quãuis quoad alios beneficiũ posset dici litigiosum, quia ista sunt diuersa, Sarnen.* de triennali. q. 41. *& facit Ægid.* decis. 562. *alias* 563. *& quia* clem. gratiæ, *loquitur de pacifica possessione, quæ potest subsistere, licet res sit litigiosa quoad alios.*

Aduertendum est autem, † quod ad hoc, vt per as- 107
secutionem secundi beneficij incompatibilis vacet primum, non requiritur, quod vtriusque habeatur pacifica possessio, vt perperam dicunt Staphil. *d. §. huiusmodi, num.* 12. & Hojeda *d. cap.* 13. *num.* 79. nam quamuis primum sit litigiosum, multo magis vacabit per assecutionem secundi incompatibilis pacifice possessi, quæ est determinatio. Innocent. *in cap. in nostra. de rescript.* quam sequitur, & dicit ab omnibus receptam, Nauar. *consil.* 14. *num.* 1. *de præbend.* Rebuf. *in praxi tit. de tacita renuntiatione, versic. 3. qui litigat,* & resoluit Rota in vna Barchinonen, Archidiaconatus 9. Decemb. 1560. coram D. Groperio, & in d. Salamantina dimidiæ portionis, & in d. conchen. Archipresbyteratus de Huete, vt supra *numer.* 87. & 89. Et sic declaratio S. Congregationis super *d. cap.* 17. *sess.* 24. quæ sic ait, *Reiecta est à S. Congregatione petitio N. de duabus parochiis, quarum altera est litigiosa, vt possit vtramque retinere, dum alterius lis terminatur, intelligenda erit, quando prima est litigiosa, & non secunda.*

Et nouissime idem † tenet Lessius *de iust. & iure* 108
lib. 2. cap. 34. num. 141. dicens, quod si beneficium se-

cundum sit litigiosum, non vacabit prius, donec pacificus secundi possessor fueris: si autem secundum pacifice possederis, vacabit prius, etiamsi sit litigiosum. Et addit, quod si obtẽto titulo vnius talis beneficij, absque possessione accipias secundũ litigiosum, & postea, antequam incipias esse pacificus possessor secundi, accipias pacificam possessionem primi, non ideo amittis secundum litigiosum, vt quidam putauerunt, quia id iure statutum nõ est, vt docet Nauar. *d. cons.* 14. alias 31. *de præben.* quod mihi placet, & videtur certum.

109 E contra † vero in terminis *c. ordinarij. §. in conferendis. de offic. Ordin. in* 6. ad hoc, vt collatio tertij beneficij facta habenti duo similia incompatibilia non valeat, nihil videtur referre, quod tertium sit litigiosum, & non pacificum, quicquid velit Rota in illa Virdunen. canonicatus 13. Maij 1596. supra adducta *c.* 3. *n.* 332. quamuis valeret, si fieret collatio tertij retinenti duo incompatibilia, quia secundum erat litigiosum, quæ tamen vacarent per assecutionem tertij pacificam.

110 Aduertendum est etiam, † quod non videtur quis adeptus pacificam possessionem, quando statim, & in continenti, seu in limine legitimæ possessionis fuit in ea turbatus, seu lis mota, *glos. verb. pacificam, in dict. cap. commissa de elect. in* 6. Abb. & Staphil. *locis citatis supra numero* 105. Bellam. *dict. decisio.* 596. Cassador. *dict. decis.* 9. *de causa possess. numero* 2. Tiraquell. *in l. si vnquam, verb. susceperit liberos, numero* 149. Hojeda *d. cap.* 13. *numero* 49. & 80. Mascard. *dict. conclus.* 183. *numero* 42. & Flamin. Paris. *d. lib.* 3. *q.* 1. *n.* 130.

111 Et † quando dicatur in continenti turbari, dicunt Probus ad Monach. *in d. cap. commissa. numero secundo*, Villadiego *de legato* 1. *p. q.* 14. *numero* 105. Rosini. *de benef. c.* 2. *num.* 57. & Hojeda, & Flamin. Paris. *supra*, cum Tiraq. Monochio, & aliis, id relinqui iudicis arbitrio.

112 Bonifacius † in *Clem. si plures. de præbend. numero* 63. dicit, quod quamdiu durat annus, censetur adeptio possessionis in suo limine, & sic quod vbi quæstio, vel controuersia mota est infra annum, non censetur possessio pacifica, & sic non vacant priora beneficia, &c. cum quo Mascard. *supra num.* 6. & 48. tenet requiri annalem possessionem, vt pacifice dicatur possedisse, per ea, quæ tradit Felin. *in c. in nostra, num.* 33. *de rescrip.* sed illa sunt ad effectum reg. *de annali.*

113 Lapus † tamen *in d. c. commissa.* interpretatur, si infra duos menses lis superueniat, seu turbatio, non si postea: cuius opinionem ait bis vidisse seruari in Rota *d. additio* 1. *decisionis* 3. *de præbend. in nouis*, & sequuntur Cassad. *d. decis.* 9. *n.* 2. Staphil. *d. §. huiusmodi n.* 13. Rebuf. *in repet. c.* 1. *postulastis. de clerico excommunicato ministrante in glo. n.* 72. Quintanaduenas *d. lib.* 4. *n.* 80. & Hieron. Gabriel. *cons.* 191. *n.* 7. *lib.* 1. vbi dicit per extrauagantem *execrabilis*, non posse dari vacationem primæ parochialis, cum non sunt elapsi duo menses, qui dantur ad dimittendum primum, iuxta notata *in d. cap. commissa*, & Cassad. *supra*, & cum intra eos lis superuenerit, retineri illam adhuc posse, quousque possessionem secundæ pacificam haberet. Et Rota in dict. Toletana Archidiaconatus supra, *num.* 106 in qua fuit dictum, istos duos menses ex benigna interpretatione dari ad dimittendum incompatibilia, & per lapsum eorum non vacare primum incompatibile, si interim superueniisset molestia super secundo.

At si infra † duos menses lis non fuerit mota, nec molestia superuenerit, primum incompatibile censetur, vacare à principio captæ possessionis, vt apparet, ex decis. Rotæ in dict. Salamantina dimidiæ portionis coram Domino Orano, de anno 1585. in qua fuit resolutum, vt supra diximus, *Per assecutionem canonicatus vacare dimidiam portionẽ, ex declaratione S. Congregationis Concilij, & rursus non obstare, quod deberet expectari per duos menses, iuxta dicta, quia hoc procedit, si constaret, quod lis fuisset super canonicatu infra duos menses, &c.* Et ita sunt accipiendi Doctores citati. 114

Quamuis † Rebuf. & Hier. Gabr. *supra* videantur sentire, non dari vacationem, ante lapsum duorum mensium, etiamsi in eis non sit mota lis, & Nauarr. *cons.* 18. *de præben. in fin.* ait, quod possessio accepta in continenti non dicitur pacifica. 115

Apparet † ergo ex his, quod si prouisus de secundo incompatibili steterit in pacifica possessione secundi, saltim per duos menses, censetur à principio primum vacare, & sic collatio, & prouisio de eo à principio facta erit bona, quamuis post duos menses lis, seu controuersia super secundo ei moueatur, saluo tamen remedio, & beneficio, *cap. si beneficia de præben. in* 6. 116

Et similiter † dicit glo. *in d. c. commissa, verb. pacifica, ver. si autem possessionem*, quam ibi DD. sequuntur, & Saphil. *d. §. huiusmodi, numero* 12. quod si prouisus de parochiali possessionem illius aliquandiu, id est, saltim per duos menses, vt Lapus exponit, obtinuit sine litigio, illa constitutione arctatur, & tenetur infra annum ad sacerdotium promoueri, & sufficit, quod semel cœpit pacifice possidere, quamuis postea lis moueatur, sequũtur etiam Sarnen. *in reg. de triennali, q.* 53. *vers. & ideo*, & P. Gregor. *de benef. cap.* 25. *numero* 10. 117

Ego autem † in terminis *d. c. commissa.* verius existimo, quod etiamsi post duos menses lis superueniat, prouisus de parochiali nec tenetur se promoueri facere, nec arctatur illa constitutione, saltim si adhuc dum superuenit lis, restabat tempus sufficiens ad faciẽdum se promoueri se ad sacerdotiũ, vt tenet expresse Ægid Bellamera *decis.* 83. Sufficit adesse impedimentum litis, dummodo fraus cesset antequam labatur tempus, quo poterat se promoueri facere, durum enim videtur cogi quem promoueri ratione beneficij litigiosi, in quo posset succumbere, Monachus *in d. c. commissa n.* 1. pro quo benefacit *decis.* Mohed. 8. *de concess. præben.* alias 161. 118

Circa † quod vide Rebuf. *in praxi tit. de non promotis, n.* 48. vbi contra Bellam. inquit, quod impedimẽtum in fine anni superueniens excusat à promouendo, etiamsi intra illud tempus non poterat promoueri, quem sequitur Salcedo in pract. Bern. Diaz *c.* 53. *litera C.* in quo verior videtur sententia Bellameræ. 119

Vide † etiam Nauarr. *cons.* 1. *de in integrum restitut.* vbi docet parochum in fine anni promoueri impeditum restitui, nõ ad alterum annum, sed ad tempus, in quo fuit impeditus. 120

Verum S. Congregatio † Concilij, sic respondit Episcopo Veronen. *Obtinens parochialem Ecclesiam per prouisionem Sedis Apostolicæ habens liberum curæ exercitium, & omnium bonorum, fructuum, & prouentuum ad d. Ecclesiam parochialem pertinentium possessionem, licet in limine adeptæ possessionis prædictæ mota lis fuerit per aliquem in petitorio, tamen tenetur se promoueri facere intra annũ lite pendente, & ad residendũ* 121

in d.

in d. Ecclesia, etiam præsuppositio, quod non teneatur residere, Episcopus eo casu debet deputare vicarium, partemque fructuum ei pro sufficienti victu assignare, iuxta Concilij Triden. formam. Vt habetur inter declarationes *cap. 4. sessio. 22. de refor.* & alias *num.* 258. Et inter declarationes super *c. 2. sess. 21. de refor.* habetur alia, quæ sic ait, *Quod si beneficium esset litigiosum, & curam animarum haberet, tenebitur obtinens sacros ordines suscipere, si modo liberum habeat curæ exercitium.*

122 Quæ † declaratio licet non videatur iuri conformis iuxta supradicta, tamen ei erit standum, dum aliud nõ decernatur, & forte ita declaratum est, quia sic placuit Papæ propter seruitium parochialium.

123 Tertio † declarantur prędicta, quod ad hoc, vt inducatur vacatio primi beneficij incompatibilis per assecutionem secundi, requiritur, quod habeat pacificam possessionem, nedum beneficij, & tituli, seu exercitij, curæ, vel officij annexi beneficio, sed etiam bonorum & fructuum beneficij, seu maioris partis eorum, nam si fructus, seu maiorem partem eorum secundi non potest habere, quia ex priuilegio, vel alias ad alium pertinent ad tempus non vacat primum, tex. *in c. si tibi concesso de præben. in 6. & ibi glo. fi.* Abb. *num.* 16. & DD. communiter *in d. c. de multa, & in d. c. cum in cunctis. §. 1. de electione*, Francus *in d. c. cõmissa, num.* 3. & ibi Prob. ad Monach. *n.* 2. Staphil. *dict. §. huiusmodi, numer.* 14. & 15. Villadiego *supra n.* 95. *addit.* 1. Rotæ *decis. 3. de præben. in nouis*, Cassad. *dict. decis.* 9. *de causa poss. num.* 2. Sarnen. *in reg. de annali q.* 47. *versic. hinc videmus, & de triennali q.* 53. *vers. & ideo*, Coras. *d. 1. p. cap. 10. nu.* 8. & Hoieda *dict. cap.* 13. *num.* 48. *& num.* 80. *vers 3. declaratur*, Azor 2. *p. libro* 7. *c.* 16. *q.* 9.

124 Et ita intelligunt † tex. *in d. cap. cum in cunctis, §. 1.* quod beneficia promoti ad Episcopatum non vacent, etiam potest consecrationem, & adeptam possessionem, si fructus Episcopatus non percipit, sed ex causa aliquo tempore alteri debentur, vt etiã docet Roma. *cons.* 335. *n.* 4. & 355. *n.* 17. vbi tamen Horatius Mandos. *in additione d. cons.* 335. *litera B.* ait, *Sed aduerte, quod ista opinio non seruatur.*

125 Et † decis. *d. c. si tibi concesso*, non est correcta per *extrauag. execrabilis, de præb.* vt docet Oldra. *cons.* 152. *num.* 1.

126 Quamuis † in terminis *d. c. commissa, & c. licet canon de elect. in* 6. sufficiat habere pacificam possessionem beneficij, seu tituli, & liberum curę exercitium, vt prouisus teneatur ad sacerdotium promoueri, & curat tempus, de quo ibi glo. *d. verb. pacificam in d. c. commissa*, & ibi Franc. *n.* 3. & Prob. 2. & alij, *& d. gl. fi. in d. c. si tibi concesso*, Staphil. *d. additio* Rotæ Cassad. & Sarnen. *vbi proxime*, & Rebuf. *d. titul. de non promotis intra annum à n.* 11. & Graffiis *in decisio. aureis casuũ conscien. lib. 2. c.* 97 *n.* 49.

127 Vnde † S. Congreg. Concilij sic censuit, *Licet reseruati sint fructus in fauorem alterius, tamen non reseruata administratione, nec domo abbatiali, reseruatio non tollit curam, & administrationem, vnde tenetur promoueri, & curam exercere, gl.* in c. si tibi concesso de præben. in 6. *vt habetur inter declarationes* c. 2. sess. 6. de reform.

128 Vnde etiam † non videtur vera doctrina Rebuf. *d. tit. de non promotis, n.* 13. nisi intelligatur de resignatario, cum reseruatione fructuum, & totius administrationis in fauorem resignantis, iuxta dicta *supra* 3. *p. c.* 2. *à n.* 55.

129 Et † adeo procedit ista declaratio, quod durante tempore perceptionis fructuum per priuilegiatum obtinens secundum beneficium, etiam post adeptam eius possessionem possit ipsum dimittere, & primum retinere, sicut posset ante adeptam possessionem, cum non videatur adhuc adeptus plene secundum beneficium, vt ait *glos. fin. in d. c. si tibi concesso.*

Quamuis † contra teneant ibi Ioann. And. Domin. & Francus, *num.* 2. & Bonifacius *in clement. si plures de præben. nu.* 60. & Cosmas *titul. de collatio. §. item insuper, verb. disponere*, ad mediũ dicentes, quod iste tex. non tollit vacationem inductam per *d. cap. de multa*, quia in veritate vacat statim, sed tantum suspendit eius effectum. & quod ideo non dicit tex. quod non vacet, sed quod non debet reputari vacare. 130

Mihi † vero non videtur eam fuisse mentem istius tex. sed potius limitare decisionem *d. cap. de multa*, & prorogare tempus vacationis in illo casu, vt primum beneficium nullo modo interim vacet, ex d. ratione glossæ. sicut non vacat ante adeptam possessionem, & ita videtur esse de mente Abbatis, & aliorum supra, & d. gl. & Card. *in d. clem. si plures, de præben. q.* 1. qui dicit quod tunc non dicitur adepta possessio, & Rebuf. *supra, n.* 12. *&* 13. 13

Et † quando opinio Ioan. And. Domin. Franci, & aliorum vera esset, non procederet vbi ante assecutionem fructuum moueretur lis super beneficio, iuxta dicta *declaratione præcedenti*, & fuit dictum in Placentina portionis infra adducta, *n.* 136. 132

Decisio † tamen *d. cap. si tibi concesso*, non videtur procedere, quando maior pars fructuum secundi beneficij, aut etiam omnes fructus sunt alteri reseruati, si non est etiam reseruata tota administratio, iuxta dicta *supra, & d. c.* 2. 3. *par. à n.* 46. 133

Et facit † declaratio S. Congregationis super *d. cap.* 17. *sess.* 24. *de refor.* quæ sic ait, *Habens vnam parochialem, & titulum alterius, cuius fructus omnes sunt alteri reseruati, nihilominus alteram dimittere tenetur.* 134

Alias † enim esset maximum inconueniens, quod pro tota vita reseruatarij, seu pẽsionarij posset vtrũque retinere, & tex. *in d. c. si tibi concesso.* loquitur, & accipiendus est, quando ad certum tempus alter fructus percipit, aut quando beneficium est de vento, quod nondum habet fructus, licet succedente vacatione alterius eos sit habiturum, quandiu enim beneficium est de vento, & sine fructibus, æquũ est, quod non inducat aliquam incompatibilitatem, seu vacationem alterius. 135

Et † fuit resolutum in causa Placentina portionis vltima Maij 1591. coram D. Seraphino, vt in sequen. decisione, *Domini sine difficultate censuerunt esse procedendum ad vlteriorem executionem sententiæ latæ in Rota, nam de eius iustitia constat. Etenim ad effectum, vt per assecutionem vnius incompatibilis vacet primum, requiritur perceptio fructuum ex æquitate*, cap. si tibi, concesso. de præben. in 6. *& ibi per D D. ne interim beneficiatus cogatur mendicare, vt bene declarat additio ad* decisionem *Rotæ* 3. de præben. in nouis, *quæ requirit, vt concurrat administratio bonorum Ecclesiæ, vel maioris partis ipsorum, & faciunt notata per Vitali.* in dict. Clem. gratiæ, num. 52. de rescript. *maxime attenta qualitate huius canonicatus de vento, qui nullos habet fructus, nisi secuta dismembratione facta vigore bullæ Adriani, & sic versamur in propriis terminis* capite si tibi, *quod loquitur, quando fructus erant alteri reseruati ad certum tempus, nec stal-* 136

lum in choro, & vox in Capitulo habetur pro fructu ad hunc effectum, cum ex his nemo se sustentare valeat. Nec obstat, quod assecuta possessione vaset primum, nec posset dimitti secundum, ex notat. per Gemin. & Francum in d.cap.si tibi, quia hoc non suffragatur Francisco, ex quo ante assecutionem fructuum fuerit mota lis, quæ impedit vacationem primi, Clemen. si plures, de præben. vltra quod ex fide data apparet statim in ipsamet prouisione, & illius possessione fuisse motam litem, quæ excludit vacationem ob assecutionem, iuxta gl. in c. commissa cum ibi not. de electione in 6. Idem fuit resolutum in alia placentina canonicatus 26. Febr. 1596 coram D. Orano supra adducta 5. p. c. 4. numero 43.

137 Præterea † decisio d. cap. si tibi concesso, non procedit, vbi solutio fructuum differtur post mortem, prout in aliquibus Cathedralibus Hispaniæ, ex eorum statutis, priuilegiis, aut consuetudinibus, vt tenuit Rota in d. Salamantina dimidiæ portionis 11. Decembr. 1585 coram D. Orano, in qua fuit resolutum, *Per assecutionem canonicatus vacare dimidiam portionem, & istud procedere, etiamsi fructuum solutio differatur post mortem, non obstante* dict. capite si tibi concesso, &c. *Et ratio est, quia quod differtur, non aufertur.*

138 Ex † qua ratione alias S. Congregatio Concilij censuit, *Quod nec decreto Concily* sess. 24. de reform. c. 14. *nec bulla Pij V. super hac eadẽre edita comprehenduntur statuta Ecclesiarum deseruiendo per annum, vel aliquod tempus, & nihil percipiendo interim de massa grossa, nisi peracto integro dicto seruitio, vel quod post obitum hæredibus debeatur, cum sit potius differre, quam auferre. Et in vna Mediolanen. sic censuit, Si in aliqua Ecclesia sit consuetudo, vt duobus primis annis, quibus quis fuerit canonicus, fructus canonicatus sint hæredum antecessoris, iste casus non comprehenditur Decreto* cap. 14. sess. 24. *nec bulla Pij V.*

139 Et ita † etiam D. Ioann Gutierrez. *canon. quæst. lib. 1. c. 29. n. 30.* refert fuisse declaratum per d. S. Congregationem, prædictum Decretum Concilij, & bullam Pij V. quæ in bullario est 106. *in ordine*, minime esse contraria constitutionibus Ecclesiæ Ciuitaten. ex quibus fructus primi anni auferuntur primis residentibus, & inter antiquos distribuuntur, reseruantur tamen totidem eis post mortem eorum pro solutione debitorum, & funeralium. Sequuntur Man. Rodriguez *in sum. 1. tom. c. 33. n. 1.* & Vega *in sum. 1. par. c. 36. casu 19.* & nouissime Suarez *de relig. 2. to. tract. 4. li. 4. cap. 20. n. 9.*

140 Et ita † fuit per Rotam resolutum in vna Oriolen. fructuum 26. Nouemb. 1593. coram D. Seraphino, vt in decisione sequen. *Domini censuerunt quantum ad fructus primi anni post obitum beneficiati eos deberi eius heredibus, præsupposita consuetudine, quod beneficiati primo anno non percipiant fructus beneficiorum, sed eorum solutio differatur post eorum obitum, quam consuetudinem informantes pro hæredibus dicunt esse notoriam, & si opus fuerit se eam probaturos, quæ ideo videtur introducta, vt prouideri possit de his, quæ ad sepulturam sunt necessaria, quæ plerumque ob inopiam defuncti negliguntur cum magno ordinis Ecclesiastici dedecore. Ioan. Andr.* in reg. nemo plus iuris 1. de reg. iuris in mercurial. *Abb.* in cap. cum in officij, numero 5. in fin. *& ibi Couarr.* numero 9. de testamen. *Feder. de Senis* cons. 246. numero 1. *Lamb.* de iure patro. libro 3. art. 8. quæst. 2. numero 1. *Paris.* cons. 33. numero 4. *And. ab Exea* in cap. cum omnes, numero 13. de constit. *& fuit decisum in causa Burgen. fructuum* 13. Iunij 1590. *coram R. P. D. meo Pamphilio. Nec obstat* constitutio *Pij V. super qua est fundata decisio in causa Zamoren. neque Concilium Triden.* sess. 24. de reform. c. 14. *quia loquuntur de ea consuetudine, in qua fructus applicantur mensæ Episcopali, vel Capitulari, vt in communes vsus cedant, seu inter canonicos diuidantur, quibus casibus adest præsumptio simoniæ, vt per Lamber.* vbi supra numero 5. *Secus vero vbi fructus reseruantur hæredibus, ex causa non solutionis fructuum primi anni, quæ consuetudo nullam habet iuris resistentiam, imo potius assistentiam ex supra deductis, cum sit potius dilatio solutionis, quam dispositio fructuum ad alium spectantium. Et ita declaratum fuit per S. Congregationem* dict. cap. 14. de reform, *& constitutionem Pij V. non habere locum, quando fructus primi anni reseruantur hæredibus post obitum beneficiati. Neque hic locum habet constitutio Iuly III. quia non versamur in fructibus non exactis, sed vt dictum est, in fructibus, quorum solutio dilata est post obitum beneficiati. Non obstat constitutio synodalis, quia per eam non est derogatum huic consuetudini, quæ nullam habet iuris resistentiam. Quantum ad fructus decursos in vita beneficiati, domini non fuerunt concordes, ideo de illis erit particulariter agendum, & difficultas versatur in ea Doctorum controuersia, quæ est circa articulum, qui beneficiati dicantur habere administrationem, de qua per glossam* in c. si propter, *vbi Gemin.* numero 9. de rescript. in 6. *glos.* in cap. præsenti, de officio ordin. libro 6. verb. reseruari videantur ij, *quos cumulat Mascard.* de reditibus Eccles. par. 2. cap. 24. & parte 3. cap. 34. numero 18. &c 35. *Gutierrez* in canonic. quæst. capitulo 33.

141 Quamuis † contrarium tenuerit Palacio *de contractib. lib. 2. cap. 7.* & Villar del patronado de Catayud, 4. *par. § 3. numer. 23. ad fi.* & alias Rota in causa Zamoren. dimidiæ annatæ 5. Martij 1586. coram D. Gipsio, vt in decisio. sequenti, *Præsentis dubij resolutio modicam difficultatem penes dominos habuit, tum quia testes consuetudinem, de qua agitur, non bene probant, cum per dictionem* citra *sine copula, &, loquantur, ad Bar.* in l. Celsus, numero 23. & 28. de vsucapio. *& ibi Bald.* tract. de præscript. 4. par. principali, num. 10. 14. & 17. *Tum etiam etiam, quia de publica voce & fama fere omnes per verbum est, solum testantur, vnde ipsorum depositio non concludit, & animaduertit Bart.* in loco supra citato: *nec de frequentia actuum satis deponunt, prout ad consuetudinem probandam requiritur, Decius* cons. 215. numero 2. circa medium, *Curtius Iunior* 184. num. 10. *Aymon* 134. num. 6. *Sed esto milies, quod dicti testes huiusmodi consuetudinem probauerint, attamen hæredibus Decani defuncti suffragari non potest, quandoquidem ex Pij V. felic. recor. constitutione super reuocatione priuilegiorum, & statutorum,* quod fructus primi anni, *&c. omnis consuetudo, etiam immemorialis sublata existit, siue pro soluendis oneribus Ecclesiarum, vel prælatorum debitis, siue pro supportandis illorum oneribus, siue aliis, etiam maioribus, maximis, & vrgentissimis causis inducta, atque approbata fuerit, ex dict. præfatæ constitutionis verbis clare patet in hac specie locum sibi eam vendicare, ac etiam omnia, quæ in contrarium pro hæredibus afferuntur, non obstare.*

142 Et idem † tenuit Rota in illa Leodien. canonicatus 9 Decemb. 1589. coram D. Pamphilio, de qua supra, *n.* 104. in qua fuit resolutum, *Quod,* d. cap. si tibi concesso, *non habet locum, quando quis percipit, aut potest percipere maiorem partem fructuum beneficij, cum fundetur in aquitate, &c. & ita tollitur impedimentum per-*

tum perceptionis fructuum, ex asserta consuetudine Ecclesiæ Leodien. assignante, vt prætenditur pro primo anno fructus hæredibus canonici defuncti, & pro aliis tribus annis sequentibus fabricæ ipsius Ecclesiæ, quia non sufficit allegare impedimentum, nisi quis probet fecisse diligentiam pro illius amotione, l. quibus diebus, in pr. *& ibi notant Bald. Socin. & alij.* ff. de condit. & demonstrat. *Feli.* in cap. ex transmissa, in princip. de præscript. *Aym.* cons. 270. sub num. 3. *præsertim cum de facili potuisset illud remoueri stante constitutione felic. rec. Pij V. quæ præsumitur vsu recepta, quamdiu contrarium non probetur, Mohed.* decis. 89. *& reuocat huiusmodi priuilegia, statuta, & consuetudines, etiam immemoriales, quoad fructus applicatos hæredibus absolutè, quo vero ad applicatos fabricæ, vel sacristiæ, vel alterius pij loci vsibus, vltra tempus sex mensium pro dimidia, quod ita beneficiatus semper habeat vnam dimidiam* l. qui potest, cum ibi not. ff. de reg. iuris, &c.

143

Sed † vt vides, iam Rota mutauit sententiam, ex sententia S. Congregationis, & nouissime id tenet Vuamesius cons. 213. quod videtur procedere, etiamsi fructus, qui post mortem reseruantur, non dentur renuntianti, aut permutanti, vt fit in d. Ecclesia Ciuitaten. & aliis, vbi sunt huiusmodi constitutiones, seu consuetudines, vel etiam decedenti cum præbenda, qui non sepelitur in ipsa Ecclesia, vt audiui fieri, esse tamen iam alteratum in Ecclesia Salamantina, nam adhuc non possunt dici auferri illi fructus, sed differri, & reseruari post mortem, licet cum illis conditionibus, quæ videntur rationabiles, & iustæ. Et ita est de mente S. Congregationis, &

144

Rotæ iam, Ioannis Gutierrez, & aliorum allegatorum.

Ex quibus † resultat dubium, quid dicendum sit in Ecclesiis, in quibus ex earum statutis, & consuetudinibus noui beneficiati non percipiunt fructus primi anni, nec reseruantur eis post mortem. In quo dicendum est, quod si illi fructus applicantur fabricæ, aut aliis piis vsibus, habebit locum decisio *d. cap. si tibi concesso*, & sic per assecutionem canonicatus, seu portionis, aut dignitatis in illis Ecclesiis, non vacabit primum beneficium incompatibile, quod quis obtinet, quousque lucretur fructus canonicatus, seu portionis dignitatis integre, seu maiorē partem, nam dicta statuta, & consuetudines applicantia fructus fabricæ, aut aliis piis vsibus, non reuocantur per dictum Decretum Concicilij, &

145

constitutionem Pij V. nisi pro dimidia, quando vltra semestre reperiuntur concessi, ex d. constitutione Pij V. Quod maxime † procederet vbi ista constitutio Pij V. non fuisset vsu recepta, quoad

146

dictam reuocationem pro dimidia, vt alicubi posse contingere ait Suarez *d. c. 20. n. 10.*

Si vero † fructus quos amittit nouiter receptus, cedunt antiquis, aut mensæ Episcopali, seu mensæ Capitulari remanent inter antiquos diuidendi, maior est difficultas, an in talibus Ecclesiis habet locum *d. c. si tibi concesso*, ita vt per assecutionē canonicatus, portionis, aut dignitatis in tali Ecclesia nō vacet pri-

147

mum incompatibile, quousque incipiat lucrari seu per eum stet.

Et quidem † ante Concilium Triden. & d. constitutionem Pij V. videbatur habere locum, quia tūc tolerabantur, & tolerari posse videbantur talia statuta, & consuetudine saltim ab immemoriali tempore obseruata, ad Rochum *in c. fi. de consuetud. sectione 6. num.* 15. maxime si essent à Papa confirmata in specie, quamuis Concilium prouinciale Senonē. quod est 5. *tom. Conciliorum c.* 21. damnabilem iudicet huiusmodi consuetudinem, & veram corruptelam, & notorium abusum.

Stante † vero dicto Decreto Concilij, & constitutione Pij V. quæ venit in executionem, & declarationem dicti Decreti, quibus reuocantur prædicta statuta, & cōsuetudines, etiam immemoriales, Ioan. Gutierrez *d. cap. 29. num.* 29. Cenedo collect. 16. ad Decretales numero 2. Man. Rodriguez *d. c.* 33. *num.* 1. *& in addit.* ad bullam compositionis *num.* 8. & Vega *d. cap. 36. casu* 19. Suarez *d. c. 20. à num.* 6. & declaratio Leodien. supra adducta 8. *p. cap. 1. n.* 84. etiamsi iuramento, confirmatione Apostolica, aut alio quouis præsidio munita sint, per quę verba tollitur cōfirmatio Apostolica, etiā ex certa scientia; gl. *in extrau. suscepti, de elect.* Ioan. XXII. *verb. confirmatione*, non habebit locum in illis Ecclesiis *dict. capit. si tibi concesso*, cum cessent iam dicta statuta, & consuetudines.

148

Sed cum in aliquibus Ecclesiis non sit receptum dictum Decretum Concilij & constitutio Pij V. sed adhuc seruentur prædicta statuta, & consuetudines, difficultas est, an in illis procedat hodie *d. capit. si tibi concesso.*

149

Et pro † parte affirmatiua facit regula, quod lex etiam canonica non recepta, non obligat, quamuis primi non recipientes peccauerint. *l. de quibus. ff. de legib. c. in istis. §. leges. 4. dist.* vbi Domin. *glos.* 2. *ad fin. in c.* 1. *de treuga & pace*, & ibi Calder. Card. Imola, & Fel. Bott. *de synodo 3. p. ar. 2. à num. 60. ad 63* Capra *regul. 5.* Ias. *in l. rem non nouam. à num. 4. C. de iudic.* Rolan. *de lucro dotis quæst. 99.* Puteus *decis. 1. lib. 1.* Nata. *in man. cap. 23. n. 41. & 62. & cons. 1. de constit. qu. 5. & 6. à numero 23. & cons. 18. de statu monach. & cons. 44. à numero 4. de sentent. excommunicat.* Couarr. *lib. 2. vari. c. 16. nu. 6.* Duenn. *reg. 79. ampliatione 5.* Mandos. *reg. 23. Cancell. quæst. 1. à nu. 4.* Granutius ad Simonetam *de reseruatio. q. 99. num. 22.* Menoch. *de præsumpt. lib. 2. præsumpt. 2. num. 1.* Ioan. Gutierrez *de iurament. confirm. 1. par. capit. 38. numero 9. & cano. quæst. li. 1. capit. 8. à n. 2.* Flam. Par. *de resignat. benef. lib. 11. q. 9. nu. 26 & de consiliden. quæst. 11. n. 21.* & Solis *de censibus li. 1. cap. 9. ex num. 8.* & Sylvest. *verb. lex, quæst. 6.* Armilla *eodem verb. numero 11.* B. Medina 1. 2. *q. 90. ar. 3. ad secundum*, Valen. 2. *tom. 1. 2. disp. 7. quæst. 5. pun. 5. 4. quæst.* Man. Rodrig. *in sum. 1. to. c. 193. à numero 9. & q. regul. 1. to. q. 6. ar. 10. 11. & 12.* Vega *in sum. 2. par. ca. 23. casu 11.* Azor *lib. 5. c. 4.* & Tho. Sanchez *de matrimonio lib. 3. disp. 18. n. 1.* Mantica *de tacitis & ambiguis conuentionib. lib. 5. ti. 13. à n. 35.* & Rota in vna Vallisoletana præeminentiarum 23. Maij 1608. coram D. Lancelloto.

150

Et ratio † est, nam vt inquit Domin. *supra*, quem reliqui sequuntur, lex censetur lata sub conditione, *si recipiatur*, nam & præsumendum est eam legem, quę à Republica non recipitur, ei non conuenire, Couarr. & alij *supra.*

151

Et ista † reg. procedit etiamsi lex habeat Decretum irritans, Puteus *dict. decis.* 1. & Anton. Gabr. *de clausulis conclus. 3. nu. 43.* & Rota in d. Vallisoletana, post Alexan. *cons. 132. vol. 1.* & Ruinum dicentem communem *cons. 13. numero 27. vol. 2.* & Rochum *infra.*

152

Et † etiamsi deroget consuetudini, Rochus *in d. cap. fi. de consuetud. sect. 7. numero decimoquinto*, Bott. *dict. art. 2. numero sexagesimoquarto.* Duennas *reg.*

153

144.2.*limitat.*& Man.Rodriguecz *dict.artic. vndecimo.*

154 Et etiam† non sit recepta per ignorantiam, Nau. *d.cons.*2.*q.*6.*à nu.*25.Man.Rodriguez *d.c.*195.*n.*10.& Vga *supra a.*

155 Et tunc † dicitur lex non recepta,quando aliqui contractus contra eam fiunt,seu à principio per maiorem partem, communiter non seruatur principe sciente,& tolerante,& quando eo ignorante per decennium negligitur,& non admittitur,Calder. Car. Imola, Felin. Iaſ.Puteus,Nauarr.Couarr. Ioan. Gut. Flam.Pariſ. Manu.Rodriguez,Azor,Rota,& alij ſupra.

156 Et † probabile etiam eſt non requiri tempus decennij,ſed ſufficere actus contrarios etiam principe ignorante, vt per Feli.*ſupra*,& tenet Bott. *num.* 63. Naua.*d.conſ.*44.*num.*7.& in effectu Manu. Rodrig. *d.ar.*10.*&* 12.licet plus velit Suarez *d.tract.*4.*de reli. lib.*4.*cap.*22. *nu.*5 & ita videtur in praxi ſeruari,nam ſolum videtur attendi non vſus per actus contrarios, &c.

157 Vbi ergo dictum † Decretum Concilij , & conſtitutio Pij V.non ſunt recepta,poterit ſeruari prædictum ſtatutum,& conſuetudo,quod nouiter recepti non lucrentur primo anno , ſicut ante Concilium,& conſequenter habebit locum *dict.capit.ſi tibi conceſſo.*

158 Nec huic † rationi obeſt dicere,quod S. Concilium Triden.eſt in Hiſpania receptum,& particulariter in Concilio prouinciali Compoſtellano facto anno 1565.per Epiſcopos,& procuratores Eccleſiarum,vt in actione prima. Reſpondetur enim receptionem iſtam eſſe in genere,& verbalem, cui non receptio in ſpecie , & re derogat , ex *reg. generi per ſpeciem derogatum in* 6. & quia voluntas magis factis, quam verbis declaratur, Tiraq. *de retractu conuent. in ſ.tituli,numer.*75.Rota *dec.*811.*n.*20.*&* 21.*par.*1.*diuersorum*,& in propoſito receptio,vel non receptio maioris partis populi,ſeu communitatis facto ipſo, & praxi videtur attendenda,quicquid dicat Valentia ſ facit quod dicit Azor *l.*10.*c.*11.*q.*6.de quo ſupra 3. *p.c.*2.*n.*522.

159 Nec rurſus † obeſt dicere, quod iſta ratio procederet , ſi generaliter, & à maiori parte Eccleſiarum, ſaltim vnius prouinciæ,non eſſet receptum diſpum Decretum Concilij,& conſtitutio Pij V.& quod nõ receptio vnius Eccleſiæ ſeu Capituli , nihil refert, tanquam non receptio vnius particularis.

160 Reſpondetur † enim , Capitulum in propoſito non conſiderari vti perſonam particularem, ſed vti vniuerſitatem , cum non agatur de acquirendo ipſi Capitulo,vt Capitulo , & vti priuatæ , & ſingulari perſonæ,ſed omnibus,& contra omnes de Capitulo in communi,ac in publico, & in vniuerſum promiſcue:nam omnibus nocere,& prodeſſe poteſt & agitur de fauore,& præiudicio incertarum perſonarum,& ſic verſamur in materia conſuetudinis Capituli,& non præſcriptionis , Rota *deciſ.*6. *de conſuetud.in nouis*,Butrius *numer.*49.& Abb.20. *in c. ſi. de conſuet.*& ibi Rochus *ſect.*5.*numer.*3.Rebuf. *ad leges Gallicas* 3.*com.titul.de conſuetud.in præfat.n.*23.Aym. *de antiquitate temporis* 4.*par.*7.*differentia*, & fuit alias reſolutum in vna Hiſpal.voti 26.Nouemb.1594. coram D.Gipſio.

161 Sed contra iſtam rationem facit,quod cum Concilium ibi reiiciat,& aboleat huiusmodi conſtitutiones,& conſuetudines , vt prauas, & ſcandaloſas,non videtur excuſare non receptio, illa enim reg. quod lex non recepta non obligat , non videtur procedere quando lex,quæ ſemper loquitur,*l. Arriani. C. de hæret.* aliquid prohibet tanquam alias malum , ſeu ſcandaloſum,& quando derogat & conſuetudini non ſimpliciter, ſed illam damnando, & reprobando , vt iniquam,& irrationabilem,nam tunc ceſſat ratio illius regulæ.

162 Et confirmatur, nam † maiorem vim habere videtur cõſuetudo immemorialis,quæ habet vim priuilegij quam non receptio, & tamen illa tunc non valet,nec excuſat,Cou.*li.*3.*variarum c.*13.*n.*5. Duennas *reg.*144.*ampliatio.*3.

163 Et quod † non excuſet non receptio in propoſito, videtur ſentire Naua.*de orat.c.*7.*n.*30. relatus ſupra 3.*par.c.*1.*nu.*79.

164 Et ita † videtur ſentire S. Congregatio concilij in ſequenti declaratione,cuidam Epiſcopo directa, *Perillustris,ac reuerendiſsime domine vti frater, iſta in Cathedrali ante Concilium à tempore cuius initij memoria nõ exiſtit conditum eſſe,& adhuc poſt Concilium obſeruari ſtatutum nuper delatum eſt,ad S. Congregationem Cardinalium Concily Triden. interpretum , vt videl. canonici, aliique beneficiati,qui in dies recipiuntur , prioribus decem menſibus exiguam diſtributionum partem percipiant,reſiduumque canonicos,& beneficiatos antiquiores inter ſe partiãtur,ac in ſuos vſus,& vtilitatem conuertere,itaque illuſtriſſimi patres amplitudini tuæ ſerio iniungunt , vt huiusmodi conſtitutione n , tanquam prauam , & ſcandalosam reiicias , atque abroleas,neque vlla ratione ſeruari permittas,& contrafacientes pœnis contra ſimoniacos ſacris canonibus,& variis ſummorum Pontificum conſtitutionib. propoſitis coerceas, quemadmodum prouide cauetur Decreto Trid. Concily* c.14 ſeſſ.24 *Romæ die* 18.*Iulij.anno* 1601.*Hier. Card.Matthæus.* Quam declarationem ſuo breui , vt intellexi,confirmauit Clemens V I I I.

165 Sed quicquid † ſit de hoc, an non receptio dicti Decreti Concilij,& conſtitutionis Pij V.excuſet,vel non tamen in Eccleſiis in quibus prædicta ſtatuta, & conſuetudines adhuc ſeruantur,ſiue de iure , ſiue de facto, videtur habere locum deciſio dicti *capit. ſi tibi conceſſo.* Ita quod per aſſecutionem canonicatus portionis, aut dignitatis in huiuſmodi Eccleſiis non cenſeatur vacare primum beneficium incompatibile,quamdiu is non lucratur fructus canonicatus portionis, aut dignitatis in totum , aut ſaltim maiorem partem,nec ſtat per eum alias,ex eo quod de obligatione recitandi in terminis huiuſmodi ſtatutorum dicit Naua.*d.c.*7.*de oratione n.*30.& dixim.us ſupra *d. c.*1.3.*p.n.*76.

166 Niſi † dicas,quod in terminis prædictorum ſtatutorum, & conſuetudinum , ex quibus noui reſidentes non lucrantur fructus, ſed remanẽt in menſa capitulari diuidendi inter antiquos , ſiue ſeruentur de iure,ſiue de facto,non habet locum deciſio *d.cap. ſi tibi conceſſo*,nam in terminis talium ſtatutorum capitulum non percipit illos fructus tanquam fructus canonicatus,aut præbendæ noui reſidentis,ſed potius iure proprio quia præbenda noui reſidentis,nõ videtur habere tunc fructus , nec d. nouus reſidens eos lucratur,ex forma dicti ſtatuti , ſeu conſuetudinis,& ſic tunc non poteſt dici auferri ei fructus, ſed potius non dari, & perinde eſt quoad illos fructus, ac ſi non reſideret: faciunt quæ dicit Ioannes Gutierrez *canon. quæſt.libro primo cap.*1.*numero* 108.& quæ diximus ſupra 1.*par.cap.*5 *num.*208. deciſio autem *d.cap.ſi tibi conceſſo*,videtur procedere, quando alius percipit fructus ſecundi beneficij, tanquã fructus

ctus illius, quod videtur probabile, suppositio tamen, quod d. nouus residens lucraretur aliquos fructus, seu distributiones, licet non maiorem partem, & sic non esset pro tunc beneficiorum de vento, quod nullus haberet fructus, ex supra dictis.

167 Et similiter † dicendum videtur in Ecclesiis, vbi est statutum, seu consuetudo, quod canonici, & beneficiati, qui nondum sunt promoti ad presbyte ratus, vel diaconatus, aut subdiaconatus ordinem, non lucrentur fructus quod non est contra dictum Decretum Concilij, & constitutionem Pij V. sed est rationabile quicquid contradicat Man. Rodrig. *in add.* ad bullam compositionis *à n.* 6.

168 Et † patet ex declaratione S. Congregationis Cõcilij in fortioribus terminis, quæ sic ait, *Congregatio censuit consuetudinem Ecclesiæ Malfitan. authoritate Apostolica Leonis X. confirmatam, vt presbyteri, & canonici ad participationem massæ communis ipsius Ecclesiæ non admittantur, nisi prius decem annos in acolithatu, subdiaconatu, & diaconatu, videlicet in quolibet ex dictis ordinibus per triennium, & in sacerdotio per annum dictæ Ecclesiæ seruierint, sublatum non esse per Cõcilium* cap. 14. sess. 24. de reform. *& per bullam Pij V. quia dictæ constitutiones loquuntur in diuersis terminis: imo quod dicta consuetudo est rationabilis, tendensque ad cultus diuini augmentum. Ita censuit Congregatio, id tamen temporis, quo quis in seminario degit, computandum in decennio.*

169 Quarto † declarantur prædicta, quod sicut si habẽti beneficium conferatur aliud incompatibile, habita eius possessione pacifica vacat primum, ita si habenti duo, vel plura beneficia incompatibilia conferatur aliud, eius possessione adepta pacifice, vacant omnia prima, *Clem. si plures de præben.*

170 Sed istius † Clem. decisio difficultatem patitur, ex *cap. Ordinarij, §. in conferendis. de officio Ordinarij, in* 6. vbi dicitur, quod habenti plura incompatibilia, etiam cum dispensatione sufficienti, non potest aliud tale conferri, nisi dispensatio etiam ad illud extendatur, vel nisi prius habita resignet, & alias collatio nullius est momenti, contra Azor 2. *par. libro sexto, cap.* 13. *q.* 10. ergo si collatio tertij non tenet, non potest inducere vacationem priorum ex reg. *non præstat impedimentum, quod de iure non sortitur effectum lib.* 6.

171 Sed respondetur, quod † licet collatio tertij non valeat, tamen eius possessione pacifica adepta vacant priora, ex *cap. eum qui prima parte de præben. in* 6. vbi per adeptionem beneficij incompatibilis de facto obtenti, ita vacat primum, sicut per adeptionem iustam. Et ita intelligunt *dict. Clem. gloss. ibi, verb. vacare*, & Cardin. 4. *oppos. & 5. quæst.* & alij, Domin. *in d. §. in conferendis, numero* 5. & 7. & Franc. *numero* 2. Gambarus *de offic. legati libro* 5. *tit. an legatus possit vni plura beneficia conferre nu.* 150. & Rosin. *de benef. c.* 5. *n.* 37.

172 Et idem † erit si per prouisum steterit, quominus adipisceretur pacificam possessionem tertij, quamuis eius collatio non valeat, nisi antea renuntiauerit collationi minus legitime factæ de tertio, *argum. cap. licet Episcopus, de præben. in* 6. *& extrauag. execrabilis. §. qui vero, de præbend.* ne sit melioris conditionis is, qui acceptat collationem tertij illicitam, quam qui licitam. *argumen. dict. cap. eum qui*, vt cum Laurentio tenet Cardinal. *supra quinta oppositione.* contra glossam *ibidem, verb. vacare*, & *verb. adepta*, & Paulum *ibidem.*

173 Sed nihilominus † verior est sententia glossæ, quam ibi sequitur Bonifacius *numero* 10. *&* 24. *& à numero* 33. reddens rationem differentiæ, & Mascard. *de probatio. conclus.* 183. *in fin.* qui ait, quod in habente titulum reprobatum inducitur vacatio per solam assecutionem possessionis de facto, nec consideratur potuisse assequi, & videtur tenere Domin. *d. numero* 7. & sequitur Villadiego *de legato, quæst.* 14. 1. *p. nume.* 97. *& sequenti.*

Et circa † text. *in d. c. eum qui. 1. par.* & eius inter- 174
pretationem vide vltra ordinarios ibi, Mascardum *d. conclus.* 183. *à numero* 8. & decisiones Rotæ in causa Toletana Capellaniæ de Barajas infra adductas à *num.* 22.

Circa † quem etiam tex. alias in vna Cæsaraugu- 175
stana pensionis 13. Nouembris 1591. fuit resolutum, *Quod pensio non extinguitur per assecutionem beneficij super quo fuit imposita, quando assecutio non fuit valida, vt quia pensionarius accepit possessionem beneficij vigore regressus, qui tamen non habebat locum, quia non fuit declaratus, prout declarari debet in vita titularis,* Cassad. dec. 4. de locato, Puteus decis. 341. lib. 1. *& requiritur sententia declaratoria ad canonizandum regressum, etiam adsit clausula capiendi possessionem propria authoritate,* Cassad. dicta decis. 4. Gigas quæstio. 78. *& requiritur nimia contumacia in non soluendo pensionem,* Sarnen. de subrogan. quæst. 7. *Anton. Augustt.* in epitome, tit. de priuatione ob non solutionem. *Nec obstat, quod sciat, vel scire debeat, non habere locum regressum, qui requiritur dolus, vt extinguatur pensio adepta possessione beneficij ratione regressus, qui cessat quando accipit protestando, non velle eam accipere, nisi quatum de iure, &c. vt in casu de quo agitur, nec etiam* cap. eum qui de præben. lib. 6. *habet locum, vbi cessat dolus,* Ægid. dec. 563. *nec cum sit pœnale, debet extendi ad pensionem.*

Potest † etiam dicta *Clem. si plures*, intelligi in ob- 176
tinente plura incompatibilia ex dispensatione, qui acceptat tertium ex gratia, seu prouisione Papæ, in qua fuit facta mentio priorum, seu sunt habita pro expressis beneficia, quæ impetrans obtinebat, quo casu tenet prouisio tertij, quia textus *in d. §. in conferendis* non habet locum in Papa, Rota *decisio.* 1095. *libro* 3. *parte* 3. *diuer.* quamuis non facta mentione priorum gratia esset surreptitia, & nulla, ex *cap. si motu proprio, de præbend. in* 6. *& Clem.* 2. *de offic. Ordin.* &c. Et ita tenuit Rota in vna Hispalen. canonicatus 1554.

In qua † dixerunt domini, *Quod si obtinenti duo in-* 177
compatilia ex dispensatione confertur tertium, collatio est nulla d. cap. ordinarij, §. in conferendis, *vbi DD. gl.* in d. Clem. si plures, *vbi omnes, & eodem modo regressus ad incompatibilia causat impedimentum, sicut ipsa beneficia*, Clem. gratiæ, de rescript. *tamen ista essent vera, vbi huiusmodi collatio fieret sine mentione priorum: at cum Papa in prouisione habuit pro expressis omnia beneficia quæ impetrans obtinebat, & ad quæ ius sibi competebat, tenet collatio facta habenti duo incompatibilia, seu regressum ad illa ex dispensatione, quamuis non censeatur dispensare super retentione priorum,* per cap. non potest, de præben. in 6. *& sic per assecutionem tertij vacant priora: & ita præmissa intelligunt Card. & Bonis.* in d. Clem. si plures. *Gemin.* in d. cap. non potest §. fin. addit. *Monach.* in d. cap. ordinarij, in fine, *& sentit in ratione Paris.* cons. 74. lib. 4. *vt per Guidobon.* dec. 58. quamuis † id, quod ibi dicitur, eodem 178
modo regressum ad incompatibilia causare impedimentum collationi tertij, sicut ipsa beneficia, mihi non videtur verum: nam *d. §. conferendis* solum lo-

quitur in obtinente plura incompatibilia: nec *d. Clem. gratiæ* obstat, nam solum probat gratiæ ad beneficium censeri renunciatum per assecutionem alterius, quod cum illo retineri non potest.

Et † ex dicta *Clem. si plures*, in odium pluralitatis
179 credit Gambarus supra *num.* 156. dispensatum, vt possit tenere quartum beneficium ad annum, si completo anno illud non dimittit, vacare alia tria, paria enim sunt non habere titulum, vel ex post deuenisse ad non titulum, *l. quia in eum, ff. ad l. Aquil.* nam post annum remanet merus detentor, & sine titulo, ideo non debet esse melioris conditionis, eo qui haberet perpetuum titulum, *cap. cum, qui. de præben. in* 6. Hæc Gambar.

Contrarium † tamen tenuit Rota, scilicet, quod
180 *cum dispensatus ad tria, quæ fuerat, assecutus, postea obtinuit dispensationem ad quotcumque, & qualiacunque beneficia incompatibilia, ad annum, & similiter fuit assequutus quartum, quod retinuit vltra annum, propter huiusmodi retentionem quarti vltra tempus dispensationis vacat tantummodo quartum, & non priora, quia* c de multa, de præb. & Clem gratiæ, de rescrip. *procedunt in eo, qui à principio assequitur sine dispensatione incompatibile, & habet malum initium, quod à canone consideratur, & eo casu sit execrabilis, & vacant priora: at hic habet bonum initium, quia licet per lapsum temporis iniustè retineatur, non est casus à iure cõsideratus, ità quod incidat in pœnam priuationis obtentorum, & vbi à iure non reperitur imposita pœna priuationis expressa, illa non venit imponenda, not.* in c. fi. *vbi Abb. & alij* de iurepatronat. *Alex.* in l. etiam. §. licet, num. 7 ff. soluto matrim. *Pro qua decisione facit quod ait Cardin.* cons. 132. *quem sequitur Felin.* in c. quoniam frequenter. §. porro. col. 7. vt lite non cont. *Ita Guidobo.* dec. 57. in manuscriptis.

Vltimo declarantur prædicta; quod ad inducen-
181 dam incompatibilitem debent esse beneficia perpetua, saltim aptitudine, vt sunt beneficia manualia, seu ad nutum amouibilia, quæ etiam cum dentur in titulum, & possint esse perpetua, inducunt incompatibilitatem, sicut perpetua: officia vero, seu dignitates, quæ conferuntur, & dantur ad certum tẽpus, non inducunt talem incompatibilitatem, vt fuit late resolutum in vna Seguntina thesaurariæ 29. Aprilis 1596. coram D. Orano, vt in decisione sequenti. *Ioann. Morales impetrauerat thesaurariam ecclesiæ Seguntinæ sub eo prætextu vacan. quod Rodericus de Lorençana miles ordinis S. Iacobi de Spata, illam possidens, prioratum militiæ S. Iacobi monasterij regularis S. Marci Legionen. ad triennium in gubernium, siue administrationem concedi solitũ, fuisset assecutus: introducto autem coram me in gradu appellationis iudicio, dubitaui, an per assecutionem d. prioratus vacasset thesauraria Segunt. in casu, & ad effectum, de quo agitur: Dominimi vnanimi suffragio concluserunt, nullum inde inductum fuisse vacationis modum: nam cum huiusmodi prioratus non detur in titulum, sed in administrationem ad triennium, cum facultate semel tantum illud prorogandi, non potest dici vllam causatam ex eius assecutione incompatibilitatem, cum receptissima sit conclusio, quod officia & dignitates, quæ non sunt perpetuæ, nec in titulum perpetui beneficij conferuntur, non faciunt incompatibilitatem, vt est text.* in capit. de multa, de præb. *ibi:* nunquam autem reputamus, aliquem ad hanc constitutionem teneri, nisi perpetuam habeat dignitatem: *notant ibi Innoc.* num. 6. *Ancharan.* num. 15. *Imola* numero 136. *Abbas* numero 22. & 23. & in capit. 1. de consuetud. lib. 6. *Capra*, reg. 90. nume. 67. *Gambar.* de offic. legati lib. 5. tit. an possit legatus vni plura beneficia conferre num. 23. *Hoeda* de incompatibilitate benef. p. 2 cap. 10. num. 13. & 14. in fi. & 1. p. c. 12. n. 52. *cui non repugnat* cap. cum singula, de præben. lib. 6. *vbi post glos.* in verb. intelligibilis *Domin.* n. 9. *& post eum Franc.* num. 5. *voluerunt beneficia regularia, etiam quod non sint perpetua, causare incompatibilitatem, quia ipsi loquuntur de beneficiis regularibus manualibus ad differentiam aliorum beneficiorum regularium, quæ non sunt manualia, sed perpetua, prout equidem omnia beneficia regularia electiua, & curata sunt de sui natura perpetua, & simpliciter tanquam talia in titulum perpetui beneficij conferuntur, non adiiciendo prouisioni certum, nec determinatum tempus, ideoque ad ea electi, vel prouisi, non possunt ad nutum superiorum remoueri,* capit. nullam 18. quæst. 2. cap monasterij. §. priores, de statu Monach. *Cassad.* decis. 4. numer. 2. & 3. & decis. 52. numero 9. de præben. *quod secus est in beneficiis regularibus, qua sunt ad nutum superiorum amouibilia, & quæ hoc respectu per Domin. & Francum dicuntur non perpetua, licet de sui natura sint perpetua,* Card. in Clem. 2. q. 15. de rescript. *Vitali.* in Clem. vni. numero nono de supplen. negligen. prælator. *Ægid.* decis. 203. *quilibet prioratus. Nam etiamsi sint ad nutum amouibilia, tamen quia possunt aptitudine esse perpetua, non mirum si inducunt incompatibilitatem: verum quando regularia beneficia, vt inter illa est prioratus, de quo agitur, non conferuntur in titulum beneficij perpetui, sed ad certum tempus, non possunt causare incompatibilitatem, Imolr* in Clem. & si principalis, numero 22. *& ibidem Barbat.* eodem numer. de rescript. *ex quo non sunt beneficia, sed potius temporales administrationes, Vital.* in dict. Clem. vni. numero quarto *allegans Hostiensem* in d. c. de multa, numero decimo. *vbi quærens qualis debeat esse dignitas, siue beneficium in casu,* d. cap. *respondit debere esse perpetuum. Propterea, quod temporales administrationes non sunt beneficia, neq; inducunt incompatibilitatem, Gamb.* de officio legati. tit. de potestate legati in reseruan. num. 12. in fin. & seq. *vt etiã non cadunt sub reg. reseruatoria, Cald.* cons. 26. de præb. *Æneas de Falcon.* tract. de reseruat. 3. quæst. principali num 25. *Achilles* dec. 2. de reseruat. *Itaque ad esse beneficij Ecclesiastici requiritur, vt eius titulus sit saltim aptitudine perpetuus, Oldra.* cons. 81. *Anch.* in Clem. per literas. 3 not. de præben. & in capit. beneficium 2. col. de reg. iuris lib. 6. *Felinus* in cap. in nostra column. 6. vers. restant multa. de rescript. *Ex quo tollitur dictum Calder.* cons. 9. de rescript. *& ibi Gemin.* in annotatio. ad Calder. *dum dicunt dari titulum beneficialem, licet non perpetuum, sed ad tempus, quamuis non loquuntur de beneficio manuali quod confertur ad certum tempus, cuius non est facienda mentio, Felinus* dicto capit. in nostra numero decimo octauo: *Nam in consequentiam, si eius non est facienda mentio, non inducit incompatibilitatem, vel etiam non dicitur beneficium, quod inducat incompatibilitatem, cum de beneficio simplici ad effectum euitandæ surreptionis sit facienda mentio, quod tamen non causat incompatibilitatem. Non obstat, quod prioratus iste nedum est dignitas simpliciter, sed curata, habens curam iurisdictionalem fori exterioris suspendendi, excommunicandi, absoluendi, inquirendi, visitandi,* capit. dudum el segundo, §. sed cum iure, *vbi Abb.* numero septimo de elect. *quia cum insit illi cura temporalis temporalitate determinata, non causat incompatibilitatem, Ioan. Andr.* in capit. de offic. deleg. lib. 6. *Anchar.* in dict. c. de

c. de multa n. 10. *Capra* d. reg. 90. numer. 67. 12 *fallit*, *Hoieda* dict. capit. 13 numero 61 & *hoc citra omnem contentionem*, *quia prior non habet iurisdictionem iure proprio*, *sed vice magistri magni*, *vt probant testes ad* 17. *interrogatorium*, *Puteus* decis. 117. lib. 2. *vbi firmat procuratores*, & *officia*, *quæ alterius vice geruntur*, & *exercentur*, *non inducere incompatibilitatem*, *nec etiam habet fructus aliquos*, *nec mensam distinctam à conuentu*, *sed solum alimenta*, *prout prior clausralis*, capit. secundo capit. ad monasterium, de regular. & *tenetur de illis reddere rationem*, *glos.* dict. Clementin. vnica, §. præmissa, verb. de mensa. *Vltra quod quando probatum esset ipsum esse curatum*, *in consequentiam veniret*, *quod esset perpetuus*, Cassad. decision. 4. de præben. *cum temporalitas repugnet curæ*, *Oldrad.* cons. 227. sub num. 8. *curatus enim dicitur puter*, *qui non datur ad tempus*, *sed est perpetuus*, *ex quo naturam ars imitatur*, *quod eo ipso*, *quod quis est curatus*, *sit perpetuus*, *vt bene hic per informantes*, *&c.*

§. 2.

De incompatibilitate duorum beneficiorum sub eodem tecto.

SVMMARIA.

Non solum duæ dignitates, *personatus*, *seu officia*, *sed etiam duo canonicatus*, *seu præbendæ*, *aut portiones*, *vel duo simplicia beneficia vniformia*, *siue similia*, *sub eodem tecto*, *sunt incompatibilia adeo*, *vt per assecutionem secundi*, *vacet primum ipso iure*, *etiam de iure antiquo*, num. 182. *Nec valet statutum Episcopi in contrarium*. num. 183. *Nec etiam consuetudo contraria*, *etiam immemorialis*, numero 184. *Nec Episcopus potest dispensare*, n. 185. & *improbatur dictum Zerolæ*, n. 186.

Quamuis possit quis tenere duo curata, *quando vnum venit per annexionem*, *tamen in eadem Ecclesia*, *non potest qui habere duas præbendas*, *etiamsi altera sit annexa dignitati*, n. 187. *Vnde dispensatus ad duo sub eodem tecto*, *non poterit illa obtinere*, *si alteri sit annexa capellania*, *vel aliud beneficiu in eadem Ecclesia*, *nisi hoc quoque in dispensatione fuerit expressum*, *secundum Rebuffum*, numero 188. *Nec potest quis sine dispensatione retinere beneficium simplex seu præbendam cuiusdam Ecclesiæ*, *cum rectoria alterius*, *cui anexum erat aliud beneficium simplex Ecclesiæ primæ*, *secundum Naua.* numer. 189. & *dicunt Doctores*, *quod iura magis abhorrent pluralitatem duarum præbendarum*, *seu duorum beneficiorum similium sub eodem tecto*, *quam duorum curatorum*, numero 190. *Et duæ prebendæ sunt magis incompatibiles sub eodem tecto*, *etiamsi altera sit annexa*, *quam dignitas cum parochiali annexa præbendæ in Ecclesia Cathedrali*, *secundum Gomezium*, numero 191.

Secundum authorem, *non est differentia in hoc inter curata*, & *duas præbendas in eadem Ecclesia*, *sed solum est differentia in modo annexionis*: *nam per annexionem*, & *vnionem Ecclesiæ parochialis factam præbendæ supprimitur* & *extinguitur titulus parochialis*, *&c.* numer. 192. *Et sit tunc non intitulatur*, *quis in parochiali annexa*, *sed in præbenda*, num. 193. *Et non censetur habere curam*. num. 194. & *consequenter parochialis possessa vt vnita*, & *membrum alterius*, *non inducit incompatibilitatem*. numero 195. *Et qui hbet duo curata*, *quando vnum venit per annexionem*, *non dicitur habere duo curata*, *sed vnum curatum*, & *aliud simplex*, *nam curatum annexum simplici assumit naturam simplicis*. numero 196. & seq. *Vbi adducuntur declarationes S. Congregationis*, & *idem esset in annexione portionis factæ dignitati accessorie*, & *sic obtinens talem dignitatem*, *cui est vnita portio*, *si simul obtineret aliam portionem*, *seu præbendam eiusdem Ecclesiæ non esset triplex*, *aut in eadem specie duplex*, numero 198. *At per annexionem præbedæ*, *nempe canonicalis*, *quæ proprie dicitur præbenda*, *factam dignitatem eiusdem Ecclesiæ*, *etsi videatur fieri accessorie*, *non solet extinqui titulus*, & *nomen præbendæ*, & *canonicatus*, *sed vt duo beneficia obtinentur*, & *ideo non possunt duæ præbendæ*, *simul teneri in eadem Ecclesia*, *etiamsi vna sit annexa dignitati*, *vt in* Clem. fin. de præben. *&c.* num. 199.

Ista Clementina intelligitur de præbendis canonicalibus, *seu quasi*, n. 200. *Et præbenda quasi canonicalis est*, *quando eam habens reputatur pro canonico*, & *habet vocem in Capitulo*, *vt canonicus*, *licet non sit canonicus*, n. 201. *Et intelligitur de præbendis spiritualib.* & *titulis beneficialibus*, *secus vero de præbendis*, *seu portionibus temporalibus*, *quæ non inducunt incompatibilitatem*, n. 202.

Quando aliqua dignitas habet duas præbendas, *seu portiones*, *neutra illarum est proprie præbenda canonicalis*, *nec censetur duplex titulus beneficialis*, *sed tantum vnus*, *nempe ipsius dignitatis cum duplici reditu præbenda*, *seu portione temporali*, num. 203. *Nisi aliunde constet aliquam illarum esse vere canonicalem*, *seu quasi*, *&c.* num. 204. *Quod tamen constare non dicetur ex eo solo*, *quod obtinens talem dignitatem habeat vocem in Capitulo*, *seu sit de Capitulo*, numero 205. *Nam licet de iure communi id competat solis canonicis*, & *rationi canonicæ*, num. 206. *Tamen de iure speciali potest aliis competere*, & *ratione dignitatis*, à num. 207. *vbi adducuntur resolutiones Rotæ.*

Quamuis ex eo solo, *quod habeant vocem in Capitulo*, *etiam in omnibus*, *non sequitur eos esse de Capitulo*, nu. 210. *Et dignitas habens de consuetudine*, *vel priuilegio vocem in Capitulo*, *si assequatur canonicatũ*, *debet habere duplicem vocem*, *sicut etiam duplices distributiones*, *nisi aliud habet consuetudo*, nu. 211. *Quod quoad vocem non seruatur*, *in Ecclesia Abul.* numero 212. *Et ita in Ecclesia Palentina decanus*, & *in Seguntina decanus*, & *thesaurarius*, *qui habent duas præbendas*, & *vocem in Capitulo solent simul obtinere aliam præbendam canonicalem*, *seu portionem*, *non obstante impetratione*, & *contradictione facta*, *&c.* à n. 213.

Tenetur contra Rebuffum supra, *quod dispensatus ad duo sub eodem tecto*, *poterit illa obtinere*, *etiamsi alteri sit annexa capellania*, *vel aliud beneficium in eadem Ecclesia*, n. 216. *Et contra Nau. supra*, *quod non impeditur retentio beneficij simplicis cuiusdam Ecclesiæ cum Rectoria alterius*, *propter annexionem factam Rectoriæ de alio beneficio simplici Ecclesiæ primæ*, n. 217.

Sententia eorum solum procederet, *quando vnio facta esset æque principaliter*, *vel ad tempus*, *seu vitam obtinentis tantum* n. 218. *Nam vnio ad vitam inducit incompatibilitatem*, *saltim hodie ex Concilio Tride. Quanis antea secus esset*, *sicut in commenda ad vitã*

n. 219. *Et sic habens in aliqua Ecclesia dignitatem ad sui vitam erectam, cui pro eius dote portio d. Ecclesiæ est vnita, non potest iam obtinere aliam portionem, seu præbendam eiusdem Ecclesiæ, nec in ea coadiutor deputari, sine speciali dispensatione Apostolica, quæ tamen vix concedetur*, n. 220.

Duæ capellaniæ sub eodem tecto sunt incompatibiles, tanquam beneficia vniformia, & non possunt simul teneri absque dispensatione Papæ, sed per assecutionem secundæ, prima vacat, n. 221. *Et tenuit Rota in decisionibus positis*, à *n.* 222.

Secundum Nauar. & alios duæ capellaniæ, seu altaria sub eodem tecto, non sunt beneficia vniformia ad effectum incompatibilitatis, nisi sint institutæ ad vnum finem, & ad eadem munera, & vnam Congregationē, secus si ad diuersa, & separata munera, n. 225. *Quod videtur seruari in aliquibus partib. Hispaniæ*, n. 226. *Sed contrarium tenent relati supra, & Rota in decisionibus adductis*, n. 227. *Et stante, quod sint beneficia niformia, consuetudo in contrarium non erit habenda in consideratione, nec dispensatio Nuntij, sicut nec Episcopi*, num. 228. *Sed cum non sit ius clarum esse beneficia vniformia, sed in eo sint opiniones, consuetudo tenendi in eadem Ecclesia duas capellanias huiusmodi, sine dispensatione, aut cum dispensatione Ordinarij, seu Nuntij, videtur tolerabilis, etiam post Concilium, vbi illud quoad hoc non sit receptum*, numero 229.

An duo beneficia difformia, & dissimilia sub eodem tecto sint incompatibilia, vt dignitas, & canonicatus, curatum, & simplex, canonicatus, & capellania, & c. n. 230. *Prima sententia, esse incompatibilia, ita tamen, vt non vacet ipso iure vnum per assecutionem alterius, & ex consuetudine, seu statuto, aut dispensatione Episcopi possint retineri*, à n. 231. & n. 232. *adducuntur resolutiones Rotæ, & obiectioni, quod si de iure sunt incompatibilia, non potest statui contrarium per statutum, respondeti potest stando in ista sententia, quod non est ius clarum, &* c. à n. 233 *Contraria sententia, quod sint incompatibilia de iure, nisi alias sint sibi repugnantia ratione residentiæ, seu seruitij*, num. 235. *Pro qua allegantur iura*, num. 236. *Et videtur verior de iure.* num. 237.

Quicquid sit de hoc in eadem Ecclesia, nullo modo potest quis esse triplex absque Papæ dispensatione, nec valet consuetudo, vel statutū in contrarium contra Bottēum, à n. 238. *Et reprobatur consilium Naua. docētis posse teneri duas capellanias cum dignitate in eadem Ecclesia ex consuetudine, si dignitas non est sufficiens*, n. 240. *Et alia doctrina Cerolæ*, num. 241. *Nec posset Nuncius, seu Legatus in hoc dispensare, nisi haberet specialem facultatem*, n. 242.

S. Congregatio Concilij approbauit primam sententiam, quod duo beneficia difformia sub eodem tecto sint incompatibilia, vt in declarationibus positis, n. 243. *Et sic consequenter dicendū est primum ipso iure vacare per assecutionem alterius ex Concilio*, nu. 244. *Potest tamen ex consuetudine teneri dignitas cū canonicatu in eadem ecclesia, cui non est per Concilium derogatū, ex eadem S. Congreg. vt in declarationib. positis*, à nu. 245. *Nec huiusmodi cōsuetudo est periculosa, sed rationabilis contra Hoiedam*, n. 248.

Ista consuetudo non procedet in canonico pœnitentiario, vt in declaratione S. Congregationis posita, num. 249. *Habet enim officium pœnitentiarij, & insuper canonicatum tali officio annexum*, numero 250. *Nec refert, quod officium pœnitentiarij de per se non habet fructus, quia sufficit, quod eos habeat ratione adiuncti canonicatus*, num. 251. *Aliquando tamen ex gratia, & dispensatione Apostolica obtinet simul dignitatem*, numero 252. *Et ista ratio considerata in pœnitentiario, non militat in canonico lecturæ, nec in canonico doctorali, aut magistrali, in quibus solum consideratur canonicatus, & præbenda cum tali onere, &* c. numero 253.

Supradictis videtur conformis stylus curiæ, qui facit ius, adductus, n. 254.

An sicut consuetudini tenendi dignitatem cum canonicatu, vel portione in eadem ecclesia non est derogatū per Concilium, ita etiam non sit derogatum consuetudini tenendi duo alia beneficia difformia, & videbatur similiter dicendum non esse illi derogatum, n. 255. *Sed contrarium censuit S. Congregatio, & ponitur ratio differentiæ*, n. 256. *Sed vbi Concilium non sit quoad hoc receptum videtur posse adhuc seruari dicta consuetudo, quæ tamen non videtur certo stare in Episcopatu Abul.* n. 257.

Quando beneficia dicantur sub eodem tecto, seu in eadē Ecclesia, an si vnum sit in Ecclesia, & aliud in capella, clausiro, aut cœmeterio, vel ambitu eiusdem Ecclesiæ censeantur esse sub eodem tecto, & in eadem Ecclasia, n. 258. *Resoluitur, quod beneficium situm in capella, clausiro, cœmeterio, seu ambitu contiguis Ecclesiæ, seu censentur esse in eadem ecclesia, si vero non essent ecclesiæ contigua, sed extra septa illius, beneficium ibi situm non censeretur esse in Ecclesia principali*, n. 259.

NVnc operæ pretium erit aliqua † tractare circa incompatibilitatem duorum beneficiorum sub eodem tecto. In quo certum est, non solum duas dignitates, personatus, seu officia, sed etiam duos canonicatus, seu præbendas, aut portiones, vel duo simplicia beneficia vniformia, siue similia sub eodē tecto, id est, in eadem Ecclesia esse incompatibilia, adeo vt per assecutionem secūdi vacet primum ipso iure, etiam de iure antiquo, tex. *in d. cap. de multa, de præben.* ibi: *Addentes, vt in eadem ecclesia, &* c. *cap. literas, de conces. præben. c. 1. de consuetud. in* 6. vbi DD. *Clem. fin. de præben.* & ibi glos. & DD. Card. *in Clem. gratia, num. 5. de rescrip.* Imola *in d. c. de multa, sub nu.* 5. Staphil. *de literis gratiæ*, 2. *forma expectatiuarum, num. 5. &* 6. Gomezius *de expectat. num.* 44. Rebuff. *in concord. tit. de mand. Apostolicis. §. 1. verb. ita tamen*, Probus ad Monach. *in d. c. 1. de consuetud. in* 6. *sub nu.* 6. Lamber. *de iure patron. 1. part. 2. lib. quæst. 7. artic.* 15 Gregor. Lopez *in l. 3. tit. 16. par. 1. verb. otro en otra Iglesia*, dicens procedere, etiamsi sint talia, quæ non requirant residentiam in conformibus titulis, Duennas *reg. 71. numero 5.* Ferret. *consil. 255. numero* 4. Nauarr. *cons. 16. 18. & 22. numero 1. & cons. 24. numer. 2. de præben.* Hojeda qui plures refert *de incompatibilitate, cap.* 20. Quintanaduennas *lib. 4. Ecclesiasticon, numero* 120. & Flam. Paris. *de resignat. beneficior. lib. 2. quæst. 1. à numero* 121. Et nouissime Vuamesius *cons.* 235. Prosper de Augustino *ad summam bullarij, verb. beneficiorum resignatio* 9. *causa.* Azor 2. *parte, libro sexto, c. vndecimo, quæstion. 1. & 3. & cap. decimo tertio quæstio.* 6. *& lib. 7. cap. 16. q.* 10. Tusch. *conclus. 64. & 66. litera B.* 182

Quod adeo † verum est, vt non valeat statutum Episcopi in contrarium, Bott. *de synodo 3. part. art. 1. num.* 88. 183

Nec † etiam consuetudo contraria etiam immemoria- 184

morialis *d.cap.literas*, & ibi gloss. Abb. *numer.*2. & DD.idem Abb.*in rep.cap exurpandæ. §.qui vero de præben.n.*41.Dom.*in d.c.*1.*nu.*12.& ibi Probus sub *d. n.*6.Gomezius,Rebuf.Lamber. & Duennas *vbi proxime*,Caputaquen.*dec.*356.*n.*4.*&* 5.*p.*2. Hojeda *d.c.* 20.*n.*3.& Flam.Paris.*d.q.*1.*n.*124. qui dicunt communem, & Azor *d.q.*1.

185 Nec Episcopus † potest dispensare *gloss.vlt.in d. Clem.fi.* Abb.*in d.c.literas numer.*3. *&* 6.*&* in *d.rep.§. qui vero,numero* 41.*&* in *cap.cum iam dudum,de præben.numero* 9.Domin.*numero* 12. & Franc.7.*in d.cap.* 1. & Probus sub *d.numero* 6. Selua *de benef.*4.*p.q.*7. *casu* 171. *&* *vltim.* Gomez.Rebuff.& Lamber.*supra*, Hojeda qui alios citat *d.c.*20.*num.*2.*&* *c.*12.*numer.*13. Quintanaduennas *d. lib.*4.*nu.*131. Flam.Paris.*d.q.*1.*n.* 123. Azor.*d.*2.*p.lib.*3.*c.*50.*q.*6.*&* *lib.*6.*c.*11.*q.*4.*&* *cap.* 12.*q.*6.

186 Et † cauendum est à Cerola *in praxi Episcopali* 1.*p. verb.beneficia.§.*7.6.*concluf.* qui ait, quod hodie per Decretum Concilij *sess.*24.*c.*17. *de refor.* potest quis habere duo beneficia conformia sub eodem tecto, modo sint simplicia, & non requirentia personalem residentiam, & non sufficientia,quæ doctrina est falsa,& absque fundamento, nam Concilium ibi nihil innouat, seu disponit circa hoc. Quamuis nouissime referat,& videatur sequi Perez de Lara *de annuers.* *&* *capel.lib.*2.*c.*7.*n.*13.

187 Et quamuis † possit quis tenere duo curata,quando vnum venit per annexionem, vt *in c.super eo*, *de præbend.in* 6. tamen in eadem Ecclesia non potest quis habere duas præbendas, etiamsi altera sit annexa dignitati,vt *in d.cap.literas*, vbi Abb.*num.*2.& alij,& tex.*in d.Clem.fi.&* *ibi glo.vlt.*& Cardin.4.*oppositione*, & alij DD.& Domin.*in d.c.*1.*num.*12. dicens, quod quis non potest esse triplex in eadem Ecclesia, nec iure annexionis, & ibi Francus *numer.* 7. & Hojeda *d.cap.*20.*num.*1. & Prosper de Augustino *supra.*

188 Vnde † Rebuff.*in praxi tit.de dispensatione ratione atatis,verb.etiamsi sub eodem tecto,vers.quinimo,si fuerit*, docet,quod dispensatus ad duo sub eodem tecto, non poterit illa obtinere, si alteri sit annexa capellania,vel aliud beneficium in eadem Ecclesia, nisi hoc quoque in dispensatione fuerit expressum *d.Clem.fi.*

189 & † Nauarr.*conf.*23.*de præben.* consuluit non posse quem sine dispensatione retinere beneficium simplex, seu præbendam cuiusdam Ecclesiæ cum rectoria alterius,cui annexum erat aliud beneficium simplex Ecclesiæ primo dictæ.

190 Vnde † dicunt Doctores, quod iura magis abhorrent pluralitatem duarum præbendarum, seu duorum beneficiorum similium sub eodem tecto, quam duorum curatorum, Abbat.*in d.c.literas*, *sub num.*2.Francus *sub num.*7.*circa fi.*& alij *in d.c.*1.& ibi Probus *sub num.*6.& dicitur in Toletana capellaniæ de Barajas 15.Febr.1591. coram Do.Pamphilio infra adducta.

191 Et † Gomezius *de expectat.numer.*45. dicit, quod duæ præbendæ sunt magis incompatibiles sub eodem tecto, etiamsi altera earum sit annexa, quam sit dignitas cum Ecclesia parochiali, quæ est annexa præbendæ in Ecclesia cathedrali,vt probatur *in cap. super eo,de præben.libro* 6.licet aliquando disputando publice sustinuit contrarium, tam Romæ, quam Patauij,&c.

192 Ego † autem contra Dd.animaduerto, non esse in hoc differentiam inter curata, & duas præbendas in eadem Ecclesia,sed solum esse differentiam in modo annexionis,nam per annexionem, & vnionem Ecclesiæ parochialis factam præbendæ cum fiat accessoriæ,supprimitur, & extinguitur titulus parochialis, & perdit nomen beneficij, ita vt amplius beneficiū dici non possit,sed prædium præbendæ,vt dicitur infra *seq.par.c.*2.*a n.*12.

Et sic † tunc non intitulatur quis in parochiali an- 193
nexa,sed in præbenda,seu beneficio principali.Abb. *in d.§.qui vero in lectura in fin.*Franc.*in c.*1.*nu.*7.*de filiis presbyter.in* 6.

Et non † censetur habere curam, Felin.*in cap.in* 194
*nostra de rescrip. cor.*10. Decius *in cap.ad aures,eodē tit.num.*13 Sarnen.*in regul.de idiomate,quæstio.*11.Menoch.*de arbitrariis lib.*2.*casu* 201.*n.*67. Nauar.*consil.* 14.*n.*4.*de rebus Ecclesiæ*,& Quintanaduennas *d.lib.*4. *nu.*70.

Et † consequenter parochialis Ecclesia possessa 195
vti vnita, & membrum alterius,non inducit incompatibilitatem,Rota *decisio.*786.*numero* 3.*part.*1.*diuersorum*, & Quintanaduennas *supra*, & Mandosius ad Lapum *alleg.*35. *addit. vltim.* dicens, quod annexum non facit incompatibile, Gonçalez *gloss.*5. §.7. *numero* 21.

Et qui † habet duo curata, quando vnum venit 196
per annexionem, non dicitur habere duo beneficia curata, seu duas Ecclesias curatas, Abb. *vbi proxime*,sed vnum curatum, & aliud simplex, nam beneficium curatum annexum beneficio simplici assumit naturam simplicis, cui est vnitum, Probus ad Monach. *in dict.cap.super eo, à numero* 2. Rebuff.*in in praxi titul.de non promotis,numero* 31. Capra *regul.* 90.*numero* 65.Hojeda *cap.*13.*num.*50. & Aluarus Valascus *consultatione* 14.*n.*1.*par.*1.Lessius *de iust.&* *iure lib.*2.*c.*34.*num.*148.*&* Azor 2.*par.lib.*6.*c.*28. *q.*20. *in fin.*

Et † censuit S.Congregatio Concilij, vt appa- 197
ret ex declarationibns sequentibus, Prima,*beneficia, etiam curata aliis beneficijs annexa transeunt in simplicium naturam,dummodo accessorie sint vnita, & illorum per vicarium ab ordinario positum exerceatur cura.* Secunda,*Congregatio Concilij censuit parochialem perpetuo vnitam beneficio simplici desinere esse parochialem,& assumere naturam simplicis, dummodo vnio sit facta accessorie, & cura per vicarium temporalem non exerceatur.*Et vide dicta supra 5.*par.cap.*3.*à nu.*122.

Et idem † esset in annexione portionis factæ di- 198
gnitati accessorie, vt in terminis decisionis Bergen. seruitij, supra adductæ 3.*p cap.*1.*num.*510. nam per eam extinguitur, & supprimitur nomen, & titulus portionis, & sic obtinens talem dignitatem, cui est vnita portio, si simul obtineret aliam portionem, seu præbēdam eiusdem Ecclesiæ, non esset triplex, aut in eadem specie, seu genere beneficij duplex,&c.

At vero per † annexionem præbendæ, nempe 199
canonicalis, quæ proprie dicitur præbenda, factam dignitati eiusdem Ecclesiæ, etsi videatur fieri accessoriæ,non solet extingui,& supprimi titulus, & nomen præbendæ, & canonicatus, sed vti duo beneficia obtinentur.Quamuis contrarium velit Nauarr.*d. consil.*14.*num.*4.*de rebus Ecclesiæ*,vt dicetur infra *par. sequen.cap.*2.*à num.*57. vbi vide, & ideo non possunt duæ præbendæ simul teneri in eadem Ecclesia, etiamsi vna sit annexa dignitati, seu officio, vt *in dict. Clemen. fin.de præbend.*& in declaratione S.Congregationis super pœnitentiaria infra adducta, *numero* 249.

Quæ † Clementina intelligitur ee præbendis ca- 200

nonicalibus, seu quasi canonicalibus, vt per Bonifacium *ibi,n.*42. 3.& 46.& Rotam in vna Lucana beneficiorum 22.Febr.1580.coram D. Seraphino, quę habetur 1.*par.diuersorum dec.*684.

201 Et† prębenda quasi canonicalis est,quando eam habens reputatur pro canonico,& habet vocem in Capitulo,vt canonicus,licet nõ sit canonicus,vt in specie *c.cum in Ecclesia,de præb.in* 6.Bonif.*vbi proxime*, pręsertim *n.*46.

202 Et rursus † intelligitur de prębendis spiritualibus,& titulis beneficialibus,de quibus *in decis.*Rotæ 6.*de consuetud.in nouis:* secus vero de prębendis,seu portionibus temporalibus, quæ cum non sint tituli beneficiales, non inducunt incompatibilitatem,vt per Roma. *consil.* 328. pręsertim, ex *numero octauo*,Caputaquen.*d.decisione* 356.*parte* 2. & Bonifacium *dict.numero* 43. qui ait, quod in pluribus locis dignitatem principalem obtinens habet duas prębendas, vel duplicem portionem canonicalem, nam vna illarum proprie non est canonicalis, & habetur solum pro quodam iure, & beneficio temporali, ex quo differt à prębenda, quæ est ius spirituale.

203 Imo amplius † dico,quod quando aliqua dignitas habet duas prębendas,seu portiones, neutra illarum est proprie prębenda canonicalis, nec censetur duplex titulus beneficialis, sed tantum vnus,nempe ipsius dignitatis,cum duplici reditu,prębenda,seu portione temporali.

204 Nisi aliunde† constet aliquam illarum esse vere canonicalem, seu quasi,vt quia habens talem dignitatem habeatur pro canonico,& inter eos numeretur, vel ex canonicatuum,& prębendarum numero, aut ex distributione missarum,tanquam canonico,&c.vt *in d.decis.*684.

205 Quod † tamen constare, non dicetur ex eo solo (quãuis aliquod adminiculum faciat,vt *in dicta decision.*684.*numer.* 2.) quod obtinens talem dignitatem habeat vocem in Capitulo, & etiamsi sit de Capitulo.

206 Nam† licet de iure communi id competat solis canonicis, & ratione canonicæ Compostellanus *in cap.*1.*de elect.*Abb.*in cap.auditis,num.*3.*& in cap.rescriptum.num.*4.*eodem titul.& in cap.cum olim.numero* 8.*de re iudicata*,& Felin. *ibi num.*4. *& in cap.cum M.num.*18. & ibi Ripa *numero* 186. *de constitutionib.* Decius *in cap.eam te.*2.*not.numer.*24.*de rescript.& in cap.relatum.de præb. num.*5. Pauinus *de offic.& potest.Capitul.sede vacante præludio* 5. *numero* 4.Pet.de Baisio *in directorio elect.*1.*par.c.*2.*numer.*2.*&* 3.Cechus *de republica Ecclesiastica c.*24.*de canonicis, &c.num.* 4.*vers.*7.Azor 2.*par.libro* 3.*c.*10.*q.*1.*&c.*11.*q.*18.Rota *in d.decis.*684.*n.*2.*&* 411.*n.*5.*&* 6.*ead.*1.*p.diuersor. & decis.*4.*n.*5.*par.*2.Cęsar de Grassis *decis.*131.*num.*6. Rota in Calagurritana fructuum 1. Iun. 1583. coram D.Bubalo,de qua 3.*par.cap.*2.*numero* 377.& in Abulen. iurisdictionis contra portionarios 6. Febr. & 17.April. 1589. coram D. Pamphilio,& in Corduben.iurisdictionis 17. Iun. 1596. coram D. Orano, & declaratio S. Congregationis Concilij supra adducta 5. *par.capit. septimo,numero vigesimo tertio.*

207 Tamen † de iure speciali, vt de consuetudine, vel priuilegio potest aliis competere, & ratione dignitatis, Abb. Felin. Ripa, Decius,& Baisius,& alij *supra*,Ferretus *cons.*204. *numero* 15. & Rota *decis.*713. *numero* 5.*par.*1. *diuersor.* & in dict. Corduben.iurisdictione 7. Februar. & 17.Martij 1597. coram eodem D.Orano.

Vbi tandem fuit †resolutum,*Portionarios Ecclesiæ Corduben. esse de capitulo ex statuto, consuetudine,& concordia confirmata faciente eos de Capitulo,& personas capitulares constituentes capitulum, licet in aliquibus non habeant vocem,vt in electione,siue admissione prælati,& aliis,& sic corrigendos esse cum adiunctis, iuxta formam Concilij* sess. 25. de reform. cap.6. &c. 208

Et in causa † Calagurritana iurisdictionis 10.Decemb.1599 coram D. Iusto, in qua fuit resolutum, *Dignitates,& portionarios esse de Capitulo, quod & alias Rota resoluit in alia Calagurritana iuris votandi 27 Febr.*1595.*coram D.Orano, & in hac eadem causa coram D.Corduba* 25.*Maij* 1598.*nam etsi de iure communi personæ existentes in Ecclesia extra numerum canonicorum,non dicuntur esse de Capitulo, Roma.* cons. 332.num.10.*Abb.*cap.auditis num.3. de elect.cum aliis allegatis,*quia soli canonici faciunt Capitulum, & vnum corpus cum Episcopo*,cap.quanto,cap. nouit, de his,quæ fiunt à prælatis, *tamen dicit Abb. & alij Dd. quod statuto,& consuetudine induci potest dignitates,& alios in Ecclesia esse posse de Capitulo, & omisso statuto, seu sententia arbitrali de anno* 1235. *domini fundarunt se in obseruantia, cuius pro dignitatibus, & portionariis dantur actus multiplices, & antiquissimi, qui non possunt conuenire personis non existentibus de Capitulo, & ex quibus inducta est consuetudo,vt sint de capitulo, & inter alios actus præcipue consideratum fuit,quod interuenerunt in statutis condendis cũ aliis canonicis,qui est actus proprius Capituli Ecclesiæ,Abb.*in c.cum oẽs, n.4.de constit. *& Rota coram D.Corduba in Illerden. statuti.*3.*Decemb.*1593.*&* 19.*Martij* 1597. *Secundo interuenerũt in Capitulo congregato super expediẽdis negotiis, & administratione iurisdictionis Ecclesiæ sede vacãte.Tertio interuenerũt capitulariter congregati in traditione possessionis Ecclesiæ Episcopo,& aliis prębendatis,qui actus spectant ad capitulares,Cassad.*dec.8.de causa poss.*Puteus* 20.libro 2. *& licet omnes actus non probarentur successiue,& continuati,& in aliquibus non constaret dignitates, & portionarios interuenisse,nihilominus non consequeretur,non esse de Capitulo, quia ad istum effectum esset necessaria quasi possessio negatiua cum contradictione, & acquiescentia, quam D. Episcopus non probauit, &c. Et dicta* 25. *Maij* 1598. *Ioram D. Corduba fuit resolutum, Pendente lite, an illi sint de Capitulo, vel non, non debere interim ab Episcopo turbari in possessione,in qua sunt.* Et tradit post hęc Gonçalez *gloss.* 45. *à numero* 43. 209

Quamuis† ex eo solo,quod habeant vocem in capitulo etiam in omnibus,nõ sequitur eos esse de Capitulo, vt S. Cong. concilij censuit circa *d.cap.*6.& resoluit Rota in Abul.iurisdictionis, & in d.Corduben.17.Iun.1596. 210

Et ita† dignitas habens de consuetudine,vel priuilegio vocem in cap. si assequatur canonicatum, debet habere duplicem vocem,sicut etiam duplices distributiones, nisi aliud habeat consuetudo, vt post Ioan.Andr.tradit Card. *n.*4. Abb.ex *n.*2.& Feli.*n.*1. *&* 2.*in d. cap. cum olim,de re iudic.* Francus *in d. cap. cum Ecclesia,de præben.in* 6.*sub n.*4. Couarr.*lib.*3.*variar.c.*13.*n.*6.& Hoieda *de incompatibilitate. cap.*12.*n.* 15.*&* 16.dicentes communem, Azor 2.*p. libro* 3.*c.*11. *q* 19. 211

Quod † tamen quoad vocem non seruatur in hac Ecclesia Abulen. in qua dignitates ex consuetudine sunt de Cap. & tamen si simul obtinent canonicatũ, prout con- 212

prout consueuerunt, non habent, nisi vnam vocem, quamuis habeant duas distributiones.

213 Et ita reiendo † ad nostrum propositum, in Ecclesia Palentina decanus, & in Seguntina decanus, & thesaurarius, qui habent duas præbendas, & vocem in Capitulo, solent simul obtinere aliam prębendam canonicalem, seu portionem.

214 Et nunc † modernus decanus Palentinus obtinuit simul canonicatum, non obstante, quod quidam curialis in eo tempore impetrauerat illius decanatum, tanquam vacantem per assecutionem canonicatus, iuxta *d. Clemen. fin. de præben.* nam dicta impetratio, antequam ad registrum perueniret, fuit contradicta, & impedita pro parte decani allegando dictum decanatum, quamuis habeat duas prębendas, non tamen habere annexam prębendam canonicalem iuxta dicta.

215 Et similiter † modernus decanus Seguntinus obtinuit simul cũ decanatu portionem, quamuis tempore prouisionis portionis pro parte Capituli fuit facta contradictio in dataria allegando, quod d. decanatus habet duas prębendas annexas, &c. in qua causa D. Iustus Rotæ auditor, cui fuit commissa, extra Rotam dedit votum D. datario in fauorem decani ex dictis.

216 Vnde † in casu Rebuf. *vbi supra, d. tit. de dispensatione ætatis, verb. etiam si sub eodem tecto, vers. quinimo si fuerit*, tenendum est contra ipsum, quod dispẽsatus ad duo sub eodem tecto poterit illa obtinere, etiam si alteri sit annexa capellania vel aliud beneficium in eadem Ecclesia, quãuis hoc in dispensatione non fuerit expressum, nam beneficium illud vnitum non habetur in consideratione, cũm per vnionem de illo factam accessorie sit suppressum, & extinctum, & sic ille non dicitur obtinere, nisi duo beneficia, ad quæ erat dispensatus iuxta dicta.

217 Vnde etiã † in terminis *d. cons.* Naua. 23. *de præben.* tenendum est contra ipsum non impediri retentionem beneficij simplicis cuiusdam Ecclesiæ cũ rectoria alteri[9] propter annexionem factam dictæ rectoriæ de alio beneficio simplici Ecclesiæ primo dictæ, cum per illam factam accessorie extinctum sit, & suppressum nomen, & titulus talis beneficij simplicis annexi, & confusum sub dicta rectoria, cuius sit quasi prędium, & sic sola rectoria est in consideratione iuxta dicta.

218 Et sententia † Rebuffi, & Nauarri solum procederet, quando vnio facta esset æque principaliter, vel ad tempus, seu vitam obtinentis tantum, iuxta dicta *d. c. 2 seq. part. à n. 37.*

219 Nam vnio ad † vitam inducit incompatibilitatem saltim hodie, ex Concilio Triden. *d. cap. 4. sess. 7.* ibi, *Siue per viam unionis ad vitam, & sess. 24. cap. 17. de reform. §. illi vero*, ibi, *Ac unionibus ad vitam*, & ita sẽtit Mand. *de signatura gratiæ, titul. de unio. vers. contra uniones*, dicens contra vniones ad vitam habes nouissime concilium Tridentinum *sessione 7. de reform. cap. 4. & sessione 24. de reform. cap. 17. versic. illi vero*, & tenet Quintaduen. *libro 1. Ecclesiastic. capit. 4. numer. 12. & cap. 7. num. 6.* & præcipue *libro 4. num. 46. 8. tempore.* Quamuis antea secus esset (sicut in commenda ad vitam, de qua *supra 4. par. cap. 4. à numero 35.*) ad *decisionem* Mohedani 2. *de præben.* & Putei 246. *libro 1.* Domin. *cons. 38. num. 11. gloss. regul. 11. Cancell. vers. vnum tamen*, Cassad. *decis. 33. num. 5. super regulis, & 2. de unio. numero 8. & 3. de iudic. numero 3.* Mandos. *regul. 19. quæstion. 10. num. 5.* & Flamin. Paris. *de resignat. benef. libro 12. quæst. 3. num. 49.* Gonçalez *gl. 5. §. 7. num. 145.*

Vnde infertur † habentem in aliqua Ecclesia dignitatem ad sui vitam erectam, & institutam, cui pro eius dote portio d. Ecclesiæ est vnita, annexa, & incorporata, vt in hac Ecclesia Abulen. Archidiaconus de Oropesa, non posse iam obtinere aliam portionem, seu prębendam eiusdem Ecclesiæ, nec in ea coadiutorem deputari, sine speciali dispensatione Apostolica, quæ tamen vix conceditur, & fuit denegata tempore Clementis Octaui, quamuis contrarium in facti contingentia tenuerint aliqui aduocati, & iuristæ Hispani, qui non sciunt, neque callent materias beneficiales, & res Curiæ Romanæ, sed omnia fere semper male, perperam, & prępostere intelligunt. 220

Ex supradicta † autem resolutione infertur, duas capellanias sub eodem tecto esse incompatibiles, tanquam beneficia vniformia, & non posse simul teneri absque dispensatione Papæ, sed per assecutionem secundæ primam vacare, Domin. *numero 14.* & Francus *num. 8. in d. cap. 1. de consuetudin. in 6.* vbi tradunt duo altaria in eadem Ecclesia, quę dantur in titulum, non posse teneri sine dispensatione Papę, ex illo tex. quem habere locum, & procedere etiam in beneficiis simplicibus, tenuit Rota in vna Barchinonen. Archidiaconatus 21. Octobr. 1560. coram D. Groperio, idem tenent Rebuf. *in concord. titul. de mandat. Apostolic. §. 1. verb. ita tamen*, Sylueſt. *in summ. verb. beneficium 4. nu. 11.* & Armilla *eodem verb. n. 46.* & sequitur Fuscus *de visitatione libro 2. cap. 11. n. 9.* qui ait non posse quem habere duas capellanias in eadem Ecclesia, nec duo altaria in titulum, nec etiam Episcopum dispensare posse, ex *d. cap. 1.* & in eis procedere concilium Trident. *d. sess. 7. de reform. capitulo 4.* 221

Et fuit † resolutum in causa Toletana capellanię de Baraias 3. Martij 1589. & 4. Iunij 1590. coram D. Mantica, & 15. Febr. 1591. coram D. Pamphilio, vt in decisionibus seqq. 222

3. Martij 1589. coram domino Mantica.

Apud me fuit quæsitum, an gratia si neutri D. Hippolyti sit iustificata, decisum fuit illam fuisse iustificatam, & nunc vtroque informante, idem conclusum fuit, hoc tamen reseruato, vt particulariter videatur, an hæc capellania à Francisco de Henao fuerit primo, vel secundo loco obtenta, quia si secundo loco est obtenta, non vacat, sed prima, cap. de multa, de pręben. cum concordan. *Alia vero, quæ obiiciuntur, fuerunt resoluta. Et primo non obstat, quod obiicitur non constare de lite, sine qua gratia, si neutri non potest consistere*, in reg. de annali, quęstione 28. numero 3. vers. præterea, *nullamque litem fuisse probetur, quia tempore datæ non erant literæ expeditæ, ex regula, quod commissiones causarum, cuiusane fuit derogatum cum illa clausula, dummodo literæ expediantur intra terminum ad articulandum, & interim non est vera lis*, Staphil. de literis gratię super signatura parte 2. titulo de clausula, *si neutri*, in literis supposita numero 2. *Rebuf.* in praxi de rescrip. si neutri, numero 12. cum seq. *quia à Domini fuit responsum, non probari, quod tempore quo gratia si neutri fuit concessa, literæ non fuerint expeditæ, imo cum illæ sint in actis expeditæ, legitimo tempore præsumuntur expeditæ*, Cassad. decis. 4. numero 2. in fin. cum seq. super regula. *Mohedа.* decis. 141. *ex hoc tollitur etiam quod dicitur ius patronatus fuisse derogatum cum clausula, quatenus sit vera lis, quia cum literæ*

intelligantur expeditæ, apparet fuisse veram litem, quæ etiam calumniosa dici non potest, ex eo quod diuersus valor fuerit expressus, quia hoc facile potuit contingere per errorem, qui in dubio magis præsumitur, quam dolus, l. quoties, §. 1. ff. de probatio. cum concordan. *& ob id secunda gratia si neutri fuit impetrata. Nec etiam obstat, quod lis dicatur extincta per regulam*, de annali, *quæ quandocunque potest opponi, & habet oculos retro, Cassad.* decis. 12. numero 4. & 5. super reg. *Sarnen.* de annali, quæstion. 5. *quia regula fuit, quoad omnes eius partes derogatum, & cum prima gratia fuerit nulla ob non expressionem veri valoris, & sic aliter, quam ex regula, illa non habet locum in hac gratia si neutri, Sarnen.* reg. de annali, quæstion 28. numero 4. versicul. vt tamen ista conclusio, *& fuit decisum in causa Brixien. parochialis coram R.P.D. Bubalo 22. Iunij* 1587. *Neque etiam refragatur, quod secundo loco obiicitur, non constare de vacatione, quia agitur de capellaniis simplicibus, quarum vna per assecutionem alterius non vacat ipso iure, sed per optionem, quæ datur, Ioann. Andr.* in cap. 1. glossa penultim. de consuetud. libro 6. *Abb.* in cap. referente, numero 3. de præbend. *quia diuersa sententia magis probatur Innocen. & Hostien.* in cap. ex tuæ, de clericis non residen. *& sequitur Henric. Boic.* in cap. de multa sub numero 6. *item non credo verum* de præben. *& Antonius de Butrio* in cap. præterea, numero 9. in fin. de præbend. *dicit, quod hæc opinio seruatur in Curia, quam etiam communem fatetur Abbas in* cap. referente, numero 3. eodem tit. *quæ multo etiam facilius est recipienda in beneficiis conformibus in eadem Ecclesia, vt in casu proposito, quia sine dispensatione Sedis Apostolicæ, non possunt obtineri, Imola* in cap. de multa, sub numero 3. versi. sed super duabus, de præbend. *& fuit decisum in causa Barchinonen. Archidiaconatus coram R.P.D. Groperio 21. Octobr.* 1560. *Longe minus officit, quod tertio loco obiicitur à fundatore fuisse dispositum, vt præsentatus possit vtramque capellaniam retinere iuxta Feder. de Senis* consil. 120. *quia hoc in fundatione non fuit expressum, sed postea longe ex interuallo, & ideo patronus contra iuris dispositionem nouam legem beneficio non potuit imponere, Imola post glossam in* cap. cum dilectus, numero 21. *Abb.* numero 5. de consuetud. *Felin.* in cap. significauit numero 3. de testib. *Neque obstat, quod Franciscus de Henao esset triennalis, & ideo prima capellania non possit vacare per assecutionem alterius, cum possit allegare dispensationem, & quemlibet meliorem titulum de mundo, vt vulgo dici consueuit, quia fuit responsum eum non esse triennalem pacificum possessorem, quoniam litem habuit cum Ferdin. Solier. vt ex actis constat & deducitur per informantes: atque his resolutis, restat solum videre, an capellania, de qua est controuersia, fuerit primo, vel secundo loco obtenta.*

In eadem † coram eodem 4. Iunij 1590.

Dubitaui, an per assecutionem capellaniæ de Pennalosa facta à D. Francisco de Henao anno 1583. censeatur vacare capellania de Baraias, quam ipse prius obtinuit 1579. & causa sæpius proposita diuersæ fuerunt sententiæ dominorum. Sed tandem conclusum fuit eam vacasse, quia idem D. Franciscus postea de facto assecutus fuit d. capellaniam de Pennalosa, & qui se scienter in aliquo beneficio intrudit, ipso iure priuatur eo, quod prius obtinebat, cap. eum qui de præben. lib. 6. *nam vitiosa possessio posterioris beneficij facit vacare prioragl.* in Clem. si plures in verb. vacare in fin. de præbend. *Rota* deci. 3. eodem tit in nouis. *Quod domini dicebant esse intelligendum, non solum de beneficiis cum cura, sed etiam sine cura, dummodo sint incompatibilia, vt sentit Archidia.* in d. c. eum qui, n. 2. *Gemin.* n. 7. versi. an autem, *& Francus* n. 1. *& alij, & ideo habet etiam locum in duabus capellaniis existentibus in eadem Ecclesia, quæ cum sint beneficia vniformia, non possunt absque dispensatione sub eodem tecto retineri*, cap. 1 de consuetud. lib. 6. c. literas, de conc. præben. *Abbas* in cap. extirpandæ §. qui vero in 2. lectura num. 41. de præben. *imo maior videtur incompatibilitas duarum præbendarum in eadem Ecclesia, quam duorum curatorum, vt tradit Card. Zau.* in Clement. si iuxta 4. oppositum. de præbend. *Neque dictum* c. eum qui, *debet intelligi de eo tantum, qui occupat beneficium, vt videtur sentire Cassador.* decis. 6. nu. 6. de causa possess. *quia ille textus loquitur alternatiue de eo, qui beneficium vi occupat. seu se scienter iniuste in eo intruserit: & ideo sufficit alteram partem esse veram*, l. si hæredi plures ff. de cond. instit. l. si quis ita stipulatus, de verbor. obligat. reg. in alternatiuis in 6. *& ita videntur sentire Dd.* in d. c. eum qui, *& Bonif. de Vital.* in Clem gratiæ nu. 12. de rescrip. *itaque sufficit, dictum Franciscum se scienter iniuste in dicta capellania intrusisse, etiamsi per vim eam non occupauerit, vt sit locus vacationi alterius. Neque dici potest, dictum Franciscum ignoranter possessionem dictæ capellaniæ de Pennalosa accepisse, & consequenter cessare pœnam dicti* cap. eum qui, *vt explicat gloss.* ibidem, verb. scienter. per cap. si beneficia, eodem tit. *quia gloss. aperte loquitur de ignorantia facti, & aliud dicit de ignorantia iuris, quæ non excusat*, cap ignorantia de reg. iur. in 6. *& ita intelligit etiam Gemin.* consi. 78. col. 1. in fine, versi. nec obstat si dicatur, *& Prob.* in addit. *ad Monach.* in d. cap. eum qui, n. 3. versi. ex præmissis, *& Vital.* in d. Clem. gratiæ, num 13. *In proposito autem Franciscus scire potuit, aut ignorare non debuit, vacare capellaniam de Pennalosa, quia hoc à iure statutum est*, dict. cap. eum qui, *paria enim sunt scire, & scire debere*, l. si Titius, ff de fideiussor. l. quod temihi. ff. si cert. petatur, l. si duo, de acquirend. hæredit. *Angel.* consil. 160. circa finem, *Tiraquell.* de retract. lign. §. duodecimo, gloss. vndecima, numero nono. *nam stultus non debet esse melioris conditionis quam peritus*, l. Seruius. ff. quod vi aut clam. *Et hæc ratio expressa est* in dict. cap. eum qui. *Porro dictus Franciscus* in 6. positione *aperte confitetur, quod quando assequutus fuit capellaniam de Pennalosa, habeat capellaniam de Baraias, igitur scire debuit, tandem Capellaniam de Baraias ipso iure vacare. Idem quoque, quod sciens se habere aliam capellaniam assecutus fuit d. capellaniam de Pennalosa, colligitur ex petitione ipsius facta coram illustrissimo Toletano* in processu paruo fol. 4. *dum dicit non obstare, quod dicta capellania de Pennalosa sit incompatibilis, cum altera, quam obtinet in eadem Ecclesia, & quod non possit obtineri, cum ambæ sint sub eodem tecto, quia quantum ad primum fuit, inquit, satisfactum, & responsum, cum ipsamet institutrice, quæ dicit, quod prædictus Franciscus obtineat dict. capellaniam in dicta Ecclesia, quamuis habeat aliam, seu alias, & sic, inquit, cum ista libertate, & dispositione sufficit, & potest illam obtinere. Ex quibus verbis colligitur eum sciuisse incompatibilitatem, sed se ipsum tuetur ex dispositione testatricis, qua defensione idem etiam vtitur* in quinto articulo in eodem processu paruo fol. octauo, *igitur factum non ignorauit, sed ius, & ignorantia iuris non potest ei suffragari, vt dictum est. Neque obstat, quod dictum* cap. eum qui, *habeat locum in eo, qui se sine vllo titulo scienter intrudit,*

in

in alio beneficio, vt sentit Vital. in Clem. si plures, nu. 4. de pręben. *& Gigas* de intruſ. num. 3. & 4. *& quod d. Franciscus habeat titulum in capellania de Pennalosa, licet non ſit canonicus, quia primo reſponsum fuit dictum* cap. eum qui, *loqui de eo, qui ſe ſcienter intruſit in beneficio intrudit, intrusus autem dicitur non ſolum is, qui nullum habet titulum, ſed is etiam, qui habet titulum ab eo, ad quem non ſpectat ius conferendi, vt notat Abb. per illum text.* in cap. quia diuerſitatem numero 2. de conceſ. prębend. *Calder.* conſil. 13. de verbor. ſignificat. *& Decius* conſil. 121. num. 4. *Caſſad.* deciſ. 7. numero 3. ſuper regulis. *Secundo reſponsum fuit, quod Franciscus nullum habet titulum, quia per aſſecutionem capellaniæ de Baraias ille titulus, quem obtinuerat in capellania de Pennalosa, fuit extinctus, vt in hac eadem causa decisum fuit, die 7. Octobris* 1589. *igitur perinde habetur, ac ſi nunquam illum titulum habuiſſet. Sarnen.* in reg. de triennali, quęſtione 18. numer. 1. in fin. *Nec obſtat, quod expectatiua, quamuis fuerit reuocata, tribuat titulum coloratum, Mohed.* deciſ. 184. *Sarnen.* de triennali. quæſt. 24. numero 4. *Caputaquen.* deciſ. 312. libro 3. *quia hoc intelligitur ad effectum ſpolij, & in odium ſpoliatoris, quia ſpoliatus ante omnia eſt reſtituendus*, cap. in literis, de reſtitut. ſpoliat. cap. licet Epiſcopus, de prębend. libro 6. *Præterea hoc intelligitur, quando quis probabiliter ignorauit expectatiuam eſſe reuocatam, & conceditur pœnam* d. cap. eum qui, cum ſimil. *locum non habere in eo, qui recipit beneficium incompatibile credens ſe habere ius in eo, & non habet, Ægid.* deciſ. 563. *& Staphil.* de literis gratiæ fol. 110. verſic. limita tamen, *& Puteus* deciſione 346. libro 3. *diuersum eſt autem in eo, qui ſciuit, aut ignorare non debuit titulum eſſe reuocatum, & ideo cum in casu propoſito Franciscus ſciuerit illum titulum, quem habuerat in capellania de Pennalosa, fuiſſe extinctum, aut ſaltim hoc ignorare non debuit, quia hoc à iure ſtatutum eſt*, Clemen. gratiæ, de reſcrip. *à pœna dicti* cap. eum qui, *excusari non poteſt. Vnde non obſtat deciſio Virdunen. canonicatus coram R. P. D. Pamphilio die 28. Iunij* 1589. *quia illa ex eo potiſſimum nititur, quod Guido factum ignorauit, & facti ignorantia excusat* dict. cap. ignorantia de regulis iuris libro 6. cum concordan. *at in casu propoſito Franciscus errauit in iure, cuius ignorantia neminem excusat, vt ſuperius dictum eſt. Ex his etiam tollitur, quod dicitur titulum etiam nullum, inualidum, ſurreptitium, & putatiuum, excusare à pœna priuationis propter incompatibilitatem, quia domini dicebant, hoc non habere locum, quando quis ſciuit, aut ignorare non debuit vitium ipſius tituli, vt ex prædictis apparet. Neque enim placuit Franciscum poſſe excusari, ex eo quod Maria teſtatrix voluit eum dictam capellaniam de Pennalosa, ſimul cum alia ſub eodem tecto poſſe retinere, quia hæc eſt craſſa iuris ignorantia, cum potius hoc non poſſit diſponere, Abb.* in d. cap. extirpandæ, §. qui vero, in 2. lectura numero 41. de præbend. & in cap. præterea numero 7. de iure patronat. *itaque ſubductis contrarijs rationibus, domini censuerunt, propter aſſecutionem capellaniæ de Pennalosa vacaſſe capellaniam de Baraias. Hanc deciſionem, ſed non integram, ponit Far.* deciſ. 66.

224

In eadem † 15. Februar. 1591. coram D. Pamphilio.

Fuit resolutum ſententias ad fauorem D. Hippolyti

a tas eſſe confirmandas, quia pro parte Franciſci nihil deducitur quod alias coram R. P. D. Mantica diſcuſſum, & resolutum non fuerit. Nam quod cap. eum qui, in princip. de prębend. in 6. *loquatur tantum in beneficijs curatis, & ideo non debeat extendi ad alia beneficia ſimplicia, quamuis incompatibilia, fuit ſublatum in deciſione facta 4. Iunij anni præteriti, vbi ex Archid.* in dict. cap. eum qui, numero 2. *Gemin.* num. 7. verſ. an autem, *& Franco* num. 1. *fuit resolutum illud habere locum in quibuscunque beneficijs incompatibilibus, propter rationem tex. ne melioris conditionis exiſtat ſtultus, quam peritus, & inuasor eo, qui iuſte ingreditur. Quæ ratio cum ſit expreſſa in textu, & militet in omnibus beneficijs incompatibilibus, facit, vt conſtitutio etiam pœnalis, illa comprehendat gloſſa* in Clement. 1. in verb. eligatur, *& ibi Imola* de elect. *Alexan.* conſi. 171. numero 4. libro 7. *& Franc.* in d. cap. eum qui, numero 1. in fin. *maxime cum versemur in duabus capellaniis in eadem Eccleſia, quæ cum ſint beneficia vniformia, æquiparantur duobus curatis, & non poſſunt absque diſpensatione ſub eodem tecto retineri*, cap. literas, de conceſ. prębend. cap. 1. de conſuetud. in 6. Clem. fin. de prębend. *Abb.* in cap. extirpandę, §. qui vero, num. 41. eodem tit. *Cardin.* in Clem. gratię ſub num. 5. de reſcript. *Rebuf.* in tit. de diſpenſatione ratione ętatis, in verb. incompatibilia, numero 4. & in verb. etiamſi ſint ſub eodem tecto, in princip. *Nauar.* de prębend. conſil. 26. numero 6. & conſil. 29. numero 5. *vbi quod ſunt incompatibilia primi generis* libro 3. *imo maior eſt incompatibilitas duorum vniformium ſub eodem tecto, quam duorum curatorum, vt tradit gloſſa* in dict. Clem. fin. *& ibi Cardi.* in 4. oppoſitione, *& Abb.* in d. cap. literas, in 1. not. ſub numero 2. in fin. *iura enim magis abhorrent pluralitatem in eadem Eccleſia, quam in diuerſis, Probus* in addit. *ad Monachum* in d. cap. 1. ſub numero 6. *& Francus* ſub numero 7. circa fin. *& alij* de conſuetudine in 6. *vnde ſequitur, quod conſtitutio* dict. cap. eum qui, *loquens in vno ex æquiparatis, vendicet ſibi locum in alio, etiam reſpectu pœnæ, quæ vni adiecta, censetur etiam in altero repetita, gloſ.* in cap. ſi poſtquam, in verb. prouiſione, de elect. in 6. *Caſſad.* deciſ. 5. de conſtit. numero 4. *Non obſtat, quod* capite eum qui, *emanauerit ad declarationem* cap. de multa, de prębend. *quod non habet locum in beneficijs ſimplicibus, quia cum hodie ex declaratione illuſtriſſimorum dominorum Cardinalium S. Concilij interpretum indiſtincte per adeptionem ſecundi inducatur vacatio primi ipſo iure in omnibus beneficijs reſidentiam requirentibus, etiamſi ſint canonicatus, vel portiones, ſatis poteſt dici* capite de multa *procedere de omnibus beneficijs, quæ reſidentiam requirunt, & per consequens, quod* capitulum eum qui *illa comprehendat, quia conſtitutio declarans, etiamſi ſit pœnalis, extenditur ad omnes casus, in quibus habet locum conſtitutio declarata glo.* in cap. is qui de elect. in 6. *Archid.* in dict. capite eum qui, in 1. not. *Francus* in princip. *& Gemin.* num. 7. *Neque obſtat, quod quicquid dicendum ſit in duabus prębendis, dignitatibus, & personatibus, tamen in pluribus ſimplicibus, etiamſi reſidentiam requirant, per adeptionem ſecundi non inducitur ipſo iure vacatio primi, ſed datur obtinenti optio dimittendi, quod voluerit, vt poſt Ioan. And. & alios* in cap. 1. de conſuetudine in 6. *tradit Oldra.* conſil. 165. *Lapus* allegat. 116. cum aliis allegatis, *quia vt fuit conſideratum in deciſione ſub die 3. Martij* 1589. *hæc opinio non caret difficultate, ex notatis per Innocent.* in cap. ex tuę, *& ibi Hoſtien.* de clericis non reſiden. *Butrium, qui dicit curiam contrarium obſ uare* in cap. prętera, num. 9. in fin. de prębend. cum aliis in deciſ. allegatis

præsertim in beneficiis vniformibus existentibus sub eodem tecto, quæ, vt dixi, non possunt, absque dispensatione retineri, & equiparantur curatis d. cap. de consuetudine in 6. *quod loqui etiam in beneficiis simplicibus tenuit Rota in vna Barchinonen. Archidiaconatus* 21. *Octobr.* 1560. *coram D. Groperio, & cessat hodie difficultas stante supradicta Illustrissimorum Cardinalium declaratione, quæ tollit omnem scrupulum, vt in fortioribus terminis beneficiorum existentium in diuersis Ecclesiis, fuit resolutum coram me in causa Virdunen. canonicatus sub die* 2. *Iunij* 1589. *& sic cessant omnia, quæ deducebantur pro excusatione Francisci, quia versamur in ignorantia iuris satis clari, quæ non excusat, vt in istis terminis post Gemin.* consil. 78. colum. 1. in fin. vers. nec obstat si dicatur, *tradit Probus* in addit. *ad Monach.* in dict. cap. eum qui sub numero 3. vers. ex præmissis, *paria enim sunt scire, vel scire debere,* l. quod te, ff. si certum petatur cum simil. *& eo magis, quia vt alias deductum fuit coram D. Mantica, die* 4. *Iunij, Franciscus non se fundabat in ista dubietate iuris communis, sed nitebatur alia ratione, videlicet ex facultate sibi data à Maria fundatrice retinendi capellaniam à se fundatam vna cum alia, etiam sub eodem tecto, quæ ratio nullam ei præbet causam excusationis, cum in ipsa fundatione hoc non fuerit expressum, nec possit patronus, saltim ex interuallo imponere nouam legem beneficio contra iuris dispositionem, glossa* in capite cum dilectus, *& ibi Abb.* numero 5. *& Imola* numero 21. de consuetudine, *Abb.* in cap. præterea, sub numero 1. de iure patronat. *Felin.* in cap. significauit sub numer. 2. de testibus, *Non obstat, quod* capitulum eum qui, *loquatur in eo, qui scienter absque titulo se intrudit in beneficio, quia fuit responsum in decisione sub die* 4. *Iunij, quod Franciscus scienter, & absque titulo se intruserat, quia titulus habitus à Maria per assecutionem capellaniæ, de qua agitur, euanuerat,* Clement. gratiæ, de rescript. *Nec tanquam titulus reuocatus poterat ei deseruire, cum sciret, aut scire debuerit reuocationem, vltra quod illud, quod dicit de titulo reuocato, procedit tantum ad effectum spoly in odium spoliatoris. Non obstat triennalis possessio Francisci, quia sub die* 3. *Martij* 1589. *fuit resolutum, illam non fuisse pacificam propter litem motam per Ferdinandum de Solier, quæ lis non impediuit vacationem istius capellaniæ de Baraias, quia per rem iudicatam ad fauorem possessoris postea fuit extincta, Sarnen.* de annali, quæst. 44. in fi. *Mohed.* decis. 206. *vt bene deducunt informantes pro Dn. Hippolyto, qui bene enacuant cætera in contrarium deducta.*

225 Nauarrus † tamen *in consil.* 16. *& 22. de præbend.* secundum vltimam impressionem, & secundum primam 35. & 36. tenet duas capellanias, seu altaria sub eodem tecto, non esse beneficia vniformia ad effectum incompatibilitatis, quamuis vno, & simili nomine capellaniæ nominentur, nisi sint institutæ ad vnum, & eundem finem, & ad eadem munera, & vnam Congregationem, vt sunt in multis capellis Hispaniæ, secus si sint institutæ ad diuersa, & separata munera. Quod etiam videtur tenere Mandos. *de signatura gratiæ, tit. de dispensatione ad beneficia sub eodem tecto, vers. ad duo,* & sequuntur Cerola *in praxi Episcopali* 2. *par. verb. beneficium,* §. 13. *& verb. conformitas.* §. 1. & Cechus *de rep. Ecclesiastica, cap. de beneficiatis sub n.* 4 *vers. in* 1. *cap. & de benef. & pensio. cap.* 5. *n.* 4. & posthæc Gonçalez *glos.* 10. *à n.* 34. & Prosper de Augustino *supra d. verb. beneficiorum resignatio* 9. *causa.*

226 Quæ sententia † Nauarri videtur seruari in aliquibus partibus Hispaniæ, præsertim in hoc Episcopatu Abulen. nam sæpe obtinentur ab vno duæ capellaniæ in eadem Ecclesia absque Papæ dispensatione, imo nec Episcopi, & aliquando cum dispensatione Nuntij, qui eam solet concedere, & sæpe in praxi seruatam percepisse, ait ibi Gonçalez.

Sed contrariũ, vt dictum est, † tenent relati, & Rota in dicta Toletana capellanię de Baraias, in qua capellaniæ erant distinctæ, & diuersę, & à diuersis fundatoribus fundatę. 227

Et stante, quod sint † beneficia vniformia, consuetudo in contrarium non erit habenda in consideratione, ex dictis *num.* 184. nec dispensatio Nuntij, sicut nec Episcopi, ex dictis *ibidem numero* 185. *&* 221. & Rota in dict. Toletana capellanię de Baraias, qui non potest contra Concilia, & canones dispensare, Hojeda *cap.* 11. *numer.* 4. *& cap.* 12. *numer.* 13. *cum aliis.* 228

Verum cum † non sit ius clarum esse beneficia vniformia, sed potius in eo sint opiniones, consuetudo tenendi in eadem Ecclesia duas capellanias huiusmodi, sine dispensatione, aut cum dispensatione Ordinarij, seu Nuntij videtur tolerabilis, etiam post Concilium, sine dispensatione, vbi illud quoad hoc non sit receptum, vt infra, *n.* 257. 229

Sed difficultas est, † an duo beneficia difformia, & dissimilia sub eodem tecto sint incompatibilia, verbi gratia, dignitas, & canonicatus, beneficium curatum, & simplex, canonicatus, & capellania, beneficium curatum, seu simplex cum capellania. 230

Et esse incompatibitia, † ita tamen, vt non vacet ipso iure vnum per assecutionem alterius, & ex consuetudine, seu statuto, aut dispensatione Episcopi possint retineri, tenet glos. *verb. nisi vnicum, in d. cap.* 1. *de consuetudine in* 6. *& glos. fin. in cap. super eo. de præbend. glos. etiam fin. in d. Clem. si. eodem tit.* Ioan. Andr. & Abb. *numero* 6. *in d. cap. literas,* idem Abb. *in cap. cum iam dudum numero* 9. *& in rep. cap. extirpanda,* §. *qui vero, numero* 41. *de præben.* Domin. *in d. cap.* 1. *n.* 13. *& in cap. gratia, de rescript. in* 6. *sub nu.* 8. Francus *in d. cap.* 1. *num.* 7. & ibi Probus *sub nu.* 6. Ripa *in cap. eam te, de rescript. num.* 28. Selua *de benef.* 3. *par. quæst.* 39. *num.* 1. *& 4. par. quæst.* 7. *casu vltimo,* Staphil. *de literis gratiæ secunda forma expect. num.* 5. Gomezius *de expectat. num.* 44. Gregor. Lopez *in d. l.* 3. *tit.* 16 *par.* 1. *verb. otro en otra Iglesia,* Duennas *reg.* 71. *nu.* 5. Ferretus *consil.* 255. *n.* 4. Mandos. *de signatura gratiæ, tit. de dispensatione ad beneficia sub eodem tecto, vers. ad duo, & vers. canonicatus, & dignitas,* Hojeda *cap.* 11. *numero* 4. *& 5. & cap.* 20. *numero* 25. Quintanaduennas *dict. libro* 4. *numero* 131. Cechus *de republica Ecclesiastica, cap. de beneficiatis sub n.* 4. *vers. in* 1. *cap. & de benef. & pensio. cap.* 5. *sub numer.* 4. & Achilles dicens communem *decis.* 269. Puteus 466. *lib.* 2. *num.* 3. *& decis.* 189. *lib.* 3. 231

Et fuit † dictum in causa Lucana beneficiorum coram D. Seraphin 2. Nouembr. 1579. *Archipresbyteratum cum sit dignitas, etiam sine præbenda, esse incompatibilem sub eodem tecto cum canonicatu, &c. Et in vna Telesina beneficij coram eodem vltima Ianuar.* 1594. *fuit dictum, Dispensationem narratam ad retinendum plura sub eodem tecto debere iustificari, etiam quod possint retineri ex dispensatione ordinarij, si sunt difformia, iuxta notata per glos.* in d. cap. 1. de consuetud. in 6. *& ita fuisse resolutum ex voto habito à dominis de Parco in causa Iuuenacen. Archipresbyteratus* 26. *Iunij* 1561. *coram D. Pamphilio, &c.* Et ista sententia est communis, vt per Nauar. *consil.* 18. *nu.* 1. 232

de præ-

de præb. & eam tenet Azor *2.p.li.3.c.50.q.6. & lib.6. cap.11.q.2.* & 4. *& ca.12.quæst.6.& c.13.q.6.* licet non Posse Episcopum dispensare dicat *dict. lib. 3. capit. 7.quæstio.4 capit.8.quæst.6.capit.9 quæstion. tertia & sexta, capit.10.quæstion. 4. & capit. vndecimo quæstio. 18. &23.*

233 Quæ tamen † non videtur procedere consequẽter in eo, quod dicit posse exstatuto retineri, nam si de iure sunt incompatibilia, non potest statui contrarium per statutum, ex traditis per Felinum *in cap. quod super his, de maiorit. & obedient.* Rochum *in c.si. de consuet. sect.3.à nu.7.* Bott. *de synodo 3.par.ar. 1.àn.36.*

234 Sed responderi † potest standoin ista sententia, quod licet sint incompatibilia de iure, non tamen est ius clarum, sed dubium, in quo versantur opiniones, & ideo recte valet statutum, ex traditis per Felinum *supra numero 9.* Rochum 23 & Bott.96. *& seq.*

235 Verum † contrariam sententiam, nempe quod sint compatibilia de iure, nisi alias sint sibi repugnantia ratione residentiæ seu seruitij, tenent Abb. *consil.96.dub. 2.par.2.* Domin. *in c.cum in Ecclesia de præbend.in 6.num.7.* & ibi Francus *num.4* Lapus *allegat.116.* & 127. vbi Mandos. Millis *in reper. verb. beneficia plura in fin.* Felin. *in cap.ex parte 2.num.3.* & ibi Decius *num.4. de rescript.* Staphil. *tit. de qualitate, & statu benef. §. circa istam nu.1.* Lambert. *1.par. 2. lib.quæst.7.ar.15.num.5* & 14. & Rebuf. *in concordan. tit.de mandatis Apostolicis §. 1. verb. ita tamen prope fin. vers. nota tamen, quod sine dispensatione, & in praxi tit. de non promotis, numero septuagesimosexto & tit. de dispensatione ratione ætatis, verb. incompatibilia, numero quarto,* qui tamen sibi contrariatur ibi, *verb. in cathedralibus, vers. & quamuis Episcopus*, Flam. Paris. *d.lib.3.quæst.1.num.128.* dicens communem. Et sequitur Nauar. *consil.21.de præbend.* vbi docet, quod dignitas, & canonicatus iure communi in eadem Ecclesia ab vno possunt obtinere, & *consil.24. eodem tit. num. 4.* & 6. vbi ait, quod de iure communi duo beneficia difformia eiusdem Ecclesiæ sibi alioqui non repugnantia propter onera vtrique eodem tempore incũbentia, nunquam sunt incompatibilia; etiam quoad retentionem, quia non facit ea incompatibilia necessitas residendi, nam cum consistant in eadem Ecclesia, potest quis in vtroq; residere regulariter, vt in dignitate, & canonicatu, &c. Prosper de Augustino supra, Lessius *de iust. & iure, lib.2. capit.34. numero 144.* Perez de Lara *de anniuer. & capell. lib.2. capit.7.à num.17.* & hanc sententiam videtur tenere Francus *in d.cap.1.num.8. vers. soluit tamen Lapus.* Et nouissime tenet Marcus Anton. Genuen. *in praxi Archiepiscopali curiæ Neapolitanæ, ca.64. n.5.* & post hæc Gonçalez *glos.10. à num.41.* dicens veriorem, & communiorem, quamuis dicat, quod cum hodie ex dispositione S. Concilij Trident omnes dignitates & canonicatus, & portiones requirant præcisam residentiam, ac sint incompatibilia, minime possit quis habere cessante consuetudine, aut dispensatione Papæ, vel saltim Episcopi dignitatem cum canonicatu, vel portione, nec canonicatum cum portione, quamuis sint beneficia difformia, cum neque in diuersis Ecclesijs in simul retineri possint, sed certe si ratione residentiæ esset incompatibilis dignitas cum canonicatu, seu portione in eadem Ecclesia, non possent teneri cum dispensatione Episcopi, iuxta dicta infra *à numero 370.* sicut teneri non possunt in diuersis Ecclesijs, nec canonicatus & portio possunt teneri in eadem Ecclesia cum dispensatione Episcopi.

Et pro † prædicta sententia facit tex. *in cap. super eo de præbend. in 6.* vbi absolute dicitur, non esse necessariam dispensationem, quod non ita absolute diceretur, si dispensatio Episcopi esset necessaria. Allegatur etiam pro ista sententia tex. *in c.eam te, de rescript. & in cap. cum olim, de re iudicat.* 236

Et hæc sententia † mihi videtur verior de iure, nam non video aliquem tex. ex quo contraria sententia probetur. 237

At quicquid sit † de hoc, in eadem Ecclesia nullo modo potest quis esse triplex absque Papæ dispensatione, nec valet consuetudo, vel statutum in contrarium, *ex d.cap.1. de consuetudine in 6.* & ibi Domi. *numer.5. & 12.* Francus 7. & Probus *sub num. 6. & glos. fin. in d. Clemen. fin. de præbend.* Alexan. de Neuo *in addit. 1. ad Abb. in cap. Iacobus, de simon.* Puteus *d. decisione 446. lib.2. num.3* Ferret. *d. consil. 355. num. 4.* & Marc. Anton. Genuen. supra dicens seruari in vrbe. Et facit declaratio S. Congregationis infra adducta, *num.249.* 238

Quamuis † Botteus *de synodo 3.p.ar.1. nu. 88.* dicat valere statutum Episcopi, quod quis possit in eadem Ecclesia esse duplex, vel triplex in beneficiis difformibus, citans Dominicum & Francum *in d. capit.1.* qui id non dicunt de triplici, sed potius contrarium. 239

Ex quo videtur falsum † *consilium* Nauar. *22. de præbend.* vbi docet posse teneri duascapellanias, cum dignitate in eadẽ Ecclesia ex consuetudine, si dignitas non est sufficiens ad sustentationem, sequitur Cerola *in praxi 2.parte, verb. conformitas.* 240

Cuius † etiam doctrina falsa videtur *1.parte, verb. beneficia. §. 7.3. & 4. conclus.* vbi ait, quem in eadem Ecclesia posse habere canonicatum cum præbenda, & dignitate, & simplex beneficium, quando simplex beneficium, vel ille canonicatus non esset per se sufficiens, ex Cardi. *consil 3.* & Staphil. 4. *forma expectat. numero 5.* qui tamen id non dicunt. Nec obstat ratio, quod canonicatus cum præbenda, & dignitate habentur loco vnius: Staphil. *ibi, n.* 2. nam in triplicitate ea non procedit, facit d. declaratio S. Congregationis adducta, *n.249.* 241

Nec poterit Nuntius, † seu Legatus in hoc dispensare, nisi haberet ad id specialem facultatem, quam tamen non solent habere maxime Nuntij, quamuis sciam aliquando Nuntium Hispaniæ dispensasse ad tria sub eodem tecto. 242

S. tamen † Congregatio Concilij approbauit primam sententiam, quod *duo beneficia difformia sub eodem tecto sint incompatibilia, vt apparet ex declarationibus sequentibus,* prima *Episcopo Ferrarien. Reuerendissime domine S. Congregatio censuit, si re ipsa vera sunt, quæ in hoc libello commemorantur, sanctorum Cosmæ, & Damiani capellaniam ipso iure non vacasse, nec ité ex cõc. Decretis incompatibilem cum mannaria, de qua agitur, habita ratione annuorum fructuum vtriusque beneficij, qui perquam tenues sunt, opus tamen esse dispensatione Sedis Apostolicæ, vt Ferrinus iste vtrumque beneficium retinere possit ea ratione, quia vtrumque est sub eodem tecto, die 9. Decemb. 1570.* Secunda *eidem 17. Decemb. 1570 Capellania, & monasterium, quorum fructus sunt tenues, sunt incompatibilia beneficia, nec possunt retineri sub eodem tecto, sine dispensatione Apostolica.* Sed ista declaratio cum loquatur in monasterio, potest procedere, iuxta dicenda infra *cap. 7.* Tertia, super *capit.* 243

7. sess. 24. Capellania, cui adiunctum est onus deseruiendi in choro, obtineri non potest cum canonicatu per hoc Decretum, non autem si haberet simpliciter onus celebrandi Missam, nisi essent sub eodem tecto, & tunc potest cum dispensatione Apostolica. Et ex declaratione Abulen. supra adducta 5. *par. c.* 8. *n.* 87. *ad* 6. de qua infra *n.* 156.

244 Vnde cum † ex sententia S. Congregationis talia beneficia sint incompatibilia, consequenter dicendum est primum ipso iure vacare per assecutionem alterius, ex *d. cap.* 4. *sess.* 7. iuxta declarationes supra adductas, *num.* 84. nec hoc negatur in d. declaratione Ferrari. 9. Decembr. quia solum ibi dicitur non vacasse, nec esse incompatibilem capellaniam cum mansionaria habita ratione fructuum, id est, ratione sufficientiæ. Et ita apparet ex alia declaratione eiusdem S. Congregationis, quæ sic ait, *Canonicus obtinens dignitatem perdit canonicatum.* Quam refert Cechus *dict. capit. de beneficiatis. ad finem.*

Alias † tamen Congregatio censuit, *Posse aliquem*
245 *in vna Ecclesia ex priuilegio, vel consuetudine fungi duplici officio, vt sit thesaurarius, & canonicus, & propterea duplices lucrari distributiones, quia obtineat eas diuerso iure, cum inter dignitates suppleat numerum dignitatum, & inter canonicos suppleat numerum canonicorum, nec eget substituto, Abb.* in c. cum olim, n. 6. de re iudicata.

246 Et quod dignitas † possit retineri cum canonicatu in eadem Ecclesia, vbi est consuetudo absque alia dispensatione, est declaratio supra adducta 3. *par. capit. 2. numero* 483. & in vna Valentina 1593. Congregatio censuit, *Consuetudini permittenti, quod in eadem Ecclesia dignitates cum præbendis canonicalibus teneantur, non esse derogatum à S. Concilio Tridentino,* sess. 24. cap. 17.

247 Et postea dato † huiusmodi memoriali, *Illustrissimi, & Reuerendissimi domini in Metropolitana Ecclesia Valentina ex antiquissima, & immemoriali consuetudine absque dispensatione Apostolica consueuerunt illius dignitates canonicis eiusdem Ecclesiæ, tam Apostolica, quam ordinaria authoritate conferri, & per eosdem canonicos obtineri, idque licite fieri posse per S. Congregationem declaratum fuit, quærit tamen D. Archiepiscopus, an quando canonicus ex illius præbenda honeste sustentari potest pro sui gradus qualitate liceat sibi eidem canonico aliquam ex huiusmodi dignitatibus conferre. Sic responsum fuit, Congregatio Concily censuit consuetudini permittenti, vt in eadem Ecclesia dignitas cum canonicatu per eundem obtineri, & retineri possit, non censeri derogatum, ex Decreto Concily* 17. sess. 24. de refor. *vbi disponitur habenti beneficium Trid. c. competens, non posse conferri alterum, Hieron. card. Matthæus.*

248 Ex quibus † declarationibus apparet huiusmodi consuetudinem non esse periculosam, quicquid dicat Hoieda *c.* 19. *n.* 12. Videtur enim rationabilis, & introducta, vt decentius obtinentes dignitates sustentarentur, &c. Et eam approbat Azor 2. *par. li.* 3. *c.* 11. *q.* 18. & *li.* 6. *c.* 11. *q.* 1. & *c.* 13. *q.* 6.

249 Quæ tamen † consuetudo non procedet, nec habebit locum in canonico pœnitentiario, vt in sequenti declaratione S. Congregationis. *Iuxta declarationem Congregationis, alias editam, posse canonicum ex consuetudine Ecclesiæ in eadem Ecclesia obtinere dignitatem, an obtinens canonicatum, cui post Concilium iniunctum est onus pœnitentiary, possit vigore d. consuetudinis obtinere, etiam dignitatem in eadem Ecclesia. Congregatio censuit non posse, quia consuetudo stricte est interpretanda, & quia nemo potest esse triplex in eadem Ecclesia* 8. *Ianuar.*

Pœnitentiarius † enim habet officium pœnitentiarij & insuper canonicatum tali officio annexum, 250
vt clare colligitur ex Concilio *sess.* 24. *de reformat. c.* 14. & Nauar. *d. consil.* 14. *de rebus Ecclesiæ n.* 4. Licet ipse male velit præbendam per illam annexionem esse extinctam, vt supra dixi, *num.* 199. & dictum est alias 5. *par. cap.* 1. *num.* 756.

Nec refert, quod officium † pœnitentiarij de per 251
se non habet fructus, & beneficium sine fructibus, & de vento, non inducit incompatibilitatem, vt supra dictum est, *n.* 135. Quia sufficit, quod habeat fructus ratione adiuncti, seu annexi canonicatus.

Aliquando tamen † ex gratia & dispensatione A- 252
postolica, canonicus pœnitentiarius obtinet simul dignitatem in eadem Ecclesia, vt vidimus in Ecclesia Salamantina.

Et ista ratio † considerata in pœnitentiario, non 253
militat in canonico lecturæ, nec in canonico doctorali, aut magistrali, nam in eis solum consideratur canonicatus, & præbenda, cum tali onere, & non tale officium, cui sit annexus canonicatus, vt alias dixi *d. cap.* 1. 5. *par. num.* 762. & sic isti canonici, iuxta dicta consuetudinem poterunt simul obtinere dignitatem eiusdem Ecclesiæ, & ita practicatur, & obseruatur.

Supradictis etiam † videtur esse conformis sty- 254
lus Curiæ, qui vt dictum est 1. *p. cap.* 5. *à num.* 87. facit ius, nam non solet dari dignitas canonico, seu portionario, vel è contra, nisi cum narratiua, quod dignitas per vnum ex ipsius Ecclesiæ canonicis, seu portionariis, etiam cum illius canonicatu, & præbenda, seu portione, absque dispensatione Apostolica obtineri consueuit. Vnde videtur stylus habere dignitatem cum canonicatu, seu portione in eadem Ecclesia esse incompatibilem de iure, nec posse obtineri absque dispensatione secluſa consuetudine, & insuper isti consuetudini non esse derogatum per Concilium. Et quando in gratia, seu impetratione narratur aliquod obtentum, etiam dissimile sub eodem tecto, solet apponi Decretum de illo dimittendo. tanquam incompatibili, nisi petatur, & detur dispensatio ad retinen.

Sed hic se offert † difficultas, an sicut consuetu- 255
dini tenendi dignitatem cum canonicatu, vel portione in eadem Ecclesia non est derogatum per Cõcilium, ita etiam non sit derogatum consuetudini tenẽdi duo alia beneficia difformia, vt beneficium curatum, vel simplex cum capellania in eadem Ecclesia Et videbatur similiter dicendum, non esse illi derogatum.

Nihilominus † contrarium censuit S. Congrega- 256
tio, vt in illa declaratione Abulen. adducta 5. *par. ca.* 8. *num.* 87. *ad sextum*, & potest esse ratio differentiæ, quod præbenda, & dignitas in eadem Ecclesia habentur loco vnius, Staphil. 4. *forma expecta. num.* 2. & 5. ad illum effectum, & in præbenda, & dignitate, videtur inducta consuetudo, ex ratione particulari, de qua supra, *n.* 248.

Sed vbi Concilium non sit quoad † hoc receptum, 257
videtur posse adhuc seruari dicta consuetudo, iuxta supradicta, *num.* 150. Quæ tamen consuetudo non videtur stare in hoc Episcopatu, aut saltim non est certa, & firma, quamuis in quæsito dictæ declarationis Abulen. supponatur, & aliquando ita prætendatur, nam licet per aliquos habeantur talia beneficia sine dispensatione, tamen per alios habentur cum dispensatione Nuntij, iuxta dicta supra *numero* 231.

& infra *à numero* 374.

258 Sed antequam hinc discedamus, † oportet scire, quando beneficia dicantur sub eodem tecto, seu in eadem Ecclesia, quod idem est, Hojeda *dict. cap.* 20. *num.* 27. an si vnum sit in Ecclesia, & aliud in capella, claustro, aut cœmeterio, vel ambitu eiusdem Ecclesiæ, censeantur esse sub eodem tecto, & in eadem Ecclesia.

259 Et omissa distinctione † Rotæ *decis.* 9. *de præbend.* alias 549. *in antiq.* & Dominici *in d. cap.* 1. *de consuetud. in* 6. *nu.* 10. *ver. vltimo quæro*, ad quem se refert Franc. *ibi, n.* 7. *ad fin.* dicendum est cum Rota *decis.* 6. *de concess. præbend.* alias 197. *in nouis*, quam sequitur Pacianus *de probatio. lib.* 1. *c.* 26. *num.* 31. *& seq.* & posthæc Gonçalez *gloss.* 10. *à numero* 24. quod beneficium situm in capella, claustro, cœmeterio, seu ambitu contiguis Ecclesiæ censetur esse in eadem Ecclesia, pars illius Ecclesiæ sunt, & ideo polluta, seu interdicta Ecclesia, etiam capella, claustrum, & cœmeterium, prædicta polluta, seu interdicta censentur *cap.* 1. *de consecrat. Ecclesiæ in* 6. *& cap. si ciuitas. de sentent. excommunicat. eodem lib.* facit *decis.* 15. *& 16. de iure patronat. in antiq.* & ita videtur communiter intelligi: si vero capella, seu cœmeterium, non essent Ecclesiæ contigua, sed extra septa illius, tunc beneficium ibi situm, non censeretur esse in Ecclesia maiori, seu principali, *argum. dict. cap. si ciuitas in fine*, licet capellanus, seu beneficiatus illius haberet facere aliquod ministerium in Ecclesia maiori, puta, interesse diuinis, vel celebrare in festiuitatibus, vel alia similia: attẽdendus enim est locus, vbi beneficium est situm, erectum, & fundatum, quamuis secus sit ad effectum decreti Concilij Tridentini, sess. 25. *de reform. c.* 5. *de filiis clericorum*, quia in Ecclesia paterna prohibentur, quoquo modo ministrare, vt supra, *cap.* 3. *num.* 69.

§. 3.

De incompatibilitate, seu compatibilitate beneficiorum simplicium.

SVMMARIA.

Superest agendum de incompatibilitate, seu compatibilitate beneficiorum simplicium, n. 260. *Et primo certum est, duo beneficia etiam simplicia non posse simul teneri, si ambo requirunt personalem residentiam incompossibilem*, numer. 261. *Secundo certum est, posse quem licite obtinere duo beneficia simplicia personalem residentiam non requirentia, quando alterum eorum non est sufficiens ad congruam sustentationem*, nu. 262.

Difficultas est, an plura beneficia simplicia residentiam non requirentia sint incõpatibilia, & non possunt retineri, quando alterum eorum est sufficiens, nu. 263. *Et prima sententia Innocentij, & aliorum est, posse teneri, quam seruat consuetudo quam Papa scit, & tolerat, & c. à* numero 264. *Contraria sententia est glossæ, Abbatis, & aliorum, & communem obseruantiam, & consuetudinem contrariam non valere, à* numero 268.

Secundum authorem, loquendo ante Concilium Tridentinum, secunda sententia est verior de iure, ex c. conquerente, de cleri. non resident. num. 272. *Prima tamen sententia Innocentij posset procedere ex consuetudine, modo non esset magna coaceruatio, & nimia pluralitas beneficiorum arbitrio boni viri, etiamsi congruam excederent sustentationem: nam & duo beneficia incompatibilia possunt teneri ex consuetudine: & beneficiorum non curatorum multitudo prohibita diuina lege non est, à* n. 273.

Prædicta sententia Innocentij, & consuetudo sublata est per Concil. Trid. sess. 24. *c.* 17. *cuius verba ponuntur* nu. 279. *quod decretum comprehendit beneficia iuris patronatus non obstãte quadam declaratione S. Congregationis, cui respondetur*, n. 280.

An habenti beneficium sufficiẽs nequeat conferri aliud, nisi prius illo dimisso, & alias collatio sit nulla ex d. decreto, vt videtur ex eius verbis, & facit c. is cui, de præbend. in 6. n. 281. & seq. *Sed contrarium resoluitur, nam verba dicti decreti intelliguntur ad effectum retentionis tantum, ex S. Congregatione, & Rota*, numer. 283.

Dictum c. is cui, *procedit in habente potestatem delegatam prouidendi de beneficio personæ idoneæ, qui non potest prouidere beneficiato sufficiẽter, quia ad istum effectum non dicitur persona idonea de iure*, nu. 284. *Secus vero est in collatore ordinario, & conferente authoritate ordinaria*, nu. 285. *& in patrono*, nu. 286. *Et quamuis in delegatione non apponatur verbum, personæ idoneæ intelligitur, nisi exprimatur, quod alias beneficiato possit prouidere*, n. 287. & seq.

Prouisio legati, qui prouidit authoritate Apostolica, & sicut delegatus habenti aliud est nulla, secundum Rotam, ex d. cap. is cui: *quod tamen non habet locum in habente beneficium insufficiens, & tenue*, num. 289. & seq. *& sic Nuntius Hispaniarum, cui datur facultas beneficia 24. ducatorum personis idoneis prouidendi, non potest prouidere alicui aliud beneficium sufficiens obtinenti & alias prouisio erit nulla*, numer. 291.

Vicarius Episcopi habens specialẽ facultatem conferẽdi, poterit cõferre omnibus, quibus potest Episcopus, & sic etiam habentibus beneficium, etsi dictum sit, quod conferat idoneis, non obstante d. c. is cui, *quod non procedit in delegato ordinary, sed solum in habente potestatem delegatam conferendi authoritate Apostolica*, n. 292.

Improbatur Sbrocius id verum non putans, vbi fieret collatio beneficiatis aliorum beneficiorũ collatorũ, vel alias incompatibilium: nec iura per eum adducta id probant, sed solum quod per assecutionem secundi vacat primum, & c. & solum procedet in terminis cap. ordinarij §. in conferendis de offic. ordinar. *quod non solum videtur procedere in habentibus plures personatus, dignitates, vel beneficia curata, sed etiam alia beneficia incompatibilia, à* numero 295.

An si habenti beneficium sufficiens conferatur aliud non sufficiens, per assecutionem istius vacet ipso iure primum numero 300. *Resoluitur affirmatiue*, numero 301. *Et idem si habenti vnum non sufficiens, conferatur aliud sufficiens de per se, à* numero 302. *Nec tollit Concilium, quin habenti beneficium simplex non sufficiens, liceat conferre aliud non curatum, & c.* nu. 304.

An habenti duo, vel tria beneficia, qua non sufficiunt ad congruam, possit aliud, vel alia beneficia vsque ad cõgruam conferri ad effectum retentionis, n. 305. *Et certũ est, ante Concilium licuisse plura beneficia alias non incompatibilia etiam vltra duo tenere vsque ad congruam*, n. 306.

Sed stante Concilio id non licet, vt contra Nauarrum, &

alios, & Rotam, tenet Sacra Congregatio in declarationibus adductis, à nu.307.

Ex quibus apparet, Episcopum habenti duo simplicia, etiam insufficientia, non posse conferre aliud ad effectum retentionis, & si contulerit tertium, quod sic sufficiens per assecutionem illius duo prioria ipso iure vacare: si vero tertium non sit sufficiens vacabit vnum ex prioribus, quod maluerit dimittere, & sic tunc habet locum optio, sicut quando duo curata simul conferuntur, &c. numero. 311. & seq. & numero 313. ponitur decretum Concily prouincialis Mediolanensis V.

Dictum decretum Concily non habet locum in pensionibus, ex Sacra congregatione, licet enim pensiones hodiernæ succedant loco beneficij, tamen non sunt tituli beneficiales. nume. 314. vnde pensio non facit incompatibilitatem sub eodem tecto, nu. 15. Sed contrarium tenet Rebuf. & habere videtur stylus curiæ, nu. 316. & seq.

Ponitur quædam declaratio Sacræ Congregationis, quæ est notanda in proposito, n. 318.

Si quis habeat duo beneficia, quorum quodlibet de per se non est sufficiens, & postea aliquod eorum contingit fieri sufficiens, an possit adhuc illa simul retinere, stante dicto decreto Concily, resoluitur non posse, sed debere vnum ex eis dimittere, numero 319.

Quod dicatur beneficium sufficiens remissiue num. 203. & ad istum effectum computandæ sunt distributiones quotidianæ certæ in beneficiis requirentibus residentiam, & de grossa canonicatuum certum videtur licet residendo lucrifiat, & ideo etiam non computetur in fructibus ad effectum regulæ de valore, numer. 321. & seq.

Licet dicta recte procedant, stante & attento decreto Concily, illud non videtur vsu receptum, saltim in Hispania, nam post illud, sicut antea, ordinarij conferunt plura beneficia, etiam vltra duo vni, etiam quod vnum sit sufficiens, & omnia simul retinens, dummodo alias non sint incompatibilia, num. 323. & etiam in curia idem fit: nam summi Pontifices narrati plura obtenta, solent alia concedere, nec apponitur decretum de dimittendo obtenta, nisi sint incompatibilia, numero 324. Nec potest dici, Papam super illis tacite dispensare contra Ledesmam à numero 326.

Et id solum posset procedere, vbi Papa illa simul conferret, n. 327. Vbi ponitur declaratio sacræ congregationis. Nec etiam dici potest id in Papa procedere ex faculteate sibi tradita ab ipso Concilio per decretum vltimum sess. 25. de reform. quia id intraret, si Concilium prohiberet collationem: sed non prohibet nisi retentionem, n. 328.

Et non solum retinentur plura ex prouisione manu sanctissimi signata, sed etiam ex prouisione signata per concessum manu Cardinalis, vel alterius, qui non possunt dici dispensare contra concilium, numero 329. Et refertur quod circa hoc ait Zechus num. 330. Et quod successit Romæ de impetrationibus, quæ fieri prætendebantur iuxta decretum concily, & declarationes S. congreg. nu. 331. Vnde videtur probabile, opinionem Innoc. de qua supra, quam consuetudo antiquissima approbauit, etiam hodie posse procedere, &c. num. 332.

An illegitimus, seu irregularis dispensatus, vt quæcunque, & qualiacunque beneficia recipere & retinere valeat, dummodo plura simul non sint, quam quæ à concilio Trid. permittuntur seu dummodo plura non sint, quod idem est, iuxta stylum vigore talis dispensationis possit retinere plura beneficia alias non incompatibilia, etiamsi vnum sit sufficiens, stante quod concilium in eo non liget, vt pote non receptum, &c. à n. 333 & resoluitur affirmatiue.

SVpereſt agendum de † incompatibilitate ſeu compatibilitate beneficiorum ſimplicium. 160 161

In quo primo certum eſt, † duo beneficia etiam ſimplicia, non poſſe ſimul teneri, ſi ambo requirunt perſonalem reſidentiam imcompaſſibilem, vt apparet ex ſupradictis, Abbas *in repetit. dict. capit. extirpanda, §. qui vero, de præbend. numero 30.* Corraſ. *1. par. cap. 5. nume. 2.* Greg. Lop. ſupra *l. 3. tit. 16. p. 1.* & Hoieda *cap. 17. n. 30.* & conſtat ex decreto Concilij *d. cap. 17. ſeſſ. 24. de refor.* ibi: *Dummodo vtrumque personalem residentiam non requirat*, ex quo id notat Zerola *1. par. verb. beneficium, §. 7. & 2. part. verb. incompatibilitas, §. 2.*

Secundo certum eſt, poſſe † quem licite obtinere duo beneficia ſimplicia, reſidentiam non requirentia, ſeu vnum reſidentiam requirens cum alio eâ non requirente, quando alterum eorum non eſt ſufficiens ad congruam ſuſtentationem. Nauarr. *in Man. capit. 25 numero 127.* Greg. Lop. *ſupra*, Hoieda *2. par. capit. 1. & 2.* & Man. Rodriguez *in ſumma 1. tom. cap. 31. nu. 2.* & conſtat ex dicto decreto concilij *cap. 17.* 162

Difficultas eſt, an plura beneficia ſimplicia reſidentiam non requirentia, ſint incompatibilia, & non poſſint retineri, quando alterum eorum eſt ſufficiens ad congruam ſuſtentationem. 163

In qua † difficultate Innocentius *in cap. ſi. de cleric. non reſid. num. 1. & in cap. cum iam dudum, num. 2 & 4. de præben.* indiſtincte licet tenere plura beneficia non requirentia reſidentiam pura mente, non propter auaritiam, vel ambitionem, ſequitur gloſ. *in cap. gratiam, de rescript. in 6.* Lapus *allegat. 36.* ſeu *35. numere primo.* vbi Mandoſ. *additione 1. & 2.* Cardinalis *in dict. capit. cum iam dudum, & in clem. gratia, de rescript. numero 12.* Rebuf. *in praxi, tit. de diſpenſatione ratione ætatis, verb. in cathedralibus, verſ. quod eſt verum, & in repetit. d. cap. extirpanda, §. qui vero*, circa materiam pluralitatis beneficiorum, vbi ait communem, & ab ea non eſſe recedendum in conſulendo & iudicando, licet non procedat de rigore iuris, Ferret. *conſil. 255. numero 3.* & ante Concilium Trident. Nauar. *in Man. cap. 25. nu. 129. & de Horat. miscel. 60. nu. 12. & 13. & de reditibus Eccleſiaſticis, q. 1. mon. 76. nu. 2. & in tract. de incompatibil. benef. nu. 25. & conſ. 11. nu. 1. & conſ. 19. nu. 1. de præben.* & vt † inquit Gloſ. & Card. *ibi*, opinionem Innocentij ſeruat conſuetudo, quam Papa ſcit & tolerat, & aliter dicendo totus modus damnatur: & ita etiam communiter ſeruari teſtatur Capra *reg. 90. num. 96.* & Rebuf. *ſupra* ait, quod iſta opinio de conſuetudine inualuit, & cum Spec. *tit. de diſpenſatione §. dicendum, n. 6.* inquit, quod cum iſtam conſuetudinem Papa ſciat & toleret, videtur excuſare, quod etiam ait Ferretus *ſupra.* 164 165

Eandem ſententiam † videtur tenere Soto *de inſtit. & iure lib. 3. quæſt. 6. ar. 3. conc. 4.* vbi ait, in beneficiis ſimplicibus reſidentiam non exigentibus nullam eſſe neceſſariam diſpenſationem, vt plura eadem perſona obtineat, & quod non ſolum iam receptus vſus, verum & ratio id docet, & eum ſequuntur Dd. *tract. de benef. ſimplic.* Aragon *2. 2. quæſt. 63. art. 2. concluſ. 3.* 166

clus. & Valentia 3. *tom. super* 2.2. *disp.* 5. *qua.* 7. *punct.* 2. *vers. quarto quæritur*, dicens, plura beneficia simplicia eatenus posse quem licite habere, quatenus id fuerit vsu, & probata consuetudine receptũ, & P. Ledesma *in summa* 2. *part. tract.* 7. *cap.* 1. 11. *concl.* & nouissime D. Card. Tusch. *concl.* 61. *lit. B.*

267 Id tamen intelligunt, dummodo † non fiat magna beneficiorum coaceruatio, quæ non potest carere culpa, & quandoque mortali, ac grauissimo scãdalo.

268 Contrarium tamen sententiam † tenet glos. *in c. dudum* 2. *de elect. verb. intitulatam, & verb. retinere*, quam ibi sequitur Abbas *nu.* 36. *& in d. cap. cum iam dudum. num.* 8. *& in repet. d. §. qui vero, numero.* 34. *de præbend. & in capit. conquerente numero secundo de clericis non residen.* Bertach. *in rep. vers. beneficia plura*, Gregor. Lop. *supra*, Bernard. Diaz *in practic. crim. cau. capit.* 47. seu 48 *numero* 5. vbi Salzedo *litera C.* Hoieda 1. *par. cap.* 19 *num.* 1. Flamin. Paris. *de resignatione benef. lib* 3 *quæst.* 1. *n.* 138. *& lib.* 5 *quæst.* 6. *à n. num.* 115. Zerola 2. *part. verb. incompatibilia. §.* 2. Dionys. Carthusian. *in tract. de pluralit. beneficior.* Sylueſter *in summa. verb. beneficium* 4. *n.* 2. Armil. *eodem verb. num.* 42. Salon 2 2. *quæst.* 63. *artic.* 2. *concluſ.* 3. Ludouic. Lopez *instructor. conscientiæ* 1. *tomo cap.* 251. Manuel. Rodriguez *in summa* 1. *tomo cap.* 31. *nu.* 2. *& 3.* Vega 1. *par. c.* 36. *casu* 25. 26. *& 27.* Zech. *de benefic. & pens. cap.* 5. *numero.* 4. *vers. circa tertium*, & P. Ledesma *in sum. dict. tract.* 7. *cap.* 1. 12. *concluſ.* 5. *diffic.* & Açor 1. *par. lib.* 5. *cap.* 19. *vers. consuetudo*, qua quis in eadem Ecclesia, & 2 *par. lib.* 3 *cap.* 7. *quæst.* 4. *cap.* 8. *qu.* 6. *cap* 9. *quæst.* 3. *& 6. cap.* 20. *q.* 4. *cap.* 11. *quæst.* 23. *& capit.* 50. *quæst.* 6. *& lib.* 6. *capit.* 3. *quæst.* 4. & est communis secundum Hoiedam, & Flami. Paris. *ibi*, & secundum Nauar. *dict. capit.* 25. *numero* 125. *& aliis locis citatis, & miscel.* 62. *numero primo & consil.* 13. *nu.* 1. *de præbend.*

269 Quæ sententia de iure antiquo † videtur probari ex *d. cap. conquerente, de cleric. non resident.* & hodie probatur per S. Concilium Tridentin. *d. cap.* 17. *sess.* 24. *de reformat.*

270 Et communis † obseruantia & consuetudo contraria non valet, nec excusat retinentem plura beneficia, quorum vnum est sufficiens, à mortali secundum Abb. *in d. repet. §. qui vero num.* 36 Bertach. *in dict. rep. versic. beneficiorum sufficientia*, Gregor. Lopez *supra*, Hoiedam *dict. capit.* 19. *numero.* 8. & Flamin. Paris. *dict. q.* 6 *nu.* 119. & Dd. communiter secundum eum, Açor *d. lib.* 5 *cap.* 19. *& 2. par. lib.* 6. *cap.* 11. *q.* 5. *& 6.*

271 In quo † tamen Florianus *in d. cap. cum iam dudum*, quem refert & sequitur Capra *d. reg.* 90. *n.* 190. contrarium tenet.

272 In hac re mihi videtur, † quod loquendo ante Concilium Tridentinum, secunda sententia glos. *in d. cap. dudum*, & sequacium, sit verior de iure, ex *d. cap. conquerentæ*. Prima tamen sententia † Innocentij posset proc dere ex consuetudine, vt tenent
273 Florian. & Capra *vbi proxime*, & Rebuf. *in praxi, tit. de dispen. ad plura, num.* 29. *& in d. rep. §. qui vero supra, circa* 4. *art.* Abbat. & Ferret. *vbi supra*, modo non esset magna e coaceruatio, & nimia pluralitas beneficiorum, etiamsi congruam excederent sustentationem: nam consuetudo ista non videtur omnino sine ratione, sed tolerabilis, ex traditis per Sot. & Arag. ẽ. & Cord. *lib. qu. q.* 20. *propos.* 3. *cum limit. dicta, ex c. quia in tantum. de præbend.* & quæ tradit Hoied.
274 *d.* 1. *p. cap.* 21. † nam & duo beneficia incompatibilia possunt teneri ex consuetudine, Feder. *consil.* 206. & fuit dictum in causa Tirason. iuris præsentandi 20 Martij 1588. coram D. Bubalo. Et † beneficiorum 275
animarum curam non habentium multitudo prohibita diuina lege non est, Quintanad. *Ecclesiast. lib.* 4. 4. *num.* 59. *& 119.*

Et hoc idem † videtur tenere Abbas *in d. c. dudum, num.* 36. dicens valere consuetudinem, quando 276
disponit solum circa potentiam retinendi plura beneficia simplicia, secus si disponeret, vt pro libito voluntatis posset beneficiatus de fructibus illorum disponere, & sic intelligit glo. *ibi*, sequuntur Cosm. *in pragm. sanct. ti. de collat. §.* 1. *verb. pluralitate*, & Selua 3 *par. quæst.* 39. *nu.* 2. qui ait, quod iura, quæ videntur innuere valere in hoc consuetudinem, debent intelligi secundum Dd. quando consuetudo disponit solum circa potentiam retinendi plura simplicia sine nimia multitudine, &c. & Sylu. *d. verb. beneficium.* 4. *nu.* 4. & accedit. Ioan. Quintinus *in cap. de multa, à num.* 145. *& 197.*

Et quando sit magna † coaceruatio, & nimia plu- 277
ralitas beneficiorum, relinquendum esset arbitrio boni viri, qui consideratis numero & valore beneficiorum, ac qualitate, dignitate, & idoneitate, seu sufficientia personarum, & aliis circumstantiis, id arbitrabitur, ex traditis per Hoied. *d. c.* 21. *à n.* 14. & Fla. Paris. *d. li.* 3. *q.* 1. *à n.* 142.

Stanteque magna coaceruatione, † & nimia plu- 278
ralitate beneficiorum, non videbantur posse à peccato mortali excusari, nec acceptantem, nec retinentem, nec etiam conferentem, propter deformitatem, deordinationem, & scandalum, quæ inde in Ecclesia sequuntur, & ex *supradictis, & allegatis.*

At prædicta † sententia Innocentij, & consuetu- 279
do, sublata est per S. Concilium Tridentinum *d. cap.* 17. *sess.* 24. *de reform.* cuius verba sunt; *cum Ecclesiasticus ordo peruertatur, &c.*

Quod decretum comprehendit † etiam benefi- 280
cia iurispatronatus, nam eadem est ratio in omnib. non obstante quadam declaratione Sacræ Congregationis super eo, quæ sic ait: *Hoc decretum non comprehendit beneficia iuris patronatus*: nam vel est mendosa, vel est intelligenda de beneficiis iuris patronatus, quæ ex fundatione possunt cum aliis simul retineri.

Et circa istud decretum † dubitatur primo, an 281
habenti beneficium sufficiens nequeat conferri aliud, nisi prius illo dimisso, & alias collatio sit nulla.

Quod † ita videtur ex eius verbis, ibi: *Nunquam tan-* 282
tum beneficium Ecclesiasticum singulis conferatur, & facit tex. *in capit. is cui.* 19. *de præbend. in* 6. & videtur sentire D. Ioan. Gutierrez *cons.* 1. *numero* 42. *& 43. & consil.* 2. *numero duodecimo & cons.* 10. *numer. pertio.*

Sed contrarium est dicendum, † nempe, quod 283
habenti beneficium sufficiens recte potest conferri aliud illo prius non dimisso: quamuis per assecutionem secundi vacabit primum ipso iure, ex *d. cap.* 17. iuncto *cap.* 4. *sess.* 7. *de reform.* iuxta supra dicta *à n.* 83. quidquid dicat Gonçalez *d. glos.* 15. *num.* 26. qui certe non loquitur consequenter. nam illa verba citata *d. cap.* 17. intelliguntur ad effectum retentionis tãtum, vt Sacra Congregatio Concilij declarauit super illis verbis, *Singulis conferatur*, in hunc modum, *Id intelligitur cum effectu, vt vnum possit retinere, quia ordinarius potest instituere præsentatum, vel conferre aliud beneficium incompatibile, vel ratione residentiæ, vel ratione sufficientiæ, dummodo habita possessione*

pacifica secundi beneficij dimittatur primum.

Alia etiam declaratio eiusdem Sacræ Congregationis sic ait: *Habenti beneficium sufficiens potest conferri aliud, sed habita possessione secundi beneficij sufficientis vacat primum sufficiens.* Et idem constat ex declarationibus tertia & quarta supra adductis *numero* 84. & tenuit Rota in causa Calagurritana de Subiçana coram Dom. Brauo, & in alia de Triuinno coram D. Orano, de quibus *supra numero* 81. & in Assisien. beneficij 9. Martij 1587. coram Domino Orano supra relata 5. *par. cap.* 3. *numero* 42. & in Cæsaraugustana capellaniæ 16. Martij 1587. coram D. Seraphino supra adducta 7. *part. cap.* 15. *numero* 5. & in aliis causis.

284 Non obstat † tex. *in d. c. is cui*, quia procedit in habente potestatem delegatam prouidendi de beneficio personæ idoneæ, qui non potest prouidere de beneficiato sufficienter, qui ad istum effectum non dicitur persona idonea de iure, ex *c. super inordinata de præbend.*

285 Secus vero est † in collatore ordinario, & conferente authoritate ordinaria, nam is recte potest prouidere, etiam alias beneficiato competenter, vt notant Lap, Dominic. & Franc. *numero* 1. *in d. cap. is cui*, Paul. Paris. *cons.* 40. *n.* 10. 4. *p.* & Caputaquen. *decis.* 411. *par.* 2. *num.* 5. & colligitur ex *Clem.* 2. *de offic. ordin.*

286 Et similiter † patronus, tam clericus, quam laicus poterit præsentare aliud beneficium habentes, quicquid dicat Pauinus *de offic. & potestate capit. sede vacant quinta quæst. secunda parte, numer. tertio* ibi: *Prætermissa intellige, dummodo præsentẽtur idonei, id est, aliud beneficium non habentes*, cap. is cui, de præbend. lib. 6.

287 Et quamuis in † delegatione & commissione non apponatur verbum, *Personæ idoneæ*, intelligitur tamen, vt docet gloss. *in dict. cap. is cui. verb. idoneæ*, & Probus ad Monach. *ibidem numer.* 5. Paris. *d. cons.* 40. *numero* 14. & Pauinus *vbi proxime*, & sentit Caputaquen. *dict. decis.* 411. *numero* 4. ibi. *Præsertim*, quæ dictio implicat casum magis dubitabilem, vt est vulgatum.

288 Quamuis † Francus *dict. numero* 1. ibi, *Secus tamen est, si authoritate delegata ad personam idoneam restricta*, videatur velle contrarium: sed explicari potest quod id dicat ad excludendum casum, quando exprimitur in commissione, quod alias beneficiato possit prouidere. Et ita Villad. *de legato quæstion.* 9. *numero* 34. ait, quod quando legatus confert beneficia in vim specialis commissionis, debet tenere formam circa personam cui prouidet, de qua in *d. c. is cui.*

289 Et quod ideo † ipsi obtinent à Papa apponi in simili facultate, quod possit conferre beneficia idoneis personis quotcunque, & quæcunque, & qualiacunque beneficia obtinentibus, vt iam ipse vidit, & cum hoc se eximunt ab obseruatione illius *cap.* & per textum *in d. cap. is cui*, Rota in vna Maioricen. beneficij 1552. resoluit, quod prouisio legati, qui prouidet authoritate Apostolica, & sic vt delegatus, de duobus sub eodem tecto, cum dispensatione ad illa obtinenda, illi, qui iam in eadem Ecclesia aliud obtinebat, est nulla, vt habetur apud Guidobonum *dec.* 83. *in manuscriptis*, & latius apud Caputaquen. *d. decis.* 411.

Et in eadem † fuit dictum *dict. cap. is cui*, non ha-
290 bere locum in eo, qui habet beneficium insufficiens & tenue, Caputaquen. *decis.* 62. *p.* 1. Franc. *ibi numero* 3. & Paris. *supra numero* 17.

Ex quibus infertur, † quod Nuntius Hispaniarum, 291
cui inter alia datur facultas beneficia 24. ducatorum personis idoneis prouidendi, vt in clausula supra posita 5. *par. c.* 3. *num.* 84. non potest prouidere de aliquo beneficio alicui aliud beneficium sufficiens obtinenti, & alias prouisio erit nulla, ex *d. cap. is cui*, Cuchus *in institutionib. maiorib. lib.* 2. *tit.* 5. *n.* 155. quamuis Nuntij de hoc curare non soleant. Faciunt dicta supra 1. *par. c.* 5. *n.* 289.

At vicarius Episcopi † habens specialem facultatem conferendi, poterit conferre omnibus, quibus potest Episcopus. & sic etiam habentibus beneficiũ, Paris. *supra n.* 11. Rebuff. *in praxi in forma vicariatus n.* 84. 292

Et si in vicariatu † seu facultate dictum sit, quod 293
conferat idoneis, non ex hoc prohibetur vicarius cõferre beneficiatis, sed intelligitur de idoneis morib. scientia, & ætate, &c Paris. *d. cons.* 40. *à n.* 10. Rebuffus *supra n.* 87. & Iacob. Sbrocius *de vicario Episcopi lib.* 2. *q.* 100. *&* 101. *n.* 1.

Nec obstat † textus *in d. c. is cui*, nam etiamsi vi- 294
carius habens specialem facultatem conferendi conferat vt delegatus, vt quãdo datur talis facultas separatim ab ipso vicariatu, iuxta supra dicta 5. *par. c.* 8. *à num.* 40. Tamen sicut ordinarius non prohibetur conferre alias beneficiato, vt dictum est, ita nec delegatus ordinarij, vt est gloss. *verb. habentibus*, iuncto text. *in d. Clem.* 2. *de offic. ordin.* & docet Parisius *supra numero* 10 & *d. cap. is cui*, loquitur tantum in delegato à Papa, vt tenent Lap. & Dominic. *ibi*, & Parisius *d. consil.* 40. *numero* 14. Itaque solum procedit in habente potestatem delegatam conferendi authoritate Apostolica.

Quod tamen † verum non putat Sbroc. *ibi d. q.* 101. 295
n. 2. vbi fieret collatio beneficiatis aliorum beneficiorum curatorum, vel alias incompatibilium, per tex. *in d. c. de multa, de præb.* & Concil. Trid. *sess.* 7. *de refor. c.* 4. *& seq.*

Sed ista iura † non probant, quod non possit fieri 296
collatio beneficiatis aliorum beneficiorum curatorum, vel alias incompatibilium, † sed solum quod 297
per assecutionem secundi vacat primum, & collatio ab ordinario facta de parochiali habenti aliam non est inualida, sed tenetur is, adepta possessione secundæ, primam dimittere, vt patet ex notatis *in cap. ordinarij, de offic. ordinarij, in* 6. *& in Clem. si plures, de præb.* & docent Rochus *de iure patron. verb. honorificũ n.* 18. Lamber. 1. *par.* 2. *lib. q.* 7. *art.* 15. Hier. Gabr. *consil.* 193. *n.* 7. *lib.* 1.

Vnde quod ait Sbrocius, † solum procedet in ter- 298
minis *d. c. ordinarij, §. in conferendis.*

Quod non solum † videtur procedere in habenti- 299
bus plures personatus, dignitates, vel beneficia curata in quibus loquitur, sed etiam in habente sub eodẽ tecto plura beneficia incompatibilia, vt duas præbendas, vt non possit ei conferri alia in eadem Ecclesia, & hodie stante Concilio, in habente plura beneficia incompatibilia ratione sufficientiæ aut numeri, aut ratione residentiæ, vt non possit ei conferri aliud simile, cum militet eadem ratio.

Secundo circa dictum † decretum Concilij *c.* 17. 300
dubitatur, an si habenti beneficium sufficiens conferatur aliud non sufficiẽs, per assecutionem istius vacet ipso iure primum.

Et quidem videtur † vacare, nam cum ex dicto 301
decreto habenti beneficium sufficiens non possit aliud

aliud conferri ad effectum retentionis, apparet secundum, etiam non sufficiens, esse incompatibile cum primo sufficienti, & consequenter primum vacabit ipso iure per assecutionem secundi, *ex d.cap.4. & declarationibus supra adductis*, & sibi imputet, qui accipit secundum beneficium minus sufficiens, & hoc potest colligi ex *declarationibus 3. & 4.* adductis *num.84.* quæ indistincte dicunt, per assecutionem secundi vacare primum sufficiens: & ex alia declaratione eiusdem S. Congregat. quæ sic ait: *Episcopus habenti congruam non potest aliud beneficium dare, & si dederit, vacat primum illud, quod habebat, dummodo beneficium titulare sit, quamuis difforme à secundo recepto: & si vtrumque retinere tentauerit, accepta pacifica possessione secundi, vacabit vtrumque*, licet contrarium videatur colligi ex 2. *declaratione* adducta *num.283.* sed in illa non negatur, nec agitur de secundo non sufficienti.

302 Econuerso vero, si habenti † vnum beneficium non sufficiens conferatur aliud sufficiens de per se, nō videbatur vacare primum, sed posse retinere vtrumque, dummodo alias non sint incompatibilia ratione residentiæ, vel alia ratione: nam Concilium ibi permittit, vt habenti beneficium minus sufficiens liceat aliud sufficiens conferre.

Nihilominus † tamen idem erit dicendum, nempe vacare primū, nam intentum Concilij est, ne quis habeat duo beneficia, quorum alterum est sufficiens de per se, siue illud sit primo collatum, siue secundo: & ita colligitur ex declaratione sacræ Congregationis supra adducta *num.377.* & idem est de mente Doctorum: & illa verba Concilij *Aliud sufficiens*, intelliguntur de sufficienti simul cum primo: quamuis super hoc fuerit magna controuersia in S. Congregatione Concilij, & diuersæ sententiæ illustrissimorum Cardinalium.

304 Et quamuis † Concilium dicat, *Aliud simplex sufficiens*, non tollit quin habenti beneficium simplex insufficiens, quod residentiam non requirat liceat conferre aliud curatum, &c. solum enim est vis in eo, quod vtrumque personalem residentiam non requirat, vt recte considerat Hojeda *2.par.cap.2.nu.1. ad finem.*

305 Tertio circa d decretum † dubitatur, vtrum habenti duo, vel alia tria beneficia, quæ non sufficiunt ad congruam sustentationem, possit aliud, vel alia beneficia vsque ad congruam sustentationem conferri, vel vtrum habenti vnum beneficium insufficiens, possint alia duo, plurave vsque ad competentem sustentationem conferri, etiam ad effectum retentionis.

306 In quo in primis † certum est, ante Concilium Tridentinum licuisse plura beneficia, alias non incompatibilia, etiam vltra duo, tenere vsque ad congruam sustentationem, Abb. *in d.c.cum iam dudum, n.8. & in d.repetit.§.qui vero, nu.34.* Francus *in d.c.is cui, n.3.* Greg. Lopez *supra*, Hojeda *2.p.c.1. & 2.* Nau. *cons.10. & 19.n.2. de præben.* & Flam. Paris. *d. lib 3. q.1. num.141.* saltim vbi non esset magna, & nimia multitudo beneficiorum, iuxta tradita per Hojedam *dict. cap.21.*

307 Difficultas est, an † stante Concilio *d.cap.17.* id liceat: videtur enim non licere, vltra duo beneficia vni conferre, ex illis verbis: *Quod quidem, si ad vtam eius, cui confertur, honeste sustentan. non sufficiat, liceat nihilominus aliud simplex sufficiens, &c.* cum solum dicat, *Aliud*, in singulari, tenet Marc. Ant. Genuen. *cap. 63.* seu *64.num.3.* dicens ita obseruari in vrbe, & sentit Gonçalez *glos.15.num.39.*

Nihilominus etiam stante † Concilio id licere, te- 308
net Nauarr. *d.cons.10. & in Man. cap.25.num. 129. & miscel. 60. de orat. num.13.* late Hojeda *d.2.p.cap.1. à num.24.* qui *à num.32.* id probat pluribus rationibus, & fundamentis, & *num.36.* dicit hanc opinionem receptam esse, & approbatam stylo curiæ: nam post Concilium Tridentinum Romani Pontifices sæpe concesserunt vni plura beneficia simplicia residentiam non requirentia, ad quam se refert Zenedo *collectan.150. ad Decretales num.2.* & sequitur Flamin. Paris. *d.num.141.* Azeued. *cons.20.num.1.* & Perez de Lara *de annuers. & capel. lib. 2. cap.7.num.12.* & sentiunt Quintanaduennas *d.lib.4.num.119.* Zerola *1.p. verb. beneficium §.7.2. & 6. conclus. & sub 8. conclusion. principali, & 2.part. verb. conformitas*, Salon *d.q.63. ar. 2. conclus.3. controuersia 5. & 3.* & Zechus *de republica Ecclesiast. cap. de beneficiatis, vers. ad dignoscendum vero*, † & tenuit Rota in vna Theanen. S. Eustachij 20. 309
April. 1587. coram Dom. Gipsio, in qua agebatur de prouisione ordinaria facta vni de rectoria, ac aliis sine cura beneficiis: & fuit dictum, non obstare Concilium Tridentinum *d.cap.17.* quia Concilium non loquitur de pluribus beneficiis simplicibus ad vitæ sustentationem non sufficientibus: & sequitur saltim ex consuetudine Açora *2.2. part. lib.6. cap.11. quæst.8.*

At S. Congregatio † Concilij primam partem 310
approbauit, vt apparet ex declarationibus sequentibus. Prima Episcopo Segouien. *Episcopus habenti vnum simplex beneficium, quod non sufficiat ad eius sustentationem, potest aliud simile conferre absque dispensatione Apostolica: sed non potest plura simplicia vsque ad sufficientem eius sustentationem conferre citra dispensationem Apostolicam.* Refert Zechus *d.cap. de beneficiatis, ad finem.* Secunda, *Episcopus potest conferre secundum beneficium, si primum non sufficit ad sustentationem: sed si duo non sufficerent, non posset conferre tertium absque dispensatione Apostolica.* Tertia. *Vltra duo beneficia simplicia Episcopus vni conferre nō potest.* Quarta *Nuntio Hispaniarum, Plura beneficia non possunt obtineri, licet sint simplicia, sine dispensatione Papæ.* *Quam refert Salzedo* in praxi cap 47. litera C. *Mandos. Rodrig.* in sum. 1. tom. cap. 31. num. 2. *& Zerola d. §.7.6. conclus. eam intelligens, quando vnum esset sufficiens.* Quinta *pro Episcopo Zamoren. Illustrissimi, & Reuerendissimi Domini, supplicatur Illustriss. & Reuerendiss. Dd. vestris pro declaratione infra scripti dubij, vtrum Episcopus possit obtinenti duo præstimonia, vel beneficia simplicia personalem residentiam non requirentia, quæ ad congruam sustentationem non sufficiant, conferre ei authoritate ordinaria aliud, siue alia præstimonia, vel beneficia simplicia, vel curatum, aut dignitatem, quæ vna cum obtentis ad congruam sustentationem sufficiant, & quatenus non possit, an vacent priora obtenta, vel vltimū, quod confertur, stāte decreto Cōcilij Tridentini sess. 24. cap. 17. cum Ecclesiasticus ordo, Reuerendiss. Dom. Episcopo Zamoren. Reuerendiss. D. vti frater, mittimus, ad amplitudinem tuam libellum, in quo duæ continentur dubitationes, quæ Sacræ Congregationi Cardinalium Concilij Tridentini interpretum eius nomine propositæ fuerunt, ad quarum primam de conferendo tertio beneficio Ecclesiastico, ei qui duo obtinet, Congregatio censuit, Episcopum non posse. Ad secundam, si contulerat adepta pacifica possessione terti, vnum ex prioribus vacare, quod superest Deum rogamus, vt illam incolumem tueatur, gratiaque sua donis*

ſanctiorem faciat, Romæ die 5 Octob. 1587. Sexta, Placent. Illuſtriſ. & Reuerend. Domine, quidam Lupus Ochoa de Mançanas, canonicus Calagurritanus, dictum canonicatum obtinens, fuit prouisus per Epiſcopum Placentinum eius patruum de vno in Deleitosa, & altero capellania del Hoyo nuncupato perpetuis ſimplicibus beneficiis Eccleſiaſticis, quorum duorum vltimorum beneficiorum inſimul fructus 240. ducatos auri de camera ascendunt: & quoniam de dictis beneficiis ſimplicibus fuit authoritate Apoſtolica prouisus Ioannes de Monte mayor clericus Pacent. illuſtriſs. Card. de Terra noua familiaris, vtpote Sedi Apoſtolicæ reſeruatis cum penſione 80. ducatorum, ſupplicatur Illuſtriſ. & Reuerendiſ. Dd. veſtris declarari, an prouiſio dictorum beneficiorum per Epiſcopum d. Lupo facta fuerit contra formã Concil. Trident. ſeſſ. 24. cap. 17. Congreg. concily ſæpius reſpondit, Epiſcopum habenti vnum ſimplex beneficium, quod non ſufficiat ad eius ſuſtentationem, poſſe aliud ſimile conferre, ſed non poſſe plura ſimplicia vsque ad ſufficientem ſuſtentationem eidem conferre citra diſpenſationem Apoſtolicam. Hier. Card. Matthæus. Septima pro Archiep. Hiſpal. Illuſtriſ. & Reuerend. Domini, cum in S. concil. Triden. ſeſſ. 24 cap. 17 decisum ſit Epiſcopum non poſſe habenti beneficium ſufficiens aliud dare, ideo ſequuntur ſequentes dubitationes. Primo, an ſi ordinarius conferat tertium beneficium habenti iam duo beneficia ſimplicia, & dicta duo non ſufficiant ad ſuſtentationem, talis prouiſio tertij beneficij ſit valida, vel potius nulla, vel per aſſecutionem tertij vacet omnia dicta priora, iam alias obtenta, aut quodnam ipſorum. Secundo, an in casu, quo ex decreto Concil. Trident. ſeſſ. 24. cap. 17. per aſſecutionem ſecundi beneficij vacet primum, & nihilominus illud habens continuat poſſeſſionem amborum, recipiendo ex eis fructus, poſſit à ſede Apoſtolica fieri impetratio, tam de primo, quam de ſecundo beneficio. Tertio, an decretum Concil. Tridentin. ſeſſ. 24 cap. 17. habeat locum, quando beneficium primo obtentum eſt ſufficiens, iuxta ſuum verum valorem, & honeſtam poſſidentis ſuſtentationem, quamuis tempore, quo ſecundum beneficium confertur, non ſufficiat propter onus penſionis ſuper tali beneficio impoſitum. Quarto, an quod dicitur in beneficiis, habeat locum in penſionibus, ſcilicet quod ordinarius non poſſit conferre beneficium habenti iam in penſionibus Eccleſiaſticis ſufficientem ſuſtentationem. Ad primum S. Congreg. Concil. censuit, collationem tertij beneficij eſſe validam: ſed ſi tertium ſit ſufficiens, vacare illa duo priora beneficia: ſin minus tenere prouisum dimittere alterum ex illis. Ad ſecundum, vtrumque beneficium vacare. An autem collatio ſpectet ad Sedem Apoſtolicam, Congreg. id remiſit ad S. D. N. Ad tertium valere, dummodo prouisus poſt collationẽ ſibi factam non conſenſerit penſioni. Ad quartum, minime habere locum in penſionibus.

311 Ex quibus declarationibus † apparet, Epiſcopum habenti duo beneficia ſimplicia etiam non ſufficientia, non poſſe conferre aliud ad effectum retentionis, iuxta ſupradicta: quamuis Caualc. 3. p. *deciſ. 33. num. 6.* dicat, quod qui habet duo inſufficientia, non poteſt habere aliud ſine diſpenſatione Epiſcopi, & ſi contulerit tertium, quod ſit ſufficiens, per aſſecutionem illius illa duo priora ipſo iure vacare, ex *dict. cap. 17.* iuncto *d. cap. 4. ſeſſ. 7. de reform.* ſi vero tertium non ſit ſufficiens, vacabit vnum ex prioribus, quod maluerit dimittere.

311 Et † ſic in hoc caſu, cum non ſit maior ratio de vno quam de alio, habebit locum optio, ſicut quando duo curata ſimul conferuntur vni, Abb. *in d. cap. de multa, de præbend. n. 11.* Bernar. Diaz *in pract. cap. 48. n. 7.* & Hojeda 1. *par. cap. 13. n. 56. cum aliis*: & idem quando ordinarius vni ſimul conferret duo beneficia ſufficientia, ſeu plura beneficia.

Iuxta quod † in Concil. prou. Mediol. 5. *par. 3. tit. quæ ad beneficiorum collationem attinent, verſ. quod ſynodi* ita ſtatuitur, *quod ſynodi Trid. authoritate 4. Concil. prou. noſtro permiſſum eſt ſimplex beneficium habenti alterum, etiam eiuſdem generis, quod perſonalis reſidentiæ munus non requirat, ob honeſtam illius ſuſtentationem conferri, id ita locum habeat, vt ne tamen eo prætextu, causaue vitæ honeſte ſuſtentandæ, plura quam duo beneficia ſimplicia vni, eidemque conferri liceat ſine conſenſu, permiſſuve Sedis Apoſtolicæ.* 313

Apparet etiam † ex dicta declaratione Hiſpalenſi ad 4. dictum decretum Concilij *cap. 17.* non habere locum in penſionibus: & ratio quæ potuit mouere ſacram Congregationem, eſt, quod licet penſiones hodiernæ ſuccedant loco beneficij, &c. vt dictum eſt 1. *par. cap. 5.* tamen non ſunt tituli beneficiales, vt ibi dictum eſt, & Concilium videtur habuiſſe reſpectum ad pluralitatem titulorum beneficialium, vt colligitur ex illius verbis ibi, *Quando vnus plurium officia occupat clericorũ*, & ibi: *Neminem oportere in duabus eccleſiis conſcribi, &c.* Et quod penſiones etiam plures non faciunt incompatibilitatem cum beneficiis, tradunt Duennas *reg. 71. limit. 5.* Hojeda 2. *par. cap. 7.* & nouiſſime Gonçalez *glo. 5 §. 5. num. 14. cum aliis*: & Açor 2. *par. libro 8. cap. 10. q. 8. & cap. 12. quæſt. 6.* Conducit quod ait Mando. *reg. 16. Cancel. quæſt. 38. circa finem*, quod maius odium eſt habere plura beneficia, quam plures penſiones, poteſt enim vnus habere beneficiũ de iure, licet reditus eſſent ad mille ducatos, & tamen non habere centum beneficia, quorum quodlibet valeat decem ducatos, *arg. cap. ſingula, 89. diſtinct.* at in penſione, quid refert habeat vnam penſionem mille, an centum penſiones decem ducatorum. 314

Vnde etiam penſio † non facit incompatibilitatem ſub eodem tecto, vt cum Hieronymo Paulo *in practica Cancellariæ, ſeu prouinciali, verſicul. & inter cætera eſt neceſſaria*, tradit Gigas *de penſionib. quæſtio. 32.* Mandoſ. *de ſignatura gratiæ, tit. de diſpenſatione ad benefic. ſub eodem tecto, verſic. an autem penſio,* & Hojeda 1. *parte, cap. 20. numero 18. & 22.* facit decretum Sacri Concilij Tridentini *ſeſſ. 25. de reform. cap. 15.* 315

Sed contrarium † tenet Rebuf. *in praxi, tit. de diſpenſatione ætatis, verſi. etiam ſi ſunt ſub eodem tecto*, nempe penſionem eſſe incompatibilem cum non poſſe ſimul obtineri ſine diſpenſatione, niſi alia, ſeu cum alio beneficio in eadem Eccleſia, & conſuetudo illud ſuadeat, quia penſionem Papa concedit loco beneficij, *capite ad audientiam, 2. de rescript.* & ideo conſuluiſſe, quod acceptans præbendam in eadem Eccleſia, in qua habet penſionem, eidem penſioni renuntiare videtur per *Clem. gratiæ, de rescript.* niſi fuerit diſpenſatum ad obtinen. vtrumque. 316

Quam ſententiam † habere videtur ſtylus curiæ, vt apparet ex clauſula in penſionibus pro palatinis apponi ſolita, ſupra adducta *d. cap. 5. 1. parte, n. 89.* ibi, *Etiam ſub eodem tecto, &c.* Et quia quando impetrans beneficium narrat habere penſionem ſuper fructibus certi beneficij, additur, *Non tamen in eadem Eccleſia conſiſtentis.* 317

Notanda tamen eſt † in propoſito quædam declaratio. 318

claratio S. Congregat. super *d. cap.* 17. quæ sic ait: *Congregatio Concilij censuit, hoc decreto non comprehendi terrulas beneficiales, seu pia legata cum onere missas, aliave diuina officia celebrandi, quæ neque Ecclesiæ habent aliquam denominationem, conferri tamen consueuerunt in titulum simplicis beneficij vni, vel pluribus presbyteris ad præsentationem hæredum, siue patronorum, & singula duorum, aut trium aureorum valorem non excedunt: quod decretum Congregationis sanctissimus Dominus Noster probauit, & placuit seruari stylũ Cancellariæ, vt vnica collatione plura vni conferri possint in titulum simplicis beneficij.*

319 Quarto, circa dictum † decretum dubitatur, si quis habeat duo beneficia, quorum quodlibet de per se non est sufficiens, & postea aliquod eorum contingat fieri sufficiens, an possit adhuc illa simul retinere, stante dicto decreto Concilij: & videtur dicendum non posse illa retinere, sed debere vnum ex eis dimittere, ad tradita in simili per Hojedam 1. *par. cap.* 13. *n.* 57.

320 Et quod dicatur † beneficium sufficiens, vide Caputaquen. *decis.* 65. *par.* 1. Nauar. *miscel.* 62. *de orat.* Menochium *de arbitrar. libro* 2. *casu* 218. Gomezium *de expectat. num.* 107. Hojedam 1. *par. cap.* 19. *à numer.* 22. Bursat. *consil.* 186. *libro* 2. *num.* 12. Flamin. Paris. *de resignatione benefic. libro* 5. *quæst.* 6. *à numero* 131. Zerolam *verb. beneficium* §. 7. 8. *concluf. principali*, & Marcum Anton. Genuen. *d. cap.* 64. *num.* 3. & Gonçalez *d. glos.* 15. *numero* 39. Prosperum de Augustino *in addition. ad summam bullarij Quarantæ, verb. beneficiorum resignationes* 8. *causa*, Açor 2. *par. libro* 6. *cap.* 10. *q.* 8. & 9.

321 Existimo vero, ad istum † effectum computandas esse distributiones quotidianas certas in beneficiis requirentibus residentiam, vt in canonicatibus, &c. Cosm. *in pragmat. sanct. tit. de collatio.* §. *quod si quis ex dictis, verb. residendo, & verb. interessendo*, licet contrarium videatur tenere Caputaquen. *d. dec.* 65. *n.* 3. & Flam. Paris. *d. numer.* 131. quamuis ad effectum regulæ de valore secus sit, ad dicta supra 5. *par. cap.* 3. *numero* 197

322 Et de † glossa canonicatuum id certum existimo, licet residendo lucrifiat, & ideo non computetur in fructibus, ad effectum dictæ regulæ, *de valore.*

323 Sed licet † dicta procedant stante & attento decreto Concilij *d. c.* 17. tamen illud non videtur vsu receptũ saltim in Hispania: nam post illud, sicut antea, ordinarij communiter contulerunt, & conferunt plura beneficia, etiam vltra duo vni, etiam quod vnum sit sufficiens ad congruam sustentationem, & omnia simul retinent, dummodo alias non sint incompatibilia: & etiam in curia idem fit, nam etiam post Con-
324 cilium Tridentin. summi Pontifices narranti plura obtenta beneficia simplicia, nisi forte narretur magna multitudo titulorum, solent alia concedere: nec apponitur decretum de dimittendo obtenta intra duos menses, quod solet apponi, quando narratur aliquod obtentum incompatibile.

325 Nec potest † dici, Papam super illis tacite dispensare, quia hoc tollitur ex *cap. non potest, vers. cum vero, de præbend. in* 6. & tradit in proposito Nauar. *de orat. miscell.* 61. *numero* 2. alias *cap.* 22. *miscellan.* 16. *numero* 64. Et Salzedo *in pract. Bernardi Diaz, d. cap.* 47. seu 48. *litera C.* Manuel Rodriguez *in summa* 1. *tom. cap.* 31. *numero* 2. & Vega 1. *part. cap.* 36. *casu* 25. &
326 posthæc Gonçalez *d. glos.* 15. *numero* 27. licet † contrarium dicat valde probabile, non stante stylo curiæ Romanæ contrario, Petrus Ledesma *in summa* 2. *part. tract.* 7. *cap.* 1. 12. *conclusione* 4. *difficult.* non respondens *dict. cap.* non potest. Et sentire videatur Mandosius ad Lapum *allegatione* 117. *litera B. ante finem*, & quicquid alias dicat Menoch. *de præsumptionibus libro* 2. *præsumptione* 20. *numero* 15. ex Imola *numero* 8. & Bonifacio *numero* 10. & 30. *in clausula, si Romanus, de præb.* qui non dicunt, quod ipse dicit.

Et id † solum posset procedere, vbi Papa illa simul 327
conferret, vt in sequenti declaratione S. Congreg. super *d. cap.* 17. ibi, *Quidam obtinuit duo beneficia incompatibilia à summo Pontifice: & illa in literis expressit, sed non fuit dispensatum: respondit Congregatio teneri posse, nisi essent duæ parochiales ante Concilium obtentæ.*

Nec rursus † dici potest, id in Papa procedere ex fa- 328
cultate sibi tradita ab ipso Concilio per decretum vltimum, *sess.* 25. *de reformat.* iuxta dicta supra 4. *par. cap.* 5. *à n.* 30. quia id intraret, si Concilium *d. c.* 17. prohiberet collationem: sed, vt diximus, non prohibet nisi retentionem.

Et Præterea † non solum retinentur plura ex pro- 329
uisione manu Sanctissimi signata per fiat, sed etiam ex prouisione signata per concessum manu Cardinalis, vel alterius prælati, qui habent signaturam per concessum, qui non possunt dici conferi, & posse tacite dispensare contra Concilium, vt apparet ex declaration. Abul. adducta *d. c.* 5. *n.* 34.

Vnde † Zechus *de republic. Ecclesiast. cap. de benefi-* 330
ciatis n. 4. *vers. notandum tertio*, ait *pro pluribus beneficiis simplicibus simul obtinen. & retinendis, quantum ex vsu & consuetudine colligi potest, non esse necessariam dispensationem, passim enim sine dispensatione acquruntur, & retinentur, raro tamen forte tuta conscientia, &c.* Et eodem *n.* 4. *vers. notandum secundo, ad finem, & vers. circa tertium caput* ait, quod Papæ tolerantia, qui id scit & tolerat, in foro exteriori videtur excusare, *argument. cap.* 1. *de consuet. in* 6. & regulariter in hoc dispensatio non petitur, & videtur id relinqui conscientiæ cuiusque, cum non possit tradi certa regula, quantum cuique ob personarum diuersitatem sufficiat ad honeste degendum. *Hæc Zechus.*

Et cum † meo tempore Romæ per aliquos His- 331
panos prætenderentur fieri aliquæ impetrationes, iuxta dictum *caput* 17 Concilij, & dictas declarationes sacræ Congregationis de beneficiis per ordinarios prouisis, & aliquæ essent signatæ, tandem ad instantiam Regis nostri Philippi Secundi, cuius anima requiescat in pace, & eius ambassiatoris, cessauerunt, & non fuerunt ad effectum productæ.

Vnde videtur, posse † probabiliter dici, opinio- 332
nem Innocentij, de qua supra, à *numero* 264. quam consuetudo antiquissima approbauit, etiam hodie posse procedere, etiam in foro conscientiæ, iuxta ibi dicta, non obstante dicto decreto Concilij *capit.* 17. quia non est vsu receptum, ad notata *in cap. erit autem lex, 4. distinction.* & per Felinum, Nauarrum, & alios citatos supra, *numero* 150. & alia ibi dicta.

Quo † stante, offert se dubium, cum in dispen- 333
sationibus cum illegitimis, vel alias irregularibus, seu inhabilibus dispensetur, vt quęcunque & qualiacunque beneficia Ecclesiastica, recipere, & retinere, dummodo plura simul non sint, quam quæ à

Concilio Tridentino permittuntur, seu dummodo plura non sint, vt aliquando dicitur, quod idem est, iuxta stylum curiæ, libere, & licite valeant, an vigore talis dispensationis possit quis retinere plura beneficia, alias non incompatibilia, etiamsi vnum sit sufficiens ad sustentationem.

334 Et videtur † quod non, propter illa verba, *Dummodo plura simul non sint, quam quæ à Concilio Tridentino permittuntur*: quæ restringunt dispensationem, & sic quoad illa retinenda non videtur dispensatus.

335 Nihilominus tamen † contrarium videtur dicendum, stante quod Concilium in hoc non liget, vtpote non receptum, sed adhuc possit procedere opinio Innocentij: nam illa verba, *dummodo plura non sint*, &c. non restringunt, & modificant dispensationem, sed exprimunt id quod inest de iure Concilij, quod receptum præsumitur, & ponuntur ad denotandum, quod Papa ibi per illa verba, *Quæcumque, & qualiacumque beneficia, &c.* non intendit dispensare super retentione incompatibilium, & sic non sonant in conditionem, seu modificationem, sed in monitionem, & instructionem, *ad l. 3 ff. de legat. 1.* & tradita per Innocentium, Abbatem, & alios, *in cap. fin. de præsumpt.* vbi Felin. *num.* 29. Nauar. *in c. si quando, de rescript. except. 9. numero 9. & in Manuali cap. 27. num.* 37. Couarr. *in cap. alma mater 1. part. §. 9. ad finem*, & Thomas Sanchez *de matrim. lib. 3. disput. 33. num. 3.* & dicta supra *numero* 21. & sic illegitimus taliter dispensatus, retinendo plura incompatibilia, non faceret contra ius eum inhabilitans, & prohibens tenere beneficia, sed contra ius prohibens tenere beneficia incompatibilia, vt alias in simili dictum est supra, *numero* 18.

§. 4.

De dispensatione super pluralitate beneficiorum.

SVMMARIA.

An Episcopus, seu legatus possit dispensare super pluralitate beneficiorum incompatibilium, n. 336. *In dignitatibus, personatibus, seu officiis, & curatis, indistincte dispensare non potest, sed solus Papa dispensat*, n. 337. *Etiamsi dispensatio fieret principaliter, propter necessitatem, seu vtilitatem Ecclesiæ, contra Hostien. & alios* n. 338.

Quod Episcopi possunt dispensare contra ius canonicum, etiam Concilij, ex magna causa necessitatis, seu vtilitatis, procedit, quando superior consuli non potest: & in proposito non videtur posse considerari periculum in dilatione ad consulendum superiorem. numer. 339. & 340.

Infertur ad illam quæstionem, an Episcopus possit dispensare in impedimentis matrimonium dirimentibus, quando impedimentum est occultum, & ad Papam non potest haberi recursus propter paupertatem, vel alia impedimenta, & in separatione esset magnum scandalum, num. 341. *Et communiter tenetur pars affirmatiua, ex dicta doctrina, quod Episcopi possunt dispensare contra ius etiam Concilij, ex causa necessitatis, quæ hic concurrit*, numero 342. *Contrariam sententiam tenent Sot. Corduba, & alij relati*, numero 343. *Quæ probatur, quia Episcopus non potest dispensare in lege Papæ, vel Concilij qualis est ista, nisi ei specialiter concedatur, quod tamen nullibi ei conceditur in hoc casu*, num. 344. *Et idem est in Legato, seu Nuncio, nisi vbi habeat specialem facultatem*, num. 345. *Et procedit ista sententia, non solum quando mala fide contractum est matrimonium, sed etiam quando bona fide, &c.* num. 346.

Rationi primæ sententiæ respondetur, quod illa doctrina intelligitur ex magna causa necessitatis, non particularis, seu priuata, sed publicæ, & communis, seu Ecclesiæ sicut ex causa vtilitatis publicæ, & non priuatæ, à numero 347. *& alias posset aliquando Episcopus dispensare in prædictis impedimentis, etiam ante contractum matrimonium, licet impedimentum esset publicum, & tamen id non conceditur*, num. 349. & 350.

Non obstat alia ratio primæ sententiæ, quod tunc propter epicheiam videatur Papa dare facultatem dispensandi Episcopis, aut eam sibi non reseruare: quia quod Episcopus non possit dispensare in lege Papæ, vel Concilij, prouenit ex natura rei, quia est inferior, qui non habet potestatem in superiorem, nec in eius legem, & non ex eo, quod Papa sibi reseruet potestatem dispensandi, & eam tollat Episcopis: & epicheia est moderatio legis, non vero dat potestatem, aut iurisdictionem alias non habenti, quamuis posset moderari legem Papa sibi reseruantis id, quod alias poterat Episcopus, vt in voto, n. 351. & 352. *quod confirmatur exemplis adductis*, n. 353.

Ad replicam, ius naturale, quod inferior dispensare nequeat in lege superioris, interpretari ex epicheia, vt non intelligatur in casu magnæ necessitatis, respondetur procedere, quando necessitas est publica, non priuata, n. 354.

Nec in impedimento affinitatis superueniente matrimonio potest Episcopus dispensare ad petendum debitum, nisi forte ex consuetudine, n. 355.

Quando prima sententia admittenda esset, quæ tamen absolute placet, esset accipienda, quando bona fide contractum esset matrimonium ex parte vtriusque, ex decreto Conc. sess. 24. de refor. mat. c. 5. contra Th. Sanchez, & alios, à n. 356.

Non admittit Author sententiam Gabr. Vazq. doctis, posse nos operari contra nostram opinionem, & sequi opinionem contrariam, quam viri docti sequuntur, & communiter existimatur non continere errorem, sed adhuc probabilitatem habere, quamuis ex propriis, & extrinsecis principiis, & rationibus non probetur, &c. num. 360. *nam quamuis possit sequi opinio probabilis relicta probabiliori*, numero 391. *quod etiam procedit in iudice, qui potest iudicare secundum opinionem probabilem, relicta probabiliori, non ex parte facti, sed iuris*, num. 363. *tamen ea opinio probabilis est, quam asserunt viri sapientes, & confirmant optima argumenta, quæ sequi nihil improbabile est: & sic, debet esse conformis, non solum existimationi sapientum, sed etiam rectæ rationi*, nu. 363. *Et vt possit quis sequi opinionem probabilem, debet eam iudicare veram probabiliter, etsi non veriorem, nec id repugnat etiam ex propriis principiis, & rationibus*, nu. 364. & seq. *Et sententia Gabr. Vazquez solum videtur vera in subdito obedienti superiori, &c.* numero 366.

Nuncio Hispaniæ solet dari facultas dispensandi super quocumque impedimento publicæ honestatis ex sponsalibus, &c. vt in clausula posita n. 367. *Et Commissario Cruciatæ conceditur facultas, in foro conscientiæ dispen-*

dispensandi cum his, qui primo & secundo affinitatis ex fornicatione contractæ gradibus coniunctis matrimonium contraxerunt, nec non in superueniente si nili affinitatis impedimento, &c. vt in clausula posita, nu. 368.

Circa alia beneficia Episcopus, seu Legatus potest dispensare, vt quis habeat plura beneficia, etiam residentiam requirentia, quæ non sunt curata, aut dignitates, personatus, vel officia, vel duo vniformia sub eodem tecto, vel duæ præbendæ diuersarum Ecclesiarum, quarum qualibet per se sufficiat, secundum Abbatem, & alios, ita explicantes cap. sanctorum, 70. distinct. numero 369.

Sed in requirentibus residentiam verius est, non nisi Papam posse dispensare, ex dicto cap. sanctorum. nu. 370.

Et hodie certum est, ex Concilio Tridentino, contra quod Episcopus seu legatus dispensare non potest. nu. 371.

Ex quo etiam non potest dispensare, vt quis habeat duo simplicia sufficientia, n. 372. & n. 373. *adducitur declaratio S. Congregationis.*

An hodie stante Concilio possit Episcopus, Nuncius, seu Legatus, dispensare ad duo beneficia difformia sub eodem tecto, sicut antea poterat, ex communi, à nu. 374.

Resoluitur posse: nam ista facultas non apparet sublata per Concilium, non obstante cap. 4. sess. 7. *& clare censuit S. Congregatio in declaratione posita* numero 377.

An obtinens plura beneficia ex dispensatione Papæ, sine causa tamen rationabili, sit tutus in foro conscientiæ, remissiue, n. 378.

Regula de triennali non suffragatur contra decreta Concilij. d. c. 4. sess. 24 & ca. 17. sess. 24. *ex Sacra Congregatione*, num. 379. *de quo remissiue* num. 380. *Et* numero 381. *adducitur alia declaratio Sacræ Congregationis.*

336 PRo complemento † huius materiæ videndum est, an Episcopus, seu legatus possit dispensare super pluralitate beneficiorum incompatibilium.

337 In quo † breuiter dico, quod in dignitatibus, personatibus, seu officiis, & curatis distincte dispensare non potest, sed solus Papa dispensat, vt tenet glos. *in c. duduum 2. de elect. & in d. cap. de multa, de præbend.* vt ibi glos. *verb. per sedem, & in cap. 1. de consuetudin. in 6. verb. absque dispensatione, & in cap. ordinarij, de officio ordinarij in 6. verb. sui beneficij, & in cap. non potest, de præb. eodem lib. verb. Apostolicæ sedis*, & glos. Guliel. *in extrauagant. execrabilis, de præbend.* inter communes, *verb. quæ alias*, Domin. *in dict. cap. 1. numero* 13. & Francus *ibi nume. 7. & in cap. super eo, de præben. eodem libro numero* 4. Felin. *in cap. at si clerici. §. de adulter. de iudic. num.* 5. Millis *in repert. vers. dispensare non potest legatus de latere super pluralitate*, Rota *decis. 4. de offic. legati in nouis*, alias 286. Mandos. *de signatur. gratia, tit. de disp. ad plura, vers. aut loquimur*, Granu. ad Simonet. *de reformat. quæst. 50. nu.* 22. P. Ledesma *in summa 2. part. tract. 7. cap. 1. 9. & 12. concl.* & Doct. communiter, vt testatur Abb. *in repet. d. cap. exturpandæ, §. qui vero numer.* 38. & faciunt quæ tradit Staphil. *tit. de qualitate & statu bene. §. 1. quod sit, num. 5. & 6.* & vt dicit Hostiens. *in d. cap. de multa*, & refert Abb. *num.* 19. *& in d. repet. §. qui vero, num.* 38. & ibi Rebuf. opinionem hanc seruat curia Romana, & eius stylus, & sequitur Villad. *de legat. quæst.* 14. *1. par. n.* 81. dicens, quod ita stylus curiæ recipit, & Quintin. *in capite de multa, numero* 111. dicens, quod pars D.d. melior hoc tenet, forique Romani seruat vsus, &c.

Quamuis † ipse Hostiensis *ibi*, & Abbas *locis citatis*, Selua 4. *par. quæst. 7. num.* 29. Rebuf. *in praxi tit. de dispensatione ad plura, à num.* 30. *& in repetit. d. §. qui vero, circa* 5. *art.* Abbas, *de pluralitate beneficior.* Gambarus *de offic. legati, libro* 5 *titul. an legatus possit plura beneficia vni conferre, à num.* 98. Duaren. *de benefic. libro* 8. *cap.* 4. Gregorius Lopez *in l. 3. titul. 16. part. 1. glos. vlt.* & Hoieda 2. *par. cap. vltim. à n.* 16 & alij teneant, Episcopum & Legatum de iure posse dispensare, quando dispensatio fieret principaliter propter necessitatem, seu vtilitatē Ecclesiæ, & non ob vtilitatem personę, propter prerogatiuam meritorum. 338

Nec obstat, quod † Episcopi possunt dispensare contra ius canonicum, etiam Concilij, ex magna causa necessitatis, seu vtilitatis, Rot. *decis. de iure patron. in nouis*, Abbas *in d. c. at si clerici, §. de adulter. num.* 9. post Ioan. de Lignano, *ibi*, Roman. *cons.* 325. *n.* 7. & 8. vbi Horat. Mandos. *litera C. & singul.* 486. Felin. *in cap. 1. de constitut. nu.* 49. *& in cap. 1. de sponsal. sub n.* 5. Millis *vers. dispensare potest Episcopus contra Concilium*, Gambarus *de officio legati lib.* 10. *à nu.* 400. Tiraq. *de pœnis in præfat. n.* 31. Duennas *reg.* 248. *num.* 2. Hojeda, qui plures refert *d. c. vltim. numer.* 22. Ioan Gutierrez *canonic. quæst. libro* 1 *cap.* 23. *num.* 18. Sylueſt. *verb. dispensatio nume.* 15. & Thom. Sanchez, qui plures etiam refert, *de matrimon. libro* 2. *disputat.* 40. *num.* 3. *& lib.* 7. *disputat.* 7. *num.* 6. *& libro* 8. *disput.* 5. *numero* 1. nam † id procedit, quando superior consuli non potest, Felin. *in dict. cap. 1. de constitut. n.* 50. Decius *in dict. §. de adulter. num.* 82. Rochus *in cap. si. de consuetud. sect. 3. num.* 13. Bott. *de Synodo 3. part. art. 1. num.* 50. Duennas *ibi*, & Hojeda *num.* 23 & Ioann. Gutierrez Sylueſt. & Thom. Sanchez, & Armilla *verb. dispensatio, num.* 19. At in proposito non videtur posse considerari periculum in dilatione ad consulendum superiorem: & conducit quod tradit in proposito, Less. *de iust. & iur. libro* 2. *cap.* 34. *numero* 150. 339

Vnde obiter † infertur ad illam quæstionem, an Episcopus possit dispensare in impedimentis matrimonium dirimentibus, quando impedimentum est occultum, & ad Papam, vel alium habentem facultatem dispensandi non potest haberi recursus propter paupertatem, vel alia impedimenta, & in separatione esset magnum scandalum. 340

In † qua Dd. communiter tenent partem affirmatiuam ex prędicta doctrina, quod Episcopi possunt dispensare contra ius etiam Concilij ex causa necessitatis, quæ hic concurrit. Ita Angelus verb. dispensatio *num.* 5. Sylueſter *dict. numero* 15. Tabiena *quæst.* 14. *Margarita confess. eodem verb.* & Armilla *n.* 19. Nauar. *in Man. cap.* 22. *numero* 85. *& cons.* 14 *de consanguinit. & affinitat.* Cuchus *in institutionib. maiorib. libro* 2. *tit.* 6. *numero* 310. Spino *de testament. gloss.* 15 *numero* 86. Anton. Gomez *in explicatione Bullæ cruciatæ, ad* 10. *clausulam numero* 58. Zerola *in praxi Episcopali* 1. *part. verb. dispensatio. §.* 3. Bartholom. Ledesma *in summa Sacramentorum, de matrimonio dub.* 50. Man. Rodrig. *in explicatione Bullæ Cruciatæ. §.* 13. *numero* 6. *& in addition. numero* 14. *& in summ. 1. tom. cap.* 234. *numero* 2. Candelabrum aureum *de matrimon. numero* 248. Graffis *libro* 2. *capitulo* 81. *numero* 14. Vega *in summa 1. par. capitulo* 88. *casu* 1. Ludouic. Lopez *instructor. conscient. 2. tom. par. 2. capitulo* 59. Enriquez *in summa libro* 12. *cap.* 3. *§.* 2. *& libro* 13. 341

*cap.*14.*§.*3. Valentia 4.*tom.super* 3.*part.disp.*10.*quæst.*5. *punct.* 5. Toletus *in summa lib.*7.*cap.*18. Azor 2.*part. lib.*3.*cap.*51.*quæst.*1. Rebellus *de obligat.iust.*2.*par.libro* 3.*quæst.*5. *numero* 20. & nouissime Thomas Sanchez *dict.libro* 2.*disputat.*40.*& d.libro* 8.*disput.*5. *numer.*1. *& disput.*6.*n.*20.*&* 24.& Theologi moderni Hispaniæ communiter: & ita practicari aiũt Manuel Rodriguez supra, & Enriquez *dict. §.*2. *in glossa,litera K.*

343 Contrariam † tamen sententiam tenent Sot.*de iust. & iur.lib.*1.*q.*7.*art.*3.*& in* 4.*dist.*37.*q.*1.*art.*2. Corduba *lib.*1.*quæst.q.*11.*& in summa q.*45.2.*puncto primæ opinionis*, Veracr. *in spec.coniug.*3.*par.art.*18.*ad fi.* Bart. Medina 1.2.*q.*97.*ar.* 4. & P. Ledes. *de matrim.q.*56. *art.*5.*dub.*1.*& in summa de matrim.cap.*27.1.*difficult.* quam etiam communem,& practicari in Ecclesia dicit Corduba *d.quæst.*11.

344 Quæ † sententia probatur,quia Episcopus non potest dispensare in lege Papæ, vel Concilij,qualis est ista,nisi id ei specialiter concedatur,vt notant Dd.*in d.§.de adulter.* Suarez 5.*tom.de censuris, disput.*6.*sect.* 4.*n.*7.*& disput.*7.*sect.*4.*à num.*1.*ad* 6.*& disputat.*29. *sect.*1.*n.*21.*& disput.*41.*sect.*2. *num.*3. & in proposito Couarr.*in* 4.2.*part.cap.*6.*§.*10.*n.*11. quod tamen nullibi ei conceditur in hoc casu:& est declaratio S.Congreg. Concilij super *cap.* 5. *sess.* 24. *de reformat.matrim.* quæ sic ait: *Episcopus authoritate ordinaria non haber facultatem in gradibus affinitatis, seu consanguinitatis à iure prohibitis, contrahentes matrimonia dispensandi.*

345 Et idem † est in legato, seu nuncio, nisi vbi habeat specialem facultatem,Sanchez *de matrim.d.lib.*8.*disp.* 6.*n.*15.

346 Et procedit † ista sententia,non solum quando mala fide contractum est matrimonium, quo casu ipsi contrahentes se sua culpa in illam necessitatem & periculum iniecerunt,& ideo sibi imputent, sed etiam quando bona fide,& in facie Ecclesiæ,ignorando impedimentum,ex dicta ratione: quamuis tunc primam sententiam dicant esse piam & probabilem, Sotus *dict.art.*2. Corduba, Veracruz, & P. Ledesma *supra*,& eam admittat Gabr. Vazquez 1. 2.*tom.*2.*disputat.*178.*n.decimo sexto*, nisi Pontifex consuli possit per Episcopum, &c. qui male allegat Sotum *dict. art.*3.

Nec obstat † ratio primæ sententiæ:nam illa doctrina, 347 quod Episcopi possint dispensare etiam contra ius Concilij ex magna causa necessitatis, quando superior consuli non potest, intelligitur ex magna causa necessitatis, non particularis, seu priuatæ,sed publicæ,& communis,sed Ecclesiæ,vt patet ex citatis *numero* 338 *& seq.* tunc enim ratio boni communis id exposcit: nec de necessitate particulari & priuata est habenda ratio, cum lex in communi feratur,&c.

348 Et quod † intelligenda sit de necessitate publica, constat.nam Dd. eodem modo loquuntur de magna causa vtilitatis, quæ necessario in proposito intelligenda est de vtilitate publica,& non priuata, imo expresse Dd. citati *d.nu.*338. id negant de vtilitate personæ.

349 Et si † intelligeretur de necessitate particulari, posset aliquando Episcopus dispensare in prædictis impedimentis, etiam ante contractum matrimonium. nam etiam tunc posset aliquando occurrere tali necessitati, & tamen tunc nullus scriptor id admittit præter Thomam Sanchez *supra n.*7. quamuis sciam Nuncium Hispaniæ semel dispensasse ante contractum matrimonium in impedimento primi gradus affinitatis ex copula fornicaria,de consilio aliquorum Theologorum.

Et similiter † posset etiam aliquando dispensare,li- 350
cet impedimentum esset publicum, nam etiam tunc posset occurrere talis necessitas, & tamen tunc nullus author id concedit, sed omnes loquuntur quando impedimentum est occultum,&c. quamuis etiam tunc posse Episcopum dispensare in facti contingentia, quando etiam matrimonium erat iam separatum, consuluerint aliqui Theologi huius ciuitatis,& de facto dispensasse audiuerim: iam enim moris est Theologis Hispanis huius temporis, omne facere probabile,nouas inuentando opiniones, adeo vt nihil fere sit, quod ab eis non probetur: vnde veritas, & doctrina solida & antiqua, magnam iacturam fecerunt.

Nec obstat † alia ratio primæ sententiæ, nempe, 351
quod tunc propter epicheiam videatur Papa dare facultatem dispensandi Episcopis, aut eam tollat sibi nõ reseruare, non enim vult iniicere laqueos peccatorum,& animas in huiusmodi laqueis manere:quia pro responsione aduertendum est, quod Episcopus non posset dispensare in lege Papæ, vel Concilij, prouenire ex natura rei,quia Episcopus est inferior, & inferior non habet potestatem in superiorem,nec in eius legem,*cap.inferior*, 21. *distinct. c.cum inferior, de maiorit.& obedient.Clemen ne Romani.in princip.de elect.*& non ex eo, quod Papa sibi reseruet potestatem dispensandi,& eam Episcopis, Suarez *d.* 5.*tom. disputat.*7.*sect.*4.*num.*4.*& disput.*41.*sect.n.num.*3.sequitur Thom.Sanchez *lib.*7.*disput.*7,*numero* 6.*& lib.* 8.*disp.*2.*numero* 12.*& disp.*6.*num.*14. quamuis contrarium videretur dicere *in d. lib.*2.*disp.*40.*n.*3. *in* 2.*ratione*, dicens istam reseruationem in casu tantæ necessitatis intelligendam non esse, epicheia autem est moderatio legis deficientis propter vniuersale, & temperat illius rigorem in casibus specialibus,& extraordinariis, non vero dat potestatem, aut iurisdictionem alias non habenti,quamuis posset moderari legem Papæ,sibi reseruantis id,quod alias poterat Episcopus,auferendo illi potestatem,alias competentem.

Vnde cum † Episcopus possit dispensare in on- 352
ni voto,nisi Papa sibi specialiter reseruasset, posset Episcopus in casu magnæ necessitatis, cum ad Papam non posset haberi recursus, dispensare in voto reseruato, puta castitatis, vt dicunt Sylvest. Armill. Cuchus,& alij *supra*,& Petr.Ledesm.*in summa* 2.*par. tract.*10.*capitulo* 8.3. *p. dicto* 4. & Thom. Sanchez plures citans *libro* 8. *disput.*9. *numero* 22. Açor *supra,& i.p.libro* 11.*capitulo* 19.*quæstio.*8. Suar.*de relig.* 2.*tom.tract.*6. *libro* 6. *capitulo* 26.*à numero* 9. quia quod Episcopus in illo nequeat dispensare, prouenit ex reseruatione Papæ, & non ex natura rei: vnde epicheia potest moderari legem, per quam fit illa reseruatio, vt non intelligatur in casu tantæ necessitatis.

Et quod † epicheia non det potestatem & iurisdictionem alias non habenti ex natura rei, etiam in casu magnæ necessitatis priuatæ, patet exemplo excommunicationis, à qua non potest quis absolui etiam in casu extremæ necessitatis, vt in articulo mortis, ab eo qui non est sacerdos: neque à simplici sacerdote posset, nisi ius id specialiter concessisset: & exemplo matrimonij,quod non potest contrahi coram non parocho, etiam in casu magnæ necessitatis, & mortis periculi. Accedit, quod vt inquit Gabr.

Vazquez

Vazquez 1.2.*tom.*2.*disp.*176. *numero.* 3. epicheia non habet locum in iure naturali, quale est istud, quod inferior non dispensetur in lege superioris, quin in eo non cadit emendatio, sicut in lege humana. Quod si
354 replices, ius † illud naturale, quod inferior dispensare nequeat in lege superiori, interpretari vt non intelligatur in casu magnæ necessitatis. Respondeo id procedere, quando necessitas est publica, non priuata, iuxta supradicta.

355 Vnde † etiam verior videtur opinio Cordubæ *lib.*1.*quæst.*9 *cap.*12.4.*dicto.* & Couar.*in* 4.2.*p.c.*7.§.2. *num.*6. quod in impedimento affinitatis, superueniente matrimonio, non posset Episcopus dispensare ad petendum debitum, nisi forte ex cõsuetudine. quamuis Dd. communiter contra teneant, & etiam Sot. & Medin *supra.* & Ioan. Gutier. *à num.* 15. Man. Rodrig. *n.*7. & Lud. Lop, *supra*, & 1.*tom.c.*80. & 296. & Valen. etiam *vbi sup.* de quo late Tho. Sanchez *d. lib.*3.8.*disp.*12.

356 Et quando † prima sententia admittenda esset (quæ tamen mihi absolute non placet) esset omnino accipienda, quando bona fide contractum esset matrimonium, vt voluit Barthol. Ledesm. Man. Rodr. & Vega *supra.* & etiam Zerola, qui vult, quod matrimoium sit contractum ignoranter quoad impedimentum, & sit consummatum: & regulariter Reuel. quamuis Angel. Sylu. Tabiena, Margarita, Armilla, Nauar. Cuch. Spino, Ant. Gom. Candel. aur. Graf. & Valent. & Tolet. *supra*, bonæ fidei non meminerint, & Enriquez *dict.* §. 2. *in gl. litera K. & litera O.* videatur eam non requirere.

Et † requireretur bona fides, non solum ex par-
357 te vnius, sed vtriusque, ita quod ambo contrahentes probabiliter impedimentum ignorassent, & in contrahendo solemnitates requisitas seruassent, vt recte inquit Lud. Lop. *dict. cap.* 59 ex decreto Concilij. *sess.*24.*de reform. matrim. cap.*5. dicente, quod si quis intra gradus prohibitos scienter matrimonium contraxerit, aut solemnitatibus requisitis neglectis separetur, & spe dispensationis consequendæ careat:
358 quamuis † Thom. Sanchez *supra n.um.*4. teneat sufficere bonam fidem vnius, licet alter mala fide contraxerit, non obstante Concilio, quia Tridentinum, inquit, vocat hanc pœnam, ibi, *Eisdem subijciatur pœnis*, non autem æquum est puniri innocentem, ob alterius delictum, vt tenet P. Ioseph. de Acosta *lib.*6.*de conuersione Indorum c.*22. & quidam viri docti neoterici.

359 Sed respondeo, dicta † verba Concilij in vno sic contrahente verificari, cum dicat, *Si quis, &c.* & ob delictum & pœnam vnius, alterum non pœnam, sed damnum in consequentiam sustinere, quod iniquum non est.

360 Nec admitto, vt obiter dicam, sententiam P. Gabr. Vazq. 1.2.*disp.*62.*c.*4. præcipue docentis, posse nos operari contra nostram opinionem, & sequi opinionem contrariam, quam viri docti sequuntur, & communiter existimatur non continere errorem, sed adhuc probabilitatem habere atque adeo non esse antiquatam, quamuis ex propriis, & intrinsecis principiis, fundamentis & rationibus illa nobis non probetur, sed nostram opinionem veram existimemus, & contrariam falsam, quia per extrinseca principia, nempe authoritatem Dd. qui contrariam sequuntur, possumus iudicare illam esse probabilem, & sic secundum eam operari, tenta adhuc propria opinione, & assensu illius per propria, & intrinseca principia, fundamenta, & rationes: quam sententiam tenet etiam Azor *part.lib.*2. *c.*17. 7. *quæst.* & Sairus *in claui regia, lib.* 1. *cap.* 6. hanc inquam sententiam non admitto.

Nam quamuis † possit sequi opinio probabilis 361
relicta probabiliori, vt contra Sylvest. *verb. opinio* §. 2. *ad fi.* Cajet. *eod. verb.* Corradũ, *tract.* 7. *de contractibus, quæst. vlt.* Adrianum *quodlibet.*2.3.*part.* Sotum *lib.*3.*de iustit. & iur.*9.6.*artic.*5. *ad* 4. Nauar. *cap.* 27. *numero* 286. & Cordubam *lib.*2.*quæst.*9.3. Ant. Perez *certamine* 10. *Scholast. num.* 55. tenent Armilla *verb. opinio*, Barthol. Medina 1.2. *quæst.*19. *articul.*6. Aragon 2.2. *quæst.*63. *artic.*4. & ibi Salon. 2. *controuersia*, Bannes *ead.*2.2. *quæst.*10. *artic.*1. Valentia. 3. *tom. disp.* 5. *quæst.* 7. *pun.* 4. & Ludou. Lop. *instruct. conscien.* 1. *tom. capit.*120. & 287. Sairus *de censur. lib.*155. *numero* 4. & 8. & P. Nauar. *de restitutio. lib.*3.*c.*1.*n.* 237. Sairus 1.2. *tract.*8. *disp. vnica sect.*6. (qui tamen tenet tutiorem partem sequendam, si fieri potest absque notabili detrimento) Suarez *tom.*5. *de pœnit. disp.* 22. *sect.* 9. *n.*6. & 5. *tom. de cens. disp.*40. *sect.*5. *n.*6. Thom. Sanchez *de matrimon. lib.*2. *disp.* 41. *num.*30. *lib.*3. *disp.* 20. *n.*4. & *li.*8. *disp.*6. *n.*18. & nouissime Lorca. 1.2. *disp.* 39. de actibus humanis (qui etiam tenet prædictam sententiam, Gabr. Vazq *disp.* 41.) & recentiores communiter.

Quod † etiam procedit in iudice, qui potest iu- 363
dicare secundum opinionem probabilem relicta probaliori, non ex parte facti, sed iuris secundum prædictos, excepto Bannez, *dict. quæst.* 63. *artic.* 4. & Gabr. Vazquez *disp.*64. *capit.*2. & Valent. *supra*, qui non solum in iudice, sed in qualibet materia iustitiæ, quando agitur de præiudicio tertij tenet contrarium.

Tamen † ea opinio probabilis, quam asserunt 364
viri sapientes confirmant optima argumenta, quæ sequi nihil improbabile est, vt diffinit Arist. 1. *topicor. cap.* 1. & 1. *ethicorum cap.*4. & tradunt Medina, Aragon, & Salon *supra* & Anto. Perez *supra num.*48. ait non omnem opinionem posse dici probabilem, sed illam dumtaxat quæ fulcitur, atque firmatur rationibus bonis, & authoribus authoritate dignis, &c. Itaque vt opinio probabilis sit, non satis est quod eam asserant viri sapientes, sed etiam opus est, quod eam confirment optima argumenta, &c. Et vt etiam dicunt Medina, & Aragon *ibidem*, opinio probabilis, non solum debet esse cõformis existimationi virorũ prudentum. & sapientum, sed etiam rectæ rationi.

Et vt † possit quis sequi opinionem probabilem, debet eam iudicare veram, etsi non veriorem, vt dicit Salon, & Valentia *supra*, & Ludou. Lopez *d. cap.* 287. & alij. Quod apertius tenet idem Salon *supra*, *quæst.*5. *artic.*4. dicens, quod quando variæ sunt Dd, opiniones in his, quæ pertinent ad mores, & conscientiam, & vtraque opinio habet authores grauissimos, vtraque est probabilis illi, qui non valet quæ verior sit, & vim argumentorum expendere: qui vero valet attingere, quæ illarum verior sit, ita vt vnam iudicet veram, & alias falsas, debet agere iuxta illam, quam iudicat veram, quia aliter ageret contra conscientiam, & ita tenet etiam Valentia *supra*, & communiter Thomistæ.

Nec verum † est, quod dicunt Gabr. Vazquez, 365
& Açor *supra* repugnare ex propriis principiis, & rationibus haberi assensum vtriusque partis, & opinionis contrariæ, duo enim assensus contrarij de eadem re in eodem esse non possunt, nam quamuis verum sit quod duo assensus contrarij certi, & cui-

dctes de eadem re esse non possint, & quod ex propriis principiis,& rationibus veris in se , & à parte rei,non possit haberi assensus circa oppositа, tamen ex propriis principiis , & rationibus probabiliter veris bene potest haberi assensus circa oppositа vti probabiliter vera, quia bene pōt quis probabiliter assētiri vni opinioni ex aliquibus rationibus & principiis,quæ videntur probabilia, & alteri contrariæ etiam probabiliter, aut probabilius, ex aliis rationibus,fundamentis,& principiis quæ videntur etiam probabilia,aut etiam probabiliora, & bene potest quis vtramque opinionem iudicare probabiliter veram, qui tamen bene scit à parte rei vnam tantum, cum sibi contradicant esse veram,& aliam falsam,& sic non potest habere iudicium de veritate,& falsitate rei,scilicet,quod res ipsa sit, & non sit vera vel falsa,vt recte Salon *supra d.2.controuersia 4. conclus. vers.obseruandum quoque*, Ant.Perez *supra nu.39. & 41.* & tenet etiam Salas *d.sect.6. in princ.*& Lorca *d. disp.39 n.1.*

366 Sententia † autem Gabriel.Vazquez & Açor,solum videtur vera in subdito , qui superiori præcipienti iuxta opinionem aliorum, quam ipse subditus putat falsam potest & debet contra propriam opinionem obedire formando conscientiam,quod id sibi licet ratione obedientiæ debitæ,vt tenet Cord. *lib.3.quæst.9.*quem sequuntur Gabr.Vazquez *didisp. 62.cap.6.*& Azor supra *quæst.9.* licet diuersa ratione, nempe sumpta à sua opinione,de qua supra, & Salas *sect.8.à nu.75*

367 Et aduerte † quod nuntio Hispaniæ solet dari facultas super quocumque impedimento publicæ honestatis iustitiæ, vbi solum sponsalia intercesserint, vt matrimonium inter se contrahere,& in facie Ecclesiæ solemnizare, ac post quam contractum fuerit in eo remanere,ac pariter cum illis, qui huiusmodi impedimentis non obstantibus illud alias tamen rite iamiam contraxerint , etiamsi carnali copula cōsummauerint, & prolem exinde susceperint,ipsos ab incestus reatu,ac etiam à synodalibus censuris absoluendi,vt matrimonium denuo inter se, dummodo propter hoc mulieres raptæ non sint,contrahere & vt præfertur solemnizare , ac pariter in eo remanere libere , & licite valeant dispensandi,prolemque exinde susceptam , & suscipiendam legitimam decernendi,atque nuntiandi, vt his verbis habetur in facultatibus D. Cæsaris Speciani Nuntij Sixti V.

368 Ac commissario † Cruciatæ conceditur facultas nullis datis literis seu per confessores laceratis cum his, qui primo & secundo affinitatis ex fornicatione contractæ gradibus coniuncti matrimonium cōtraxerunt , dummodo si post Concilium Tridentinum illius formam seruauerint,ac impedimenta huiusmodi penitus occulta sint,& alter contrahentium tempore contracti matrimonij impedimenti ignarus extiterit,vt altero ita , vt prædicitur , impedimentum ignorante de nullitate prioris consensus prius certificato,tacitoque,si videbitur ad euitanda scandala causa nullitatis matrimonium inter se, etiam secrete de nouo contrahere possint in foro cōscientiæ duntaxat, si ad euitanda grauia scandala dispēsandum iudicauerit, dispēsare,prolemque susceptam , & suscipiendiam exinde legitimam decernere , nec non etiam in superueniente simili affinitatis impedimento,si militer dispensare , vt debitum petere possint,vt his verbis habetur *in summario Latino*, explicat Manuel Rodriguez , *in dict. explicatione bullæ.§.13.à n.6.& in additio.à n. 13.* Tho. Sanchez *d. lib.8. disp.6.à n.23.*

Circa† alia vero beneficia Episcopus seu legatus 369
potest dispensare, vt quis habeat plura beneficia,etiam residentiam requirentia,quæ non sint curata,aut dignitates,personatus,vel officia,vel duo vniformia sub eodem tecto,vel duæ præbendæ diuersarum Ecclesiarum , quarum quælibet per se sufficiat, secundum Abbatem,*in d.cap.cum iam dudum. num. 9. & in repetit.d.§.qui vero,num.41.&* 42.Staphil.*2.forma expectat. numero* 4.*&* 5.& Seluam *d.4.par.quæst. casu vltim.*& Gambarum,*d.lib.5.tit.an legatus possit plura beneficia vni conferre à num. 231. &* 238. qui ita explicant *c.sanctorum 70. distinct.* Rebuf.*d.tit.de dispensatione ad plura.num.29.& in repetit.d.§.qui vero,vbi supra.* Ioan. Quintinum,*supra nu.112.& seq.* Hoiedam *d.2.part.cap.vltim.nu.13.&* 14. & Granutium ad Simonetam *d.quæst. 50.de reseruat. verb. incompatibilia.*

Qui tamen † in requirentibus residentiam ait 370
non nisi Papam posse dispensare,quod etiam ait Rebuf.*tit.de dispensatione ratione ætatis.,verb. in cathedralibus, ver.insuper,quod est verius ex d.c.sanctorum 70. distinct.* quod ad omnia beneficia pertinet, & non solum ad præbendas Ecclesiarum Cathedralium seu collegiatarum , vt contra Doct. recte explicat Quintanaduennas,*d.lib.4.ex nu.23. ad* 44.qui est videndus.

Et est hodie † certum ex S. Concilio Trident.*d.* 371
capit.17.sessio.24. de reform. ibi : *Dummodo vtrumque personalem residentiam non requirat* , contra quod Episcopus seu legatus dispensare non potest , ex gloss. per tex. *ibi in capit. dilectus 1. verb. cum se facul.as , de præb.* communiter approbata,vt per Nauar.*de oration.capit 11.num.24.*Felin.*in d. c.1. de constitution.num.49.& in d.cap.1.de Sponsal.num. 5.& in dict.cap.at si clerici,§. de adulteriis.n.* 5.& ibi Decius *numero* 37.Probus ad Monach. *in capit.fin. de consuetudin.in 6.numero* 21.*&* 22. Duennas *regul.* 249. & in terminis Zerola *in praxi Episcopali,verb. benef.§. 7.concl.7.& 8.principali ad fin.*& Zechus *de republica ecclesiast.capit.de beneficiatis,numero 4.vers. notandum* 3. & Acor 1 *par.lib.3.cap.* 8.*quæst.6.cap.9.93.& 6.c.10.q.4.cap.11.q.23.& c.50.q.*6.qui † ex eo etiam 372
dicunt non posse dispensare , vt quis habeat duo beneficia simplicia sufficientia contra d. decretum, & Quintanaduennas *d. libr. 4. numero* 131. Villar del patronado de Calatayud.*4.par.in princip.numero* 9.& Lessius *d.lib.2.cap.34.num.*146.Açor etiam *d.lib. 2. capit.7.q.4.& lib.6.c.2.q.6.*& patet ex declarationibus supra adductis *num.*310. & ex adducta infra *numer.* 377. Et † est alia declaratio supra *d.c.*17.in vna 374
Hieracen.quæ sic ait: *Dispensatus legitime sine dubio canonicatum, & parochialem retinere potest: sciendum tamen est ordinarium super hoc dispensandi facultatem habere.c.4.* Et vide declarationem 5. supra adductam, *n.*84.

Sed offert † se difficultas an hodie stante Concilio 375
possit Episcopus, & consequenter nuntius seu legatus dispensare ad duo beneficia difformia sub eodē tecto, sicut antea poterat ex communi, de qua supra *n.*231.

Et videbatur † dicendum, quod non,ex *sessio. 7.de* 376
*refor.*vbi Concilium videtur absolute prohibere retentionem beneficiorum quomodolibet incompatibilium, & in terminis ita videtur colligi ex declarationibus supra adductis *n.*243.

Nihilominus † tamen contrarium est verius, nam 377
ista

ista facultas non apparet sublata per Concilium, nec obest decretum *d.c.* 4. nam ibi Concilium solum inducit vacationem beneficiorum quomodolibet incompatibilium, quæ contra formam sacrorum canonum quis recipere, ac simul retinere præsumpserit, vnde non prohibet retentionem beneficiorum, alias incompatibilium in casu à iure permisso, & sic vbi Episcopus posset de iure dispensare, &c. & nuntius quotidie dat similes dispensationes.

377 Et ita † alias clare censuit S. Congr. vt in seq. declaratione super *d. cap.* 17. *Congregatio Concilij censuit Episcopum ex causa posse dispensare, vt quis possit obtinere duo beneficia difformia sub eodem tecto, dummodo quodlibet per se non sit sufficiens ad sustentationem & prouisi,* & tenuit Rota in illa Telesina beneficij 1594. supra relata *n.* 232.

378 Et an † obtinens plura beneficia ex dispensatione Papæ, sine causa tamen rationabili, sit tutus in foro conscientiæ, vltra Abb. *in repetit. d. c. extirpandæ, §. qui vero, de præben. numero* 43. & ibi Rebuff. *circa* 6. *& vltim. argum.* Abbatis, Gambarum, *lib.* 5. *tit. an legatus possit plura beneficia vni conferre, à numero* 84. Hojedam *d. cap. vltim.* 2. *p. numero* 38. Nauarr. *supra & cons.* 1. *de constitut. à num.* 37. Sotum, Aragon, & Salon *supra.* vide Caietanum *in summ. verb. beneficium,* Armillam *eod. verb. num.* 43. Cordubam, *lib.* 1. *quæst. q.* 20. Angles *de restitut. quæst. de restitut. facienda propter negligent. Ecclesiasticor. art* 1. 2. *difficult. dub.* 3 Lud. Lopez *instruct. conscientiæ* 1. *tom. cap.* 252. *& seq.* Manuel Rodrig. *in summ.* 1. *tom. cap.* 31. *num.* 7. & 8. Vegam 1. *par. cap.* 36. *casu* 30. Toletum *lib.* 5. *c.* 81. Corradum *in respons. casuum conscientiæ, quæst.* 35. *in additione* Pet. Ledesm. *in summ.* 2. *par. tract.* 7. *cap.* 1. *circa* 9. *conclusionem,* & 11. & Didac. Perez ad Villad. *de irregul. c.* 1. *n.* 13. Lessium *d. lib.* 2. *c.* 34. *num.* 151. *& seq.* Açorem 2. *part. libro* 6. *cap.* 12. *quæst.* 7. 8. *&* 11. *& libro* 5. *cap.* 3. *quæst.* 2.

379 Tandem † aduertendum est regulam de triennali possessore non suffragari contra decreta Concilij, *d. c.* 4. *session.* 7. *& d. cap.* 17. *sess.* 24. *de reformatione,* vt censuit S. Congreg. Concil. his verbis: *An præsumpta dispensatio, in qua fundatur regula de triennali, habeat locum contra decreta Concilij,* cap. 4. sess. 7. cap. 17. sess. 24. & cap. 15. sess. 25. de reformatione: *ita vt possidentes beneficia contra dispositionem dictorum decretorum, ex tali præsumpta dispensatione suam possessionem tueri valeant, sanctissimus dominus noster, ex sententia Congregationis respondit non habere locum contra citata Concilij Trident. decreta à Cardin. Carrafa.* Et est alia declaratio S. Congregationis, & decis. Rotæ in causa Calagurritana canonicatuum supra adducta 7. *par. c.* 3. *n.* 83. *&* 88.

380 De quo † vide tradita per Sarnen. *reg. de triennali, q.* 10. Menoc. *de præsump. lib.* 3. *præsump.* 133. *à nu.* 72. & Flores *q.* 23. *ex n.* 51.

381 Et nouissime † posthæc vidi aliam declarationem S. Congregationis Concilij adductam per Ioã. Vuamesium *cons.* 233. *in addition.* his verbis: *An duo canonicatus de iure in vim S. Concilij Tridentini Decretorum sint incompatibiles, Congregatio respondit esse incompatibiles. An per assecutionem secundi canonicatus ipso iure vacet primus, Congregatio censuit post adeptam pacificã possessionem secundi primum ipso iure vacare. An is qui duos canonicatus simul absque dispensatione Apostolica per triennium, & vltra detinet, vtroque ipso iure excidat in vim d. Decretorum Concilij Tridentin. Congregatio iudicauit, si duos huiusmodi canonicatus simul retinere perrexerit, vtroque esse ipso iure priuatum ex Decreto Concilij Tridentin. An vtriusque canonicatus possessionem tueri, & defendere valeat possessor, ex* reg. de triennali, *Congregatio respondit non posse.*

CAP. VI.

De vacatione ob promotionem ad Episcopatum.

SVMMARIA.

Beneficia promoti in Episcopum vacant sine controuersia, n. 1. *vacantque omnia beneficia,* n. 2. *Etiam simplicia,* n. 3. *Ac etiam pensiones* n. 4:

Quando illa vacare censeantur, controuersia est, & resoluitur de iure non vacare, nisi post adeptã possessionẽ pacificam, & consecrationem, seu huius loco lapsum trimestris ad consecrationem dati, nu. 5. *In curia tamen beneficia electi in Episcopum in curia consecrati, statim conferuntur etiam ante adeptam possessionem secundum glossam, & alios,* n. 6. *Alij vero dicunt, quod de stylo & consuetudine curiæ beneficia promoti statim vacant per promotionem, statimque, vt vacantia per Papam conferuntur.* nu. 7. *Declarando tamen, quod licet statim conferantur, tamen collatio non debeat habere effectum, & beneficia vere, & effectualiter vacare non censeantur, nisi saltim adepta possessione, vel per eum stante secundum Abb. & alios,* n. 8.

Rota tamen, & alij interpretantur istud de stylo curiæ procedere, quando in promotione Papa decreuit beneficia vacare, alias stari iuris communis dispositioni, & ab eo regulari stylum curiæ, n. 9. *Et tunc non intrabit d. declaratio Abbatis, sed decernente Papa beneficia statim vacare vacabunt vere, & effectualiter statim, & prouisus de eis poterit possessionem capere, etiam ante adeptam à promoto possessionem Episcopatus, quamuis si non posset, postea eam capere posset, & redire ad sua beneficia, etiam sine noua collatione,* n. 10.

An promotus intra trium mensium spatium datum à iure ad faciendum se consecrari, debeat etiam possessionem Episcopatus adipisci, & alias non docto de impedimento dicantur vacare beneficia, à numero 11. *Resoluitur ad capiendam possessionem, non esse assignatum d. tempus, & solum spectabitur, an eam sit adeptus, vel per eum steterit, &* num. 13. *ponitur dec. Rotæ.*

An si cum promoto esset dispensatum, quod non teneretur consecrari intra annum durante tempore talis dispensationis, beneficia vacent, resoluitur non vacare, etiam si dispensatio esset ad instantiam partis contra aliquos, n. 14. *&* 15. *Et idem in prorogatione temporis dati ad se consecrandum, quia in effectu idem est, & eadem ratio,* n. 16.

An si electus administrasset de facto, ante confirmationem vacent beneficia priora à numero 17. *Refertur sententia Abb. & Decij, & resoluitur vacare, quando ille est etiam consecratus, licet illicite & iniuste, modo consecratio sit alias valida, & in forma Ecclesiæ.*

Beneficia promotorum ad Episcopatus in terris infidelium existentes, seu titulares, non vacant, n. 24.

Licet per promotionem ad Episcopatum vacent pensiones, non tamen vacabunt, nisi adepta possessione, & consecratione secuta, n. 25. *Nec vacabunt pensiones promotorum ad Episcopatus in terris infidelium, seu Episcoporum titularium Ecclesiarum, quæ sunt in partibus infidelium*, n. 26. *Et quamuis in promotione decernerentur beneficia vacare, non facta expressa mentione de pensionibus, Decretum istud ad eas non extenderetur*, n. 27. *Et quando pensiones etiam expresse decernerentur vacare, non censerentur effectualiter vacare ante adeptam possessionem Episcopatus*, n. 28. *Sed verius est tunc statim vere vacare, & ex tunc non deberi*. n. 29.

Beneficia, quæ promoti obtinent tempore promotionis sut Papæ reseruata, per extrauag. ad regimen, siue tunc, siue postea, quomodocumque vacent, n. 30. *Et quamuis* d. extrauagans *sit temporalis, tamen omnes S. Pontifices eam renouant in prima regula Cancellariæ*, n. 31. *Et ponitur decisio Rotæ*, n. 32. *Et quod in ea dicitur beneficia promoti vacare in curia, & vt sic esse etiam reseruata intelligitur, quãdo in promotione Papa decernit ea vacare*, n. 33.

Prouisiones, & quæcunq; dispositiones factæ de beneficiis resignatis simpliciter vel ex causa permutationis per promouendos ad Ecclesias cathedrales, & quascunq; præfaturas inter earum vacationis, & promotionis tempora sunt cassæ, & irritæ, vt in regula 25. *Cancellariæ*, n. 34. *Et qui eam explicant* n. 35. *Quæ regula habet locum, non solum in resignationib. factis in manibus ordinariorum, sed etiam in manibus Papæ, etiam in fauorem, & cum reseruatione alicuius, &c.* n. 36. *Beneficia tamen, quæ habent nominati ad Episcopatus, per Regem Hispaniæ resignari solent cum derogatione istius regulæ in fauorem illorum, quos rex vult*, n. 27.

Supradicta procedunt in minoribus beneficiis, quæ promotus antea obtinebat, de quibus loquuntur iura citata, nu. 38. & cap. si quis iam translatus 21. q. 2. *de minoribus, tam primo, quam secundo*, num. 38. *Secus est in Episcopo translato ad alium Episcopatum, nam primus statim vacat per translationem ad secundum, & absolutionem à primo per prius factam à Papa accedente ipsius translati consensu, etiam non adepta possessione secundi contra Roman. & Felin.* num. 39. & seq.

Videtur consuetudine receptum in Hispania, quod Episcopi translati ad alium Episcopatum administrent in primo, & in eius possessione permaneant, donec possessionem secundi adipiscuntur, vel promotus ad primum possessionem eius capiat, quamuis non lucrabuntur fructus à die translationis factæ cum consensu illorum, & ita seruatur, maxime cum lucrentur fructus secundi Episcopatus, n. 41. *Non tamen non valebit prouisio ab eis facta de beneficiis vacantibus post translationem, ex* reg. 2. *Cancell.* n. 42.

Licet per Episcopatum priora beneficia vacent, per adeptionem tamen dignitatum, vel beneficiorum, non vacat Episcopatus, nec Abbatia, n. 43.

An collatio dignitatum, vel beneficiorum facta Episcopo valeat, Resoluitur, quod non, nisi fiat ex dispensatione Papæ, aut ex iusta & necessaria causa, n. 44. *Episcopo tamen titulari, vel qui renuntiauit Episcopatum, facta collatio, præsertim de beneficiis simplicibus, valebit contra Card. & Bursatum*, n. 45. *Et reseruatio pensionis maxime facta mentione de Episcopatu*, n. 46.

Valebit collatio beneficij facta electo in Episcopum ante confirmationem, & vacabit post confirmationem, sicut alia obtenta, nec per illius assecutionem ius per electionem quæsitum perditur, n. 47.

BEneficia † promoti in Episcopum vacare planum est, & sine controuersia, *cap. cum in cunctis.* 1 *§. 1. de elect.*

Vacantque † omnia beneficia. Caputaq. *dec.* 400. 2 & 401. *p.* 2.

Etiam † simplicia, Lamb. *de iure patro. 1. p. 2. lib. q.* 3 6. *ar.* 15. *à num.* 9. Hoieda *de incompatibilitate benef. 1. p. c. 4. n.* 3. & Flam. Paris. *de resignat. benef. lib. 3. q. 1. nu.* 76. & alij.

Ac † etiam pensiones, vt tradidi supra 1. *par. cap.* 4 5. *n.* 110.

Quando autem † illa vacare censeantur, contro 5 uersia est, in qua dicendũ est de iure non vacare, nisi post adeptam possessionem pacificam, & confectionem, seu huius loco lapsum trimestris ad consecrationem dati, & ita probat tex. *in d. c. cum in cunctis, §. 1. & ibi glo. c. si qui Episcopi* 92. *dist.* Innoc. *nu.* 4. Ioan. And. Butr. Imola *nu.* 4. Abb. *à n.* 1. & 6. Bellam. Decius *à n.* 1. & 11. & alij *in d. §.* 1. qui reprobant opinionẽ Hostiensis volentis, quod vltra possessionẽ, & consecrationem haberetur etiam tempus trium mensium, idem Oldra. *cons.* 14. *à num.* 4. Roman. *cons.* 335. & 345. *numero* 17. Pauin. *de offic. & potest. Cap. sede vacante 2. p. q.* 9. Felin. *in tract. quando literæ Apostolicæ limitat. 5. ver. & bene cõsiderata*, Hier. Paul. *in practica Cancell. §. notabilia de vacantibus special reseruatione*, Probus ad Monachum *in cap. 2. de præben. in 6. numero* 49. Cosm. *in pragmatica sanctione, c. licet. §. censuit, verb. promotus*, Staphil. *de literis gratiæ, tit. de variis modis vacationis. §. secundus principalis modus*, Lamber. *de iure patro. d. 1. par. 2. lib. q. 6. art.* 15. Gigas *pensio. quæst. 56. numero tertio & quarto*, Rebuf. *in concord. titul. de mandat. Apostolic. §. statuimus. verb. Ecclesias.* Corras. *de benef. 1. par. capit.* 10. *à numero sexto*, Rofiniacus *cap. 5. a numero primo*, Pet. de Baisio *in Directorio electionum 3. par. capit. 48. numero 2. & 3.* Simoneta *de reseruat. quæst. 27. num. 2* & ibi Paulus Granutius, *numero. 6.* Mandos. *reg. 1. Cancell. quæst. 15. num. 2. & reg. 26. quæst. 4. num. 2.* Ferretus *cons. 53. numero tertio & quarto*, Bursat. *cons. 351. libr. 4.* Nauarr. *cons. 14. de election.* Hoieda *de incompatibilitate dict. capit. 4. numero* 13. Pet. Gregor. *de benef. capit. 24. numero* 10. Anas. Germonius *de indultis Cardin. §. si vero à numero* 20. Flamin. Paris. *dict. libr. 3. quæstione 1. numero* 76. Quintanaduennas *lib. 4. Ecclesiasticon, numero* 114. & 115. Cerola *in praxi Episcopali 1. par. verb. vacatio.* Et Achilles *decis.* 37. alias *1. de promotis.* Caputaquen. *decis.* 401. *par.* 2. Cuius literam *numero 3.* dum dicit, *iuxta stylum, & consuetudinem Romanæ curiæ*, existimo esse mendosam, & debere dicere, *Licet non iuxta stylum, &c.* vt patet ex sequentibus, & allegationibus Abbatis, Felini & Gigantis, & maxime, quia dicit, quod non sufficit, sola allegatio consuetudinis, sed debet per testes probari. Et Rota in Toletana scholastriæ de Alcala 22. Iunij 1592. coram D. Orano infra adducta, *num.* 13. & in Barchinonen. canonicatus 9. Martij 1598. coram D. Millino supra adducta 6. *par. capit. 4. numero* 23. Et posthæc Gonçalez *ad reg. mensibus gl.* 15. *n.* 53. Azor 2. *par. li. 7. c. 16. quæst.* 12. Card. Tuschus *concl.* 71. *litera B.*

Glossa tamen † in *Clemen. 1. vt lite pendente, verb.* 6 *collato*,

collato, ait, quod in curia beneficia electi in Episcopum in curia consecrari statim conferuntur, etiam ante adeptam possessionem. Et idem dicit Romanus *supra*, & Staphil. *numero* 2. & 3. Corras. *num.* 7. & Horatius. Mandos. *in add. ad Roman. d. cons.* 335. *litera A.* qui ait, quod ante consecrationē beneficia de stylo curiæ non conferuntur licet post consecrationem illico conferūtur, etiam ante adeptam possessionem & Tuschus supra *num.* 4.

7 Alij vero † dicunt, quod de stylo, & consuetudine curiæ beneficia promoti statim vacant per promotionem, statimque vt vacantia per Summum Pōtificem conferuntur, Abb. *n.* 3. Decius 7. & alij *in d. §.* 1. Card. & Imola *in Clem.* 1. Lamb. *n.* 12. Gigas, Reb. Mandos. *d. quæst.* 15. *n.* 3. & 4. & *d. quæst.* 4 *n.* 4. Ferretus *n.* 5. & Bursatus *n.* 4. & 15 & Hoieda *n.* 14. & Azor *vbi supra.*

8 Quem † stylum, qui durus aliquibus videtur, ita tēperat, & declarat Abb. *d. num.* 3. quod licet beneficia promoti statim conferantur, tamen illa collatio non debeat habere effectum, & dicta beneficia vere, & effectualiter aliter vacare non censeantur, nisi saltim adepta possessione, vel promoto in mora existente in illam capiendo, quia quis non debet perdere primum beneficium, nisi secundum sit plene consecutus, vt *in capit. si quis iam translatus, & ibi glo. verb. translatus* 21. *quæst.* 2. *d. ca. si qui Episcopi* 92. *distinct.* sequuntur Lamber. *d. nu.* 12. Mandos. *d. reg.* 26. *quæst.* 4 *num.* 5. Bursat. *num.* 4 Hoieda *num* 15 & Flam. Paris. *nu.* 78. *vbi supra.* Et istam declarationem Abbatis ad dictum stylū curiæ secuta est Rota in vna Panormitana beneficij, seu pensionis corā D. Fabio de anno 1548 vt per Achill. *d. dec. 3 n.* 1 & testatur Mandos. *d. q.* 4. *num.* 5.

9 Verum in d. Toletana † scholastriæ inter Doctorem Neroni, & Doctorem Herrera dixerunt domini Rotam interpretari istud, quod Doct. dicūt de stylo curiæ procedere, quando in promotione Papa decreuit beneficia vacare, iuxta *decis.* Cassad. 2. *de constitut. num.* 3 & quod quando non adest expressum Decretum vacationis, statur iuris communis dispositioni, & ab eo regulatur stylus curiæ, vt fuit decisum in vna Veglen. coram domino Seraphino, & idem fuit dictum in vna Pharen. pensionis coram sanctissimo Clemente VIII. quæ est 1. *par. diuersor. decis.* 233. vbi *numero primo* dicitur, quod quamuis in curia sit introductum, quod vacent beneficia promoti per promotionem: hoc tamen est, quia eo ipso, quod Papa aliquem promouet ad Episcopatum, decernit beneficia vacare illa illico conferendo. Et ita circa dictum stylum Anas. Germon. *supra n.* 27. ait sibi placere, quod ei dixit D. Iosephus Ferrerius, referendarius, & abbreuiator, vt de stylo tantum per promotionem beneficia non dicantur vacare, sed de stylo decernantur vacare, vt dicit Simoneta *supra n.* 3. & Naua. *in c. accepta, de restit. spol. oppos.* 10. *solutione, n.* 34. & D. Sahagun *in c. eam te de rescript. num.* 20. ait, quod praxi receptum est eodem Consistorio Episcopum à Pontifice confirmari, omniaque eius beneficia, & pensiones vacare pronuntiatum.

10 Sed an † intrabit tunc dicta declaratio Abbatis, credo, quod non, sed quod decernente Papa beneficia statim vacare, vacabunt vere, & effectualiter statim, & prouisus de eis poterit possessionem capere, etiam ante adeptam à promoto possessionem Episcopatus, quia ita videtur velle Papa, ita decernēdo, quamuis si forte promotus non posset postea capere possessionem Episcopatus, posset redire ad sua beneficia, etiam sine noua collatione, quia illud Decretum papæ intelligitur sub tacita conditione, nisi forte prouisus non possit consequi Episcopatum: facit *cap. si beneficia de præben. in* 6.

Sed dubitatur, an † promotus intra trium mensium spatium datum à iure ad faciendum se consecrari, vt dicunt Dd. citati, & probat tex. *in cap. quoniam* 75. *distinct. & in c. quoniam* 100 *dist.* & Concilium Tridentinum *sess.* 7. *cap.* 9. *& sess.* 23. *cap.* 12. *de reformation.* debeat etiam possessionem Episcopatus adipisci, & alias non docto de impedimento, quare intra istud tempus, possessionem etiam non sit adeptus, dicantur vacare beneficia, quod sentit Anas. Germonius *supra n.* 24. & clarius *n.* 48. cum Caputaq. *decis.* 401. *n.* 5. 11

Sed † verius est ad capiendam possessionem, non esse assignatum dictum tempus trium mensium, quia nō est tex. qui ita dicat, nec ex quo id colligi possit. Vnde ad vacationem beneficiorum, quod attinet ad possessionem, solum spectabitur, an possessionem Episcopatus sit adeptus, vel per eum steterit, quin eam acceperit, Roman. Staphil. Rosin. *num.* 1. & 6. Per. de Baisio, Mandos. Hoieda, & alij *supra, ad capit. licet Episcopatus, de præben. in* 6. *& extrauag. execrabilis, vers. qui vero, de præb. & cap. commissa, de elect. in* 6. & hoc est, quod dicit Caputaquen. *d. decis.* 401. *n.* 5. *&* 6. 12

Et ita † plane tenet Rota in dicta Toletana scholastriæ, quæ decisio sic se habet, *Toletana scholastriæ* 22. *Iun.* 1592. *Ioannes Garcia scholasticus Ecclesiæ Complutens. fuit ad Ecclesiam Almerien.* 16. *Calend. Septem. anni* 1587. *promotus, concessa sibi retentione scholastriæ ad sex menses, & demum data prorogatione ad sex alios, à die quo Ecclesiæ possessionem foret assecutus, & cōsecratus, suscepto consecrationis munere,* 15. *Nouembris* 1587. *possessionem Ecclesiæ penul. Decem. sequentis apprehendit, sed quia priuileg. felic. memor. Leonis X. & concordia scholastriæ collatio Archiepiscopo Toletano occurrente eius vacatione in mensibus Ianuarij, Martij, Maij, Iulij, Septemb. & Nouemb. fuerat reseruata: in reliquis mensibus Vniuersitati complutens. permissa ad eam nominatio, & Regi catholico præsentatio, ideo inter Franciscum de Herrera iuri vniuersitatis inhitentem, & Ioannem Baptist. Neroni prouisum ab Archiepiscopo orta differentia dubitaui, an Francisci intentio respectu vacationis scolastriæ in mense Decembris esset iustificata, & domini tenuerūt pro affirmatiua, quia siue ius commune, siue stylum curiæ inspiciamus, ad inducendam vacationem beneficiorum promoti, duo sunt requisita, adeptio, scilicet possessionis, & consecratio, seu huius loco lapsus trimestris ad consecrandum, Innoc.* in cap. cum in cunctis, num. 4. *Abb.* numero 6. *Ioann. Andr. Bellamera, & alij, qui reprobant opinionem Hostiensis volentis vltra consecrationem, & possessionem, quod etiam haberetur tempus trium mensium, idem Anton. de Butrio in* glos. 3. vers. noto 1. *& ibi Imola* num. 4. de elect. *Oldrad.* cons. 14. numero 4 & seq. *Calder.* cons. 1. num. 2. de translatione prælati, *Achill.* dec. 271. *alias* 1. de promotis. *Vnde cum Ioannes* 15. *Nouem. fuerit consecratus, & successiue penult. Decemb. possessionem Ecclesiæ adeptus, non potest dici inducta scholastriæ vacatio, nisi post prædictam diem penul. Decem. qua possessionem Episcopatus accepit. Neq; enim curandum est, quod multi Doctores teneāt nō expectari apprehēsionē possessionis post cōsecrationem, vel lapsum tempus ad consecrandū, & de stylo curiæ omnia beneficia promoti vacare,* gloss. in d. c. 13

cum in cunctis. §. cum vero, verb. ad quem spectant, *& ibi Abb.* numero 6. *& Enrig Boe.* numero 6. *Ioan And. in Clem. 1. & ibi Imola, & Cardin.* verb. collatio, vt lite pendente, *Roman.* consil. 335. *Gigas* de pensio. quæst. 56. numero 3. *Staphil.* de literis gratiæ, fol. 69. vers. secundus principalis modus, *quia Rota eorum dictum interpretatur procedere, quando in promotione, vel translatione Papa decreuit beneficia vacare, iuxta* decis. *Cassad.* 2. de constitutio. *verum quando non adest expressum Decretum vacationis, statur iuris communis dispositioni, & ab eo regulatur stylus Curiæ, vt fuit decisum in vna Veglen. coram R. P. D. meo Decano. Neque dicatur culpa Ioānis accidisse quominus prius possessionē Episcopatus non fuerit assecutus, nam satis verificatur, haud in sua potestate fuisse tempestiuius possessionem assequi ex infirmitate, quæ ei superuenit, gloss.* in cap. quam sit, verb. iusto impedimento, de elect. in 6. Clem. 1. §. cæterum, de statu monach. cum allegatis, *quando enim adest impedimentum, quod causam præstat quominus intra tempus debitum accipiatur possessio, non vacant beneficia promoti, Innocent.* in d. c. cum in cunctis, numero 4. *& ibi Bellamera* quæstio. 7. numero 24. de elect. *Caputaquens.* decis. 401. numero 5. lib. 2. *Nec obstat, quod potuit procuratorem mittere ad capiendam possessionem, quia cum in adeptione possessionis, teneretur emittere professionem Fidei necessum fuit, quod corporaliter id faceret iuxta resolutionem Sacræ Congregationis Concilij, non autem per procuratorem, vt notant Dd.* in cap. ego N. *vbi post alios, Abb.* numero 6. de iure iurando, *ea enim, quæ requirunt personalem residentiam, non possunt per procuratorem suppleri, Hostien.* in c cum desideres, de sentent. excommunicat. *Gemin.* in cap. eos qui, in princip. nu. 6. eod. in 6. *& ita alias fuit conclusum in vna Carthaginen. fructuum coram illustrissimo Domin. Cardin. Plato.*

14 Secundo dub. an si cum † promoto esset dispensatum, quod non teneretur consecrari intra annum, durante tempore talis dispensationis beneficia vacent, in quo dicendū est non vacare, etiamsi dispensatio concessa esset ad instantiam partis, ex quo tunc non est in mora, nec negligentia potest sibi imputari, Butrius, & Abb. *à num. 7.* & Decius, *num. 12 in d. c. cum in cunctis, §. 1.* Felin. *in cap. postulasti, numero 13. limitat. 6. de rescript.* Staphil. *supra numero 5.* Cosmas *titul. de collatio. §. item insuper, verb. consecrari,* Rofin. *d. cap. 5. à numero 13. ad 16.* & Pet. de Baisio *supra à numer. 4.* & Thom. Sanchez *de matrimon. lib. 8. disp. 1. num. 24.*

15 Quamuis † contrarium videatur tenere Caputaquen. *d. decis. 401. n. 8.* & quamuis in dispensatione ad instantiam partis contrarium teneat Probus ad Monach. *in d. c. 2. de præben. in 6. n. 50.* cum Ioan. Andr. *in d. §. 1.*

16 Et idem † videtur dicendum in prorogatione temporis dati ad se consecrandum, quia in effectu idem est, & eadem ratio, quamuis contrarium in ea nisi concederetur motu proprio, tenet Gomezius *de breuibus, n. 12.*

17 Tertio † dubitatur, an si electus administrasset de facto, ante confirmationem vacent beneficia priora, in quo Abbas *in d. §. 1. num. 10.* cum Collectario ibi ait quod sic, lapso tamen tempore trimestris ad consecrationem præfixi, *argum. cap. cum qui, de præben. in 6.* Et facit text. *in cap. quanto de translat. Episcopi,* qui loquitur in Episcopo, qui transtulit se de facto ad alium Episcopatum, nam quia de facto plene translatus est, perdit primum, & non debet habere secundum, vt sic careat, & habito, & ambito, vt recte ait Abb. *d. §. 1. n 11.*

At Decius *dict. §. 1. numero* 14. docet, quod per administrationem, & possessionem de facto, non vacant priora beneficia, nisi alia requisita concurrant, scilicet, quod sit confirmatus, & consecratus. 18

In quo † Decius videtur quæstionem hanc confundere, nam si confirmatus est, & consecratus, non potest dici administrare de facto, nisi forte intelligat de eo, qui propria authoritate immiscuit se administrationi alio existente in possessione Episcopatus, cum spoliando, iuxta notata *in cap. transmissam, de elect. & supra 5. p. c. 4. à n. 243.* 19

Rursus sententia † Abbatis non videtur posse stare, nam cum ad vacationem beneficiorum, non solum requiratur adeptio possessionis, sed etiam consecratio, iuxta dicta, per solam administrationem de facto non potest induci vacatio. 20

Nec † obstat, quod loco consecrationis sufficiat lapsus temporis ad eam præfixi, vt supradictum est, nam id verum est, & procedit in eo, qui est negligens, & in mora eam petendi, & faciendi se consecrari: at ille qui non est confirmatus, licet de facto administret, non potest dici esse in mora petendi cōsecrationem, etiam lapso tempore, alias præfixo ad eam petendam, nam quamuis eam peteret, non daretur nec posset dari illi, ex quo non est confirmatus, nec tempus illud currit, nisi confirmato. 21

Vnde † sententia Abbatis solum procedet, quando quis administrat de facto ante confirmationem, qui est etiam consecratus, licet illicite, & iniuste, nam si aliquis se faciat iniuste in Episcopum consecrari, eodem modo vacant beneficia, ac si canonice consecratus esset, glo. per tex. *ibi in d. cap. eum qui, de præben. in 6. verb. obtinebat,* quam ibi sequuntur Monachus, Archidiacon. Ioann. Andr. Francus *num. 7.* & alij. 22

Quod tamen † ego intelligo, modo consecratio sit alias valida, & in forma Ecclesiæ, alias enim perinde esset, ac si facta non esset. 23

Ex dictis † infertur primo, beneficia promotorum ad Episcopatus in terris infidelium existentes, seu titulares, non vacare, cum non possint, nec per eos stet assequi possessionem illorum, Staphilus *tit. de qualitate. & statu benef. §. huiusmodi autem, numer. 15.* Mandos. *d. reg. 26. quæst. 4. numero* 5. Bursat. *dict. consil. 351.* Nauarr. *dict. consil. 14. de elect. num. 3.* Hojeda *dict. cap. 4. numero* 16. Paulus Granutius ad Simon. *de reseruatio. dict. quæst. 27. numero septimo,* Anast. Germon. *dict. §. si vero numero* 26. Quintanaduennas *dict. libro 4. numero* 115. & Flamin. Paris. dicens communem *dict. lib. 3. q. 1. numero* 9. *& 89. & q. 6. num.* 49. & Achilles *d. decis.* 37. Azor *d. lib. 7. cap. 16. q. 12.* nec contrarium dicit Lessius *de iust. & iure lib. 2. c. 34. n. 139.* quia deest dictio *non.* 24

Secundo † infertur, quod licet per promotionem ad Episcopatum vacent pensiones sicut beneficia, vt in principio diximus, non tamen vacabunt, nisi adepta possessione, & consecratione secuta, iuxta supradicta, & sentit Anast. Germon. *supra à num. 39.* & Rota quamuis dubitanter *d. decis. 233. num. 1. par. 1. diuersor.* 25

Nec † vacabunt pensiones promotorum ad Episcopatus existentes in terris fidelium, seu Episcoporum titularium Ecclesiarum, quæ sunt in partibus infidelium, Puteus *decis. 16. de pensio.* Flamin. Paris. *d. num. 9.* 26

Imo

27 Imo † quamuis in promotione decernerentur beneficia vacare iuxta supradictum stylum, non facta expressa mentione de pensionibus, Decretum istud ad eas non extenderetur, cum sit exorbitans, & pensio non sit beneficium, vt dictum est 1.p.c.5. maxime cum sit diuersa ratio, quoad hoc in pensionibus, ac beneficiis. Nam in beneficiis sit istud Decretum, vt statim possint à Papa prouideri, quæ ratio cessat in pensionibus.

28 Et quando † pensiones, etiam expresse decernerentur vacare de stylo, non censerentur tamen effectualiter vacare ante adeptam possessionem Episcopatus, iuxta supra dictam styli interpretationem Abbatis & aliorum d q a [illegible] pra n.8

29 Sed † nihilominus verius puto, tunc statim vere vacare, & ex tunc non deberi, quia Papa ita vult iuxta dicta n. 10.

30 Aduertendum † est tamen, quod beneficia quæ promoti obtineat, tempore promotionis sunt Papæ reseruata per extrauag. ad regimen de præbendis, siue tunc, siue postea, quomodocunque vacent Cassad. *dec.2.& 3. de constitut.* Simoneta *d.g.27.* Mandos. *reg. 1.g.15.* & Nauarr. *in d.c. accepta oppos.10. solutione, nu.34.*

31 Et † quamuis *d. extrauagans, ad regimen*, sit temporalis, & ad vitam conditoris, non perpetua, tamen omnes summi Pontifices eam renouant *in 1. reg. Cancellariæ*, vt ait Cassad. *d. decis.3. ad fin.* & ita videmus semper.

32 Vnde † alias Rota resoluit, *promoto ad Episcopatum spoliato beneficiis, quæ ante promotionem obtinebat, si non ostendit, quod in promotione habuit retentionem, non esse dandam restitutionem, quia per promotionem huiusmodi beneficia vacant in curia, & sunt reseruata, tam propter vacationem in curia, quam propter extrauagantem* ad regimen, *ac propter eam stante Decreto irritanti, quod discolorat titulum, & possessionem inficit, non venire restituendam, & ita tenuerunt omnes domini vno excepto 2. Martij 1554. vt per Guidobonum* decis. 106. in manuscript.

33 Id autem, quod † in ista decisione dicitur, beneficia promoti vacare in curia, & vti in curia vacantia, esse etiam reseruata intelligendum est, iuxta supradicta, quando in promotione Papa decernit ea vacare per promotionem ipsam, quæ sit in curia, iuxta dicta *5.par.c.1.à n.73.* & circa istam decisionem, vnde dicta *d.c.1. à n.413.*

34 Rursus aduertendum † est, quod prouisiones, & quæcunq; dispositiones factæ de beneficiis resignatis simpliciter, vel ex causa permutationis per promouendos ad Ecclesias cathedrales & quascunque prælaturas inter earum vacationis, & promotionis tempora sunt cassæ, & irritæ, nulliusque roboris, vel momenti, vt *in regula 25. Cancellariæ, de beneficiis vacaturis per promotionem.*

35 Quam † vltra glossatorem, Soto, & Rebuff. *ibi, & in concord. tit. de mandatis Apostolicis, § statuimus, verb. monasteria, vers. quæro, an electus*, explicant Mandos. *super eadem reg.* quæ apud eum est 26. & Flamin. Par. *d. libro 3. quæst.1. à num.83.* & ex professo *q. est. 6. per totam.*

36 Quæ † regula habet locum, non solum in resignationibus factis in manibus ordinariorum, sed etiam factis in manibus Papæ, etiam in fauorem, & cum reseruatione aliqua, vt tenuit Rota in vna Cremon. pensionis, coram Do. Cantucio de anno 1584. vt per Flamin. Paris. *d. quæst. 6. numer. 19. & 35.* quæ decisio habetur *1.p. diuersor.791.* & in eadem causa est alia 794. quæ mihi non videtur vera.

37 Beneficia † tamen quæ habent nominati ad Episcopatus per Regem Hispaniæ, resignari solent cum derogatione istius regulæ in fauorem illorum, quos Rex vult & nominat.

38 Supradicta † autem procedunt in minoribus beneficiis, quæ promotus antea obtinebat, de quibus loquitur text. *in d.c. cum in cunctis. §.1. de elect. & in d.c. si quis Episcopi 92. dist.* tex vero *in d.c. si quis iam translatus, & ibi gl. 21.q.2.* loquitur de minoribus beneficiis tam primo, quam secundo.

39 Secus autem † est in Episcopo translato ad alium Episcopatum, nam primus Episcopatus statim vacat per translationem ad secundum, & absolutionem à primo, per prius factam à Papa, accedente ipsius translati consensu, etiam non adepta possessione secundi, Abb. post alios *in cap. fin. n.13. de postulat. prælator.* & optime *consil.101. par.2.* Pauinus *de offic. & potestate c. præludio vltimo, num.7. & 2. par.8.q. num.30.* Gregor. Lopez *in l. 3. tit.16. par.1 gloss. penul.* Mandos. *de signatura gratiæ, tit. de translationib. vers.2.3. & 5.* & cum communi, Mascard. *dict. conclus.183. à numero 15.* & particulariter *numero 33.* qui plures Doct. refert, Franc. Marcus *decis.1089.* & Prosper de Augustino *in apper. ad summam bullarij quarantæ, verb. Capitulum sede vacante, in princip. pag.520.* qui ait, quod terminum octo dierum post mortem Episcopi præscriptum cap. ad constituen vicarium, ex Decreto Concil. Trid. *sess.24. cap.16.* refertur S. eiusdem Concilij Congregationem declarasse currere Capitulo, etiam à die scientiæ translationis Episcopi ad aliam Ecclesiam, quando tamen à summo Pontifice fuerit Episcopus absolutus à vinculo prioris Ecclesiæ, quia tunc dicitur proprie vacare sedes per translationem, etiam ante adeptam possessionem secundæ Ecclesiæ, & tunc cessare administrationem, & fructuum perceptionem, censuit S. Congregatio super causis Episcoporum, &c.

40 Quamuis † contra teneat Romanus *d. cons.345. n.17.* nempe, quod ad hoc, vt ipsius translati vacet Ecclesia, necesse est, quod translatus ipse possessionem Ecclesiæ, ad quam translatus extitit, quæsuerit, aut per eum steterit, quem sequitur Felin. *in c. eam te, de rescript. nu.8. vers. & dicitur translatus*, & Hojeda *1.p. c.3. num.12.* & Azor *d. lib.7. cap.16. quæst.12.* & Parlad. *differ.120. n.12.* Nec multum discrepat Gonçalez *d. gl.15. n.49.*

41 Videtur † tamen consuetudine receptum in Hispania, saltim frequentius, quod Episcopi translati ad alium Episcopatum administrant in primo, & in eius possessione permaneant, donec possessionem secundi adipiscuntur, vel promotus ad primum possessionem eius capiat, quamuis non facient fructus suos, nec eos lucrabuntur à die translationis factæ, cum consensu illorum, arg. notatorum supra *2. part. cap.1. à numero 125.* & ita seruatur, maxime cum lucrentur fructus secundi Episcopatus. Et ita fuit seruatum in Ecclesia Pampilonen. in promotione illustrissimi D. Bernardi de Rojas Sandoual ad Ecclesiam Gienen. & in promotione D. Anton. Zapata Card illustrissimi ad Burgen. nam non fuit publicata sedes vacans, donec acciperetur possessio secundæ Ecclesiæ, & cum in promotione D. Bernardi de Rojas Capitulum prætenderet publicare sedem vacantem, constando de promotione, & translatione ante adeptam possessionem secundæ, consilium Cameræ dedit prouisionem, vt non publicaretur, donec esset accepta possessio Ecclesiæ Gienen. & ita

etiam fuit seruatum in Ecclesia Lucen. & Segobien. & in aliis Ecclesiis.

42 Non tamen † valebit prouisio ab eis facta de beneficiis vacantibus post translationem, ex *reg. 2. Cancell.* vbi reseruantur beneficia vacantia post Ecclesiarum dimissionem, seu amissionem, vsque ad promotionem, & possessionem successorem, de quo supra 5. *par. cap. 1. à n. 245.*

43 Verum licet † per Episcopatum priora beneficia vacent, per adeptionem tamen dignitatum, vel beneficiorum, non vacat Episcopatus, *cap. cum nostris, de conces. præben.* vbi Abb. *n. 4.* Rebuf. *in concord. tit. de mandat. Apostolic. §. statuimus, verb. monasteria, vers. nota tamen, & in reg. 56. Cancellariæ circa fin.* vbi idem dicit in Abbatia, quod non vacat per adeptionem beneficij, Corras. *d. cap. 10. 1. par. n. 8.* & Cosmas *d. tit. de collatio. §. item insuper, verb. disponere*, qui dicit, quod capitulum de multa loquitur in curatis, & dignitatibus, nec habet locum in Episcopatu, Nauarr. *d. cons. 14. de elect. nu. 3.* & Hojeda *d. cap. 4. numero 12.*

44 Sed an collatio † dignitatum, vel beneficiorum facta Episcopo valeat, dicendum est quod non, nisi fiat ex dispensatione Papæ, aut ex iusta, & necessaria causa, vt verbi gratia, quia Episcopus non erat in possessione Episcopatus, sed exulabat, vel quia non habet fructus sufficientes ad se sustentandum, &c. vt *in d. cap. cum nostris*, & ibi Abb. *numero 4. 7. & 15.* & communis ibi, idem Abb. *in cap. Ecclesia vestra 2. de election. numero 3. & d. cons. 101. par. 2. numero 6.* Staphil. *7. forma expect. num. 3.* Cosmas *d. verb. disponere*, Lamber. *1. par. 2. lib. q. 7. art. 16.* & Man. Rodrig. *in sum. 2. to. c. 10. n. 7.* Lessius *de iust. & iur. libro 2. c. 34. n. 139.*

45 Episcopo tamen † titulari, vel qui renuntiauit Episcopatui, facta collatio, præsertim de beneficiis simplicibus valebit, Nauar. *d. cons. 14. & 15. de elect.* fauet Perez de Lara *de anniuers. & capell. lib. 2. c. 7. n. 16.* pro quo facit text. *in cap. ad supplicationem, de renuntiat.* quamuis Cardin. *ibi num. 1.* dicat, quod ei qui renuntiauit Episcopatui, non possit sine causa, & dispensatione conferri beneficium. Et quamuis Bursatus *d. cons. 351. lib. 4.* præcipue, *num. 23.* teneat, quod persona promoti ad Episcopatum titularem redditur inhabilis ad alia beneficia in futurum obtinenda, ita vt sine Pontificis indulto alia beneficia minime obtineat, dicens ita in specie tenere Cardinalem *in Clem. in plerisque. §. fin. de elect. quæst. 3.* qui tamen id non dicit.

46 Et ita † consultus respondi pensionem reseruatam Episcopo titulari, absque dispensatione esse validam, maxime facta mentione Papæ, quod erat Episcopus, ex quo inducebatur dispensatio in casu, quo esset necessaria ad *l. quidam consulebant, in fin. ff. de re iudic.* & tradita per D. Card. Tuschum *litera D. verb. dispensatio*, & Thom. Sanchez qui plures refert *de matrimonio lib. octauo, disput. 4. à n. 2.* & Rotam in vna Ferentina pensionis 23. Ianuarij 1602. coram D. Ortembergo dicentem, quod eo ipso, quod Papa sciens & volens grauauit Ecclesiam pensione, licet fructus essent tenues, Decreto Concilij Tridentini, *sess. 24. c. 13. de reform.* satis derogauit ex *d. l. quidam consulebant, &c.* Nec obstat text. *in d. c. ad supplicationem*, quod in contrarium allegabatur, ibi: *Ad sustentationem conserues ipsius*, quasi dispensatiue id sit: quia respondetur ex istis verbis non colligi dispensationem, sed id esse secundum ius. Secundo, quando ibi sit dispensatio, ex eo esse, quod Archiepiscopo, de quo ibi beneficium fuit collatum ante licentiam cedendi Archiepiscopatui, & absolutionem ab eo datam à Papa, vt videtur colligi ex ipso textu.

Præterea valebit † collatio beneficij facta electo in Episcopum ante confirmationem: nam ante confirmationem est capax alterius beneficij, si sibi conferatur, & vacabit post confirmationem, sicut alia obtenta, nec per illius assecutionem ius per electionem quæsitum perditur ipso iure cum non inueniatur iure cautum, &c. Cosmas *d. verb. disponere.* 47

CAP. VII.

De vacatione ob promotionem ad Abbatiam.

SVMMARIA.

Omnia etiam beneficia promoti ad Abbatiam vacant adepta possessione pacifica ipsius, vel si per eum steterit, etiamsi non fuerit benedictus, n. 1. *Pro quo allegatur*, cap. presbyteros 16. quæst. 1. *& facit* reg. Cancel. 25. n. 2.

Id procedit tam in Abbatiis regularibus, quam secularibus, n. 3. *intelligendo de Abbatiis secularibus, quando Abbas in Ecclesia collegiata habet generalem, & omnimodam, & quasi Episcopalem iurisdictionem, ita vt dici possit sponsus, & pastor, secus in aliis Abbatiis secularibus*, n. 4.

Procedit etiam in priori, seu priorato: qui habet locum Abbatis, & est principalis prælatura in Ecclesia regulari, seu collegiata, & in effectu est eadem dignitas, ac Abbatia, & idem si vocaretur alio nomine, n. 5.

SIMILITER † etiam omnia beneficia promoti ad Abbatiam vacant adepta possessione pacifica ipsius, vel si per eũ steterit quominus eam adipiscatur, etiamsi non fuerit benedictus, Oldrad. *consil. 14.* Felin. *in cap. eam te, de rescript. num. 7.* Decius *in cap. cum in cunctis. §. 1. de elect. nume. 4.* Probus ad Monachum *in cap. 2. de præbend. in 6. numero 31.* Cosmas *in pragmatica sanctione, tit. de elect. cap. licet, §. censuit, verb. benedictionis*, Selua *de benefic. 1. par. quæst. 2. num. 49.* Rebuf. *in concordatis, tit. de mandat. Apostolicis, §. statuimus, verb. monasteria, & consil. 14.* & cum Pauino Gigas *de pension. quæst. 65.* Rosin. *de benef. cap. 5. à numer. 33.* Pet de Baisio *in Directorio electionum 3. par. cap. 48. num. 7. & 8.* Hojeda qui alios refert *de incompatibilitate benef. 1. par. cap. 6. à num. 1.* Flamin. Paris. *de resignatione benefic. lib. 3. quæst. 1. à numer. 95.* & Zechus *de benefic. & pension. Ecclesiast. cap. 5. numero 4.* & notissime D. Cardin. Tuschus *conclus. 71. litera B. nu. 11. & 12.* 1

PRO quo allegatur † text. *in cap. presbyteros 16. quæst. 1.* & facit *reg. 25. Cancell. de beneficiis vacaturis per promotionem ad Ecclesias, & monasteria*, tam in titulo, quam in tex. ibi, *Vacaturis per promotionem quorumcunque ad Ecclesiarum, & monasteriorum regimina, &c.* 2

Quod procedit tam in Abbatiis † regularibus, quam secularibus, Hojeda *ibi num. 2.* & Flamin. Paris. *n. 99.* 3 & facit quod idem Hojeda dicit *cap. 5. præced. numero 2.*

Hoc ta-

4 Hoc tamen † de Abbatiis secularibus intelligo, quando Abbas in Ecclesia collegiata habet generalem, & omnimodam, & quasi Episcopalem iurisdictionem, ita vt dici possit sponsus, & pastor, argum. eorum, quæ notantur per glossa, *verb. Ecclesius*, Abb. *à num.* 7. & alios *in ca. quia propter, de elect.* & per nos supra 1. *par. cap. vlt. num.* 19. secus in aliis Abbatibus secularibus, quorum beneficia non vacabunt per adeptionem Abbatiæ, magis quam per adeptionem aliarum dignitatum, & ita videtur vsu & praxi receptum.

5 Procedit etiam in priore, † seu prioratu, qui habet locum Abbatis, & est principalis prælatura in Ecclesia regulari, seu collegiata, & in effectu est eadem dignitas, ac Abbatia, vt prioratus Roncevallis, &c. Selua *d. quæst.* 2. *num.* 53 Hojeda *d. cap.* 6. *n.* 2. & Flamin. Paris. *supra à num.* 100. & idem esset si vocaretur alio nomine, vt Præpositus, &c. non enim est ius in nomine.

CAP. VII.

De vacatione ob contractum matrimonij.

SVMMARIA

Matrimonio etiam non secuta copula clericus ipso facto beneficium perdit, n. 1. *Et sic etiam accessus, regressus, & alia iura ad beneficium competentia, licet non extinguatur dispensatio, & habilitas ad beneficia*, nu. 2.

Admittuntur beneficia per matrimonium, etiam si eo non consummato vxor religionem ingrederetur, & sic matrimonium dissolueretur, n. 3.

Etiam per matrimonium cum consanguinea, aut alias de facto contractum à beneficiato minorum ordinum, secundum communem contra Cardinalem, Butrium, Imolam, & alios dicentes, priuandum esse per sententiam, quibus accedunt Decius, & alij quando scienter contrahit in gradu prohibito, dicentes communem habere, quando ignoranter contraxit. Quam Decij sententiam reprehendunt Gregorius Lopez, Couarruias, & alij: non enim ex eo quod scienter contraxit, videtur in eo deficere consensus contrahendi: & quia magis peccans non debet esse melioris conditionis, numero 4.

Author è diuerso existimat, quod talis beneficiatus contrahens matrimonium in gradu prohibito ignoranter, & cum debita solemnitate, non amittit beneficium ipso iure, nec per sententiam debet priuari, quamuis scienter contrahens illud amittat ipso iure, n. 8. *& ratio differentiæ ponitur*, n. 9.

Si matrimonium esset nullum ex defectu consensus clerici, non perdet beneficium, nec ipso iure, nec per sententiam, n. 10. *Et idem quando matrimonium est nullum ex defectu consensus mulieris, procedētis ab eius furore, seu amentia*, n. 11.

At si esset nullum ex defectu consensus legitimi mulieris, vt quia fuit vi, vel metu compulsa, clerico libere consentiente, ipso iure perdet beneficium, quando ipse libere, & scienter contraheret cum mulier coacta, n. 12.

An si hodie stante Concilio Trident. beneficiatus contraheret sine parocho, aut testibus, perdet ipso facto beneficium: & partem affirmatiuam tenuit Rota in decisione posita, n. 13.

Sed contrarium verius videtur, num. 14. *nam matrimonium istud nullum est ex defectu formæ contractus, & ex actu nullo, propter defectum formæ, seu solemnitatis, non incurritur pœna*, nu. 14. *& ita tenent citati*, n. 15.

Beneficiatus in sacris constitutus matrimonium contrahens de facto, indistincte non perdit ipso facto beneficium: sed est priuandus per sententiam, numero 17. *quamuis alij teneant, ipso facto priuatum esse*, numero 18.

Per sponsalia de futuro certum est non vacare beneficium, num. 19. *& sic reprobatur decisio Rotæ antiquæ dicens, quod clericus contrahens matrimonium cum impubere vndecim annorum per verba de præsenti, etiam non secuta copula, perdit beneficium, nam hic contractus cum impubere iuris interpretatione solum est sponsalia de futuro, & contra illam tenet communis*, numer. 20. *Nec placet concordia, quod communis procedat, quando clericus sciebat eam esse impuberem: & opinio Rotæ, quando ignorabat*, numero 21. & 22.

Quod contractus matrimonij cum impubere iuris interpretatione sit sponsalia de futuro, procedit etiam hodie stante Concil. in matrimonio clandestino contracto sine parocho & testibus, quamuis alias est omnino nullum, ex S. Congreg. n. 23. *vbi ponitur declaratio S. Congregat.*

MATRIMONIO quoque, † etiam non sequuta 1
copula, clericus ipso facto beneficium perdit, *cap.* 1. *cap. diuersis fallacis, de cleric. coniug.* & ibi glo. & Dd. Rota *decis.* 1. *eod. tit. in nouis. &* 21 *de probat. in antiq.* capel Tolos. *decis.* 240. Palac. Rub. *in repetit. rubricæ de donatio.* inter virum. §. 55. *n.* 5. Rosiniac. *de benef. cap.* 3. P. Pechius *in reg. beneficium lib.* 6. *n.* 26. Mandos. *de signat. gratiæ tit. de priuat. vers. impetratur beneficium ob contractum matrimonij*, Mascard. *de probat. conclus.* 182. Zaullos *quæst.* 147. Rota in Lucana infra adducta *n.* 13. & Sairus *de censuris lib.* 6. *cap.* 5. *n.* 10. *& seq.* & citandi infra *n.* 4. & Tho. Sanc. qui plures refert de matrimonio *libro* 7. *disput.* 42. *à n.* 4. & post hæc Gonç. *ad reg. de mens. glos.* 15. *n.* 43. Lessius *de iust. & iur. lib.* 2. *cap.* 34. *dub.* 21. Açor *inst. mo. p.* 2. *lib.* 7. *cap.* 16. *à quæst.* 4.

Vnde per matrimonium † amittit clericus acces- 2
sus, regressus & alia iura ad beneficium competentia, Prob. ad Monach. *in cap.* 1. *de cleric. coniugat. in* 6. *ex num.* 5. Couar. *in* 4. 2. *par. c.* 6 §. 3. *num.* 5. Iul. Clar. *libro* 5. *recept. sentent.* §. 1. *quæst.* 73. *nu.* 5. Salz. ad Bernard. Diaz *in pract. crim. can. c.* 80. *litera E.* Flamin. Paris. *de resignat. benef. libro* 1. *quæst.* 1. *nu.* 14. & Zaullos *supra num.* 2. Thom. Sanch. *supra numer.* 7. qui tamen contra Prob. ibi recte ait *num.* 9. per matrimonium non extingui dispensationem & habilitatem ad beneficia, quia per eam solum amouetur impedimentum.

Quod ampliatur primo, † vt procedat, etiam si 3
vxor non consummato matrimonio religionem ingrederetur, & sic matrimonium dissolueretur iuxta *cap. ex publico, de conuers. coniugator.* nam adhuc ipse beneficia amittit, nec ea recuperat, Dd. *in dict. cap.* 1. Gigas *de pensio. quæst.* 54. *num.* 8. Rosin. *numero* 20. Couarru. *nume.* 6. Sairus 14. & alij supra citati, & citandi, *seq. ampliat.* & Sanchez plures citans supra *n.* 6.

Secundo † ampliatur, vt etiam per matrimonium 4
cum consanguinea, aut alias de facto contractum à beneficiato minorum amittatur beneficium ipso iu-

re, Abb. *in d.cap.*1. Rebuf. *de pacific. poſſeſſor. num.* 223. alias 187. qui ait, ita ſeruari de ſtylo Corraſ. *de benefic.*1. *part.cap.*10. *numero* 10. Gigas *d.quæſt.*54. *numero* 11. Tiraq. *de retractu lignagier. §.*26. *gloſſ.* 2. *numero* 9. Mandoſ. *ſupra.* Gregor. Lopez *in l.*1. *tit.*6. *part.*1. *verſic. el beneficio*, Couarru. 53. *numero* 4. Menchac. *de teſtament. §.*22. *numero* 64. Nauarr. *in man. cap.*25. *numero* 119. Bernard. Diaz *in addit.* ad Palac. *Rub. ſupra litera B.* & Salzedo ad eund. *in pract. d. cap.*80. *litera F.* Didac. Perez *in l.*1. *tit.*1. *libro* 5. *ordinamenti, verſ. item quia*, Cuchus *in inſtitut. maior. lib.*5. *tit.*12. *numero* 226. Petrus Gregor. *de benef. cap.* 25. *num.*4. Flamin. Pariſ. *d. lib.*1. *quæſt.*1. *num.*12. Zauallos *ſupra num.*5. Caldas Pereira 3. *part. de poteſtat. eligend. ad emphyteuſim cap.* 5. *n.*14. Sylueſt *in ſum. verb. beneficium* 3. *nu.*22. *& verb. clericus* 2. *numero* 2. *verſic. primo ſi contrahat*, Armilla *verb. beneficium n.*20. Ludou. Lopez *inſtruct. conſcientiæ* 1. *tom. c.*256. *&* 1. *to.*2. *part. cap.* 49. Man. Rodriguez *in ſum.*1. *tom. cap.*30. *numer.*9. Vega 1. *part. cap.*36. *casu* 20. Ioan. Baptiſt. Corradus *in reſponſio. caſuum conſcientiæ quæſt.*34. *in addit. ad fin.* & Sairus *ſupra numero* 13. qui plures alios referunt, & communem dicunt, & Rota *in dict. Lucana*, & Açor 1. *parte libro* 13. *cap.* 13. *quæſt.*8. *&* 2. *part. dict. lib.*7. *cap.*16. *quæſtione* 5. & poſt hæc Gonçalez *d. gloſſ.*15. *numero* 44. *& gloſſ.*57. *num.*44.

5 Quamuis † Cardin. *in Clem. gratiæ, de rescript. num.* 10. Butrius, & Imola *in d.cap.*1. & Bermondus *de publicis concubinariis, fol.*404. quem ſequitur Iul. Clarus *d. quæſt.*73. *num.*5. dicant per tale matrimonium non amitti beneficia ipſo iure, ſed priuandum eſſe per ſententiam, ſequitur Leſſius *ſupra num.*113. & ait probabilius, Thom. Sanch. *d. lib.*7. *diſput.*43. quomodocunque, & ex quacunque cauſa matrimonium ſit irritum.

6 Cui opinioni accedunt, † Decius *conſil.*166. Probus *d. c.*1. *n.*15. *&* 16. & Bernar. Diaz *d. c.*80. quando beneficiatus ſcienter contrahit in gradu prohibito, dicentes communem habere locum quando ignoranter contraxit.

7 Quam Decij ſententiam † reprehendunt Greg. Lopez Couar. Salzedo, & Zauallos ſupra, non enim ex eo, quod ſcienter contraxit videtur in eo defuiſſe conſenſus contrahendi ex traditis per ipſum Couarru. *d.*2. *par. cap.*3. *§.*7. *n.*2. Pet. Ledeſm. *de matrimon. q.* 55. *artic.*9. *circa fin. & in ſum. de matrim. cap.*15. 15. *concluſ. vltim. diffi.* & Thom. Sanchez *de matrimon. lib.*2. *diſput.*37. qui alios refert, & Suarez 5. *tom. diſput.*23. *ſect.*5. *num.*19. contra Nauarr. *in man. cap.*22. *num.*43. Armilla *verb. matrimonium num.*44. Vega 2. *par. cap.* 34. *casu* 58. 59. *&* 84. & alios relatos per Tho. Sanch. *ibi*, & quia magis peccans non debet eſſe melioris conditionis.

8 At ego † è diuerſo exiſtimo quod talis beneficiatus contrahens matrimonium in gradu prohibito ignoranter bona fide, & cum debita ſolemnitate non amittit beneficium ipſo iure, nec per ſententiam debet priuari, quamuis ſcienter ſeu mala fide contrahens illud amittat ipſo iure.

9 Et ratio differentiæ eſt, † nam is qui bona fide ignoranter contrahit, non facit actum beneficio ſeu clericatui contrarium, cum matrimonium ſit nullum, & ſic non poteſt dici facto ſuo beneficio renuntiaſſe, & rurſus in eo ceſſat delictum. & *argum. c. eum qui, de præben. in* 6. quod militat in contrahente ſcienter, cum loquamur de conſtituto in minoribus.

Si vero matrimonium † eſſet nullum ex defectu 10
conſenſus ipſius clerici, vt quia non erat ſanæ mentis, vel fuit vi vel metu coactus, tunc non perdet beneficium, nec ipſo iure, nec per ſententiam, Probus *num.*15. Gigas 9. *&* 10. Bernard. Diaz *num.*5. & Roſi. *ad fin. vbi ſupra.* & ſentiunt relati, Rota *in d. Lucana*, & Sairus *d. nn.*13. & Açor *d. q.*8. *& d. q.*5. & Leſſius *d. num.*113.

Et idem videtur quando † matrimonium eſt nul- 11
lum ex defectu conſenſus mulieris procedentis ab eius furore, ſeu amentis, quia perinde eſt ac ſi contraheret cum imagine, aut cum dormiente, vt dicit æquius Ioan. And. quem ſequitur Gigas *d. nu.*10. Roſiniacus *ibi*, & videtur tenere Probus *d. nu.*15. & facit, quod dixi *num.*8. *&* 9. de contrahente ignoranter. Quamuis contra teneant Staphil. *tit. de variis modis vacationis §. quintus vacationis modus, num.*9. & Bernard. Diaz *d. num.*5. & Sairus *ibi*, & Açor *dict. cap.*16. *quæſt.*6.

At ſi matrimonium † eſſet nullum ex defectu con- 12
ſenſus legitimi ipſius mulieris, vt quia fuit vi vel metu compulſa clerico ipſo libere conſentiente, tunc ipſo iure perdet beneficium, ſicut quando contraheret cum conſanguinea, Probus *d. num.*15. & poſt And. Gigas *d. num.*10. Bernard. Diaz *d. num.*5. & Sairus *d. num.*13. quod ego intelligo iuxta dicta, quando ipſe clericus libere, & ſcienter contraheret cum muliere coacta.

Sed hic eſt difficultas grauis, † an ſi hodie ſtante 13
Concilio Tridentino *ſeſſ.*24. *cap. de reformatione matrimon.* beneficiatus contraheret ſine parocho, aut teſtibus, perderet ipſo facto beneficium, in qua partem affirmatiuam tenuit Rota in d. Lucana de inſula ſancta, coram illuſtriſſimo Cardinali Lancelloto, in qua 6. Iunij 1575. fuit concluſum, *Conſtare quod Michael contraxit matrimonium cum Virginea de anno* 1565. *de menſe Septembr. vt bene probant* 1. *&* 5. *teſtes, qui coadiuuantur* 2. 4. *&* 6. *& licet quintus in interrogatorio præcise non recordetur de anno, tamen poſtea fatendo dictũ articul. verum, in quo conſtituitur dict. menſis, & annus, cenſetur expreſſe deponere de eodem menſe, & anno. Nec obſtat, quod verba, de quibus deponunt quintus, & ſextus teſtis, important ſponſalia de futuro, non autem matrimonium de præſenti, quæ reſpondetur, quod cum ſint prolata ad interrogationem alterius, an velit, ad inuicẽ matrimoniũ de præſenti contrahere videntur, vt per Couarruias* in 4. 2. part. cap. 4. *§.*1. numero 4. *præſertim cum in continenti fuerit, vt ſubſecuta anuli immiſsio, vt deponunt* 4. 5. *&* 6. *teſtes: nam per hunc actum denotantem conſensum coniugalem probatur etiam matrimonium de præſenti, vt late Couarruu.* dict. cap. 4. in princip. numero 3. *maxime, quia idem Michael confeſſus fuit, dum examinaretur, ſe ſuscepiſſe filium ex Virginea ſub* 29. *vel* 30. *Octobr.* 1566. *& poſtea de anno* 1576. 16. *Ianuary fuit conclusum, quod matrimonium fuit contractum per verba de præſenti, vnde inducebatur vacatio beneficij ipſo iure* cap. primo de clericis coniugatis, *& ibi notat gloſſ.* verb. delinquendo in princip. *quæ eſt communiter approbata, Couarruu.* ſupra 2. part. cap. 6. *§.*3. numero 4. *& hanc opinionem tenet Cancellaria, vt dicit Collectarius* in cap. Ioannes numero 1. in fin. de clericis coniugat. *quæ concluſio procedit, etiam ſi non fuerit ſubſecuta copula iuxta d. c. Rotæ* eod. tit. in nouis, & 1. de ſponſalib. in antiq. *& procedit, etiam vbi matrimonium ſit nullum ex alia ratione, quam defectu conſenſus, quia quantum in eo fuit, contraxit, & habuit beneficium pro relicto, & quia non debet eſſe melioris conditionis*

qui

qui contraxit nulliter, & illicite, quam qui licite, vt tradit Ioan. And. in d.cap. Ioannes, colum. penul. *quem ibi cæteri sequuntur, Roman.* consil. 283. col. 3 nu. 5. versic. videamus, *Abb.* in d.cap. 1. numer. 2. & in fin. *Brixien.* quæst. dominica, *Marsil.* singul 386. *Aufrer.* in addit. ad decis. *Tolos* 236. in fin. *Staphil.* de literis gratiæ fol. 75 versic. posset tamen, *Rebuf.* super reg. de publican. in fin. *Ias.* in l. vbi pactum, numero 24. C. de transactio. *Gigas* de pension. quæst. 54. numero 11. *Couarru.* d. §. 3. *& est communis opinio, vt ait Barbat.* consil. 16. colum. 2. in fin. versi. præterea accedit, *Imola* in d.cap. Ioannes, numero 24. versi. quarto casu, *bene Capra* regul 93. numero 93. *Non placuit dominis fundamentum factum exemplo ad probandum hic adesse defectum consensus, quia videlicet non fuit probatum in hoc matrimonio interuenisse parochum, prout disponit Concilium Trident.* sess. 24. de reformatione c. 1. *quod habet decretum irritans inducens resistentiam iuris in acta in contrarium gesto, quia dixerunt, quod etiam lex cum decreto irritan. resistit matrimonio contracto cum consanguinea,* cap. non debet, de consanguinit. & affinit. *& tamen communiter concludunt supradicti Dd. vacationem, quia in hac materia inspicitur factum ipsum, non autem facti validitas. Præterea tunc dicitur deficere consensum, quando nullo modo fuit præstitus, vt exemplificant Dd. in contrahente per metum, vel non habente intellectum, non autem quando est præstitus, & illum lex annullat, imo dicunt, quod Concilium in eius proœmio non negat adesse consensum in matrimonio clandestino. Nec obstat, quod tunc non inducatur talis vacatio beneficij quando adest talis nullitas matrimonij, quæ inducit impedimentum publicæ honestatis, quia respondetur hoc nullibi probari, sed potius contrarium esse verum per* cap. 1. de sponsal. in 6. *vbi hoc impedimentum publicæ honestatis oritur ex consanguinitate, & tamen vt dictum est, tenent beneficium per contractum matrimonij cum consanguinea vacare: vnde est verificata narratiua Iuliani narrantis, quod beneficium vacauit per matrimonium, per verba de præsenti legitime contractum, quia cum fuit contractum interueniente consensu per verba de præsenti, verum est, quod fuerit legitime contractum secundum subiectam materiam. Præterea cum talis surreptio verisimiliter non mouisset Papam ad concedendum, non vitiat,* Ægid. decis. 4. cum vulgar.

Mihi tamen † contrarium verius videtur in præ-
14 dicta difficultate, nempe quod contrahens matrimonium sine parocho, aut testibus non perdat ipso facto beneficium (licet posset priuari sic contrahens scienter) *argum. l. si quis legatum 6. ff. ad l. Cornel. de falsis.*

Nam matrimonium istud † nullum est ex defe-
15 ctu formæ contractus, & ex actu nullo propter defectum formæ seu solemnitatis non incurritur pœna, vt fuit dictum in vna Hipporegien. canonicatus 22. Octob. 1584. coram domino Orano *d. l. siquis legatum,* Ias. *in l. fin. C. de iure emphyt. numero* 139. Tiraquel. *de retractu lignagier. §. 1. glos. 2. numero 6 & §. 26. glossa 2. numero 11. & in leg. connubial. glos. 8. numer.* 207. Simoncellus *de decretis libro 2. tit. 6. nu.* 30. Azeuedo *in l. 1. tit. 1. libro 5. recopilat. n.* 48. & Thom. Sanchez *de matrimon. libro 3. disput. 2. num. 8. ad 3.* & non adhibita forma requisita, perinde est, ac si actus non fieret, quia forma dat esse rei, &c. conducunt tradita per Felin. *cap. ex tenore, de rescript. à num. 6.* & Molinam *de Hisp. primog. libro 2. cap. 16. n. 17.* nec hic inducitur vacatio propter factum matrimonium clandestin.

Et ita in proposito † tenet Man. Rodriguez *in sum. d. cap. 30. n. 9.* & Vega *d. cap. 36. casu 20. ad quartum,* & 19
facit, quod in simili tradit Pet. Ledesm. *de matrimon. d. quæst. 55. artic. 9 4. dub. & in sum. d. cap. 15. 15. conclusion. 4. diffic.* & Thom. Sanch. *d. lib. 7. disp. 48. n. 8.*

In beneficiato † autem in sacris constituto matri-
17 monium contrahente de facto dicendum est indistincte non perdere ipso facto beneficium, cum sit omnino inhabilis ad matrimonium, sed illis est priuandus per sententiam iudicis, ita *glos. fin. in dict. cap. 1. de cleric. coniugatis*, & ibi Butrius, & Imola, Bernard. Diaz *d. cap.* 80. & ibi Salzedo *liter. C.* dicens communem, & Masc ard. *conclus.* 182. *n.* 5. & 6. dicens communiorem, Gregor. Lopez, Nauar. Pet. Gregor. *n.* 5. Sylueft. Armilla, Ludouic. Lopez, Man. Rodriguez, Vega, Corradus, & Sairus *n.* 16. & Lessius *nu.* 115. *vbi supra*, & Enriquez *in sum. lib. 7. cap. 36. §. 1. liter.* G. & videtur inclinare Gigas *sup. n.* 6.

Quamuis † Staphil. *vbi supra à numero* 8. & Aufre-
18 rius *ad d. dec.* Capellæ Tolos. 240. *numero* 4. & Rosiniacus *à numero* 10. & Couarru. *supra* cum Ioan. And. Anchar. Cardin. Rom. & aliis teneant ipso facto priuatum esse, & Cuchus *d. libro 5. tit. 12. numero* 215. & Açor *d. libro 13. cap. 13. quæst. 6. & d. lib. 7. 2. par. cap.* 16. *q.* 5.

Per sponsalia vero de futuro † certum est non va-
19 care beneficium, Rota *d. decis. 1. de cleric. coniug. in nouis. & 21. de probatio. in antiq.* Abb. *consil.* 62. *numero* 18. *par. 2.* Corras. *d. cap. 10. numero* 11. Rosiniacus *d. cap. 3. à numero* 17. Mand. *supra*, Fuscus *de visitat. libro 2. cap. 28. numero* 18. Mascard. *d. conclus.* 182. Pet. Pechius *in dict. reg. beneficium numero* 16. Man. Rodrig. dicens communem, Vega, & Sairus *numero* 15. *vbi supra* & alij citati, & Thom. Sanch. plures referens *d. libro 7. disput. 42. num. 1* & Gonçal. *d. glos. 15. num.* 43. & Lessius *supra numer.* 114. qui tamen ait quod contrahens sponsalia meretur priuari beneficio, sed non placet mihi.

Ex quo † reprobatur *dec.* Rotæ *1. de sponsal. in antiq.*
20 alias 102 cum qua tandem tenent Staphil. *supra num.* 9. & Mandos. *de ætate minori 9.* 24. quæ ait, quod clericus contrahens matrimonium cum impubere 11. annorum per verba de præsenti, etiam non secuta copula, perdit beneficium. Nam hic contractus cum impubere iuris interpretatione solū est ad sponsalia de futuro, *cap. fin. de despon. impub. cap. 1. §. 1. eod. in 6.* & ita contra illam tenent Rosin. *n.* 16. & Iul. Clar. *supra*, & Mandos. *versic. quid si*, Açor *d. quæst.* 5 Couar. dicens communem *d. nu.* 4. & Bernard. Diaz *d. cap.* 80. *n.* 6. & ibi Salzed. *litera G.* † qui cum Menchaca *d.* † 22. *nu.* 47. intelligit communem, quando clericus
21 sciebat eam esse impuberem: & opinionem Rotæ procedere posse, quando ignorabat eam esse impuberem.

Sed hæc concordia † nimis restringit communem, & præterea conuincitur ex dictis supra *num.* 8.
22 *&* 9. de contrahente ignoranter in gradu prohibito: maxime quia etiam si ignoraret eam esse impuberem, adhuc iuris interpretatione ille contractus esset ad sponsalia de futuro, ex *d. c. 1. §. 1.* ibi: *Et matrimonium contrahere intenderent contrahentes.* Et ita eam distinctionem reprobat Tho Sanc. supra *disp. 43. numero 6.*

Et adeo verum est, † quod contractus matrimonij cum impubere iuris interpretatione sit ad sponsalia
23 de futuro, vt procedat etiam hodie stante Concilio in matrimonio clandestino contracto sine parocho & testibus, vt in vna Valentina censuit S. Congre-

gatio Concilij his verbis. *Matrimonium contractum clandestine inter puberem & impuberem in sponsalia de futuro resoluitur per* cap. vnicum, §. 1. de desponsatione impub. in 6. Quamuis alias matrimonium contractum sine parocho aut testibus, est omnino nullum; nec habet vim sponsalium, vt eadem S. Congregat. censuit. Thom. Sanchez *de matrimon. lib. 1. disput. 20. & 21.* qui alios cumulat.

CAP. IX.

De vacatione per ingressum religionis.

SVMMARIA.

Quemadmodum matrimonio, ita etiam per ingressum religionis vacat beneficium secuta possessione expressa, vel tacita, non ante, n. 1. *Et de possessione tacita intelliguntur verba* cap. beneficium. de regular. in 6. *ibi*: Aut constet. &c. *& ib*, seu scienter, *&c.* numero 2. & 3.

Quamuis olim posset fieri professio expressa, vel tacita infra annum probationis: tamen hodie ex decreto Concilij Tridentini non potest fieri nec tacita, nec expressa, nec qua obliget religioni, etiam in genere, non solum in Mendicantibus, sed nec in alia regione, n. 4. & 5. *circa quod refertur declaratio S. Congregationis*, n. 6.

Annus probationis debet esse continuus intra claustra, non interpolatus, nec priuilegium aliquod suffragatur, quia est sublatum, nec anno probationis renuntiari potest: & habet locum etiam in eo, qui ex voto religionem ingreditur, & in professo in vna transeunte ad aliam etiam laxiorem, nec potest abbreuiari etiam in ingresso post matrimonium ratum, & c. ex S. Congreg. n. 7.

Seruato tempore præfixo, & concurrentibus aliis requisitis, professio tacita non est exclusa à Concilio, sed remanet in dispositione iuris communis ex S. Congre. n. 8.

An ingressus religionem possit in anno probationis beneficium resignare, & ante Concilium clarum est quod poterat, n. 9. *Difficultas est, stante Concilio* cap. 16. sess. 25. de regular. *an illud decretum procedat etiam in renuntiatione beneficij, & procedere tenet Maiolus* n. 10. *& Flam. Paris. relatus* n. 11. *Sed contrarium tenetur* n. 12. *Nec Flamin. loquitur consequenter*, n. 13. *Nec creditur sacram Congregationem censuisse, quod decretum habeat locum in renũtiatione beneficij*, numero 14.

Non est verum, illud decretum ex Congregationis sententia habere locum, quando renuntiat ante ingressũ, sed intuitu ingressus religionis, vt ait Flaminius: sed contrarium sæpe censuit Congregatio, nempe non habere locum in donationibus & renuntiationib. factis ante ingressum, sed per ingressum, seu in ipso ingressu, & ita tenent aliqui Dd. licet alij etiam contra teneant. n. 15 & 16.

Non habet locum d. decretum in testamentis, & vltima voluntate, vel eleemosynis, ex eadem S. Congreg. num. 17. *licet contra fuit dictum per Rotam*, numero 18.

Non placet dictum Molinæ, valere renuntiationem, seu donationem factam à nouitio sub conditione professionis: nam non seruatur forma d. decreti, n. 19. *Et videtur etiam facta in tempus inhabile: nam facta possessione non poterat donare. Nisi essemus in religione bonorum incapace: nam tunc posset dici incipere ab hærede, nisi obstaret dictum decretum Concilij, vt quia esset facta à nouitio, licet renuntiatio hæreditatis futuræ, seu pactum de non succedendo factum sub dicta conditione professionis, valeret cum iuramento, &c.* num. 20. *sicut etiam donatio facta à nouitio, cum pacto & modo, vt eo professente sit nulla, non valet*, numero 21.

Non placet etiam doctrina Manuelis Rodriguez, dictũ decretum non habere locum in donationibus causa mortis, nam licet sint reuocabiles, & quoad effectum legatis æquiparentur, tamen in fieri sunt instar contractus, & respectu formæ solemnitatis & ordinationis æquiparantur contractibus, n. 22.

Stante constitutione 58. *Pij V. non potest Ordinarius admittere resignationem beneficij religionem ingressuri, nisi statim re ipsa profiteatur: ita enim intelliguntur verba illius religionem ingressuri, & non de habitus susceptione, vt volunt Fuscus & Flamin. Paris. quire probantur*, n. 23 & seq. *Et ita iuxta d. constitutionem, & non iuxta mentem Concilij procedet dictum Man. Rodriguez relati*, n. 25. *In casibus tamen alias permissis poterit ordinarius admittere resignationem nouitij, seu religionem ingressuri, etiamsi statum non profiteatur, seu religionem ingrediatur, non obstante dicta constitutione*, n. 26.

Cum per ingressum religionis ante professionem non vacent beneficia nouitij non resignata, an interim lucretur fructus, n. 27. *Resoluitur, quod in beneficijs habentibus fructus in absentia nouitius interim eos lucrabitur, nec debet eis priuari, siue postea exeat, siue profiteatur*, n. 28. *interim tamen debet per alium deseruiri beneficio, si seruitium requirit, assignata sibi congrua de ipsius prouentibus*, n. 29. *Et si est curatum, debet obtinere licentiam ordinary in scriptis, & si nollet eam dare, esset recurrendum ad superiorem*, num 30. *In beneficijs vero non habentibus fructus in absentia, vt canonicatibus & præbendis, quorum fructus residendo lucrifiunt, non lucrabitur, cum non resideat.* numero 31.

RVRSVS, quemadmodum matrimonio,† ita etiam per ingressum religionis vacat beneficium, 1
secutâ tamen professione expressa, vel tacita, non ante, ¦ *ca. Gonsaldus*, 17. *quæst. 2. cap. beneficium, de regular. libro 6.* vbi Dd. Staphil. *de liter. gratiæ, tit. de var. mod. vacationis*, 6. *modo*, Flamin. Paris. *de resignat. benef. libro 3. quæst. 3.* Fuscus *de visitatione libro 2. cap. 15. numero 84.* & Man. Rodrig. *quæst. regul. 1. to. quæst. 37.* & posthæc Gonçalez *ad reg. de mensib. glos. 15 numero 45.* & D. Card. Tusch. *conclus. 72. lit. B.* & alij, licet Menoch. *de præsumpt. libro 6. præsumpt. 82.* dicat, quod ingressus religionem præsumitur beneficiis renuntiasse, etiam intra probationis annum, &c.

Et de professione † tacita intelliguntur illa verb. 2
dicti cap. beneficium. ibi: *Aut constet quod vitam voluerit absolute mutare*, iuxta tex. *in cap. consulti, &c. statuimus, eod. tit. & cap. non solum, eod. tit. in 6.* Domin. *n. 6.* & Franc. *n. 13. notab.* ibi, *in d. cap. beneficium*, † sicut 3
etiam illa verba, *Seu scienter habitum receperit professorum*, iuxta tex. *in cap. constitutionem, eodem tit. in 6.*

In quo tamen † animaduertendum est, quòd quamuis olim posset fieri professio expressa, vel tacita in- 4
fra annum probationis, iuxta tex. *in d. cap. ad Apostolicam, & d. cap. statuimus, de regul. & d. cap. non solum, & d. c. constitutionem, & dict. c. beneficium, eod. in 6. cum aliis.*

Tamen †

Tamen † hodie ex decreto S. Concil. Tridē. *seſſ.* 25 *de reg. cap.* 15. non poteſt fieri profeſſio infra annum probationis, nec tacita, nec expreſſa, nec quæ obliget religioni, etiam in genere, nō ſolum in Mēdicantibus, ſed nec in alia religione.

6 Ex quo † S. Cong. Conc. cenſuit quod qui profeſſionem emiſit infra annum probationis, nō eſt obligatus neque ad religionem in genere, neq; in ſpecie contra *d. c. non ſolum, & cap. conſtitutionem, de reg. in* 6. nec etiam in foro conſcientiæ vlla inducta eſt obligatio.

Et vt eadem † S. Cong. cenſuit, annus probatio-
7 nis debet eſſe continuus intra clauſtra, non autem interpolatus, nec priuilegium aliquid ſuffragatur, cum cenſeatur ſublatum *cap. 22. eiusdem ſeſſionis*, & huic anno probationis renuntiari non poteſt, & habet locum etiam in eo, qui ex voto religionē ingreditur, & etiam in eo, qui profeſſus in vna tranſit ad aliam etiam laxiorem, authoritate Apoſtolica, nec poteſt abbreuiari etiam in eo, qui poſt matrimoniū ratum, vt poteſt. eſt religionem ingreſſus, etiamſi de vna religione tranſeat ad aliam, & ita tempus profeſſionis differatur.

Seruato tamen tempore † ibi præfixo, & concur-
8 rentib. aliis ad tacitam profeſſionem requiſitis, profeſſio tacita non eſt excluſa à Cōcilio *d. c. 15. & 16.* ſed remanet in diſpoſitione iuris communis ſicut ante, vt eadem Congregatio cenſuit, de quo Menoch. *d. li. 6. præſumpt.* 83.

Sed eſt † difficultas, an ingreſſus religionem poſſit in anno probationis beneficium reſignare, & ante Concilium clarum eſt quod poterat, iuxta *cap. ex tranſmiſſa, de renunt. & d. c. beneficium*, ibi: *Niſi ad id ipſius accedat aſſenſus*, & ibi gl. *verb. aſſensus*, & Dd.

Difficultas eſt, † ſtante Concilio Tridentino *d.*
10 *cap. 16. ſeſſ. 25. de regul.* an illud decretum procedat etiā in renuntiatione beneficij & procedere tenet Maiol. *de irregul. lib. 3. cap. 6. ſub nu.* 2. dicens quod ſtatuit Concilium ibi, *ne quis intra annum probationis poſſit beneficio renuntiare, quinimo facta renuntiatio non teneat*, vt, † & ſequitur Flam. Pariſ. *d. lib. 3. quæſt. 13. à*
11 *num.* 4. dicens, *ſenſus cenſuiſſe S. Cong. Concil. illud decretum habere locum in renuntiatione beneficij, & ſic eſſe faciendam de conſenſu ſuperiorum ante duos menſes profeſſionis, ne temere quis renuntiet, dum eſt nouitius & poſtea contingat carere beneficio & monachatu, ſi forte non admittatur ad profeſſionem, vel ipſe nolit poſtea profeſſionem emittere, & Epiſcopum non aebere conferre illa beneficia niſi facta profeſſione, vt reſpondit pluries Sacra Congregatio. Et rurſus illud decretum ex Congregationis ſententia habere locum, etiam quando quis renuntiat ante ingreſſum, ſed intuitu ingreſſus religionis, nam videtur renuntiatio facta in fraudem, & hoc quando ille non habet alunde ex quo viuere poteſt, vel eſt ordinatus ad titulum illius beneficij: nam his caſibus reſignatio non debet admitti, niſi habeatur certitudo de profeſſione, & eo modo, vt dictū eſt, de ſtylo exprimitur in ſupplicatione*, &c. Hæc Fla. Pariſ. Et quod decretum habeat locum in renuntiatione beneficij, tenet etiam Açor *2. parte, lib. 7. cap. 20. quæſt. 6.*

Sed iſta ſententia mihi † non placet, & verius
12 exiſtimo, d. decretum Concilij non habere locum in renuntiatione beneficij, nam re vera Concilium ibi ſolum loquitur de renuntiatione, & obligatione bonorum, & renuntiatio beneficij, & collatio illius, nō debebat eſſe in pendenti, vt non ſequuta poſſeſſione non intelligeretur, effectum ſuum ſortiri, ſed debet eſſe perpetua, & ſtabilis, & non temporalis, &c. vt per Manuel. Rodriguez *in ſumma 2. tom. c. 7. n. 2. & d. q. 37. art. 2.*

Nec Flaminius Pariſius ſupra loquitur conſe-
13 quenter, nam ſi illud decretum haberet locum in re nuntiatione beneficij, dicendum erat eam non valere, niſi iuxta formam, de qua ibi, etiamſi renuntians haberet aliunde, vnde viuere poſſet: nam in renuntiatione bonorum, non dubium eſt, quin habeat locum, etiamſi aliunde habeat, vnde viuere poſſit.

Nec credo † ſacram Congregationem cenſuiſ-
14 ſe, quod dict. decretum habeat locum in renuntiatione beneficij, nec vidi, nec inueni talem declarationem.

Nec rurſus verum † eſt illud decretum ex Con-
15 gregationis ſententia habere locum, quando quis renuntiat ante ingreſſum, ſed intuitu ingreſſus religionis, quin imo contrarium ſæpe cenſuit Congregatio, nempe illud decretum non habere locum in donationibus, & renuntiationibus factis ante ingreſſum, ſeu ante ſuſceptionem habitus, ſed in factis per ingreſſum, ſeu in ipſo ingreſſu, vt habetur in declarationibus ſuper d. capit 36. & ita tenet Mandoſ. *cōſil. 22.* & Menoch. *de arbitrar. lib. 2. caſu* 436. maxime *in noua additione*, vbi adducit declarationem S. Congregationis de anno 1595. in vna Mediolanen. & Proſper de Auguſtino *in appendice ad ſummam bullarij Quarātæ par. 2. verb. monaſteria, & conuentus regularium virorum, pag.* 590 ponens etiam declarationem, & Manuel Rodriguez *quæſt. regularium 2. tomo, quæſt. 47. artic.* 8. qui ait ita iudicatum eſſe in prætoriis, & conſultos Doctorem Moya, Solis, & Pinciæ, Valdes, & alios hanc tenuiſſe opinionem, vt accepit à quodam viro docto, & ita declaraſſe Dominos Cardinales 22. die Octobris anno 1563. vt refert Paſſarelus *in ſuo compendio priuileg.* licet ad finem ipſe Manuel Rodr. ibi vacillare videatur, & contrarium tenet *in ſum. 1. tom. cap. 90. numero 2. & 2. tom. capit. 7. num.* 8 dicens d. declarationis non vidiſſe literas authenticas.

Et licet contra teneant Nauar. *conſil.* 81. & 82. *de*
16 *regular.* alias *conſil. 7. & 8. de donatio.* (vbi tamen apoſtilla ait aduertendum, referri ſacram Congregationem cenſuiſſe, dictum decretum non habere locum in donationibus factis ante ſuſceptum habitum) & Ioan. Gutier. *in cap. quamuis pactum, de pact. in* 6. *ver. dum nuptui, nu.* 5. & Couar. *in apoſtillis ad dictum decretum Concily*, & Pater Molina *de iuſtitia 1. tomo tract. 2. diſp.* 146. & videtur tenere Roias *de ſucceſſ. cap. 7. nu.* 31. & Zauallos *q.* 121. *numero quarto & quinto.*

Nec etiam habet locum † dictum decretum in
17 teſtamentis, & vltima voluntate, vel eleemoſynis, vt eadem S. Congregatio declarauit: & quod non habeat locum in vltima voluntate, tenent Nauar. *conſil.* 83. *de regularibus & comment. 2. de regular. num.* 51. Ioannes Gutierrez *d. verb. Dum nuptui tradebatur, nu.* 4. *& canonic. quæſt. lib. 2. c. 1. à num.* 26. Gratian. *reg.* 456. *num.* 7. Caluacanus *deciſ.* 10. *num.* 113. 3. *par.* Humada ad Gregorium Lopez *in l. 7. tit. 7. part. 1 gloſ. 3.* Cenedo *collect* 50. *ad decretum*, Zauallos *quæſt.* 63. *nu. 7. & quæſt.* 121. *à numero* 4. Manuel Rodriguez *dict. capit. 90. numero 5. & d. cap. 7. numero 8. & 9. & d. q.* 47. *art.* 10. Molina *ſupra*, & Azor *inſtitut. moralium lib. 12. cap. 2. quæſt.* 14. licet contrarium teneat Spino *de teſtamen. gloſ. 12. num.* 50. & videtur tenere Caſtillo *de vſuf. cap.* 65. *nu.* 7.

18 Et licet † in causa Toletana nullitatis professionis coram D. Orano 12. Ianuar. 1598. fuit dictum, *Quod testamentum à monali factum sit nullum, si non fuit factum intra duos menses ante professionem vt requirebatur iuxta ordinationem Tridentini* sess 25. de regular. capit. 16. *habentis decretum irritans. &c.*

19 Non tamen placet † quod docet Molina, ibi valere renuntiationem, seu donationem factam à nouitio sub conditione professionis, id est, si professionem fecerit: nam non seruatur forma dicti decreti.

20 Et videtur † etiam facta in tempus inhabile, nam facta professione non poterat donare, cum non sit sui iuris, & omnia acquirantur monasterio, *auth. ingressi, C. de sacrosanct. eccles.* & paria sunt aliquid fieri tempore inhabili, seu conferri in tempus inhabile, *l. quod sponsæ, C. de donation. ante nupt.* nisi essemus in religione bonorum incapace: nam tunc posset dici incipere ab hærede, iuxta *l. vnicam, C. vt ab hæredib. & contra hæredes*, nisi obstaret dictum decretum Cõcilij, vt quia esset facta à nouitio, licet renuntiatio hæreditatis futuræ, seu pactum de non succedendo, factum sub dicta conditione professionis valeret cũ iuramento, (nisi obstet Concilium, vt quia fit factum à nouitio) Couar. *in d. cap. quamuis pactum. 3. p. §. 2. num. 3. &* 4. & ibi Ioannes Gutierrez *verb. Dum nuptui, num. 1.*

21 Sicut etiam † donatio facta à nouitio, cum pacto & modo, vt eo non profitente sit nulla, non valet, ob non seruatam formam dicti decreti, Nauar. *d. consil. 82. &* 83. *de regul.* & videtur tenere Manuel Rodriguez *d. c. 90. n. 3. & d. art. 8.*

22 Nec placet quod docet idem † Manuel *d. ca. 90. num. 5. & d. art. 10.* dictum decretum non habere locum in donationibus causa mortis: nam licet istæ donationes absolute, & ex natura sua sint irreuocabiles, & quoad effectũ legatis & vltimis voluntatibus æquiparentur, & connumerentur, *leg. fin. C. de donat. causa mortis, & princip. instit. de donat.* vbi Dd. tamen in fieri sunt instar contractus, & actus inter viuos, & respectu formæ, solemnitatis, & ordinationis, æquiparantur contractibus, Anton. Gomez 2. *tom. variar. cap. 4. num. 16.* Couar. *in rubr. de testam. 3. par. à num. 1.* Crassus *de succes. §. donatio causa mortis, quæst. 2.* qui alios plures referunt, & commmunẽ dicunt: & Zauallos *quæst. 695. num. 2.* Mol. *de iustitia, 2. tom. disp. 288.* & Rota *decis. 245. p. 1. diuers. numero 4.* vbi dicunt, *Doctores omnes conuenire, quod donatio causa mortis quoad ipsam in esse deducendam, sit contractus, &c.*

23 Verum vt redeamus ad nostrum † propositum, stante constitutione 58. Pij V. de qua supra *cap. 3. à n. 267.* ex qua non possunt ordinarij admittere resignationes beneficiorum, nisi in certis casibus ibi expressis, inter quos vnus est religionem ingressuri, vel matrimonium cõtracturi, si statim postea id re ipsa exequatur, dicendum est, non posse ordinarium admittere retentionem beneficij religionem ingressuri: nisi statim re ipsa profiteatur. Ita enim sunt intelligenda illa verba, *religionem ingressuri*, scilicet *per professionem*, non per habitus susceptionem iuxta subiectam materiam, de qua agitur, alias enim si posset admittere resignationem illius qui vult habitum suscipere, si postea exiret intra annum, remaneret sine beneficio, & sustentatione.

24 Nec † potest dici, vt dicunt Fuscus, *d. lib. 2. c. 28. num. 18.* & Flam. Paris. *lib. 5. q. vlt. nu. 166. & seq.* quod ordinarius potest amittere renuntiationem illius, qui vult ingredi religionem, si statim ingrediatur, sed eo ingresso statim non potest conferre illud beneficium, sed debet expectare per annum, intra quem potest exire, & quod prius non dicitur vacare beneficium, &c. Nam si daremus, vt isti volunt, quod illa verba, religionem ingressuri, intelligerentur de habitus susceptione: & quod sic ordinarius posset admittere renuntiationem illius, qui vult habitum religionis suscipere, si statim id exequatur, dicẽdum etiam esset posse statim illud beneficium conferre, nam per renuntiationem legitime admissam statim vacat beneficium, & potest conferri, vt supradictum est *d. cap. 3.*

25 Et ita † iuxta *d. constitut.* Pij V. & non iuxta mentem Concilij *d. c. 16.* procedet quod ait Manuel Rodriguez *d. q. 37. art. 2. 1. tom. q. regul.* quod renuntiatio beneficij non possit fieri per nouitium, nisi paulo ante professionem, quando scilicet d. nouitius iam ad ipsam professionem accingitur, & est receptus ad professionem à fratribus, & omnia sunt parata, ita vt moraliter loquendo, professio indubitanter fieri debeat, &c.

26 Videtur tamen, † quod in casibus alias permissis poterit ordinarius admittere resignationem nouitij, seu religionem ingressuri, etiam si statim non profiteatur, seu religionẽ ingrediatur, non obstante d. constitutione Pij V. quia id quod dicit quod statim id exequatur, &c. est quãdo resignat ex causa ingressus religionis, &c.

27 Sed cum per ingressum † religionis ante professionem non vacent beneficia nouitij non resignata, restat dubium an nouitius interim lucretur fructus.

28 In quo † breuiter dicendum est, quod in beneficiis habentibus fructus in absentia nouitius interim eos lucrabitur, nec debet eis priuari, siue postea exeat, siue profiteatur, cum sit absens ex iusta causa, *c. relatum, de cleric. non resident.* & lege permittente, & & sic non mereatur pœnam, *l. Gracchus, C. ad leg. Iuliam de adulter.* ita Archid & Francus, *nu. 2. & 6. in d. cap. beneficium, de regular. in 6.* Sylvest. *verb. religio. 2. q. 8.* Man. Rodriguez *dict. q. 37. art. 1.* & sentit Açor. *li. 12. c. 3. q. 1.* quidquid teneant *glos. vlt.* & Domin. *in d. c. beneficium.* & Fuschus *d. lib. 2. cap. 15. n. 84.*

29 † interim tamen debet per aliũ deseruiri beneficio, si seruitium requirit, assignata sibi cõgrua de ipsius prouentibus portione, vt *in d. c. beneficium.*

30 Et si est curatum, debet obtinere licentiam ordinarij in scriptis, iuxta decretum Concilij Triden. *sess. 23. de refor. cap. 1.* & si ordinarius nollet eam dare, esset appellandum & recurrendum ad superiorem,

31 vt alias dictum est supra *3. par. cap. 2. nu. 86.* in † beneficiis vero non habentibus fructus, in absentia, vt in canonicatibus & præbendis, quorum fructus residendo lucrifiunt, noon lucrabitur nouitius interim fructus, cum non resideat: licet enim absit ex iusta causa, non tamen ad effectum, vt habeatur pro præsenti, quia iste non est de casibus in iure expressis, maxime cum propter priuatam vtilitatem absit, vt ait Franc. *d. num. 6.* & facit declaratio S Congreg. adducta, *d. c. 2. n. 332. vers. an durante*: vbi dicta vide.

CAP. X.

De vacatione per priuationem.

SVMMARIA.

Beneficium vacat, & amittitur priuatione seu depositio-

tione, quæ propter graue delictum imponitur, nu. 1. nec est locus pœnæ priuationis beneficiorum, nisi in casib. à iure expressis, n. 2. sed quia non omnia crimina cõprehenduntur certa diffinitione, debebit iudex in his quæ similia sunt expressis, in quibus imponitur depositionis pœna, eandem regulam sequi, n. 3. non tamen debet iudex attendere multũ ad canones antiquos, quia illi de facili imponebant pœnam depositionis, nec nisi pro graui crimine depositioni, seu priuationi locus est, nu. 4.

Nullum crimen, etiam depositione dignum, inducit priuationem beneficij ipso iure, nisi sit iure cautum, sed est priuandus per sententiam: & ita in dubio præsumitur num. 5. *& casus in quibus quis ipso iure priuatur beneficiis, & in quibus venit priuandus remissiue*, n. 6.

An qui commisit crimen, propter quod incurrit pœnam priuationis beneficij, ipso iure amittat statim titulum, ita vt teneatur in conscientia illud dimittere, etiam ante sententiam declaratoriam, numer. 7. *& partem negatiuam tenent relati* numero 8. *pro qua facit quod de lege pœnali imponente pœnam ipso iure seu ipso facto, vltra eos tradunt Doctores communiter contra Abb. Felin Castr. & alios, quod non obligat in conscientia ad pœnam ante sententiam, quando requirit aliquam actionem seu executionem positiuam, seu imponitur iure iam quæsita, &c.* num. 9. *adeo vt committens delictum, propter quod ipso iure priuatur bonis, non amittat dominium eorum ante sententiam secundum aliquos*, n. 10. *quamuis contrarium alij teneant*, n. 11. *quæ sententiæ concordantur*, n. 12.

Id in beneficiis intelligendum est, quando non subiungitur aliud verbum, vnde constet mentem Papæ esse, vt amittantur nulla expectata sentẽtia, secundum Molin. & alios, num. 13. *Sed etiam tunc non teneri deliquentem in conscientia dimittere beneficium ante sententiam, tenet Couarr. & alij* num. 14. *imo ait Couarr. posse retinere beneficium priuatum per sententiã, vel ipso iure etiam sequuta sentẽtia declaratoria donec sententiæ executio fiat, cui consonant Enriquez & Açor* n. 15. *pro quo facit quod priuatus bonis ipso iure, etiam post latam sententiam, non tenetur pœnam exequi, & bona offerre fisco, nisi illi præcipiatur*, n. 16. & seq.

Vertus videtur quod committens delictum, ob quod priuatur ipso iure beneficiis seu officiis publicis, teneatur in conscientia illa dimittere non solum post sentẽtiam, quod certum videtur contra Couarruu. Enriquez & Açor, sed etiam ante sententiam, numero 18. *nam licet in pœna amissionis priorum bonorum non debeat lex, imo nec secundum aliquos possit obligare delinquentem, vt sit executor illius contra se ante sententiam, & sic per illa verba* ipso iure, *seu* ipso facto *non censeatur ad id obligari, tamen in bonis communibus, qua iam sunt beneficia, & officia publica, recte potest obligare delinquentem ad illa dimittenda ante sententiam* n. 19. & seq. *quod confirmatur, nam lex potest in pœnam impedire acquisitionem fructuum beneficiorum, & aliorum publicorum, ita vt in conscientia debeant restitui, &c.* num. 21. *& quod per illa verba* ipso iure *seu* ipso facto *censeatur velle obligare in conscientia ad illa dimittenda ante sententiam, patet ex ipsa significatione, & vi verborum, & subiecta materia, & etiam quia in pœna excommunicationis suspensionis, inhabilitatis, & similib. ex illis solis verbis censetur lex obligare ad pœnã in conscientia ante sententiam, &c.* n. 23.

Confirmatur prædicta sententia, nam secundum Dd. cõmuniter cum quis est priuatus beneficio ipso iure etiam in pœnam, statim potest prouideri contra Lapum, & Lancellotum, n. 23. & 24. *& sic tempus datum ad prouidendum curret à die sententiæ commissi criminis, ob quod quis priuatur beneficio ipso iure* num. 25. *vnde sequitur quod ille non habet in eo titulum, nec potest illud retinere, sed tenetur relinquere ei cui prouisum est*, n. 26.

Confirmatur etiam, nam secundum Dd. communiter gesta ab eo, qui est priuatus beneficio seu officio ipso iure, non valent si priuatio est notoria, quæ tamen alias deberent valere, n. 27.

Confirmatur etiam, nam in casu c. licet canon. de elec. lib. 6. *obtinens parochialem, si non sit infra annum ad sacerdotium promotus, ob quod ipso iure illa priuatur, non potest illam retinere, sed debet relinquere* n. 18. *nec satis, quod dicunt Navarr. & alij, quod in illo casu cõstat de mente Legislatoris id volentis, & quod priuatio, de qua ibi, non imponitur proprie vt pœna, sed vt quædam conditio, vel motus rei traditæ, &c.* n. 29. & 30.

Improbatur Zerola dicens in casu d. c. licet canon. *non teneri parochum dimittere parochialem, nisi post latam sententiam*, num. 21. *& D. Sahagun dicens, iudicis pronuntiatione opus esse in specie* d. c. licet canon. num. 32. *qui improbatur etiam dum ait iudicis pronuntiatione opus esse in specie*, cap. licet Episcopus 2. p. de præb. in 6. *vbi non agitur de pœna, & requiritur ibi vocatio possessoris, nam & iniustus possessor non debet amoueri à possessione inauditus, & sine causæ cognitione*, n. 33. & 34. *Ex dictis plane conuincitur illa communis sententia, de qua* num. 8. *quæ non potest admitti nisi forte ex vsu, & consuetudine, si illam recepit, nec tunc esset admittenda, vbi beneficium esset alteri collatum, nec vbi priuatio esset notoria*, n. 35.

Infertur leges collegiorum imponentes pœnam priuationis collegij ipso iure, seu ipso facto, tale quid facientib. obligare in conscientia ad pœnam, etiam ante sententiam contra aliquos, n. 36.

Qui effectus resultent ex illis verbis, ipso iure, vel ipso facto, remissiue, n. 37.

Videndum est quæ crimina priuationem inducant, & l. de homicidio an priuationem inducant, & quomodo n. 38. *Resoluitur homicidam non esse priuatum beneficiis ipso iure, sed priuandum per sententiam*, nu. 39. *quod procedit non solum in simplici homicidio, in quo id receptissimum est, sed etiam in qualificato* numero 40. & seq. *quamuis in qualificato contra teneat Fel. & in parricidio Rebuf. & Corras.* num. 42. *& ita intelligitur* cap. minor. 50. dist. *de priuatione per sententiam*, numer. 43. *potest etiam intelligi de priuatione executionis, & exercitij ordinis sacerdotij*, numero 44.

Prædicta concl. procedit etiam stante Conci. Trid. sess. 14. c. 7. cuius verba accipienda sunt secundum ius antiquum contra Maiolum, & præcipue ibi agit Concilium de incapacitate homicida ad acquirenda beneficia de nouo, n. 45. & 46.

Regulariter irregularis non est priuatus ipso iure beneficio iam quæsito, sed illud retinere potest antequam priuetur per sententiam, per quam illo priuatur, quãdo irregularitas sequuta est ob eius culpam seu delictum, n. 47.

Cum homicida non perdat ipso iure beneficium antea acquisitum, faciet suos fructus illius irreuocabiliter, donec per sententiam priuetur n. 48. *quicquid dicant*

relati, nu. 49. *Et si esset canonicus, posset canonicatu deseruire stando, & canendo in choro*, nu. 50. *nam irregularis eas functiones obire potest, quas laici licite obeunt, vt canere*, numero 51. *& sic sacerdos excommunicatus in choro cantans cum aliis, licet peccet, non incurrit irregularitatem*. nu. 52. *& similiter etiam suspensus ab ordine seu officio potest canere in choro sicut laici*, n. 53.

Prædicta cõclusio non procedit in assassino, qui est priuatus beneficiis ipso iure. n. 54. *nec in occidentibus Cardinalem, qui beneficiis sunt ipso iure priuati*, n. 55. *nec in occidentibus Episcopum qui etiam sunt priuati beneficiis, quæ Ecclesia, cui talis Episcopus præest, obtinet*, n. 56. *nec in occidente prælatum, vel cõbeneficiatum, qui est priuatus ipso iure beneficio, quod obtinet in ea Ecclesia* n. 57. & seq. *vbi quod dictio* prorsus *importat ipso iure.*

1 DEnique beneficium † vacat, & amittitur priuatione seu depositione, quæ propter graue delictum imponitur, vt homicidium, simoniam periurium, &c. Selua *de benef. 3. p. q. 2. & 3.* Rebuf. *in praxi, tit. de modis amittendi beneficia, nu. 61. & 62.* Corras. *de benef. 1. par. cap. 10, numero 1.* Rosiniacus, *cap. 20 numero 1. & 2.* Bernar. Diaz de Lugo *in pract. crimin. canonic. cap. 131.* & Mandos. *de signatura grat. tit. de priuatio. in princip.*

2 Quin etiam docent non esse locum pœnæ priuationis beneficiorum, nisi in casibus à iure expressis, & Aymon *de an. iquitate temporis, 4. par. sect. 1. n. 148.* & Achilles *decis. 201.* seu 1. *de iureiuran. n. 5.* ex *glos. in c. fin. de iure patro.* communiter approbata, vt per Tiraq. *in l. si vnquam, C. de renoc. don. verb. renertatur, n. 249.* seu 206. Didac. Per. ad Seguram, *in tract. de bonis lucratis constante matri. nu. 166.* & ad Villad. *de irreg. c. 1. n. 17. & seqq.* Hoiedam *de incompatib. benef. c. à n. 5.* Azeuedum *in l. 2. ti. 1. lib. 2. recop. regul. 10.* Rotam *dec. 769. n. 2. p. 1. diuers.* & Enriquez *in sum. li. 13. c. 56. §. 4.* & post hæc tradit Gonçalez *ad reg. de mensiu. glos. 15. à nu. 136.*

3 Sed quia non omnia † crima comprehenduntur certa diffinitione, debebit iudex in his, quæ similia sunt expressis in quib. imponitur depositionis pœna, eandem regulam sequi, quia de similibus ad similia procedendum est, ita Abb. *in ca. at si clerici de iudic. numero 34.* Selua *d. q. 3. numero secundo* &

4 Duaren. *de benef. lib. 8. capit. 6. §. 6.* qui † admonent non debere iudicem attendere multum ad canones antiquos, quia illi de facili de imponebant pœnam depositionis ad tex. *in cap. fraternitatis, 34. dist.* nec nisi pro graui crimine depositioni, seu priuationi locus est, *cap. inuentum 16. q. 7.* & Dd. supra citati, *num. 1.*

5 At nullum crimen, † etiam priuatione dignum, inducit priuationem beneficij ipso iure, nisi sit iure cautum, sed est priuandus per sententiam, & ita in dubio præsumitur, Feli. *in cap. 2. de rescrip. nu. 3.* Selua *d. quæst. 2. num. 6. & 9.* Rebuf. *de pacificis possess. numero 318.* seu 264. Corras. *supra & 3. part. c. 6. numero 12.* Tiraquel. *d. verb. reuertatur nu. 248.* seu 205. Bernard. Diaz *supra*, Mardos. *d. tit. de priuatio. in princip. & versi. sciendum est, quod pœna.* Plaça *de delictis ca. 11. numero secundo.* Hoieda *cap. 24. numero 82.* Azeuedo *supra*, & Hieron. Gabr. *cons. 196. lib. 1. & 187. lib. 2.* Enriquez *dict. lib. 13. capit. 56. §. quarto* & Gonçalez *supra numero 153.* Ioan. Quint. *in repet. capit. de multa, de præbend. numero 80.* & Farin. *in praxi crim. 1. par. q. 19. nu. 46.* Rota *decis. eiusdem Farin 134.* Suarez *de relig. tract. 3. lib. 4 cap. 58. n. 4. & tract 5. lib. 3. c. vlt. n. 4. & 6.*

Et casus in quibus † quis ipso iure priuatur beneficiis, & in quibus venit priuandus, vide per Fel. 6
in d. cap. 2. & in cap. quærelam. de iureiuran. Staphil. *de literis grat. tit. de variis modis vacationis, §. quando quis veniat priuandus beneficio*, Rebuf. *in praxi tit. de modis amittendi beneficia, & pacificis possess. n. 319.* alias 295. *& in concord. rubrica de regia ad prælaturas nominatione, §. monasteriis, verb. vacantibus*, Iulium Clarum, *lib. 5 q. 73.* Mandos. *d. tit. de priuatio.* vbi ponit casus, in quibus potest impetrari beneficium ob priuationem, Corras. *d. cap. 63. partis*, Hier. Gabr. *d. cons. 196. & 187. p.* Greg. *de benef. cap. 25. & 20.* Quintana duennas *Ecclesiast. lib. 1. cap. 10. num. 1.* Ham. Paris. *de resignation. benef. li. 3. q. 1.* Zechum *de benef. & pensio. c. 5. n. 4.* & Lud. Carb. *de restitut. q. 61. 6. dicto*, Lessium *de iust. & tur. lib. 2. cap. 34.* Açor *instit. moral. 2. p. lib. 7. capit. 17. & 18.* Moscouium *de maiestate militantis Ecclesiæ, lib. 1. p. 3. c. ex pag. 437.* & posthæc late Gonçal. *d. gloss. 15.* ponit casus & modos vacationum ipso iure.

Sed hic est † grauis difficultas, an qui commisit 7
crimen seu delictum, propter quod incurrit pœnam priuationis beneficij ipso iure, amittat statim titulum: ita vt teneatur in conscientia illud dimittere, etiam ante sententiam declaratoriam.

Et partem † negatiuam tenet Couarru. *in 4. 2.* 8
par. cap. 6. §. 8. nu. 8. versic. quod ipse intelligerem, Nauar. *in comment. de datis & promissis num. 61.* Didacus Perez *in l. 2. tit. 8. lib. 2. ordinam.* Simancas *de Catholicis institut. cap. 46. num. 72. ibi*: tum quia semper. D. Sahagum de Villasante *in cap. fin. de sequestratione possess. numer. 79. 80 & 81.* Ioann. Gutier. *cano. q. lib. 2. c. 5. n. 28.* Vgolinus *de simonia tabula 1. cap. 21. §. 3. versic. quo ad priuationem, & cap. 22. §. 4. num. 4.* Zerol. *in praxi episcopali verb. priuatio.* Morla *in emporio iuris 1. par. tit. 1. quæst. 9. numero 42.* & ex Theologis, Soto *de iustitia & iure, lib. 1. quæst. 6. art. 6.* præsertim *ad vltim.* Enriquez *in sum. lib. 7. capit. 36. §. 1. litera F. & lib. 13. cap. 56. §. 2.* Manuel Rodrig. *in sum. 1. tom. capit. 129. numero tertio cap. 149. num. 3. & cap. 208. num. 2. & 2. tom. c. 56. sub numero 6. versic. 9.* Vega 2. *part. cap. 101. casu 68.* Molin. *de iustitia, 1. tom. tract. 2. disp. 96.* Açor *instit. moral. 1. par. lib. 5. cap. 8. q. 3.* Zechus *d. nu. 4. circa fin.* Suarez 5. *tom. de censuris disput. 27. sect. 1. num. 8. ad fin. & disp. 40 sect. 2. nu. 17 & 22. de relig. tract. 3. lib. 4. capit. 43. nu. 13. & cap. 58. nu. 2.* & nouissime P. Ledesma *in sum. 2. par. tract. 1. c. 6. 14. concluf. & tract. 9. c. 4 21. concluf. vlt. difficultate, par. 1090. & tract. 27. c. 15. 4. conch. vlt. diffic.* & Gabr. Vazquez 1. 2. *tom. 2. disp. 168. ex num. 23.* Quaranta in summa bullarij verbo, alienatio *num. 49.* & Prosper de Augusti. *in addit. ad eum verb. beneficiorum resignationes, & verb. simonia, & verb. sodomia*, Lessius *d. lib. 2 c. 29. à n. 63. & d. cap. 34. n. 14. & 188. & cap. 53. numer 47 & 148.*

Pro quo facit quod de lege † pœnali imponente 9
pœnam ipso iure, seu ipso facto, vltra istos tradunt Couarr. *ibi num. 10. & in reg. peccatum 2. part. cap 8. §. 6.* Nauarr. *in manual. capit. 2. numero 69.* Simancas latissime *dict. tract. de Cathol. institut. capit. 9. à numero 157.* Lud. Mexia *in pragmatica frumen. concluf. 6. à numero sexagesimoquarto*, Penna *in directorio inquisitorum. 3. part. comment. 158.* Anton. Gomez *variarum 3. tom. capit. 2. numero quinto* præsertim in nouis editionibus. *& cap. vlt. numero 3.* Botteus *de synodo 3. par. artieul. 2. numero 106. & 107.* Padilla *in l. si quis maior. num. 58.*

num. 58. *C. de transactio*, Azeuedo *in initio tit.* 1. *lib.* 2. *recopil. à num.* 23. Ioan. Gutier. *can. q. lib.* 1. *cap.* 1. *num.* 23. *& lib.* 2. *dict. cap.* 5. *num.* 28. Vgolin. *de simonia tab.* 2. *capit.* 6. §. 1. *num.* 2. Zerola *d. verb. priuatio.* §. 5. Morla *d. quæst.* 9. & Domin. Ioan. Vela *de pœnis delictorum capit.* 14. *versic. tertio hæretici, & c.* 31. *versi. contra eos vero*, Zaual. *quæst.* 113. & 687. Parla. *differ.* 1. *nu.* 17. & ex Theologis, Caiet. 2. 2. *q.* 62. *art.* 3. *& in sum. verb. pœna*, Sylueſt. *verſi. aſſaſinus numero* 4. *& verb. hæreſis* 1. §. *& verb. pœna num.* 25. Victoria *in relect.* 1. *de insulanis* 1. *par. numero* 14. Cord. *lib.* 1. *qu.* 36. Bart. Med. 1. 2. *quæſt.* 96. *ar.* 4. Bannez 2. 2. *quæſt.* 12. *art.* 3. *& q.* 62. *art.* 3. Aragon. *quæſt.* 12. *ar.* 2. *& quæſt.* 62. *ar.* 3. *& ibidem* Salon *controuerſ.* 1. Valen. 2. *tom. diſput.* 7. *quæſtion.* 5 *punct.* 6. *&* 3. *tom. diſput.* 1. *quæſt.* 11. *pun.* 3. Molina *dict. diſput.* 96. *& præced. &* 715. *num.* 10. Ludou. Lopez *inſtruct. negotiantium lib.* 2. *c.* 30. *& inſtruct. conſcient.* 1. *tom. capit.* 296. Coſmas Philiarc. *de offic. ſacerdotis* 2. *part. lib.* 6. *cap.* 22. Graffiis *in deciſ. aureis lib.* 2. *capit.* 11. Ludou. Carb. *de legib. lib.* 8. *diſput.* 9. Vega *in ſum.* 2. *part. capit.* 23. *caſu* 6, *&* 7. Manuel Rodriguez *quæſt. regul.* 1. *tom. quæſt.* 6. *art.* 16. & Açor *lib.* 5. *capit.* 7. & alii plures quos refert Cenedo *collect.* 2. *ad decretum numero tertio*, qui contra Abb. & Felinum *in capit. de conſtitut.* Corſetum *in ſingular. verſic. pœna vbicunque*, Ludouicum Gomezium *in capit.* 1. *de reſcrip. in* 6. *numero nono*, Tiraquel. *d. verb. reuertatur, num.* 446. ſeu 236. Guill. Benedict. *in repetit. cap.* 1. *Raymutus verb. & vxorem* 5. *n.* 276. Alphonſ. à Caſtro *de iuſta hæreticor. punition. li.* 2. *cap.* 6. & latiſſime *de lege pœnali lib.* 2 *per totum*, & alios quos ipſi referunt, docent quod etſi lex pœnalis imponens ipſo iure ſeu ipſo facto pœnam, quæ conſiſtit in mera priuatione, & non requirit aliquam actionem ſeu executionem poſitiuam, ſed quod in idem recidit, primam rei acquiſitionem impedit, obligat in conſcientia ad pœnam abſque alia iudicis declaratione, vt in excommunicatione, ſuſpenſione, irregularitate, inhabilitate, incapacitate, & ſimilibus: tamen quando pœna requirit aliquam actionem ſeu executionem poſitiuam, ſeu imponitur in re iam quæſita, non obligat in conſcientia ad pœnam ante ſententiam ſaltim declaratoriam, ſeu condemnationem de crimine *cap. cum ſecundum leges, de hæret. in* 6. facit *l. eius qui delatorem ff. de iure fiſci.*

10 Quod adeo verum † eſt ſecundum aliquos excitatis, vt committens delictum, propter quod ipſo iure priuatur bonis, non amittat dominium eorum ante ſententiam, ſed illud retineat, & non ſolum legitimam poſſeſſionem, Archidiac. *in d. cap. cum ſecundum leges*, Simancas *ſupra à numero* 228. & Ioan. Gutierres *dict. numero* 28. Victoria, Soto, Medina, Bannez, Enriquez, Molina, & Man. Rodrig. ſupra, & Ludouic. Lopez *inſtruct. conſcient. 1. tom. cap.* 112. Petrus Ledeſm. *d. tractat.* 1. *cap.* 6. 15. *concluſ. & tract.* 8. *c.* 9. 7. *concluſ.* & dicit probabile Corduba *ſup.* & nouiſſime tenet Gabriel Vazquez 5. *diſput. at.* 170. *à num.* 4.

11 Quamuis contrarium, † nempe, quod ſtatim amittat dominium, & acquiratur fiſco, ſentiunt Ancarran. Domin. Francus, & alij, *in d. cap. cum ſecundum leges*, & tenent Caiet. *d. art.* 3. Ioan. Medina *C. de rebus reſtituen. quæſt.* 1. §. *poſt rerum dominium*, Cord. Aragon. Salon. & Carb. *ſupra* Valen. *dict.* 2. *tom. diſputat.* 7. *quæſt.* 5. *punct.* 6. *&* 3. *tom. diſp.* 1. *quæſtion.* 12. *punct.* 2. *ad fin.* Graff. *d. cap.* 11. *numero* 25. Veg. *d. ca.* 23. *casu* 6. & dicit probabile 1. *part. c.* 125. *casu* 6. licet ibi probabilius cenſeat contrarium D. Iuan. Vela *ſupra d. cap.* 54. & Azor dicens communem *d. cap.* 7 *q.* 2. *& cap.* 8. *q.* 2. *&* 3. Leſſius *d. cap.* 29. *num.* 64. & videtur probari *in d. cap. cum ſecundum leges.* Quæ † tamen ſententiæ concordari poſſunt, vt prima intelligatur de dominio naturali, ſeu de iure naturali, ſecunda vero de dominio ciuili, ſeu de iure ciuili, & canonico, Siman. *ibi. nu.* 230. 233. *&* 242. Sed ait † Molina *dict. diſp.* 96. illud in beneficiis præſertim Eccleſiaſticis intelligendum eſſe, quando non ſubiungitur aliud verbum, vnde conſtet mentem ſummi Pontificis eſſe, vt amittantur nulla ſpectata ſententia, quale ait videtur eſſe illud Pauli Secundi *in extrauagant. ambitioſæ*, clericus qui bona Eccleſiæ alienauerit, ipſo facto priuatus exiſtat beneficiis Eccleſiaſticis, illaque abſque declaratione aliqua vacare cenſeantur. Idem tenet Sylueſt. *verb. aſſaſſinus in fin.* & videtur tenere Sot. *dict. art.* 6. *ad fi.* & ſequuntur Ioan. Gutier. *dict. numero* 28. Salon. *d. controu.* 1. *ad fi.* Coſmas Philiar. *ſup. in fi.* Ludou. Carb. *circa fi.* Açor *d. c.* 7. *q.* 6. *& c.* 8. *q.* 3 & Zech. *ſupr.* Auila *de cenſu.* 1. *par. dub.* 7. & idem tenet Viuald. author Candelabri aurei *in explanat. conſtit.* Sixti V. *de habitu, & tonſura* 11. *notab.* in terminis illius conſtitutionis, vbi clerici obtinentes beneficia non deferentes habitum clericalem, & tonſuram, elapſo tempore eis præfixo priuantur beneficii, ſac ſine vlla alia monitione citatione iudicis, decreto, aut miniſterio ipſo facto priuari declarantur, &c. licet Ledeſma contradicat. *d.* 2. *p. ſum. tract.* 7. *c.* 2. *circa* 14. *concluſ. ad fi. pag.* 384. & 385.

Sed etiam tunc non † teneri delinquentem in 14
conſcientia dimittere beneficium ante ſententiam tenet Couar. *in* 4 2. *p. cap.* 6. §. 8. *n.* 10. *ver.* 3. ibi, Morla *ſupra nu.* 43. Zerola *dict. verb. priuatio.* §. 6. Graffiis *d. cap.* 11. *numero* 41. Man. Rodrig. *dict.* 1. *to. c.* 194. *num.* 3. Vega *d.* 2. *p. cap.* 23. *caſu* 7. & Enriq. *dict. lib.* 13. *capit.* 56. §. 3. *& addita ſola particula abſque declaratione*, Vazq. *dict. diſp.* 168. *à numero* 23. Quaran. *dict. verb. alienatio numero* 49. & Proſp. de Aug. *in append. ibi pag.* 505. Leſſius *d. c.* 29. *numero* 63. Imo amplius † ait 15
Couar. *ibi num.* 8. non eſſe intruſum, imo poſſe retinere beneficium priuatum per ſententiam, vel priuatum ipſo iure, etiam ſecuta ſententia declaratoria, donec ſententiæ executio fiat, ſequitur Leſſius *d. nu.* 63. ad quod etiam alludit, quod dicit Enriq. *d.* §. 3. *in fine*, poſt datam ſententiam, oportere vt reus ſpolietur antiqua poſſeſſione, alias in vtroque foro videri gaudere fructibus ſuæ præb. ſequitur Proſp. de Aug. *de append. pag.* 506. *& in add. ad verb. ſodomia in fi.* etiam quod priuatus ipſo iure, etiam poſt ſententiam non teneatur in conſcientia beneficium dimittere, donec ſibi adimatur, tenet etiam Azor *d. c.* 8. *q.* 4. qui tamen 2. *p. li.* 7. *c.* 17. *q.* 3. ait priuatum ipſo iure beneficio non facere fructus ſuos, quia caret titulo, ſed eos debere reſtituere, quod etiã dixit *d. c.* 8. *q.* 3. & ſic non procedit ſatis conſequenter. Pro † quo facit, 16
quod priuatus bonis ipſo iure, etiam poſt latam ſententiam non tenetur pœnam exequi, & bona offerre fiſco, niſi illi præcipiatur, Couar. §. 8. *n. verſic. ſecundo infertur.* Simancas *d. c.* 9. *n.* 184. 209. *&* 233. Ludouic. Mexia *nu.* 134. Padilla, & Azeuedo *nu.* 24 *ſupra*, Bannez *d. q.* 62. *art.* 3. *dubio* 2. qui tamen contrarium tenet *di. q.* 12. *art.* 2. 2. *conclu.* Molina *d. diſp.* 95. *ad* 2. *principale arg. & in fi.* Ludo. Lopez *d. c.* 2. 96. Ludou. Carbo. *d. diſp.* 9. *ad fi.* Vega 2. *par. c.* 63. *casu* 2. *ad fi.* Enriq. *d. c.* 56. §. 2. *in gloſ. liter. l.* & Açor *d. c.* 8. *q.* 4. † quamuis 17
enim lata ſententia ſaltim declaratoria ſtatim reus

amittit omnino dominium bonorum, & transfertur in fiscum, quidquid sit ante sententiam *d. c. cum secundum leges*, Bannez *d. dub. 2. concluſ. 7.* tamen ea conditione censetur transferri in fiscum, vt ipse fiscus sit executor sententiæ illius, non vero reus, nisi illi in sententia iubeatur, Bannez *d. concluſ. 7.* alias enim durum esset obligare reum ad se spoliandū bonis, & exequendum sententiam contra se, &c.

28 His tamen non obstantibus † verius mihi videtur, quod committens delictum, ob quod priuatur ipso iure seu ipso facto beneficiis seu officiis publicis, tenetur in conscientia illa dimittere non solum post sententiam, quod certum existimo, quicquid dicant Couar. Enriquez, & Açor, sed etiam ante sententiam, vt in specie tenent Abb. *in repetit. cap. extirpandæ, §. qui vero numero vigesimoquarto de præben.* Felinus *in cap. in noſtra. de rescript. corol. 2. numero 12. & 13. & in cap. inquiſitionis, de accuſatio. numero ſeptimo*, Nauarr. *in man. cap. vigeſimotertio, numero 67.* & Flamin. Paris. *dict. lib. 3. quæſtion. 1. numero 22. & 81.* & post hæc Lorca *1. 2. diſputat. 24. de legibus mem. 2. §. vltim.*

29 Nam licet in pœna † amissionis propriorum bonorum non debeat lex, imo nec secundum aliquos ex citatis possit obligare in conscientia delinquentem, vt sit executor illius contra se ante sententiam, talis enim non esset tolerabilis, & moraliter possibilis, vt requiritur *cap. erit autem lex 4. diſt.* quamuis ad aliquas paruas pœnas recte possit lex obligare in conscientia ante condemnationem, Nauar. *d. cap. 23. num. 67* Molina *d. diſput. 95. circa fin.* & alij iuxta tradita per Suarez *d. 5. tom. diſputat. 3. ſect. 1. num. 10. & 11.* Vasquez *d. diſput. 168.* & Lorca *d. diſput. 24.* & sic per illa verba *ipso iure* seu *ipso facto* non censeatur ad id obligare.

20 Tamen in bonis communibus † qualia sunt beneficia, & officia publica, recte potest obligare delinquentem ad illa dimittenda ante sententiam, cum illa particulariter dependeant à lege Ecclesię, seu republica, vel Principe, à quibus conferuntur, & sic possint ab eis dari, vel auferri, vt placuerit, maxime ex causa, & tenent Sylvest. Soto, Ioannes Gutierrez, Salon, Molina, Viualdus, & Açor supra relati, *n. 13.* & Enriq. *d. cap. 56. §. 2. in princip. cum aliis citatis in gloſſ. lit. T.* ait ius ob crimen posse clericum titulo de beneficij habiti, quod tanquam bonum commune pertinet ad dispensationem Ecclesiæ, priuare ipso facto absque alia declaratione.

21 Et confirmatur, † nam vt est in confesso apud omnes, lex potest in pœnam impedire acquisitionē fructuum, & prouentuum beneficiorum, & aliorum officiorum publicorum, ita vt in conscientia debeant restitui absque aliqua sententia, & ita sæpe de facto facit, vt in non recitantibus horas, & non facientibus professionem fidei, &c. Ergo potest etiam obligare ad illa dimittenda, alias enim non posset impedire dictam acquisitionem fructuum, cum esset indirecte obligare ad illa dimittenda, sicut in bonis priuatis propriis, quemadmodum non potest, aut non debet lex obligare aliquem in pœnam ad illa dimittenda in conscientia, & se illis spoliandum, ita non potest aut non debet obligare ad restitutionem fructuum illorum, &c.

22 Quod autem † per illa verba *ipso iure* seu *ipso facto* censeatur velle obligare in conscientia ad illa dimittenda ante sententiam, patet ex ipsa significatione, & vi verborum, & subiecta materia, tum etiam, quia pœna in excommunicationis, suspensionis, inhabilitatis, & similibus ex illis solis verbis censetur, lex obligare ad pœnam in conscientia ante vllam sententiam: ergo similiter in proposito dicendum est, per illa verba velle obligare in conscientia ad pœnam amissionis beneficiorum seu officiorum publicorum, stante, quod ad illam recte potest obligare, vt dictum est, & si aliquando adduntur alia verba est ad maiorem declarationem, & abundantiam: facit quod tradit Suarez *d. 5. tom. diſput. 3. ſect. 3. num. 8.* & ita tenet Lorca *d. diſput. 24. mem. 1. reg. 1. & mem. 2. §. vlt.*

Et confirmatur † prædicta sententia, nam secun- 23
dum Dd. communiter, cum quis est priuatus beneficio ipso iure, etiam in pœnam, statim nulla exspectata sententia, nec citato possessore potest conferri, & impetrari præsentatio, quæ vel electio fieri, *vt in cap. licet Epiſcopus. de præbend. in 6. & gloſſ. verb. te non vocato.* & Franc. *in fin. & in cap. 1. de homicidio eodem lib. & ibi gloſſ. vlt.* Domin. & alij, *& in c. felicis, de pœnis eodem lib.* & ibi Dd. *& in d. extraua. ambitioſæ, in d. conſtit.* Sixti V. *de habitu & tonsura*, ibi: *Ac tam beneficia ipsa per priuationem huiusmodi vacare, & libere aliis conferri poſſe.* Et in bulla Sixti IV. de qua in motu proprio, & bulla Leonis X. de canonicatu Doctorali, & magistrali, supra adductis, *5. p. cap. 4. n. 169.* vbi diximus *num. 125.* Cardin. *in Clem. 1. num. 15. de pœnis.* Felin. *in cap. cæterum, numer. 24. de rescript.* Lapus *allegation. 127. nume. 7.* & ibi Mandos. *luer. P. & allegation. 16. addit 1.* Rochus *de iurepatron. verb. honorificum, num. 87.* Lambert. *1. part. 2. lib. 9. 6. articul. 10.* Probus ad Monachum *in cap. alma mater. de ſententia excommun. in 6. num. 8.* Rebuf. *in praxi titul. de modis amittendi beneficia num. 5.* Tiraquel. *d. verb. reuertatur, numero 275.* Bernard. Diaz *in pract. cap. 131. numero 3.* Rofiniacus *de benef. cap. 20. numero 7.* Petr. Gregor. *dict. cap. 26. numero 13.* Hojeda *cap. 4. numero 7.* Cauallinus *milleloquio 69. numero 1.* Flam. Paris. *d. libro 3. quæſt. 1. num. 32. & lib. 11. 9. 10. num. 10.* Achilles *deciſ. 345. in fin.* & Rota *deciſ. 707. & 728. lib. 3. part. 3. diuer.*

Quamuis † Lapus *allegat. 78. ad 4. quæſt. verſic. imo* 24
etiam ſi ſciuiſſent, teneat requiri sententiam declaratoriam priuationis. Et quamuis Lancel. *de attentatis, cap 5. nu. 36.* dicat id non videri omnino tutum cum etiam in hæreticorum bonis, quamuis sint ipso iure confiscata requiratur declaratoria, vt per Misinger *ſingular. obſeruation. centur. 2. deciſ. 43.* & Burſa. *conſil. 14 num. 18. & 19. lib. 1.* sed inde solum conuincitur requiri sententiam declaratoriam ante executionem, & ablationem possessionis, vt *in cap. cum ſecundum leges, de hæretic. & cap. licet Epiſcopus, de præbend. in 6.*

Vnde tempus † datum ad conferendum, seu præ- 25
sentandum, curret collatori seu patrono à die scientiæ commissi criminis, ob quod quis priuatur beneficio *ipso iure*, seu *ipso facto*, sed probabiliter, & iuste ignoranti, non curret. Lapus *d. allegat. 78. ad 4. quæſt.* Lamber. *2. par. 2. lib. 1. art. 20.*

Si ergo † beneficium, quo quis est ipso iure priua- 26
tus, potest tanquam vacans alteri conferri ante sententiam, sequitur, quod ille non habet in eo titulum, nec potest illud retinere, sed tenetur relinquere ei, cui prouisum est, &c.

Confirmatur etiam † prædicta sententia, nam 27
secundum Dd. communiter gesta ab eo qui est priuatus beneficio, seu officio, ipso iure non valent, si priuatio est notoria, vt per Dd. citatos *d. part. cap. 4. nu. 329.* vbi de hoc: quæ tamen deberent valere, si il-

Ian-

le ante sententiam non teneretur dimittere beneficium, seu officium, alias enim daretur quædam implicatio.

28 Rursus confirmatur, † nã in casu *cap. licet canon. de elect. lib. 6.* omnes fere conueniunt obtinentem parochialem, si non sit infra annum ad sacerdotium promotus, ob quod ipso iure illa priuatur, non posse illam retinere, sed debere relinquere.

29 Nec satisfacit, † quod dicitur Nauarr. *in man. cap. 25. num. 117. & de orat. c. 21. n. 54.* Salzedo *in praxi cap. 53. addit. 1.* Ioan Gutier. *d. cap. 5. nu. 15.* Lud. Lopez *1. to. cap. 256.* Cosmas Philiarcus *d. 2. par. lib. 6. cap. 22. circa fin.* Man. Rodrig. *1. tom. cap. 30. nu. 3.* & Vega *1. p. c. 36. cas. 20* Lessius *lib. cap 34. num. 101.* quod in illo casu constat de mente legislatoris id volentis & quod priuatio, de qua ibi, non imponitur proprie, vt pœna, sed vt quædam conditio, vel modus rei traditæ, sub qua beneficia conferuntur quodammodo, &c. Ad quod etiam alludit, † quod aiunt Soto *lib. 10. quæst. 5. articul. 6.* & Bartol. Medin. *12. dict. quæst. 96. artic. 4. ad 9* quod ista lex non est pœnalis, sed conuentionalis, &c.

30 Nam non magis † constat de ista mente in illo casu, quam in aliis, in quibus imponitur pœna priuationis beneficiorũ ipso iure, & si in illo casu est vt quædam conditio, vel modus rei traditæ, idem etiam erit in aliis, & ita Naua. ibi non solum loquitur in illo casu, sed etiam in aliis, vt patet ibi, *vt illo, vel illo casu, &c.* consequenter ad id, quod dicit *d. c. 23. n. 67.* Negari tamen non potest illam esse proprie pœnam, & legem pœnalem.

31 Nec audiendus † est Zerola *1. par. verb. benef. §. 4. d. 4.* dicens in casu d. cap. licet canon, non teneri parochum dimittere parochialem, nisi post latam sententiam.

32 Nec † etiam audiendus est Doctor Sahagun *in d. cap. fin. de sequestrat. possess. numero 81.* dicens iudicis pronuntiatione opus esse in specie *dict. cap. licet canon*, quem videtur sequitur Morla *dict. 1. parte, titul. 1. quæstion. 9. numero 45.* in quo male loquitur, & contra communem.

33 Et peius † ibi loquitur idem Sahagun, dum ait, iudicis pronuntiatione opus esse in specie *dict. cap. licet Episcopus, 2. parte de præbend. in 6.* quem etiam videtur sequi Morla *ibi numero 46.* nam in specie illius textus absque controuersia debet dimitti, etiam ante sententiam iudicis primum beneficium, quod vacauit per assecutionem secundi incompatibilis, quia ibi non agitur de pœna, Enriquez *dicto libro 13. cap. 56. §. 2. versicul. sic sine crimine, & in gloss. litera C.* & alij.

34 Requiritur autem ibi vocatio possessoris, † cui forsan ius posset competere retinendi, nam & iniustus possessor non debet remoueri à possessione inauditus, & sine causæ cognitione, *argum. cap. in literis, de restitut. spoliator.* Felin. *in cap. fin. de præsumptio. num. 24.* Nauarr. *in cap. accepta, de restitution. spoliat. opposit. 8. solut. numero 18.* Ferret. *consil. 1. numero 4. & 9. & consil. 10. numero 10. & consil. 339. num. 7.* Mandos. *regul. 16. quæst. 23. num. 5.* & ad Lapum *d. allegat. 16. lit. H.* Grauatius ad Vestrium *in pract. libr. 5. cap. vltim. num. 22.*

35 Ex quibus tandem plane † conuincitur meo iudicio illa communis sententia, de qua *supra num. 8.* quæ non potest admitti, nisi forte ex vsu, & consuetudine, si illa recipitur, nec tunc esset admittenda, vbi beneficium vti vacans per priuationem ipso iure esset alteri collatum iuxta supradicta, nec vbi priuatio esset notoria, vt supra *num. 27.*

Et ex supradictis infertur † leges collegiorum imponentes pœnam priuationis collegij ipso iure, seu ipso facto tale quid facientibus, obligare in consequentia ad pœnam etiam ante sententiam, Soto *d. li. 1. q. 6. ar. 6.* Medin. *d. quæst. 96. ar. 4. ad 4.* & alij, maxime cum istæ leges in effectu impediant acquisitionem eorum, quæ accepturi sunt à collegio, Aragon, *d. q. 11. art. 3. versi. ad aliud* de legibus collegiorum, licet contra teneant Nauar. *d. c. 23. n. 62.* Ioan. Gutierr. *d. c. 5. n. 17.* Molin. *d. disput. 96. circa fi.* & Cosmas Philiar. *supra.* 36

Et qui effectus resultent † ex illis verbis *ipso iure*, vel *ipso facto*, vide Dd. citatos, & maxime Tiraquell. *d. verb. reuertatur à nu. 266.* seu 249. Ludou. Gomezium *in d. cap. de rescrip. in 6. à num. 4.* & Pet. Gregorium *d. cap. 26. de benefic. à numero 13.* Graffiis *d. lib. 2. cap. 11. à num. 25.* Vega *d. part. summæ capit. 23. casu 6.* & Enriquez *d. lib. 13. cap. 56. §. 2. vers. ea tamen verba legis in text. & in gloss.* & Gonçalez *dict. gloss. 15. ex numero 141.* qui *numero 158.* ponit *constit. 20.* Pij IV. circa beneficia per priuationem vacantia ipso iure, vel per sententiam non conferenda iudicibus ipsarum causarum, &c. & Açorem *d. libro septimo 2. parte c. 17. quæst. 2.* 37

His præmissis, † operæ pretium erit discurrere & videre, quæ crimina priuationem inducant: & in primis dubitatur de homicidio, an priuationem inducat, & quo modo. 38

Et concludendum est, † homicidam non esse priuatum beneficiis ipso iure, sed priuandum per sententiam, *cap. cum non ab homine, de iudic. cap. clericis, ne clerici vel monachi, & c. ex literis, de excess. prælat.* vbi Dd. 39

Quod procedit † non solum in simplici homicidio, in quo id receptissimum est, vt tenent capella Tolosana *decis. 208.* Bernard. Diaz *in praxi crim. canon. cap. 94.* & ibi Salzed. *addit. 1.* Plaça *de delict. cap. vndecimo, numero secundo*, Couarr. *in Clem. si furiosus, 2 par. §. 3. numero 6.* Iulius Clarus, *§. homicidium num. 21.* Didac. Perez *additio. ad Villad. de irreg. cap. 1. num. 21.* Ioan. Gutier. *cap. 9. lib. 2. cap. 5. num. 6.* D. Ioan. Vela *de pœnis delictor. cap. 15. pag. 74.* Zerola *in praxi Episc. 1. par. verb. priuatio. §. 2. & 2. p. verb. clericus §. 6. & verb. homicida, §. 11.* Zauallos *in suis communibus contra communes quæst. 147. numer. 9. & quæst. 569.* & Cardin. Toletus *in summa in edition. nouissim. libro 1. cap. 88. vers. 7.* qui alios plures referunt: sed † etiam in homicidio qualificato, vt tenet Ioan. Ign. *in l. necessarios, §. non alias, ff. ad Silania.* dicens, quod omnes pene canonistæ & legistæ ita tenent. Corras. *1. par. cap. 10. numero 3 & 3. p. c. 6. num. 12. & 14.* Rosin. *de benefic. 1. n. 59.* Iul. Clar. *d. num. 21.* Salzed. *supra*, & optime Hieron. Gabr. *cons. 196. lib. 1. & 187. lib. 2.* vbi resoluit, beneficium aut pensionem non amitti ipso iure propter homicidium etiam qualificatum, & parricidium, sed esse priuandum per sententiam, quia, vt dictum est, pœna non incurritur ipso iure, nisi vbi ius exprimitur, &c. & Pet. Greg. *de benef. cap. 6. à numero 7.* Tolet. *dict. cap. 88. vers. 7. & 8.* & Pet. Franc. Suar. *5. tom. de censur. disputat. 44. sect. 4.* & post hæc Gonçal. *gloss. 15. num. 79. & 80.* & Açor *2. par. lib. 7. cap. 17. quæst. 1.* 40

Quamuis † in homicidio qualificato contra teneat Felin. *in cap. acquisitionis nu. 5. de accusatio.* & Farin. *consil. 14. nu. 5.* & in parricidio Rebuffus *in praxi tit. de modis amittendi beneficia num. 47.* & Corras. *d. cap. 6. nu. 15.* cum Felino *supra* de quo parricidij cri- 41 42

mine curiosum librum nouissime edidit C. Ioannes Solorzanus.

43 Et ita debet † intelligi text. *in cap. minor* 50. *dist.* ibi *Sacerdotio priuatus*, intelligendus est enim per sententiam, vt dicit Fel. *in d. cap. inquisitionis, n.* 4. *& in c.* 2. *de rescript. n.* 3.

44 Potest etiam iste † tex. intelligi de priuatione executionis, & exercitij ordinis sacerdotij qua homicida priuatus est ipso iure propter irregularitatem, quam ex homicidio incurrit: qui videtur genuinus intellectus illius tex. & ita intelligit Suar. *supra disput.* 40. *sect.* 8. *n.* 15. Et † prædicta conclusio procedit etiam stante Concilio Triden. *sess.* 14. *de reform. c.* 7. Nauar. *consil.* 13. *de homicidio*, Man. Rodrig. *q. regularium* 1. *tom. quæst.* 24. *art.* 16. *& in summ.* 1. *tom. cap.* 179. *n.* 1. Auila *de censuris.* 7. *par. disp.* 6. *sect.* 5. *dub.* 3. *in fin.* Molina *de iust. tract.* 3 *disp.* 78. *n.* 2. quam uis Maiolus *de irregularitate lib.* 5. *cap.* 48. *n.* 1. docet, quod illa communis opinio Dd. quam recenset Turzanus *in suis communib. opinionib. conclus.* 102. quæ habet, quod homicidium sine assassino non inducit vacationem ipso iure, non procedit hodie, neque in foro interno, neque in foro externo, ob verba *dict. cap.* 7. neque potest defendi opinio Felin. *in c. de quarta, col.* 10. *de præscript.* quæ habet, quod homicida irregularis potest retinere suas dignitates & beneficia, &c. Hæc Maiolus.

46 Sed certe † verba Concilij ibi accipienda sunt secundum ius antiquum, cum non exprimat contrarium, & præcipue ibi agit Concilium de incapacitate homicidæ ad acquirenda beneficia de nouo, de qua supra 7. *par. cap.* 11. & ita contra Maiolum recte tenet Sua. *d. sect.* 7.

47 Et regulariter † irregularis non est priuatus ipso iure beneficio iam quæsito, sed beneficium ante irregularitatem quæsitum retinere potest, antequam priuetur per sententiam, per quam tamen illo priuatur, quando irregularitas sequuta est ob eius culpam, seu delictum, vt per Rebuf. *de pacific. possess. n.* 280. alias 226. Nauarr. *in Manuali cap.* 27. *numero* 251. alias 249. *vers.* 5. *& in cap. cum contingat, de rescript.* 2. *rem. numero* 5. *& cons.* 13. 41. *&* 43. *de homicid. &* 44. *& cons.* 10. *de tempor. ord. numero* 2. *& cons.* 69. *&* 91. *numero* 2. *& cons.* 97. *numero* 14. *de simon.* Flamin. Paris. *libro* 5. *de resignat. q.* 3. *à numero* 182. Vgol. *de irregul. cap.* 65. *§.* 2. Zerolam 2. *par. verb. irregularitas §.* 4. Valen. 4. *to. super* 3. *par. disput.* 7. *quæst.* 19. *punct.* 3. Suar. *dict. disput.* 40. *sect.* 2. *ex numero* 14 Toletum *dict. vers.* 7. Sairum *de censur. libro* 6. *c.* 2. *numero* 24. & Vegam *in libro Espeio de curas cap.* 12. *numero* 313. Auilam *d.* 7. *p. disput.* 2. *dubio* 6. 4. *concl.* Molinam *supra.*

48 Vnde cum homicida † dom perdat ipso iure beneficium antea acquisitum, faciet suos fructus irreuocabiliter, donec per sententiam eo priuetur, vt post alios tradunt Felin. *in d. cap. de quarta, de præscript.* ex *num.* 33. Bœrius *decis.* 98. *numero* 4. Petr. de Baisio *in director. elect.* 2. *par. cap.* 30. *numero* 3. Ludou. Gomezius *in cap.* 1. *de rescript. in* 6. *numero* 9. Plaça *dict. cap.* 11. *à numero* 3. *& numero* 8. *&* 12. Salzedo *supra vers. ex quibus omnibus*, Nauar. *dict. cons.* 41. *de homic. & dict. cons.* 69. *& dict. consil.* 97. *numero* 1. *de simon. & cons.* 14. *de cler. excomm.* Flam. Paris. *libro* 3. *de resign. quæst.* 16. *numero* 7. D. Ioannes Vela *supra*, Zaullos *d. quæst.* 569. & Cord. *in sum. q.* 41. Ludou. Lop. *instruct. conscien.* 1. *tom. cap.* 193. Graffiis *libro* 2. *cap.* 62. *numero* 11. Man. Rodriguez *in summa* 1. *tom. c.* 179. *numero* 1. *&* 2. *tom. c.* 21. *numero* 10. Vega *in sum.* 1. *par. capitulo* 36. *casu* 13. *&* 2. *p. capitul.* 23. *casu* 6. *& cap.* 65. *casu* 8. Enriquez *libro* 13. *capitulo* 56. *§.* 4. & Suarez *d. disp.* 40 *sect.* 2. *numero* 20, *& seq.* Gonzalez *gl.* 15. *numero* 150. & Azor 2. *p. libro* 7. *c.* 17. *q.* 2. 2 *effectu*, Mol. *supra.*

Quamuis † contradicat post alios Antonius de Burgos *in c. ad nostram, de empt. & vendit. numero* 34. & quidquid teneant Bernardus Diaz *in dict. pract. cap.* 131. alias 123. Iulius Clarus *libro quinto quæst.* 73. *numero* 9. Zerola *dict. §.* 4. Graffiis *dict. libro* 2. *cap.* 11. *numero* 30. & Couarr. *in* 4. 2. *par. cap.* 6. *§.* 8. *numero* 7. cum quo semper assentiendum existimat in proposito, Did. Perez *supra n.* 22. & Ioan. Gutierrez *d. c.* 5. *à numero* 8. 49

Et si esset † canonicus, posset canonicatui deseruire, stando & canendo in choro, vt per Nauarrum *cons.* 14. *de rescript.* quod est 43. *de homicidio*: nam irregularis eas functiones obire potest, quas laici licite obeunt, & † laici licite possunt canere, & psallere in choro officia diuina, vt videmus. Ita Nauarr. *ibi*, & Vgolin. *d. c.* 65. *de irregularitate §.* 4. *n.* 2. Auila *d. dub.* 6. 5. *concluf.* 50 51

Vnde etiam † Canonicus, vel alius sacerdos excommunicatus, quia in choro cantat cum aliis licet peccet, non incurrit irregularitatem, vt docet Nauar. *cons.* 37. *n.* 9. *& cons.* 48. *n.* 9. de materia excommunicationis, Man. Rodriguez *d.* 1. *tom. c.* 167. *num.* 8. Vega in Espeio de curas *d. c.* 12. *n.* 226. Tolet. *d. lib.* 1. *c.* 72. *vers.* 4. & cum communi Suar. *d.* 5. *tom. disp.* 12. *sect.* 2. *numero* 12. 52

Et similiter † etiam suspensus ab ordine, seu ab officio, potest canere in choro sicut laici, Nauarr. *in Man. cap.* 27. *n.* 163. Ludou. Lop. *d.* 1. *tom. instruct. cons. cap.* 247. *&* 2. *tom.* 2 *par. cap.* 21. & Valentia *dict.* 4. *tom. disput.* 7. *quæst.* 18. *punct.* 1. Auila *de censuris* 3. *par. disput.* 2. *dub.* 1. 6. *concluf. &* 7. *p. disput.* 9. *sect.* 2. *dub.* 2. *&* 3. 53

Limitatur † tamen prædicta concl. primo, vt non procedat in assassino, qui est priuatus beneficiis ipso iure, ex *c.* 1. *de homic. in* 6. vbi DD. Hier. Gabr. & P. Greg. *supra*, & Tolet, *d. c.* 88. *vers.* 7. *&* 8. & Suar. *dict. disp.* 44. *sect.* 4. dicens nullum esse ius, quod priuationem ipso facto adiungat irregularitati homicidij voluntarij, etiam alias qualificati, nisi in assassino, *in d. c.* 1 & alij supra citati, & Gonzalez *dict. gloss.* 15. *numero* 76. 54

Secundo † limitatur, vt non procedat in occidentibus Cardinalem, qui beneficiis sunt ipso iure priuati, ex *cap. fœlicis, de pœnis in* 6. Toletus *vbi proxime.* 55

Tertio † limitatur, vt non procedat in occidentibus Episcopum, qui etiam sunt ipso iure priuati beneficiis, quæ in Ecclesia, cui talis Episcopus præest, obtinet, ex *clem.* 1. *de pœnis*, & notat etiam Toletus *vbi supra*, & Gonzalez *nu.* 75. Molina *de iust. tract.* 3. *disput.* 65. *n.* 7. 56

Quarto † limitatur, vt non procedat in beneficiato occidēte prælatum, vel combeneficiatum, is enim est priuatus ipso iure beneficio quod obtinet in ea Ecclesia, ex *c. in quibusdam, de pœnis*, vbi DD. quamuis in hōc contrarium teneat Felin. *in d. c. inquisitionis, de accusat. nu.* 3. *& in d. c.* 2. *de rescript. nu.* 3. dicens quod tex. *in dict. cap. in quibusdam*, non loquitur de beneficio Ecclesiastico, sed de beneficio temporali, seu profano; id est feudo, vel similibus: & placet Abbati *ibi n.* 6. Sed reuera de vtroque videtur expresse loqui, & tenent Rebuf. *d. tit. de modis amittendi beneficia num.* 45. Hier. Gabr. P. Greg. & Toletus *supra*, & dicit communem Abb. *d. numero* 6. & communem 57

& verio-

& veriorem Alex. de Neuo *in addit. ad eum ibi.*

Et tenuit † Rota in vna Virdunen. canonicatus 6. Martij & 19. Iunij 1595 coram illustrissimo Cardinali Pamphilio, vt in decisionibus supra adductis 5. *par. c. 3. num. 43. & seq.* & in eadem coram eodem 13. Maij 1596. vt *in decis.* supra adducta *c. 3. nu. 332.* & posthæc Gonzal. *gloss. 5. à n. 77.* & ita tenendum est, quamuis etiam Açor *dict. libro 7. cap. 18. quæstion. 1. versicul. deinde quæres*, dicat, quod *in dict. cap. in quibusdam*, non dicitur, *ipso iure*, vel *ipso facto* amittat, sed simpliciter tantum amittat: quod verbum, vt omnes testantur, non continet sententiam ipso iure latam, sed iudicis sententia ferendam: & sic ex *eo capit.* non constare talem priuationem ipso iure, vt etiam quosdam dicere, ait Abbas, *ibidem numero 7.* Respondetur enim, *in dict. cap. in quibusdam*, non dici simpliciter amittant, sed prorsus amittant, quæ dictio, *prorsus*, importat *ipso iure*, vel *ipso facto*, vt ibi tenent communiter Dd. Abbas *numer. 7. & additio eius*, glossa *verb. ipso iure in cap. fin. de præscription. in 6.* vbi Dd. Matthesilan. *singulari 12.* Corset. *verb. penitus*, Felin. *in cap. Rodulphus, num. 34. de rescript.* & alij: & de simili dictione *penitus* dictum est supra, *8. part. c. 1. numero 5.*

§. 1.

De Hæreticis, Apostatis & schismaticis.

SVMMARIA

An hæreticus sit priuatus beneficiis ipso iure, an sit priuandus per sententiam, n. 59. *& communis sententia est, esse priuatum ipso iure*, num. 60. *pro quo citatur* cap. cum secundum leges, de hæretic. in 6. *Quod tamen non loquitur de beneficiis, sed de bonorum temporalium confiscatione*, nu. 61. *Citatur etiam* cap. quo iure, 8. dist. *quod parum probat, vltra quod non est iuris decisio: sed D. Aug. sicut etiam alia tria iura allegata* num. 62. *Allegatur etiam* cap. ad abolendam, *§. 1. de hæretic. ibi*, & sic omni officio, &c. *nam verbum* spoliatus, *executionem importat, ideo denotatur priuatio ipso iure*, numero 63. *Sed hæc inductio cessat, & tollitur ex verbis præcedent.* numero 64.

Contrariam sententiam, quod hereticus non sit ipso iure priuatus beneficiis, sed per sententiam priuandus, tenent Castro & alij, quia in iuribus in quibus hæc pœna non statuitur, non inueniuntur verba significantia ipso iure, n. 65.

Nihilominus tenetur communis, quæ recte probatur per dictum cap. cum secundum leges: *nam verb.* bonorum, *beneficia etiam Ecclesiastica continentur, &c.* n. 66. *Probatur etiam per* c. vt commissi *§.* priuandi, *ibi*, vel priuatos nuntiandi, *quæ expositiue accipiuntur, & non solum ad hæreticos, sed etiam ad receptatores, fautores, & defensores referuntur, contra Couar. & c.* n. 67. *& 68. & reprobatur interpretatio, quam ad dictum §.* priuandi *aliqui tradunt, quod verbum*, priuandi, *stet proprie, & referatur ad beneficia obtenta ante hæresim, & verba*, vel priuatos nuntiandi, *referantur ad obtenta post hæresim, &c.* n. 69.

Clarius probatur communis ex cõstitutione 2. *Nicolai III.* num. 70. *& facit* constitutio 29. *Pij V. vbi dispositioni Sedis Apostolicæ reseruantur beneficia vacantia propter hæresim, &c.* num. 71.

Non solum hæretici credentes, receptatores, & defensores ipsorum, sed & ipsorum filij & nepotes, priuantur ipso iure beneficiis obtentis tempore commissi criminis, ita quod non solum sunt inhabiles ad obtinenda beneficia, sed etiam ipso iure priuantur obtentis, n. 72. *quæ sententia omisso fundamento ex* cap. fœlicis, *§.* quod si quis de pœnis lib. 6. *quod parum vrget, probatur ex d. §.* priuandi, *& ex* constitut. 8. *Innoc. IV. & clarius ex d. constitutione Nicolai III.* n. 73. *& tenent relati* n. 74. *licet contra teneant alij relati*, n. 75. *& 76.*

Primam sententiam tanquam magis de iure veram, & communiter receptam, amplexa est Rota dicens procedere etiam in pensionibus, numero 77. *& præmittens communem conclusionem, filios natos ante hæresim pœnis canonicis affici, & comprehendi, contra alios*, numero 78. *quæ decisio ponitur*, numero 79.

An hæreticus sit irregularis, & inhabilis ad acquirenda beneficia, & affirmatiue tenent Speculator & alij, n. 80. *qui tenent, quod qui est, vel fuit hæreticus, irregularis est, etiamsi conuersus fuerit ad catholicam fidem, & pœnitentiam peregerit: aiunt tamen, quod post abiurationem, & peractam pœnitentiam, dispensari potest, vt in susceptis ordinibus administret tantum*, nu. 81. *Et quis possit cum eo dispensare, videndus Vgolinus & Suarez, qui tamen Vgolin. male ait, potestatem, quam de iure antiquo Episcopus habebat ad dispensandum cum eo, quoad ordines susceptos ante hæresim, ipsis sublatam esse de iure nouissimo Concilij*, sess. 24. de reform. cap. 6. *vbi hæresis non est occulta, & vbi ad forum cõtentiosum deducta est, &c.* num. 82.

Iura allogata videntur loqui & procedere in hæretico publico, & c. 2. *§.* hæretici, de hæretic. in 6. *loquitur de his qui sunt hæretici, & nondum conuersi, &c.* nu. 83. *& secundum Saurum, cum Philiarcho & alijs, ob crimen hæresis secundum se, & simpliciter sumptum, non incurritur irregularitas: & si sit hæreticus occultus, non est irregularis post pœnitentiam, & absolutionem ab excommunicatione, quia in iure non est expressum*, n. 84. *Et sic hæreticus occultus, si à secreta hæresi, vel apostasia, sit in foro conscientiæ legitime absolutus, non videtur manere irregularis, quicquid alij dicant*, n. 85.

Iuxta id cessat illa quæstio, quam tractat Vgo. an irregularitate orta ex hæresi occulta dispensare Episcopus possit ex decreto Concilij d. c. 6. *in quo partem affirmatiuam tenet contra Maiolum: quia hic non agitur de absolutione ab hæresi, quæ est ablata Episcopis, sed de dispensatione irregularitatis eis permissa à Concilio, & sic cessabat ratio* c. cum illorum sententia excom. *& c.* n. 86.

Suspectus de hæresi abiurans de vehementi, & publice priuatus, non est inhabilis ad beneficia, n. 87.

Hæretici sunt excommunicati de iure antiquo, sed illa excommunicatio non est reseruata, n. 88. *Excommunicantur etiam excommunicatione reseruata in Bulla Cœnæ Domini, primo casu, quem explicant relati*, nu. 89. *Et an sit vna, vel plures excommunicationes, remissiue* n. 90.

Ista excommunicatio non incurritur per hæresim mentalem, sed requiritur quod sit verbo aut facto exterius prolata: nam lex humana non ligat actus mere internos, nec in eos Ecclesia potestatem habet, etiã ad præcipiendum, n. 91. *Quæ sententia est hoc tempore communissima, & sumitur ex D. Thom. docente, quod de*

his potest homo legem facere, de quibus potest iudicare, &c. & habet fundamentum in scriptura, nu. 92. *& tenenda est, quamuis contrarium teneant gl. & alij citati,* n. 93. *& ratio ponitur* n. 94. *quæ confirmatur, & explicatur,* n. 95.

Respondetur iuribus, quib. excõmunicantur aliquid credentes, seu sentientes, quod intelligunt de credentibus & sentientibus in foro Ecclesiæ, & c. n. 96.

Propter opus factum cum ignorantia comuãti non incurritur excommunicatio, irregularitas, & obligatio restituendi, quæ cessanti ignorantia incurreretur, numero 97.

Quanta expressio hæresis requiratur, vt excommunicatio incurratur, & aliqui dicunt requiri expressionem verbo, signo, vel opere exteriori, quod de se, vel ex circumstantijs illam significet, seu manifestet, alioquin non incurri excommunicationem, numero 98. *& idem tenet in effectu Nauarr. relatus, & alij* numer. 99. *& sequitur etiam Suarez relatus,* numero 100.

Secundum alios, actus exterior, qui est effectus interioris, non tamen repræsentans in se malitiam interioris, potest puniri ab Ecclesia per cẽsuras, quia ille actus est peccatum externum, & c. num. 101. *sed quod de facto Ecclesia non punit tales actus, & sic quando in actu exteriori nulla est significatio expressa, vel interpretatiua malitiæ interioris, non incurritur censura lata simpliciter contra committentes tale peccatum,* num. 102. *Vnde secundum istam sententiam, quamuis posset, tamen de facto non punitur hæreticus, cum in actu exteriori nullo modo apparet malitia hæresis,* num. 103.

Author dicit, actum exteriorem, qui est effectus interioris, etiam non repræsentantem in se malitiam interioris, posse puniri ab Ecclesia per censuras, & generaliter posse ab Ecclesia præcipi, prohiberi, & puniri actus exteriores, vt procedentes à talibus interioribus, seu quod idem est, actus interiores, vt informantes, vel afficientes exteriores, n. 104.

Dicit etiam, hereticum in casu quo hæresis in mente conceptæ oculis, vel digitis, aut capite, aliasve annuit, vel dicit, ita est, incurrere excommunicationem latam contra hereticos, quamuis in illo actu exteriori non manifestetur vllo modo malitia hæresis, numero 105. *& respondetur* cap. fin. de simonia *procedere in pœnis simpliciter latis contra aliquod vitium, seu peccatum: secus vero in proposito, &* c. numero 106.

Placet quod docet Acor, quod qui ex interna hæresi aliquod opus externum indifferens facit, verbi gratia, coram sanctissimo sacramento caput non nudat, seu non flectit genu, non est hereticus exterior, ita vt excommunicationem incurrat, & c. num. 107. *licet secus quando omissio exterioris, quod debet quis facere, fit ad exprimendam hæresim, & sic intelligitur Toletus, &* c. nu. 108.

Ab excommunicatione incursa propter hæresim Papæ reseruata in dict. bulla cœnæ non potest quis absolui virtute bullæ Cruciatæ, vel alterius priuilegij, seu iubilei, in quibus non datur specialis facultas absoluendi ab hæresi, quia in facultate generali non censetur concessa absolutio ab hæresi, nisi id exprimatur, numero 109. *quamuis contra teneant Soto & alij* numero 110. *& patet ex breui Gregorij XIII. ex quo hodie in bulla Cruciatæ Hispana expresse excipitur hæresis. sed contraria sententia approbatur per magistrum sacri Palatij, & sacram Congregationem, quæ non procedet in bulla cruciatæ ex dicto breui, & c.* numero 11.

Episcopi ex decreto Concilij sess. c. 6. *possunt ab hæresi occulta in foro conscientiæ absoluere per se ipsos, nõ per eorum vicarios vllo modo, quamuis in alios casib. occultis, etiam sedi Apostolicæ reseruatis, possint absoluere per se ipsos, aut vicarium ad id specialiter deputandum,* n. 112 & 113. *vnde conuincitur sententia Cordubæ, quam alij sequuntur, & tenet Nauar. &* c. num. 114.

An dicta facultas concessa Episcopis ex dict. decreto sit hodie sublata, dicitur primo eam absque dubio fuisse sublatam per bullas cœnæ Domini, Pij V. & Gregor. XIII. vers cæterum, *& alias similes,* numero 115. *quamuis contrarium teneant Bannes, & alij relati,* num. 116. *qui non recte respondent verbis bullæ,* numer. 117. *nec fuit opus specialiter, & expresse derogare Concilio* n. 118. *& ita fuisse sublatam censuit sacra Congregat. in declaratio. positis* num. 119. *& an sit derogatum facultati Inquisitorum* numero 120. & seq.

Accedit ad prædicta Gregor. XIII. declarasse dict. decretum Concily non habere locum in casibus post Concilium ex noua lege reseruatis, quasi illa absolute reseruando censeat derogare Concilio, vt in declaratio. positis, numero 122. *& teneant relati,* numero 123. *licet contrarium teneant Nauarr. & alij, & Suarez, respondens primæ declarationi, quam adducit: sed eius interpretatio non satisfacit, &* c. numero 124. & 125.

Secundo dicitur, quod non videbatur sublata dicta facultas per bullas cœnæ Domini, Sixti V. saltim anni 1586. *& 1587. quia* quia in d. vers. cæterum. in fine, *ponuntur illa verba,* nMsi in eis etiam casus præsentibus literis expressi comprehendantur: *quæ etiam ponuntur à Clemen. VIII. in bulla anni* 1593. *& 1598.* numero 126. *per quæ verba videtur restituta, & incorrecta manere facultas Episcopis concessa in dicto decreto Concily circa absolutionem ab hæresi, & cæteris casibus bullæ cœnæ, qui etiam in dict. decreto comprehenduntur,* num. 127 *sicut etiam facultas bullarum, & priuilegiorum, & etiam Cruciatæ, in quibus datur facultas absoluendi à casibus sedi Apostolicæ reseruatis, etiam in bulla cœnæ: nam si horum non fit expressa mentio, non veniunt in generali facultate absoluendi à casibus sedi Apostolicæ reseruatis,* n. 128. *licet quoad facultatem bullæ Cruciatæ, etiam si non ponerentur dict. verba, non censeri reuocatam per bullam cœnæ ex alia ratione docent aliqui,* n. 129.

In bulla cœnæ Clemen. VIII. anni 1599. *non ponuntur illa verba,* & fuisse derogatam facultatem Cruciatæ quoad casus dict. bullæ cœnæ, & dict. facultatem à Concilio Episcopis concessam, *dixisse Clem. VIII. refertur* nu. 130. *& sic videbatur considerandus tenor bullarum quæ singulis annis publicantur,* num. 131. *quamuis Man. Rodriguez dicat, quod etiamsi nõ exprimantur d. verba,* nisi in eis, &c. *non censetur Papa in bulla cœnæ reuocare facultates, & priuilegia, quæ concedunt expresse casum bullæ cœnæ, cuius interpretatio improbatur* num. 131. *& eius ratio* nu. seq.

Etiam stantib. d. verbis, nisi in eis, etiam casus præsentibus literis expressi comprehendantur, *verius videtur esse sublatam d. facultatem Episcopis concessam,* nu. 134. *nam illa verba non referuntur ad facultates, & indulta concessa, & innouata ad concedenda, innouanda post bullam, & ad verba immediate præcedentia* numero 135. *& regula cap. inquisitioni de appellat.*

pellat. quod clauſ. in fine poſita refertur ad omnia præcedentia, non procedit vbi eſt diuersa ratio, nec vbi adeſt maior ratio, quod referatur ad proximiora, quã ad præcedentia, nec vbi conſtat de mente contraria, vt hic n. 136.

Suppoſito, quod illa facultas absoluendi in foro conscientiæ data à Concilio Episcopis, adhuc duraret, quæ saltim durat quo ad alios casus ante Concilium ſedi Apoſtolicæ reſeruatos, quomodo intelligantur illa verba in foro conscientiæ, Doctores communiter ea intelligunt, quod absolutio data proſit tantum quo ad forum conſcientiæ: tamen quod ab excommunicatione poterit Episcopus absoluere, etiam extra confeſſionem Sacramentalem vigore illius decreti, nu. 137. & ſeq. ſed aliud videtur dicere, quod absoluant in foro conſcientiæ, aliud, quod absoluant quo ad forum conſcientiæ, licet vbi agitur de diſpenſatione in foro conscientiæ, non requiratur ſacramentalis confeſſio; & ſic ſacra Congregatio videtur intelligere illa verba in foro conscientiæ, id eſt in foro ſacramenti pœnitentiæ, & in confeſſione ſacramentali, vt in declaration. adductis n. 136. & ita tenet Candelabrum aureum, qui tamen male ait, quatenus idem dicit in diſpenſatione in qua non dicit Concilium, quod fiat in foro conscientiæ, n. 140.

Infertur ad iubilea, in quibus datur facultas absoluendi in foro conscientiæ, quod virtute eorum non poſſit dari absolutio, etiam à cenſuris extra confeſſionem ſacramentalem, n. 141.

Man. Rodriguez docet, quod facultas data Epiſcopis à Concilio circa absolutionem ab hereſi, intelligitur ſolũ quãdo ipſe hereticus ſolus absque eo, quod ab alio audiuerit, committit occulte crimen nemine audiente, & non extenditur ad hereſim occultam, quando adeſt complex, atque Concilium non dat facultatem abſoluendi ab obligatione denuntiandi complicem, &c. num. 143. Sed iſta reſtrictio non placet, nam ex vno etiam non complice non deſinit eſſe occulta: neque etiam ſi ſint plures complices, niſi ſint plures quam duo, quia per duos ſolos non probatur, nec ex eo deſtruitur machina ſancti Officij, nec tollitur obligatio denuntiandi complicem, &c. à numero 143.

De materia hereſis, ac de hereticis, qui ſunt videndi nu. 146.

De apoſtatis à fide idem dicendum, quod de hereticis, cum & ipſi hereticí, & plusquam hæretici ſint: & ſic ipſo iure amittunt beneficia, n. 147. licet alij apoſtatæ non ſint ipſo iure priuati beneficiis, n. 148. & de apoſtatis qui ſint videndi, n. 149.

Similiter dicendum de ſchismaticis, quod vbi ſchiſma eſt cum hæreſi, ſunt ipſo iure priuati beneficiis, vt hereticí, & vt tales etiam ſunt excommunicati iure antiquo n. 150.

Si ſchiſma eſt ſine hereſi, non videtur ius expreſſum, vbi ipſo facto priuentur beneficiis, n. 151. & reſpondetur cap. nos conſuetudinem 12. diſtin. & cap. quia diligentia, de elect. allegatis n. 152.

Huiusmodi ſchismatici non videntur absolute, & in vniuersum excommunicati iure antiquo, quidquid aliqui dicant, nam cap. licet de electione loquitur in casu particulari n. 153. nec capitulum firmiſſime de hæret. probat contrarium n. 154. nec etiam excommunicantur in cap. de liguribus 23. quæſt. 4. nec in cap. 2. de ſchiſmatic. n. 155. nec etiam in cap. nulli 19. diſtinct. n. 156. nec in cap. 1. de ſchiſmat. n. 157. ſed quicquid ſit iam in bulla cœnæ casu 1. excommunicantur absolute ſchismatici n. 158.

Non poſſunt etiam de iure antiquo ſchismatici conferre beneficia, n. 159. quamuis videatur valere collatio ratione publici officij facta à ſchismatico occulto, & tolerato, n. 160.

Non poſſunt ſine diſpenſatione obtinere beneficia, etiamſi ad eccleſiæ vnitatem redierint, ſed ſchismaticus etiam ad vnitatem eccleſiæ reuersus de iure communi contra, ineligibilis, inhabilis, & irregularis remanet, numero 161. quod videtur poſſe intelligi de ſchismatico publico, ſecus de occulto maxime emendato & conuerſo, qui non videtur inhabilis ſeu irregularis, num. 162.

An requiratur diſpenſatio Papæ, an vero ſufficiat diſpenſatio Epiſcopi à numero 163. reſolvitur requiri diſpenſationem Papæ cum Abb. licet alias aliter dicat.

De ſchismaticis qui ſunt videndi n. 165.

SEcundo † dubitatur de crimine hæreſis, an hæreticus ſit priuatus beneficiis ipſo iure, an ſit priuandus per ſententiam. 59

Et quidem † communis ſententia eſt eſſe priuatum ipſo iure, quam tenent Ioann. Andr. Domin. Franc. *nu. 2.* & Dd. communiter *in cap. vt commiſſi. §. priuandi de hæretic. in 6.* dum exponunt illa verba, *Vel priuatos nuntiandi*, vt dictio, *vel*, ſtet expoſitiue pro, *id eſt*, & Abbas *in cap. inter dilectos, de exceſſib. prælator. numero 11.* Millis *in repert. verb. hæretic.* Probus ad Monach. *in cap. alma mater, de ſentent. excommun. in 6. num. 8.* Caſſador. *deciſ. 14. ſuper regulis numero 1.* Rebuf. *dict. tit. de modis amittendi beneficia numero 4.* Corraſ. *de benefic. 2. part. cap. 4. numero 13. & 3. part. cap. 6. numero 13. & 17.* Roſiniacus *cap. 20. numero 3.* Duaren. *libro 8. cap. 6 §. 5.* Bernard. Diaz *in pract. crimin. cap. 114. numero 2.* & ibi Salcedo *1. addit.* Couarr. *libro 2. variar. cap. 8. numero 4.* Roias *in ſingularib. in fidei fauorem ſingul. 73.* D. Penna *in directorio Inquiſitorum 3. part. commun. 162.* Lancel. *de attentatis cap. 5. à numero 34.* Flam. Pariſ. *libro 3. de reſignat. quæſt. 1. numero 31. & ſeq.* dicens communem. Quintanaduennas *eccl. libro 1. cap. 10. numero 1.* Açor *libro 8. cap. 13. q. 3. &* 8. Mand. Rodriguez *in ſum. 1. tom. cap. 129. numero 3.* & Pet. Ledeſm. *2. part. ſumm. tract. 1. cap. 4. 14. concluſ.* & Rota in Mutinen. Capellæ de anno 1562 quæ eſt *3. pars diuerſor. libro 3. deciſ. 707. & 728* de qua ſupra *5. part. capitulo 1. numero 80.* & poſt hæc Gonçalez *gloſſ. 15. numero 65.* Acor *2. p. libro 7. capitulo 17. in princ.* & plures alij relati per citatos.

Pro † qua ſententia Corraſius, Roſiniacus, Duarenus, Rota, Azor, & alij citant text. *in cap. cum ſecundum leges, de hæret. in 6.* qui tamen non loquitur de beneficiis, ſed de bonorum temporalium confiſcatione. 16

Citat etiam † Corraſius text. *in cap. quo iure. 8. diſt.* qui tex parum probat, vltra quod non eſt iuris deciſio, ſed D. Auguſtini, ſicut etiam text *in cap. ſi vos 23. quæſt. 5. & cap. 1. & 2. 23. q. 7.* qui pro hoc etiam allegantur, & ſimiliter parum probant. 62

Rebuf. † vero, Roſiniacus, Duarenus, Flamin. Pariſ. & Quintanaduennas, & Gonçalez, & Açor ſupra allegant tex. *in cap. ad abolendam §. 1. de hæretic.* ibi: *Et ſic omni officio: & beneficio ſpoliatus eccleſ. ſecularis relinquatur arbitrio poteſtatis.* Nam verbum *ſpoliatus* executionem importat, ideo notatur priuatio ipſo iure, ex Butrio *in c. fi. de poſtul.* Felin. *in cap. 2. numero 3. & in cap. Rodulphus, numer. 25. de reſcript.* 63

& in c. insinuatum, de simon. in princ. & dixi sup. 8. *p. c.* 1. *n.* 22. quod placet Salc. *vbi sup.*

64 Sed hæc inductio † cessat, & tollitur ex verbis præceden. ibi: *Totius eccles. ordinis prærogatiua nudetur.* Quæ verba important priuationem per sententiam, vt patet ex adductis per Felinum *in d. cap. Rodulphus:* vnde dicta verba statim sequentia, *Et sic omni officio, & beneficio spoliatus, &c.* important executionem dictæ priuationis per sententiam faciendæ, non priuationis ipso iure, & non intrat doctrina Butrij & Felin. *vbi supra.*

65 Vnde † contrariam sententiam, nempe quod clericus hæreticus non sit ipso iure beneficiis priuatus, sed per sententiam priuandus, tenet Alphon. à Castro *lib. 2. de iusta hæreticor. punitione cap. 9.* quia in iuribus quibus hæc pœna statuitur, non inueniuntur verba significantia priuationem, & sententiam ipso iure latam, vt *in d. c. ad abolendam, & in c. excommunicamus §. credentes eod.* sequitur Simancas *de Cathol. institut. c. 46. n. 72.* quamuis *in Enchirid. iudicum violatæ religionis tit. 58. de pœniten. num. 3.* videatur cum communi tenere, ibi: *Et hæretici beneficiis ecclesiasticis priuati sunt.* Sequuntur etiam Arag. 2. 2. *q. 11. art. 3. vers. 2. pœna,* qui tamen contrarium tenet *q. 1. art. 10. pag. 66.* Candelabrum aureum *in appendice cap. 1. nu.* 15. & Zerola *in praxi Episcopali 1. p. verb. priuatio, in princip.*

66 Nihilominus † tamen tenenda est cõmunis sententia, quæ recte probatur per *d. c. cum secundum leges,* ex quo bona hæreticorum ipso iure confiscantur, & eis priuantur, nam verbo, *bonorum,* beneficia etiam eccl. continentur *c. 1. de præb. & l. bonorum ff. de verb. signif.* vbi Rebuf. *& in praxi titul. de simonia in resignatione n. 31.* & Quintanaduennas *lib. 2. eccl. n. 3. & 93. & 94.* & quamuis in beneficiis non habeat locum confiscatio, quia non sunt transitoria ad fiscum, habet tamen locum priuatio, de qua ibi Achilles *dec. 345.* seu *1. de hæret. n.* 5.

67 Probatur † etiam communis sententia per tex. *in d. c. vt commissi, §. priuandi,* ibi: *Vel priuatos nuntiandi,* quæ verba expositiue accipienda sunt, id est priuatos nuntiandi, vt ibi volunt Ioan. Andr. & alij Doct. vt diximus.

68 Et non † solum ad hæreticos, sed etiam ad receptatores, fautores, & defensores hæreticorum referuntur, quicquid dicat Couarru. *supra,* tenens hæreticorum fautores, & receptatores non esse ipso iure priuatos beneficiis obtentis, sed per sententiam priuandos, iuxta *cap. excommunicamus, §. credentes vers. si vero clericus, de hæret.* quod idem tenet Penna supra: sed licet verum sit de iure decretalium iuxta *d. §. credentes:* tamen de iure nouo non est verum iuxta *d. §. priuandi,* & constitutionem Nicolai infra allegan.

69 Nec valet † solutio, & interpretatio, quam ad *d. §. priuandi,* aliqui tradunt, nempe quod verbũ, *priuandi,* stet proprie, & referatur ad beneficia obtenta ante hæresim, quibus per sententiam est priuandus hæreticus, & verba, *Vel priuatos nuntiandi,* referantur ad beneficia obtenta post hæresim: & sic nulliter collata ex *c. 2. §. hæretici, eod. tit. in 6.* conuincitur enim ista interpretatio ex *seq. vers. sunt autem diœcesani in priuando tales, vel nuntiando priuatos,* &c. vbi apparet omnia ista verba *priuandi, vel priuatos nuntiandi,* referri etiam ad beneficia obtenta post hæresim, & sic non potest stare ista solutio.

70 Et † clarius probatur communis ex constitutione 2. Nicolai III. quæ est in bullario *tom. 1. fol. 30.* vbi sic dicitur: *Hæretici autem, & receptatores, defensores, & fautores eorum, ipsorumque filij vsque ad secundã generationem ad nullum ecclesiasticum beneficium seu officiũ admittãtur, quod si secus actũ fuerit, decernimus irritũ, & inane, nos enim prædictos ex nũc priuamus beneficiis acquisitis, volentes vt tales, & habitis perpetuo careant, & ad alia similia nequaquam in posterum admittãtur.* Quæ constitutio, licet non sit inserta *in lib. 6.* tamen non est per procœmium illius abrogata: nam constitutiones editæ super negotio hæreticæ prauitatis nõ contrariæ constitutionibus *eiusdem 6.* reseruantur *in cap. fi. in fi. de hæretic. eod. lib.* & notat gloss. *in d. procœmio verb. reseruantur.*

Facit † etiam pro hac sententia *constitutio* 29. Pij V. incipiens, *cum ex Apostolatus.* vbi dispositioni sedis 71
Apostolicæ perpetuo reseruantur beneficia vacantia propter hæresim, & sic denotatur hæreticos ipso facto priuari beneficiis, vt per Penna supra, & Azor *d. q. 8.*

Non † solum autem hæretici credentes, receptatores, & defensores ipsorum, sed & ipsorum filij, & nepotes, priuantur ipso iure beneficiis obtentis tempore commissi criminis, ita quod non sunt solum inhabiles ad obtinenda beneficia, vt *in d. c. 2. §. hæretici, & cap. statutum 2. de hæret. in 6.* Palacios Rubios, & alij infra citandi, quicquid dicat Man. Rodriguez *d. cap. 129. n. 4.* & Pet. Ledesma *d. tractat. 1. cap. 6. 17. concl. 2. difficul.* citantes Simancas, & Iulium Clarum, *vbi infra n. 75. & 76.* qui tamen loquuntur de beneficiis antea obtentis: sed etiam ipso iure priuantur obtentis. 72

Quæ sententia † omisso fundamento desumpto ex *cap. fœlicis. §. qui, si quis, de pœnis, libro 6.* quod parum 73
vrget, cum in pœnalibus non sit facienda extensio, vt recte aduertunt Villad. Couarru. & Penna infra citandi, probatur ex *d. ca. vt commissi. §. priuandi,* qui simpliciter, & indistincte loquitur, & ex constitutione 8. Innocentij IV. quæ est in bullario *tom. 1. fol. 9. vers. ceterum,* ad quam se refert Bonifacius in d. cap. vt commissi & clarius ex d. constit. Nicolai III. supra adducta, & latius deducitur in decis. Conchen. quam infra adducam.

Quam † sententiam tenent Ioan. Andr. *in d. cap. vt* 74
commissi, & ibi Domin. *d. §. priuand. nu. 4.* & Francus *n. 3.* & alij, Enric. & Anania *in cap. vergentis, de hæretic.* Palacios Rubios *in tractat. de iustitia retentionis, & obtentionis Regni Nauarræ 5. part. §. 8.* dicens, quod cum hoc transeunt Doctores communiter *in dict. cap. vt commissi,* Gigas *in tractat. de crimine læsæ Maiestatis libro 7. titul. de pœnis,* quas filij incurrunt *quæst. 11. nu. 3.* & alij quos referunt Couarru. & Penna statim citandi, & Rota in dict. conchen. & Lamber. *de iure patro. 1. par. 2. libro quæst. 9. artic. 6. sub nũ. 7.* ait quod hæretici, & eorum filij, & nepotes, sunt priuandi iam habitis beneficiis, vt *in d. §. priuandi,* & quod vacent ipso iure beneficia, & pensiones, etiam prius obtenta à filiis hæreticorum, cum communi, & Rota in d. Conchen. tenet post hæc Gonçalez *glos. 15. numero* 67.

Licet † contrariam sententiam, nempe, quod 75
filij, aut nepotes hæreticorum non sint priuati, nec priuandi beneficiis antea obtentis, teneant Abbas, & Felin. *numero 3. in d. c. vergentis,* Villad. *de hæretic. quæst. 23. repertorium inquisitorum, verb. filij,* Aufrerius ad Capellam Tolos. *decis. 120. ad fin.* Rebuf. *in praxi tit. de modis amittendi beneficia numero 25.* Couarr. *dict. libro secundo variar. cap. 8. numero 4.* Simancas *de Cathol. institit. tit. 29. numero 20. & in Enchir. iudicum violatæ re-*

*violatæ religionis tit.63.n.9.*Penna *d.part.directorij inquisitorum comment.163.* Otalora *de nobilitate 4.part. cap.9.num.9.* Card. Toletus *in sum.in edit.nouiss. lib. 1.cap.69.versic.9.* & Suarez *d. 5.tom.disput.43 sect.3.n. 2.*& videtur tenere Flam. Paris. *dict.lib.3.quæst. 1. n. 34.& 35.*

76 Quam † sententiam dicit mitiorem, atque benigniorem Iulius Clarus *lib.5.§.hæresis nu.6.* & cum eo Salcedo ad Bernard. Diaz *d.c.114. addit.1.in fi.* & consuetudine Hispaniæ receptam, & obseruatam,& ita tenendam contra communem dicit Hoieda *de incompatibil.ben.c.23.n.100.*& cum eo Ioann. Gutier. *cano.q.dub.2.c.30.n.38.*

77 Sed primam † sententiam tanquam magis de iure veram,& communiter receptã amplexa est Rota in dict. Conchen.pensionis 6. Martij 1568.coram D. Peregrino,dicens procedere etiam in pensionibus præmittendo prius prout necessario supponi debet commmunem conclusionem,filios † natos ante hæ-

78 resim pœnis canonicis affici,& comprehendi,quam contra alios,quos sequuntur Simancas *dict.tit.29. de Cathol.institut.*ex *nu.22.* Molina *de Hispanorum primogeniis lib.4.cap. 11. numero 55.& seqq.*Vgolinus *de irregul.cap. 36.§.1. nu. 6.*Man Rodriguez *in summ.1. tom. d.c.129.numero 5.* & Pet Ledesma *d.tractat.1.c. 6.17.conclus.1.difficult.*& P.Molina *de iustit.tom.3. disput.658.numero 21.* & Zauallos dicens magis communem *quæst.653* late tenent post alios plures quos referunt Couarru.*d.c.8.numero 5.*Gregor. Lopez *in l.2.tit.2.part.7.verb.sus hijos*, Anton. Gomez *tom.3. variar. cap.2.numero 16.* Otalora *dicti.4.part.cap.6. numero 8.*Roxas *de hæretic.2 part.numero 354.& sing. 68.*Penna *d.comment.163.*Hoieda *d.c.23.num.99.*Velazquez *in l.4.Tauri numero 10.*Menoch.*de præsump. lib.5.præsumpt.33 à num.16.*Ioan.Gutierrez *dict. cap. 30.à numero 37.* Parlad.*differ.108.num. 25.* Castro *de iusta hæreticor.punition.lib.2.cap.vlt.& de lege pœnali lic.1.ca.7.*& magis communem dicit Rota *decis.104. numero quarto lib.2.part. 3. diuersor.* & fortiter probatur ex *d.c.statutum 2.versic. hoc sane,de hæretic.in 6.* nec contrarium fuit iudicatum in causa comitatus de Bailem.

Quam † decis. Conchen.quia optima est, & hanc

79 sententiam exacte probat,hic ponere placuit.

Conchen.pensionis Veneris v. Martij M. D. XCVIII. decisio.

Coram R.P.D.Peregrino.

FVerunt reseruatæ duæ pensiones à Felic.rec.Gregorij XIII.Gundisaluo,tunc in tertio,vel circa suæ ætatis anno constituto, vt succedentibus annis commodius se sustentare posset : Vna trium mille ducatorum super Archidiaconatu de Alarcon ecclesiæ Conchen. altera medietatis fructuum super vno ex Canonicatibus, & præbendis eiusdem ecclesiæ soluendæ Antonio Patri, tunc Catholici Hispaniarum Regis à secretis,& vbi ipse voluerit, durante minori ætate filij, cum primum fuisset clericali charactere insignitus. Verum, quia Antonius fuerat per sententiam diffinitiuam declaratus hæreticus, ac hæreticorum fautor, eiusque imago publice combusta, postquam in ipsius personam,qui è manibus Curiæ se eximens,& vt dicitur, ad hæreticos, & hostes fidei, & Reipublicæ Christianæ se contulerat, sententia exequi non potuisset, fuit dubitatum,an dictæ pensiones ipsi Gundisaluo amplius deberentur.

Et re mature discussa de expresso ordine sanctissimi Domini nostri Papæ, præcipue,quia vna tantum pars informabat DD. vnanimiter negatiuam fuerunt amplexi.

Dixerunt namq; communem illam esse conclusionem, ac magis de iure verã, quod pœnæ impositæ à sacris Canonib.filiis hæreticorum, comprehendunt natos ante, & post patris delictum.

Hanc enim probare dicebant textum in capit.statutum, de hæret.in 6. *ibi*, qui tales esse, vel tales decessisse probentur, *ponderando verbum*, esse, *per quod denotatur,quod ad hoc, vt filij hæreticorum puniantur,satis sit probare,quod tunc parentes ipsorum essent hæretici.*

Ad hoc etiam adducebant.tex. in c. filij eod. tit. & lib.*vbi filios hæreticorum,qui in articulo mortis hæresim commiserunt,puniri sancitum fuit,quod non potest intelligi,nisi de iam natis,nec non & tex.* in c. vt inquisitionis.eod.tit. & li. *vbi à pœnis eximuntur tantum filij,qui reuelarunt delictum occultum patris,ita vt præsupponatur iam natos, qui non reuelauerit pœnas hæreticis statutas non effugere.*

Et quidem cum pœna filiis imponatur,non ex eo,quod ipsi prouenerint ex radice infecta,& sanguine improbato,quandoquidem crimen sit mere spirituale non trahens originem,vel commercium à carne non intrat distinctio, an sint nati ante,vel post delictũ patris,vt tollens obiectũ considerat Claudius,qui late ad partes hanc quæstionem disputat in l.si quis id quod,nu.19. ff. de iurisd. omn. iud.*& aly multi authores practici per informantes allegati.*

*Hæreticorum enim filij puniuntur,vt filij, quod æque conuenit natis,& nascituris,Zabar.*in c.ex quibusdam, extra,de pœ.versic.quæro,an filij,*& hoc,vt parẽtes ipsi in filiorum personam acrius puniantur, & affligantur, iuxta* l isti quidem,in fi.ff.quod met. cau.c.afferte,de præsumpt.*cum pater magis terreatur videns posse affligi filios, quam se ipsum, vt considerat Hostiens.* in capit. vergentis, in final. verbis, de hæret. *& ibi Ioann. Andr.* in versic. primogeniem, *& singulariter gl.* in extrauag.*Ioan.XXII.§.* filij eius,in versic.quomodolibet, de pœn. *quæ quidem ratio magis militat in natis, quam in nascituris, quia fortasse hæretici post delictum filios non susc ipient,& maior est pœna, & dolor videre infamatum filium iam adultum, & forte in dignitate constitutum, quam minorem,& fortasse infantem, qui nihil adhuc cognoscit, vltra quod iam nati facilius,quam nascituri possunt imitari patris actiones,quas vident,quæ fuit ratio præcipua,propter quam filios in hoc puniri ob parentum delicta fuerit sancitum.*

Quod etiã indistincte fuisse statutum per leges ciuiles in crimine læsæ Maiestatis humanæ,ex l.quisquis, C. ad l.Iul.Maiestatis,*vbi cõmuniter scribentes voluerũt, vt animaduertit Claudius* loco supra citato,*&* Gig.tr. de crimin.læsæ Maiestatis q.5. *Vnde multo magis id seruandum erit in crimine læsæ Maiestatis diuinæ,vt in terminis argumentatur Innocentius III.* in c. vergentis,de hæret.

Cui firmæ conclusioni non obstare visum fuit text. in cap.iam itaque 1.q uæst.4.*desumptum ex dicto S. Augustini, tum quia S. Augustini dictum debet intelligi respectu pœnæ spiritualis, cum adducit illud Domini per Ezechielem,anima,quæ peccauerit,ipsa morietur,vt bene ex eiusdem S. Augustini dictis declaratur* in cap.si

habes 24 q. 3. *tum etiam, quia crescente hereticorum corruptela ad illorum audaciam reprimendam, qui vix vllis pœnis respiscunt, augendæ erant pœnæ, vt innuit summus Pontifex* in d.c vergentis in princ. de hæret. *vbi atq; alibi ad hæreticorum filios pœnæ extenduntur.*

Et ad Concil. Toletan. c.1 *dum mandat restitui ex benignitate ad pristinos honores filios hæreticorum natos post paternum delictum, si eorũ parentes respuerint vltra quod illud Concilium est generale, fuit dictum necessario non inferri natos ante delictum dicta benignitate non egere, cum per Concilium fuerit prouisum in eo casu tantum, vti magis dubitabili* arg.l.fi. C. qui ætat. se excus. lib. 10.

Prout cessare quoque fuit consideratum illud alterũ, quod ab impugnantibus hanc opinionem deducebatur, nempe hoc non reperiri iure cautum, cum imo contrariũ verius sit, cum ex iuribus supra deductis hoc necessario inferatur, vt tenuit Ioan. Andr. in cap. vt commissi n. 7. de hæret. in 6. *Geminia.* ibidem sub num. 4. vers. & per eundem modum, *Henr. Boich.* in c. vergentis, n. 3. de hæret. *Couar.* variar. resol. lib. 2. c. 8. n. 5. *& illi omnes, quos ipse cumulat.*

Non tamen DD. approbarunt illius, ac aliorum, qui hanc sequuti sunt sententiam, dum voluerunt, vt hereticorum filij, licet inhabiles, reddantur ex delicto patris ad obtinenda beneficia, non priuentur tamen obtentis ante delictum, nam imo cõtrarium magis de iure verum & communiter receptum existimarunt, idque præcipue probari ex text. in cap. vt commissi, de hæret. in 6. *dum enumerando Pontifex facultates Inquisitoribus hereticæ prauitatis concessas, illa vti præcipua ab ipso dinumeratur, videlicet priuandi, ac priuatos nuntiandi hereticos, hereticorum fautores, ac illorum filios, & nepotes, & hoc in executionem constitutionum Innocentij, Alexandri, & Clementis illius prædecessorum, si enim huiusmodi pœnæ hereticorum filiis possunt ab Inquisitoribus imponi, vtique aut id iam fuisse cautum, aut postquam à potestate habente tales pœnas constituendi id exprimitur, de nouo statui necessario est præsupponendum.*

Sed vere dicebant hoc fuisse antea statutum, ab Ianoc. IV. in ipsius constitutione, quæ est octaua in ordine inter suas constitutiones in vers. cal. cæterum, *quæ habetur in* Bullario tom. 1. fol. 9. *ad quem se refert Boninfacius* in d.c. vt commissi, *dum canonizat Federici constitutionem latam contra hereticos, & hereticorum fautores, ipsorumque filios, & nepotes, priuando eos omnibus beneficiis, honoribus, & dignitatibus, quæ quidem constitutio licet ex defectu potestatis ad beneficia ecclesiastica non extenderetur, ad illa tamen extendi est dicendum, postquam Pontificis constitutio dicitur effecta per ipsius approbationem* l.1. §. sed nec. C. de veter. iur. enucle. c. ad Apostolicæ, de præb. in 6.

Et certe satis foret absurdum, vt hæreticorum filij priuarentur beneficiis, honoribus, ac dignitatibus ex benignitate, ac largitate Imperatoris prouementibus, non quidem, quia particulariter eorum parentes in ipsorum Principem machinauerint, sed quia in Deum peccauerint illius Catholicam Ecclesiam scindendo, ex permissu vero Pontificum, ad quos ex iniuncto officio præcipue spectat in huiusmodi scelestos homines, ac illorum progeniem animaduertere, bonis ecclesiasticis, quæ dicuntur patrimonium Christi, potirentur, ac forsan luxuriarentur, nimirum igitur si pro absoluto, præsupponitur in constitutione *Alexand. IV. quæ est* decima *in ordine, inter suas constitutiones* in fine vers. frequenter in dicto Bullario 1. tom. fol. 19. *relata* in d.capit. vt commissi, *quod etiam beneficiis ecclesiasticis sint priuandi hereticorum filij, dum explicando, quomodo se gerere debeant hereticæ prauitatis Inquisitores, si quando eis ab Apostolica Sede committitur, vt in hæreticos, & hereticorum filios animaduertant, illos priuando beneficiis ecclesiasticis, honoribus, ac dignitatibus, quod frequenter accidere dixit Pontifex, quod quidem non esset, si tales pœnæ contra eos à iure non fuissent statutæ, vt scilicet id exequãtur, dummodo tunc tales reperti fuerint, non etiam in iis, quos emendatos constiterit.*

Prout etiam hoc pro absoluto præsupponitur à Pontifice in c.1. de schis. in 6. *vbi cum schismatici, & eorum filij, vti hæretici veniãt puniendi; eos indistincte beneficiis omnibus ecclesiasticis obtentis, & obtinendis indignos reddit, & propterea ex hoc cessat obiectio, quod ille sit casus specialis, nam licet fuerit particularis prouisio, pœnæ tamen in dicto casu iniunctæ præsupponuntur omnib. hereticis communes, dum schismaticis vti hereticis infliguntur, ita vt si qua extensio ibi fiat, ea est, vt hereticorum pœnæ ad schismaticos etiam extendantur, quod animaduertit etiam Bero.* in c. item cum quis, sub n. 44. in fi. de rest. spol.

Sed hoc clarius disponitur in constitutione *Nicolai III.* in fine, quæ est *secunda* in ordine inter suas relata *in Bullario dict. tom. 1. fol. 30.* ibi, *Nos enim prædictos ex nũc priuamus beneficiis acquisitis, volẽtes, vt tales, & habitis perpetuo careant, & ad alia similia nequaquam in posterum admittantur, quæ constitutio non potest dici antiquata, & contrarium de consuetudine seruari, tum quia per* constitutionem *Pauli IV.* quæ est in ordine *quadragesima secunda inter suas constitutiones* in Bullario d. 1. tom. fol. 620. *renouantur omnes antiquæ Summorum Pontificum constitutiones latæ contra hereticos, & hereticorum fautores, eorumque filios, tum etiam quia non multo ante à Paulo III. in eius* extrauaganti 20. *in ordine inter suas eodem Bullario* tom. 1. fol. 185. *& nouissimis temporibus ab aliis Summis Pontificibus contra hereticorum & criminis læsæ Maiestatis reorum filios id seruatum videmus: tum denique quia sacrorum Canonum insignes interpretes, hoc iuri consonum semper fuisse iudicatum, attestãtur, Ioan. Andr.* in d.c. vt commissi nu. 2. *Ioan. Monac.* ibi, ante num. 1. vers. sexto, *Gemin.* numero quarto *Fran.* in c. fælicis num. 5 de pœn. in 6. *hoc etiam videtur sensisse Annan.* in c. vergentis sub nu. 12. de hæret. *& ibi Henric. Boich.* sub numer. 3. vers. si de beneficijs Ecclesiasticis, *Præpos.* c. satis peruersum, num. 4. 56. dist. *Bero.* in c. cum quis num. 43. de rest. spol. *Imol.* in l. insulam numer. 2. vers. & adde. ff. solut. mat. *Alex. ad Bartol.* in l. quisquis in lit. L. C. ad leg. Iul. Maiest. *Rom.* sing. 693. *Rest aur.* de Imp. q. 118 num. 13. *& idem videtur voluisse Direct. Inquis.* quæstio. 114. *Lupus & Palat. Rub.* de retent. *Reg. Naua.* p. 5. §. 8. vers. quarta obiectio. *& alij multi relati per informantes, & qui cõtrarium senserunt, hanc tamen esse communem opinionẽ affirmarunt, & propterea ab ea in iudicando non esse recedendum fuit dictum.*

Nec contrarium sensit glos. in d.cap. satis peruersum 56. dist. *dum voluit, quod si pater commiserit crimen læsæ Maiestatis humanæ in Principem secularem filius beneficiis ecclesiasticis non priuetur, ea ratione, quia secularis Princeps non potest suis legibus clericos ligare, & sic in Principe ecclesiastico, cuius Maiestas esset læsa, aliter videtur sensisse, vt bene deducit Præpos.* ibi sub num. 4. versic. & nota rationem, *Franc. Mart.* Dec. Delph. 1. 390. in fi. *& multo magis in crimine læs. Maiest. diuinæ, prout ita illã gl. ad hoc põderat Imo.*

loco pro-

loco proxime citato, *Anan.* in dict. cap. vergentis n. 12. de hæret. *Couarr.* variar. resolut. cap. 8. n. 4. versic. hoc vero glos. *licet ipse ab hac opinione, quam communem dicit, dissentiat, & male.*

Ex ex prædictis tollitur fundamentum illud præcipuum, contrarias partes tenentium, nempe non fuisse iure cautum, quod hæreticorum filij obtentis priuentur, cum imo expresse id dispositum fuisse, ex supra deductis satis apparet.

Nec ex eo, quod, in cap. quicumque, *solum filij ad obtinenda inhabiles declarantur, sequitur, quod etiam obtentis non priuentur, quia quod ibi statutum non fuit, alibi cautum fuisse videmus, & hac ratione attenta, cum ibi hæretici, & hæreticorum fautores solummodo ad beneficia obtinenda inhabilitentur, vtiq; obtentis priuandi non essent, quod tamen nemo vnquam dubitauit, licet disputetur, an sint priuati ipso iure, an vero veniant per sententiam priuandi.*

Imo cum semper respectu pœnarum temporalium, & earum, quæ non sunt corporis afflictiua, parificentur hæretici, hæreticorum fautores, & illorum filij, vtique quod de vno disponitur, & de alio dispositum censeri debet, & sic etiam cessat illa alia obiectio, nempe quod inhabilitatus ad obtinenda non priuetur obtentis, gloss. in Clem. 1. §. ipsius de pœn. *vbi Zauarel.* num 3. *Imol.* sub num. 33. *quia hoc procedit, quando simpliciter essent hæreticorum filij ad obtinenda inhabilitati, sed vt fuit demonstratum, fuerunt etiam obtentis indigni, indicati non solum in crimine læsæ Maiestatis diuinæ, vt in iuribus supra deductis, sed etiam in crimine læsæ Maiestatis humanæ.* Et in cap. fœlicis. §. quod si quis de pœn. in 6. *crimen enim de quo* in d. cap. fœlicis. *punitur ratione læsæ Maiestatis ex illis verbis deprehenditur* (sicut reus criminis læsæ Maiestatis) *vt in individuo considerat Præpos.* in d. cap. satis peruersum in fin. 56. dist. *& prius animaduertit Gemin.* in dict. cap. vt commissi. §. priuandi sub numero 4. vers. nec obstat de hæret. in 6.

Quæ pœna non per extensionem, sed per comprehensionem capere dicitur, etiam hæreticorum filios, postquam sacri canones non solum parificent hæc crimina, sed statuant, tanto grauius puniendos fore hæreticorum filios, bonis omnibus illos spoliando, (quæ verba possunt comprehendere, etiam beneficia ecclesiastica) quando grauior est offensa, quæ in æternam, quam quæ in temporalem Maiestatem committitur, sic Innoc. III. in d. c. vergentis.

Nec aliter quidem dici potest, nam cum isti hæreticorum filij sunt perpetuo infames infamia iuris c. si quis 6. quæst. 1. *iunct.* cap. vergentis de hæretic. *Couarr.* variar. resol. libro 2. cap. 8. sub numero 1. vers. tertio ab hac ead. resolutione, *Alphonsus à Castro* de iust. hæret. punit. libro 2. cap. 11. paulo post princip. vers. propter hanc causam filij hæreticorum, *sequitur necessario, quod sint ipso iure priuati, vel saltem veniant priuandi etiam beneficiis obtentis* l. 2. §. miles ff. de his qui not. infam. l. infam. C. de decurio libro 10. glo. in reg. infam. de reg. iur. libro 6. *Ioan. de Imo.* in l. insulam in fi. princ. ff. sol. matr. *Præpos.* post glos. in c. satis peruersum 50. dist. *Rom.* sing. 693. *Barb. ad Panorm.* in c. querelam sub n. 3. de iure iur. *cum aliis per informantes adductis.*

Vnde iure Inquisitores in sententia per eos lata cõtra Anton. declararunt, eius filio inhabiles ad habendũ, teneudum, & possidendum dignitates, beneficia, officia, tã ecclesiastica, quã secularia, quæ sententiæ verba apte quidem comprehendunt, & obtenta, & obtinenda, vt beneper informantes.

Et licet Rota non soleat attendere aliorum tribunalium sententias nisi visis actis, & constito de bono iure, hoc tamen non seruat in sententiis latis ab Inquisitoribus hæreticæ prauitatis, quorum tribunalis acta pandi non solet, Veral. dec. 134. par. 3.

Quod si priuantur hereticorum filij quibuscumque Ecclesiasticis beneficijs, quinetiam pensionib. priuati censeantur, non dubitarunt Domini, tum quia in hac materia verbum, beneficium *late sumitur, vt dicit gloss.* in cap. quicumque §. hæretici in verb. beneficium libro sexto, *ex qua not. Gemin.* ibi sub numero secundo, versicul. nota bene, *quod constitutio pœnalis extenditur, de stricta significatione ad latam, & in terminis, quod ab id comprehendat etiam pensionem voluit Abb.* in cap. ad audientiam, el 2. sub numero 2. vers. dicerem tamen, de rescript. *cum quo transit ibi Felin.* in princ. *tum iam quia canones non simpliciter eos priuant beneficiis, sed quibuscunque beneficiis,* vt in d. c. vt cõmissi, *verbum enim* (quodcumque) *importat omnimodã generalitatem,* c. solitæ benignitatis, circa fin. de maioritat. & obed. *in qua comprehenduntur etiam pensiones, vt voluit Caccialupus,* tract. de pens. quæst. 39. *etiam in literis ad beneficia; quæ vti ambitiosæ strictissimè interpretantur, & de hoc est gloss.* in Clemen. 2. in verb. quodcumque de vit. & honest. cleric. *quam sequitur Felin.* in cap. postulasti, numero 39. de rescript. *& late prosequitur Gig.* de pens. quæst. 28. *multa ad propositum deducens, qui in propriis terminis pensionem comprehendi tradit* in quæstio. nonagesimaquarta numero 10. & 7.

Tum denique, quia omnibus bonis priuatos hereticorum filios canones voluerunt, d. c. vregẽtis, *& propterea si appellatione* beneficij *non veniret pensio, saltim sub nomine bonorum, comprehenderetur, maxime vigente identite rationis, prout in proposito casu vigere non fuit dubitatum, nempe vt hereticorum filij in summa, ac perpetua egestate viuant, ac continuo mœrore tabescant, ita vt eis sit mors solatium, & vita supplicium,* cap. si quis cum militibus, 6. quæst. 1. *& vt illorum parentes grauius, acriusque puniantur, omnibus bonis spoliatos filios videntes,* vt in d. cap. vergentis, *& hoc pro absoluto alias habuit Rota in vna Hispal. portionis, de qua per Put.* dec. 350. libro 1. *Peregr. Fabium.* num. 109. lib. 2. *Acorambon.* 17. lib. 1. *Mohed.* 6. de rescript. *Anton. August.* 1266. libro 3. part. diuers. & in epito. titul. de pensio. c 2.

Nec obstare dicebant quod Anton. fuisset in contumaciam condemnatus, quasi ex hoc in præiudicium filiorum non haberetur pro heretico, ad doctri. Bart. in l. cum filiisfam. ff. de verb. obligat.

Nam in crimine hæresis post annalem contumaciam iuxta terminos, cap. excommunicamus el 1. de hæret. & cap. cum contumacia, eodem titulo in 6. *cum vehemens præsumptio transeat in violentiam, talis contumax æquiparatur pertinaci, & ob id habetur pro heretico, sic Hostien. Ioann. Andr. & cæteri* & in d. cap. excommunicamus, *& idem Ioann. Andr. Gemin. & Fran.* in dict. cap. cum contumacia, *& iste dicitur vnus modus probandi, quem esse hereticum, vt animaduertit Socin.* in dict. cap. excommunicamus, numero 15. *& propterea omnes hereticorum pœnas patitur, inter quas illa est præcipua, quæ in personam illius filiorum exequitur.*

Quod indubitanter procedit sequuta sententia condemnatoria contra contumacem, non propter contumaciam, sed quia plene fuit probatum delictum, vt fuisse

probatum enuntiatur in ipsa sententia lata contra Antonium, priuando etiam illius filios omnibus dignitatibus, ac beneficiis, vt supra, sic Bald. in l. 2. n. 4. C. quib. res iudic. noc. *Alex.* in l. cœpi, nu. 79. ff. de iudic. *Fel.* in cap. cum Bertoldus, num. 24. de re iudic. *& alij de quibus per informantes, cui sententiæ in causa hæresis, vt dixi: standum est etiamsi non visis actis, maxime cum ab ea reclamatũ non fuisset, & duraret adhuc post quinquennium pertinacia d. Antonij, cum non redierit ad Ecclesiam.*

Et propterea ex his omnib. cẽsuerũt vnanimiter DD. beneficiatos amplius ad dictarum pensionum solutionem non esse astrictos.

Quam quidem sententiam eo libentius sunt amplexi, tum quia animaduerterunt, hunc rigorem, quod filij puniantur ob delictum patris, posse dici in æquitate canonica fundatum, cum etiam in aliis minoribus introduxerint canones, quos citat gl. in dict. capit. vergentis, in verſic. canones, & in cap. cum multa 15. quæst. 8. *dicti Pontifices ex multis exemplis, de quibus in testamento veteri,* Genes. 29. Reg. 21. cap. 12. & 13. Iosue cap. 6. Exod. 24. & Iudicum lib. 2. cap. 11. 14. *quæ & alia in proposito deducit Alphons. de Castr.* de iust. hæret. punit. lib. 2. capit. 2 *Couarr.* variar. resol. lib. 2. capit. 8. *Simanc.* de Cathol. instit. tit. 29. numero quinto.

Tum quia, si quãdo ab hoc rigore ex benignitate esset recedendum, quod tamen nequaquam DD. admiserunt fauore fidei, propter quam nedum à iure scripto non receditur, sed imo pœnales eiusdem iuris cõstitutiones extenduntur, Ioa. Andr. in c. ex tenore, el 1. ver. dic ergo qui fil. sint legit. *& ibidem Host.* in fi. verſ. dicas ergo, *occurrentis tamen facti circumstantiæ totum contrarium suaderent.*

Hæc enim pensio fuerat contemplatione reseruata, quod patet ex literis reseruationis, ibi: Dilecto filio Gundisaluo Perez dilecti filij Antonij etiam Perez, laici multis virtutibus præditi, &c. *& quia dedit electionem patri durante minori ætate filij, quæ hodie durat, eligendi locum, vbi vellet pensionem solui, intra vel extra Hispaniam, vt in facto consideratur, & colligi etiam ex eo facile potest, quia tunc in Gundisaluo, in tertio vel circa suæ ætatis anno constituto nulla merita considerari poterant, vltra quod de hoc cum iuramento fuit attestatus excellentissimus Dux Soræ, qui illius tunc fuit intercessor apud Pontificem, & hoc, vt est credendum, in gratiam Serenissimi Hispaniarum Regis, cuius tunc D. Antonius pater erat à Secretis, & cuius Maiestatem ipse postea læsit, vt fidem faciunt ipsius Regis verba, de quibus in quodam mandato procuræ dato in personam fiscalis Regni Aragonum ab eadem Maiestate Catholica, & cum pensiones fuerint fere quatuor mille ducatorum, non quidem pro alimentis simpliciter, sed ad dignitatem illam tuendam, quam vti intimus Regis acquisierat, concessæ quoque dicebantur, vnde & æquitas suadebat, & benignitas patiebatur, vt Gundisaluus amitteret id, quod contemplatione patris delinquẽs is acquisierat in gratiam illius, cuius grauissime Maiestatem pater læserat, & ad dignitatem illam tuendam, qua ob tam graue delictum, imo delicta vna cum patre priuatus, ac perpetua notatus infamia reperiebatur.*

Sed hic se offert difficultas, an † hæreticus sit irregularis, & inhabilis ad acquirenda beneficia, in qua affirmatiue tenet Specul. *titul. de dispensat. §. iuxta num. 16. verſic. 6.* dicens, quod est irregularis hæreticus. cap. inter solicitudines, de purgatione canonica, & qui fuit hæreticus *cap. conuenientibus, & §. fi. 1. quæst. 7. & capit. omnis, 1. q. 1.* sequuntur Felin *in capit. eam te, de rescript. numero duodecimo limitat. 1.* Lamber. *de iure patron. 1. part. 1. lib. q. 7. capit. nos consuetudinem 12. distin.* ad idem *cap. si qui presbyteri. 1. capit. saluberrimum. 1. q. 7. artic. 4. num. 26.* Mandos. *de signatura gratiæ, tit. de absolutione ab hæresi in princip. & verſ. vltra absolutionem,* Maiolus *de irregularitate libr. 5. cap. 46. num. 1. & 2.* Nauarr. *in man. cap. 27. nu. 105. & conſ. 19. de hæretic.* qui allegat *cap. si quis omnem 1. q. 7. & caput 2. §. heretici, de hæretic. lib. 6.* Penna *d. 3. part. directorij inquisitorum, commen. 162. verſ. num autem, & comment. 175.* Vgolinus *de irregularitate, c. 36. in princip. numero 1. 2. & tertio,* Syluester, *verb. irregularitas, §. 5.* Felicianus *de censuris, cap. septimo de irregularitate,* Candelabrũ aureum *de irregularitate n. septuagesimoprimo &* 72. Lud. Lop. *2. to. instruct. conscien. 2. part. c. 24.* Toletus *in sum. lib. 1. c. 69.* in editionibus nouissimis, qui citat *cap. qui in aliquo 51. distinct. & d. capit. 2. de heret. in 6.* & nouissime Suarez *5. tom. disputat. 43. sect. 1.* Auila *de censuris, 7. part. disp. 4. dub. 2.*

Hi omnes † tenent, quod qui est vel fuit hæreti- 81
cus, irregularis est, etiamsi cõuersus fuerit ad catholicã fidem, & pœnitentiam peregerit quamuis Parisius *conſ. 2. n. 185. & 188. lib. 4.* & Rolan. *conſ. 63. num. 26. libr. 3.* dicant communem esse opinionem, quod hæreticus formaliter abiurans prima vice, non efficitur inhabilis ad beneficia, sed illa retinere, & recuperare potest virtute reconciliationis Ecclesiæ, etiam pro misericordia factæ, de qua opinione meminit Rota in Gadicens. canonicatus, de qua infra *nu.* 87. aiunt, tamen prædicti Dd. q̃ post abiurationẽ & peractam pœnitentiam dispensari potest, vt in susceptis ordinibus administret, sed non vt ad alios ascendat, vel de nouo ordinetur. *d. cap. conuenientibus, d. c. saluberrimum, & d. c. nos consuetudinem,* Maiol. *n. 2.* Penna, Vgoli. *n. 1.* Sylueſt. & Suarez, *nu. 2. vbi proxime.*

Et † quis possit cum eo dispensare, vide eundem 82
Vgolinum *d. cap. 36. §. 5.* & Suarez *ibi à num. 5.* qui tamen Vgolinus *ibi n. 2.* male ait potestatem quam de iure antiquo Episcopus habebat ad dispensandum cum eo quoad ordines susceptos ante hæresim ex *d. c. omnis, & d. cap. saluberrimum,* vbi Archid. & *c. presbyteros, 50. dist.* vbi gl. ipsis sublatã esse de iure nouissimo Concilij Triden. *sess. 24. de refor. c. 6.* vbi hæresis non est occulta, & vbi ad forum contentiosũ deducta est, &c. non aduertens quod illud decretum non tollit facultatẽ dispensandi, quam alias Episcopi habebant, quia non venit in diminutionem, sed augmentum potestatis eorum.

Verum prædicta iura † videntur loqui, & proce- 83
dere in hæretico publico, & text. *in d. §. heretici.* loquitur de his, qui sunt hæretici & sic nondum emẽdati, & conuersi, sicut respectu filiorum intelligitur de filiis hæreticorum, qui tales esse, vel tales decessisse probantur, non autem emendatorum, vt explicat in *capit. statutum 2. eod. tit.* de quo Lessius *de iust. & iur. lib. 2. capit. 34. numero 123. & 124.* Açor *secunda par. lib. 6. capit. 4. quæst. prima, secunda & tertia,* & Auila *supra dub. 3.*

Et † Sairus *de censuris lib. 7. c. 12. n. 16.* cum Cosma 84
Philiarco, *lib. 4. c. 15.* & aliis ait, quod ob crimen hæresis secundum se & simpliciter sumptum, non incurritur irregularitas, & quod si sit hæreticus occultus, non est irregularis post pœnitentiam, & absolutionem ab excommunicatione, quia in iure non est ex-

est expressum, & *d. cap. in aliquo.* non probat esse irregularem, sed quod non debet ordinari, sicut etiam alij, qui in aliquo crimine detecti sunt, aut qui concubinas, aut fornicarias habuerunt, qui tamen non sunt irregulares, &c.

85 Vnde hæreticus † occultus si à secreta hæresi, vel apostasia sit in foro conscientiæ legitime absolutus, non videtur manere irregularis, Enriquez *in summ. lib. 14. cap. 4. §. 6.* & candelabrum aureum *in append. cap. 1. n. 13.* vbi ait hæreticum fieri irregularē, si hæresis sit publica, secus si sit secreta etiam verbo, signo, vel aliter expressa exterius: quia tunc non inducit irregularitatem, & Auila supra *dub. 2.* quāuis præcitati authores generaliter loquantur, & contrarium clare teneat Vgolinus *d. cap. 36. in princip. num. 6. & §. 5 num. 3.* & Manu l Rodrig. *in addit. bullæ ad §. 13. numero 12.* & Suarez *supra num 4.* & quamuis Didacus Perez *in l. 3. tit. 4. lib. 8. ord. Cast. in tract. de hæretic. 1. part. prope fin. pag 99.* dicat hæreticos occultos ex Concilio, *d. c. 6* fieri irregulares, dispensationem tamen pertinere ad Episcopos, & eorum Vicarios, quod est sine fundamento, nam Concilium non inducit irregularitatem, nec loquitur de dispensatione, sed de absolutione in foro conscientiæ ab excommunicatione, & peccato hæresis, & ita merito eum reprehendit Auila *supra.*

86 Ex iuxta † id cessat illa quæstio, quam tractat Vgolinus *d. §. 5. num. 3.* an in irregularitate orta ex hæresi occulta, & non deducta ad forum contentiosū, dispensare Episcopus possit ex decreto Concilij *d. cap. 6.* in quo partem affirmatiuam tenet contra Maiolum *supra num. 5.* quia hic non agitur de absolutione à peccato hæresis, seu ab excommunicatione ob eam incursa, quæ est iam ablata Episcopis. Nec obstat quod ex quo non permittitur eis absolutio, nec dispensatio, quod maius est, ea cum illorum. de sententia excommunic. ex qua ratione probabilissimum existimat Suarez *sup. n. 7.* etiam dispensationem huius irregularitatis nunc esse reseruatam summo Pōtifici, non solum quoad promotionem, sed etiam quoad exercitium ordinum.

Quia recte respondebat Vgolinus, quod ex quo à Concilio id eis vtrumque permissum est, & in absolutione tantum prohibitum in reliquo à Concilio non est discedendum: & ratio *d. c. cum illorū*, procederet, vbi maius non est expresse permissum: & idem tenet Toletus *d. c. 69. in fin.* licet idem quod Suarez, videantur tenere compendium Bernardorum Hispaniæ, *verb. dispensatio. 1. sub §. 8.*

87 Suspectus autem † de hæresi, qui adiurauit de vehementi, & fuit publice pœnitentiarus, non est inhabilis ad beneficia, vt resoluit Rota in Gadicen. canonicatus 20. Iul. 1587. coram D. Comitulo posita per Farin. *dec. 51.*

88 Nunc non absque erit † agere de excommunicatione, quam hæretici incurrunt, & de eius absolutione: sunt igitur hæretici excommunicati per *cap. ad abolendam, & cap. excommunicamus, 1. & 2. de hæret.* directorium inquisitorum, *2. part. cap. 8 & 13. & 3. part. quæst. 122.* P. Ledesma *2. part. summæ, tract. 1. capit. 6. 8. concluſ.* sed illa excommunicatio non est reseruata.

89 Excommunicantur etiam † hæretici excommunicatione reseruata in Bulla Cœnæ Domini *1. casu* Valentia *3. tom. disputat. 1. quæst 11. pun. 3. 3. pœna*, explicant Caietan. *verb. excommunicatio, cap. 1.* Nauar. *in Man. cap. 27. à numero 55.* candelabrum aureum *in explanat. Bullæ Cœnæ 1. casu à nu. 1.* Graffiis *lib. 4. cap. 18. à numer. 10.* Vega *in summa 1. part. cap. 85. casu. 133.* Vgolinus in Bulla Cœnæ, seu *de censuris Rom. Pontif. reseruatis. 2. part. capit. 1.* Card. Tolet. *in sum. in explicat. casuum Bullæ Cœnæ Domini, 1. excommunicatione*, alias in editione Roma. *lib. 1. capit. 19.* Sairus *de censuris lib. 3. cap. 4. & 5* & Suarez *5. to. disp. 21. sect. 2.* Acosta de Andrada ad Bullam Cruciatæ, *quæst. 61. 62. & 63.*

Et an sit † vna vel plures excommunicationes, 90
vide Nauar. *in cap. ita quorundam. de Iudæis notab. 11. ad fin.* Vgolinum *de censuris tab. 1. c. 16. §. 3.* Sairum, *libr. 1. cap. 10. num. 11.* & Suarez *d. disputat. 21. sect. 1. n. 3. & 4.*

Quæ tamen † excommunicatio non incurritur 91
per hæresim mentalem, sed requiritur quod sit verbo aut facto exterius prolata: nam lex humana non ligat actus mere internos, nec in eos Ecclesia potestatem habet etiam ad præcipiendum, Caietan. *2. 2. quæst. 11. artic. 3. & 4. & in summ. verb. hæresis, in fi.* Syluest. *excommunicatio. 7. numero 3. & 4.* Armilla *verb. hæresis, numero 1. & 19.* Soto *in 4. distinct. 22. quæ. 2. artic. 3. concluſ. 5.* Castro *de iusta hereticor. punitione lib. 2. cap. 18. & de lege pœnali libr. 2. ca. fin.* Bannez *d. q. 11. art. 3 & 4. dub 2.* & ibi Aragon. Valentia *2. tom. disput. 7. quæst. 5. pun. 7. & d. 3. tom. vbi supra* Enriquez *in summ. lib. 4. c. 4. §. 1. in gloss. litera* D. Graffiis, *libr. 2. capit. 9. numero tertio*, Lud. Carbo. *de legibus lib. 8. disput. 14.* Vega *dict. 1. part. capit. 54. casu 1. & capit. 85. casu 26. & 133. & c. 125. casu 10.* P. Ledesma *in summ. 1. part. de censuris, c. 3. & 2. p. d. tract. 1. cap. 6. 9. & 10. conc.* Toletus *supra 1. concluſ.* dicens communissimam & tenendam, & ibi Victorellus *in annotat. & capit. 8* Gabr. Vazq. *1. 2. tom. 2. disp. 160.* & Lorc. *disputatio. 16. de leg.* Azor. *libro 5. capit. 10. & lib 8. capit. 10. q. 3. & capit. 19. q. 4* Sairus *lib. 1. c. 9. num. 14. & 15. & libr. 3. c. 4. à num. 20.* & Suar. *d. sect. 2. numero 2. & disp. 4. sect. 2. & disp. 4. sect. 3. à num. 5.* Auila *de censur. 1. p. dub. 10. & 7. p. disp. 2. dub. 1.* & ex canonistis, Couarr. *in regul. peccatum 2. p. in princip. numero 7.* Nauar. *in Man. c. 11. num. 17. & ca. 27. num. 56. & in c. cogitationis, de pœnitent. dist. 1. & in princ. de pœnitent. dist. 5. num. 19. & 20. & in rubric. de iudic. num 67.* Simanc. *de Cathol. instit. titul. 42.* Ioan. Gutierrez *cano. quæst. lib. 1. c. 13. num. 4. 5. & 28.* Vgolin. *de censur. tab. 1 c. 9. § 12. & de irregular. c. 36. in princip. numero sexto* & in Bulla Cœnæ *p. 2. cap. 1. §. 1. nu. 16. & seq. & § 4. numero 12.* & alij plures, Villaguta *de extensio. tit. de extensione pœnarum influctarum hæreticis a num. 94.*

Et hanc † sententiam dicit hoc tempore commu- 92
nissimam Cordub. *infra*, prout reuera est maxime Theologorum, & sumitur ex D. Tho *1. 2. quæst. 91. art. 4* vbi docet, quod de his potest homo legem facere, de quibus potest iudicare, iudicium autem hominis non potest esse de interioribus motibus, qui latent, sed solum de exterioribus actibus qui apparent: & habet fundamentum in Scriptura *1. Corint. 4. Nolite ante tempus iudicare, &c. & 1. Regum, 16. Homo videt quæ apparent, Deus autem intuetur cor.*

Et † ita tenendum est, quamuis contrariam sen- 93
tentiam teneat glo. *in Clem. 1. §. verum, verb. eo ipso, de hæret.* quam ibi DD. sequuntur, D. Ant. *3. p. tit. 24. capit. 4. & 7.* Adrianus *quodlib 8. & 4. q. 2. de confes.* Roias *de hæretic. 1. p. n. 246.* Cantera *quæst. crim. 2. p. capit. 1.* D. Ioan. Vela *de pœnis delictor. capit. 14. vers. iure vero can.* Zauall. *q. 698.* & Cordu. *lib. 4. quæst. 1.*

q.13. qui ait Ecclesiam habere potestatẽ in actus, purè interiores, & illos posse punire pœna Ecclesiastica, vel spirituali, & dicit probabilem Ioan. Med. *de orat. q.15.*

94 Et ratio † nostræ sententiæ est, Nam Ecclesia tantum potest leges condere circa actus, de quibus potest cognoscere, & habere per se notitiam, licet per accidens sint occulti, sed actuum cordis, & pure internorum, nullam potest habere notitiam, sed sunt ei incognoscibiles per se, & ex natura sua: ergo circa illos non potest legem condere.

95 Confirmatur & explicatur † ratio, cum Suarez *d. disp. 4. sect. 2. n. 6.* nam Ecclesia est visibilis ac sensibilis, & ideo sicut directe non habet potestatem, nisi in homines sensibiles, & in animas non nisi vt corporibus vnitas: ita non habet directe potestatem in actus pure internos, sed in eos qui ex internis, & externis componuntur, & in internos non nisi vt informant externos. Aliam rationem adducit Gab. Vazq. *d. disp. 160. n. 8.*

96 Et ad † iura & decreta, quibus excommunicantur aliquid credentes, seu sentientes, dicendum est intelligi de credentibus & sentientibus in foro Ecclesiæ, seu verbo aut opere, &c.

97 Vnde † Gabriel Vazquez, *t. 2. disput. 123. n. 9. & 10.* docet, propter opus factum cum ignorantia comitãti non incurri excommunicationem, irregularitatem, & obligationem restituendi, quæ cessante ignorantia incurreretur: nam Ecclesia non ligat, nec ligare potest propter actus omnino internos, neque propter externos, qui non sunt peccata: cum autem aliquis peccat ignorantia comitante, solo affectu peccare potest, & opus exterius non est peccatum: quod etiam docet Suarez *5. tom. disp. 4. sect. 8. nu. 8. & 9.* & Tho. Sanchez *de matrim. lib. 9. disp. 32. n. 26.* & Zumel. *12. quæst. 76. art. 4. disp. 3.* Auila *de censur. 2. par. c. 5. disput. 5. dub. 6.* Molina *de iust. tract. 3. disp. 53. num. 2. & 3.* Lorca. *1. 2. disput. 32. de peccatis mem. 2. & disp. 33. mem. 1.* licet contra teneant Coua. *in cap. almæ mater. 1. p. §. 10. n. 15.* Vgolin. *de censur. tab. 1. c. 9. § 8. n. 8.* Graff. *lib. 4. cap. 9. num. 42.* & Ludou. Lopez *2. tom. 2. par. c. 13.* & alij.

98 Sed est † difficultas quanta expressio hæresis requiratur vt excommunicatio incurratur: in qua aliqui dicunt requiri expressionem verbo, signo, vel opere exteriori, quod de se, vel ex circumstantiis illã significet, seu manifestet, & alioqui non incurri excommunicationem, vt si quis præconcepta in mente hæresi oculis, vel digitis, aut capite illi annuat, vel externis proferat, ita est, inquiunt, non incurrere excommunicationem, quia ista non sunt sufficientia signa, per quæ possit deueniri in cognitionem hæresis. Ita Bannes *supra*, & candelabrum aureum *tit. de absolutio. nu. 10. & de excommunicatione 1. casu bullæ cœnæ n. 2.* Vega *d. c. 125. casu 13.* P. Ledesma *d. tract. 1. c. 6. 10. concl. 2. dubio* & alij, & dicit satis probabile Azor *lib. 8. c. 9. q. 12.* & tenet Gabr. Vazq. *d. disp. 160. n. 20. & seq.* allegans Castrum, *dict. cap. 18.* qui tamen id non tenet, sed potius contrarium, nec insinuat Simancas.

99 Et idem † tenet in effectu Nauarr. *in c. si. de simon. nu 20.* dicit enim citans Almainum, quod sicut Ecclesia propter malum opus omnino inter ius, seu mentale, punire nõ potest, sic nec propter exterius, quod solum malum est ratione, & relatione ad inordinatã voluntatem interiorem, sicut insinuat inquit, Bonifacius VIII. *in c. venerabilibus, §. pen.* cum ei annotatis *de sentent. excommunicat. lib. 6.* & quod huiusmodi est simonia mentalis, scil. datio & acceptio exterior, nulla conuentione præcedente, de qua in illo *c. fin.* quod dicit esse textum singularem pro prædicta conclus. sequitur Vgolin. *de simon. tab. 2. c. 2. n. 3.* & P. Nauar. licet sub verbo fortasse de restitutione *lib. 2. c. 2. n. 378.*

Et sequitur † etiam Suarez, *d. disp. 4. sect. 2. à nu. 18.* 100 vbi docet, quod quamuis Ecclesia possit prohibere, & per censuram ipso iure punire actionem externã alioqui in se malam, vt procedentem ex tali intentione, vel affectu, aut dispositione interiori, & non alias, vt *in Clem. 1. §. verum, de haret.* nam illa limitatio non est ratio per se talis censuræ, sed potius adhibetur ad coarctandam & restringendam prohibitionem, & censuram: & quamuis quando actus interior est veluti de substantia exterioris actus, vt moralis est, tũc recte possit ab Ecclesia præcipi, vel prohiberi, illo eodem præcepto quo præcipitur, vel prohibetur actus externus, vt talis actus moralis est, vt in præcepto de recitando attente, de quo in c. dolentes de celebratione Missarum, & in præcepto confessionis exterioris fidei, &c. quia tunc exterior & interior non sunt duo, sed vnus actus, veluti compositus ex spirituali forma, & materia sensibili, & ideo totus sensibilis est, & sub obiecto Ecclesiasticæ potestatis contentus, &c. tamen quando actus exterior secundum se non est malus, nec absolute prohibitus, non potest Ecclesia prohibere, ne ex praua intentione extrinseca fiat, & consequenter, nec censuram ferre in eum qui praua intentione talem actum effecerit: nam esset directe punire, vel prohibere intentionem, &c. & hoc ait recte probari ex d. *c. fi. & c. tua nos. de simo.* cum ergo in illo casu, quo quis hæresi in mente concepta oculis aut digitis, vel capite annuit, aut dicit ita est, actio exterior non sit mala, sed indifferens, & solum ex praua intentione interna habeat malitiam, non potest ab Ecclesia puniri, & consequẽter non incurritur excommunicatio lata contra hæreticos.

Alij dicunt quod † actus exterior, qui est effectus 101 interioris, non tamen repræsentans in se malitiam interioris, potest puniri ab Ecclesia per censuras, quia ille actus est peccatum externum, non internum, & Ecclesia habet potestatem super peccata externa, & probatur *in Clem. 1. §. quia vero, vers. quod si, de statu mon.* vbi excommunicantur monachi, qui curiam adeunt animo nocendi prælatis, aut monasteriis, etiam si cum licentia vadant, vt recte inquit gl. *ibi verb. ipso facto*, & constat ex ipso text. & tamen animus ille non apparet, nec manifestatur in illo itinere, seu accessu: probatur etiam *in Clem. §. 1. verum, de hæret.*

Addunt † tamen quod Ecclesia de facto non pu- 102 nit tales actus, & sic quod quando in actu exteriori nulla est significatio expressa, vel interpretatiua malitiæ interioris, non incurritur censura lata simpliciter contra committentes tale peccatum, & probant ex *dict. cap. fin. de simon.* & quia secundum regulas iuris odia sunt restringenda, fauores vero ampliandi: ergo censuræ simpliciter latæ contra aliquod vitium intelligendæ sunt, quando exterius apparet tale vitium. Ita P. Ledesma *d. c. 3. dubio. 3. & 4.* & ante eum Bannes *in lectura de censuris, in communi quæst. 4. & 5.*

Vnde secundum † istam sententiam, quamuis in 103 casu proposito posset hæreticus puniri ab Ecclesia per censuras, dicendum videtur de facto non puniri, cum in actu exteriori nullo modo appareat malitia

tia hæresis, & sic videtur intelligendus Bannes in impresso *loco supra citato*, ne sibi contradicat, & P. Ledesma *supra*.

104 In hac difficultate † dico cum Bannes, & P. Ledesma *ibi*, actum exteriorē, qui est effectus interioris, etiam non repræsentantem in se malitiam interioris, posse puniri ab Ecclesia per censuras & generaliter posse ab Ecclesia præcipi, prohiberi, & puniri actus exteriores, vt procedentes à talibus interioribus, seu quod idem est, actus interiores vt informantes, vel afficientes exteriores, vt videtur etiam tenere Vgolinus, *d. §. 12. num. 7.* & alij supra citati, & & recte probat *d. Clem. 1. §. quia vero*, & *§. verum & ratio facta*, sufficit enim actum esse exteriorem, vt legi humanæ subdatur, nam licet in individuo & particulari malitia actus non possit ab alio cognosci, satis est esse cognoscibilem de se, & ex genere suo tāquam exteriorē: nec Gabr. Vazq. *supra n. 12.* bene respondet *d. Clem.* sed eius solutio est violenta & diuinatoria, & eā confutat Lorca *d. disp. 16. de legib. memb. 2.* tenens hoc dictum, & dicens quod opinio Vazq. est singularis, & verbis canonum repugnat, & communi omnium sententiæ, &c.

105 Rursus dico, hæreticum † in illo casu, quo hæresi in mente cōceptæ oculis vel digitis, aut capite, aliasve annuit; vel dicit, ita est, incurrere excommunicationem latam contra hæreticos, quamuis in illo actu exteriori non manifestetur vllo modo malitia hæresis, quia ille actus est malus, malitia hæresis, & peccatum hæresis: & ita videtur tenere Caiet. *d. q. 11. art. 3. & 4. vers. patet secundo*, ibi: *Etiam si nullus audiat, videat, aut quomodolibet percipiat, nisi ipsemet:* & Sylu. *d. verb. excommunicatio. 7. numer. 4.* vbi dicit, quod si hæreticus procedat in opus etiam occultissime scribendo, vel aliud faciendo quantumcunque occulte, statim incidit, & Nauarr. *d. cap. 11. num. 17.* vbi ait hæreticum esse excommunicatum, dummodo errorem verbo vel scripto, vel opere etiam sibi soli expressit, alioquin vere non esse excommunicatum, quoniam ob solum actum interiorem non incurritur excommunicatio, & Toletus *supra 3. concl.* vbi inquit, quod *hæreticus, qui interius habet errorem, & exterius exprimit aliquo signo, vel verbo, vel omissione, alicuius exterioris, quod debeat facere, & ex errore omittit, quātumcunque sit occultissimus, incidit in excommunicationem istam: nam ille talis est hæreticus, super quem Ecclesia facultatem habet, & ligat, hæreticos quoscumque ligare potest, &c.*

106 Nec obstat † text. *in d. cap. fin. de simonia*, vbi probatur, quod simonia mentalis non punitur, nec comprehenditur pœnis Ecclesiasticis contra simoniacos propositis: & respondet ibi Papa in facti consultatione, quia respondetur id procedere in pœnis simpliciter latis contra aliquod vitium, seu peccatū, secus vero in proposito, nam vt dicit Toletus *ibi*, canon ligare intendit hæreticos quoscumque ligare potest, quod patet tum ex prauitate & magno odio criminis, tum etiam ex verbis valde generalibus, enixis, & prægnantibus, quæ videntur comprehendere hæresim quomodocumque exteriorem, vt *in d. cap. ad abolendam*, ibi: *Aliter sentire, &c. & in dicto cap. excommunicamus*, 1. ibi, *omnem hæresin*, & ibi. *Condemnantes hæreticos vniuersos, & in dict. cap. excommunicamus* 2. ibi: *Vniuersos hæreticos, &c.* & in Bulla Cœnæ, ibi, *Quoscumque, &c. ac omnes, & singulos.*

107 Placet tamen † quod docet Açor *d. lib. 8. c. 9. q. 12.* quod qui ex interna hæresi aliquod opus externum indifferens facit, verbi gratia, coram sanctissimo Sacramento caput non nudat, seu non flectit genu, quia interius credit non esse ibi corpus Christi, non est hæreticus exterior, ita vt excommunicationem contra hæreticos latam incurrat, quia cum illud factum sit sua natura indifferens, hæresim externam non exprimit, nec sit ad proferendam, seu manifestandam hæresim, sicut sit actus illius, qui hæresi mēte concepta ore dicit, *ita est, &c.* itaque ille actus non est actus hæresis exterior, sed omissionis reuerentię, &c.

Et quod dicit Toletus † supra relatus, *num. 109.* qui videtur tenere contrarium, intelligitur quando 108
omissio exterioris, quod debet quis facere, & ex errore omittit, fit ad exprimendam hęresim, loquitur enim de exprimente hęresim omissione, &c. & iuxta hoc erit accipiendum quod tradit Sairus *d. lib. 3. c. 4. num. 30.*

Et ab ista † excommunicatione incursa propter 109
hæresim, quæ est Papæ reseruata in d. Bulla Cœnæ, non potest quis absolui virtute Bullę Cruciatæ, vel alterius priuilegij, seu iubilei, in quibus non datur specialis facultas absoluendi ab hæresi, quia in facultate generali non censetur concessa absolutio ab hęresi, nisi id exprimatur, Nauarr. *in Man. cap. 27. num. 275.* Couarr. *in cap. alma mater, 1. par. §. 11. numero 15.* Simancas *de Catholic. institutionib. tit. 3. numero 1. & 2. & in enchiridio cap. 15. numero 4.* Rojas *de hæretic. assert. 39. numero 321. & de priuileg. inquisitor. num. 416.* vbi ait, id hodie plenius declaratum per motum proprium Pij V. datum 1572. Ioann. Gutierr. *cano. q. lib. 1. c. 13. n. 26.* Vgolin. *de censur. tab. 1. c. 10. §. 4. num. 13.* Angles *in Florib. Theologicar. q. de confes. art. de casi. reseruatis difficult. 6.* Arag. *2. 2. q. 11. art. 3.* Cosmas Philiar. *de offic. Sacerdotis, 1. p. lib. 3. cap. 27. & 2. part. libro 2. c. 25. & in addit. posita in fin. 2. tom. candelabrum aureum, tit. de absolutione numero 16. & in explanat. Bullæ Cœnæ, numer. 134* Graffiis *lib. 1. cap. 13. num. 33. & lib. 4. c. 15. numer. 25* Manuel Rodrig. *in explica. Bullæ Cruciatæ, §. 9. num. 70.* Enriquez *in sum. lib. 3. cap. 16. §. 2. & lib. 7. cap. 13. §. 1. & lib. 13. cap. 27. §. 5.* Vega *in sum. 1. p. cap. 125. casu 12.* Lud. Lopez *instruct. conscientiæ 2. tom. 2. p. cap. 8. & 19.* Sorbo *in compendio mendican. verb. absolutio ordinaria quoad fratres pag. 20.* Rutilius Benzonius Episcopus Laurentanus, dicens tutiorem, & practicatam *de fuga lib. 1. disputat. 1. quæst. 6* Açor *1. p. lib. 8. cap. 10. qu. 12. & cap. 19. q. 2.* dicens ita habere stylum, & vsum Curiæ Romanæ Suarez *5. tom. disput. 7. sect 5 numero 12.* & P. Ledesma *dict. 2 part. tract. 1. cap. 6. conclus. 19. & 20. vltim. difficult.* Auila *de censuris secunda parte cap. 7. disputatio 1. dub. 7.* Acosta de Andrada ad Bullam Cruciatæ, *quæstione 59. & seq.*

Quamuis contrarium † tenuerint Soto, & alij re- 110
lati à candelabro *supra*, & Penna *in directorio inquisitorum commentar. 25.* Doctor Frechilla *de excommunicatione 1. art. 4. p. n. 7. 1. dub.* & Zerola *in praxi Episcopali, 1. p. verb. absolutio § 5. & 2. p. eod. verb. §. 8.* & quauis Graffiis *d. n. 25. in fi.* dicat aliter haberi in praxi de hęretico occulto incidente in excommunicationis censuram, de qua praxi non constat maxime in Hispania.

Et patet prędicta † communis sententia ex Breui 111
Greg. XIII. quod ponit Manuel Rodriguez *in addit.* ad explicationem Bullæ, *ad §. 9. num. 66.* ex quo hodie in Bulla Cruciatę Hispana, expresse excipitur hęresis, quamuis non sit excepta *in Latino summario*, & refert Arag. & Auila *supra*. Sed contraria

sententia approbatur per magistrum S. Palatij *in indice librorum expurgan.* in Eman. Sa. 184. *n.* 20. corrigentem sic, *Concessis omnibus casibus huius Bullæ intelligitur, etiam concessus casus hæresis, ita declarauit S. Congreg. sed aduertendum, concessionem eiusmodi singulis annis reuocari, cum amplissimis derogatoriis, dū hæc Bulla in die Cœnæ Domini promulgatur.* Quæ sententia, & declaratio S. Congregation. non procedet in concessione Bullæ Cruciatæ saltim Hispaniæ, ex dict. Breui Greg. XIII.

112 Episcopi tamen † ex decreto S. Concilij Trident. *sess. 24. de reformat. cap. 6.* possunt ab hæresi occulta in foro conscientiæ absoluere per seipsos, tamen non eorum vicarios, vt patet ex illis verbis, *Eis tantum, non eorum vicariis.*

113 Per quæ † vult S. Concilium, quod quamuis in aliis casibus occultis etiam Sedi Apostolicæ reseruatis, possint Episcopi absoluere per seipsos, aut Vicarium ad id specialiter deputandum, vt ibi: in hæresis tamen crimine non possint vllo modo per Vicarium absoluere, Suarez 4. *tom. de pœnitentia disput. 30. sect. 2. nu. 9.*

114 Vnde conuincitur † sententia Cordubæ *in sum. quæst. 8. punct. 1.* quam sequitur Man. Rodriguez *in d. explicat. Bullæ, § 9. num. 79. & in addit. eiusdem § 9. n. 69. & in sum. 1. tom. cap. 130. num. 5. & qq. regul. 1. tom. quæst. 20. artic. 11.* Enriquez *libro 3. cap. 14. § 7.* Ludou. Lopez *d. cap. 8.* Emanuel Sa. *verb. Episcopus, numero 37.* nec improbat Iacobus Seuertius *in summa excommunicat. & casuum reseruat. par. 2. excommunicatione 5.* & tenet Nauar. *cons. 1. de constit. à numero 88. & cons. 11. de priuileg. numero 4.* quem sequuntur Vega 1. *par. cap. 125. casu 12.* Açor *libro 8. cap. 10. quæst. 11.* & Zerol. *1. par. verb. Vicarius, 1. dub. & 2. par. verb. absolutio, § 9. & verb. heretici, § 4.* & in parte Lauretanus, *d. q. 6* Sed eam merito improbat Ioan. Gutierrez, *d. cap. 13. numero 29.* & cum eo P. Ledesma, *d. tract. 1. cap. 6. 20. concluſ. 6. difficult.* & nouissime Acosta de Andrada, *q. 57.* & Molina *de iustit. tract. 5. disp. 18. numero 2.*

115 Difficultas est, † an dicta facultas concessa Episcopis ex dict. decreto sit hodie sublata. In qua difficult. breuiter dicendum est primo, eam absque dubio fuisse sublatam per Bullas Cœnæ Domini, Pij V. & Gregor. XIII. *versu. cæterum relato* à Nauar. *d. c. 27. numero 72* alias 73. & à Ioan. Gutierrez *supra*, & in Bullario *constit. 92.* Greg. & alias similes Et ita tenet Nauar. *d. c. 27. num. 260. vers. septimo dico & 275. in nouiss. editio.* alias 27. Simanc. *d. tit. 3. numero 6.* Penna *in d. directorio inquisitorum 3. p. commen. 141.* qui ait in supremo Inquisitionis Prætorio sanctæ & Romanæ generalis inquisitionis sæpe pronuntiatum esse, nec posse, nec debere Episcopos amplius virtute Concilij absoluere occultos hæreticos in foro conscientiæ, siue quòd per processum Bullæ in Cœna Domini, sit Concilio Tridentin. derogatum, siue quod ita Pius V. ac Gregor. XIII. alias expresse declarauerunt, vt etiam præcitato loco Nauar. testatur, Maiolus idem referens de irregularitate *libro 5. cap. 46. numero 6.* Ioan. Gutierrez *supra numero 28. & 29.* Zerol. *1. par. verb. absolutio, § 4* Vgol. *de irregular. cap. 36 § 5. numero 3.* Cosmas Philiarcus, *2 part. libro 2. cap. 25.* dicens, quòd priuilegium, de quo in d. decreto, & alia priuilegia quoad casus Bullæ Cœnæ Domini, sunt sublata vigore dict. Bullę propter clausulas derogatorias in illa contentas, quod etiam ait Graffiis *libro 1. cap. 13. numero 30. 31. & 34.* post catechesim Neapol. *libro 1. cap. 25. & libro 3. cap. 2. & libro 4. cap. 1.* & Lauretanus *d. quæst. 6.* qui ait, quod tempore Gregor. XIII. est ablata sine dubio Episcopis facultas absoluendi ab hæresi, & cæteris casibus Bullę Cœnæ, Toletus supra in explicatione casuum Bullę Cœnę Domini, *14. excommunicatione ad fin.* & in Rom. edit. *libro 1. cap. 30. num. 2. & cap. 41. num. 5 vers. hic autem aduertendum est.* qui exponit Bullam Sixti V. anni 1586. vt patet *cap. 18.* Sorbo *in d. compendio, verb. absolutio ordinaria quoad fratres pag. 20.* & in resolutionib. materię absolut. *pag. 46.* Açor *libro 8. cap. 10. quæst. 10. & cap. 19. q. 3.* Suarez 4. *tom. de pœnitentia, disp. 30. sect. 2. num. 10. & 11. & 5. tom. disp. 21. sect. 3. num. 3* & Marcus Anton. Genuen. *in pract.* Archiepiscopali curię Neapolitanę, *cap. 66. numero 10.* dicens ita declarasse Gregorium XIII. clementem VIII. & S. congregationem, & nouissime Victorellus in annotationibus ad Toletum *libro 1. cap. 63.* Acosta de Andrada *quæst. 58.* Molina *de iust. tract. 3. disput. 64. numero 8. & tract. 5. disp. 18. numero 2.* & magister S. Palatij in indice librorum expurgandorum in candelabrum aureum *de absol. fol. 122. numero 13.* & in Eman. Sa *pag. 156 numero 27.* corrigens sic, & absoluere ab excommunicatione reseruata Papę occulta, dummodo non sit lata in Bulla cœnę Domini aut modo simili reseruata, Toletus, *libro 1. caput. 41.* & ita declarauit S. congregatio, & seruat consuetudo, estque de se clarum, si legatur tenor ipse Bullę, qualis iam ab aliquot annis edi consueuit; idem tradit frater Iacobus Bleda in defensione Fidei in causa Moriscorum, *parte 1. cap. 13. ex pag. 91.* & videtur tenere compendium Bernard. *vers. dissensatio sub § 8.*

116 Quamuis † contrarium tenuerit: Bannes 2. 2. *q. 11. art. 3. & 4. dub. 2.* quem sequuntur Angles *supra d. difficul.* candelabrum aureum *d. tit. de absolutione numero 13.* & in explanatione Bullę cœnę *numero 141.* qui tamen in postrema edit. mutauit sententiam ex dict. censura, Enriq. *d. libro 3. cap. 14. § 7. lit. M. & cap. 16. § 1. & libro 13. cap. 27. § 5. lit. Q.* Man. Rodriguez *in sum. 1. tom. cap. 130. numero 3. q. regul. 1. tom. q. 20. art. 10.* Lud. Lopez *d. 2. tom. 2. p. cap. 8.* Veg. *d. cap. 125. casu 11.* Eman. Sa *d. numero 37.* Zerol *d. 2. q. verb. absolutio § 8. & 18. & verb. heretici. § 4* Iacob. Seuert. *supra*, & P. Ledesma *d. cap. 6. 20. concluſ. 7. diffi.* & quidquid in Concilio Prouinciali Toletano de anno 1583. dictum sit.

117 Nec Bannes † & sequaces recte respondent verbis Bullę cœnę, & eius solutionem ait metaphysicam, & non correspondere formę Bullæ, Lauretanus *d. quæst. 6.* nam stante reseruatione non poterat Episcopus absoluere, ni ex facultate concessa per concilium, quod non tollit reseruationem, sed dat facultatem absoluendi eā non obstante, sicut quando papa dat priuilegium, & facultatem absoluendi à casibus reseruatis, non tollit reseruationem, &c. & illa facultas est reuocata per Bullam cœnę *d. versic. cæterum*, vt clarissime patet ex illis verbis, *At eiusmodi Concilij decreta.*

118 Nec fuit opus specialiter, † & expresse derogare decreto concilij, vt perperam dicunt candelabrum aureum, Man. Rodriguez *d. art. 10.* Zerola *d. § 8.* & P. Ledesma *supra*, quorum sententia, & responsio conuincitur ex dictis supra *4. par. cap. 5. ex n. 50.* maxime cum simus in dispositione legis iuxta ibi dicta *num. 47.* & merito Lauretanus ibi reprehendit candelabrum.

119 Et ita fuisse sublatam † censuit S. congregatio concilij, vt per Nauar. *cons. 11. de priuileg. nu. 1.* Açor, Suarez,

Suarez, & Genuen. *supra*, & apparet ex declarationibus seq. *super d. cap. 6. Congregatio censuit huic decreto Concily derogatum esse, non tantum in crimine hæresis, sed in omnibus casib. comprehensis in Bulla Cœnæ Domini Pij V.* Alia, *Episcopus, aut Inquisitor ab soluere non potest hominem hereticum in foro conscientiæ, licet hæc facultas à Concilio sit tradita Episcopis, refert Zerola* d. 1. part. verb. absolutio §. 4. & 2. par. d. §. 8. *ei non satisfaciens.*

120 Quamuis Graffius † *d. nu.* 31. dicat fuisse decisum in quibusdam illustrissimorum Cardinalium decisionibus, quod per prædictam Bullam abrogata sit d. potestas Episcopis, non autem Inquisitoribus, & quod etiam videtur sentire Penna, & tenet Victorellus *supra*: & quod non sit abrogata Inquisitoribus, Bannes, & Lud. Lop. *sup.* & nouissime Fr. Iacobus Bleda *supra* dicens, Dominos Inquisitores habere facultatem absoluendi à crimine hæresis, & apostasiæ. Sed reuera d. Bulla Cœnæ etiam facultati Inquisitorum ad absoluendum ab hæresi derogare videtur: † quamuis quo

121 ad facultatem Inquisitorum Hispaniæ, adhuc videtur tenendum non esse illi derogatum, quia ita habet obseruantia cum certa scientia Papæ, maxime quia Inquisitor generalis habet frequenter confirmationes, & reuocationes suarum facultatum: expediret tamen quod singulis annis post publicationem Bullæ Cœnæ statim peteretur reualidatio facultatum.

122 Accedit ad prædicta † Gregorium XIII. declarasse dict. decretum Concilij non habere locum in casibus post Concilium Triden. ex noua lege seu constitutione reseruatis, quasi illa absolute reseruando censeatur derogare Concilio, cuius non est necessaria expressa derogatio, maxime in lege contraria, vt dictum est, *d. cap.* §. 4. *partu*, vt in sequentibus declarationibus S. Congregatio. Concilij super *dict. cap.* 6. Item *quærentibus an hoc decretum locum habeat in casibus post Concilium Trident. ex noua lege Sedi Apostolicæ reseruatis, S. D. N. Gregor. XIII. audita relatione Congregationis non habere locum respondit.* Alia, *item in delictis occultis in materia clausuræ, idem respondit audita relatione eiusdem Congreg. per constitutionem Pij V. censeri huic decreto derogatum.* Et

123 † tenet Lælius Zechus *de casibus reseruatis casu* 1. *de excommunicatione*, §. *de absolutione ab excommunicatione*, *versic. secundo sciendum est*, & *casu* 10. *de violatione monialium* dicens, Episcopum absoluere non posse virtute dict. decreti à casibus licet occultis, quos sibi Papa reseruauit post publicationem Concilij: & ita Congregationem Concilij censuisse, & respondisse Episcopo Cremonen. & refert, & sequitur Vega in speio de Curas *cap.* 12. *num.* 60. & nouissime Marc. Anton. Genuen. *dict. cap.* 66. *n.* 11.

124 Licet contrarium teneant † Nauar. *consil.* 10. *de priuileg.* Man. Rodriguez *in sum.* 1. *tom. c.* 81. *n.* 4. Vega *in sum.* 2. *par. cap.* 15. *casu* 2. & Lauretanus, *d. lib.* 1. *disput.* 1. *quæst.* 6. (qui non viderunt dictas declarationes) & Toletus *d. lib.* 1. *cap.* 41. *circa fi.* id intelligens, quando excommunicatio est tantum reseruata, & non est apposita clausula *non obstantibus*: si enim inquit, *ita reseruatur Papæ, vt nemo alius possit absoluere non obstantibus*, &c. Episcopus vigore Concilij non potest, nam vt dicit Rota, per hanc clausulam tollitur facultas concessa per Concilium, & Bleda supra, sequens Toletum, & Suarez *d.* 4. *tom. disputat.* 30. *sect.* 2. *à n.* 12. qui adducit d. primam declarationem, quam ad suas manus fide digna authoritate peruenisse ait.

Respondens † quod quamdiu de mente Apostolicæ 125
Sedis certius non constiterit, & sub illius censura videtur probabile illam intelligendam esse de casibus postea reseruatis cum aliqua clausula, aut verbis sufficientibus, per quę dicto decreto derogari videatur, qualia essent, si in ipsa reseruatione expresse adderetur, *Etiam in casibus occultis*, aut si adderetur clausula non obstante quocumque decreto etiam Concilij generalis, &c. Sed ista interpretatio non satisfacit & conuincitur, ex d. 2. declaratione, &c. & postea idem Suarez *de relig. tract.* 3. *libro* 4. *c.* 61. *n.* 11. *ad fi.* absolute ait, quod illa facultas Concilij non extenditur ad casus noua lege Pontificia reseruatos post Concilium, iuxta quandam declarationem Gregor. XIII. audita, prędicta Congreg. quæ inter responsa eius refertur.

Secundo dico, † quod non videbatur sublata d. fa- 126
cultas per Bullas Cœnæ Domini, Sixti V. saltim anni 1586. & 1587. quia *in d. versicul. cæterum, in fi.* ponuntur illa verba: *Nisi in eis etiam casus præsentibus literis expressi comprehendantur*, vt apparet ex *d. versic. cæterum* Bullæ Sixti V. dict. anni 1586. & 1587. relato à candelabro auaro *in d. explanat. Bullæ ante nu.* 132. & à Manuel Rodriguez *d. addit.* §. 9. *num.* 64. & *quæst. regul.* 1. *tom. quæst.* 20. *art.* 6. vbi ait eadem verba poni etiam à Clemen. VIII. in sua Bulla publicata anno 1593. & eadem poni à Clement. VIII. in sua Bulla anni 1595. ait Suarez *dict.* 5. *tom. disput.* 21. *sect.* 3. *numer.* 4. iuncta *sect.* 1. *num.* 2. sed in indice dicitur anni 1595. & eadem ponuntur à Clemente VIII. in Bulla anni 1598. vt per Sairum *lib.* 3. *cap.* 25 *num.* 3. & 13. & *cap.* 3. *numero* 2. & Vgolinum in Bulla cœnæ, qui eam ponunt.

Per quæ quidem verba † videtur restituta & in- 127
correcta manere facultas Episcopis concessa in dicto decreto Concilij, *cap.* 6. circa absolutionem ab hæresi, & cæteris casibus Bullæ cœnæ (qui etiam in dict. decreto comprehenduntur, vt clare colligitur ex limitatione illa quoad hæresim, Nauar *d. consi.* 10. *de priuileg. num.* 3. Manuel Rodriguez *in sum.* 1. *tom. c.* 81. *nu.* 4. Lauretanus *d.* 9. 6. & Suarez *d. disput.* 21. *sect.* 3. *num.* 5.) & sic intrat exceptio illa, *Nisi in eis*, &c. ita Manuel Rodriguez *in d. explicatione Bullæ* §. 9. *n.* 70. & *d. art.* 9. & 10. Ioan. Gutierrez *d. cap.* 13. *in fin.* in noua editione, Lauretanus *dict.* 9. 6. & Vgolinus in terminis d. Bullæ Clementis anni 1598. *par.* 3. *cap.* 2. *versic. etiam pratextu quarumuis facultatum*, &c. *numero* 3.

Sicut etiam † facultas Bullarum & priuilegiorum, 128
& etiam Cruciatæ, in quibus datur facultas absoluendi à casibus Sedi Apostolicæ reseruatis etiam in Bulla Cœnæ Domini contentis (nam si horum non fit expressa mentio, non veniunt in generali facultate absoluendi à casibus Sedi Apostolicæ reseruatis, vt cum Staphileo, & Gomezio recte docet Manuel Rodriguez *dict. additio.* §. 9. *numero* 64. & *dict. art.* 9. Graffius *libro* 4. *cap.* 15. *numero* 76. & *cap.* 18. *numero* 2. summa Corona 4. *par. cap.* 6. *de Sacramento pœnitentiæ numero* 25. 7. *dubio*, Vgolinus *de censuris, tab.* 1. *cap.* 10. §. 4. *numero* 7. Frechilla *de excommunicat. artic.* 1. 4. *par. numero* 7. *ad fin.* 1. *dubij*, & Suarez *dict.* 5. *tom. disput.* 7. *sect.* 5. *numero* 11. propter dict. verba, & exceptionem, non est reuocata, vt per Man. Rodriguez *in d. explicat. Bullæ*, §. 9. *numero* 69. *in fin.* candelabrum aureum *in dict. explanat. Bullæ, numero* 134. & Suarez *d.* 5. *tom. disp.* 21. *sect.* 3. *num.* 4. & 5. quamuis sit contra Vgolinum *d. cap.* 2. *versic. nisi in eis etiam*

*n.*2. qui illam exceptionem intelligit quando casus Bullæ in indiuiduo expressi sunt, & non generaliter dicendo à casibus reseruatis in Bulla cœnæ.

129 Licet quod attinet † ad facultatem Bullæ Cruciatæ, etiam si non ponerentur d. verba, *& exceptio*, non censeri reuocatam per Bullam Cœnæ, ex alia ratione doceat Man. Rodriguez *d. nu.* 69. *& in addit. eiusdem* §. 9. *num.* 65. *versic. delo dicho*, & Sorbo *in d. Compendio mendicantium verb. Cruciata pag.* 181. & Acosta de Andrada 7. 55.

130 Sed in Bulla † Cœnæ Clementis VIII. publicata anno 1599 anno 8. non ponuntur illa verba, *& exceptio, nisi in eis, &c.* Et fuisse derogatam facultatem Cruciatæ quoad casus dict. Bullæ Cœnæ, donec petatur reualidatio, audiui dixisse Clementem VIII. in quodam examine ad Episcopatum Caietanum, & refert Iacobus Bleda supra, *pag.* 93. quod duo viri Hispani cum examinarentur ad Episcopatum coram Pontifice Clemente VIII. repulsam tulerunt, quia responderunt à casibus Bullæ Cœnæ Domini posse absolui in Hispaniis virtute cuiusdam priuilegj in his partibus valde vsu recepti, nempe Bullæ Cruciatæ, quod certe contigit in examine ad dictum Episcopatum Caietanum, & in proposito Açor. *d. qu.* 10. ait, audiuisse à viro religioso, & docto, & fide digno idem respondisse Clementem VIII. nempe dictam facultatem à Concilio Episcopis concessam fuisse derogatam per clausulam Bullæ Cœnæ, vt etiam dicit Genuen. *vbi supra*, & Bleda supra dicens, idem etiam declarasse Paulum V.

131 Vnde videbatur † considerandus tenor Bullarum, quæ singulis annis publicantur, & stante *d. versic. cæterum* sine dictis verbis *& exceptione, nisi in eis, &c.* stãdum esse dictis in primo dicto, positis vero illis verbis *& exceptione* non esse sublatam dictam facultatẽ, vt in secundo dicto.

132 Quamuis nouissime Manuel Rodriguez *d. additio.* §. 9. *à numero* 63. *& dict. quæst.* 20. *art.* 9. dicat, quod etiam si non exprimantur dict. verba, *nisi in eis, &c.* non censetur Papa in Bulla Cœnæ reuocare facultates & priuilegia, quæ concedunt expresse casus Bullę Cœnæ, & quod solum vult quod sub prætextu priuilegiorum & Bullarum, quæ dant facultatem absoluendi à casibus Sedi Apostolicæ reseruatis, nullus audeat absoluere à casibus in Bulla Cœnæ reseruatis. Sed hæc interpretatio est reuera contra mentem & verba *d. versic. cæterum*, & propterea conuincitur ex declarat. supra adducta.

133 Et minus valet ratio, † quam idem tradit *d. q.* 20. *art.* 9. quod sicut in concessione generali casuum Papalium non includitur potestas ad absoluendum à casibus Bullæ Cœnæ Domini, nisi expresse in ea cõprehendantur, ita etiam in reuocatione priuilegiorum & facultatum absoluendi, de qua in Bulla Cœnæ, non censentur reuocata priuilegia & facultates concedentia authoritatem ad absoluendum à casibus Bullæ Cœnæ, ex quo in ea non fit expressa mentio de huiusmodi priuilegiis dicendo, etiam si in ipsis priuilegiis authoritas ad eorum absolutionem concedatur: est enim longe diuersa ratio in reuocatione, ac in concessione in proposito, difficultas enim consistit in concessione, non in reuocatione, & cum Bulla deroget priuilegiis & facultatibus contrariis reseruationi, clare derogat priuilegiis & facultatibus quibuscumque, per quæ daretur facultas absoluendi ab illis.

134 Sed & stantibus dict. verbis: *Nisi in eis etiam casus præsentibus literis expressi comprehendantur*, verius existimo esse sublatam d. facultatem Episcopis cõcessam, vt tenent Toletus *d. lib.* 1. *c.* 30. & 41. cum exponat Bullam Sixti V. anni 1566. vt patet *cap* 18. vt dixi; Sorbo *in d. Compendio in resolutionib. materiæ absolutionum, pag.* 46. & Suarez *d. disp.* 21. *sect.* 3. *n.* 5. quia licet fortasse inquit verba Bullæ prout ponderata sunt nõ cogerent: hanc tamen nihilominus intelligo esse voluntatem Pontificum, & praxim Romanam, &c. & videtur sentire Molina & alij *supra*, & Magister sacri Palatij, supra relatus.

Nec obstant † quidem illa verba, nam non refe- 135
runtur ad facultates & indulta concessa & innouata, sed ad concedenda & innouanda post Bullam, & ad verba immediate præcedentia: *Ad concedendorum, & innouandorum*, ad significandum quod in futurum non manent ligatæ manus ipsius Papæ, vel eius successoris, si velit dare facultatem, seu indultum absoluendi à casibus ibi expressis, qui tamen sub facultate generali absoluendi à casibus, etiam Sedi Apostolicę reseruatis non veniunt, nec comprehenduntur, vt supradictum est sub *num.* 128. vnde respectu facultatum, & indultorum concessorum & innouatorum non erat opus facere derogationem, si nollet derogare eis, in quib. casus ibi expressi comprehẽderentur. nec † obstat regula *cap. inquisitioni, de appellatio.* 136
quod clausula in fine posita refertur ad omnia præcedentia, quia non procedit vbi est diuersa ratio, Anton Gabr. *de clausulis concluſ. 9. num.* 3. Rota *dec.* 55. *num.* 18. *part.* 2. *diuerso*. Pereg. *de fideicom. art.* 16. *n.* 106. nec vbi adest maior ratio, quod referatur ad proximiora quam ad præcedentia, Rota *decis.* 666. *nu.* 2. *part.* 1. nec vbi constat de contraria, vt constat hic ex praxi Roma. & declarationibus ipsius Papę & Congregationis, &c.

Sed supposito quod illa facultas † absoluendi in 137
foro conscientię data à Concilio Episcopis adhuc duraret, quę saltim durat quoad alios casus ante Concilium Sedi Apostolicę reseruatos, est difficultas quomodo intelligantur illa verba in foro conscientię.

Et quidem † Doctores communiter intelligunt 138
illa verba, quod absolutio data profit tantum quoad forum conscientiæ, tamen quod ab excommunicatione poterit Episcopus absoluere, etiam extra confessionem sacramentalem vigore illius decreti. Ita Nauarr. *d. consil.* 11. *de priuil. numero* 2. Graffius *lib.* 1. *cap.* 13. *numero* 32. Enriquez *lib.* 7. *cap.* 13. §. 2. Man. Rodrig. *qq. regul.* 1. *tom.* 9. 20. *art.* 7. *& q.* 61. *art.* 10. Suarez 3. *tom. disputat.* 41. *sect.* 2. *numero* 11. P. Ledesma *d. cap.* 6. 20. *conclus.* 8. *difficul.* & Marc. Anton. Genuen. *d. cap.* 66. *numero* 18. & Thom Sanchez *de matrim. lib.* 8. *disp.* 34. *numero* 29. Auila *de censuris* 1. *par. cap.* 7. *dispu.* 3. *dub.* 13. Suarez *de relig.* 2. *tom. tract.* 6. *lib.* 6. *c.* 16. *num.* 4.

Sed aliud videtur dicere, † quod absoluant in foro 139
conscientię, aliud quod absoluant quoad forum conscientię (licet vbi agitur de dispensatione in foro conscientię, non requiratur sacramentalis confessio, sed idem sit dicere, quod dispensent in foro conscientię, vel quo ad forum conscientię,) vnde S. Congreg. Concilij videtur intelligere illa verba in foro conscientiæ, id est, in foro sacramenti pœnitentiæ, & in confessione sacramentali, vt apparet ex declarationibus sequentibus super *d. ca.* 6. Quæsitum fuit à Cardinalibus Congregationis, *an Episcopo in aliquod delictorum, de quibus hoc capite, prolapso liceat ad se absoluendum proprium confessarium deputare eũ eadem*

eadem autheritate, quam ipse potest ex eodem hoc capite in sibi subditos exercere, Congregatio censuit id Episcopo licere, etiam si Episcopus Romæ esset, & si extra suam diœcesim. Alia, *Archiepiscopo Compostellano, Ordinarius potest ex decreto Concilij Trident. sess. 24. cap. 6. in illis verbis*, Sibi subditos, absoluere in Sacramento pœnitentiæ forensem, qui gerit officium Prætoris, medici, vel officialis, qui habet domum, & commoratur in ciuitate vel diœcesi, & in eis Ecclesiastica sacramenta percipit, non tamen poterit cum eisdem dispensare. *Alia, Qui non est subditus Episcopi, puta medicus, Prætor, & similes ceteri qui tantum habitant in ciuitate, hoc decreto comprehenduntur, etiam si commiserint crimina in alis ciuitatibus, habita tamen hac distinctione, quod scilicet possint absolui in sacramento pœnitentiæ à suis criminibus, non tamen dispensari, & ita S. D. N. Grego. XIII. audita relatione Congregationis declarauit.* Alia: *Quærebatur an Episcopus in casu huius* cap. 6. *habeat facultatem dispensandi cum suo diœcesano absente, in aliena diœcesi legitime impedito commorante. Congreg. censuit, quod forensis in casu huius* cap. 6. *potest absolui in Sacramento pœnitentiæ ab illo Episcopo, in cuius diœcesi, vel ciuitate commoratur, non autem dispensari facit ad hæc, quia Nuntij, qui possunt absoluere excommunicatos ob iniectionem manus in clericos, non possunt absoluere subditos extra prouinciam excommunicatos ob iniectionem manus in clericos. Accedit etiam, quia Concilium loquitur de absolutione sacramentali in foro conscientiæ, quæ requirit præsentiam, exemplo confessionis, quæ non potest fieri per nuntium vel per literas: quam refert Suarez* dict. sect. 2. num. 10.

140 Et ita Candelabrum † aureum *in appendice, cap. 1. n. 2.* qui tamen male ait, quatenus idem dicit in dispensatione, nam quoad dispensationem in irregularitatibus, & suspensionibus non dicit Concilium, quod fiat in foro conscientiæ, vt alias aduertit Vgolinus *de irregular. cap. 36. § 5. n. 3.* & Enriquez *lib. 14. cap. 20. § 1. in glos. litera E.* & ita constat ex dictis declarationibus.

141 Ex quo infertur † ad iubilea, in quibus datur facultas absoluendi in foro conscientiæ, quod virtute eorum non possit dari absolutio etiam à censuris extra confessionem sacramentalem, imo ex eis maxime confirmatur d. sententia, nam cum data sit facultas absoluendi in foro conscientiæ tantum, postea declaratur quoad absolutionem in foro conscientiæ, non autem in foro fori suffragari.

142 Tandem † aduertendum est, quod Man. Rodriguez *d. addit. § 9. n. 69.* docet quod facultas data Episcopis à Concilio *d. cap. 6.* circa absolutionem ab hæresi, intelligitur solum quando ipse hæreticus solus, absque eo quod ab alio audiuerit, committit occulte crimen hæresis, manifestando illam aliquo actu exteriori, quamuis nemo eum audiat, & quod illa facultas non extenditur ad hæresim occultam quando adest complex, nam alias, inquit, esset destruere machinam S. Officij, &c. & quod Concilium non dat facultatem absoluendi ab obligatione denuntiandi complicem, quem habet, alias est excommunicatus per edictum S. Officij, cuius excommunicatio stat semper.

143 Sed ista restrictio † non videtur omnino vera, & potius dicendum d. facultatem (modo non esset reuocata) habere locum, etiam si ab alio audiuerit, & habeat complicem, maxime si non est nisi vnus complex, nam ex vno etiam non complice, non desinit esse occulta, iuxta declarat. alias adductas, *7. par. cap. 11. n. 47.*

Imo etiam si sint † plures complices, non ideo de- 144
lictum desinit esse occultum, nisi sint plures quam duo, quia per duos solos non probatur illud cap. in fidei fauorem *de hæret. lib. 6.* Simancas *de Cathol. institut. tit. 51. n. 10.*

Nec ex eo quod † dicta facultas extendatur ad 145
hæresim occultam, quando est complex, destruitur machina S. Officij, quia illa absolutio data virtute Concilij solum datur, & prodest in foro conscientiæ, vt dictum est: nec rursus ex eo tollitur obligatio denuntiandi complicem, bene enim stat quod ille possit absolui ab hæresi occulta in foro conscientiæ, & quod teneatur denuntiare complicem.

Et de materia hæresis † ac de hæreticis, videndi 146
sunt *tit. de hæreticis in Decretal. Sexto, & Clement.* & ibi Doct. Villad. Ambros. à Vignate, Ioan. Lupus decanus Segobien. Nicolaus Arelatatus, Zanchinus *cum addit.* Campegij, Grillandus, Conradus, Brunus, & Rojas *in tract. de hæreticis.* & idem Rojas *in singul. in fidei fauorem*, Simancas *de Cathol. institutio. & in enchiridio iudicum violatæ religionis, repertorium inquisitorium, & directorium inquisitorum cum comm. pœnæ, & lucerna inquisitorum, ac iudiciale inquisitorum*, Albertinus *ad tit. de hæretic. in 6 & in tract. de agnoscen. assertion.* Cantera *in quæst. criminal.* Castro *de iusta hæreticor. punit. & aduersus hereses*, Bossius, & Carrerius *in suis pract. tit. de hæreticis*, Bernard. Diaz *cap. 114. & seq.* & ibi Salzedo, Iulius Clarus *lib. 5 § hæresis*, Palacios Rubios *in allegatione in causa hæresis*, Corras. *lib. 3. Miscell. cap. 8.* Anton. Gom. *3. tom. cap. 2.* Didacus Perez *in tract. de hæret. super tit. 4 libro 8 ordin.* Mascar. *de probatio. à conclus. 855. ad 863.* Menoch. *de præsumpt. libro 5. præsumpt. 6. & 7.* Doct. Ioan. Vela *de pœnis delictorum, c. 14.* D. Thom. *2. 2. q. 11. per totam*, & ibi Caiet. Bannes & Aragon. Valentia *3. tom. disput. 1. quæst. 11.* Açor *libro 8. ex cap 9. ad 19.* Angelus, Syluest. Armil. & alij *summistæ verb. hæresis*, & Tabiena *verb. inquisitor*, Graffius *libro 2. cap. 8. & 9.* Man. Rodrig. *in explication. Bullæ Cruciatæ, § 9. numero 70.* & ibidem Licentiatus Anton. Gomez. *ad 10. clausulam à numero 39.* P. Ledesma *1. sum. 2. p. tract. 1. c. 6.*

De apostatis † autem à fide idem dicendum quod 147
de hæreticis, cum & ipsi heretici, & plus quam hæretici sint, Abb. *in cap. 1. de apostat. nu. 3.* & sic ipso iure amittunt beneficia, Rebuf. *in praxi, tit. de modis amittendi beneficia n. 47.* & Gonçalez *glos. 15 n. 66.* licet † 148
alij apostatæ non sint ipso iure priuati beneficiis, vt per eundem Rebuf. *ibi*, quia non est in iure expressum.

Et de apostatis † vide titulum. & ibi Doct. *de apo-* 149
statis in Decretal. & Cod. Hostien. *in sum. eod.* directorium Inquisitorum, *2. p. quæst. 49.* & ibi Penna *comment. 74* Lucernam Inquisitorum *verb. apostata*, Simancas *de Catholic. institutionib. tit. 7. & in enchiridio, tit. 4.* Rojas *de hereticis 1. part. ex numero 484.* Alber. Trotium *de vero & perfecto clerico, libro 2. cap. 30.* Bertach. *de Episcopo, 1. part. 2. libro quæst. 35.* Lambertin. *de iure patron. 1. part. 1. libro quæst. 7. artic. 7. & 1. part. 2. libro quæst. 9. art. 9.* Achilles *decis. 346.* seu *vnica de apostatis*, Bernard. Diaz *in pract. crimin. cap. 111.* & ibi Salzedo, Iulium Clarum, *libro 5. § fin. quæst. 78.* Maiol. *de irregularitate libro 5 cap. 34.* Nauar. *consil. de apostatis*, D. Ioan. Vela *de pœnis delict. capitulo 2.* Vgol. *de irregularitate cap. 36. § 4.* & in Bulla Cœnæ *2. part. cap. 1. versio. & à Christiana fide apostatas*, D. Thom. *2. 2. quæst. 12.* & ibi Caietan.

Barnes,& Aragon.D.Anton. *in sum.2.par.tit.12.c.6.* Canum de locis *lib.12.c.9.* Castro *de iusta hæreticor. punit.libro 1.cap.7.& 23.* Valentiam 3 *tom. disput.1.q. 12.* Açor *libro 8.cap.21.* Suarez 5.*tom.disp.43.sect.2.numero 1.& 2.* Angel.Sylvest.Tabienam, Armillam,& alios Summistas,*verb.apostasia*, & P. Ledesmam,*d. tract.1.c.7.*

150 Similiter etiã dicendum † est *de schismaticis*,quod vbi schisma est cum hæresi sunt ipso iure priuati beneficiis,vt hæretici,vt per Rebuf.*d.tit.de modis amittendi beneficia,n.29.* & Flam. Paris.*lib.3.de resignatione,quæst.1.n.36.*Et vt tales etiam sunt excommunicati iure antiquo.

151 Si vero schisma † est sine hæresi, non video ius expressum vbi ipso facto priuentur beneficiis.

152 Nec obstat † text.*in c.nos consuetudinem,12.distin.& in cap.quia diligentia,de election.* quos allegant Rebuf. & Flami.*ibi*, nam non agunt de priuatione antea obtentorum,vltra quod *d.cap.nos consuetudinem*,loquitur de hæreticis.

153 Nec huiusmodi schismatici † videntur absolute,& in vniuersum excommunicati iure antiquo,quicquid aliqui dicant,nam textus *in cap. licet de elect.* in quo fundatur Abb.*in rubr.de schismat.*& Corras. *3.p.cap. vltim.nu.18.*id dicentes, loquitur in casu particulari, nempe de electo in Papam à tertia parte Cardinaliũ alio electo à duabus partibus,& illi adhærentibus,vt contigerat in electione Alexan.III.cuius est ille tex. vt per Platinam,& Chacon.in eius vita,vt recte aduertunt Açor *lib.8.cap.20.quæst.6.*& Suarez *d.5.tom. disputat.23.sect.3.n.2.*

154 Nec capitulum † firmissime de hæreticis allegatum, etiam per Corrasium ibi probat contrarium,vt in eo patet.

155 Nec etiam † excommunicantur *in c. de liguribus, 23.quæst.4.*nec *in cap.2.de schismatic.* quos duos tex.ad id adducit Turrecremata *lib.4.summæ p.1.c.8.*nam *in cap. de liguribus* Pelagius non excommunicat schismaticos, sed dicit quod excommunicentur,& *in d. cap.2.* nihil dicitur de excommunicatione, vt inquit Valentia *d.3.tom.disput 3.quæst.15.punct.3. vers.3.certum est.*

156 Nec etiam † excommunicantur *in cap. nulli.19.distin.*quod ad id citat Sylvest.*verb.schismaticus,n.5.*& Valent.*ibi*,& sequitur Toletus *in sum.*in edit.Roma. *lib.1.cap.19. circa princip.* nam quando loqueretur de schismaticis,non est canon latæ sententiæ,sed ferendæ,vt patet ex illis verbis:*Sed extorris à sancto ministerio fiat*,& ibi: *Quia maioris excommunicationis deiectione est abiiciendus.* Nec obstat verbum, *Iam damnatus*,quia intelligitur post latam sententiam,vt patet ex eo textu,& quod ille text. non agat de censura ipso iure lata, sed ferenda, non propter schisma, seu hæresim sed propter inobedientiam Ecclesię,tradit Suarez *d.5.to.disp.22.sect.1. n.1.& 2.& disp.23.sect. 2.n.5.*

157 Nec etiam † excommunicantur schismatici *in c. 1.eod.tit.*de quo Suarez *d.disput.23.sect.3.numer.1.& 2 nu.4.*

158 Sed quicquid sit,iam † in Bullæ Cœnæ Domini casu 1. excommunicantur absolute schismatici, notat Açor *d.cap. 20. quæst.5.* & explicantes Bullam *ibi*,& Suarez *supra,disput.21. sect.2 a n.12.*& P.Ledesma 2. *par.tract.3.cap. 12. 10. conclus.*|Acosta de Andrada ad Bullam Cruciatæ,*quæst.64.*

159 Non possunt tamen † etiam de iure antiquo schismatici conferre beneficia,*cap. 1.& fi. de schismatic.* Corras.*supra n.19.*

Quamuis † videatur valere collatio ratione publici officij facta à schismatico occulto,& tolerato,ad tradita supra,*5.p.cap.4.à n.276.*Abb.*in d.cap.1.circa fin.* Nauar.*cons.8.de clandest.desponsat.*& Açor *d.cap.20. quæst. vlt.* 160

Nec possunt sine dispensatione † obtinere beneficia, etiam si ad Ecclesiæ vnitatem redirent *d.cap.quia diligentia,de elect.*& ibi Abb.& Decius,idem Decius *in cap.at si clerici,§.de adulter.n.251. de iudic.* Rebuf. *d.n.29.*Corras. *d.n.19.* P. de Baisio *in directorio elect. cap.2.2.part.*Lambert.*1.part.2.lib.quæst.9.art.8.*Maiolus *lib.5.cap.46.n.4.*Penna *in d.directorio inquisitor. 2.part.comment.73.*qui cum Butrio, Imola, & aliis *in d.c.quia diligentia*,& Maiolo ibi ait, talem etiam ad vnitatem Ecclesiæ reuersum,de iure communi ineligibilem,inhabilem,& irregularem remanere,& idē Açor *d.cap.20.q.8.*& sequitur Vgolinus *de irregularitate,cap.36.§.3.n.7.* 161

Quod tamen videtur † posse intelligi de schismatico publico, secus de occulto maxime emendato & conuerso, qui non videtur inhabilis seu irregularis iuxta supradicta de hæretico à *n.83.*& in hoc casu posset procedere sententia,Aymon,crauetæ *consil. 293.* & Suarez supra *disput. 43 sect.2.n.7.*licet contradicat Açor ibi. 162

Sed an requiratur dispensatio † Papæ,an vero sufficiat dispensatio Episcopi,Abbas *in d.cap.quia diligentia*, tenet requiri dispensationem Papæ ex illo tex. ibi: *Dispensatione permittimus*, & sequuntur P.de Baisio & Penna *supra*, *& in dict. cap. at si clerici,§.de adulterus*, tenet indistincte sufficere dispensat. Episcopi,& sequitur Decius *in d.cap.quia diligentiam,n. 17.*& Lambert.*supra.* 163

Verum † idem Abbas *in cap.2. de schismaticis,n.7.* post Hostien. distinguit, quod in Episcopatu solus Papa dispensat,vt *in d.cap.quia diligentia*,& idem in dignitate exempta;in aliis vero dispensat Episcopus, nisi receperint ordinem à schismaticis scienter, vel cum crassa ignorantia, & sequitur ibi Anania *n.11.*& Decius *in d.§.de adulteriis n.124.* primum tamen mihi magis placet. 164

Et de schismaticis † vide late per Baldũ *in tract.de schismate Doct.in tit. de schism.* directorium inquisitorum,*2.part.quæst.48.* & ibi Penna *commen.73.* repertorium & iudiciale, & Lucernam inquisitorum *verb.schisma*, Palacios Rubios de iusta retentione,& obtentione regni Nauarræ *5.p.* Brunum *de hereticis. libro 1.cap 16.& lib.2.per totum*,Simancas *de Cathol. inst.tit.58.& in enchiridio,tit.5.* Roias *de hereticis,1.p.à n.498.*Lamber.*de iure patr.1.par.1.lib.q.7.art.6.& 1. par.2.libro q.9.art.8.*Rebuf. *de pacific.poss.n.238.*alias 197.Bern. Diaz *in pract.crim. cap.112.* & ibi Salzedo, Vgol.*de irregular.c.36.§.3.* D. Thon.*2.2.q.39.*& ibi Caiet.Bannes,& Aragon,& eund.Caiet.*in sum.verb. excommunicatio. cap. 7.* D.Anton. *in sum.2.part.tit.3. cap.11.*Angelum Sylvestr. Tabienam, Armillam,& alios summistas *verb.schisma*, Valentiam 3 *tom.disp. 3.q.15.*Açor *lib.8.cap.20.*& P.Ledesma *d.tract.3.c.12.* 165

§. 2.

De periuris,falsariis,sacrilegis,concubinariis & sodomitis.

SVMMARIA.

An periurus sit priuatus ipso iure,an sit priuãdus beneficiis,à

ficiis, à nu.166. *resoluitur cum communi non esse priuatum ipso iure, sed priuandum, contra Rebuffum, & de stylo non dari pro periurio priuationem beneficiorum, nisi sit iudiciale,* & num. 169. *adducitur resolutio Rotæ.*

Falsarij literarum Apostolicarum an sint priuati beneficiis, resoluitur affirmatiue ex c. ad falsariorum de crimine falsi, ex quo etiam excommunicati sunt, & in Bulla cœnæ casu 5. seu 6. *explicato per relatos* n.171. *& generaliter de falsariis huiusmodi, qui sunt videndi,* n.172.

Sacrilegi an sint priuati, seu priuandi beneficiis, resoluitur esse priuandos per sententiam: nam est graue delictum, & depositione dignum, num. 193. *sacrilegique sunt infames, & impediuntur promoueri,* n.174. *sacrilegi autem insequentes, percutientes, aut capientes cardinalem, sunt ipso iure priuati beneficiis,* n. 175. *& percutientes, aut capientes, seu bannientes Episcopum,* numero 176. *& etiam procurantes capi Ecclesiasticos, vt suis renuntient beneficiis, aut ne citati vadant ad Curiam Romanam,* numer. 177. *quamuis alias percutientes clericum non sunt priuati, nec regulariter priuandi beneficiis, sed incurrunt excommunicationem can. si quis suadente diabolo,* num. 178. *de cuius can. excommunicatione qui sunt videndi,* num. 179. *& qui de sacrilegiis generaliter,* num. 180.

Concubinarij an sint priuati, seu priuandi beneficiis, resoluitur non esse priuatos, nec priuandos seu deponendos, sed suspensionis pœna puniendos, num. 181. *nisi fuerint moniti, & ad secundam vel tertiam monitionem non destiterint, nam tunc sunt priuandi beneficiis,* numero 182. *& hodie debet præcedere tertia monitio ex Concilio* sess. 25. cap. 14. *vbi præfigitur ordo, & modus procedendi, & puniendi concubinarios,* numero 183. *& adducitur resolutio Rotæ,* numero 184.

De pœnis concubinariorum, qui sunt videndi nu. 185. *& viden. Concilium & declarationes S. Congregat. positæ* num. 186.

Pius V. monet ordinarios, & præcipit, vt statuta Concilij contra concubinarios districte faciant obseruari, &c. num. 187. *nihilominus ea non obseruant, nec puniunt concubinarios iuxta formam & dispositionem Concilij, sed semper contra eos vtuntur pecuniariis pœnis, quæ non causant emendationem & correctionem delinquentium, sed potius scandalum, & notam, &c.* à nu. 188.

Pœna priuationis fructuum ipso facto imposita à Concilio d. c. 14. *non videtur recepta in conscientia ante condemnationem, & sic non videtur in ea obligare, quamuis deberent iudices eam exequi,* n.190.

Sodomitæ an sint priuati beneficiis ipso iure, an priuandi, Rebuf. tenet quod ipso iure, n.191. *Sed id non est expressum, nec probatur in iure, sed quod sunt priuandi & deponendi,* nu. 192. *& qui videndi sunt de hoc crimine,* n.193. *nec etiam est expressum in iure, quod sint ipso iure suspensi, aut irregulares, contra Doctores,* n.194. & seq.

Hodie ex constit. Pij V. omnes clerici tam dirum nefas exercentes omni priuilegio clericali, omnique officio, dignitate, & beneficio Ecclesiastico ipso iure priuantur, &c. & sic sunt ipso iure depositi, & in effectu irregulares, numero 196. *quod procedit etiam in foro interiori, saltim quoad priuationem executionis officij, & inhabilitatem seu irregularitatem,* numero 197.

Cum de exercentibus sodomiæ crimen ista constitutio loquatur, non habebit locum in eo, qui semel aut iterum illud perpetrauerit, sed solum in eis, qui quasi ex vsu continuato id exercent, & dici possunt exercitores eius, num. 198. *licet contra teneant Salzedo & alij, ex alia constit. anteriori eiusdem Pij V.* numero 199. *cui respondetur, quod licet pœna istius primæ constitutionis comprehendat perpetrantes, pœnæ tamen secundæ, quæ sunt grauiores, comprehendunt tantum exercentes, sicut etiam secunda non habet locum in laicis, vt prima, quæ responsio est melior alia adducta per Man. Rodriguez, & Ledesmam, quod secunda declarat primam,* à nu. 200. *nec comprehendit exercentes pollutionem extraordinariam seu extravas, sed solùm exercentes copulâ sodomiticâ* n. 203. *An comprehẽdat exercentes bestialitatem,* à n. 204. *resoluitur negatiue contra Man. Rodrig. & Ledes. saltim quoad pœnas ipso iure impositas: nam licet bestialitas sit crimen grauissimum, & contra naturam, & grauius sodomia, non tamen est sodomia, sed distincta species, & in pœnalibus non fit extensio, etiam ex identitate, & maioritate rationis, &c: procedit tamen in cognoscente fœminam præposterè,* num. 207.

TErtio principaliter † dubitatur de periurio, an periurus sit priuatus ipso iure, an sit priuandus beneficiis: & esse priuatum ipso iure, defendit Rebuf. *de pacificis possess. à num.* 269. alias 223. *& in repet. rubricæ de rescript. num.* 1. 166

Communis tamen † opinio est non esse priuatum ipso iure, sed priuandum, quam tenent Innoc. *in capit. inter dilectos, de excessibus prælator.* Abb. & Felin. *in cap. querelam, de iureiuran. & in cap.* 2. *de rescrip.* & ibi Decius & Ripa, idem Decius *in cap. cum non ab homine, de iudic.* & ibi Alciat. Selua *de benef.* 3. *p. q.* 2. *à numero septimo & de iurament. q. vlt.* Lambert. 1. *p.* 2. *lib. q.* 9. *art.* 15. Rebuf. fibi contrarius *d. tit. de modis amittendi beneficia. n.* 58. Corras. 3. *par. c. vlt. num.* 11. *&* 12 Duaren. *lib.* 8. *cap.* 6. *§.* 3. Bernard. Diaz *in pract. crimin. capit.* 92. & ibi Salzedo, Iulius Clarus, *lib.* 5. *§. periurium,* Mandos. *de signatura gratiæ, tit. de priuatio. vers. impetratur etiam,* Couar. *in capit. quãuis pactum,* 1. *part. §. septimo,* Maiolus *lib.* 5. *capit.* 33. D. Ioan. Vela *capit.* 28. & Ioan. Gutierrez *ca. quæst. lib.* 2. *cap.* 5. *à num.* 95. & Suarez *de relig.* 2. *tom. tract.* 5. *lib.* 3. *cap. vlt. num.* 6. *&* 17. 21. *&* 22. qui sunt videndi de hac materia, & Staphileus *de literis gratiæ tit. de variis modis §. quando quis veniat priuandus beneficio à num.* 6. Qui *num.* 8. ait, † quod signatura non dat pro periurio priuationem beneficiorum, nisi sit periurium iudiciale, quod etiam, ait Rebuf. *supra de pacificis numero* 268. alias 221. & refert Bernard. Diaz *d. c.* 92. *in fi.* & Mandos. *supra,* & sequitur Maiolus *num.* 2. Et † in vna Gerunden. priuationis regressus de anno 1550. coram D. Achille fuit resolutum: *Periurum ob non seruatam fidem, qui secundum omnes est infamis, Felin.* in cap. testimoniũ, de testib. *& ideo inhabilem ad beneficia, tamen non priuari beneficiis obtentis, nec amittere regressum, ex quo habet causam de præterito, &c. Vt per Achillem* decis. 201. *seu* 1. de iureiuran. 167 168 169

Quarto principaliter † dubitatur de falsariis literarum Apostolicarum, an sint priuati beneficiis: & respondẽdum est affirmatiue ex *c. ad falsariorum de crimine falsi,* ex quo text. falsarij literarum Papæ, qui per se, vel per alios eas falsant, excommunicati sunt, cum suis fautoribus, & defensoribus, & beneficiis 170

priuati ipso iure, &c. Abb. Anania, & alij *ibi*, Lamb. 1. *par.* 2. *lib.* 9. *art.* 22. Rebuf. *d. tit. de modis amittendi beneficia numero.* 43 P. de Baisio *cap.* 21. 2. *part.* & alij.

171 Et in bulla cœnæ Domini † excommunicantur falsarij literarum Apostolicarum, & supplicationum, vt *in casu* 5. seu 6. explicant Rebuf. in bulla cœnæ Domini posita post *pract. benef.* ibi Cai. *in sum. verb. excommunicatio cap.* 26. Nauar. *in man. c.* 27. *à nu.* 62. Salzedo ad Bernar. Diaz *in pract. c.* 117. Candelabrum aureum *in explanat. bullæ cœnæ à num.* 46. Vgol. *in bulla cœnæ* 2. *p. c.* 6. Toletus *in sum. lib.* 1. *cap.* 22. Sairus *de censuris lib.* 3. *cap.* 10. & Suarez 5. *tom. disput.* 21. *à*

172 *num.* 44. Et generaliter de † falsariis huiusmodi vide Bernard. Diaz & Salzedo *d. c.* 17. Bossium *in pract. ti. de falsis*, Iulium Clarum *lib.* 5. *§. falsum*, & Menoch. *de arbit. lib.* 2. *casu* 306. Didacum Perez ad Villad. *de irregularitate addit. vlt. versic. quæritur, an falsificans literas*, & D. Ioan. Vela *de pœnis delictor. cap.* 10.

Quinto dubitatur de sacrilegis, † an sint priuati

173 seu priuandi beneficiis: & dicendum est cum Rebuf. *dict. tit. de modis amittendi beneficia nnmero* 56. esse priuandos beneficiis per sententiam, nam est grane delictum, & depositione dignum *capit. si quis presbyt.* 50. *dist.* idem *de pacificis numero* 248. alias 203. Bernar. Diaz *in pract. cap.* 87. *numero* 2. Sacrilegique † sunt infames *capit. infames* 6. *quæst.* 1. & impediun-

174 tur promoueri *capit. venerabilem, versic. nunquid enim*, & ibi glos. *verb. sacrilegum. de elect.* Rebuf. *ibi.* & Corras. *dict. c. vlt. n.* 25. Salz. ad Bernard Diaz *d. c.* 87. *addit.* 1.

Sacrilegi autem † insequentes, percutientes, aut capientes Cardinalem, sunt ipso iure priuati beneficiis, vt *in c. fœlicis, de pœnis in* 6. vbi aliæ etiam pœnæ in eos ponuntur, Rebuf. *supra nu.* 39. & Corras. *d. cap. vlt. nu.* 14. Et similiter † etiam percutientes, aut

176 capientes, seu barnientes Episcopum, sunt ipso iure beneficiis priuati, vt *in Clem.* 1. *de pœnis*, & notat Rebuf. *ibi num.* 40. Et † etiam procurantes capi viros

177 eccles iasticos, vt suis renuntient beneficiis, aut ne citati vadãt ad Curiam Romanam, *Clem.* 2. *de pœnis*, Corras. *d. n.* 14. Quamuis alias † percutientes cleri-

178 cum, & sic sacrilegium committentes, non sunt priuati, imo nec regulariter priuandi beneficiis, sed incurrunt excommunicationem *can. si quis suadente diabolo* 17. *q.* 4. De cuius † canonis excommunicatio-

179 ne vide Rebuf. *in repetit. eiusdem*, Nauar. *in man. cap.* 27. *à num.* 67. Didac. Perez *in l.* 1. *tit.* 3. *lib.* 1. *ordin.* Iulium Clarum *lib.* 5. *q.* 77. *à numero.* 2. 2. Follerium *in pract. crim. can.* 2. *p. c.* 17. Salzed. *d. c.* 87. 2. *addit.* Caiet. *verb. excommunicatio capit.* 10. Sylvest. *excommunicatio.* 6. *& absolutio* 4. *&* 5. & Armillã *verb. excõmunicatio excomm.* 1. Angles *in floribus Theolog. q. de excommunicatione art.* 5. Colmam Philiarcum *de officio sacerd. 1. p. lib.* 3. *capit.* 22. 23. *&* 33. Graffiis *in decis. aureis casuum conscientiæ lib.* 2. *c.* 49. *per totum*, summam Coronam 3. *p. tract. de excommunicatione nu.* 15. Lud. Lop. *instruct. conscientiæ* 2. *tom.* 2. *p. c.* 20. (qui sequitur Nauarrum *supra*) Man. Rodriguez *in sum.* 1. *tom. cap.* 80. Vegam *in sum.* 1. *p. cap.* 85. *casu* 147. *ad* 150. Toletum *in sum. in editione Rom. lib.* 1. *c.* 31. *cum seq. ad* 34. Sairus *de censuris lib* 3. *capit.* 26 27. *&* 28. & Suarez 5. *tom. disp.* 22. *sect.* 1. *à numero quarto*, Auilam *de censuris* 2. *p. c.* 5. *disp.* 3 Molina *de iustit. tract.* 3. *à disp.* 50. *vsque ad* 66. qui late agunt de materia dicti canonis.

180 Et de sacrilegis † generaliter vltra Panorm. & alios *in cap. conquestus. de foro compet.* vide Bernardum Diaz *d. c.* 87. & ibi Salzedum, Iulium Clarum *lib.* 5. *§.* *sacrilegium*, Follerium *d.* 2. *par. c.* 17. Maiolum *de irregularitate. li.* 3. *c.* 30. Meno. *de arbitrariis li.* 2. *casu* 289. Grillandum *de pœnis omnifariam coitus q.* 1. D. Ioan. Vela *de pœnis delict. cap.* 30. Sylvest. & alios summistas *verb. sacrilegium*, & vide Suarez *d. disp.* 22. *sect.* 2. *à nu.* 4. *& disp.* 43. *sect.* 4. *à n.* 5. *& de relig.* 1. *tom. tract.* 3. *lib* 3.

Sexto dubitatur † de concubinariis, an sint priua-

181 ti, seu priuandi beneficiis, & dicendum est non esse priuatos, nec priuandos, seu deponendos, sed suspensionis pœna puniendos, glos. *in cap. Maximianus* 81. *distin. verb. remoueantur*, Imola *num.* 11. Felin. 14 Decius 225 alias 36. Beroius *à num.* 165. *in cap. at si clerici, in princip. de iudic.* Corsetus *in singul. verb fornicatio*, Selua *de benef.* 3 *part. quæst.* 3. *num.* 7. alias *à numero* 13. Lamber. *de iure patron.* 1. *par.* 2. *lib. quæst.* 9. *articul.* 20. Iulius Clarus *lib.* 5. *§ fornicatio, numero* 3. Follerius *in pract. crimin. can. fol.* 221. *numero* 6. Duennas *regul.* 101. *in princip.* & Ioan. Gutierrez *can. quæst. lib.* 2. *cap.* 7. *numero* 54. qui dicunt communem, & plures alios referunt.

Limitatur † tamen prædicta resolutio, nisi fuerint 182 moniti, & ad secundam, vel tertiam monitionem non destiterint, nam tunc sunt priuandi beneficiis cap. sicut, & cap. si autem de cohabitatione clericorum vbi Dd. Staphil. *d. tit. de variis modis vacationis. §. quando quis venit priuandus beneficio numero quarto d. nu.* 7. alias 16. Corras. 3. *part. cap. vlt. numero* 18. & Mandos. *tit. de priuatio. verb. concubinarius*: Et † hodie debet præcedere tertia monitio ex sacro 183 Concilio Trident. *sess.* 25. *de reform. cap.* 14. vbi præfigitur ordo, & modus procedendi, & puniendi concubinarios.

Vnde in vna † Tullen. monasterij sancti Man- 184 sueti 27. Ianu. 1597. coram D. Penna fuit per Rotam resolutum, *Quod clericus concubinarius, etiam publicus, non est ipso iure beneficiis priuatus, nec venit priuandus, nisi quando post legitimas monitiones indurato animo in concubinatu persistit*, cap. sicut, cap. si autem de cohabitatione clericor. *Conc. Trident. sess.* 25. cap. de ref. *Probus* ad pragm. sanctionem tit. de concubinariis *§.* nec non, verb. priuet, *& ad effectum priuationis necessaria [illegible]na, & concludens probatio illius, etiam si ciuilite[illegible]eretur, nec sufficit probatio de publica voce & fama, &c.*

Et de pœnis concubinariorum † videndi sunt 185 Abbas, Felin. Decius, & alij *in d. cap. at si clerici*, Bermon. *de concubinariis*, Lamber. *d. artic.* 20. Rebuf. *in concord. tit. de publicis concubinariis*, Bern. Diaz *in pract. cap.* 79. alias 72. & ibi Salzedo, Iulius Clarus *d. §. fornicatio*, Maiol. *de irregular. li.* 5. *c.* 37. Ant. Gomez *in l.* 80. *Tauri à nu.* 18. *l.* 43. *tit.* 6. *p.* 1. & ibi Greg. Lopez, Auend. *de exequen. mandatis* 2. *part. cap.* 26. Asiles *in cap. prætorum. cap.* 47. Didac. Perez *in leg.* 21. *cum seq. tit.* 3. *lib.* 1. *ordin. l.* 1. *cum seq. tit.* 19. *li.* 8. *recop.* & ibi Azeuedo, Matienço *in l.* 6. *tit.* 8. *lib.* 5. *recop. glos.* 2. Menoch. *de arbitrariis lib.* 2. *casu* 418. D. Ioan. Vela *de pœnis delict. cap.* 6. late Ioan. Gutier. *d. c.* 7. Abulen. *tract. de clericis concubinariis*, Ang. Sylvest. Armilla, & alij *summistæ verb. concubinarius*, Man. Rodriguez *in sum.* 1. *tom. capit.* 102. Vega 1. *part. capit.* 56. *casu* 3. & Pet. Ledesma 2. *p. summæ tract.* 2 7. *c.* 18.

Et vide sacrum Concilium Trident. † *sess.* 24. *c.* 8, 186 *& sess.* 25. *d. c.* 14. *de reform.* super quo sacra Congreg. sic censuit, *Hoc decretum* de concubinatu, & impudicitiæ sordibus clericorum, non præcedit in simplici incontinentia absque *qualitate concubinatus. Secunda habet locum*, etiam si quis clericus modo cum

vna

vna, modo cum alia *comprehendatur*. Tertia *patroni possunt*, si ad eos spectat præsentatio alicuius beneficij per concubinarium detenti, vel alij laici parochiani pro suo interesse, quia ab iis percipiunt sacramenta, eos accusare, quinimo potest ordinarius procedere contra ipsos prout de iure non expectata forma huius text. & huius literæ, *Ex Congregationis sententia*. Quarta ibi, *Quod si à superioribus moniti, specialiter, non autem generaliter, puta per edictum*. Quinta, *Monitiones*, ex eod. decreto faciendæ non tantum in visitatione, sed aliis quoque temporibus. *Fieri possunt*. Sexta, *Tempus quod* inter vnam & aliam monitionem intercedere debet, arbitrio Episcopi, *Relinquitur*. Septima, *Poterit Episcopus* contra eos procedere, etiam incarcerando, quando timetur de fuga iuxta formam traditam *in 6. sexto absque monitione*. Octaua Episcopo Salamantino, *Ordinarius potest ipse solus*, ex decreto Concilij *sess. 25. c. in crimine concubinatus* ad informationem summarie, & incarcerationem procedere, vbi de fuga timetur, idque absque forma & monitione illa, quæ præscripta est decreto Concilij Tridentini *sess. 25. c. 14. 2. Iun. 1575*. Nona, *Pœna de qua in versic. quod si à superiorib. moniti*, non habet locum in clericis, qui primo deliquerint, etiam si edicta generalia ordinaria præcesserunt, sed incurritur vbi clericus secundo deliquit: in primo enim puniri debet aliis pœnis à sacris canonibus, vel statutis ecclesiarum impositis, & demum si monitus fuerit, & quidem speciali monitione, & secundo delinquat, priuatus est tertia parte fructuum, non tamen distributionibus quotidianis, quas ratione canonicatus, vel dignitatis diuinis interessendo, percipit præter fructus *præbendæ distincta*. Decima, *eadem pœna* censetur repetita *in versic. sin vero in delicto eodem*, si secundæ monitioni non paruerit, quia suspendendus est ab administratione beneficiorum, & cum non possit interesse choro, amittit etiam distributiones *quotidianas*. Vndecima, *Episcopus potest procedere* per denuntiationem, inquisitionem ex officio, vel quo alio sibi *videbitur modo*. Duodecima, *Prædictam executionem, exemptio, aut appellatio ante, vel post diffinitiuam sententiam suspendere non potest*. Decimatertia, *In hoc cap. qui sunt subcollectores, vel commissarij spoliorum, non comprehenduntur sub dispositione ordinariorum, sed Nuntij Apostolici iuxta eorũ priuilegia, quemadmodum respondit S. D. N. Gregor. XIII.* Decimaquarta ibi: *Non ad Archidiaconos, Congregat. censuit hoc non intelligi in immemoriali*, Et vide declarationes adductas *1. part. cap. 5. numero 299. & 304.*

187 Et aduertendum † est Pium V. *in sua constitutione* 5. in ordine bullarij monere omnes locorum ordinarios, & in virtute sanctæ obedientiæ eis præcipere vt statuta Trid. Concil. contra concubinarios tã clericos, quam laicos edita districte faciant obseruari, reddituri Deo, ac sibi, si id omiserint, rationem, & aduertit Io. Gutier. *d. c. 7. n. 68. & seq.*

188 Nihilominus † tamen ordinarij ea non obseruant, nec obseruari curant, nec puniunt concubinarios iuxta formam, & dispositionem Concilij, sed semper contra eos vtuntur pœnis pecuniariis, etiam si bis, ter, quater, aut pluries deliquerint, ita vt censum annuum à concubinariis extorquere elaborẽt, quo soluto adhuc indurato animo peccatis fordescant, quia nullam reus pertimescit culpam, maxime concubinarius, & carnalis, quam redimere nummis existimat, vt recte inquit Segura de Aualos *in directorio iudicum ecclesiastici fori 2. par. cap. 10. num. 1.* vbi merito inuehit contra huiusmodi pœnas pecuniarias, maxime in delictis perseuerantiam, & actum successiuum habentibus, vt concubinatu, & similibus. Et † certe huiusmodi pœnæ pecuniariæ non solum non causant emendationem, & correctionem delinquentium, maxime concubinariorum, sed potius scandalum, & notam contra ipsos iudices, & Episcopos, maxime quia eos conducunt à rege, seu Commissario bullæ Cruciatæ eas Regi applicatis in expeditionem belli: quod non esset faciendum, sed quod colligerentur Regi, aut locarentur aliis. 189

Aduertendũ etiã est, quod illa † pœna priuationis fructuum, quæ ipso facto imponitur à Concilio *d. cap. 14* non videtur recepta in conscientia ante condemnationem, nunquam enim vidimus, audiuimus, aut intelleximus aliquem clericum concubinarium, cum sint multi, semel, & bis, & pluries moniti, eos restituere, & ideo tanquam non recepta non videtur obligare in conscientia, iuxta supradicta *c. 5. à num. 150.* quamuis deberent iudices nihilominus eam exequi, &c. 190

Septimo dubitatur † de sodomitis, an sint priuati beneficiis ipso iure, an priuandi? in quo Rebu. *in praxi tit. de modis amittendi beneficia numero 38.* tenet quod ipso iure perdit beneficium is, qui crimen sodomiticum commisit, grauissimum enim est crimen, &c. 191

Sed id non est † expressum, nec probatur in iure, sed quod sunt priuandi, & deponendi *cap. clerici, de excessib. prælator.* & notant Staphil. *tit. de variis modis vacationis, §. quando quis veniat priuandus beneficio numero 4.* Mandos. *de signatura gratiæ tit. de priuatio. versic. fortius procedere*, Bernard. Diaz *in pract. cap. 86.* alias 80. vbi Salzedo, Bermon. *de publicis concubin. cap. de peccato sodomiæ*, Duennas *regul. 101. in fin.* Menoch *de arbitrar. casu 286.* Grillandus *quæstion. 2. &* 8. & D. Ioan. Vela *cap. trigesimo tertio*. Qui † & Iulius Clarus *§. sodomia*, Anton. Gom. *in l. 80. Tauri à numero 32.* Azeuedo *in l. 1. titul. 21. libro 8. recopil.* & alij per eos relati videndi sunt de hoc crimine, & eius pœnis. 192 193

Nec etiam est † expressum in iure, quod sint ipso iure suspensi, aut irregulares, quamuis eos esse irregulares dicant Specul. *de dispensat. §. iuxta numero 19.* & Maiolus *libro 5. cap. 43.* & esse suspensos, & celebrando irregulares Dd. communiter, quos sequuntur Lambert. *1. part. 2. lib. quæst. 9. art. 18.* Couarruu. *in Clem. si furiosus 1. part. §. 1. numero 6.* Iulius Clarus *numero 5.* Salzedo, Azeuedo *num. 20.* D. Ioan. Vela, & alij *ibi*. 194

Contra quos † tenent Aret. *in c. cum non ab homine. de iudic. num. 90.* Nauar. *in man. cap. 27. num. 249.* Vgol. *de irregular. cap. 43. §. 2. num. 4.* Candelabrum aureum *de suspens. nume. 172.* Graffiis *lib. 2. cap. 90. n. 2.* Enriquez *in summ. lib. 13 cap. 36. & libr. 14. c. 5. §. 1.* in tex. & glos. Ludou. Lopez *2. tom. cap. 23* Man. Rodrig. *in sum. 1. tom. cap. 208 num. 1.* Valentia *4. tom. disput. 7. q. 19. punct. 3. de quinta specie irregularitatis*, Toletus *lib. 1. c. 74. num. 3.* Pet. Ledesma *2. part. summæ tractat. 27. c. 15. circa 3. conclus.* Auila *de censuris 3. part. disput. 5. dub. 3. & 7. p. disp. 4. dub. 7.* & Prosper de Augustino *in addit.* ad summam bullarij Quarantę *verb. sodomia, 1 dimitat.* 195

Hodie vero † ex *constitut. 70.* Pij V. in bullario omnes clerici tam dirum nefas exercentes omni priuilegio clericali, omnique officio, dignitate, & beneficio ecclesiastico præsentis canonis authoritate priuantur, ita quod per iudicem ecclesiasticum de- 196

gradati potestati statim seculari tradantur, &c. & sic ipso iure priuantur beneficiis, officiique executione, & sunt ipso iure depositi, & in effectu irregulares, Nauar. *d.c.27.n.249.* & alij infra relati.

197 Quod habet locum, † & procedit etiam in foro interiore & in occulto, saltim quoad priuationem executionis officij, & inhabilitatem, seu in effectu irregularitatem, Nauar. ibi iuxta dictum supra *num.* 9. quicquid dicant Graffiis *à num.4.* Enriquez, Man. Rodriguez *num.2.* Vgol. Toletus, Pet. Ledesma *circa 4.concluſ.vltim. difficul.* Auila *d. dub.7.* Prosper de Augustino *5.limit.vbi supra*, & Suarez *5. tom. disput. 31. sect.4 numer.22.* Quorum sententia solum posset procedere in priuatione beneficiorum obtentorum iuxta supradicta à *num.7.* an autem ea constitutio in foro conscientiæ vsu recepta sit, an non, vt ait Vgol. & inclinant Enriq. Auila, Prosper de Augustino supra & Açor *2 par.li.7.c.18.in fi.* res facti est, seu quæstio de facto ad quam respondere non est iurisconsulti, vt inquit Nauar. *supra.*

198 Sed cum de exercentibus † sodomiæ crimen ista constitutio loquatur, non habebit locum in eo, qui semel aut iterum illud perpetrauerit, sed solum in eis qui quasi ex vsu continuato id exercent, & qui sic labuntur in tale crimen, vt arbitrio boni viri dici possint exercitores eius, *argum.l.sciendum.§. illud ff. de ædilitio edict.* & quæ tradunt Cassan. *in consuetud. Burgundiæ rubric.4.§.1.fol. 131.B.* Straccha *de mercatura part.1.à num.6* & Salzedo *in praxi cap.55. versic. & vt huius*, ita Nauar. *supra* dicens, ita sibi respondisse Gregor. XIII. & Matthæum Contarellum eius datarium, sequuntur Cosmas Philiarcus *de officio sacerdotis 1.p.lib.4. c.15.* Candelabrum aureum *supra*, & Graffiis *à num.3.* Enriquez *dict.cap.36.in glos.lit. N. & d.cap.5. glos.lit.F.* Ludouic. Lopez *d.cap.23.* Man. Rodriguez *supra num.2. & quæst.regul.1. tom. quæst. 30.art.19.* Vgol. *supra*, Marcus Anton. Genuen. *in praxi Archiepiscopali curiæ Neapolitanæ cap.80. numero 1.* Sairus *de censuris lib.7.cap.12. num.23.* Auila *d.dub.7.* Suarez *d.sect.4.à nu.20.* Prosper de Augustino *supra 4.limit.* & Açor *d.c.18. quæst.vlt. circa fin.* & videtur Mar. del Rio *de magia lib.5.sect.16.versi.2. loco pag.408.*

199 Licet contrarium, † nempe dictam constitutionem habere locum in clerico, qui vnicum crimen tantum sodomiæ commisit, teneant Salzedo *d. cap. 86.addit. 2.* (quem sequuntur D. Ioan. Vela, & Azeuedo *numero 22. & 23. vbi supra*, & Zauallos *qu. 228.numero 4.*) ex alia constitutione anteriori, cuius illa meminit eiusdem Pij V. quinta in ordine, vbi statuit, quod si clericus crimen nefandum contra naturam perpetrauerit, degradatus curiæ seculari puniendus tradatur, & non verb. *Exercuerit, sed perpetrauerit* vtitur, quod non exposcit criminis reiterationem, &c.

Sed † bene respondet Man. Rodriguez *d.art. 19.*

200 quod licet pœna istius primæ constitutionis (de qua loquuntur D. Ioan. Vela, & Azeuedo) comprehendat perpetrantes, pœnæ tamen secundæ, quæ sût grauiores, comprehendunt tantum exercentes.

Et ista responsio est melior † illa, quam ponit i-

201 dem Man. Rodriguez *in sum. d.c.208.n.2.* & cum eo Pet. Ledesma dicens ambas sententias probabiles *supra 4.concluſ.1.difficultate.* quod secunda constitutio ponens di. verbum *Exercentes*, declarat primam solum ponentem verbum *perpetrauerit.*

Sicut etiam ista secunda † constitutio non habet locum in laicis, vt habet prima, sed solum in clericis, de quibus tantum agit Nauarj Graffiis *nu.11.* Vgol. Toletus, & alij *supra.*

Nec comprehendit ista † constitutio exercentes 202
pollutionem extraordinariam, seu extra vas, sed solum exercentes copulam sodomiticam, vt per Nau. *supra*, quem cæteri relati sequuntur.

Sed est difficultas, † an comprehendat exercen- 203
tes vitium bestialitatis, & comprehendere tenent Man. Rodriguez *d.cap.208.num.2.* Pet. Ledesma supra *circa 4.concluſ.2.diffic.* & Prosper de Augustino *2.amplia.* quia bestialitas, etiam est peccatum contra naturam, & grauius sodomia, & lex pœnalis extenditur de vno casu ad alium grauiorem, in quo est eadem ratio, glos. *in c.1. de temporibus ordin. in 6. verb. Italiæ.*

Contrarium tamen † mihi videtur verius, nem- 204
pe, quod ista constitutio non comprehendat exercentes bestialitatem, saltim quoad pœnas ipso iure impositas; nam licet sit crimen grauissimum & contra naturam, & grauius sodomia, non tamen est sodomia, sed species distincta à Sodomia, D. Thom. *2. q.154.art.11.* & ibi Caiet. D. Ant. *2.par.tit.5.c.4.* Sylu. *verb. luxuria, §.1.* Lud. Lopez *1.tom.c.73.* Pet. Ledesma supra *2.concluſ.1 diffic.* & alij.

Et in † pœnalibus non sit extensio, etiam ex iden- 205
titate, seu maioritate rationis, ex *reg.odia in 6. & cap. pœna, de pœnitentia distin.1.* vbi Nauar. *à nu.1.* reprobans illam glos. *verb. Italiæ*, Domin. *num.9.* & Franc. *5.in d.cap.1. de temporib. ordi. in 6.* Iason *in l.cum quidam. ff. de liberis. & posthum. à numer.9.* Decius *in l.si quis, id quod. num.47. ff. de iurisdict. omnium iudic. & in l.factum cuique §. in pœnalibus, de reg. iuris*, Aymon *de antiquitate temporis 4.p.sect. videamus modo num.24.* Euerardus *loco à ratione legis larga à nem.63.* Duennas *regul.287.* Castro *de potestate legis pœnalis lib.1.capit.7.docu.3* Auila *de censuris 7.p.disp.7. dub. 5.* cum aliis, præsertim cum pœna ipso iure imponitur, Tiraq. *in l.si vnquam. verb. reuertatur à nu.248.* seu 303. & Villaguta *de extensio. tit. de extensione legũ pœnalium respectu meræ pœnæ*, maxime, quia in bestialitate cessat illa frequentia (raro enim istud crimen committitur) qua videtur motus Pius V. ad sodomiæ crimen comprimendum, vt ex ipsa constitutione colligitur, & ita plane tenet Bannes *de iust. & iure 2.2. quæst.64. artic.8. circa princip.* qui ait, quod si sit imposita irregularitas contra sodomitas, non sequitur, quod committẽtes peccatum bestialitatis incurrant illam.

Recte tamen † ait Prosper de Augustino supra 206
in princip. dictam constitutionem procedere non solum in clerico sodomita masculorum concubitore, sed & in eo qui fœminam præpostera venere cognouerit: cum in hoc casu sodomia proprie committatur, vt per citatos supra *n.162. & 193.* & alios.

§. 3.

De violento beneficij possessore, & intruso.

SVMMARIA.

An ob violentam beneficij apprehensionem seu occupationem, quis priuetur beneficio, Corrasius dicit, quod sic ex cap. eum qui, de præben. in 6. numero 208. *quem tex. explicant relati*, num. 209. *& quando dicatur violentus possessor remissiue*, numero 210. *sed id*

intelligitur

intelligitur respectu iuris, quod in beneficio violenter occupato, vel ad illud taliter occupanti competebat, num. 211. *& non esset priuatus ipso iure qui possessionem apprehenderet, nisi violentiam adhiberet illi qui iam est in possessione, quamuis capiens propria authoritate possessionem beneficij ab alio occupatam, debeat puniri, etiam si violentiam non adhibeat, nec lucraretur fructus, nec esset manutenēdus secundum Rebuf.* n. 212.

Id de manutentione intelligitur, nisi possessor habeat se pro spoliato: nam etiam spoliatori, & detentori conceditur mandatum de manuten. etiam contra spoliatum, &c. n. 213.

Quod non esset priuatus iure, qui apprehēderet possessionem, nisi violentiam adhiberet possessori, intelligitur de habente ius in re, secus in habente ius ad rem, n. 214. *nam is priuatur eo iure intrudendo, & ingerendo se administrationi beneficij, etiam si vacet, & nemo illud detineat, ex* cap. auaritiæ, de elect. in 6. *quod procedit in quibuslibet beneficijs, & in præsentatis, seu nominatis,* num. 215. & seq. *nec excusatur ab illa pœna, etiā si sit institutus, si institutio sit nulla ex defectu iurisdictionis, vel alias, vt quia fuit facta non propositis edictis,* num. 217. & seq. *nisi excusaret error facti, aut iusta credulitas, vel sententia superioris declarantis non esse necessaria edicta,* numero 219. & 220. *& adducitur resolutio Rotæ,* n. 221. *Non habet locum pœna* d. c. auaritiæ, *in capiente possessionem, nisi se ingerat administrationi, aut fructus percipiat,* n. 222.

Videtur quod capiens possessionem, etiam si non se ingerat administrationi, nec fructus percipiat, ac etiam si violentiam non adhibeat, sit priuatus iure ad rem: quia eam capiens ante collationem, & ius in re, est intrusus, cum eam capiat sine titulo numer. 223. *& intrusus non solum cadit a iure, si quod habet ad beneficium, sed etiam sit inhabilis ad illud,* num. 224. *intrususque tenetur in gratia illius facere mentionem de sua intrusione, alias gratia est surreptitia, & nulla,* n. 225 & seq. *vbi adducitur resolutio Rotæ. Et etiam de fructib. si quos percepit, tenetur mentionē facere, nam fructus indebite percipiens inhabilis fit, & rehabilitatione indiget,* n. 227. *quod tamen non habet locum in distributionib.ª, quando alias habet fructus præbenda, alioqui in idem esset in eis saltim ingressa,* num. 228. *& gratia non facta mentione de fructibus male perceptis non suffragatur,* n. 229. *iuxta quod evit accipiendum, quod tradit Nau. & Enriquez citati* n. 230.

Ad ista dicitur verum esse de intrusione faciendam esse mentionem, etiamsi intrusus non administraueri, nec fructus perceperit, & si fructus perceperit, etiam de illis faciendam esse mentionem, n. 231. *nisi fructus debeantur tertio,* numero 232. *vel nisi quando adest lis, ex qua timere potest restitutionem fructuum,* numero 233. *vbi adducitur resolutio Rotæ, nullibi tamen recte probari, quod intrusus, aut percipiens fructus indebite, sit inhabilis ad beneficium illud, nisi in casu capit. quisquis de electione,* numer. 234. *& quamuis de stylo Curiæ videtur intrusum, quamdiu est intrusus, & qui percipit fructus indebite, quamdiu illos habet, esse inhabiles ad illud beneficium, nā de stylo datur illis rehabilitatio, tanquam inhabilib. cum compositione tertia partis fructuum perceptorū, tamen id non procedere in eo, qui habēs ius ad rē intrusit se in beneficio per solam possessionem absque eo quod se ingesserit administrationi, vel fructus perceperit, &c.* n. 235. & 236.

Scundum Mandos. stante in supplicatione clausula, necnon causæ annullatiuæ, & infectiuæ, etiam propriy tituli, ac possessionis exprimi possint, & c. non obstitisse præcedens occupatio, & intrusio, nec etiam mala fructuum perceptio, etiam si de illis non esset alias facta mentio, &c. n. 237. *qui bene ait non obstare tūc intrusionem, male tamen nō obstare malam fructuum perceptionem,* n. 238. & 239.

Dictus stylus non videtur procedere in impetrāte nō habente alias bonum titulum, ad cuius vtilitatem, & instantiam fuit capta possessio nomine Camerę, antequam ei cessa sit, num. 240. *nec etiam in eo qui se intrusit in aliquo beneficio tanquam vnito accessorie alteri, & sic non vt titulo, si postea impetraret in titulum, quamuis procederet si de nouo impetraret vnionem,* n. 241.

Non procedit etiam in bonæ fidei possessore, vt in decis. Rotæ posita, numero 242. *& licet alias contra eam tentum est possidentem beneficium reseruatum ex prouisione ordinarij, etiam cum bona fide, non facere fructus suos, etiam si reseruatio non sit clausa in corpore iuris, nec de certo beneficio, adhuc tamen potest in eo procedere ad effectum, vt in impetratione nouæ gratiæ non teneatur facere mentionem de fructibus perceptis, nec se super illis componere, &c.* num. 243.

Hoc quod dicitur de bonæ fidei possessore videtur posse procedere, etiam si tempore impetrationis nouæ gratiæ dubitet, seu habeat iam notitiam de suo malo titulo, si statim confugit ad remedium, & ad Papā pro noua gratia, nec fuit in mora, etiam si interim permaneat in possessione, &c. n. 244.

OCTAVO & vltimo † dubitatur, an ob violentam beneficij apprehensionem, seu occupationem, quis priuetur beneficio: & quidem Corras. *de benef. 3. p. ca. vlt. numero* 14. inter alia dicit, quod etiam violenta beneficij apprehensio ipso facto priuat beneficiis ex *cap. eum qui. de præben. in* 6. Quem † tex. præter ordinarios ibi, & alios explicant Ripa *in c. sæpe de restitut. spol. n.* 68. *add.* capellę Tolosanæ *dec.* 444. Rebuf. *de pacificis possessor. ex nu.* 186. alias 131. & Pontanus *de spolio lib.* 1. *c.* 9. *à num.* 91. Et quando † dicatur violentus possessor, vide Lapum *allega.* 127. & ibi Mandos. Francum *in d. c. eum qui, §. insuper nu.* 3. & ibi Probum ad Monach. Rebuf. *supra,* Couar. *li.* 3. *variarum c.* 16. *n.* 7. quem sequitur Molina *de iustitia to.* 1. *tract.* 2. *disp.* 16. Sed istud intellige † respectu iuris. quod in beneficio violenter occupato, vel ad illud taliter occupanti competebat, vt patet *in d. c. eum qui vers. insuper,* vbi Dd. & notat Lapus *supra n.* 4. Cosmas *in pragmatica sanct. tit. de pacificis possessor. verb. violentus,* & Reb. *supra & in praxi, tit. de modis amittendi benef. n.* 28. *& tit. de missione in possessionem, n.* 3. & 4. † vbi ait, quod non esset priuatus iure qui possessionem apprehenderet, nisi violentiam adhiberet illi, qui iam est in possessione, quamuis capiens propria authoritate possessionem beneficij ab alio occupatam, debeat puniri, etiam si non adhibeat violentiam, nec lucraretur fructus, nec esset in illa possessione manutenendus, quia est vitiosa, & c. vt etiam inquit *n.* 37. & sequitur Rota *decis.* 21. *n.* 3. & 6 *part.* 2. *diuers.*

Quod † tamen de manutentione intellige, nisi possessor habeat se pro spoliato, nam etiam spoliatori, & detentori conceditur mandatum de manutenendo, etiam contra spoliatum, donec constiterit eum iniustum esse possessorem, quia sine causæ cō-

gnitione possessione priuari non debet, *c. in literis. de restitut. spoliat. c. licet Episcopus, de præben. in 6.* & notat Bart. *in l. 2. n. 2. C. si propter publicas pensitationes cũ alijs* adductis à Rom. *cons.* 158. *n.* 1. Decius 199. *nu.* 9. & Cephalus 26. *a n.* 9. Paleot. *dec.* 87. *in manuscript.* quæ est 3. *pars diuers. lib.* 3. 482. & Rota *decis.* 50. *n.* 29. *par.* 2. & fuit resolutum coram Do. Oriolen. in Romana vineæ 23 Iunij 1581. quæ est 1. *pars decis.* 641. *num.* 8. & in Abulen. Capellaniæ 27. Aprilis 1594. coram illustrissimo Mantica.

214 Præterea id † quod ait Rebuf. quod non esset priuatus iure, qui apprehenderet possessionem, nisi violentiam adhiberet possessori, intellige de habẽte ius in re beneficio contra Pontanum, supra *n.* 93. *& seq.* secus in habente ius ad rem.

215 Nam is † priuatur eo iure intrudendo, & ingerendo se administrationi beneficij, etiamsi vacet, & nemo illud detineat, ex *c. auaritiæ. de elect. in* 6.

216 Quod † procedit in quibuslibet beneficiis, & in præsentatis seu nominatis, Lapus *allegat.* 8. *sub num.* 4. & ibi Mandos. *sub liter. T.* Francus *ibi sub nu.* 2. Rochus *de iure patron. verb. honorificum, quæst.* 39. *numero* 71. Rebuff. *in praxi* 3. *par. signatura, verb. nec non iuris patronatus à n.* 54. *& reg.* 29. *Cancell. vers. secundo etiam, ad fin.* & tenet Rota, Crescen. *dec.* 6. *de iure patr.* Cota *decis.* 127. in vna Eugubina canonicatus de anno 1561. Mandos. *de signatura gratiæ, tit. de priuat. vers. dubitabatur*, & Hieron. Gabr. *consil.* 199. *lib.* 1. Prosper de Augustino *in addit. ad summam bullarij Quarantæ versic. beneficiorum possessio liter. D. & in append. ad eum locum pag.* 516. licet contra teneat Lessius *de iustit. & iur. lib.* 2. *cap.* 34. *num.* 15. ex Rebuff. *supra d. reg.* 29. & Rocho *supra*, qui id non dicunt, sed potius contrarium, ad quod eos citaui, & fuit resolutum in vna Iuuenacen. beneficij 15. Decemb. 1593. coram D. Mantica.

217 In † qua etiam fuit resolutum, *Non excusari ab illa pœna, etiam si sit institutus; si tamen institutio sit nulla ex defectu iurisdictionis, & sic intelligi Millis* in reper. verb. pœna decretalis auaritiæ, *Hieron. Gabriel.* supra: *nec iuris ignorantia, nisi probabilis, & iuris dubij: nam alias iuris ignorantia non excusat in compendijs, &c.* ita in d. decis. Et idem † dicit Hieron. Gabr. ibi,

218 etiam si non sit nulla ex defectu iurisdictionis, sed alias, vt quia institutio fuit facta non propositis edictis contra Millis *supra cum gloss. in cap. fin. de elect. in 6. verb. inanes*, & ibi Ioan. And. Domin. *n.* 18. & Fran. *num.* 8.

219 Quod intellige nisi excusaret † error facti, quia credidit edicta proposita glo. ibi & Dd. aut alias iuste credere potuit seruatam esse debitam formam, vt in illa Casalen. parochialis 9. Nouem. 1597. supra relata 9. *par. c.* 2. *n.* 95.

220 Et nisi excusaret sententia † superioris declarantis non esse necessaria edicta, vt per Puteum *dec.* 484. *li.*

221 2. Et † facit decis. facta in causa Calagurritana abbatissatus coram D. Peregrino, vbi tentum fuit, *Quod electus administrans in vim confirmationis nullæ defectu iurisdictionis, vel nouæ prouisionis non gratiosæ, aut surreptitiæ, efficitur inhabilis non obstante dicto Millis* in verb. pœna decretalis, *vt per Pap.* in addit. *ad Rotam* decis. 6. de elect. in nouis, n. 5.

222 Non tamen habet † locum pœna *d. cap. auaritiæ*, in capiente possessionem, nisi se ingerat administrationi, aut fructus percipiat: loquitur enim de ingerente se administrationi: ita Puteus *decis.* 45. *lib.* 3. & Cota *decis.* 129. in d. Eugubina canonicatus, & fuit resolutum in d. Iuuenacen. beneficij.

Sed videtur, quod capiens † possessionem, etiam si 223
non se ingerat administrationi, nec fructus percipiat, ac etiamsi violentiam non adhibeat, sit priuatus iure ad rem sibi ad beneficium competenti, ex eo quod accipiens possessionem beneficij ante collationem, & ius in re, est intrusus, cum eam capiat sine titulo, *cap. cum tam dudum. de præbend.* vbi Dd. Rebuffus *in praxi in declaratione nouæ prouisionis verb. officiali Episcopi numero* 7. *& titul. de missione in possessionem numero* 8. Ioan. Gutierrez *consil.* 10. *numero* 12.

Et intrusus non solum † cadit à iure, si quod habet 224
ad beneficium, sed etiam efficitur inhabilis ad illud, vt ex *dict. cap. cum tam dudum, & cap. per inquisitionem. de elect.* docet Cosmas *d. tit. de pacificis possess. ad fin. verb. violentus*, & ait quod solus Papa potest cum eo dispensare, quod idem tenet Nauar. *in c. si quando. de rescrip. excepit.* 18. *n.* 6. *& in man. c.* 27. *n.* 194. *vers. ad quæsitum, & consil.* 12. *de rescrip. nu.* 13. *&* 14. qui tamen isto *num.* 14. ait non fieri inhabilem qui possessionem beneficij cum titulo quæsitam continuat post titulum ipso iure perditum, Ludou. Lopez *in instruct. conscient.* 2. *tom.* 2 *part. c.* 22. Açor 2. *part. lib.* 6. *cap.* 4. *quæst.* 27. & Rebuf. *d. tit. de remissione in possessionem, num.* 8. vbi ait quod siquis acciperet possessionem ante collationem, esset intrusus, & postea collatio illi facta non valeret, sequitur Ioan. Gutierrez *supra.*

Intrususque in beneficio † tenetur in impetra- 225
tione, & gratia illius facere mentionem de sua intrusione, alias gratia est surreptitia, & nulla, Abbas *in d. cap. cum tam dudum, numero* 3. *& in cap. præterea, de iure patron. numero* 2. Millis *verb. gratiam beneficij impetrans.* Hier. Paul. *in pract. Cancell. §. notabilia super vacantibus non reseruatis vers. t. gratiam beneficij impetrans*, Felin. *in cap. postulasti de rescrip. ad fin.* Ripa *inter cæteras numero* 22. *& in cap. ad aures, numero* 41. *de rescrip.* Selua *de benefic.* 3. *par. quæst.* 11. 5. *qualit.* Villad. *de legato quæst.* 14. 1. *p. num.* 118. Rebuf. *d. verb. officiali Episcopi numero* 7. *& in concord. in forma mandati Apostolici verb. pro expressis, vers. quarto intrusio, & seq. & in repet. cap. nulla* 2. *de concess. præbend.* 31. *qualitate, decisio.* Capel. Tolos. 484. & ibi Aufrer. Ægid *decision.* 497. seu 498. Cass. 6. *de præbend.* Æneas de Falcon. *de reseruatio.* 4. *quæst. effectu* 35. Mandos. *de signatura tit. de prouisio. ad fin. & cons.* 4. *n.* 19. Menoch. *de arbitrariis lib.* 2. *casu* 201. *n.* 129. Nauarr. *supra dict. num.* 194. *& cons.* 2. *de etate & qualit. nu.* 2. Flam. Paris. *de signat. benef. lib.* 10. *q.* 2. *num.* 98. Lud. Lop. & Açor *supra*, Man. Rodrig. *in sum. 1. tom. c.* 29. *num.* 6. & Vega *in summa.* 3. *p. c.* 36. *casu* 4. & alij, licet Lessius *libro* 2. *cap.* 34. *num.* 16. dicat intrusum non effici inhabilem ad idem beneficium iterum impetrandum, quia iure non exprimitur, nisi quod amittat ius prioris electionis, citans Felin. *in d. cap. postulasti, in fin.* qui id non dicit.

Et ideo † in vnâ Tirason. capellaniæ 18. Decemb. 226
1559 coram Dom. Oradino fuit resolutum per maiorem partem, *Subrogationem in ius defuncti non suffragari propter intrusionem; quia cum ceperit possessionem instrumentalem pendente lite, & hinc ad paucos dies fuerit subrogatus, præsumitur continuatio, &c.*

Et † etiam de fructibus, si quos percepit, tenetur 227
mentionem facere, nam fructus indebite percipiens inhabilis efficitur, & rehabilitatione indiget, Mill. & Hier. Paulus, *supra* Felin. *in c. in nostra. de rescript. col.* 2. Selua *supra*, & Villad. Rebuff. *supra*, & 3. *p. signa-*

signatura, verb. necnon iuris patronatus, nu. 56. & 57. & *tit. de dispensat. cum regular. nu.* 66. & 67. Cassa. *d. dec.* 6. *de præben.* Put. *dec.* 26. *lib.* 1. Rota *decis.* 1922. *lib.* 3. *p.* 3. *diuer.* Mandos. *de signatura tit. de absolutione à mala fructuum perceptione*, vbi late de hoc, & *d. cons.* 4. *n.* 19. & Nau. *d. cons.* 2. *n.* 2. & post hæc Gonçalez *§.* 7. *procem. à n.* 171.

328 Quod † tamen non habere locum in distributionibus, quæ inter fructus non computantur & aiunt Cassad. & Gonzal. *ibi.* Gambarus *de offic. legati lib.* 6. *n.* 36. intelligè, quando alias habet fructus præbenda, alioquin idem esset in distributionibus, saltim in grossa.

329 Et gratia † non facta mentione de fructibus male perceptis non suffragatur, Peregri. *dec.* 41. *in manuscr.* quæ est 3 *pars diuersor. lib.* 1. *dec.* 41. & fuit resolutum in vna Maceraten. parochialis 29. April. 1580. coram D. Seraphino.

330 Iuxta † quod erit accipiendum, quod tradit Nauar. *de spoliis, §.* 12. *num.* 4. *versic. subinfertur etiam, & consil.* 12. *num.* 11. & 16. *num.* 4. *de rescript.* & 70. *num.* 5. & 72. *num.* 1. & 79. *numero* 10. *de simon.* & Enriquez *in summ.* 7. *cap.* 36. *§.* 2. & *lib.* 13. *cap.* 3 *§. versic. at quia fructus, & cap.* 14. *§.* 3. *versic. circa fructus*, de quo vide infra *num.* 244.

331 Sed ad † ista dicimus verum esse de intrusione faciendam esse mentionem, vt docent citati, *num.* 225. ex *d. cap. cum iam dudum, & d. cap. per inquisitionem*, etiamsi intrusus non administrauerit, nec fructus perceperit, & si fructus perceperit, etiam de illis faciendam esse mentionem, vt docent citati, *num.* 227.

332 Nisi fructus † debeantur tertio, vt per Cassad. *dec.* 7. *de præb.* Mand. *d. tit. de absolutione a mala fructuum perceptione, vers. limitat Cassadorus.*

333 Vel † nisi quando adest lis, ex qua timere potest restitutionem fructuũ. nam tunc de fructibus perceptis non est necessario facienda mẽtio, nec propterea gratia vitiatur, vt fuit resolutum in vna Parmen. prioratus 29. Iunij 1589. coram Dom. Mantica, in qua fuit resolutum, *Gratiam non posse dici surreptitiam, ex eo quod non fuerit facta mentio fructuum male perceptorum, quia in casu, quo Iulius Cæsar succumberet, fructus non deberentur Cameræ Apostolicæ, sed Angelo præsentato, & ideo cessat vitium surreptionis*, Cassad. decis. 6. de præben. & *fuit dictum coram D. Pamphilio hoc anno in Toletana parochialis, &c.* & in Salamantina dimidiæ portionis 1591. infra adducta *n.* 242. & in dict. Iuuenacen. beneficij 16. Maij 1594. coram Dom. Mantica.

334 Nullibi † tamen recte probatur, quod intrusus, aut percipiens fructus indebite, fit inhabilis ad beneficiũ illud, nisi in casu *c. quisquis de elect.* nam *d. c. cum iam dudum, & d. c. per inquisitionem*, ad summum probant, quod est indignus, ita quod electio deberet cassari, non tamen inhabilis.

335 Et quamuis † de stylo Curiæ videtur intrusum, quandiu est intrusus, & qui percepit fructus indebite, quandiu illos habet, esse inhabiles ad illud beneficium: nam de stylo datur illis rehabilitatio, tanquam inhabilibus cum compositione tertiæ partis fructuũ perceptorum.

Tamen † id non procedit in eo qui habens ius ad 235
rem ad beneficium intrusit se in illo per solam possessionem, absque eo quod se ingesserit administrationi, vel fructus perceperit: nam iste talis non fit inhabilis ad beneficium cum. non amittat ius, quod ad illud habet, vt in dict. cap. auaritiæ, & in decisionibus relatis supra *numero* 222.

Aduerte † tamen, quod Mandosius *d. tit. de prouisio.* 236
ad fin. ait, quod stante in supplicatione clausula, *Nec non causæ annullatiuæ, & infectiuæ, etiam proprij tituli, ac possessionis, exprimi possint, &c.* quæ concedi solet, non obstitisset præcedens occupatio, & intrusio, nec etiam mala fructuum perceptio, etiam si de illis non esset alias facta mentio, & ita si illa verba, *Ac possessionis*, fuissent in casu posito per Cassad. *d. decis.* 6. contrarium decidendum erat, sed in terminis Cassadori, vel dicta verba, *Ac possessionis*, non fuerunt posita in supplicatione, vel per signaturam deleta fuerant, vt aliquando deleri solent. Hæc Mandos. qui idem ait *d. cons.* 4. *n.* 18. & 19.

Qui † bene ait, quatenus docet stante dicta clau- 237
sula cum illis verbis, *Ac possessionis*, (quæ tamen hodie non conceduntur) non obstare intrusionem impetrantis, de qua alias non fuit facta mentio, nam per illa purgatur vitium intrusionis, iuxta dictam *decisionem* Cassadori, & Achillis 270. *seu* 7. *de præben.* & Paleoti 633. *num.* 8. *libro* 3. *part.* 3. *diuersorum* in impressis.

In eo † tamen, quod ait, *stante dicta clausula, etiam* 238
non obstare malam fructuum perceptionem, non bene loquitur: nam cum de fructibus verbum nullum, non purgatur per eam vitium malæ fructuum perceptionis, vt *in dict. decis.* Cassadori, maxime cum non soleat purgari, nisi cum compositione partis illorum.

Aduerte † etiam, quod dictus stylus non videtur 240
procedere in impetrante non habente alias bonũ titulum, ad cuius vtilitatem, & etiã instantiã fuit capta possessio nomine Cameræ, antequam ei cessa sit, quia donec ei cessa sit, seu translata possessio, non potest ipse vere dici intrusus.

Nec etiam † videtur procedere in eo, qui se in- 241
trusit in aliquo beneficio, tanquam vnito accessorie alteri, & sic non vt titulo, sed vt prædio seu proprietate, si postea impetraret in titulum, quia vt sic non est intrusus, quamuis procederet, si de nouo peteret, & impetraret vnionem, vt vidi in literis Gregorij XIII. vnionis abbatiæ de Parrazes in fauorem Regij monasterij Sancti Laurentij del Escurial, quia tunc est eadem ratio.

Rursus, non † procedit in bonæ fidei possessore, 242
vt fuit resolutum in dicta Salamantina dimidiæ portionis 1. Aprilis 1591. coram D. Pamphilio his verbis: *Fuit resolutum, gratiam si neutri, impetratam per Petrum non esse nullam, ob non factam mentionem fructuum, & distributionum perceptarum, quia tempore impetrationis non constabat fructus istos pertinere ad Cameram, ita vt de illis esset facienda mentio, iuxta* decis. *Cassadori* 6. nu. 6. de præben. *nondum enim fuerat resolutum in Rota gratiam Ferdinandi fuisse surreptitiam, vnde cum potius adhuc esset dubius, an fructus deberentur Cameræ, vel collitiganti, ratione incertitudinis, etiam quod fuisset possessor malæ fidei, non tenebatur illos exprimere, ne alias contingeret ipsum posse affici duplici dispendio, scilicet soluendo Cameræ, & collitiganti, si condemnaretur*, Cassad. decis. 7. de præbend. *præsertim cum Petrus percipiendo istos fructus bona fide, & cum iusto titulo optionis vigore consuetudinis immemorialis à sede Apostolica confirmatæ, ad notata* in cap. fin. de consuetudine in 6. *illos suos fecerit*, *Rota* decis. 4. de restitutione spoliator. in nouis, *vnde illorum expressio non fuit necessaria, quia tantum requiritur in malæ fidei possessore, qui sine titulo se intrusit in beneficio*, Cassad. dict.

decision.6.de præben. *Rebuf.* super concord.in forma mandati Apostolici, verb. pro expressis, versic.5.etiam: *neque obstare, quod Petrus impetrando gratiam, si neutri, videatur, saltim implicite, confiteri, nec sibi, nec collitiganti ius competere, & propterea ipsum indebitè percepisse istos fructus ex defectu non iuris sui, vel collitiganti, pendente conditione, & sic durante lite, ad notata per Rebuf.* in titul. de non promotis infra annum n. 77. cum sequent. *neque etiam obstare, quod statim in ipso limine assecutionis dimidiæ portionis fuerit Petrus constitutus in mala fide por contradictionem Gasparis de Bustos prouisi ab ordinario, qui contra ipsum litem induxit: quia neque hoc verificatur in facto, cum Gaspar fuerit promtus de mense Septembr. 1581. & sic per annum post possessionem apprehensam per Petrum vigore suæ optionis, neque lis mota impedit, quominus possessor bonæ fidei lite pendente faciat fructus suos, licet si condemnetur, debeat illos restituere, Bart.* in l.2.n.5. C. de fructib.& litium expens. *neque etiam obstare, quod stante vacatione in mense Aprilis Petrus dicatur intrusus, ex quo aut dimidia portio erat in turno Episcopi, & Petrus fuit in mala fide intrudendo se cum prouisione capituli, aut erat in turno capituli, & tanto magis, quia mensis Aprilis erat reseruatus, Cassad.* decis.1. de restitution. spoliator. *nec suffragabatur alternatiua, quia capit tantum beneficia, quæ ad liberam ipsius Episcopi dispositionē pertineant, vt in alia Salamantina dimidiæ portionis coram R.P.D. Comitulo fuit resolutum, quoniam ista vacatio de mense Aprilis per obitum Didaci Valdes controuertitur, nam vacante canonicatu, & præbenda in ecclesia Salamantina per obitum Ioan. de Mendoça de mense Septemb.1580. & subsecutis optionibus antiquioris canonici, & antiquioris integri portionarij, Didacus antiquior dimidius optauit integram, & Petrus antiquior capellanus optauit dimidiam, de qua agitur, dimissam per dictum Didacum, & illius possessionem, in qua vsque ad præsens exitit, adeptus fuit, & sic vacatio potius contigit in mense Septemb. quia vt pluries fuit resolutum, omnes istæ optiones successiuæ habentur pro vnica vacatione: & licet coram illustrissimo D. Cardin. Aldobrandino fuerit resolutum, optionem Didaci propter eius cæcitatem non subsistere: tamen quicquid dicendum sit, si ageretur pro canonizatione ipsius optionis, ad effectum de quo agitur, vt Petrus tanquam habens titulum coloratum dicatur in bona fide, & fecerit fructus suos, sufficit hæc vacatio de facto per dimissionem Didaci, quia hoc casu non requiritur bona fides positiua, sed sufficit malam abesse, Rota* d. decision.4. de restitut. spoliat. in nouis, *Ægid.* in cap.grauis n.40.eodem titul. *Cassad.* decis.6. sub n.9. de præbend. *quod procedit etiam in beneficiis reseruatis non data certa scientia reseruationis, nisi reseruatio sit clausa in corpore iuris, vel sub certo corpore beneficij, aut aliasindubitata, & notoria, Puteus* decis.180. lib.3. *& fuit resolutum in causa Salamantina fructuū pro hæredibus Francisci de Burgoa de anno 1587. coram D. Gipsio, & ita etiam tollitur, quod dicebatur, dimidiam portionem fuisse in turno Episcopi, non autem capituli, quia stante declaratione, seu concordia, per quatuor annos antea facta inter Episcopum, & capitulū, quod censeretur consumptus turnus Episcopi, & sequens esset capituli, Petrus dicitur in bona fide, quia hæc declaratio, licet erronea, præbet sibi iustam causam, & bonum titulum ad effectum acquisitionis fructuum, vt in similibus terminis fuit pluries dictū in præfata causa Salamantina fructuum. Vltimo non obstat, quod ex stylo datariæ, qui in dignoscenda surreptione est attendendus, Cassad.* decis.12 n.4.de præben. *Peregrin.* decis.4.lib 1. *hæc gratia cum mentione fructuum perceptorum non fuisset expedita absque compositione, quia iste stylus, vt sit conformis iuri communi, prout esse debet ex Sarnen.* in reg. de impetrātibus per obitum familiarium Cardinalium q.6. *debet intelligi in casib⁹, in quibus de iure requiritur expressio fructuum perceptorum, vt puta si spectarent ad Cameram, vel versaremur in malæ fidei possessore intrudente se in beneficio absque titulo, non autem quando ista expressio non est necessaria, vt in possessore bonæ fidei: & quando fructus non pertinent ad Cameram, vt per Cassador.* d.dec.6.& sequen. de præben.

De qua† decisione meminimus supra 5. *part. cap.* 243
5. *n.*28. & licet ibi contra eam tenuimus possidentem beneficium reseruatum ex prouisione ordinarij, etiam cum bona fide, non facere fructus suos, etiamsi reseruatio non sit clausa in corpore iuris, nec de certo beneficio: adhuc tamen hęc decisio potest in eo procedere ad effectum, vt in impetratione nouæ gratiæ non teneatur facere mentionem de fructibus perceptis, nec se super illis componere, sufficit enim ad istum effectum, quod illos bona fide, & non mala perceperit, licet illos non fecerit suos, ex quo cessat vitium intrusionis, & malæ perceptionis fructuum, Cassad. *dict. decis. 6. numero 9. de præben.*

Vnde etiam hoc, quod dicitur† de bonæ fidei pos- 244
sessore, videtur mihi posse procedere, etiamsi tempore impetrationis nouæ gratiæ dubitet, seu habeat iam notitiam de suo malo titulo, si statim confugit ad remedium, & ad Papam pro noua gratia, nec fuit in mora, ex quo cessat in eo mala fides, etiamsi interim permaneat in possessione, & fructus occurrentes percipiat, iuxta tradita per Enriquez *dict. lib. decimo tertio, cap. decimo quarto, §.2.* & sic non videtur habere necessitatem narrandi fructus perceptos, nec se componendi super illis, cum illos sine mala fide perceperit, nec egere rehabilitatione, & tunc recte intrabit doctrina Nauarri, & Enriquez, de qua supra *n.* 230. quod ad eum tanquam successorem spectabunt.

De intrusō† autem, & modis intrusionis, vide Feli- 245
num *in cap. in nostra, de rescript. corol.2. & in cap. veniens, de accusat. n.2.3.* Decium *consil.121. n. quarto,* Seluam *de benefic.3. part. quæst.11. n.5.* Sarnen. *in regul. de triennali, quæst.27. & 47.* Rebuf. *in praxi super reg. de subrogandis collitigan. gloss.4.* late Gigan. *tract. de intruso,* Mandos. *dict. reg. de subrogan. quæst.4. & de monitoriis quæst.60. n.40.* Bernard. Diaz *in pract. crim. can. cap.49.* Mascard. *de probatio. conclus.937.* Flamin. Parisium *de resignat. benefic. lib. tertio, quæst.1. à n.39. & libro septimo, quæst.1. à num.107.* & Zerolam *in praxi Episcopali, verb. intrusus,* & Mosconium *de maiestate militantis ecclesiæ libro 1. part. 3. cap. 2. pag. 427. & seq.*

DVODE-

DVODECIMA; ET VLTIMA PARS, DE MODIS, QVIBVS EXTINGVITVR, VEL ALTERATVR BENEFICIVM.

CAP. I.

De suppressione & extinctione.

SVMMARIA.

VPpressione extinguitur beneficium, & desinit esse, vt cum supprimitur dignitas, vel præbendæ, seu numerus illarum diminuitur, n. 1.

Suppressio, & diminutio, licet sine causa fieri non possit, tamen ex causa, puta propter diminutionem redituum bene potest fieri ab Episcopo cum consensu capituli, sicut vnio, n 2.

Licet vbi à Papa, vel eius authoritate numerus sit præfixus, vel confirmatus, vel dignitas creata, non possint etiam ex causa diminuere, vel supprimere, tamen id intelligitur, nisi causa diminuendi, nempe diminutio reddituum, ex post facto superuenisset, num. 3. & 4.

Vt enim potest fieri augmentum excrescentibus facultatib. non obstante confirmatione Papæ, ita & diminutio diminutis facultatib. n. 5. *& idem videtur, etiam si in cõfirmatione sit clausula decreti irritantis, sicut ea non obstante sit augmentum auctis facultatib. secundum Felin. contra Abb. de diminutione stante dicta clausula aliter dicentẽ, qui tamẽ potest intelligi vbi nõ euenit dicta diminutio secundum eund. Feli.* num. 6. & 7.

Author aduertit, quod vbi non euenisset diminutio, non potest fieri d. diminutio, seu suppressio, si authoritate Papæ numerus est præfixus, vel cõfirmatus, vel dignitas creata, etiamsi non adsit clausula decreti irritantis, *quamuis secus sit in augmento, quod potest fieri, etiam non auctis facultatibus, non obstante confirmatione, si non est clausula decreti irritantis, per quam videtur Papa habere pro illicito, quod fieret in contrarium, & animaduertisse ad fauorem ecclesiæ, & obuiare facilitati canonicorum, &c.* à n. 8.

Statuentes non possunt reuocare statutum confirmatum à Papa, quando concernit fauorem alterius, & quando est confirmatum cum præcepto, quod omnino seruetur ex Rota, n. 12.

De Suppressione, & extinctione beneficij, remissiue, num. 13.

Extinguuntur etiam beneficia, quando authoritate Papæ, vel Episcopi, vel alio modo ecclesia destruuntur vna cum reditibus, n. 14

SVppressione quidem extinguitur † beneficium & desinit esse, veluti cum in aliqua ecclesia supprimitur dignitas, vel aliquæ prębendæ, seu numerus illarum diminuitur, vt *in l. cum accessissent, de constitutio.* vbi Doct. Pet. Gregor. *de benefic. cap.* 19. *cum aliis.* 1

Quæ suppressio, & † diminutio, licet sine causa fieri non possit *c. ex parte, de constitut.* tamen ex causa, puta propter diminutionem redituum bene potest fieri ab Episcopo, cum consensu capituli, sicut vnio, de qua *sequenti c.* ita Imol. Abb. *num.* 4. & 9. Felin. 17. Decius *à num.* 43. *in dict. cap. cum accessissent*, & Açor *institut. moralium* 2. *p. libro* 6. *capit.* 30. *quæst.* 11. & 12. 2

Et licet † vbi à Papa, vel eius authoritate numerus sit prefixus, vel confirmatus, vel dignitas creata non possit etiam ex causa diminuere, vel supprimere, *arg. c. cum venissent, de iudic. & c.* 1. & 2. *de confirm. vtili*, vt tenent DD. communiter secundum Abbatem *d. n.* 4. & Decius *à n.* 44. 3

Tamen † intelligendum est, nisi causa diminuendi, nempe diminutio reddituum ex post facto superueniisset. 4

Quemadmodum † enim potest fieri augmentum excrescentibus facultatibus, non obstante confirmatione Papæ, *cap. cum M. Ferrarien. de constit.* ita & diminutio diminutis facultatibus, &c. Abb. *d. n.* 4. & Felin. *d. n.* 17. 5

Qui † ait, quod per istam rationem idem videtur dicendum, etiamsi in confirmationem sit clausula decreti irritantis, sicut ea non obstante, è conuerso sit augmentum auctis facultatibus, vt ibi superius dixit *n.* 8. & 13. cum Abb. *d. n.* 4. (& sequitur Açor *d. cap.* 30. *q.* 10.) & quod ita sentit Imol. *ibi*, licet Abbas *dict. numer.* 5. de diminutione, seu suppressione stante dicta clausula aliter dicat, sine lege loquutus, vt inquit Feli. 6

Qui tamen † subdit, quod possit intelligi, vbi non euenit dicta diminutio. 7

Sed ego † aduerto, quod vbi non euenisset diminutio, non potest fieri dicta diminutio, seu sup- 8

pressio, si authoritate Papæ numerus est præfixus: vel confirmatus, vel dignitas creata, etiam si non adsit clausula decreti irritantis.

9 Quamuis † secus sit in augmento: potest enim numerus augeri, etiamsi non sint auctæ facultates, non obstante confirmatione Papæ, si in ea non est clausula decreti irritantis, vt *vt in c. dilecto. de præben.* Açor *d. q.* 10. quia augendo cultus diuinus ampliatur, & confirmatio videtur facta fauore statuentium, & canonicorum, quod ad hoc ne numerus sit maior, & sic illi renuntiare possunt, nisi in confirmatione sit dicta clausula, vt *in d. c. dilecto*; & ibi glos. *verb. huiusmodi clausula.*

10 Quia † per dictam clausulam videtur Papa habere pro illicito, quod fieret in contrarium, & animaduertisse ad fauorem ecclesiæ, & obuiare facilitati canonicorum, Abb. *in d. c. dilecto, num.* 10. & 14. & *in d. c. cum accessissent, num.* 4. & Felin. 7. & 13. Anton. Gabriel plura adducens de clausulis, *conclus. 3. 2. effectu*, & alij citati supra 3. *p. c. 2. nu.* 242. vbi vide, & nu. sequenti.

11 Diminuendo † vero cultus diuinus extenuatur, & confirmatio videtur facta non fauore statuentiũ, seu canonicorũ, sed fauore ecclesiæ, & cultus diuini quoad hoc, ne numerus sit minor, & sic nullo modo possunt illi renuntiare, Abbas *in d. c. cum accessissent, n.* 2. Felin. 4. & Dec. à *n.* 11.

12 Et † quod statuentes non possint reuocare statutũ confirmatum à Papa, quando concernit fauorem alterius, & quando est confirmatum cum præcepto, quod omnino seruetur, fuit tantũ per Rotam in vna Gerunden. Anniuersariorum 3. Iulij 1581. coram D. Seraphino.

13 Et de † suppressione, & extinctione beneficij videnda sunt *d. c. seq. à n.* 172.

14 Extinguũtur † etiam beneficia, quando authoritate Papæ, vel Episcopi, vel alio modo ecclesiæ destruuntur vna cum reditibus, Pet. Greg. *de beneficiis, c.* 21. & nouissime Gonzalez *ad reg. de mensib. glos.* 5. §. 7. *à num.* 147. vbi ex quibus causis possit de iure dari destructio ecclesiæ.

CAP. II.

De vnione.

SVMMARIA.

Per vnionem etiam beneficium extinguitur, seu saltim alteratur aliquo modo, numero 1. *vbi ponitur summa totius materiæ vnionum, de qua qui sunt videndi*, numero 2.

Diffinitio vnionis, n. 3.

Vniri seu incorporari possunt fructus beneficij remanente beneficio penes suum rectorem ex Rota, sed ista potius est dismembratio, n. 4.

Quinque modis fit vnio, quos ponunt relati, nu. 5. *primo quo ad spiritualium communicationem tantum, sed ista non est vnio proprie: secundo, cum vna ecclesia sub ire tur, alteri: tertio, vt neutra alteri subiiciatur, sed æque principaliter: quarto, cum ex duabus fit vna: quinto, cum vna ecclesia erigitur in Cathedralem vniendo illam alteri, vt idem sit Episcopus vtriusque, quæ reducitur ad tertium modum*, n. 6.

Vnio tribus modis potissimum fit: primo vt ex duobus beneficiis, seu ecclesiis vnum fiat: secundo vt vna ecclesia alteri subiiciatur, seu vnius beneficij alteri accessorie: tertio, duorum beneficiorum, seu ecclesiarum inuicem æque principaliter, n. 7. *& quando duæ ecclesiæ Cathedrales vniuntur, vtraque æque principaliter censetur vnita, &c. & idem quando duæ parochiales vniuntur*, nu. 8.

Vnio alia est perpetua, alia temporalis, seu ad vitam illius cui conceditur, n. 9.

Vnio primo modo operatur, vt consuetudo, & priuilegia data alteri competunt alteri, & si sunt contraria, meliora, & fauorabiliora conseruabuntur, numero 10. *Operatur etiam, quod canonici qui sunt in vna ecclesia, sint in alia, & faciant vnum corpus*, numero 11.

Vnio vnius beneficij facta alteri accessorie operatur extinctionem, & suppressione nominis, & tituli beneficij vniti, ita vt amplius beneficium dici non possit, sed iudicatur, vt prædium eius, cui fit vnio, numer. 12. & seq. *vbi adducitur resolutio Rotæ, & sic vnum tantum est beneficium, nam vnum omnino transfertur in aliud beneficium, & cum tit. illius cui facta est vnio confunditur & efficitur vna massa, seu vnum corpus*, num. 14. *& non datur vacatio beneficij vniti*, nu. 15. *& non solum nomen, sed etiam titulus beneficij extinguitur, contra Pet. Greg.* nu. 16. *& attenditur tantum qualitas, & natura beneficij principalis, non autem annexi*, numero 17. *nam vnitum assumit naturam consuetudinis, & priuilegia principalis*, numero 18.

Infertur primo non videri verum cons. *Nauar.* 13. de rebus ecclesiæ, n. 19. *secundo, quod in impetratione debet exprimi principale, nec est opus exprimere vnitum accessorie*, nu. 20. *& per collationem principalis habetur vtrumque, nec est necessaria alterius collatio*, nu. 21. *& capta possessione ecclesiæ, seu beneficij principalis, etiam alterius illi vnitæ intelligitur capta*, nu. 22.

Tertio infertur, quod habens canonicatum seu dignitatem, cui sit vnita parochialis accessorie, & perpetuo debet residere in canonicatu, seu dignitate, & non in parochiali, nu. 23. *& adducitur declaratio S. Congreg.* num. 24. *& declaratur alia, quæ videtur contraria*, nu. 25.

Quarto infertur, quod ad canonicatum, seu dignitatem, cui est vnita parochialis accessorie, & perpetuo, non requiritur ætas 25. annorum, quæ in parochiali requiritur, sed sufficit ætas, alias in canonicatu, seu dignitate requisita, n. 26.

Quinto infertur, quod in resignatione sufficit facere publicationem in ecclesia beneficij principalis, vbi fieri debet, n. 29.

Sexto infertur, quod in beneficio vnito non habet locum reg. de triennali, numero 28. *& similiter, nec allegatio Lapi*, numero 29. *quamuis diuersum sit in reg. de annali, in qua non requiritur titulus, & sic obtinens beneficium, vt vnitum, potest excipere de regul. annali contra actorem qui illud impetrauit tanquam beneficium, quia ex persona actoris ius metimur*, numero trigesimo & seq. *vbi ponitur resolutio Rotæ.*

Septimo infertur, quod lis introducta super beneficio, vt vnito non est super beneficio, n. 32. *vbi ponitur resolutio Rotæ.*

Vltimo infertur, quod literæ vnionis non dicuntur literæ de beneficio, sed de proprietate, & re profana, n. 33.

Per istam vnionem omnia emolumenta beneficij vniti transeunt in ecclesiam cui facta est vnio, & ad eam pertinent, n. 34.

Per vnionem vnius ecclesiæ ad aliam non alteratur status ecclesiæ vnitæ, sed debet in ea more solito deseruiri, nem-

nempe per vicarium perpetuum, si est curata, & si sunt beneficia simplicia, per vicarium temporalem, nisi in ecclesiis collegiatis vnitis, n.35. *de vnitis vero mensæ prælati, vel cap. seu quoad spiritualia, & temporalia remissiue.* n.36.

Vnio facta æque principaliter nihil aliud operatur, nisi vt rector vnius sit rector alterius, vtrumque tamen beneficium manet beneficium sicut erat, & qualibet ecclesia in suo statu, & honore remanet, & proprios reditus agnoscit, & gaudet suis priuilegiis, numero 37.

Id procedit, etiam quando vnio accessorie facta est ad tempus, seu vitam: nam non est extincta tituli, nec vera, & propria vnio, sed magis quædam palliata dispensatio, &c. num.38. *& sic hodie vnio ad vitam inducit incompatibilitatem*, num.39. *& obtinens canonicatum cui sit vnita parochialis ad vitam, debet in parochiali residere, & non in canonicatu.* numero 40.

Quando beneficia sunt annexa inuicem æque principaliter, cuiuslibet qualitas, & natura est attendenda, & sic si alterum illorum curatum, vel incompatibile, impediret assecutionem alterius similis sine dispensatione, alias per assecutionem alterius incompatibilis vacaret vtrumque annexum, nu. 41. *quamuis ipsa beneficia alias incompatibilia inuicem vnita non sunt incompatibilia inter se ratione vnionis*, nu 42. *vbi adducitur declaratio S. Congreg.*

In impetratione oportet facere mentionem de vtroque beneficio sic annexo, n. 43. *quamuis si solum facta sit mentio de vno per clausulam cum annexis in literis apponi solitam confertur vtrumque, & per clauf. supplicationis, quorum & illi forsan annexorum, &c.* n. 44.

Habens duo beneficia vnita æque principaliter requirentia alias residentiam personalem, debet in digniori residere, & alias vbi commodius, & vtilius esse videbitur, ac in æqualitate, in quo maluerit, numero 45.

In resignatione, seu permutatione beneficiorum sic annexorum facienda est publicatio in ecclesia vtriusque n. 46.

Si duo beneficia diuersorum diœcesum, vel alias ad diuersos collatores spectantia essent vnita æque principaliter, in prouisione illorum requiritur consensus vtriusque, n. 47. *sicut in ecclesiis Cathedralibus, seu Collegiatis sic vnitis, quamuis canonici vnius non sint canonici alterius, electio deberet fieri ab omnibus communiter, & ab vtroque collegio simul, &c.* nu. 48. *quamuis in prouisione beneficij, cui alterum alterius diœcesis est vnitum accessorie, sufficiat consensus Episcopi beneficij principalis*, n. 49. *& sic si vnum monasterium vniatur alteri, Episcopus principalis habebit confirmare abbatem secundum Ioannem de Lignano contra Pet. de Perusio, cuius opinio solum procedet quando vnio est æque principaliter, contra Caccialupum, &* n. 50.

An vnio sit accessorie, vel æque principaliter, colligendum est ex verbis ipsius vnionis, &c. numero 55. *& alias quomodo id cognoscatur remissiue*, numero 56.

Annexio præbendæ, scilicet canonicalis facta dignitati personatus seu officio eiusdem ecclesiæ, etsi videatur facta accessorie, tamen non fit per viam incorporationis, & suppressionis, sed vti duo beneficia obtinentur, &c. n. 57. *& ideo collatio præbendæ pœnitentiarij spectat ad collationem illorum, ad quos antea spectabat, quamuis prouisio officij pœnitentiarij, cui illa est annexa, ad solum Episcopum spectet*, n. 58. *& ideo etiam non possunt duæ præbendæ simul teneri in eadem ecclesia, etiamsi vna sit annexa dignitati*, n. 59.

PEr vnionem † etiam beneficium extinguitur, seu 1
saltim alteratur aliquo modo, quod vt melius percipiatur, & materia vnionum explicetur, breuiter videndum est primo, quid sit vnio, secundo quotuplex sit, tertio, quid operetur, quarto quis possit eam facere, & ex qua causa: quinto quæ forma & solemnitas requiratur, sexto quomodo probetur, septimo quando dicatur sortita effectũ, vltimo de eius reuocatione, quibus comprehenditur tota materia vnionum.

De qua † videndi sunt Ostiensis *in sum. tit. ne sede* 2
vacante, Ioan. Baptista Caccialupus *in tract. de vnionibus*. Pet. de V Valdis, seu de Perusio *in tract. de vnione ecclesiarum*, Gamb. *de offic. legati, lib. 5. rub. 1. de potestate legati in vniendo*, Rebuf. *in praxi titul. de vnio beneficiorum, & reg. 12. Cancell.* Mandos. *de signatura gratiæ, tit. de vnio. & in reg. 12. & 22. Cancellariæ*, Rosin. *de benef. c. 7.* Duaren. *de benef. lib. 5. cap. 6.* Hojeda *de incompatibilitate beneficior. 2. p. c. 3.* Lancel. *institut. libro 2. tit. de vnio.* Fuscus *de visitatione lib. 2. cap. 26.* Zerola *in practica Episcopali, verb. vnio*, & practicabilia Rotæ impressa *in fine 2. partis decisionum Rotæ diuersorum c. de vnione*, & Açor *institut. moralium 2. par. libro 6. cap. 28. & seq.*

Ad primum † omissa diffinitione, quam tradit 3
Caccialupus *art. 1.* vnio est beneficiorum, seu ecclesiarum ab Episcopo, vel alio superiore facta annexio, quam definitionẽ ponit, & explicat Rebuf. *d. tit. de vnio. ex numero 1.* & Lancell. *supra §. 1.* licet breuius.

Aduerte † tamen, quod vniri, seu incorporari 4
possunt fructus beneficij remanente beneficio penes suum rectorem, quia aliud est habere beneficium, aliud fructus beneficij, Bonifacius *in Clem. 1. numero 40. de præb.* Mandos. *reg. 12. quæst. 2. & reg. 22. quæst. 4.* ita fuit resolutum per Rotam in causa Portalegren. vnionis coram D. Iusto 16. Decemb. 1594. & 17. Febru. 1595. Sed ista potius est dismembratio, de qua *c. seq.*

Ad † secundum Ostiens. *sup. vers. quot modis fit vnio, & in cap. 1. ne sede vacante*, ponit quinque modos, 5
quibus fit vnio, quos refert, & sequitur Abbas *in d. c. 1. n. 6.* & Caccialup. *art. 2.* Pet. de Perusio *cap. 1. vers. hæc vnio quinque modis*, Paulinus *de officio, & potestate cap. sede vacante 3. q. 2. part. n. 20.* & Fuscus *d. cap. 26. nu. 4.*

Primo † modo quoad spiritualium communica- 6
tionem tantum, sed vt dicit Ioan. de Lignano relatus per Pet. de Perusio, ista non est vnio proprie, quia nõ vnitur vna ecclesia alteri, sed spiritualium cõmunicatio, & quædam confraternitas: secundo cum vna ecclesia subiicitur alteri, tertio vt neutra alteri subiiciatur, sed æque principaliter, & vnus sit vriusque prælatus: quarto cum ex duabus fit vna, quinto cum vna ecclesia erigitur in cathedralem vniendo illam alteri, vt idem sit Episcopus vtriusque, vt in terminis *d. cap. 1.* sed ista partim est status ecclesiæ commutatio, vt dicit Io. de Lignan. relatus per P. de Perusio *ibi*, partim vnio æque principaliter, & sic reducitur ad tertium modum.

Vnde vnio † tribus modis potissimum fit, vt tra- 7
dit glos. *in cap. & temporis 16. q. 1. verb. vnire, & in d. cap. 1. verb. vniendo*, & ibi Innocen. & alij, P. de Perusi.

d. cap. 1. & 2. in princip. Gambarus *sup. à n. 7.* Rebuf. *à n. 11. & in repetit. c. extirpandæ, §. qui vero, de præbend. 4. præmiss.*, Duaren. *d. c. 9.* Hojeda *sub n. 2.* P. Gregor. *de benef. cap. 20. n. 2.* Açor *d. c. 28. q. 2.* Primo modo fit vnio, vt ex duobus beneficiis, seu Ecclesiis vnũ fiat, *cap. decimas, §. sicut enim 16. quæst. 1.* qui modus videtur parum frequens, de quo tamen videtur loqui *decisio* Putei 442. *lib. 1.* & Cęsaris de Grassis 128. *n. 30.* Secundo modo fit vnio, vt vna Ecclesia alteri subiiciatur, seu vnum beneficium alteri accessorie. Tertio fit vnio duorum beneficiorum seu Ecclesiarum inuicem æquè principaliter, & tradit post hęc Gonzalez *ad reg. de mensib. glos. 5. §. 7. art. 26.*

8 Et quando † duæ Ecclesiæ Cathedrales vniuntur, vtraque æquè principaliter censetur vnita, ita vt nulla amittat statum suum, ita fuit resolutũ in causa Maceraten. iurisdictionis coram D. Gipsio 29. Aprilis 1596. & ita videtur procedere textus *in d. c. ex temporis*, vt intelligit glos. *ibi verb. & virarumque*, in primo intellectu: idemque videtur quando duæ parochiales vniuntur.

9 Rursus † vnio alia est perpetua, alia temporalis, seu ad vitam illius cui conceditur, Rebuf. *d. tit. de vnio. à n. 6* vbi etiam tradit, quomodo cognoscatur, Mandos. *sup.* Fuscus *d. c. 29. n. 1.* Hojeda *d. c. 3. n. 1.* & Lancel *sup. §. 2.*

10 Ad † tertium vnio primo modo operatur, vt consuetudo, & priuilegia data vni competant alteri, & si sunt contraria, meliora, & fauorabilia conseruabuntur, d. glos. Hostien. Abb. Caccialup. & Rebuf. *sup.* & Pet. de Perusio *cap. 2. n. 3.* P. Greg. *n. 15.* Gonzalez *n. 28. & 55.* & vt inquit ipse ibi, fit retentione facta in vno priuilegiorum vtriusque.

11 Operatur † etiam quod Canonici qui sunt in vna Ecclesia, sint in alia, & faciant vnum corpus, &c. dict. glos. Hostien Abb. Caccialup. *ibidem*, & P. de Perus. *d. c. 1. n. 6. & dict. cap. 2. n. 3. & d. decis.* Cęsaris de Grassis 128. *n. 3.*

12 Loquendo † vero de vnione 2. & 3. modo, qui sunt in vsu, dicendum est, quod vnio vnius beneficij facta alteri accessorie operatur extinctionem, & suppressionem nominis & tituli beneficij vniti, ita vt amplius beneficium dici non possit, sed iudicatur vt prędium eius cui fit vnito, Oldr. 257. *numero* 15. Felin. *in cap. in nostra, de rescriptis corol. 33.* Caccialup. *artic. 8. q. 11. & sequen.* Selua *de benefi. 3. p. quæst. 12. 14. qualitate num. 20.* Sarnen. *in reg. de triennali, quæst. 8. & de infirmis quæst. 15.* Rebuf. *in praxi in forma nouæ prouisionis verb. cum annexis*, Gambarus *supra numero 139.* Mandos. *in reg. 19. quæst. 10. numero 2. & 3. & regul. 22. q. 13. à numero 18.* Ferret. *cons. 125. numero 1. & 236. numero 1. & 242. numero 5. 6. & 7. & 255. numero 7.* Hojeda *supra numero 11.* practicabilia Rotæ, *d. cap. de vnione numero 13* Rota *decis. 11. de reb. Eccles. in antiq.* Cassad. *decis. 2. numero 2. de vnio. & 13. numero 1. super reg.* Put. *decis. 6. de vnio.* caputaquen. *decis. 349. par. 3.* Rota *decis. 758. numero 6. part. 1. & decis. 133. numero 16. p. 2. diuersor.* vbi ex hoc fuit resolutum, constitutionem de publicandis resignationibus non procedere in beneficiis vnitis per resignationem, &c. & fuit resolutum in vna Virdunen. decanatus de anno 1580. sup. relata 5. *part. cap. 1. numero 270.* & in causa Burgen. seruitij decani 13. Iunij 1594. quam supra adduxi 3. *par. c. 2. n. 510.* & in causa Illerden. pensionis 6. Martij 1595. & in causa Compostellana prioratus. 17. Mar.

13 1597. coram D Lita. in qua † fuit dictum: *Quod quando vna dignitas minus principalis vnitur alteri principaliori, vel quando vnio fit per incorporationem, dignitas minus principalis, vel illa quæ alteri incorporatur, remanet suppressa, extinctus titulus, ac facta prædium illius magis principalis, vel cui incorporatur etiam.*

Et sic † vnum tantum est beneficium, Mando. *d. regul. 9. quæst. 10. num. 5. ad finem*, Ferret. *d. cons. 236. n. 1.* 14
& 242. *num. 7. & 255. num. 7.* & dictum est, *d. c. 2. à nu.* 508. vbi adduxi quandam declarationem S. Congregationis Concilij, nam per huiusmodi vnionem vnum omnino transfertur in aliud beneficium, Caccialup. *art. 8. q. 11.* & cum titul. illius cui facta est vnio, confunditur, & efficitur vna massa, seu vnum corpus Sarnen. *d. q. 15.* Mandos. *d. quæst. 10. n. 3.* Flam. Parisius *de resignatione beneficior. libro 2. quæst. 3. numero 50.* & Zerola *in praxi 1. par. verb. beneficium §. 4. dicto 4 2. dubio.*

Et † non datur vacatio beneficij vniti, Oldr. *d. cons.* 15
257. *n. 20* Rebuf. *in praxi d. tit. de vnio. n. 12. & tit. de Vicarijs perpetuis n. 18. & cons. 106.* Sarnen. *d. quæst. 8.* Ferretus *supra, & d. cons. 242. n. 8. & 14.* Nauar. *cons. 6. n. 2. de verbor. signif.* Hojeda *sup. n. 2. decisio.* Pedemont. Cacherani 116. *n. 3.* Rota *decis. 114. n. 5 par 2. diuersor.* & P. de Perusio *d. n. 1.* licet *num. 2. 3. & 4.* videatur variare.

Et † licet P. Gregor. *sup. n. 1.* dicat, quod vnitum 16
perdit nomen beneficij, & non debet dici beneficium, sicut ante, sed per istam vnionem extinguitur, vel supprimitur nomen beneficij, & sic per se non dicuntur talia beneficia vacare, *& nu. 2.* dicat quod quando Ecclesia vna alteri subiicitur, quæ iungitur, non extinguitur, sed amittit nomen suum, & accipit eius cui subiicitur, &c. quod non est verum, nam non solum nomen, sed etiam titulus beneficij extinguitur.

Et † attenditur tantum qualitas & natura beneficij principalis, non autem annexi. glo. *in Clem. per literas, verb. Ecclesias, de præbend.* & ibi cardin. *q. 17.* 17
Imol. *à numero 15.* Abb. 5. Bonif. *à numero 20.* Rebuf. *in dict. repet. §. qui vero 3. notab. 4. conclus.* corras. *de benefic. 1. par. cap. 3. numero 1.* Rota *decis. 114. à numero 4.*

Nam † vnitum assumit naturam, consuetudines, & 18
priuilegia principalis, cui est annexum, glos. *in d. cap. & temporis, & in d. cap. 1.* P. de Perusio *cap. 2. n. 10. &* 19. Nauar. *d. cons. 6. n. 2.* & per propriam prærogatiuam, Nauar. *cons. 10. de maioritat. & obedie. n. 2. & 3.* & dictum est sup. 11 *part. cap. 5. à num. 192.* quidquid dicat Pacian. *de probat. lib. 1. cap. 27. à num. 14.* & tradit supradicta nouissime Gonzalez, *d. glos. 5. §. 7. ex numero 2.*

Vnde fit † primo non videri verum *consilium* eiusdem Nauarr. 13. *de rebus Ecclesiæ*, quod primitiatus 19
prima dignitas cuiusdam Ecclesiæ post Pontificalem authoritate Apostolica vnitus mensæ capituli, non fit suppressus, nec extinctus, nec propter huiusmodi vnionem desierit esse prima dignitas, &c. Nam cum ista vnio sit accessorie facta mensæ capituli, operatur suppressionem, & extinctionem iuxta supra dicta.

Secundo † fit, quod in impetratione debet exprimi principale, nec est opus exprimere vnitum accessorie, Felin. & Selua sup. caccialupus *d. art. 8. quæst. 11.* 20
Petr. de Perusio *d. cap. 9. numero 1. glos. regul. 11. Cancell. ad finem*, Rebef. *in praxi, in dicta forma nouæ prouisionis, verb. cum annexis, & d. tit. de vnio. numero 14. & in 3. part. signatura, verb. annexorum*, Ferret. *dict. cons. 236. & 255.* Menoch. *de arbitrariis libro 2. casu 205. numero 67.* corras. 4. *part. cap. 4. numero 56.* Hojeda *dict. numero 2. & 11.* Flam. Paris. *libro 10. quæst. 2. num. 36.*

num. 36. Pacian. *d.c.* 27. *n.* 7. & 54. Açor *dict. cap.* 28. *quæst.* 20 & Rota *decis.* 786. *sub num.* 3. *par.* 1. *diuersor.* quicquid dicant Rom. *cons.* 362. *num.* 3. & Aymon *cons.* 104. *n.* 12.

21 Et † per collationem principalis habetur vtrumque, neque est necessaria alterius collatio, glos. *verb. de iure in cap. gratiæ de rescript. in* 6. quam ibi sequũtur Domi. & Fran. *n.* 6. Nauarr. *sup.* & Rota in dict. Virdun. & † capta possessione Ecclesiæ seu beneficij principalis, etiam alteri illi vnitæ intelligitur capta, Ferretus, *dict. cons.* 236. *numero* 8. Gonçalez *supra num.* 6.

23 Tertio † fit, quod habens canonicatum seu dignitatem, cui sit vnita parochialis accessorie, & perpetuo debet residere in canonicatu seu dignitate, & nõ in parochiali; *exurpanda, §. qui vero, de præbend.* & ibi Abb. & Rebuf. *ibidem in* 4. *notab.* Pet. de Perusio *cap.* 8 *ad fin.* & S. Congregatio Concil. *in declaratione* 12. supra adducta dicta 3. *par. capit.* 2. *sub nu.* 179.

Vnde † etiam alias cẽsuit S. Cõgregatio super *c.* 24 17. *sess.* 24. *de reform.* quod *Habens duas parochiales, quarum altera est beneficio simplici, vel dignitati in perpetuum vnita, alteram dimittere non tenetur.*

Et alia † *declaratio quæ sic ait, Licet alias fuerit re-* 25 *solutum, quod habens ante Concilium duos Canonicatus, quibus singulis esset vnita parochialis, per hoc decretum non tenetur ad alterius dimissionem, nihilominus in contrarium est veritas, quod alterum dimittere teneatur, videtur intelligenda de vnione æque principali.*

26 Quarto † fit, quod ad Canonicatum seu dignitatem, cui est vnita parochialis accessorie, & perpetuo, non requiritur ætas 25. annorum, quæ in parochiali requiritur. sed sufficit ætas alias in canonicatu seu dignitate requisita, vt in declarationibus sup. adductis 7. *par. cap.* 4. *a num.* 30. Hojeda *sup. num.* 5. Gonçalez *nu.* 13. licet Pet. de Perusio *d. tract. cap.* 7. *quæst.* 3. dicat quod si Eccl. sia parochialis sit annexa beneficio sine cura, requiritur ætas 22. annorum, quod non videtur posse sustineri, neque habere fundamẽtum, cum beneficium sine cura non requirat eam ætatem, &c.

27 Quinto † fit, quod in resignatione sufficiat facere publicationem iuxta constitutionem de publicandis in Ecclesia beneficij principalis, vbi fieri debet, neque erit opus eam facere, etiam in Ecclesia beneficij vniti.

28 Sexto † fit, quod in beneficio vnito non habet locum regula de triennali, quia regula loquitur in possessore titulo beneficij, & quĩ possidet beneficiũ, vt vnitum, non possidet vt titulum beneficij, sed vt membrum, & prædium tituli, iuxta dicta, & sic regula iuuari non potest. Et si aliter diceretur, daretur perpetua suppressio beneficij per præscriptionem triennalem, quod esse non debet, vt ex Sarnen. *de triennali quæst.* 8. Paris, *cons.* 121. *num.* 58. *vol.* 4 Rebuf. *de pacificis num.* 62. & 293. resoluit Rota in vna Romana S. Prisc æ coram D. Chisanen. vt per eum *decis.* 202. in manuscriptis, & in vna Beneuentana Sancti Festi de anno 1552 coram eodem, & per Caputàq. *dict. decis.* 349. *part.* 3. & idem fuit resolutum in vna Terdonen. prioratus 13. Iunij 1594 coram D. Penna nempe in vnione inualida non intrare regulam *de triennali*, & in vna Mediolanen. beneficij 5 Iunij 1596. inf. relata *num.* 192. & post hæc tradit Gonzal. *supra num.* 9. id intelligens *num.* 10. quando opponitur de triennalitate ex parte eius, qui fundatur in vnione, secus vero, si opponatur ex parte possessoris titularis contra actorem prætendentem beneficium esse vnitum.

Et † similiter in vna Perusina eremitorij 10. Mar- 29
tij 1557 coram D. Chisanen. fuit resolutum, *In beneficiis vnitis non habere locum allegationem Lapi, quemadmodum etiam non habet locum dicta regula* de triennali, *Sarnen.* ibid. quæst. 8. *quæ est prope similis regulæ, Cassador.* decis. 2. numero sexto de causa possessio. *Et ideo dandam esse remissoriam ad probandam vnionem.*

Quamuis † diuersum sit in regula *de annali*, in qua 30
non requiritur titulus, vt dictum est *in d. dec.* Chisanen. 202. & sic obtinens beneficium, vt vnitum, potest excipere de regul. *de annali* contra actorem, qui illud impetrauit tanquam beneficium, & titulum, quia ex persona actoris ius metimur, Castado. *decis.* 13. *sup. regulis*, Mandos. *regul. de annali, quæst.* 14 & fuit resolutum in causa Segobricen. Archipresbyteratus 28. Maij 1584. coram D. Bubalo. in † qua fuit dictum 31
regulæ de annali esse locum, cum capitulum per plures annos possedisset Archipresbyteratum, quem alius impetrauit, & debuit iuxta illam intra sex menses ad iudicium euocare facere, non obstante, quod in beneficiis per viam suppressionis vnitis regula non habet locum, Sarneni q. 25. quia est persona actoris, qui illud impetrauit tanquam beneficium, venit ius metiendum. l. 1. §. 1. ff. si pars hæreditat petat. *Ægid.* decis. 916. *Cassador.* dict. decis. 13. &c. *& idem tenet Gonçalez* d. numer. 10.

Septimo † fit, quod lis introducta super beneficio, vt vnito, non est lis super beneficio, vt fuit re- 32
solutum in vna Legionen. præstimoniorum de Palacios 16. Ian. 1595 coram D. Pamphilio, in qua fuit resolutum: *Gratiam si neutri Palatij non esse iustificatam, quoad litem: nam lis introducta inter Franciscum de S. Petro actorem, cuius loco fuit subrogatus Palacios, & Antonium, erat super istis præstimoniis vti vnitis Archidiaconatui Calciaten. & sic cum ius metiatur ab actore,* l. 1. ff si pars hæredit petat. *lis non erat super beneficio, Card.* Clem. dispendiosam, quæst. 36. de iudic. *Cassador.* decis. 3. de iudic. *non obstante commissione obtenta per Guterrium, qui commisit causam restitutionis, & appellationis, &c. quia secunda instantia reputatur eadem cum prima, & non mutat qualitatem primæ: rursus non obstante clausula*, quam & quas, *nec non clausula*, rebusque aliis, &c. *quæ erant in commissionibus dictæ causæ obtentis per Franciscum de S. Petro, & Palacios, quia cum solum fuisset deductum ius annexionis, non fuit in aliis inducta lis, ad L.* 3. C. de transactio. *nec dictam gratiam, si neutri, esse iustificatã quoad vacationem ex persona Antonij, quia non prodest decennalis successori in beneficio, si antecessor mortuus est in lite, ad hoc, vt non teneatur iustificare gratiam illius, etiasi aduersarius fuerit mediatus successor illius-met, & tenet Gonçalez* 3. n. 17.

Vltimo † fit, quod literæ vnionis non dicuntur 33
literæ de beneficio, sed de proprietate, & re profana, Rota *dec.* 2. *n.* 5. *de reb. Ecclesiæ in antiq.* & practicabilia Rotæ *d. n.* 13.

Per istam † tamen vnionem omnia emolumen- 34
ta beneficij vniti transeunt in Ecclesiam, cui facta est vnio, & ad eam pertinent, Petr. de Perusio *cit. numero primo & 22.* Rota *decis.* 758. *& 799. par.* 1. *diuersor.*

Sed aduerte, quod † per vnionem vnius Eccle- 35
siæ ad aliam non alteratur status Ecclesiæ vnitæ, sed debet in tali Ecclesia more solito deseruiri. Ab. per tex. *ibi in cap. proposuisti, num.* 7. *de præbend.* Rota *dec.*

133 *num.*15 *p.art.*2.*diuersor.* & in dicta Virdunen. decanatus de anno 1580. nempe per Vicarium perpetuum, si est curata, vt *in d.c.extirpanda,§.qui vero. de præben.& in Clem.vnica de offic.Vicary.* & si sunt beneficia simplicia per Vicarium temporalem, nisi in Ecclesiis collegiatis vnitis, in quibus debet deputari clerici perpetui, ita Rota *decis.*758.*numero secundo & tertio part.* 1.*diuersorum* Hojeda 1.*par.cap.* 15 *num.*8.

36 De † vnitis vero mensæ prælati vel capituli, seu quoad spiritualia, & temporalia vide dicta sup.*parte præcedenti cap.*2.*à n.*3.

37 Vnio † vero facta æque principaliter nihil aliud operatur, nisi vt rector vnius sit rector alterius, vtrumque tamen beneficium manet beneficium sicut erat, & quælibet Ecclesia in suo statu, & honore remanet, & proprios reditus agnoscit, & gaudet suis priuilegiis glos.*in d.cap.& temporis.*16.*quæst.* 1. *& in d.cap.*1.*ne Sede vacante*, & glos.*in d.Clem.per literas de præben.* & ibi Cardin.Imol.Abb. & Bonif. supra citati *num.*17. Caccialupus *art.*2.*nu.*2.*& art.*8.*quæst.* 3. Pet.de Perusio *cap.*1.*num.*6. *& cap.* 2.*sub num.* 3. Reb.*d.ti.de vnio.n.*15.*& d.ti.*3.*de Vicar. perpetuis n.*3. *& in repet.d.§.qui vero* 3.*notabili ad fi. &* 4. *præmisso.* Corras.4.*par.capit.* 4. *numero* 57 Mandos. *regul.* 12. *quæst.*1.*numero quarto & cons.*27. *numero* 1. 2. 3. *&* 9. Hojeda *dict.* 1.*part.capit.*15. *numero* 2.*& dict.* 2. *par.capit.*3. *num.* P. Greg. *supra numero* 15. & Rota *dicta decis.*114. *&* 73.*part.*2.*diuersor.* Et ita fuit resolutum in dicta Illerd.pensionis, de qua supra *n.*12.& in causa Tirasonen.iuris præsentandi 16.Octobris 1592 coram D Blancheto & 21.Octobris 1594. coram D. lita inf.adductis *num.* 241. & *seq.* Gonçalez *supra à*
38 *nu.*112.

Quod † procedit etiam quando vnio accessorie facta est ad tempus seu vitam, vt fuit dictum in dicta Illerden.ex Cassador.*decis.*2.*de vnio.&* 3. *de iud.* nam non est extinctiua tituli, nec vera, & propria vnio, sed magis quædam palliata dispensatio, licet non dicatur prælatus, aut rector beneficij vniti, sed administrator, Cassador.*ibi* Mandos.*reg.*22.*quæst.*12. *& de signatura gratiæ titul. de vnio,versicul.vnio altera,* Fuscus *d.lib.*2.*cap.*26.*num.*1.*cum aliis adductis supra* 4.*par.c.*4.*nu.*75. Et probatur ex declaratione S. Congregationis Concilij sup.adducta 3.*part. cap.* 2.
3 *num.*509.

Et † sic hodie vnio ad vitam inducit incompatibilitatem, vt dictum est *præcedent. parte cap.*5.*nume-*
4 *ro* 219.

Et †, obtinens canonicatum, cui sit vnita parochialis ad vitam, debet in parochiali residere, & non in canonicatu, vt S. Congregatio Concilij censuit *in declaratione* 13.adducta *d.c.*2.*sub n.*179.

41 Vnde quando † beneficia sunt annexa inuicem æque principaliter, cuiuslibet qualitas, & natura est attendenda. Et sic si alterum illorum esset curatum, vel incompatibile, impediret assequutionē alterius similis sine dispensatione, Reb.*in repet.d.§.qui vero,* 3.*not.in fine.* Alias per assequutionem alterius incom-
42 patibilis vacaret vtrumque annexum.

Quamuis † ipsa beneficia, alias incompatibilia, inuicem vnita, non sunt incompatibilia inter se ratione vnionis, vt tenent Doct. communiter, & est declaratio S. Congregationis Concilij *sup.cap.*17.*sess.* 24.*de refor.* quæ sic ait: *Si duæ vel plures parochiales sunt inuicem vnitæ, non sunt comprehensæ sub hoc decreto, sed possunt legitime retineri tāquam non incompatibilia.*

Secundo † in impetratione oportet facere men- 43
tionem de vtroque beneficio sic annexo, Fel. Selua, Caccialupus, Petr.de Perus. gloss. Rebuf. Hojeda, & Flamin.Paris. citati supra *numer.*20. & Gimon *in enchiridio beneficior.tit.*4.*c.*5.*n.*22.& Corr. *vbi* s. & Pacianus *d.c.*27.*n.*55. Azor *d.q.*20.

Quamuis † si solum facta sit mentio de vno, per 44
clausulam, *Cum annexis*, in literis apponi solitam, cōfertur vtrumque, Rebuf.*d.verb.cum annexis*, Hojeda *d.cap.*3.*n.*12. & per clausulam per supplicationem poni solitam. *Quorum & illi forsan annexum fructus, &c.*

Tertio † habens duo beneficia vnitæ, æque prin- 45
cipaliter requirentia alias residentiam personalem, debet in digniori residere, & alias vbi commodius, & vtilius esse videbitur, ac in æqualitate, in quo maluerit, *d.c.& temporis* 16.*q.*1.Pet.de Perusio *d.tract.* c.8.*& declaratio.*§ Congregationis, 14. & 16. adducta, *d.c.*2.3.*p.n.*179.*&* 1.2. & 3. adductæ ibi sub *n.* 185. quæ sunt videndæ in proposito.

Quarto † in resignatione, seu permutatione hu- 46
iusmodi beneficiorum, sic annexorum facienda erit publicatio in Ecclesia vtriusque, iuxta constitutionem *de publicandis.*

Vltimo † duo beneficia diuersarum diœcesum, 47
vel alias ad diuersos collatores spectātia, essent vnita æque principaliter, in prouisione illorum requiritur consensus vtriusque Episcopi seu collatoris, sicut in † Ecclesiis Cathedralibus, seu Collegiatis sic 48
vnitis, quamuis canonici vnius non sint canonici alterius, electio facienda deberet fieri ab omnibus cōmuniter, & ab vtroq; collegio simul in loco, de quo in vnione conuentum est, vel in digniori, nempe in Cathedrali, quando vna est cathedralis, alias conuentualis; vel alias vbi conuenient. Abb.*d.c.*1.*nu.sexto* Caccialup.*artic.*2.*num.*2.*& art.*8.*quæst.*3 Pet.de Perusio *cap.*1.*num.*6. Quamuis † alias in prouisione be- 49
neficij, cui alterum alterius diœcesis est vnitum accessorie, sufficiat consensus Episcopi beneficij principalis, iuxta supra dicta Petr.de Perusio *de reuocatione vnionis cap.*6.6.*q.num.*4. Puteus *decis.*433.*lib.*2.*& decis.*40. *lib.*1.*&* 15. *lib.*2.*part.* 3. *diuersor.* Gonçalez *supra num.*24.

Vnde † verum est, quod ait Ioan. de Lignano *in* 50
*c.*2.*de religios.domib.* quod si vnum monasterium vniatur alteri, Episcopus maioris monasterij, nempe cui facta est vnio, habebit confirmare Abbatem, quia sit denominatio à capit, *l.cum diuersis,ff.de religios.*.

Quamuis † istud non videri verum dicat Petr.de 51
Perusio *d.tract.de vnio.cap.*10.*num.*4. quia cum Episcopo reseruetur iurisdictio Episcopalis in monasterio suæ diœcesis, vnito dicto *cap.*2.*de religios. domib.*& dicemus infr.*num.* 222 videtur, quod vterque diœcesanus debeat illum Abbatē confirmare, alias derogaretur iurisdictioni Episcopi monasterij vniti, quod fieri non debet, vt *d.c.*2.

Nihilominus † doctrina Ioannis de Lignano est 52
vera, ex dictis, nam quamuis alia iura, & iurisdictio salua maneant Episcopo Ecclesiæ vnitæ, tamen confirmatio seu institutio, aut collatio cessat in Ecclesia vnita ex natura vnionis accessorie, ex quo Ecclesia sic vnita non vacat, vt dictum est *sup.n.*15.& ita tenet Caccialupus *art.*8.*q.*15.*&* 16.

Et ipse † P.de Perusio *d.c.*10.*num.*1 sibi non cō- 53
stans aduertit, quod dicit Innocen.*in c. pastoralis, de donationib.* quod diœcesanus in Ecclesia vnitā habet ius instituendi, non procedere, quia vnita non va-
cat,

cat, *Clem. frequens, de excess. prælator.* Ergo non fit institutio rectoris in ea, sed solum in ea, cui fit vnio.

54 Et † opinio Pet. de Perusio *d. num.* 4. solum procedet, quando vnio est, æque principaliter, iuxta dicta: quamuis Caccialupus, *d. art.* 8. 5. dicat, quod Abbatem confirmabit Episcopus maioris monasterij, etiam quando æque principaliter fieret vnio, neque Innocen. ibi loquitur de Ecclesia vnita absolute, & suppressa.

55 Et an † vnio sit accessorie, vel æque principaliter, colligendum est ex verbis ipsius vnionis, vt si dicat, *quod vnit vnum alteri*, &c. vnio sit accessorie, maxime si dicat, &c. *& incorporamus*: si vero dicat, quod *vniti tale, & tale beneficium, vnio sit æque principaliter.*

56 Et alias † quomodo id cognoscatur, tradunt Ancharr. *consil.* 114. *ad fin.* Felin. *in d. cap. in nostra, de rescript. consil.* 33. *& in cap. translata, numero* 6. *& 7. de constitut.* Selua *d.* 3. *part.* 12. *numero* 20. *gloss. verb. Ecclesias in d. Clem. per literas*, & ibi Cardin. Imola, Bonfacius, & Abb. Rebuff. *d. titul. de vnio. numero* 19. *&* 20. *& in d. rep. §. qui vero, d.* 3. *nota. in fin.* Hojeda *d. c.* 3. *numero* 5. Mascar. *de probat. conc.* 1418. Menoch. *de præsumptio. lib.* 6 *præsumpt.* 80. *num.* 6. & Rota *d. decis.* 114. *part.* 2. *diuersor.* & post hæc Gonzal. *supra à numero* 120.

57 Aduertendum † est tamen, quod annexio prębendę, scilicet canonicalis facta dignitati, personatui, seu officio eiusdem Ecclesię, etsi videatur facta accessorie, tamen non sit per viam incorporationis, & suppressionis, sed vti duo beneficia obtinentur, quamuis contrarium velit Nauar. *consil.* 14. *n.* 4. *de rebus Ecclesiæ.* Nam ad hunc effectum sit ista vnio, vt praxis, & experientia docet, vt obtinens dignitatem sit dignitas inter dignitates, & canonicus præbendatus inter canonicos, conseruato numero canonicorum, & prębendarum, & tanquam canonicus habet vocem in capitulo, &c.

8 Et ideo † est quod collatio prębendę pœnitentiarij spectat ad collationem illorum, ad quos antea spectabat, quamuis prouisio officij pœnitentiarij, cui illa est annexa, vt in decreto S. Concilij *sess.* 24. *de reform. c.* 8 ad solum Episcopum spectet, vt dictum est, *sup. 5. par. c.* 4. *à n.* 137.

59 Et ideo † etiam est, quod non possunt duę prębendę simul teneri in eadem ecclesia, etiam si vna sit annexa dignitati, seu officio, vt dictum est *præcedent. par. à n.* 192.

§. I.

Quis possit vnionem facere, & ex quâ causa.

SVMMARIA.

Solus Papa potest vnire Episcopatus, n. 60. *qui etiam potest vnire omnia alia beneficia*, n. 61.

Episcopus etiam ex legitimis causis potest vnire beneficia suæ diœcesis non exempta, numer. 62. *non tamen poterit vnire omnia beneficia suæ diœcesis*, numero 63. *vbi adducitur declaratio S. Congregationis possunt plures Ecclesiæ, seu beneficia vni vniri*, numero 64.

Legatus a Latere, qui est maior Episcopo, & omnia potest in sua prouincia, quæ Episcopus in sua diœcesi, potest ex causa rationabili, & legitima vnire beneficia suæ prouinciæ, quæ conferre potest nu. 65. *quamuis legatus non alteret, ex quo non potest conferre beneficia, non possit etiam illa vnire, nam qui non potest conferre, non potest vnire*, n. 66.

In hac potestate vniendi succedit capitulum Sede vacante n. 67. *non tamen poterit sibi vnire, sicut Sede plena non potest consentire vnioni faciendæ ipsi capitulo directe, & principaliter, &c.* n. 68.

Vicarius generalis Episcopi vnire non potest sine speciali mandato, etiam si sibi sit data facultas conferendi cum clausula generali, & ad omnia alia, & c. quæ non extenditur ad maiora, num. 69. *quamuis contra teneant Mohed. & Hieron. Gabr. & Gambarus relati* nu. 70.

Inferior Episcopo, etiamsi habeat facultatem conferendi, non potest vniones facere, nisi hoc ei competat ex priuilegio, vel præscriptione immemoriali, aut quadragenaria cum titulo, aut nisi haberet iurisdictionem Episcopalem, n. 71. *& 72. possunt etiam inferiores Episcopo facere vnionẽ, stante consuetudine proprie sumpta præscripta, licet non immemoriali*, num. 73. *& pro prædictis facit declaratio S. Congreg. adducta*, n. 74. *nec obstant aliæ declarationes adductæ*, n. 75. *quibus respondetur* n. 76.

Potest Episcopus facere vniones etiã monasteriis, & locis religiosorum, n. 77. *etiamsi religiosi, & monasteria sint exempta*, n. 78. *ac fabricæ Ecclesiæ etiam Cathedralis*, n. 79. *nec obstat declaratio adducta* nu. 80. *cui respondetur* n. 81. *& comprobatur ex alia declaratione adducta* n. 81.

Potest Episcopus facere vnionem cum onere legendi, num. 82 *non tamen potest facere vniones ad tempus, seu ad vitam, sed solus Papa* n. 83. *& sic* cap. 15. sess. 24. de reformat. *non habet locum in suppressionibus ad tempus, sed perpetuis ex S. Congregationis*, numer 84.

Hæc facultas vniendi restringitur à Concilio in aliquibus casibus, primo, in terminis, cap. 9. sess. 14. de refor. *vt beneficia vnius diœcesis non vniantur beneficiis, seu locis alterius*, n. 85 *secundo in terminis* c. 13. sess. 24. *vt beneficia curata non vniantur monasterius, dignitatibus, prębendis, seu aliis beneficiis simplicibus, &* c. n. 86. *quo decreto non solum vnio parochialis est prohibita, sed etiam partis fructuum, ex S. Congregatione, sicut in terminis* c. 16. sess. 25. de reform. *beneficia curata in simplex conuerti non possunt, etiã pro parte fructuum, vt in declarationibus positis* nu. 87. *& notatur error Gonzalez* n. 88. *Tertio restringitur in terminis*, c. 18. sess. 23. & c. 15. sess. 24. de refor. *ad beneficia simplicia, & sic* d. c. 15. *non comprehendit dignitates, ex S. Congregatione* num. 89. *Quarto in terminis* c. 9. sess. 25. *vt beneficia libera non possint vniri beneficiis, vel hospitalibus iuris patronatus*, num. 90.

An Episcopus possit vnire beneficia reseruata, seu deuoluta a n 91. *resoluitur quod sic, nam reseruatio non impedit fieri vnionem per ordinarium, sed suspenditur eius effectus pro tempore prouisi de illo à Papa, præterquam si reseruatio esset perpetua, vt in prima dignitate, quicquid aliqui dicant.*

Similiter reseruatio superueniens impedit effectum vnionis, & illum suspendit, donec reseruatio cesset, ex quo sit motu proprio, quamuis aliud sit in prouisione Papæ subsequente ad instantiam partis, non facta mentione seu suspensione vnionis, numero 94. *quamuis contra teneat Felinus dicens vnionis effectum non*

suspendi per reseruationem superuenientem &c. nu. 95. *& quamuis Rebuffus dicat reseruationem generalem non impedire vnionem; quia beneficium per vnionem dicit suppressum, ob id non dicitur amplius vacare*, numero. 96. *vnio enim de beneficio non vacante impedit eius vacationem pro prima vice, imo vt vnio intret, & habeat effectum, requiritur vacatio illius*, numero 97. *vnio enim ista non fit, vt ex nunc, sed in futurum, cum vacauerit*, nu. 98. & seq. *vbi adducitur declaratio S. Congregat.*

In terminis Concilij, sess. 21. c. 5. & sess. 23. c. 18. & sess. 24. c. 13. de refor. *reseruatio non impediet, nec suspendet effectum vnionis, ex illis decretis*, n. 100. & seq. *vbi adducitur resolutio Rotæ.*

Id solum habet locum in vnionibus factis ante vacationem, alias non valent vniones de beneficiis reseruatis facta virtute illorum decretorum, c. 18 & 19. *ex S. Congregatione, vt in declarationibus positis*, numero 102. *Consonat Concilium Bononien. adductum* numero 103. *nec obstant aliæ declarationes adductæ* num. 104. *quia intelliguntur, vt possit Episcopus vnire beneficia reseruata, etiam post vacationem quando vacantia in suo mense, & ad eius collationem spectantia ipse prius vniuit, alias secus, vt in prioribus declarationibus, & idem quando vniret ante ipsorum vacationem, si tempore vnionis erant affecta, eadem enim ratio fraudis tunc militat*, n. 105 & seq. *ob quam fraudem fuit, etiam alias de cretum, quod si Episcopus beneficia vacantia seminario non applicaret detrahat tantum taxæ seminarij, quantum illa redderent, & de sua mensa assignet, &c. vt in declaratione S. Congregationis posita*, n. 107.

Causæ, ex quibus ab ordinariis debet fieri vnio, ad duas reducuntur, scilicet ad euidentem necessitatem, vel vtilitatem, n. 108. *& plures adducuntur causæ, à cuatis* n. 109.

Vnio magis concernit iustitiam quam gratiam, & cum causa præsertim necessitatis, tenetur Episcopus eam facere, & si recusaret, posset adiri superior, n. 110. *& similiter si capitulum nollet consentire, recurrendum est ad superiorem, & posset compelli, si iusta causa subesset*, numero 111. *in terminis autem Concilij* di. cap. 15. sess. 24. *potest Episcopus, sed non tenetur, nec Metropolitanus potest supplere, ex S. Congregatione*, num. 112.

Vnio facta per ordinarium sine causa, vel ex causa falsa, etiam seruata iuris forma, est nulla ipso iure, nu. 113. *quicquid in facto ex falsa causa dicant ciuati*, n. 114.

Et iam vnio Apostolica facta ex causa falsa est nulla, n. 115. *etiamsi facta sit Motu proprio*, n. 116. *& etiam surreptio vitiat ipso iure vnionem Apostolicã*, n. 117. & seqq. *vbi adducuntur resolutiones Rotæ.*

Non præsumuntur causæ vnionis veræ, etiamsi ordinarius, vel legatus eas inserat in vnione, & asserat esse veras, sed iuuans se vnione, tenetur illas probare, num. 120.

Si ordinarius, vel legatus in ipsa vnione enunciet adhibuisse causæ cognitionem & solẽnitates requisitas, & reperisse causas esse veras, videtur standum eius assertioni, & præsumendum esse pro vnione, donec contrarium probetur, etiamsi processerit parte non vocata, quia forte nullus tunc aderat, qui deberet vocari, num. 121. *quamuis contradicat practicabilis Rotæ*, num. 122.

Ratio est, quod licet alias regulariter non præsumatur solemnitas extrinseca, etiam enunciata in instrumento quæ tempore actus verisimiliter interuenire non potuit parte opponente, tamen pro decreto, vel actu iudicis in quo enunciatur solemnitates, præsumitur, quod omnia sint solemniter acta, nisi contra probetur, à n. 123.

Id intelligitur quando causæ, & solemnitates requisitæ nominatim, & in specie exprimuntur secus in genere, num. 126. *Sed quod præsumatur etiam pro decreto, si in genere exprimantur solemnitates, dicendo in communi causa cognita, vel iuris solemnitate seruata, tenent alij* num. 127. *& absolute Surdus relatus* numer 128.

Omissa concordia Alciati, quod prima procedat in decreto requirente diligentem, & magnam causæ cognitionem, secunda in requirente leuem, quæ est probabilis, concordantur, vt prima procedat quando solemnitates enuntiantur à tabellione, seu notario, in instrumento decreti, secunda quando enuntiatio solemnitatum in genere fit ab ipso iudice, n. 129. & 130. *& declaratur quod ait Menoch. relatus* n. 131.

Tenetur dicta doctrina, quamuis contra eam, quod non fietur assertioni, etiam iudicis, qui non potest facere actum sine cognitione causæ, & solemnitate, si dicat eam adhibuisse etiam in specie, sed debere aliter de eo apparere ex separata scriptura, teneant Rom. & alij, n. 132. *& regul.* l. si forte, ff. de castren. si pec. *non procedit in iudice, pro quo iura præsumunt fuisse enuntiatione solemnitatem*, n. 133.

An si iudex delegatus, seu executor, cui iuxta regulam Cancellariæ committitur, vt si vocatis vocandis repererit causas esse veras, vnionem faciat, &c. referendo adhibuisse causæ cognitionem, & causas reperisse veras, procedat ad vnionem, præsumatur pro illo, & ei fides in iudicio contradictorio adhibeatur super veritate causarum, à n. 134. *resoluitur negatiue non obstante supradicta doctrina, quæ non procedit in executore, & iudice delegato, pro cuius decreto non ita præsumitur.*

Obiicitur, quod delegatus, cui Papa committit, vt se diligenter informet de vtilitate causa, & si repererit in euidentem vtilitatem Ecclesiæ cedere alienationem, confirmet, seu licentiam alienandi concedat, satis est, si adhibeat cognitionem extraiudicialem absque citatione, & pro eo & eius sententia præsumitur absque processu, &c. nu. 136. & seq. *vbi adducitur resolutio Rotæ.*

Respondetur hoc procedere, quando Papa simpliciter committit alicui, vt se informet, &c. tunc enim circa informationem statur eius assertioni, & pro eius decreto præsumitur absque processu, n. 138.

Quod non solum videtur procedere, vbi non est clausula vocatis vocandis, & nullus est contradictor, sed etiam vbi est d. clausula, nullus tamen st contradictor, nec qui debeat vocari, ex quo etiam tunc proceditur extraiudicialiter, n. 139. *at supradicta resolutio procedit, vbi committitur cum clausula vocatis vocandis, quæ facit executorem mixtum, & est interesse habens, qui debet vocari, seu alias est contradictor. tunc enim debet fieri processus, &c.* n. 140.

Si apparet de processu, seu actis super vnione, & receptione testiũ, sine parte vocata, siue nõ, quia non erat, qui deberet reuocari, stabitur illis, donec cõtra probetur, si postea res deducitur in litigium, nu. 141. *Facit quod vbi in alienatione rerum Ecclesiæ seruata fuit forma, & iuris solemnitas, in dubio præsumitur facta ex causa iusta*, numero 142. *quamuis quando fuit processum parte non vocata, etiamsi sit in possessione, qui obtinuit vnionem, contra tenent Ægidius, & practica-*

practicabilia Rotæ, n. 143.

Inuenta prædicta accipitur dictum Card. quod sufficit, quod de vnione constet: debet enim præsumi omnia fuisse solemniter acta, &c. n. 144.

60 AD Quartum † dicendum est, solum Papã posse vnire Episcopatus, capitulo, sicut vnire, de excessibus prælatorum, Rebuf. *d. tit. de vnio. n.* 22. 23. & 25. Duaren. *d. lib.* 5. *c.* 6. Pet. Greg. *c.* 20. *n.* 6. Hoieda *d. c.* 3. *nu.* 7. Lancel. *d. tit. de vnio.* §. *non tamen*, & Cenedo plures referens *collect.* 87. *ad Decretales, num.*

61 1. qui † etiam potest vnire omnia talia beneficia, cũ in eis habet plenam potestatem, *cap.* 2. *de præbend. in* 6. *& Clem.* 1. *vt lite pendente*, Caccialupus *art.* 3. *nu.* 1. *& art.* 4. *num.* 1. *ad* 2. P. de Perusio *cap.* 4. *nu.* 2. Rebuf. *d. num.* 23 & Hoieda *ibi.* & Azor 2. *part. lib.* 6. *cap.* 28. *quæst.* 6.

62 Episcopus etiam † ex legitimis causis potest vnire beneficia suæ diœcesis non exempta *d. cap. sicut vnire*, vbi sic dicitur, *Sicut vnire Episcopus, atque potestati subiacere aliena, ad S. Pontificem pertinere dignoscitur, ita ad Episcopum Ecclesiarum suæ diœcesis vnio, & subiectio earumdem, cap. exposuisti de præben.* vbi Panor. & alij *c. consultationibus, c. pastoralis. de donat. clem. si vna, de rebus Ecclesiæ, & cle.* 1. §. *ad hæc, de statu monachor.* Rota *decis.* 1. *& 2. de offic. legati in nouis*, Caccialupus *art.* 2. *quæst.* 5. *num.* 18. Pet. de Perusio, *cap.* 4. *ex num.* 21. Rebuf. *d. tit. de vnio. num.* 22. *& in rep. d.* §. *qui vero.* 4. *præmisso, & notab.* 3. *versic. de iure autem*, Gamba. *d. lib.* 5 *rubr.* 1 *num.* 35. Mandos. *d. tit. de vnio.* Duar. & P. Gregor. *sup.* Hojeda *d. nu.* 7. Lancel. *d.* §. *non tamen*, Fuscus *de visitatione lib.* 2. *cap.* 2. *numero* 19. Nauar. *consil.* 9. *numero primo de offic. ordinarij, &* 20. *de præbend. &* 15. *numero primo de rebus Ecclesiæ*, practicabilia Rotæ *d. cap. de vnione, à numero decimo*, Rota *decis.* 133 *num.* 5 *par.* 2. *diuersorum.* & Azor *dict. quæst.* 6.

63 Non tamen † poterit Episcopus vnire omnia beneficia suæ diœcesis, Oldrad. *consil.* 262. *numer.* 2. & S. Congregatio Concilij super *c.* 18. *sess.* 23. *de refor.* sic censuit, *Concilium non decernit, vt omnia beneficia simplicia vnantur Seminario, sed aliquot, ideo vnio facta omnium beneficiorum non valet, vt alias decreuit Congregatio.*

64 Quamuis † possint plures Ecclesiæ, seu beneficia vni vniri, Caccialupus *art.* 4. *quæst.* 12.

65 Similiter † etiam legatus à latere, qui est maior Episcopo, & omnia potest in sua prouincia quæ Episcopus in sua diœcesi, vt sup. dictum est 1. *p. cap.* 5. *num.* 183. potest ex causa rationabili, & legitima vnire beneficia suæ prouinciæ, quæ conferre potest, Rota *decis.* 459. *in antiq.* alias 3. *de offic. legati. & decis.* 1. *& 2. eodem tit. in nouis*, Ægidius *decis.* 512. Abb. *in c. fin. de confirmatio. vtili* & ibi Dec. *à nu.* 19 idem Abb *in cap. sicut vnire, num.* 5. *&* 6. Rebuf. *in praxi, d. tit. de vnio. num.* 24. *& in regul. de vnio. gloss.* 11. *num.* 13. *& in reper. d.* §. *qui vero, d. notab.* 3. *versicul. de iure autem.* Gambarus *sup. à num.* 41. Petr. Gregor. *sup.* Hoieda *d. num.* 7. Cuchus *in institutio. maiorib. lib.* 2. *tit.* 5. *à num.* 87 practicabilia Rotæ *sup. numero* 12. P. de Perus. *c.* 4. *numero* 3. & Caccialup. *art.* 3. 2. *q. ex num.* 2. qui tamen videtur remanere dubius, Villad. *de legato. q.* 9. *à nu.* 82. & Azor 2. *part. lib.* 5. *c.* 29. *quæst.* 14. *& seq. & lib.* 6.

66 *cap.* 28. *quæst.* 8.

Quamuis † legatus non à latere, ex quo non potest conferre beneficia *c.* 1. *de off. legat in* 6. non possit etiam illa vnire, nam qui non potest conferre, non potest vnire, Caccialupus *artic.* 3. *num.* 12. *&* 14. Pet. Greg. & practicabilia Rotæ *nu.* 9. *vbi sup.* & alij conducunt dicta in simili *de pensione supr. d.* 1. *part. capit.* 3. *numero.* 286. licet contra teneat Villadieg. *supra num.* 87.

Et in hac † potestate vniendi succedit capitulum sede vacante, Caccialup. *art.* 3. *quæst.* 6. *num.* 19. Pet. de 67
Perus. *cap.* 4. *numero* 29. Rebuf. *d. tit. de vnio. num.* 36. *& tit. de deuolutio. nu.* 100. P. Gregor. *sup. num.* 8. Zerol. *in praxi Episcopali*, 1. *par. verb. vnio.* § 11. *&* 2. *par. verb. capitulum* §. 4. *& verb. vnio.* § 7. & Marc. Anton. Genuen. *in praxi Archiepiscopali curiæ Neapolitanæ cap.* 85. *nn.* 25. Azor *d. lib.* 6. *cap.* 28. *q.* 9. quicquid dicant Paulnus *de offic. & potestat. capit. Sede vacante* 3. *quæst.* 2. *par. à num.* 17. Hoieda *d. num.* 7. & Cuchus *d. lib.* 2. *tit.* 9. *num.* 87. & Azor sibi contrarius *d.* 2. *p. lib.* 3 *c.* 38. *q.* 9. Non † tamen poterit capitulum Sede va- 68
cante sibi vnire, vt censuit S. Congregatio Concilij super *cap.* 15. *sess.* 24. *de refor.* his verbis, *Capitulum Sede vacante non potest supprimere quodcumque beneficiũ & sibi vnire.* Sicut Sede plena non potest consentire vnioni faciendæ ipsi capitulo directe, & principaliter, & ideo requiritur authoritas Papæ, *d. clem. si vna.* §. *fin. vt inf. à n.* 168.

Vicarius autem etiam generalis † Episcopali vnire 69
non potest sine speciali mandato, etiam si sibi sit data facultas conferendi cum clausula generali, & ad omnia alia, etiam requirentia speciale mandatũ, quæ non extenditur ad maiora expressis, *cap. qui ad agendum, de procurat. in* 6. *clem.* 2. *eodem tit.* ita Caccialupus *art.* 3. *q.* 8 *num.* 23. Pet. de Perus. *c.* 4. *numero* 32. Paris. *cons.* 40. *lib.* 4. Rebuf. *in praxi in forma vicariatus numero* 102. *& dict. tit. de vnio. numero* 37. Mandos. *d. tit. de vnio. versic. vicarius tamen*, Hoieda *d. numero* 7. Cuchus *d. lib.* 2. *tit.* 8. *num.* 106. Sbrocius *de vicario Episcopi lib.* 2 *q.* 115. Açor *d. lib.* 3. *cap.* 44. *q.* 11. *& lib.* 6. *cap.* 28. *q.* 10.

Quamuis Mohedanus † *decis.* 3. *de offic. vicarij*, & 70
Hieronym. Gabr. *consil.* 200. *nu.* 3 *lib.* 1. teneant contrarium, nempe Vicarium posse vnire, & quamuis Gambarus *sup.* ex *num.* 115. teneat vicarium habentem mandatum ad conferendum beneficia, posse vnire. Inferior etiam † Episcopo, etiam si habeat facultatem conferendi, non potest vniones facere, 71
nisi hoc ei competat ex priuilegio, vel præscriptione immemoriali, aut quadragenaria cum titulo *d. c. sicut vnire. & d. Clem.* 1. §. *adhæc*, & ibi glos. *verb. ordinarios*, Abb. *in d. cap. sicut vnire. num.* 3. & ibi Alexan. de Neuo *in additio.* Felin. *in cap. auditis, num.* 9. *de præscrip.* Caccialupus *art.* 3. *quæst.* 7. *&* 9. & Pet. de Perusio *cap.* 4. *num.* 29. *&* 30. & idem *de permutat. beneficior.* 2. *par. qu.* 8. *num. quadragesimo secundo*, Gambar. *in capit. vnic. de rerum permutat. in* 6. *numero* 113 Gimon. *in enchiridio benef. tit.* 5. *cap.* 2. *num.* 16. *&* 17. *&* 30. Nicol. Delphinas *de iurepatron. lib.* 2. *q.* 12. *num.* 153 (qui aiunt posse præscribi ius vniendi, & authorizandi permutationem) & Rebuf. *tit. de vnio. numero* 32. *&* 33. & in forma Vicariatus *numero* 102. *& in rep. d.* §. *qui vero.* 4. *præmisso, &* 3. *notabi. verb. de iure autem*, Paris. *sup.* Hoieda *d. nu.* 7. Pet. Gregor. *nu.* 7 *sup.* Fuscus *d. cap.* 26. *num.* 7. Lancellot. *d.* §. *non tamen*, in text. & in gloss. *verb. inferiores*, Sbrocius *n.* 12. & practicabilia Rotæ *num.* 10. *vbi sup.* Açor *dict. cap.* 28. *quæst.* 11.

Aut † nisi haberent iurisdictionem Episcopalem, 72
quia posset vnire. Cardin. *consi.* 47. Abb. & Alexan. de Neuo *sup.* Caccialupus *d. q.* 7. Gambarus *d. lib.* 5. *rubrica* 1. *num.* 16. Pet. Gregor. *sup.* Lancellot. *d. verb.*

inferiores, practicabilia Rotæ, *sup. numero* 11. Flores *q.* 24. *num.* 15. Manuel Rodriguez *quæst. reg. tom.* 3. *q.* 80. *art.* 1.

73 Possent † etiam inferiores Episcopo facere vnionem stante consuetudine proprie sumpta præscripta, licet non immemoriali, ex Bellamera *de permut. benefic.* 1. *p. q.* 2. *n.* 9.

74 Et pro prædictis † facit declaratio S. Congregationis sup. *cap.* 5. *sess.* 21. *de reform.* quæ sic ait: *Censuit Congregatio dignitati curatæ posse vniri aliam dignitatem ex causa paupertatis iuxta hoc decretum, & sess.* 24 *c.* 13. *eamque vnionem facere posse Abbatem, si sibi hanc facultatem vniendi legitime præscripsit, aut ex priuilegio in Ecclesia sibi pleno iure subiecta iurisdictionem quasi Episcopalē habet in omnibus, & per omnia, alioquin vnionem faciendam esse per Episcopum cum consensu ipsius Abbatis & capituli.*

75 Neque obstant † sequentes declarationes sup. *cap.* 15. *sess.* 24. *de reform.* ex quibus videtur inferiorem etiam habentem iurisdictionem quasi Episcopalem non posse facere vniones. Prima, *an Abbati exempto collegiatæ secularis habenti iurisdictionem ordinariam & quasi Episcopalem, licet in sua Ecclesia, vbi præbendæ simul cum distributionibus quotidianis adeo tenues sunt, vt pro sustinendo decenti canonicorum gradu, loci, & personarum qualitate, non sufficiant, cum consensu capituli aliquibus ex iis suppressis, & earum fructibus, & prouentibus reliquarum præbendarum distributionibus applicatis eas ad pauciorem numerum reducere. Congregatio censuit non licere id Abbati, sed Episcopo, tamen cum consensu capituli, si modo ipsa collegiata Ecclesia insignis sit, & alias seruentur, quæ prascripta sunt à Concil. in hoc cap.* Secunda, *quæsitum fuit, an hoc idem liceret Abbatibus, & secularibus exemptis habentibus iurisdictionem ordinariam, & quasi Episcopalem? Respon. Abbati qui iurisdictionem quasi Episcopalem habet, etiam si esset exemptus, & ordinarius illius Ecclesiæ, & si in dicta Ecclesia omnia, quæ in hoc decreto continentur, concurrant, non licet, sed tantam Episcopo prout hic.* Tertia, *prælatus collegiatæ Ecclesia hanc tenuium præbendarum suppressionem facere non potest, licet sit exemptus, & Ecclesia sit insignis, cum hanc solis Episcopis Concilium concesserit cum consensu suorum capitulorum.*

176 Quia istæ † declarationes solum id negant in specie illius decreti, quod solis Episcopis id concedit cum consensu capituli, quod *Censuit congregatio intelligendum esse tantum de consensu illius capituli, cui fit vnio.*

77 Et potest Episcopus † facere vniones etiam monasteriis, & locis religiosorum, *vt in d. cap. consultationibus, & d. c. pastoralis & d. Clem. si vna,* Rota *decis.* 2. *de offic. ordinarij in antiq.* Felin. *in c. in nostra nu.* 42.

78 *de rescrip.* † etiamsi religiosi, & monasteria sint exempta, Cald. *cons.* 5. *de rebus Ecclesiæ,* Card. *in d. Clemen. si vna, n.* 11. Caccialup. *art.* 4. 4. *q.* & practicabilia Rotæ *sup. n.* 1. quamuis contra teneat P. de Perus. *c.* 4.

79 *n.* 10. ac † fabricæ Ecclesiæ etiam cathedralis, Imol. *in d. Clem. si vna nu.* 14. *& in c. cum accessissent, n.* 4. *de constit.* & ibidem Felin. *num.* 22. Rota *d. decis.* 133. *n.* 6. *p.* 2. *diuers.*

80 Neque obstat † sequens declaratio sup. *d. c.* 15. *sess.* 24. data Episcopo Tudertino, *Episcopus, seu ordinarius non potest simplicia beneficia vnire distributionib. capellanorū Ecclesiæ cathedralis pro diuini cultus augmento, & similiter non potest eas vniones facere fabricæ, seu sacristiæ ob eius paupertatem ad ornatum, & alia Ecclesiæ necessaria: etiam attento quod sufferat omnia onera dictæ Ecclesiæ, & parum possideat,* † *quia intelligenda est non posse Episcopum per illud decretum,* d. c. 15. *& ex vi eius facere istas vniones, cum loquatur solum de præbendis.* Non tamen negat id posse facere alias ex iure communi, &c. 81

Quæ † intelligentia comprobatur ex alia declaratione super *d. c.* 15. quæ videtur eadem cum illa, & sic ait: *Per hoc decretum non licet Episcopo vnire beneficia capellaniis, etiam Cathedralis, quæ habeant reditus tenues, cum loquatur solum de præbend. item neque sacristiæ, neque fabricæ.* 82

Potestque Episcopus † facere vnionem cum onere legendi, Caputaqu. *decis.* 348. *part.* 3. & Zerola 2 *part. verb. vnio. §.* 2. 83

Non tamen † potest facere vniones ad tempus, seu ad vitam, sed solus Papa, Staph. *de literis gratia, tit. de modis prouisionis, nu.* 19. Gambarus *d. lib.* 5. *rub.* 1. *a n.* 17. *&* 127. dicens, quod hæc vnio, neque Episcopo, vel legato conceditur, nisi habeant specialem facultatem, &c. Mandos. *in reg.* 12. *q.* 6. *n.* 5. *& reg.* 19. *qu.* 10. *numero* 5. *& q.* 16. *numero* 4. *& reg.* 22. *q.* 11. *numero* 2. *& in praxi signaturæ titul. de vnio. versic. vnio altera,* Moheda. *decis.* 1. *de officio vicarij,* alias 94. *& decis.* 3. *de locato,* alias 95. Zerola 1. *part. verb. vnio §.* 7. & Concilium Prouinciale Bononien. *tit. de vnio. §. quæ obstant vnionibus beneficiorum,* vbi *in fine* sic ait: *Quocumque autem casu beneficia quæcumque ad vitam vnire omnino est interdictum,* & nouissime Açor *d. lib.* 6. *capit.* 28. *q.* 17. 84

Vnde S. Congregatio † censuit, quod decretum Concilij *cap.* 15. *sess.* 24. *de reformat.* non habet locum in suppressionibus ad tempus, sed perpetuis, non tamen vniones ad vitam fieri prohibentur per Concilium, *sess.* 7. *cap.* 4. vt perperam ait Gonçalez *glos.* 5. *§.* 7. *num.* 146. sed ibi solum decernitur, quod inducant incompatibilitatem, vt supra 11. *p. cap.* 5. *num.* 219. 85

Hæc autem facultas vniendi † restringitur à S. Concil. Trident. in aliquibus casibus, videlicet in terminis *c.* 9. *sess.* 14. *de reform.* vt beneficia vnius diœcesis non vniatur beneficiis seu locis alterius, notant Fuscus *d. lib.* 2. *c.* 26. *n.* 24. Hojeda *d. cap.* 3. *nu.* 6 Zerola 1. *part. verb. vnio. §.* 8. Açor *d. q.* 17. quamuis antea possent vniri, vt per Caccialupum *c.* 4. *q.* 13. *& articul.* 6. *nu.* 8. 86

Secundo † in terminis *cap.* 13. *sess.* 24. *de reformat.* vt beneficia curata non vniantur monasteriis, dignitatibus, præbendis, seu aliis beneficiis simplicibus, &c. Hojeda *ibi,* & Zerola *ibi, & §.* 2. Açor *dict. quæstione* 17. 87

Quo † decreto censuit S. Congregatio, *Non solum vnio parochialis est prohibita, sed etia aliqua pars fructuum earum vniri non potest,* sicut in terminis *cap.* 16. *sess.* 25. *de reforma.* beneficia curata in simplex conuerti non possunt, etiam pro parte fructuum, &c. vt in sequentibus declarationibus super *d. c.* 16. Prima, *Parochiales Ecclesiæ in simplex beneficium conuerti non possunt, quod intelligēdum est etiam in aliqua parte fructuum ipsius parochialis.* Secunda, *Nec ordinarius dismembrare potest beneficia curata, ac vnire beneficiis simplicibus.* Tertia, Ibi: *Non conuertantur, etiam pro parte, videlicet ex parte etiam minori fructuum parochialis constituere beneficium simplex.* Quarta, *Non poterit ordinarius separare ab Ecclesiis parochialibus beneficia simplicia, siue oratoria, si illis vnita essent: etiamsi illis separatis parochiales non egeant.* 88

Ait autem post hæc † Gonçalez *glos.* 6. *num.* 96. quod decretum Concilij *d. c.* 13. vbi disponitur, quod Eccle- 89

Ecclesiæ parochiales non vniantur, locum habet, quando vere sit Ecclesia parochialis, & habet certos fines, alias non, vt censuit S. Congregatio Concilij per hæc verba: *Parochiæ, quæ certos fines nō habent, sed certum tantum populum, & per certas familias distinguuntur, vsque adeo vt sacramenta promiscue non administrentur, hoc Concilij decreto vtiquam non comprehenduntur, in quo certe fallitur Gonzalez*: nam ista declaratio non refertur ad dictum decretum *in versi. in vniombus*, sed *in versi. in iis quoque*, sicut alia declaratio, quę ait: *Congregatio Concilij censuit sufficere ad hoc vt non sit locus* cap. 13. sess. 24. de reform. *curam esse distinctam.*

89 Tertio restringitur † in terminis *cap. 18. sess. 23. & cap. 15. sess. 24. de reform. ad beneficia simplicia.* Vnde in vna Elnen. *Congregatio censuit dictum decretum cap. 15. non comprehendere dignitates.*

90 Quarto in † terminis *c. 9. sess. 25. de refor. versi. insuper*, vt beneficia libera non possint vniri beneficiis, vel Hospitalibus iuris patronatus.

91 Sed an Episcopus possit † vnire beneficia reseruata, seu deuoluta, dic quod sic: nam reseruatio non impedit fieri vnion. em per ordinarium, sed suspenditur eius effectus pro tempore prouisi de illo à Papa, Rota *decis. 4. & 6. de rebus Ecclesiæ, in antiq.* Cardin. *in d. clemen. si vna. in princ. quæst. 6.* Francus *in c. si sibi absenti, num. 11. de præben. in 6.* Felin. *in cap. in nostra de restrip. consil. 27.* Staphil. *de literis gratiæ, 2. forma mandati, num. 7.* Selua 3 *par. quæst. 11. numer. 26 14. qualitate*, Æneas de Falco. *de reseruatio. quæst. 4. principali effectu* 23. Mandos. *reg. 12. qu. 5. nu. 3.* Granutius ad Simonetam *de reseruatio. q. 43.* Zerola *d. verb. vnio. §. 7. 1. dub.* sic intelligendus 2. *dub. seq. & 2. part. eodem verb. §. 8. 10. & 16.* practicabilia Rotæ, *d. c. de vnione n. 12* & Hojeda *d. cap. 3. numero 7. & 22.* qui id recte intelligit *n. 7.*

Præter † quam si reseruatio beneficij esset perpe-
92 tua, vt in 1. dignitate post Pontificalem, quæ semper reseruata est, seu affecta per regulam Cancellariæ, & ideo non potest vniri per Episcopum.

Et ita absolute † tenendum est, quamuis Abb. *in*
93 *d. c. sicut vnire, ad fin.* & ibi Alexand. de Neuo *in additio.* Caccialupus *artic. 4. q. 6.* & P. de Perusio *c. 4. nu. 6. & 24.* & Açor *d. lib. 5. c. 29. q. 17. & lib. 6. cap. 28. q. 16.* dicant, quando Papa suæ dispositioni, seu ordinationi reseruat, seu reseruauit sibi ordinationem & dispositionem, non posse vniri: & quamuis Nauar. *consil. 12. de rebus Ecclesiæ* videatur velle non suspendi effectum vnionis per deuolutionem, vel reseruationem: & ita posthæc & tenet Gonçalez supra *d. glo. 5. §. num. 136.*

Et similiter etiam reseruatio † superueniens im-
94 pedit effectum vnionis, & illum suspendit, donec reseruatio cesset, ex quo fit motu proprio. (Quamuis aliud sit in prouisione Papæ subsequente ad instantiam partis, non facta mentione, seu suspensione vnionis, Rota *decis. 3. de rerum permutat. in antiq.* Bellamera *de permutat. benef. 3 par. q. 9 n. 11.* practicabilia Rotæ *sup. n. 15. versi. vnio per prouisionem*, Zerol. 1. *par. verb. vnio. §. 7. 1. dub.* & dicitur *sup. 11. par. c. 4. n. 28.*) Rota *d. decis. 4. & 6.* Caccialup. *art. 9. q. 5.* Æneas *d. q. 4. effectu* 42. practicabilia Rotæ *nu. 12. versic. vnio facta ab ordinario de beneficio.*

Quamuis contrarium in hoc teneat Feli. *d. consi. 27.*
95 dicens vnionis effectus non suspendi per reseruationem superuenientem, etiam motu proprio, non facta mentione de vnione, quem sequitur Selua *vbi supra.*

Et quamuis † Rebuf. *d. tit. de vnio. n. 31.* absolute, & 96
indistincte dicat, generalem reseruationem non impedire vnionem, quia beneficium per vnionem dicitur suppressum, ob id non dicitur amplius vacare, *cum accessissent. de constitutio.* & sequitur Menoc. *consi. 294. n. 4. 10. & 17. lib. 3.*

Sed falsum est, vnionm † factam de beneficio non 97
vacante impedire eius vacationem pro prima vice, imo vt vnio intret, & habeat effectum, requiritur vacatio illius, Mandos. *reg. 12. q. 5. n. 2.*

Vnio † enim beneficij ante vacationem facta non 98
fit, vt ex nunc, sed in futurum, cum vacauerit, gl. *in d. Clem. 1.* vna verbo *vocatus*, & ibi Doctores.

Et est † declaratio S. Congregationis *sup. cap. 18.* 99
sess. 23. ibi: *Ante vacationem, &c. vt vnio facta sit, non prout ex nunc, sed in futurum, vt per decessum obtinentis censeatur beneficium incorporatum, & vnitum Seminario.*

In terminis autem † Concilij *sess. 21. cap. 5. & sess. 23.* 100
c. 18. & sess. 24. c. 15. de refor. reseruatio non impediet, nec suspendet effectū vnionis ex illis decretis, quod non aduertit Menoch. *d. consi. 294.* vbi agit de vnione facta Seminario de beneficio, quod prætendebatur reseruatum, &c.

Et sic Rota in vna † Tudertina beneficij 25. Maij 101
1594. coram D. Seraphino resoluit, *vnionem factam de beneficiis reseruatis Ecclesiæ parochiali pauperi valere, neque esse necessariam mentionem de reseruatione, nec per eam suspendi, ex* dict. cap. 5. sess. 21. de reformat. *& in terminis* d. c. 18. *est* decisio *Cæsaris de Grassis* 132.

Si tamen Congregatio † Concilij declarauit, id so- 102
lum habere locum in vnionibus factis ante vacationem beneficiorum, & alias non valere vniones de beneficiis reseruatis factas virtute illorum decretorum, *cap. 18. & 15.* vt apparet ex declarationibus seq. Prima super *d. cap. 18.* Gienen. *Congregatio concilij censuit, vniones beneficiorum reseruatorum validas esse, modo factæ fuerint ante ipsorum vacationem, seruata forma à Concilio Triden. præscripta anno 1589. Secunda sup. d. cap. 15. Idem seruandum est hic, quod S. memoriæ Pius V. & sanctis. D. N. Gregor. XIII. decreuerunt in vnionibus factis, seu faciendis seminariis, quod vniones de beneficiis reseruatis validæ sunt, si modo fuerint factæ ante ipsorum vacationem: quod si post vacationem facta reperiantur, nullæ sunt, & prouisi à Sede Apostolica mitti debent in possessionem dictorum beneficiorum.*

Consonat † d. Concilium Bononien. *tit. de Semina-* 103
rio §. quæ beneficia Seminario vniri nequeunt, vbi sic dicitur, *Sicuti nec beneficia reseruata, quando post eorum vacationem vnio fieret: nam si ante vacationem vnita fuissent, vnio obtineret.*

Neque obstat alia † declaratio Episcopo Aquila- 104
no 20. Aprilis 1572. quę sic ait: *Beneficia simplicia, quæ per mortem vacant, possunt vniri per Episcopum Seminario, licet essent reseruata, vel affecta, nisi tamen alia beneficia, quæ iam vacassent in mense suo, scilicet Episcopi prædicti, & quorum collatio ad ipsum spectabat, non Seminario vniuisset, sed aliis contulisset, vel eandem vnionem factam non continuo enuntiasset*, refert Cerola 1. par. verb. Seminarium *§. 5. Et alia* quę sic ait: *Si Episcopus beneficia in suis mensibus vacantia non vnierit, videlicet & vacantia in mensibus reseruatis vnire non potest, cum fraus in hoc censeatur.*

Quia † istæ duæ vltimæ declarationes intelligun- 105
tur, vt possit Episcopus vnire beneficia reseruata, etiam post vacationē, quando vacantia in suo men-

se, & ad eius collationem spectantia, ipse prius vniuit: tunc enim cessat omnino fraus, & ratio priorum declarationum, quæ procedunt, quando Episcopus prius non vniuisset beneficia vacantia ad suam collationem spectantia, tunc enim ad euitandam fraudem negatur illi facultas vniendi beneficia reseruata post ipsorum vacationem.

106 Et idem erit quando † vniret ante ipsorum vacationem, si tempore vnionis erant affecta, vt quia erant subcollectorum familiarum, militum, vel officialium curiæ, &c. eadem enim ratio fraudis tunc
107 militat. Ob quam † fraudem fuit etiam alias decretum, quod si Episcopus post erectionem Seminarij beneficia simplicia vacantia ei non applicauit, sed suis consanguineis, vel familiaribus contulit, detrahat tantum taxæ Seminarij, quantum illa redderent, & id de sua mensa Episcopali assignet Seminario quoad vixerit, vel alia beneficia vacantia, saltem eiusdem valoris, & ad eius collationem spectantia, eiusdem Seminario vniuerit, Zerola *d. verb. Seminarium* §. 5. vt in sequen. declaratio. S Congregationis data Vicario Aquilegien. *Episcopus, qui ante diem* 11. *Iulij* 1567. *re ipsa Seminarium non erexit, quandocumque illud erigere constituerit, ab ipsa reali erectione, nihil eius nomine, nisi dimidiam decimam redactam ad antiquam taxam exigat: & si quid amplius exegerit, vel restituat, vel cum eo compenset, quod in posterum post ipsam erectionem ad eam rationem exigendum erit, nisi tamen clare appareat totum illud, quod amplius exactum erit, iam vere fuisse conuersum in præparamenta necessaria, aut aliam similem operam Seminarij. Antiqua autem taxa in hoc domino Veneto est intelligenda, quæ antea in vsu fuit, antequam alia nouissima in vsu fuerit*, ibi. Quicumque vero Episcopus ante diem illum 11. Iunij re ipsa Seminarium erexerit, *& seruata forma Concilij Triden. certam taxam stabiliuit, eamque à maiori parte taxatorum rationem summæ exigere incepit, seu illi sponte, aut ex conuentione, aut motu executionis factæ, vel faciendæ soluerint, dummodo sit Episcopus in hac quasi possessione sic exigendi, eaque taxa in vsum Seminarij versa sit, & quotidie vertatur, in exactione huiusmodi perseueret, & omnes, qui detrectauerint soluere dictam summam, & taxam stabilitam, possit rigore, & iuris remediis compellere. Si aliqua tamen beneficia simplicia post erectionem Seminarij vacassent in sua diœcesi, quæ non applicasset Seminario, sed familiaribus suis, vel consanguineis contulisset detrahat taxæ Seminarij tantam summam, quantam reditus illorum beneficiorum capit, & tantundem de sua mensa Episcopali assignet Seminario quoad vixerit, vel donec alia beneficia vacantia, saltim eiusdem valoris, & ad eius collationem spectantia eidem Seminario vniuerit, & eorum fructus cum effectu applicauerit. Si vero beneficia aliqua Seminario vniuisset, & nihil propterea taxæ iam stabilitæ detraxisset, cogatur omnino tantum inde detrahere, quantum est reditus illorum beneficiorum vniorum Seminario præscripto. Sanctissimus tamen D. N. Clemens VIII. die 7. Octobris 1562. facultatem fecit, vt Episcopus in taxa facienda pro Seminariis posset, seruata tamen forma tradita* in d. cap. 19. *onerare beneficia nedum in dimidia decima, habito respectu ad antiquam taxam, iuxta Pij V. decretum verum & in maiori summa, prout beneficiorum, & locorum habito respectu, iustum & æquum visum fuerit.*

108 Causæ autem, ex quibus † ab ordinariis debet fieri vnio, ad duas reducuntur, scilicet ad euidentem necessitatem, vel vtilitatem. *d. cap. exposuisti, de præben.* vbi Dd. Oldral. *cons.* 261. *& seq.* Rebuf. *d. tit. de vnio. nu.* 38. *& in d. repet. §. qui vero.* 3. *notab. versic.* 2. *possetis quærere*, Duaren. *sup.* Mandos. *d. tit. de vnio. & in regul.* 22. *quæst.* 4. *n.* 4. Lancellot. *in inst. Cano d. tit. de vnio. §.* 3. Hojeda *d.* 2. *part. cap.* 3. *n.* 8. Açor 2. *par. lib.* 6. *c.* 28. *q.* 4. *&* 13.

Et † plures adducuntur causæ à Caccialupo *art.* 5. & 109
à Petr. de Perus. *de vnio, cap.* 3. *& de reuocatione vnio. cap.* 1. & aliquas ponit Fuscus *d. lib.* 2. *c.* 26. & P. Greg. *de benef. cap.* 20. *n.* 14.

Vnde vnio magis † concernit iustitiam, quam gra- 110
tiam, Abb. *d. cap. sicut vnire n.* 6. & practibilia Rotæ *sup. n.* 3. & cum causa, præsertim necessitatis, tenetur Episcopus vnionem facere, & si recusaret, posset adiri superior, vt per Rebuf. *d. tit. de vnio. n.* 42. cum Caccialupo *artic.* 5 & Pet. de Perusio *cap.* 3. *&* 10. In quo tamen *cap.* 10. nihil dicit, voluit allegare *c.* 113. *quæst.* (vbi tamen potius dicit contrarium: nam ait, quod dictum *cap. exposuisti.* dicit, quod Episcopus potest id, discretione præuia: & sic videtur reliquit arbitrio Episcopi; verbum enim, potest, importat voluntatem, & non necessitatem, &c.) & per Mandos. *regul.* 12. *q.* 6. *n.* 4.

Et similiter si capitulum † nollet consentire, recur- 111
rendum est ad superiorem, Bonifac. *in d. Clem. si vna. numero* 20. & posset compelli, si iusta causa subesset, Caccialup. *art.* 6. *num.* 2. in terminis † autem Con- 112
cilij *dicit. cap.* 15. *sess.* 24. *de reform.* super illis verbis: *Liceat Episcopis*, sic censuit S. Congregatio. *Ergo potest, sed non tenetur: vnde metropolitanus non potest supplere in hoc.*

Et vnio facta † per ordinarium sine causa, vel ex fal- 113
sa causa, etiã seruata iuris forma, est nulla ipso iure, ex *d. cap. exposuisti.* vbi Abb. & Imola, Oldrad. *d. consil.* 261. *& seq.* Caccialup. *art.* 5. Mandos. *d. regul.* 12. *quæst.* 6. *n.* 3. *& de signatura à gratia, d. tit. de vnio, versi. sine causa vero*, Duare. *d. c.* 6. Hojeda *d. cap.* 3. *à num.* 16. Bursat. *consil.* 185. *n.* 13. *lib.* 2. qui ait, quod vnio beneficiorum, vt valeat, manifesta Ecclesiæ vtilitas, necessitasque requiritur, causæ cognitio, ac omniũ, quorum interest, citatio. & Rota *decis.* 133. *numero* 3. *p.* 2. *diuersor.*

Quicquid in vnione † facta ex falsa causa dicat Rota 114
dec. 1. *de excess. prælator. an nouis, &* 2. 8. *&* 12. *de rebus Ecclesiæ, in antiq. &* 2. *eodem in antiquior.* Aegid. *dec.* 617. seu 618. *ad fin.* Cassado. *dec.* 1. *de vnio.* Boerius *dec.* 345. *n.* 1. Millis *in reper. verb. vnio facta ex falsa causa*, Rebuf. *in prax. in d. regul. de vnio. glos.* 5. *&* 9. *& in d. rep. §. qui vero d. versic.* 2. *possess.* Ferret. *cons.* 236. *n.* 4. Mascard. *de probat. conclus.* 1419. Petr. Gregor. *d. c.* 20. *n.* 13. & practicabilia Rotæ, *supra n.* 2. & Açor *d. cap.* 28. *quæst.* 14.

Et etiam vnio † Apostolica facta ex falsa causa, est 115
nulla, Aegidius, Cassador. & Millis, *vbi proxime*, Felin. *in cap. postulasti, numero* 3. *de rescript.* Rebuf. *d. glos.* 5. *&* 9. Mascard. & practicabilia Rotæ *numero* 6. *sup.*

Etiamsi † facta sit motu proprio, iuxta dicta *sup.* 1. 116
part. cap. 5. *num.* 502. & sequenti Cardin. *consil.* 96. Socin Senior. *consil.* 1. *num.* 7. *vol.* 3. Felin. *in cap. ad aures, de rescrip. num.* 9. *versic. & pulchre, & in cap. causam. de testib. num.* 3. Staphil. *de literis gratiæ tit. de vi & effectu clausular.* De Clausula *motu proprio, versic.* 7. *& vltimo, num.* 5. Selua 3. *parte quæst.* 12. *nu.* 3. Mandos. *regul.* 22. *quæst.* 2. *n.* 3. practicabilia Rotæ *d. numero* 6. & Gambarus *d. lib.* 5. *rubric.* 1. *de potestate legati in vniendo à n.* 94. idem dicens in vnione facta à legato, quæ

in eius

in eius literis surreptio vitiat, sicut in literis Papæ. Quamuis contrarium in vnione Apostolica facta motu proprio teneant Millis, & Mascardus *supra* & absolute Rota; Boerius, & Ferretus sup. citati *numer. n.* 114.

117 Et etiam surreptio † vitiat ipso iure vnionem Apostolicam, Abb. *consil.* 101. *part.* 1. Felin. *in d. c. postulasti. n.* 3. Ripa *lib.* 2. *respon. cap.* 10. Rebuf. *d. glos.* 5. *& consil.* 195. *vers.* 10. *surreptitia*, & Mandos. *d. tit. de vnio. vers. penultim. & fin.* Concilium Tridentin. *sess.* 7. *cap.* 6. *& sess.* 25. *cap.* 9. *vers. insuper, de reform.* Rota in vna Volaterrana vnionis 3. Ianuarij 1594. coram D. Blancheto, † in qua fuit resolutum, *quod vnio est surreptitia facta monasterio ad supplicationem prioris in conuentus, si tamen constat, quod ibi quandoque vnus monachus; quandoque vnus presbyter pro seruitio Ecclesiæ degebat. Est etiam surreptitia non facta mentione qualitatum beneficiorum annexorum, vt qua sunt curata. Rota in antiquis* decis 37. & 75. de rescript. *& etiam non narrata distantia loci, quæ vel retraxisset Papam à concedendo, vel saltim difficiliorem reddidisset, & etiam non narrato, quod Ecclesia monasterij, cui fit vnio, sit vnita alteri monasterio, &c.*

119 Rota etiam † in vna Auellina vnionis 13. Ianuarij 1594. coram D. Penna, in qua fuit resolutum, *vnionem monasterij factam à Leone X. surreptionis vitio laborare, primo ex omissa specificatione* 50. *& amplius monasteriorum, quæ veniebant in vnione, de quibus non fuit facta mentio. Secundo, ex eo quod aliquot monasteria dicerentur esse de iurepatronatus laicorum ad Couar.* pract. cap. 36. n. 1. *Rebuf.* in praxi tit. de vnio. n. 28. *Tertio ex tacita qualitate Abbatis monasterij vnit, quem si Papa intellexisset habere mitræ, & baculi pastoralis, vsum, & solemniter populo benedicere, & iurisdictionis cognoscēdi inter vasallos causas matrimoniales participem fuisse, non est dubium, quin vel negasset, vel difficilius vnionem concessisset*, cap. super literis, & cap. postulasti, de rescrip. &c.

120 Nec præsumuntur † causæ vnionis veræ; etiam si ordinarius, vel legatus eos inserat in vnione, & asserat esse veras, sed iurans se vnione tenetur illas probare, Oldrad. *d. consil.* 261. Caputaquen. *decis.* 350. *numero* 30 *part.* 3. & practicabilia Rotæ supra *numero* 6. Quamuis Rebuf. *in praxi tit. de vnionis reuocatione, numero* 10. videatur velle, credendum esse Episcopo, vel alteri facienti mentionem de causa vnionis, si exprimatur: & facit doctrina Decij *in cap. quæ Ecclesiarum, numero* 13. *de constitut. & in cap. cum sit Romana, numero* 7. *de appellat.* quod assertioni iudicis non statur super causa, sine qua actum facere non potest, Aymon *de antiquit. temporis*, 2. *part. §.* 1. *numero* 13. & 21. Alciat. *de præsumption. reg.* 3. *præsump.* 9. *numero* 27.

121 Si vero ordinarius, † vel legatus in ipsa vnione enuntiet ac habuisse causæ cognitionem, & solemnitates requisitas, & reperisse causas esse veras, videtur standum eius assertioni, & præsumendum esse pro vnione, donec contrarium probetur, etiam si processerit parte non vocata, quia forte nullus tunc aderat qui deberet vocari, Cæsar de Graffiis *decis.* 132. *n.* 16. vbi inter alia dicitur in casu illius decisionis constare de consilio quatuor Deputatorum requisito ex forma Concilij Trident. *ses.* 23. *cap.* 18. in vnione per Episcopum facienda seminario ex ipsa enuntiatione, de qua in vnione, &c.

122 Quamuis practicabilia Rotæ *sup. nu.* 6. *vers. adde, quod si instrumenta*, cum Calderino *consil.* 4. *de rebus Ecclesiæ* dicat quod si in instrumento vnionis dicatur per ordinarium habito, prius speciali tractatu, & consilio cum multis canonicis, & cum authoritate, & consensu canonicorum, & præpositi, &c. ista verba non probant tractatum præcedentem.

123 At nostræ sententiæ † ratio est, quod licet alias regulariter non præsumantur solemnitas extrinseca, etiam enuntiata in instrumento, quæ tempore actus verisimiliter interuenire non potuit, *l. quæcumque §. fin. ff. de publican.* Felin. *in cap. sicut, de re iudicat. num.* 26. *&* 27. Anton. Gomez. 2. *tom. variarum. cap.* 11. *numero* 17. Mascard. *de probat. conclus.* 1321. *ex numero* 1. Menoch. *de præsumpt. libro* 3. *præsump.* 132. *à num.* 28. *&* 33. *decis.* Pedemontani Cacherani 172. Cæsar de Graffis *d. decis.* 132. *numero* 15. *&* 17. Parte † tamen opponente, Felin. *dict. cap. sicut, num.* 28. Aymon *de antiquitate temporis*, 1. *part. sectione quæritur num.* 30. Anton. Gomez. & Menoch. *num.* 35. ibi Mascardus *d. conclus.* 1321. *n.* 19. *&* 946. *num.* 5. *&* 1412. *numero* 8. 124

Tamen † pro decreto, vel actu iudicis, in quo enuntiantur solemnitates, præsumitur quod omnia sint solemniter acta, nisi contra probetur, *l. ab ea parte*, 2. *respon. ff. de probat. cap. in præsentia, de renuntiat. l.* 1. *in fine principij, ff. de rebus eorum, l. etsi præses*, C. *de prædiis minorum*, Speculator *tit. de empt. & venditio. §. nunc demum restat numero* 5. Alexan. Iason, & alij *in l. sciendum, ff. de verb. obligat.* Baldus, & Paulus, *nume.* 2. *in l. cum hi, §. si prætor. ff. de transactio.* Faber *in §. fin. num.* 3. *de fideiuss.* Felin. *in cap. quoniam contra, numero* 37. *conclus.* 7. & Decius *à numero* 187. *de probat.* idem Felin. *in cap. Albericus, de testib. sub numero* 4. Alciat. *d. reg.* 3. *præsumption.* 10. Aymon *supra* 2. *part. §.* 1. *à numero* 14. Angel. Gabr. *de sententiis concl.* 5. *in princ. & numero* 37. *&* 38. Mascard. *concl.* 487. *&* 489. *& d. conclus.* 1321. *numero* 21. & Menoch. *de præsumptio. libro* 2. *præsumpt.* 75. *à numero* 12. dicens magis receptum, & plures per eum relati, & per Simoncell. *de decretis libro* 3. *tit.* 7. *nume.* 41. Achilles *decis.* 199. alias 2. *de decretis*, Puteus *decis.* 410. *libro* 2. & Rota *decis.* 589. *ex numero* 3. *part.* 1. *& decis.* 72. *numero* 34. *&* 36. *& decis.* 179. *num.* 4. *& decis.* 193. *&* 316. *num.* 7. *part.* 2. *diuers.* 125

Quod tamen intelligitur † quando causæ, & solemnitates requisitæ nominatim, & in specie exprimuntur, secus in genere, Faber. & Felin. *sup.* Parisius *consil.* 12. *numero* 58. *libro* 2. *& consil.* 85. *numero* 39. *libro* 3 Anton Gabriel *d. num.* 38. & Achilles *supra* Rota *d. decis.* 72. & Menoch. *vbi proxime numero* 22. dicens communem, & veram opinionem, & alij, vt per Alciat. *supra numero* 2. & in terminis vnionis. Oldral. *d. cons.* 262. *num.* 4. & practicabilia Rotæ, *supra numero* 6. *in fin.* 126

Sed † quod præsumatur etiam pro decreto, etiam si in genere exprimantur solemnitates, dicendo in communi, causa cognita, vel iuris solemnitate seruata, tenent Baldus, & Paulus *supra*, & Aymon *nn.* 9. *&* 14. dicens communem, & alij per eum relati, & per Simoncellum *supra n.* 42. & quod † ex decreto præsumatur causæ cognitio, & solemnitates requisitæ, absolute ait Surdus *de alimen. tit.* 8. *priuileg.* 56. *n.* 113. *& seqq.* 127 128

Et omissa † concordia Alciati *d. præsump.* 10. *numero* 5. quod prima procedit in decreto requirente diligentem, & magnam causæ cognitionem, secunda vero in requirente leuem causæ cognitionem, quam sequitur Ang. Gabriel *supra numero* 42. *&* 43. & Mascard. *d. conclus.* 487. *à numero* 6. qui eandem distinctionem videtur facere in assertione notarij 129

ibi numero 23. & est probabilis.

130 Possunt concordari, † vt prima procedat, quando solemnitates enuntiantur à Tabellione, seu notario in instrumento decreti, & ita loquuntur Faber, Felin. & alij, eo quod alias notarius videretur scripsisse, vt iudex, & non vt testis. Secunda vero procedat, quando enuntiatio solemnitatum in genere fit ab ipso iudice, tunc enim cessat dicta ratio, Faber *sup.* Et ita distinguit Decius *sup. nu.* 183. dicens, quod distingui potest quod instrumentum nomine iudicis concipitur, & satis est, quod generaliter dicat, secus est, si nomine notarij, vt colligitur ex decis. Ioan. Fabri. *in d. §. fi.* & sequitur Aymon. *sup. n.* 10. in actu, in quo præiudicatur tertio, vel in quo partes sibi præiudicare non possunt, quia tunc magis præsumeretur pro actu iudicis quam notarij.

131 Et quod † ait Menoch. *supra n.* 46. citans alios, quod quando decretum fuit interpositum à iudice, sed solus notarius iudice ipso non mandante, asseruit adhibitas esse solemnitates, antequam decretum interponeretur, non præsumitur pro ipso decreto, siue de leuibus, siue de grauioribus causis agatur, procedit quãdo notarius separatim id assereret, & non in ipso instrumento decreti concepto nomine notarij, & in eius persona, maxime si est subscriptum, aut sigillatum à iudice: nam tunc, etiamsi enuntiatio solemnitatum fieret in genere, sufficeret propter approbationem iudicis.

132 Et ita tenendum est, quamuis contra dictam doctrinam, quod non stetur assertioni etiam iudicis seu prælati, qui non potest facere actus sine cognitione causæ, & solemnitate, si dicat se adhibuisse causæ cognitionem, & debitas solemnitates, etiam in specie, sed debere alias de eo apparere ex separata scriptura, teneant Romanus *in d. l. sciendum, numero* 36. & Paulus *consi.* 38. quem sequuntur Rebuf. *in concordatis, rubrica de Con. Lateranen. concilij* 23. & 4. *allatione*, & alij relati per Simoncellum *d. tract. de decretis lib.* 1. *tit.* 1. *numero* 101. & per Menoch. *supra numero* 16. & Rota *decis.* 716. & 752. *numero* 3. *par.* 1. & *decis.* 160. *part.* 2. *diuers.* quam opinionem in puncto iuris dicit veriorem Alciatus *dict. præsumpt.* 10. *numero* 3. & 4. Sed iura per eum allegata eam non probant, vt recte ostendit Menoch. *supra numer.* 16. & 17.

133 Et de iure † etiam dicit certissimam Simoncellus *d. lib.* 3. *tit.* 7. *n.* 42. quamuis ex consuetudine dicat præsumi pro decreto, in quo enuntiantur solemnitates, etiam in genere.

134 Nec obstat † regula *l. si forte. ff. de castren. pecul.* quia non procedit in iudice, pro quo iura præsumunt stante enuntiatione solemnitatis, iuxta dicta, & Dd. citatos.

135 Sed est difficultas, † an si iudex delegatus, seu executor, cui iuxta *regul. Cancellariæ* 21. seu 22. *de vnio.* committitur, vt si vocatis vocandis receperit causas esse veras, vnionem faciat, &c. referendo adhibuisse causæ cognitionem, & causas reperisse veras, procedat ad vnionem, præsumatur pro illo, & ei fides in iudicio contradictorio adhibeatur super veritate causarum.

136 In qua difficultate † respondetur negatiue, AEgidius, *decis* 377. & 617. & practicabilia Rotæ *sup. num.* 6. non obstante sup. dicta doctrina præsumi pro decreto iudicis, in quo enuntiantur solemnitates, quia id non procedit in executore, & iudice delegato, pro cuius decreto non ita præsumitur, AEgid. *ibi.* Angel. Gabriel *d. conclu.* 5. *de senten. n.* 44. vbi regulam, quod præsumatur pro decreto iudicis, limitat, vt procedat in iudice ordinario generali, secus in iudice speciali ad certum actum deputato, Puteus *dec.* 144. *n.* 4. *li.* 2. Rota *d. dec.* 193. *n.* 4.

Difficultatem † tamen facit, quod delegatus cui 137
Papa committit, vt se diligenter informet de vtilitate Ecclesiæ, & si repererit in euidentem vtilitatem Ecclesiæ cedere alienationem, confirmet, seu licentiam alienandi concedat, satis est adhibeat cognitionem extraiudicialẽ absq; citatione, & p̃ eo, & eius sententia præsumitur absq; p̃cessu, maxime si assereretur adhibuisse cognitionem, seu se informasse, &c. Abb. *consil.* 41. *part.* 1. quod consilium sequitur, & cõmendat Decius *consil.* 341. *numero* 12. Capic. *decision.* 16. *numero* 4. Puteus *decis.* 432. *lib.* 2. & Rota in vna Ragusina emphyteusis vigesimo Iunij 1578. coram D. Lancelloto, quæ habetur 1. *part. diuers. dec.* 479. & in vna Anconitana terrarum de anno 1577. coram D. Seraphino, & in vna Romana deuolutionis 20. Maij 1580. coram D. Lancelloto, q̃ habetur *d.* 1. *p. diuersor. decisio.* 636. *numer.* 1. & 4. & in vna Auersana tenimenti 15. Februar. & 5. Martij 1582. quæ habetur *d.* 1. *part. decr.* 716. *num.* 4. & in vna Auximana bonorum 13. Maij 1585. coram Dom. Seraphino, & 15. Nouemb. eiusdem anni coram D. Robusterio, & in vna Gadicen. census 23. Ianuarij 1595. coram Dom. Seraphino.

In qua fuit † resolutum, *Censum constitutum à cap.* 138
Gadicen. pro extinguendis prioribus censibus ad meliorem rationem creatis, & sumptis à personis particularibus, quorum reditus per plures annos capitulum recognoscendo bonam fidem, quod pro ipsius cap. necessitatib. dicti particulares se obligauerint soluit, fuisse vtilem, & validum, non obstante, quod non constet de verificatione causæ, videlicet quod fuerunt creati pro necessitatibus capituli, quia cum hoc fassi fuerint capitulares, & negotium fuerit confectum cum authoritate ordinary Gadicen. habẽtis ad hoc authoritatẽ à sede Apostolica, vtique præsumitur pro ipsius decreto, & hoc pacto recognitio bonæ fidei facta per capitulum fuit approbata per ordinarium in constitutione huius noui census, &c. Et fuit dictum sup. 6. *par. n.* 248.

Respondetur hoc procedere, † quando Papa sim- 139
pliciter committit alicui, vt se informet, &c. tunc enim circa informationem statur eius assertioni, & pro eius decreto præsumitur absque processu, Rota *d. dec.* 716. *n.* 4. & *dec.* 160. *n.* 8. *par.* 2. & Prosper de Augustino *in append. ad summam bullary verb. alienatio sub n.* 12 *pag.* 498.

Quod non solum † videtur procedere vbi non est 140
clausula, vocatis vocandis, & nullus est contradictor, Puteus *d. decis.* 144. *nu.* 1. & 2. sed etiam vbi est clausula *vocatis vocandis*, nullus tamen est contradictor, nec qui debeat vocari ex quo etiam tunc proceditur extraiudicialiter, Rota *d. dec.* 636. & in d. Anconitana terrarum vbi, vt *vt in deci.* dicitur, commissio cantabat vocatis vocandis, quamuis contradicat AEgidius *d. decis.* 617.

At supradicta resolutio † procedit vbi commit- 141
titur cum clausula *vocatis vocandis*, quæ facit executorem mixtum, Felin. *in cap. exhibita numero* 4. *de iudic. & in cap. de cætero, numero* 10. *de re iudicat. cum aliis*, & est interesse habens qui debet vocari, seu alias est contradictor, tunc enim debet fieri processus, & requiritur receptio testium, & probationum super veritate narratorum, de quo processu debet doceri, AEgidius *d. decis.* 617. & Puteus *d. dec.* 144. *numero* 4.

Si

141 Si tamen apparet † de processu, seu actis super vnione, & receptione testium, & probationum, siue parte vocata siue etiam non vocata, quia nullus erat qui deberet vocari, stabitur illis, donec contra probetur, si postea res deducitur in litigium, quia forte rector, vel successor dicit causam non fuisse veram, & ita colligitur ex *d. decis.* Rotæ 716. *ad fin.* Et alias esset durum cogere habentem vnionem ad iterum probandum causas, cum rite, & recte eas probauerit tempore vnionis.

142 Facit † doctrina Alexan. *consil.* 79. *nu.* 18. *lib.* 1. Iason *consil.* 54. *n.* 3. *lib.* 1. Cornei 181. *col.* 12. *lib.* 2. Couar. *lib.* 2. *variarum cap* 17. *nu.* 2. quod vbi in alienatione rerum Ecclesiæ seruata fuit forma, & iuris solemnitas, in dubio præsumitur facta ex causa iusta, & dicit in proposito Hojeda *d. cap.* 3. *n.* 19. *versic. vel aliter, & secundo.*

143 Quamuis † contrarium in hoc, quando fuit processum parte non vocata, etiamsi sit in possessione qui obtinuit vnionem, teneant Aegid. *d. decis.* 617. & practicabilia Rotæ *supra n.* 6.

144 Et iuxta prædicta est † accipiendum, quod ait Cardin. *in Clem.* 1. *de elect. quæst.* 9. *n.* 10. quod possit dici, quod sufficit, quod de vnione constet, debet enim præsumi omnia fuisse solemniter agitata, secundum ea, quæ notantur *in d. cap. sicut, de re iudicat. & in d. l. sciendum.*

§. 2.

Quæ forma & solemnitas requiratur in vnione.

SVMMARIA.

Vltra causæ cognitionem in vnione facienda per Episcopum requiritur consensus cap. n. 145. *quamuis non requiratur tractatus.* n. 146. *qui consensus potest interuenire, etiam post vnionem,* n. 147. *de quo relati,* num. 148. *quamuis contrarium teneat Bursatus cum relatis,* n. 149.

In vnione facienda per legatum non requiritur consensus capituli n. 150. *nec in facienda per Papam, seu ex eius commissione, nec clausula vocatis quorum interest, id importat,* n. 151.

Vbi extat consuetudo in contrarium, videtur vnio posse fieri per Episcopum absque cap. num. 152. *licet glos.* in Clem. si vna, *& alij citati teneant, non valere consuetudinem contrariam,* n. 153. *& respondetur verbis dicta Clemen.* n. 154. *debebit tamen esse consuetudo immemorialis, aut quadragenaria cum tit.* nu. 155. *nisi simus in consuetudine generali, quæ esset consuetudo propria, & non præscriptio, tunc enim sufficeret solum tempus* 40. *annorum, quæ consuetudo in his regnis esse videtur,* n. 156.

An hodie possit Episcopus vnire beneficia sine consensu cap. ex Concilio sess. 21. cap. 5. *vbi datur Episcopis facultas vniendi, etiam tanquam sedis Apostolicæ delegatis, à* n. 157. *resoluitur negatiue, ex illis verbis, iuxta formam iuris, contra Nauar. & Zerolam ex S. Congregatione, cuius declaratio adducitur, &* n 160. *adducitur resolutio Rotæ, vltra quod illud decretum procedit solum in vnionibus beneficiorum cum curatis, &c.* n. 161. *at vbi extat consuetudo in contrarium, non videtur consensus cap. necessarius, etiam in terminis d. decreti,* n. 162.

Ita demum vnio est nulla ex defectu consensus cap. si hoc dicat capitulum, in cuius fauore fuit introducta ista solemnitas, alias non, exemplo alienationis rei ecclesiæ, quæ est nulla, si placet ecclesiæ, &c. secundum Rotam in vna Segouien. n. 163. *sed non placet, nam consensus cap. in vnione non tam fuit introductus in eius fauorem, quam pro forma, & solemnitate, &c.* n. 164. *& adducitur resolutio Rotæ,* n. 165. *& sic vnio facta sine consensu cap. erit nulla, etiam cap. nõ dicente, nec allegante, & ista nullitas poterit opponi à quocunque, cuius interest,* n 166. *& de alienatione rei ecclesiæ est diuersa ratio, quia eius nullitas est in fauorem ipsius ecclesiæ, &c.* n. 167.

Cum quis non possit authorizare in facto proprio, non valet vnio facta ab Episcopo ipsi cap. d. Clem. si vna. *§. si. quæ est iuris antiqui declaratiua, contra Oldra. & ideo requiritur authoritas Papæ,* n. 168.

Dicta Clem. *procedit quando vnio fit cap. principaliter, & directe: secus vero quando in consequentiam, & indirecte est in vtilitatem cap.* num. 160. *secus etiam vbi vnio fieret alicui dignitati, vel præbendæ cap. imo etiam omnibus præbendis distinctis, non simul, sed separatim, & distincte vnicuique alicuius beneficij: & sic intelligitur decretum Concilij* cap. 15. sess. 24. 1. par. tit. *singulis prebendis singula beneficia vniantur, non omnibus simul indistincte, vnum aut plura, secundum Hier. Gabriel.* numero 170. *quæ videtur nimia restrictio ad dict. decretum, in cuius terminis verius videtur posse ex eo fieri vnionem omnibus præbendis, seu distributionibus simul, vt videtur sentire S. Congreg. cuius declaratio adducitur, quamuis non possit fieri cap. seu mensæ capitulari,* numero 171.

Dicta Clementina *non procedit in suppressione, & extinctione alicuius dignitatis, vel præbendæ, quam ex causa potest facere Episcopus cum consensu cap. nisi bona Episcopi & cap. sint communia,* n. 172. *sed contrarium tenent alij, si id caderet in vtilitatem cap. quia fructus ei applicantur, seu eius mensæ etiam diuisæ,* n. 173. *tamen si vellent applicare vni præbendæ, vel etiam singulis possent, secundum Imolam, quem sequitur Decius contra Felinum, cuius rationi, respondet,* n. 174. *sequitur etiam Hier. Gabr. ita intelligens secundam partem d. decreti Concilij,* n. 175. *sed in terminis istius decreti verius videtur posse ex eo applicari fructus præbendarum suppressarum reliquarum distributionibus simul, & in communi, & indistincte,* n. 176.

Consensus cap. non præsumitur nisi expresse probetur, & asserenti incumbit onus eum probandi, vel nisi alias de eo appareat, n. 177.

An ex diuturnitate temporis præsumatur interuenisse consensus cap. etiam in vnione, non enuntiatus, videbatur præsumi, si lapsum esset tempus longissimum 30. *annorum, ex traditis per Felinum, & alios citatos, aut etiam concurrente possessione, & obseruantia vnionis cum scientia, & patientia aduersarij, si lapsum esset longum tempus* 10. *annorum, ex traditis per Aymon. & alios citatos, &c.* n. 179. *sed resoluitur, ita demum ex diuturnitate temporis præsumi consensum cap. in vnione non enuntiatum, seu solemnitatem alias in actu requisitam, si lapsum sit tempus* 30. *annorum, cum possessione, & obseruantia vnionis, seu actus per illud tempus, alias non,* n. 179. & seqq. *vbi adducuntur resolutiones Rotæ, & reprobatur doctrina Flores circa hoc,* n. 186.

An in exemplatione instrumenti præsumatur solemnitas extrinseca ex antiquitate temporis, remissiue, numero 187.

Huiusmodi præsumptioni non est locus, vbi ex ipso instrumento apparet de contrario, nempe non interuenisse d. consensum, seu solemnitatem, alias in actu requisitam, num. 188. & seq. *vbi adducuntur resolutiones Rotæ.*

In vnione facienda seminario non videtur requiri consensus cap. sed eius loco requiritur, quod fiat cum consilio quatuor deputatorum ex decreto Concilij, alias vnio non valet, n. 190. *vbi ponitur declaratio S. Congregationis: sed Episcopus non tenetur sequi eorum consilium, ex eadem S. Congregatione*, n. 191. *& adducitur resolutio Rotæ*, n. 192.

Requirit etiam, vt valeat vnio facta seminario, quod sit actu erectum, & habeat actu scholares, & magistros, ex S. Congregatione, cuius declarationes ponuntur, n. 193. & seq. *& adducuntur resolutiones Rotæ*, n. 195. & seq.

An si semel benefacta vnione seminario actu erecto, & habenti scholares, postea illi desinant ibi esse ad tempus, vt reditus insumantur in fabricam, seu reparationem domus, vel alia de causa, expiret vnio beneficiorum, à n. 197. *resoluitur non expirare, in odium tamen Episcopi tollentis scholares è seminario, licet ad tempus forte impetrarentur, & concederentur beneficia illi vnita à Papa dissoluente vnionem*, n. 200. *& si esset pensio reseruata seminario, licet tunc non expiraret, non posset exigi pro illis annis*, n. 201.

Requiritur etiam in vnione vocatio, & consensus patroni, ac inferioris collatoris, & electorũ, n. 202. *nam debet fieri vocatis, quorum interest, alias non valet, tam ex iure communi, quam ex Concilio Triden.* nu. 203. *& qui sint isti quorum interest qui vocandi sunt, remissiue*, n. 204. *circa quod adducuntur resolutiones Rotæ, à* num. 205. *& declarationes S. Congreg.* numero 210.

Improbatur, quod ait Açor, quod legatus potest vnire sine consensu patronorum clericorum, vel laicorum ex præscriptione, consuetudine, aut priuilegio, numero 211.

Improbatur, quod ait Man. Rodriguez, quod per priuilegium, & facultatem datam priori S. Benedicti vniendi monasteria, consentientibus abbatibus, & monachis monasteriorum vniendorum, non obstante fundatione, dotatione, &c. potest fieri vnio monasteriorum iuris patronatus sine consensu, & vocatione patronorum, &c. n. 212.

Contra patronum, aut inferiorem collatorem non præsumetur eorum consensus, etiamsi in vnione enuntietur ab Episcopo, n. 213.

Certum est non requiri vocationem rectoris beneficij, nec eius consensum, cum ei ad suam vitam non prouideatur, nec defensoris, si vacat, n. 214. *quod procedit etiam in vnione facienda per legatum*, n. 215. *nec etiam rector ecclesiæ est vocandus in vnione facienda de aliquo beneficio seu præstimonio suæ ecclesiæ*, n. 216. *quod procedit etiam in casibus positis per Concilium Trident. vt vocatis his, quorũ interest, vniones fiant, quamuis in illis citandum esse rectorem, & possessorem beneficij videatur velle Fuscus*, n. 217. *procedit etiam in vnione facienda ex commissione Papæ vocatis quorum interest*, n. 218.

Nec etiam plebs debet vocari, audiretur tamen si causã rationabilem allegaret, ne fieret vnio, n. 219. *nam parochianorum interest bonum habere pastorem, ideo sunt legitimæ personæ in causa hoc respiciente, ex Rota*, n. 220.

Non etiam oportet in vnione facienda per legatum, seu ex commissione Papæ, vocare Episcopum contra alios, n. 221. *nam quamuis ex vnione ei auferatur collatio, id prouenit ex natura vnionis, & legatus habet in hoc eandem potestatem, quam Episcopus, & concurrit cum eo, & alias sententia, iura, & iurisdictio inuiolata remanent Episcopo*, numero 222. *Et dictum Pet. de Perusio, quod sicut Episcopus non potest vnire sine consensu ordinarij collatoris, ita nec legatus intelligitur de ordinario collatore inferiori*, numero 223.

AD quintum † vltra causæ cognitionem, de qua in superiori, in vnione faciẽda per Episcopum, requiritur consensus capituli, *d. c. pastoralis, de donat. & d. Clem. si vna. de reb. eccles. cum alijs*, Abb. *in d. c. sicut vnire, de excess. b. prælator. n.* 2 Caccialupus *art.* 6. Pet. de Perusio *c.* 5. 7. *q.* Rebuf. *in praxi d. reg. de vnio. glos.* 11. *n.* 2. *& in reg. d.* §. *qui vero, tertio nota. versic. tertio posset quæri*, Gambarus *d. libro* 5. *rub.* 1. *de potestat. legati in vniendo num.* 58. & 108. Fastoli *causa* 8. *dub.* 26. Lancell. *in instit. canon. libro* 2. *tit. de vnio.* §. *usque adeo, &* §. *nec solum*, Hojeda *d. c.* 3. *n.* 9. Fuscus *d. lib.* 2. *c.* 26. *n.* 5. Açor 2. *part. lib.* 6. *cap.* 28. *q.* 12. & Rota in Segouien. præstimonij de anno 1580. quæ habetur *d. decis.* 113. *p.* 2. *diuers. n.* 2. quicquid dicat Manuel Rodriguez *quæstion. regular. tomo* 3. *q.* 80. *art.* 1. & vide dicta supra *n.* 111. 145

Quamuis non † requiratur tractatus, Rota *decis.* 1. *de rebus ecclesiæ in antiq.* Pauinus *de offic. & potest cap. sede vacante* 3. *q.* 2. *p. n.* 22. Boerius *dec.* 345. *n.* 2. Rebuf. *vbi proxime, & in compendio alienationum, n.* 24. Hojeda *d. c.* 3. *n.* 9. *vers. sed vtrum*, Pet. Greg. *d. c.* 20. *n.* 10. & practicabilia Rotæ *d. c. de vnione, num.* 8. & Açor *d. q.* 12. 146

Et hic † consensus cap. potest interuenire, etiam post vnionem, Alex. *cons.* 219. *n.* 16. 17. *& 22. lib.* 6. Boerius *supra lib.* 3. *&* 4. Rebuf. *d. glos.* 11. *n.* 20. Hojeda *d. n.* 9. *vers. sed vtrum*, Rota *d. decis.* 133. *n.* 9. Açor *d.* 4. 12. *in fi.* quod probatur ex *ca. cum vos, de his quæ fiunt à prælatis, & cap. cura, de iure patron.* De † quo Mar. Socin. *cons.* 15. *lib.* 1. Rochus *de iure patro. verb. pro eo quod quæst.* 4. Lambert. 1. *part.* 1. *lib. q.* 2. *art.* 12. Selua 1. *p. q.* 6. *à n.* 11. Mandos. *cons.* 30. *n.* 3. *& cons.* 32. *n.* 2. Simoncellus *de decretis in præfatione, ex num.* 42. & Flamin. Paris. *de resignatione benef. libro* 8. *q.* 10. *à n.* 6. 147

Quamuis † contrarium in terminis teneat Bursatus *cons.* 185. *lib.* 2. *n.* 14. dicens, quod cum consensus cap. requiratur à lege per modum solemnitatis, in ipso actu, & expresse adhiberi debet, ex Imola, Anton. & cæteris *in d. cap. cum vos*, & Rebuf. *in compendio alienatio. numero* 15. 148

In vnione tamen † facienda per legatum non requiritur consensus cap. Rota *decis.* 1. *& 2. de offic. legati, in nouis in additio.* Aegidius *decis.* 513. Caccialupus *art.* 6. 14. *concl.* Pet. de Perusio *cap.* 5. *numero* 18. Pauinus *d. q.* 3. *num.* 19. Gambarus *supra nu.* 58. *&* 110. Hojeda *vbi supra*, Nauar. *consil.* 10. *n.* 1. *de offic. delegati*, & practicabilia Rotæ *supra n.* 2. *versic. vnio potest*, quamuis contrarium videatur velle Boerius *supra numero* 4. 149

Et eadem ratione † non requiritur consensus capituli in vnione facienda per Papam, seu ex eius commissione, Nauar. *d. nu.* 1. Quamuis in vnione facienda per Episcopum ex concessione, seu commissione Papæ contrarium dicant Fastol. *dub.* 5. *&* Boer. *sup. n.* 4. & practicabilia Rotæ *d. num.* 12. *versic. in vnione facienda*, quod etiam videtur velle Rebuf. *d. glos.* 11. *nu.* 2. nec clausula *vocatis*, quorum interest, id importat. 150

quic quid

quicquid dicant Boerius, & Rebuf.

152 Et vbi extat consuetudo † in contrarium, videtur vnio posse fieri per Episcopum absque capitulo, vt cum Dd. *in d. Clem.* si vna tradit Fuscus *d. lib. 2. cap. 26. nu. 5.* quod tenuit Laurentius relatus à Cardin. *ibinum. 12.* & Caccialupus *art. 6. à num. 10.* præsertim *nu. 14.* Pet. Gregor. *supra nu. 6.* & ponitur in concilio prouinciali, Bononien. *tit. de vnio. §. quæ seruanda in vnionibus.* ibi: *Deinde cum consilio, & consensu capituli, nisi aliter ex loci, siue ecclesiæ consuetudine receptū esset.*

153 Licet † glossa *in d. Cle. si vna, verb. consentiente,* & ibi Imola, & Bonifacius *à num. 16.* Abb. *num. 2.* & idem Abb. *cons. 106. n. 4. part. 2.* Fastol. *d. dub. 26. nu. 2.* Fel. *in c. cum causam, de re iudicat. n. 10. & 20.* Pet. de Perusio *c. 5. 8. 9.* Lancell. *d. §. vsque adeo in glo. verb. consentiēte capitulo,* & practicabilia Rotę *d. n. 12. vers. in vnione facienda,* teneant non valere consuetudinem contrariam.

154 Neque obstant † illa verba *in fine d. Clem.* posita, *Contraria quauis consuetudine non obstante,* nam referuntur ad *vers. quod si Episcopi,* vt patet ex textu.

155 Debebit tamen esse † consuetudo immemorialis: vt ait Cardin. *supra* quem sequitur Gambarus *supra, num. 109.* & Rochus *in cap. fin. de consuetud. sect. 6. n. 15. in fine:* aut quadragenaria cum titulo, ex *c. 1. de præscrip. in 6.*

156 Nisi † simus in consuetudine generali, quæ esset consuetudo propria, & non præscriptio, tunc enim sufficeret solum tempus quadraginta annorum, ad notata *in d. c. fi. de consuet.* Duennas *reg. 140.* quam cōsuetudinem in his regnis esse existimo.

157 Sed est difficultas, an hodie † possit Episcopus vnire beneficia sine consensu capituli, ex Concil. Trident. *sess. 21 cap. 5. de reformat.* vbi datur Episcopis facultas vniendi, etiam tanquam sedis Apostolicæ delegatis, & partem affirmatiuam tenet Nauar. *d. cons. 20. de of. ic. de leg.* ex dictis *supra nu. 150. & seq.* & sequitur Zerola *2. part. verb. vnio. §. 9.*

158 Nihilominus tamen contrarium est dicendum, nam dictum decretum Concilij requirit in vnione consensum capituli, etiam si fiat ab Episcopis tanquam Apostolicæ sedis delegatis, ex illis verbis, *Iuxta formam iuris,* & ita S. Congregatio Concilij declarauit, vt aduertit additio dicti consilij Nauarri, dicens aduertēdum referri S. congregationem censuisse contrarium.

159 Et † patet ex sequenti declaratione supra *dict. capit. 5.* ibi: *Iuxta formam iuris, qua præterita nulla erit vnio, hoc est, de consensu capituli, iuxta* clem. si vna. de rebus ecclesiæ non alienan. *Episcopus has vniones facere potest.* Vnde conuincitur distinctio Zerolæ *supra.*

160 Et Rota in vna † Leodien. beneficij 23. Ianuar. 1593 coram Do. Gipsio resoluit, *Vnionem redituum capellæ, seu altaris factam parochiali ob paupertatem illius sine consensu capituli, esse nullam,* d. clem. si vna, *& ibi Abb. Imola, & Bonifacius, Cald.* cons. 65. *Abb.* 106. n. 4. lib. 2. *Fastol.* dub. 5. *&c.*

161 Et præterea illius † decretum procedit solum in vnionibus parochialium, & aliorum beneficiorum curatorum, vel non curatorum cum curatis, & illa verba, *Et in cæteris casibus à iure permissis,* non ampliant, vt vigore illius decreti possit fieri vnio aliorum beneficiorum, seu aliis beneficiis, sed ampliant causam vnionis, vt in specie illius decreti possit fieri vnio, non solum ex causa paupertatis, sed etiam ex aliis causis legitimis, vt potest ex contextu.

At vbi extat † consuetudo in contrarium, non videtur consensus capituli necessarius, etiam in terminis dicti decreti, cum consuetudo iuri deroget, &c.

Hoc tamen de consensu † capituli in vnione requisito intelligit Rota in dicta *1. decis.* Segouien. 133. *à num.* 10. quod ita demum vnio est nulla ex defectu consensus capituli, si hoc dicat capitulum, in cuius fauorem fuit inducta solemnitas consensus ipsius, alias non, Oldral. *consil. 282. in fi.* exemplo alienationis rei ecclesiæ, quæ ita demum est nulla, si placet ecclesiæ. Itaque nullitas vnionis ex defectu consensus capituli non potest allegari ab alio, quam ab ipso capitulo, cuius fauore vnio esset nulla ad instar nullitatis alienationis rei ecclesiæ ob defectum solemnitatum, quæ non potest allegari ab alio, quam ab ecclesia, vt ibi latius.

Sed hæc intelligentia † mihi non probatur, nam 164
consensus capituli in vnione, non tā fuit introductus in eius fauorem, cum de eius præiudicio non agatur, quam pro forma & solemnitate, ne passim, & temere fiat, ad tradita per Simoncel. *de decretis in præfat. n. 54.* & in terminis, quod consensus capituli in vnione requiratur à lege per modum solemnitatis, docet Burs. *d. consil. 185. n. 14. lib. 2.*

Et alias in vna † Anconitana terrarum de anno 165
1577. coram D. Seraphino fuit resolutum, *Quod in alienatione consensus capituli non requiritur vt persona interesse habentis, sed solum tanquam solemnitas, vt colligitur ex traditis per Francum* in cap. 1. num. 16. & 20. de rebus ecclesiæ in 6. *& declarat Rebuf.* in compendio alienationum in 2. & 3. requisito: *& sic stante commissione, si in euidentem cum clausula* vocatis vocandis *ad alien. terras mensæ Episcopi separatæ à mensa capituli: quo casu sufficit, vt Episcopus vendat, vt per Francum* d. n. 20. *capitulū non fuit vocandum: nam clausula,* vocatis vocandis, *videtur intelligenda de his, qui habent interesse, non autem de his, qui pro solemnitate adhiberentur, quia authoritas Papæ adhibetur, vt suppleat omnes solemnitates, Abb.* cons. 41. nu. 3. libr. 1. *nec curatur propterea in his de solemnitatibus, sed tantum de vtilitatibus Ecclesiæ, Socinus* consil. 15. num. 15. versic. insuper. lib. 1.

Vnde vnio facta † sine consensu capituli erit nul- 166
la, vt pote forma nō seruata, etiam capitulo non dicente, nec allegante, & ista nullitas poterit opponi à quocunque cuius interest, Rota *decis. 247. n. 5. part. 1. diuersorum.*

Nec obstat simile de alienatione rei ecclesiæ si- 167
ne debita solemnitate, quia eius nullitas est in fauorem ipsius ecclesiæ, & sic ab alio, quam ab ea allegari non potest. At in proposito nullitas vnionis factæ sine consensu capituli non est in fauorem ipsius capituli, at diximus, & sic est diuersa ratio.

Vnde cum quis † non possit authorizare in facto 168
proprio, non valet vnio facta ab Episcopo ipsi capitulo *d. Clem. si vna. §. fin.* quæ est iuris antiqui declaratiua, *gl. pen.* & Anchar. *ibi* Hier. Gabriel *cons. 186. li. 2.* quamuis contrarium velit Oldr. *cons. 182. n. 1.* cōtra quem tenet Caccialupus *art. 4. 10. q.* & ideo requiritur authoritas Papæ, gl. *ibi verb. mensæ. ad fin.* quam sequuntur ibi Card. *in fine n. 3.* & Abb. *n. 6.* Oldral. *consil. 262. n. 3.* & practicabilia Rotæ *d. c. de vnio. n. 12. vers. vnio facta ab ordinario:* quamuis Bonif. *ibi n. 12.* teneat posse recurri ad Archiepiscopum.

Sed *d. clem. si vna. §. fin.* † procedit, quando vnio 169
fit capitulo principaliter, & directe, secus vero quā-
do in consequentiam, & indirecte est in vtilitatem capituli Rota *dec. 1. de ecclesiis ædificandis in antiq. &*

à.decis.133.num.7.& 8.2.part.diuersor. & practicabilia Rotæ *d.n.12.vers.vnio facta per ordinarium, & n.15.in fi.* quamuis in contrarium potius sit *dec. 3. de rebus ecclesiæ,in antiq.*

170 Secus etiam vbi vnio fieret † alicui dignitati, vel præbendæ capituli, Rota *decis.788.num.4.part.1. diuersorum,* imo etiam omnibus præbendis distinctis non simul,sed separatim & distincte vnicuiq; alicuius beneficij,tunc enim non dicitur fieri vnio capitulo,& sic potest fieri per Episcopum cum consensu capituli,Bonif. *d.§.fi.n.13.14.& 15.*& Hiero.Gabriel 3.qui ita intelligit decretum Concilij *d.c.15.sess.24.de reform.1.part.* vt singulis præbendis singula beneficia vniantur, non omnibus simul indistincte vnum aut plura.

171 Quæ tamen videtur † nimia restrictio ad dictum decretum,& verius existimo in terminis dict.decreti posse ex eo fieri vnionem omnibus præbendis seu distributionib simul,& ita videtur sentire S.Cõgregatio Concilij,vt in sequenti declarati one sup. eo. *Hæ vniones fieri possunt in distributionib. quotidianis,vbi illæ tenues sunt,& etiam præbendæ tenues,secus si præbendæ non essent tenues, quia hoc casu tenuitati distributionum succurri potest per remedium* cap. 3. sess. 21.*idem licere censuit Congregatio,quando nullæ sunt distributiones,& præbendæ tenues, vel è contra.* Et *in declaratione* 2.supra adducta *præcedenti parte, cap.4. num.31* quamuis non possit fieri dicta vnio capitulo, seu mensæ capitulari,vt per Gonçalez *glos.37.n.25.*vbi ait consuluisse,& obtinuisse in S. Congregatione Concilij Trid de mense Sept.anni 1601. quod vnio facta ab Episcopo Cauen. mensæ capitulari de quibusdam beneficiis simplicibus vigore Concilij *d.ca.* 15 esset nulla, quia dictum Concilium non dat facultem vniendi 73.mensæ capitulari,sed tenuib.præbendis singulorum capitularium, & aliud est capitulum,aliud singuli de capitulo & allegasse Felinum *in cap.cum accessissent,de const.n.22.* quod tamen iuxta ista accipiendum videtur,vt etiam omnibus præbendis simul fieri possit dicta vnio,quia non ideo fit capitulo,seu mensæ capitulari,fauet Açor *d.cap. 28.q. 17.in fin.*

172 Præterea † *d.Clemen.si vna.§.fin.* non procedit in suppressione, & extinctione alicuius dignitatis vel præbendæ, quam ex causa potest facere Episcopus cum consensu capituli, nisi bona Episcopi,& capituli sint communia,vt notant Hostien. & Abb.*nu.5. in c.cum accessissent,de constitutio.*& glos.*in d.§.fi.ver. mensæ,vers.item facit,* quam ibi sequitur Card. *ad fi. d.n.*1.Oldral.*d.consil.182.n.5.*& Gambarus *de eff. legati li.5.rubr.de distmembratione n.22.*

173 Sed contrarium † tenent Butrius, & Imola *in d. cap.cum accessissent,*& cum eis,Felin.*num.22.* & Decius 57.*ibi,*& Bonifac.*d.§.fin.nu.* 11. & Hier,Gabriel *supra,* nempe,quod etiam si bona Episcopi, & capituli sint diuisa,non potest Episcopus cum consensu capituli supprimere dignitatem, vel præbendas diminuere,si id caderet in vtilitatem capituli,quia fructus applicantur ipsi capitulo, seu mensæ capituli, etiam diuisæ, nam tunc capitulum authorizaret in facto proprio contra dicta *§.fin.*& allegant Glossam *ibi verb.mensa,* quæ re vera non affirmat opinionem Hostien.

174 Ait tamen † Imola *ibi,* quod licet mensæ capituli applicare non possint,quia hic agitur de interesse capituli,& tangitur commodum totius capituli, tamen si vellent applicare vni præbendæ,vel etiã singulis,possent,quia non authorizarent in facto proprio,cum aliud sit applicare capitulo, aliud singulis canonicis;seu singulis de capitulo, & sequitur Decius *ibidem à nu.*54. & respondet ad rationem Felini *vbi* 8.reprobãtis in hoc ad Imolã,quod licet propter commodum singulorum canonici videantur in hoc esse suspecti,tamen ista suspicio non facit,quod dicatur causa propria capituli,& ideo licet singulis vtilitas acquiratur,verum tamen est dicere,capitulũ non præstare authoritatem in facto proprio, prout videtur considerare Imola,&c.

Sequitur † etiam Hieron.Gabriel *supra* dicens, 175
quod potest item Episcopus cum consensu capituli supprimere præbendam, dignitatem, aut officium eius fructus,applicando non capitulo, sed distribuendo inter singulos canonicos,assignãdo scilicet cuique canonico,vel præbendæ certam portionem, & quod ita procedit dictum capitulum cum accessissent cum notatis de constitutio. & secunda pars dicti decreti Concilij. 176

In terminis † tamen istius decreti verius existimo posse ex eo applicari fructus, & prouentus prębendarum suppressarum,reliquarum distributionibus simul,& in communi, & indistincte iuxta supra- 177
dicta. Consensus † autem capituli non præsumitur, nisi expresse probetur, vt docet Bursatus *supra* ex Felino *in cap.sicut,de re iudicata, numero* 29. & Millis *in reper.vers.Episcopus potest cum consensu,*& asserenti incumbit onus probandi consensum interueniisse. Boerius *d.dec.345.n.5.* vel nisi alias de eo appareat,iuxta dicta supra *a n.* 121. quidquid dicat Gemin *consil.87.* quam refert practicabilia Rotæ supra *n.12 vers.contra prædicta.*& licet Açor *d.2.part. li. 6.c. 28.q.12.* dicat,quod iste consensus capituli interueniisse creditur,nisi contrarium appareat ex Alex. *consil.219.lib.6.* qui *n.17.* ait quod ex possessione præsumitur,quod titulus vnionis fuerit legitimus,& sit cum consensu capituli, nisi ostendatur contrarium per partem aduersam per tex.*in c. cum venissent, de institutio.* qui id non recte probat, vt per gl.*ibi verb. probatum,*& Abb. *n.8.* 178

Sed an ex diuturnitate † temporis præsumatur interuenisse consensus capituli, etiam in vnione nõ enuntiatus,videbatur dicendum præsumi si lapsum esset tempus longissimum 30. annorum ex traditis per Felin.*in cap. Alberic.num.4.de testib. & in c.illud num.6.de præsumpt.& cap.sicut, num.29.& seq.de re iudicata,* Alciat.*de præsumpt.reg.3. præsump.* 10. *numero* 7.Balbum *de præscrip.1.p.3.partis q.* 10. *numero* 10.Aym.*de antiq.temporis,3. p. sect. 1.à numero sexto.* Hier.de Monte *de finibus regun. capit.* 105. Anton. Gabrielem *conclus.* 1. *de præsumpt.*Bursatum *consil. 424.lib.*4.Simoncellum *de decretis lib.3.tit.7.num.* 34.Menoch.*de præsumpt. lib.* 2.*præsump.* 75.*numero vigesimoquarto & lib.3.præsump.132. à num.* 55. Gratian.*reg.144.nu.17.& 19.* & Velazq.*in l.42.Tauri gl. 2.n.7.*(qui docent,quod quando agitur de graui præiudicio alterius,præsumitur solemnitas non enuntiata ex lapsu non minoris temporis 30. annorum. Aut etiam concurrente possessione, & obseruantia vnionis cum scientia,& patientia aduersarij,si lapsum esset longum tempus 10. annorum, ex Alex.*d.consil.219.num.13.& 22. cum seq.* & ex traditis per Aym.*sup.num.1.& 9.*& Anton.Gom.2 *tom.variar.cap.11.n.* 17.Simoncel. *d. n.* 34. Menoch. *d.præsump.131.à num.45.& 62.*& Roder.Suar. *in l.3. tit.de las deudas lib.3.fori limit.9.versic.sed pone nu.* 24. vbi additio Baldi alios adducit, & in terminis quod ecclesiæ vnio de consensu Episcopi. & capituli ex diuturni-

turnitate temporis facta præsumatur cum Alex. Decio, Tiraq. & Ant. Gabr. tradit Mascar. *de probat. conclu.* 587. *n.* 4. *&* 1322. *&* *n.* 9. & quod in dubio consensus capituli in vnione, & eius solemnitas ex temporis diuturnitate præsumitur, tradit Hojeda *d.* 2. *p.c.* 3. *n.* 9. *versic. sed vtrum.*

179 Nihilominus tamen dicendum † videtur, ita demum ex diuturnitate temporis præsumi consensu capituli in vnione non enuntiatum, seu solemnitatem, alias in actu requisitam, si lapsum sit tempus 30. annorum cum possessione, & obseruantia vnionis, seu actus per illud tempus, alias non (& ita accipiendi sunt Felin. Alciat. Balb. Anton. Gabriel. Velazq. & alij citati, Tiraquell. *de præscrip. §.* 1. *gloss.* 4. *vers.* 21. *&* 39. & Alexan. Stiaticus, qui plura cumulat *in repe. extrauag. ambitiose, de reb. ecclesiæ, numero* 20. Cassad. *decisio.* 3. *de procurat.* Eman. Suar. *verb. solemnitas antiquo actui*, Menoch. *de succes. on. resolut. §.* 5. *num.* 38. & Nauarr. *cons.* 38. *num.* 7. *de sentent. ex comm.* nec multum discrepat Mascar. *d. concl.* 1322. *num.* 49 cum Hieron. Gabriele *cons.* 36. *nu.* 52. *lib.* 1. idem *cons.* 60. *numero* 18. *lib.* 2. & facit *cap. prouenit, de empt. & vend.* quamuis etiam sine possessione id velint Aym. Simoncel. & Menoch (ex *decis.* Putei 136. *&* 365. *numero* 4. *libro* 2. *&* 1. *de rebus Ecclesiæ*, Afflict. *decis.* 368. Cota *dec.* 335. *& seq. in suis miscellaneis manuscriptis*, Rota *decis.* 143. *numero* 8. 9. *&* 10. *p.* 2. *diuersor.* & in vna Neapolitana funda. 1. Iunij 1579. coram Do. Robusterio, quæ est *d. p.* 2. *diuersorum decis.* 179. in qua fuit resolutum, *Ex lapsu* 30. *annorum cum possessione præsumi beneplacitum sedis Apostolicæ in alienatione bonorum Ecclesiæ, ex Puteo, & August. de rebus ecclesiæ non alienan. & aliis pluribus in Romana S. Laurentij in Damaso coram D. Rubeis isto anno allegatis*, Rota etiam in vna Sarcanen. terrarum de anno 1575. coram D. Cota, in qua fuit resolutum, *Confirmationem, & solemnitatem præsumi ex lapsu* 30. *annorum data obseruantia per illud tempus, Hier. Gabr.* consil. 80. & 82. lib. 2. additio *Alex.* cons. 219. n. 22. lib. 6. *licet ad effectum præscriptionis requirantur* 40. *& licet deducatur ibi tempus episcopi alienantis, secus tamen ad hunc effectum, &c.* & in vna Elnen. mineriorum 16. Decemb. 1588. coram D. Orano, & in vna Placentina decimarum coram Do. Bubalo, & posthæc tradit Gonçalez *gloss.* 12. *à numero* 76. & Prosper de Augustino *ad summam bullarij quarantæ, verb. alienatio numero* 46. & latius *in append. ad eum locum pag.* 506. *& seq.* Grat. *decision.* 150. *num.* 4.

180 Et in vna Romana † casalis 21. Maij 1593. coram D. Seraphino, in qua agebatur de alienatione cuiusdam casalis monasterij S. Pauli Romæ facta Leon X. fuit resolutum, *Nulla alia solemnitate opus esse, quando cum Papa contrahitur, præsentia enim eius supplet omnem defectum solemnitatis, Baldus in* l. rescripta, C. de precib. Imperat. offeren. & in l. sancimus, C. de donat. *Imola* in cap. 1. de litis contestatio. *Alexand.* consil. 157. lib. 2 cum aliis, *etiam si fiat contractus cum Papa tanquam cum persona priuata: adhuc enim consentit ipsi alienationi, & contractui, sicut Papa, & quod reseruatio consensus capituli generalis cum non requireretur, nisi ad authorizandum, non autem ratione præiudicij, recipit conditionem quatenus opus sit vt de beneplacito Apostolico passim obseruatur, Puteus* decis. 42. lib. 2. *Rota* decis. 519. numero 3. p. 1. diuers. *interueniente vero authoritate Papæ non erat necessarius, & quatenus ille consensus necessarius esset, vtique præsumeretur interuenisse ex lapsu* 30. *annorum, Felin.* in cap. illud, numero 6. de præsumpt. *Puteus* dict. decis. 365. & d. dec. 1. de reb. eccles. *& quod consensus rectoris spatio* 30. *annorum præsumatur talis, qualis requiritur, fuit resolutum in causa Conchen. fructuum coram Domino Gipsio* 10. *Februarij* 1586. *& licet ad effectum præscriptionis deducatur tempus prælati alienantis: secus tamen ad hunc effectum.* Hæc in dicta Romana casalis.

Et 28. Iunij eiusdem anni † coram eodem causa 181
iterum proposita, *Domini non fuerunt concordes supra primo fundamento de consensu Papæ, vti personæ priuatæ, quod sufficiat, ideo eo omisso, itum est in eam sententiam vt ista solemnitas authoritatis Papæ præsumatur ex cursu temporis, nec ad hanc præsurptionem est necessarium, quod enuntietur solemnitas, vt est communis, & fuit resolutum in Caballin. coram Rubeis* 10. *Ian.* 1575.

Idem etiam fuit † resolutum in causa Romana re- 182
locationis domus 20. Iunij 1594. & 13. Martij 1595. coram D. Gipsio.

Quamuis in vna † Anconitana terrarum, 27. Ia- 183
nuarij & 18 Aprilis 1581. coram D. Blancheto fuerit dictum, *Beneplacitum sedis Apostolicæ, etiam spatio* 40. *annorum non præsumi, quia cum fuerit positum in conditione, & non sit solemnitas iuris communis, requiritur tempus antiquum, Mohedanus* decis. 52. *Socinus Iunior* cons. 56. num. 29 lib. 2. *Aymon* de antiquitate temporis, part. 3. num. 18. *Sequitur Prosper de Augustino* d. append. pag. 507. *citans Caualcan.* deci. 8. sub n. 23. p. 2. *& alios.*

Et in † dict. Romana casalis 25. Martij 1594. co- 184
ram eodem domino Seraphino, fuit facta *difficultas circa præsumptionem licentiæ capituli, quod reseruatio illius fuit facta sub conditione. Sed aliqui ex Dominis respondebant hoc non impedire præsumptionem ex Beroio* in rub. de probatio. numero 46. & 49. *& Menoch.* de præsumptio. lib. 1. præsumpt. 37. numero 20. & seq.

Et in causa † Mediolan. rescissionis permutationis 185
10. Ianuarij 1597. coram domino Pamphilio fuit resolutum, quod *licet transactio super bonis ecclesiasticis requirat easdem solemnitates, quas requirit alienatio, Caputaquen.* decis. 106. part. 1. *& sic solemnitatem, & iustam causam, pro solemnitate tamen sufficit beneplacitum Apostolicum, quod supplet omnes alias solemnitates: & licet huiusmodi beneplacitum non ostendatur, quia tamen fuit reseruatum in ipso instrumento, in quo abbas, & monachi susceperunt in se onus illud obtinendi, satis præsumitur obtentum stante obseruantia ipsius transactionis spatio* 30. *annorum & vltra, quo tempore sapius decisum est præsumi beneplacitum Apostolicum in alienatione bonorum ecclesiæ, Felin.* in cap. Albericus de testib. numero 4. *vbi dicit hoc procedere, etiam si beneplacitum non sit enuntiatum, quod seruat Rota, vt per Puteum* decis. 365. libro secundo, *& fuit resolutum in causa Romana casalis vigesimo octauo Iunij* 1593. *coram Decano, & sapissime in aliis causis, &c. & eo ipso quod præsumitur solemnis, præsumitur etiam vtilis ecclesiæ, & monasterio, quamdiu contrarium non probetur, Abb.* consil. 41. sub numero 2. p. 1. *Alex.* 29. num. 6. lib. 1. *Iason* 54. num. 3. lib. 1. *Dec.* 192. numero 1. *Paris.* 24. num. 5. lib. 4. *Bald.* in cap. 1. de his qui feudum dare possunt.

Et ita tenendum † est, quamuis nouissime Flo- 186
res de Mena *q.* 23. *numer.* 94. *&* 95. doceat solemnitatem necessariam etiam enuntiatam in scriptura, de qua non constat in scriptura separata, vel tabellio fidem non facit, in rebus minorum, ecclesiarum, & aliorum, quæ sine solemnitate alienari non possunt,

non præsumi, etiamsi possessio tricēnalis, & quadragenalis sit, nisi possessio reorum sit admodum antiqua, vel immemorialis, vel centenaria, aut magis, & minus, & dummodo si non sit vltra centum annos, fama tituli, aut alia indicia concurrant, quæ arbitrio iudicis relinquit, neque esse constituendam differentiam (vt communiter constituunt Doctores, & particulariter Mascard. Menoch. & alij relati) inter titulum, & solemnitatem necessariam, & essentialem præsumendam, sed ad illam præsumendam non minorem probationem, aut minores cōiecturas, quam ad præsumptionem tituli requiri, *ex d. c. pervenit*, & aliis quæ id non probant.

187 Et an in † exemplatione instrumenti præsumatur solemnitas extrinseca, ex antiquitate temporis, vide Aymonem *d. 3. part. sect. 2. à n. 12.* Cou. *practicarū c. 21.* Nau. *consil. 2. de fide instrum.* & Rotam *decis. 193. part. 2. diuersorum.*

188 Huiusmodi autem † præsumptioni non est locus, vbi ex ipso instrumento apparet de contrario, nempe non interuenisse dictum consensum, seu solemnitatem alias in actu requisitam, Aymon. *d. 3. p. sect. 1. 7. limitat. num. 27. decis.* Pedemontana Cacheranj 273. *à num. 7.* Mieres *de maioritat. 4 par. quæst. 20. num. 28.* Velazquez alios citans *in l. 41. Tauri, glos. 3. num. 5* Surdus *de aliment. tit. 8. priuileg. 22. nu 10.* Prosper de Augustino, *d. append. pag. 505.* & Rota *decis. 84. num. 7. part. 2. diuers.* & in vna Astorien. beneficij de Villarin. 11. Decemb. 1585. coram D. Pamphilio, in qua fuit resolutum, *Transumptum factum coram vicario Archipresbyteri de Villafafila, ad cuius instantiam fiebat transumptum, non esse in forma probanti, quia eius vicarius non dicitur iudex ad id, etiam quod haberet iurisdictionem ordinariam, & non esset vicarius foraneus, Abbas* num. 2 *Felin. 4.* in cap. fin. de fide instrum. *Cum ageretur de interesse Archipresbyteri, capit. insinuante, vbi Abbas, Felin. & alij* de offi. delegati, *& quia ex facie instrumēti apparebat, non solum nullam adhibitam causæ cognitionem ex temporis breuitate, Anchar.* conf. 83 *Gabriel.* concluf. 5. de sentent. numero 34. *Achilles* decis. 48. *sed etiam ex defectu citationis requisitæ,* d. cap. fin. *vbi Doctores, quia notarius ait, quod facta comparitione coram domino Vicario statim iussit transumptari, & notarius in continenti dedit transumptum; quæ citatio cum requirat aliquod temporis spatium, excluditur ex illis dictionibus,* statim, & incontinenti, *Tiraq.* in l. si vnquam, verb. reuertatur, num. 114. & 116. *Vnde tollitur omnis præsumptio, quæ ex temporis antiquitate oriri alias potuisset, Decius* cōsil. 445. num. 68. *quando enim ex facie instrumenti cōstat solemnitates non esse seruatas, cessat præsumptio ex lapsu temporis, Paulus* consil. 81. lib. 2. *Alexan.* consil. 1. lib. 4. *Gabriel.* concluf. 1. de præsumpt. num. 57.

189 Et in causa † Auximana terrarum 23. Ianuarij 1595. coram domino Orano fuit resolutum, *Citationem factam canonicis in ecclesia, seu in choro non suffecere etiam stante lapsu 30. annorum, Gambarus* decis. 10. *Ægidius* decis. 10. in fin. *Felin.* cap. cum omnes n. 24. de constitutio. & cap. eam te, num. 13 de rescrip. cum aliis, *quia non sunt congregati capitulariter, & cum ex facie actus appareat citationem factam esse nulliter, cessat præsumptio ex lapsu 30. annorum ad Paulum, Alexand. & Gabriel.* supra, *& fuit alias resolutum, &c.* Et conducit decisio in causa Toletana nullitatis professionis coram domino Pamphilio 27. Februar. 1595. adducta supra *9. part. cap. 2. num. 330.*

In vnione vero † facienda seminario non videtur requiri consensus capituli, sed eius loco requiritur, 190
quod fiat cum consilio quatuor deputatorum, duorum de capitulo, & duorum de clero, ex decreto Cōcilij *ca. 18. sess. 23. de reform.* Alias vnio non valet. Rota *d. dec. 132.* Cæsaris de Grassis, & censuit sacra Cōgregatio Concilij his verbis, *Congregatio censuit, vniones factas seminario absque consilio eorum quatuor, quos iubet concilium adhiberi, minime valere.* Alia. *Nō valent vniones simplicium beneficiorum factæ irrequisito deputatorum consilio.*

Verum Episcopus † non tenetur sequi eorum 191
consilium, vt eadem Congreg censuit his verbis, *Episcopi quatuor deputatos seminarij debet adhibere in cōsilium pro tota temporali administratione prædicti seminarij excepta exactione, quæ ad solum Episcopum spectat, non tamen tenetur eorum sequi consilium.*

Et ita in vna † Mediolanen. beneficij quinta Iunij 1596. fuit resolatum, *Quod deuolutio est iustificata* 192
lapsu temporis à die vacationis, iuxta capitulum secūdū de concessione præbendæ cum alias: neque obstat vnio facta seminario, quæ sine consensu capituli est nulla secūdum ius commune, Cl. 2. de reb. ecclesiæ, *& attento Cōcil. Trid. ad eius validitatem requiritur interuētus adunctorum, vt fuit sæpe à Congregatione declaratum, & consequenter non impedit deuolutionē, nā ignorantia iuris non præstat iustam causam ex deductis in causa Gienen. præstimonij, &c. nec regula de triennali suffragatur seminario, quia illa defendit titulo possidente, non autem vti vnitum, Chisan.* dec. vltima.

Requiritur etiam ad hoc, † valeat vnio facta se- 193
minario, quod sit actu rectum, & habeat actu schlares, & magistros, vt censuit Sacra Congregatio anno 1588. in vna Gienen. his verbis, *Congregatio Concilij censuit vnionem nullam esse, & inualidam, cum seminarium non fuerit erectum, iuxta formam Concilij, vtpote, nec magistris, nec scholaribus vere, & actu in eo existentibus, quæ declaratio fuit confirmata per breue Sixti Quinti in eius executionem datum 26. Octobris* 1588.

Et Episcopo † Caurien. sic fuit rescriptum, *Per-* 194
illustris, & reuerendissime domine vti frater, cum nomine capituli istius ecclesiæ expositum fuerit congregationi illustrissimorum Patrum qui Triden. Conc. decretis interpretandis præfecti sunt decem ab hinc annis istic vix extitisse cœptam seminarij fabricam illam, tamē nūquā perfectam, ac super beneficiis non fuisse certam taxā cōstitutam minusque in ipso seminario magistros, & scholares habitos, censuit ipsa Congregatio beneficia eidē seminario vnita, atque in mensib. Apostolicis vacata, spectare ad liberam sanctissimi domini nostri dispositionem: quā Congregationis sententiam amplitudini tuæ notam esse voluimus, &c. Romæ 26. Ianuarij 1596. Hiero. Cardinal. Mathæus.

Vnde in causa † Gienen. præstimonij de mense 195
Iunij 1593. coram domino Blancheto fuit resolutum, *Collationem beneficij factam ab Episcopo post lapsum multi temporis à vacatione non sustineri, c. 2.* cum aliis, de concessio. præbendæ, *nec obstare vnionem factam de dicto beneficio seminario faciendo verbaliter tantum erecto, quasi ignorantia iuris dubij fuerit excusatus à deuolutione, quia respondetur ius esse clarum, quod ecclesiæ nondum existenti donari non potest,* cap. ad audientiam 2. *& ibi Abb.* de eccles. ædificand. *Nec obstare* c. nemo, de consecrat. distin. 1. *quia solum probat antequam ecclesia fiat, debere esse obligationem dotandi, nec obstare Concilium* d. cap. 16. *quia respondetur, quod vt*

quod vt posset fieri vnio, debebat seminarium actu esse erectum saltim in domo conductitia, & Concilium præcipit debere fieri contributionem de fructibus mensæ, &c.

196 Et in vna † Corduben. præstimonij 6. Nouembris 1596. coram D. Lita fuit resolutum, *Possessio seminarij fuit de facto capta, & propria authoritate vigore vnionis factæ eidem seminario ante erectionem illius, quam vnionem certo certius est non subsistere, ad notata per Anchar.* in Clem. si vna 3 oppos. de reb. eccles. non alie. *& prout fuit dictū in illa Gien. præstimonij* 20. *Feb.* 1594. *coram illustr. Blancheto.* Et idē fuit resolutū in alia Corduben. præstimoniorum 7. Febru. 1601. coram eod. D. Lita, vt per Gonçalez posthæc visum *glos. 5. §. 7. a num.* 68. qui id solum admittit, quando colligeretur aliquis fumus, vel suspicio fraudis in tali vnione, vel quando reditus beneficiorum vnitorum seminario nondum erecto forsan non conuerterentur in eius vtilitatem, & prosecutionem, sed in alios extraneos vsus, ac etiam quando omissa detractione fructuum mensæ Episcopalis, & capitularis, & cunctorum beneficiorum diœcesis, prout dictum Concilij pro forma requirit, vt vel alias forma non seruata fieret vnio, alias inquit validam esse talem vnionem futuro seminario, quamuis nec domus sit empta, nec fabrica constructa, nec scholares actualiter admissi. Sed ista sententia est re vera contra dict. declarationes S. Congregationis, & decis. Rotæ

197 Vbi se † offert difficultas, an si semel bene facta vnione seminario actu erecto, & habenti scholares, postea desinant, ibi esse scholares ad tempus, vt reditus insumantur in fabricam, seu reparationem domus, vel alia de causa, expiret vnio beneficiorum.

198 Et † videtur, quod sic, nam omnis res per quascunque causas nascitur, per easdem dissoluitur, *c. 1. de reg. iuris, & l. nihil tam naturale. ff. eodem*, & deficientib scholaribus non videtur esse collegium, & subiectum in quo vnio permaneat.

199 Nihilominus † tamen contrarium videtur verius ex doct. Abb. *in cap. gratum de postulat. prælator. num.* 12. Cuch. *in institutio. maior. lib.* 4. *titul.* 1. *n.* 17. & Horatij Mandos. *de priuileg. ad instar gloss.* 7. *n.* 44. Açor *lib.* 5. *c.* 22. *n.* 9. & aliorum, & turpius eiicitur, quam non admittitur hospes, *capit. quemadmodum, de iureiurand.*

200 In odium † tamen Episcopi tollentis scholares è seminario, licet ad tempus forte impetrarentur, & concederentur beneficia illi vnita à Papa dissoluente vnionem.

201 Et si † esset pensio reseruata seminario, licet tunc non expiraret, & extingueretur, iuxta dicta tamen videtur, quod non posset exigi pro annis quibus non sunt scholares.

202 Rursus † requiritur in vnione vocatio, & consensus patroni, siue ecclesiastici, siue laici, ac inferioris collatoris, & electorum, *Clem. vnica. §. de statu monachor.* Concil. Trident. *cap.* 15. *sess.* 24. *de reformat.* ibi, *Cum patronorum consensu*, &c. Bonifacius *in dict. Clem. si vna à num.* 21. & Cardin. *numer.* 6. & 17. Fastol. *dub.* 6. Caccialupus *artic.* 6. Pet. de Perusio *cap.* 5. 6. *quæst. principali.* Rebuf. *in praxi titul. de vnio. num.* 28. *& in reg. de vnio. gloss.* 11. *nu.* 61. *& in d. repet. §. qui vero*, 3. *not. ab. versic. tertio posset quæri, & in consil.* 20. *versic. quinto respondetur*, vbi ait, quod si per inferiorem à Papa facta est vnio, oportet probare non solum vnionem, sed & consensum collatoris, seu patroni, & Lamber. *de iure patro. lib.* 3. *quæst.* 6. *art.* 2. Mandos. *reg.* 22. *quæst.* 8. *numer.* 3. Couarruu. *practicar. cap.* 36. *num.* 10. Hojeda *dict. cap.* 3. *numero* 9. *versic. sed vtrum*, Fuscus *dict. lib.* 2. *capit.* 26. *numero* 26. Lancellot. *in institut. dict. lib.* 2. *tit. de vnio. §. nec solum*, Flam. Paris. *de resignatione benef. lib.* 2. *quæst.* 4. *numero* 11. & Zerola *in praxi* 1. *part. verb. vnio. §.* 7. *dub.* 4. & alij.

Nam † vnio debet fieri vocatis his quorum interest, alias non valet tam ex iure communi, vt per Pet. de Perusio *d. cap.* 5. *num.* 1. Rebuf. *d. tit. de vnio. n.* 43. Duaren. *d. lib.* 5 *cap.* 6. Hoiedam *dict. num.* 9. *vers. secundum quod*, & Lancellotum *ibi*, & Azor *dict. lib.* 6. *cap.* 28. *quæst.* 14. quam ex Concil. Triden. *sess.* 7. *de re fort. c.* 6. Rota *in dict.* Segouien. *præstimonij* 133 *n.* 4. *part.* 2. *diuersorum*, & in vna Theanen. beneficij S. Eustachij 20. Maij 1587. coram D. Gipsio, & Concilium Bononien. *dict. tit. de vnio. §. quæ seruanda in vnio.* ibi, *Et vocatis quorum interest, tota erit res pertractanda.* 203

Et qui † sint isti quorum interest, qui vocandi sunt, tradunt Cacccialupus *d. art.* 6. & Pet. de Perusio *d. cap.* 5. & Rebuf. *d. gloss.* 11. 204

Vnde in † vna Spoletana capellaniæ 29. Maij 155[illegible]. corā D. Capisuco, Rota tenuit, *Vnionē factam per legatū de latere de beneficio iuris patronatus sine consensu patronorum esse inualidam*, vt per Caputaquen: *decis.* 350. *part.* 3. Et in eadem 17. Iunij eiusdem anni tenuit, *Vnionem factam de beneficio iuris patronatus eorum, non accedente consensu omnium patronorum esse nullam*, vt per eundem Caputaq. *decis.* 346 *part.* 3. 205

Et in † vna Taruisina plebis de Medulo sub die 28. Iunij 1553. coram illustrissimo D. Millino habita opinione Romanorum dominorum abbreuiatorum de parco maiori, fuit resolutum, *In vnione facienda de beneficio solere, & debere exprimi possessionem iuris conferendi, si qua penes aliquem adest maxime iure speciali competens.* 206

Quod † etiam, ad huiusmodi possessionem iuris conferendi facere intrare regulam de iure quæsito, vt sit necessaria derogatio, fuit resolutum in vna Perusina beneficiorum, seu vnionis 8. Martij 1596. coram illustrissim. D. Blancheto, in qua antea 24. Nouembr. 1595. coram eodem fuerat resolutum vnionis exceptionem obstare iuri conferendi quando vnio est bona. 207

Et † in dicta Taruisina 20. Ianuarrij 1594. coram domino Orano fuit resolutum, *De collationis pertinentia cum non agitur contra ordinarium, sed contra inferiorem qui prætendit vnionem beneficij, & cui ius commune resistit, sufficere probationem leuiorem etiam per famam, Rota* decis. de probatio. in nouis, *Cassador.* 5. eodem tit. *Chisanen.* 3. quamuis in eadem Taruisina 16. Decemb. 1588. coram D. Bubalo fuit resolutum, *Ad effectum infringendi vnionem ob non expressionem iuris præsentandi, Rota* decis. penul. & fin. de exceptio. in nouis, de quo supra *3. part. cap.* 5. 208

Et † in vna Aquen. iuris patronatus septimo Nouem. 1601. coram Domino Lancelloto est resolutum, *Constare de iure patronatus ex ipsa fundatione & dotatione cum reseruatione iuris patronatus de consensu Episcopi pro Anton. fundatore, & eius successoribus*, Caputaquen. decis. 133. parte secunda, *& hoc ius patronatus fuisse in communitatem translatum constat ex publico instrumento donationis ei factæ, cuius validitas controuerti non potest, cum interuenerit authoritas visitatoris Apostolici, & fuerit rat.* 209

tificata ab ordinariis pro tempore existentibus, qui præsentationes admiserunt, consensus namque ordinarij sufficit tacitus, & satis est, quod interuenerit ante, vel post, Thanis decisio. vigesima, *constat etiam de effectuatione istius donationis ex pluribus præsentationibus continuatis spatio centum annorum, & vltra, quæ sortitæ fuerunt effectum, & ab Episcopis confirmatæ, neque potest dici ante donationem beneficium fuisse effectum liberæ collationis, cum non probetur, nec præsumatur mutatio status, neque concurrant requisita pro illius mutatione, & præscriptione libertatis, iuxta textum cum ibi notatis* in cap. cum de beneficio de præbend. in 6. *Hinc sequitur inualiditas vnionis de iure patronatus laicorum, factæ sine consensu patroni, non facta de hoc mentione, est nulla, Abb.* cap. cum dilectæ, in fin. de iure patronatus. *Fastol.* dub. 6. *Caputaquen.* s. decisione 246. parte tertia, *& fuit tentum in causa Aprusina iuris patronatus vigesimo Aprilis* 1584. *coram Domino Bubalo, & in alia Taruisina plebis coram eodem, & in vna Romana iuris patronatus coram Dom. Mellino.*

218 Vnde etiam † Sacra Congregatio Concilij supra *cap. quinto sess. vigesima prima de reformat.* sic censuit, *Hoc cap. quo disponitur posse Episcopum facere vniones perpetuas quarumcunque ecclesiarum parochialium, & aliorum beneficiorum cum curatis propter eorum paupertatem, non comprehendit beneficia iuris patronatus. Et supra* d. cap. 18. sess. 23. *sic, viri non possunt beneficia iuris patronatus etiam ecclesiastici, nec pertinentia ad prouisionem inferiorum, neque beneficia, quæ residentiam requirunt, neque regularia, nec etiam quæ commendata sunt, nec quæ monasteriis sunt vnita, vel annexa.* Consonat dict. Bononien. *d. tit. de vnio. §. quæ obstant vnionibus beneficiorum, & titul. de seminario. §. quæ beneficia vniri nequeunt.*

Ex quibus † apparet falsum, quod ait Açor *dict. 2.*
221 *part. libro quinto, cap. 29. quæstion. 16. & libro 6. cap. 28. quæst. 12.* quod legatus potest vnire beneficia iuris patronatus clericorum, vel laicorum ex præscriptione, consuetudine, aut priuilegio, sine ipsorum consensu, tunc enim iuri (inquit) potest legatus derogare. Sed ista ratio solum procedit in prouisione de quo supra *5. par. cap. 3. num. 71. & 72.* non vero in vnione, quæ aufert in perpetuum prouisionem.

212 Nec etiam † verum existimo, quod ait Manuel Rodriguez quæstionum regularium *tom. tertio, quæstione octuagesima, articulo primo*, quod per priuilegium, & facultatem datam priori sancti Benedicti vniendi monasteria consentientibus abbatibus, & monachis monasteriorum vniendorum, non obstante fundatione, dotatione, &c. potest fieri vnio monasteriorum iuris patronatus sine consensu, & vocatione patronorum, cum in priuilegio nulla fiat mentio de vocatione, & consensu ipsorum, conuincitur enim ex regula *leg. si quando Cod. de inoffic. testament.*

213 Nec contra † patronum, aut inferiorem collatorem præsumetur eorum consensus, etiam si in vnione enuncietur ab ipso Episcopo, nam alias esset in facultate Episcopi illis præiudicare, ad *decision. decimamtertiam*, Crescen. *de probat.* de qua supra *8. part. c. 4. n. 43.*

214 Hoc autem † certum est, non requiri vocationem rectoris beneficij, nec eius consensum, cum ei ad suam vitam non præiudicetur, sed post mortem ipsius vnio sortiatur effectum, nec defensoris, si vacat *dict. cap. consultationibus, de donatio. & dict. Clem. si vna*, & ibi gloss. & DD Rebuff. *dict. gloss. 11. numero* 8. Hojeda *dict. cap. 3. numero 9. versicul. sed virum* Lanuló. *dict. titulo de vnio. vsque adeo*, & Rota *in dicta decisio.* Segouien. 133. *numero* 13. *&* 14 *parte* 2. *diuersorum.*

Quod † procedit etiam in vnione facienda per 215
legatum, Gambarus *d. lib. 5. rubric. 1. de potestat. legati in vniendo, num.* 114. ne contrarium dicit AEgidius *decis.* 403. vt ei imponit Gambarus *ibi & numer.* 112. Nam illud de vocando rectore immediato, &c. solum dicit quoad dismembrationem, & alienationem.

Nec etiam † rector ecclesiæ est vocandus in v- 216
nione facienda de aliquo beneficio, seu præstimoniò suæ ecclesiæ, Rota in dict. Segouien. *num.* 14. *&* 15.

Quod † procedit etiam in casibus positis per 217
Concilium Tridentinum, vt vocatis his quorum interest, vniones fiant, quamuis contrarium, nempe in illis casibus citandum esse rectorem, & possessorem beneficij, videatur velle Fuscus *dict. lib. 2. cap. 26. numero* 11. nam illa verba, *vocatis quorum interest*, accipienda sunt, iuxta ius antiquum, cum aliud non caueatur expresse ad *l. præcipimus, Cod. de appellat. cum aliis.*

Et etiam † procedit eadem ratione in vnione fa- 218
cienda ex commissione Papæ, vocatis quorum interest, quamuis tunc vocandum esse rectorem beneficij videatur velle glos. *reg.* Cancellariæ 21. *versic. item secundo.*

Nec † etiam plebs debet vocari, Boerius *dicta de-* 219
cisio. 345. *numero quarto*, Rebuffus *d. gloss. 11. numer. 11.* Hojeda *d. n. 9. versic. secundum quod*, qui nempe Rebuffus *n.* 12. & Hojeda *ibi* recte aiunt, quod audiretur, tamen si causam rationabilem allegaret, ne fieret vnio.

Nam † vt fuit resolutum in vna Gerunden. vnio- 220
nis 20. Martij 1600. coram D. Sacrato parochianorum interest bonum habere pastorem, ideo sunt legitimæ personæ in causa hoc respiciente, Alexand. de Neuo *consil.* 48. *numero* 7. Pet. de Perusio *de vnione c.* 2.

Nec † etiam oportet in vnione facienda per le- 221
gatum, seu ex commissione Papæ vocare Episcopum, & ita sentiunt citati *supra numero* 65. & tenet Ripa *lib. 2. respon. 18. numero* 7. & Gambarus *supra numero* 114. quamuis in legato contrarium. videantur velle AEgidius *decis.* 512. seu 513. & Rebuff. *d. gloss. 11. numero* 7. & tenet Caputaquen. *decis.* 350. *numero* 1. *p.* 3. & practicabilia Rotæ *dict. cap. de vnio. numero* 12. *versic. circa prædicta*, Zerola *in praxi 2. part. verb. vnio, §.* 3.

Sed quicquid † ipsi velint, non videtur verum 222
Episcopum debere vocari, nam quamuis ex vnione ei auferatur collatio in beneficio vnito, tamen id prouenit ex natura vnionis, & legatus habet in hoc eandem potestatem, quam Episcopus, & concurrit cum eo, Gambarus *supra numero* 46. 47. *&* 54. & alias sua iura, & iurisdictio inuiolata remanent Episcopo, *cap. secundo de religios. domibus*, & ibi Dd. *cap. pastoralis.* vbi Innocent. & alij *de priuileg.* Caccialup. *articulo secundo, quæstione* 16. Pet. de Perusio *cap.* 10.

Et quod † dicit ipse Pet. de Perusio *cap.* 5 6. *quæst.* 223
principali, quod sicut Episcopus non potest vnire sine consensu ordinarij collatoris, ita nec legatus intelligitur de ordinario collatore inferiore, vt patet

ex

ex ipsa quæstione, & ex comparatione Episcopi.

§.

Quomodo probetur vnio, & quando dicatur fortita effectum, & de eius reuocatione.

SVMMARIA.

Vnio non præsumitur, sed probari debet ab eo, qui factam asserit, cum vnio sit quid facti, & odiosum, nu. 224. *& reprobatur Menoch. id declarans, vt non procedat, quādo asseritur facta vnio duarum ecclesiarum, de quarum paupertate, & inopia appareat: nam tunc facta præsumitur, quod est sine fundamento: nec Felinus, quem citat, id dicit, sed solum, quod est coniectura*, &c. n. 225.

Probanda est vnio per instrumentum, seu literas ipsius vnionis, n. 226. & seq. *vbi quod requiritur scriptura, nec sufficiunt testes, ex Rota contra Caccialupum, & Zerolum relatos*, n. 228.

Probatur etiam vnio ex diuturnitate temporis, nu. 229. *sed quod tempus requiratur, resolutur contra aliquos relatos requiri tempus immemoriale, vel quadragenarium cum titulo putatiuo dante causam præscribendi*, n. 230. & seq. *& in probanda dicta immemorialis debet probari, quod beneficium semper est tanquam vnitum possessum, & debet esse probatio 40. annorum de visu*, n. 232. *quod probatur ex* cap. 1. de præscript. in 6. *& quia vnio est contra ius commune, & odiosa*, n. 233. *& ita tenet Rota, vt in resolutionibus adductis*, num. 234. *& in decisionibus positis, à* num. 235. *& in resolutione adducta*, numero 238.

Id solum videtur procedere in vnione accessoria, & extinctiua tituli, secus in vnione æque principaliter, in qua quodlibet beneficium remanet in suo statu, & retinet nomen, & iura sua. & solum agitur vt vnus sit rector vtriusque, & sic nō ita resistit ius cōmune: vnde in ea non erit necessaria immemorialis, aut quadragenaria cum titulo, sed sufficiet quadragenaria sine titulo cum bona fide, vt videtur velle Rota in decis. positis, à n. 239. *pro quibus facit declaratio S. Congreg. adducta*, n. 243.

Secundum Felinum, & Rebuffum alleganti vnionem esse factam sufficit ad eam probandam probare possessionem 40. annorum cum fama tituli ex doctrina Bartoli in l. Celsus, de vsucapio. volentis, quod sufficiat probare titulum ad vsucapionem publica forma, numero 244. *sed id videtur falsum nec doctrina Bartoli videtur vera*, &c. n. 245. *& quamuis Rota secuta sit dictam doctrinam Felini in vna Alexandrina, vt in resolutionibus adductis*, n. 246. *tamen videntur postea reuocata, vt in resolutione adducta* n. 247.

Probatur etiam vnio ex verbis enuntiatiuis plurium instrumentorum antiquorum, in quibus beneficia tanquam vnita enuntientur, num. 248. *in quibus verba enuntiatiua plurium instrumentorum antiquorum habent vim famæ*, n. 249. *& fama in antiquis bene probat, etiam quod agatur de graui præiudicio, dummodo sit vniformis, & solida, ac constans, & illesa*, &c. n. 250. *& 251. & quod verba enuntiatiua instrumentorum antiquorum probent, tradunt citati* numero 252. *adducitur resolutio Rotæ*, numero 253.

Id procedit quando ista instrumenta antiqua haberent originem à diuersis personis, non ab eisdem, numero 254. *& quando verba enunciatiua sunt clara*, num. 255. *sufficiet tamen virtualiter enuntiare vnionem, vt in resolutione posita*, numero 256. *& debent habere originem à diuersis personis non suspectis*, num. 257. *nam enuntiatiuæ plurium instrumentorum antiquorum non habent vim publicæ vocis, & famæ si videantur emanasse à personis suspectis*, numero 258. *& sufficiunt, & requiruntur ad minus duo instrumenta*, num. 259. *& adducitur resolutio Rotæ*, numero 260.

Quod dicatur antiquum in proposito, aliqui docent debere esse centum annorum, numero 261. *& facit, nam quamuis variæ sunt opiniones, quod dicatur antiquum in materia probationis, tamen communis, & magis recepta est, vt requiratur tempus 100. annorum, à* nu m. 262. *quod Rota intelligit quoad instrumenta, & scripturas in testibus vero illud dicit antiquum, quod excedit 60. annos*, numero 264. & seq. *vbi adducitur resolutio, Rotæ, Rota tamen alias in instrumento tenuit tempus 99. annorum pro antiquo, & sequitur Mascard. & sustineri potest, cum in tanto tempore vnus annus parum importet*, num. 266.

Tam in testibus, quam in instrumentis cum ambigitur, an sint de antiquo, detrahendum est tempus litis, nu. 267. & seq. *vbi adducuntur resolutiones Rotæ.*

Quod dictum est vnionem probari ex enuntiatiuis instrumentorum antiquorum, accipitur concurrente longissima quasi possessione ipsius vnionis, non alias, n. 269. *& facit doctrina Aym. & aliorum quod licet alias in antiquis probationes leuiores, seu præsumptiuæ, & coniecturales admittantur: hoc tamen non habet locum contra possessorem, contra quem actor debet plenissime probare, non obstante temporis antiquitate*, nu. 270 *quamuis idem Aymon alias teneat sufficere probationes leuiores per iudicium, & coniecturas in antiquis etiam contra possessorem, qui nondum præscripsit*, n. 271. *quæ sententia non placet, & solum posset procedere quando præsens status, & possessio illius, contra quem agitur, non repugnaret illis indiciis, & coniecturis, seu intentioni agentis, aut quādo ageretur de recuperanda re amissa de qua amissione alias constaret*, n. 272.

Probatur etiam vnio per confessionem partis aduersæ, n. 273 *sed obijcitur, quod titulus beneficij non probatur per confessionem aduersarij, licet ex ea posset iustificari, & coadiuuari*. n. 274. *& quod ius patronatus non probatur ex sola confessione aduersarij, vt S. Cong. censuit in declaratione adducta*, n. 275. *& sic prædicta sententia non videtur vera, nisi concurrentibus adminiculis, & coniecturis, vt in simili de iure patronatus tenuit Rota in decis. posita*, nu. 276. *& in decis. posita*, n. 278. & aliis ibi allegatis, & nu. 279. *iuxta quas decis. ita demum ex confessione partis aduersæ concurrentibus, etiam adminiculis probabitur vnio, si non agatur ad illius canonizationem: alias id non sufficeret, vt dicitur de iure patronatus. quamuis confessio etiam sola non reuocata actoris prætendentis beneficium tanquam non vnitum suffice et imponendum ei silentium*, n. 280.

Quando vnio dicatur fortita effectum, quod est vtile ad regulam Cancellariæ reuocatoriam vnionum, & ad decretum Concily sess 7. cap. 6. & sess 25 cap. 9. *resoluitur dici fortitam effectum si secuta sit possessio, non alias*, nu. 281. *& sic non subsecuta possessione ante dict. regulam reuocatoriam superuenientem, vnio*

per eam reuocatur, & succedente vacatione potest de beneficio tanquam vere vacante legitime prouideri, nisi vnio sit facta pro dote necessaria, &c. numer. 282. & seq. *vbi ponuntur resolutiones Rotæ, &* numero 289. *ponitur decisio eiusdem, & refertur quod tradit Gonçalez.*

Regula Cancellariæ, quæ superuenit de vnionibus nõ sortitis effectum, non obstat quando aliqua bonorum portio à beneficio est dismembrata, & vnita monasterio, ex Rota nu. 287. *sed non videtur verum, quia regula etiam de dismembrationibus expresse loquitur,* num. 288.

Quamuis Mandos. & Rota cũ Calder. videantur velle, vt vnio dicatur sortita effectum fructus etiam esse perceptos, id non videatur necessarium, sed statim ac possessio capta est dici sortitum effectum. n. 290. *& adducitur resolutio Rotæ,* n. 291. *nec est necessarium ad istũ effectum, quod possessio sit pacifica,* nu. 292. *requiritur tamen precise possessio, nec sufficit voluisse eam capere, & fecisse quantum in se fuit, & non potuisse habere,* n. 293.

Regula ista reuocatoria vnionum non videtur intrare, si saltim in parte vnio sortita fuit effectum, n. 294. *licet secus sit in decretis Concily* d. c. 6. & 9. *ex S. Congreg. & Rota à* n. 295.

Vnio facta ex causa onerosa, & in recompensa, non reuocatur per d. reg. Cancellariæ, n. 297. *& facit quod videtur tenere Mandos. reg. illam locum non habere in vnione facta ex causa remuneratoria ob seruitia, seu merita extraordinaria,* n. 298 *quamuis in vnione facta cum clausula in vim cõtractus habere locum alias Rota resoluerit,* n. 299.

Quando vnus dat de regula reuocatoria, & alter replicat vnionem fuisse sortitam effectum, cui incumbat onus probandi, remissiue, n. 300.

De reuocatione vnionis qui sunt videndi, nu. 301. *& in summa dicitur primo, quod ille potest vnionem dissoluere qui potuit illam facere,* n. 302. *& potest Episcopus vnionem non solum à se factam, sed etiam à Papa, vel legato reuocare causa subsistente, nisi facta sit à Papa ex plenitudine potestatis, secundum Pet. de Perusio,* n. 303. *&* 304.

Secundo vnio reuocari potest cessante causa, propter quã facta est, vel alias ex causa necessitatis, & vtilitatis ecclesiæ, vel quia redundat in eius damnum, n. 305. *sed vnio facta de ecclesia paupere non dissoluitur, si peruenerit ad pinguiorem fortunam, tribuit tamen talis restauratio iustam causam dissolutionis,* numero 306.

Tertio, in reuocãda vnione requiritur causæ cognitio, & consensus capituli, sicut in facienda, n. 307. *& vlterius requiritur vocatio defensoris, & citatio eorum, quorum interest,* n. 308.

Quarto, reuocatio vnionis operatur, quod ecclesia vnita remaneat in statu antiquo, & sicut erat ante vnionem, n. 309.

224 AD sextum, quomodo† probetur vnio, dicendum est in primis vnionem non præsumi, sed probari debere ab eo qui factam asserit; cum vnire sit quid facti, & odiosum, Ripa *respons.* 1. *de legib.* n. 8. Rebuf. *consil.* 8. *versic. quinto respondetur,* Mandos. *reg.* 12. *quæst.* 7. *lib.* 5. Rota *decis.* 557. *n.* 5. *lib.* 3 *part.* 3. *diuersorum,* Mascard. *conclus.* 1418. *n.* 1. & 2. Menoch. *de præsumptio. lib.* 6. *præsumpt.* 80. *n.* 1.

225 Qui *n.* 2 id† declarat, vt non procedat, quando asseritur facta vnio duarum ecclesiarum, de quarum paupertate, & inopia apparet, nam tunc facta præsumitur, & citat Felinum *cons.* 2. *n.* 23. Sed hoc est sine fundamento, & Felin. *ibi* solum dicit, quod est coniectura, non tamen quod ex ea sola præsumatur vnio, & ita tenet Rota in Tirasonen. infra adducta *numero* 241.

Probanda autem† est vnio per instrumentum, seu literas ipsius vnionis, Aymon. *consil.* 258. *num.* 10. & 11. Mascard. *conclus.* 587. *numero* 1. Rota *decis.* 127. Cæsaris de Grassis *numer.* 8. Zerola *in praxi* 1. *part. verb. vnio. §.* 8 dicens, quod alioquin vacare censerentur beneficia vnita, si solo verbo, & facto vnirentur, & hoc accidisse in facto Beneuenti, vbi quædam beneficia erant vnita seminario solo verbo, & facto, sicque per multos annos vnita stetere: sed Reuerendissimus Nuntius Apostolicus hoc præsentiens tulit sententiam, qua dictas vniones irritauit, & condemnauit seminarium Beneuentanum ad multam pecuniarum quantitatem pro fructibus interim male perceptis. 226

Et quod† ad probationem vnionis requiratur scriptura, ex Aymone supra fuit resolutũ in causa Theanen beneficij S. Eustachij 20. Maij 1587. coram D. Gipsio & quod non sufficiant testes, Rota *decis.* 557. *n.* 4. *lib.* 3. *part.* 3. *diuersorum.* 227

Quamuis† Caccialupus *artic.* 7. dicat vnionem posse probari per priuilegia Apostolica, per instrumenta authentica, vel publica per testes, & alias species probationum, & Zerola 2. *part. verb. vnio,* quod probatur etiam per testes, & per instrumenta, & ex præscriptione immemoriali. 228

Secundo† probatur etiã vnio ex diuturnitate temporis, Anchar. *consil.* 162 Felin. *in cap. ex parte* n. 2. *de testib. & in cap. causam quæ, n.* 3. *de præscription.* Iaso 1 *in l. sciendum, ff. de verbor. obligation. n.* 17. *versic. quinto fallit,* Balbus *de præscript.* 1. *part.* 5. *partis quæst.* 19. *n.* 2. Tiraquel. *de præscript. §.* 1. *glos.* 4 *vers.* 20. Ant. Gabr. *concl.* 1. *de præsumption. à n.* 12. Menoch. *de præsumpt.* 80. *n.* 3. & 4. 229

Sed† dubium est, quod tempus requiratur, in quo quamuis Hostiensis *in cap. quoniam, de vita, & honestat. clericor. & in summ. tit. de supplenda negligen. prælator.* dicat, quod quanticunque temporis diuturnitas non inducit vnionem, & quamuis Boerius *dict. decis.* 345. *n.* 6. & Cassanæus *consil.* 10. dicant sufficere solum tempus 40. annorum ad præsumptiue probandam vnionem, quod sequitur Rebuf. *consil.* 20. *versic. non obest,* dicens, quod vt probetur vnio per præscriptionẽ, necesse est, quod quis probet possedisse illam sine collatione tanquam vnitam per 30. vel 40. annos, & quamuis Flores *quæst.* 23. *num.* 50. dicat sufficere, & requiri maius tempus 40. annorum cum aliis iudiciis. 230

Dicendum† est ad probandam vnionem requiri tempus immemoriale, Ioan. Andr. *in reg. qui contra. lib.* 6. Oldral. *consil.* 296. *numer.* 3 Millis *in repet. verb. vnio,* Felin. *consil.* 2. *& in cap. si diligenti, num.* 21. *de præscript.* Balbus *supra n.* 1. Rebuf. *in praxi d. reg. de vnio. gl.* 9. *ad fin. & consil.* 187. Probus ad Monach. *in cap.* 1. *de præscript. in* 6. *num.* 25. Aymon *d. consil.* 255. *num.* 11. Mascar. *concl.* 179. 587. & 1418. Pet. Gregor. *dict. cap.* 20. *num.* 13. Menoch. *d. præsumpt.* 80. *numero* 5. practicabilia Rotæ *d. cap. de vnio. num.* 12. *versic. vnio debet probari,* Flores *q.* 10. *num.* 19. *decis.* Pedemon. Cacherani 116. *num.* 11. & Rota *decis.* 9. & 10. *de reb. ecclesiæ, in antiq.* Puteus *decis.* 238. *libro* 1. & 209. *libro* 2. Caputaquen. 344. & 347. *part.* 3. & Cæsar de Grassis *dict. decis.* 124. *numero* 12. & 127. *num.* 5. & 8. vel quadragenariam cum titulo putatiuo dante causam præscribendi, 231

bendi, (nam vnio potest præscribi, Pet. de Perusio *cap. 4. n. 31. & 32.*) Cardin. *in Clem. 1. de supplenda negligent. prælator. quæst. 20.* Felin. *d. consil. 2. decis. Pedemontana supra n. 12.* Mascard. *d. conclus. 179. & 1418.* & Flores *supra.*

232 Et † in probanda dicta immemoriali debet probari, quod beneficium semper est tanquam vnitum possessum, Ioan. And. *supra n. 2.* & Rota in causa Toletana iuris nominandi de qua *supra 1. part. cap. 2. n. 41.* & debet esse probatio 40. annorum de visu, Puteus *d. decis. 209. n. 3.* vbi enim ait 15. annorum, debet dicere 40.

233 Quod † probatur ex *cap. 1. de præscript. in 6.* iuncta reg. quod quælibet ecclesia debet habere suum rectorem *cap. cum non ignores, de præben. cap. singula 89. dist. cap. quia nonnulli. de cleric. non resident. c. 1. 2. & 4. 21. q. 1. c. cum singula, de præbend. in 6.* Vnde vnio duarum ecclesiarum, seu duorum beneficiorum est contra ius commune, Oldral. *consil. 260. num. 1. glos. regul. Cancel. 11. in princip.* Mandos. *reg. 22. quæst. 1. n. 3.* Rota *decis. 557. n. 3 libro 3. part. 3. diuersorum*, & vniones sunt odiosæ de iure, glos. *ibi, & reg. 21.* & Mandos. & Rota *d. numero 3.* & quod vnio est odiosa, & iuri communi repugnans, ait Calder. *consil. vltim. de reb. eccles. num. 1.* Anchar. *consil. 114. &* Aymon *d. cons. 258. numero 10.*

234 Et ita † fuit resolutum in causa Caputaq. vnionis coram D. Bubalo de anno 1587. vt infra *n. 260.* & coram D. Penna de mense Nouemb. 1593. vbi fuit tentum, *Vnionem non probari per lapsum 40. annorum, sed Rotam requirere immemorialem, vel saltim 40. annos cum titulo, &c.*

235 Idem fuit † resolutum in causa Tirasonen. iuris præsentandi coram D. Bubalo 14. Octobr. 1588. & 17. Martij, & 9. Iunij 1589. vt apparet ex decisionib. sequentibus 14. Octob. 1588.

Quo ad annexionem portionum cum Vicariis S. Michaelis, & S. Bartholomæi Domini tenuerunt nõ probari dictam annexionem, testes enim non probant immemorialem, nam secundus, & tertius, super quibus præcipue fundatur hæc probatio, non concludunt de 40. annis ante motam litem propter defectum ætatis, nec præsentationes antiquæ suffragantur, quia non dicunt cum portionibus annexis, & modernæ præsentationes non possunt constituere aliquem statum annexionis, quia ad probandam annexionem non sufficit status 40. annorum, vt per Puteum decis. 238. *Dubitaui* libro 1. *neque erectio ecclesiæ de Borgia in collegiatam potest recipere interpretationem ex obseruantia subsecuta, quia de obseruantia antiqua non constat, & obseruantia moderna non potest interpretari erectionem antiquam factam de anno 1449. vt fuit resolutum in illa Placentina voti coram Reuerendissimo Oriolen. confessiones in duabus visitationibus non suffragantur, tum quia constitentur statum de præsenti, tum etiam, quia ex illis non elicitur expressa confessio, quod illa beneficia sunt annexa, non enim sequitur, cura animarum consueuit exerceri per vnum ex portionariis, ergo portiones sunt annexæ, ita vt capitulo Tirasonen. competat ius præsentandi ad portiones, & vicarias, quia potuit induci consuetudo præsentandi ad vicariam vnum ex portionariis, prouisiones Apostolicæ de anno 1543. in quibus prouidetur de portione, cui cura imminet animarum, non inducunt statum annexionis, quia non sunt enunciatiuæ antiquæ, quæ habent vim famæ, & consequenter ex eis non probatur annexio.*

In eadem † 17. Mart. 1589. 236

Domini pro maiori parte tenuerũt nõ constare de aliquo titulo annexionis portionum ad vicarias S. Michalis, & S. Bartholomæi, nec de aliquo statu qui suffragetur cap. Tirasonen. nam vt alias dictum fuit, ad probandam vnionem requiritur immemorialis, vel quadragenaria cum titulo habili ad præscribendum, ita Felin. cons. 2. vbi dicit, quod non sufficit probare, quod ecclesia fuit possessa per quadraginta annos tanquam vnita, seu annexa, sed vel probetur titulus saltim putatiuus, vel immemorialis, hic autem non probatur immemorialis, nec ex testibus qui non habent ætatem, vt alias dictum fuit, nec etiam ex scripturis præsentationum, quia præsentationes ad vicarias cum portione annexa incipiunt ab anno 1535. Nec videbatur istis Dominis, quod bulla erectionis ecclesiæ Borgiæ in collegiatam præstaret aliquẽ titulum istius annexionis, quia quamuis in prima bulla dicatur vicarias gaudere debere distributionibus, tamen cum bulla fuerit postea reuocata, non potest fieri in ea fundamentum, nec potest dici constare de aliquo statu, qui suffragetur capitulo Tirasonen. quia si volumus considerare hunc statum ad effectum inducendi vnionem, & tunc non est sufficiens status 40. annorum, vt supradictũ est, nec intrat dispositio, cap. cum de beneficio, de præben. in 6. quia in materia vnionis nõ agitur de qualitate beneficij, sed de substantia, Puteus decis. 238. lib. 1. *Si autem volumus considerare hunc statum ad effectum, vt Tirasonen. acquisuerit quasi possessionem præsentandi portiones, etiamsi sint separatæ, & hoc prætendere non possunt, quia ipsi non præsentarunt vti ad portiones separatas, & sic cum hoc iure vsi non fuerint, non possunt dicere hoc ius sibi acquisuisse per ea, quæ dicta fuerunt in vna Sipontina iurisdictionis coram R. P. D. Decano 18. Aprilis 1586.*

In † eadem 9. Iunij 1589. 237

FVit iterum causa proposita, & Domini steterunt in decisis, quod nec ex verbis bullæ erectionis, neque ex obseruantia potest colligi prætensa annexio.

Et † quod in præscribenda vnione requiratur, vel quadragenaria cum titulo, vel immemorialis cum requisitis à glos. *in cap. 1. de præscript. in 6.* fuit resolutum in causa Aquinaten. beneficij 29. Aprilis 1602. coram D. Ludouisio. 238

Quod † tamen solum videtur procedere in vnione accessoria & extinctiua tituli, secus in vnione æque principaliter, in qua quodlibet beneficium remanet in suo statu, & retinet nomen, & iura sua, & solum agitur, vt vnus sit rector vtriusque, vt supradictum est ad tertium à *n. 37.* & sic non ita resistit ius commune, vnde in ea non erit necessaria immemorialis, aut quadragenaria cum titulo, sed sufficiet quadragenaria sine titulo, cum bona fide tamen, vt videtur velle Rota in d. Tirasonen iuris præsentandi 16. Martij, & 16. Octobris 1592. coram illustrissimo Blancheto & vltim. 21. Octob. 1594. coram D. Lita, vt in decisionibus sequentibus. 239

16. Martij † 1592. coram D. Blancheto.

Domini in propositione huius dubij fuerunt cõcordes, multa concurre pro capitulo Tirasonen. quæ probant statum vicariarum S. Michaelis, & S. Bartholomæi esse talem, quod præsentatio facta ad ipsas habuerit etiam locum quoad duas portiones in ecclesia collegiata existentes, de quibus agitur: primo enim ponderatur

erectio in collegiatam, in qua tribus beneficiatis iniungitur cura animarum collegiatæ ecclesiæ, & S. Bartholomei, & S. Michaelis cum reseruatione distributionum quotidianarum in ecclesia collegiata, quæ distributiones non consueuerunt consignari, nisi beneficiatis in ecclesia cap. 1. de clericis non residen. in 6. quæ erectio cum habuerit effectum suum quoad vicariam in ecclesia S. Mariæ idem videtur sentiendum de portionibus, tum quia ratio propter quam contrarium decidi debeat, non assignatur, tum etiam, quia videtur sufficere obseruantia in vno capite, vt in alio non dissimile idem ius statui debeat, vt fuit resolutum in causa Toletana annatarum coram R.P.D. Orano coadiuuatur ex aliis, quæ precedunt, & subsequuntur laudū. Et primo ex collatione facta 1494. Alphonso de Cordoua, per cuius obitum anno 1530. vacante vicaria, datur possessio eius successori primæ portionis in ecclesia collegiata cum assignatione stalli in choro, vbi eius antecessores sedere consueuerunt, vt in summario iurium capituli n. 2. Secundo ex possessione tradita anno 1523. procuratori Petri Marquez, de qua, in summario n. 10. quibus accedunt verba laudi, ibi: Prout hactenus consueuerūt, & ad eos pertinent, quæ secundum aliquos ex dominis causatiue prolata, non autem limitatiue stare videntur. Hæc omnia tertio loco coadiuuantur ex collationibus subsequentibus laudum, & dictis testium, Tirasonē. visitat. onib. articulis vniuersitatis Borgiæ in causa congrui seruitij, & testibus capituli Borgiæ, ex quibus probatur effectum presentationū ad vicarias porrectum fuisse ad portiones, non solum spatio 40. annorum, sed de audita a maioribus, ita vt magis verificetur narratiua laudi, ex omnibus his simul iunctis presumi posse ducebant hunc statū precessisse laudum, cum de presenti in preteritum facile presumatur, cum adsit aliqua iusta causa ita presumendi, Alex. consil. 16 n. 3. lib. 1. Salic. in l. ex qua persona, C. de probat. Alciat. reg. 2 præs. 20. n. 2. precipue cum de statu contrario nihil doceatur. Non obstat, quod agatur de substantia beneficij, non de statu, quia cum non pretendatur vnio beneficij extinctiua, sed vt præsentati a capitulo ad istas vicarias censeantur etiam presentati ad portiones, quod consuetudine, & prescriptione fieri potest, Germin. in cap. cum de beneficio, n. 3. de præbend. in 6. non obstat vulgaris regula, quod prouisiones Apostolicæ non immutent statum beneficij, ex Ægid. decis. 107. Achilles de statu beneficior. decis. vnica, quia declarant statum, in quo beneficium reperitur, precipue stante traditione possessionis subsecuta per c. Borgiæ, quæ si aliter res se habuisset, non sic de facili tradita fuisset. An autem predicta omnia suffragentur in casu de quo agitur, poterit particulariter videri, &c.

In eadem Tirasonen. annexiones 16. Octob. 1592.

241

FVit resolutum probari talem statum qui suffragatur capitulo Tirasonen. ad dictum effectum, cum enim agatur de interpretatione laudi in cap. 17. vbi reseruatur ius presentandi capitulo ad istas vicarias, prout hactenus consueuerunt, multa concurrunt, quæ probant quale esset consuetum, ante laudum enim indubitatum est, quod anno 1594. vacante vicaria S. Michaelis fuit ad illam presentatus Alphonsus de Cordoua qui habuit possessionem portionis, quod probatur ex possessione tradita anno 1530. eius successori, cui assignatur stallum in choro in collegiata cum assertione, quod erat illud, in quo sui antecessores sedere consueuerunt, & postea datur obolus pro distributionib. quotidianis. Demum deducitur, ad ecclesiam parochialem anno 1523. etiam data fuit possessio portionis vicariæ nuncupatæ in ecclesia S. Bartholomæi, Michaeli Marquez procuratori Petri Marquez, ex his duobus actibus precedentibus laudum consuetum, satis est probatum, Bartol. in l. mella, §. 1. ff. de alimen. & cibar. legat. Crescen. decis. 10. Nec obstat, quod illa anno 1530. subsequatur laudum, quia respondetur primo, ex illa declarari ius Alphonsi de Cordoua, cuius prouisio præcesserat laudum. Secundo, quod cum laudum egeret confirmatione, nec dum esset confirmatum, imo non essent data mandata ad petendam confirmationem, istis actus debet potius adscribi tempori precedenti laudum, quam subsequenti, quia confirmatio actus nullius recipit robur a confirmante. Feli. in cap. inter dilectos, n. 14. & seq. de fide instrument. Parisius consil. 19. n. 16 in princ. Nec refragatur, quod prouisiones Apostolicæ non mutant statum beneficij, quia vltra dicta in decisione facta 16. Martij proxime preteriti non attenditur tantum prouisio Apostolica, sed factum capituli Borgiæ in tradendo possessionem vicariæ: si enim fuisset separata portio, & vicaria, gratia Apostolica supra vno beneficio fuisset sine narratiua partis, & præcepto Papæ demādata executione super duobus: sed cum in gratia nulla sit facienda mentio de annexis cap. supra eo, vbi Dd. de præben. in 6. Rota de rescript. in antiq. decis. 46. Felin. in cap. in nostra n. 3. de rescript. necesse est fateri titulum ad vicariam tribuere ius etiam ad portionem. His accedit ipsa erectio facta anno 1452. sub Nicolao Papa V. in qua supprimuntur nouem portiones cum narratiua, quod ex 17. portionibus tres exercebant curam animarum, & ex hac causa erant exempti ab interessentia in choro temporibus destinatis ad diuinorum celebrationem. Quæ narratiua, cum simus in antiquis, plene probat statum annexionis, Alexan. & Laso. num. 4. in l. cum aliquis, C. de iure deliberandi, Felin. in cap. cum causam col. 2. versic. est verum, de probat. Pari. consil. 104. n. 48. volum. 1. præcipue cum concurrat narratiua ipsorum Borgien. anno 1433. Neque est faciendum fundamentū supra non sortito effectu erectionis, quia licet prima non fuerit effectum sortita, sub pretextu, quod multa fuissent narrata a vero aliena, nihilominus ista tantum anno 1452. habuit effectum, & fuit per Episcopum Tirason. executioni demādata, in qua idem quod in prima narratum legitur. Præterea vt fuit dictum in dec. 16. facta Martij preteriti, cum non detur ratio diuersitatis, quare magis præsentatio ad vicariam in ecclesia B. Virginis debeat habere locum, etiam quoad canonicatum in eadem ecclesia, quā præsentationes ad duas vicarias quoad istas portiones, potest argui ab obseruatia erectionis in illa ad istas, de quibus agitur, & ex illa statui ius esse quæsitum etiā qua ad reliquas eiusdem speciei, ex decis. coram R.P.D. meo Orano in illa Toletana annatarum, quia in istis inspicitur causa priuilegij, non exercitium, Baldus in l. 1. nu. 24. C. de mancipationib. liberor. Coadiuuatur hæc probatio ex vnione facta 1425. cuius copiam dederunt scribentes pro Borgien. in qua propter paupertatem vicariæ in ecclesia B. Mariæ vnitur portio primo vacatura, quæ præsumptio paupertatis intrat etiam in istis duabus, & licet non inducat præsumptionem tituli, prout vult Felin. consil. 2. n. 25. tamen negari non potest quin faciat maximum gradum probationis, præcipue cum non constet de alia dote harum vicariarum. Hoc etiam probatur ex articulis Borgien. & testibus desuper examinatis, & aliis articulis vniuersitatis in causa congrui seruitij, ex quibus colligitur semper exercitium curæ animarum fuisse penes vnum canonicum in ecclesia collegiata, & penes duos portionarios in aliis ecclesiis, confessione autem propria nulla maior probatio. Doct. in l. cun-

in l. cunte, C. de transactio. & in c. 1. de confessis in 6. alias hoc sequeretur inconueniens, quod cum Borgien. quique partes decimarum recipiant, si due portiones non essent applicatæ pro dote vicariarum, de quibus agitur vicariæ remanerent sine dote, & ius præsentandi esset inutile, quia nemo hoc onus acceptaret, & ad hoc euitandum intrat regula, quod concesso vno ea censentur concessa, sine quibus illud stare non potest, l. 2. ff. de iurisdict. omnium iudic. l. oratio ff. de sponsal. præmissis ex abundanti Domini dixerunt, coniungendas esse præsentationes, quæ laudum fuerunt subsecutæ, ex quibus, quod fuerit prius obseruatum, argui potest ex allegatis in præterita decisione & Ruino consi. 143. nu. 21 & 23. lib. 5 nulla enim ratio assignatur cur capitulum Borgien. a tempore lati laudi, vsque ad annum 1584. quando super hoc incidenti actum fuit, tacuit imo non solum tacuit sed nititur ad vicarias per capitulum Tirasonen. præsentatis portionum possessionem assignauit: & hinc oritur alia præsumptio, quod si præsentatio ad vicarias, non traxisset effectum suum ad portiones, non est vero simile, quod ordinarius nunquam contulisset ipsas portiones, & illas semper pro derelicto habuisset, vel nullus tantum deuotus a sede Apostolica impetrasset, cum prouisi nullum alium titulum habuerint, quam præsentationes & institutiones ad vicarias. Non obstant deducta in contrarium, & primo quod illa verba prout consueuerunt stent conditionaliter, non autem causatiue, & ideo ven at verificanda conditio, quia quando tales dictiones apponuntur in dispositione, de cuius natura est aliquid de nouo dare, & in ea contenditur aliquid certum, tunc talia verba stant causatiue, non conditionaliter, Felin in c. ex parte el primero n. 10. de rescript. & Tiberius Decian. late in consil. 58. nu. 61. lib. 2. & fuit dictum in causa Cauricn. iurisdictionis coram bonæ memoriæ Lauretano 8. Nouembr. 1576. in laudo autem non seruatur ius præsentandi, sed arbitri pronuntiant illud ius pertinere capitulo Tirasonen. in illis verbis, prout hactenus consueuerunt, & ad eos pertinent. Præterea in dubio illa facienda est interpretatio, vt verba stent potius causatiue, quam conditionaliter, vt per Decianum vbi supra. & alios allegatos. Non obstat etiam, quod confirmatio retrotrahatur ad datam confirmationem, quia quando actus est omnino nullus vt dictum fuit, & eget ad sui validitatem confirmatione, attenditur tempus confirmationis, non autem actus gesti, nec retrotractionem est locus, Baldus in l. ex placito, num. 8. ver sicul. secundo casu, C. de rerum permutatione, & fuit resolutum coram bonæ memoriæ D. de Rubeis in vna Veterina testimenti 27. Iunij 1583. nec obstat, quod hoc casu requiratur immemorabilis, vel quadragenaria cum titulo: primo, quia vbi concurrit voluntas partium, & confirmatio Papæ, non est necessaria probatio immemorialis possessionis. Secundo dicitur, quod hic non agitur de vnione tituli extinctiua, vel accessoria, per quam vnum beneficium fit predium alterius, & nomen admittit beneficij, Calder. consil. vltim. de rebus ecclesiæ non alienan. Rota 11. eodem titul. in antiq. sed agitur de vnione æque principali, in qua quodlibet beneficium retinet nomen, & iura sua, vnio solum datur facta quo ad titularem, vt vnus, & idem sit prælatus vtriusque. Hostien. cap. 1. colum. 1. versicu. tertio sic. Butrus col. 2. ad fin. versicul. tertia species, Abb. num. 6 ne sede vacante, Caccialup. de vnio. quæst. 2. num. 2. quare potius controuertitur pertinentia collationis, seu de iure presentandi, quam de vnione, cum capitulum Tirason. tantum pretendat, quod presentatus ab ipso ad vicarias debeat consequi portionem. quare cum ordinarius non sit in causa, nec reclamet, sufficit sola fama, Cassad. decis. 1. de probatio. & vt fuit resolutum in Rota in pluribus causis, quod decretum Concilij Trident. ca. 9. sess 25. non habet locum, quando causa agitur inter presentatos a patronis tantum, non existente in iudicio prouiso Apostolico seu ab ordinario. Preterea, capitul. cum de beneficio, de præbendis in 6. procedit, quando probatur aliquis status precedens, sed Borgien. nedum non probant statum diuersum, quod imo eorum probationes incalescunt in hanc partem, quod presentati ad vicarias obtinuerunt etiam portiones, vt fuit supra deductum, & ex hoc respondetur summario institutionum factarum ad presentationem capituli Tirasonen. dato per scribentes pro Borgien. cum enim presentati simpliciter ad vicarias obtinuerint portiones absque alia presentatione, sequitur presentationem capituli Tirasonen. cum institutione subsecuta ius sibi ad portiones tribuere. Ex abundanti etiam dictum fuit, quod dato, quod requireretur immemorialis, seu quadragenaria cum titulo hic attento tempore litis motæ supra hoc incidenti quadragenaria per testes optime probatur, & cum sufficiat titulus putatiuus, alias enim si esset verus, cessaret disputatio, Felin. in dict. consi. 2. pro titulo putatiuo desernit erectio, in qua enunciatur, vt ex 17. portionariis tres in tribus parochialibus exerceant curam animarum. Et ex his ita fuit decisum &c.

In † eadem Tirasonen. iuris præsentandi 24.
21. Octobr. 1594. coram D. Lita.

PLuries proposita hac causa non potui certam capere resolutionem ex eo, quod pro vna parte informabatur supra statu. pro alia vero supra vnione vnde Domini die 13. Iunij mandarunt super omnibus æque informari. quo tandem facto resoluerunt constare de vnione ad effectum, de quo agitur, qui est, vt presentatus ad vicariam reginini vicarie non tantum preesse debeat, sed etiam portionis, quæ per obitum ipsius vicarij contingeret vacare, considerantes hic non agi de vnione extinctiua tituli, vel accessoriæ, cui resistat ius commune, ad quam probandam cum agatur de notabili preiudicio ecclesiæ, nil mirum si immemorialis ipsa, vel saltim quadragenaria cum titulo putatiuo requiratur, iuxta consil. Felin. secundum pluries per Rotam canonicatum cum sic ecclesia, quæ sic alteri vnitur, efficiatur predium, & amittat omnem spiritualitatem, Calder. consil. vltim. de rebus ecclesiæ, sed potius agitur de vnione, per quam status ecclesiæ seu essentia beneficiorum non alteratur, sed in suo statu, & honore remanent, & eo tantum respectu fit, vt ab vno. & eodem prelato regantur, capitul. & tempore 16. q. Caccialupus de vnio. art. 2. num. 2. Petr. de Perusio de vnio ecclesiarum cap. 1. numero 4. & 6. quæ sit, vt cum non agatur de preiudicio ecclesiæ, ita considerabili, nil mirum si ad talem vnionem iustificandam tam exacta probatio necessaria non est: cautius enim est agendum, vbi maius periculum imminet, cap. periculum, de election. in 6. cap. quiescamus 42. distinct. l. manifestissimi, C. de furtis, Nec leuis visa est dominis probatio ad hunc effectum adducta per capitul. Tirasonen. primo, quia ex lectura literarum erectionis ecclesiæ S. Mariæ de Borgia in collegiatam, quæ facta est de anno 1452. apparet qualiter vnus ex portionariis d. ecclesiæ preerat curæ animarum parochianorum ipsius ecclesiæ B. Mariæ, alius ecclesiæ S. Michaelis, alius vero ecclesiæ S. Bartholomæi, quo fit, vt cum predicti tres eodem tempore essent portionarij in ipsa ecclesia B. Ma-

rit, & vti tales distributiones vt alij perciperent, & simul præessent curæ animarum respectiue in dictis ecclesiis, & vicarij nuncuparentur, sicque in futurum fieri deberet; merito ex dict. literis videtur constare de tali vnione, cum citra eam iure permissum non sit, vt vna eademque persona presit regimini duarum ecclesiarum, cap. de multa de præbend. cum vulgar. & cum prædicta literæ erectionis non tantum respectu ipsius erectionis habuerint effectum, sed etiam vicariæ existentis in eadem ecclesia, ad quam præsentatus per capitulum Tirasonen. eam non tantum consequitur, sed simul canonicatum, qui ex simili portione creatus fuit: idem idcirco videtur posse iudicari respectu vicariæ S. Michaelis, & S. Bartholomæi, vt scilicet præsentati ad eas non tantum eas consequi habeant, sed simul, & portiones, quæ cum eis vacare contigerit, cum & ipsæ ab eodem forte procedant, & ratio diuersitatis assignari non possit inter vicarias S. Mariæ, & istas, ad gloss. in cap. si postquam, de election. & notata per DD. in l. illud. per illum textum ad leg. Aquil. quod maxime placuit dominis, stante quod etiam respectu vicariæ S. Michaelis, & S. Bartholomæi minime constat de statu contrario, imo ex multis prouisionibus factis pro tempore de dictis vicariis ad præsentationem capituli Tirasonen. quæ in aliis positionibus huius causæ coram D. Blanchero ex parte capituli Borgiæ datæ fuerunt, quarum duæ sunt de anno 1468. vna de anno 1497. altera de anno 1506. altera de anno 1523. & altera de anno 1524. videtur apparere de effectuatione dictarum literarum, & simul de iustificatione huius vnionis, ex eo signanter, quod etiam presentati ad dictas vicarias licet non essent tunc temporis portionarij in ecclesia S. Mariæ, prout vere non erant, nihilominus eo ipso, quod admissi fuerunt ad vicarias, effecti simul fuerunt portionarij in d. ecclesia B. Mariæ, & nulla maior scripturæ, aut actus precedentis interpretatio allegari potest, quam quæ ex obseruantia subsecuta deducitur, l. si de interpretatione, ff. de legib. Aymon consil. 39. n. 9. & 192. num. 19. vltra quod ex obseruantia dictarum literarum, quæ non controuertitur respectu erectionis, & respectu vicariæ existentis in dict. ecclesia potest dici quæsita quasi possessio ad fauorem capituli Tirasonen. respectu omnium dispositorum in dictis literis ad eiusdem capituli fauorem, & sic etiam respectu vicariæ S. Michaelis, & S. Bartholomæi, vt in simili alias dictum est in Toletana annatarum coram D. Orano. Secundo, quia in confesso est, apud partes ad capitulum Tirasonen. spectare ius præsentandi ad vicarias, onus autem eas exercendi iniunctum esse portionariis Borgiæ, hacque de causa eis assignatas fuisse quinque partes ex duodecim decimarum, quæ spectant ad capitulum Tirasonen. vt lectura laudi per sedem Apostolicam confirmati, quod emanauit de anno 1529. quo fit, vt necessario concludendum videatur pro ipsa vnione, & sic, vt præsentati ad vicarias ad eas non tantum admitti debeant, sed etiam ad portiones, quæ simul cum eis vacarunt, cum aliter prædicta duo concurrere non possent, vt scilicet succedente vacatione capitulum Tirasonen. possit præsentare ad vicariam vacantem, quem vult, & quod vicaria exerceri debeat per portionarium, iuxta tenorem dict. laudi ad l. Oratio de sponsal. l. 2. de iurisdict. omnium iudic. Nec obstare dixerunt Domini si dicatur, idem verificari posse, vbi per capitulum Tirasonen. præsentetur ad vicariam vacantem vnus ex ipsis portionariis considerantes, quod sic ius liberum præsentandi ad vicarias non competeret ipsi capitulo, sed potius restrictum ad certas personas, quod in dubio ita minime seruatum fuisse credendum est ad §. sed ius quidem ciuile, de iure naturali, & l. 1. §. qui in perpetuum, si ager vectigalis, vltra quod ex supra narratis prouisionibus clare apparet dictum ius præsentandi ad vicarias non fuisse restrictum ad portionarios, sed omnino liberum. Tertio, quia vbi essemus etiam in casu, in quo necessaria esset quadragenaria cum titulo putatiuo, ex quo verus titulus non eget aliqua præscriptione, Rota 9. de rebus ecclesiæ, Felin. cap. cum contingat. numero quarto de foro compet. & dict. consil. 2. numero 2, Rebuf. in praxi de vnio. numero 31. Puteus decis. 240. libro primo, dixerunt Domini de ea satis constare, tum quia pro titulo putatiuo seruire possunt literæ erectionis, necnon & laudum vti confirmatum à sede Apostolica, & sic ab habente potestatem vniendi, ad capitulum, sicut vniri, de excessib. prælatorum, Mandos. 3. quæstion. 16. numero 2. præsertim cum ex prouisione facta de vicaria S. Michaelis ad fauorem Alphonsi de Cordoua de anno 1494. iuncta prouisione facta de eadem vicaria ad præsentationem eiusdem capituli de anno 1530. ad fauorem successoris Alphonsi apparet, qualiter Alphonsus ipse vigore dictæ presentationis, & prouisionis consecutus fuit non tantum possessionem vicariæ, sed etiam portionis, sicuti etiam ex post illius successori tradita est per ipsummet capitulum Borgiæ, quæ prouisiones iunctis aliis de eisdem vicariis factis cum portionibus vti annexis saltim operari debent, vt literæ dictæ erectionis, & laudum ad effectum de quo agitur, deseruire possent pro titulo putatiuo, Puteus decis. 15. in fin. libr. 3. post Socin. consil. 260. numero decimo-quarto, libro secundo, maxime cum vigore dictæ erectionis, tum & laudi emanarint dictæ prouisiones, & sic per consequens per prouisos capta presumatur possessio dictarum vicariarum, & portionum respectiue ad l. secundam, C. de acquirend. possess. l. quædam mulier, de rei vendicat. tum etiam, quia de ipsa quadragenaria satis constare dixerunt Domini ex depositione testium, de qua in summario Tirasonen. cum illi sint ætatis 60. annorum, & aliqui maioris ætatis, & deponant de recordatu 50. annorum, quodque semper viderunt fieri prouisiones de vicariis cum portionibus annexis, & licet respectu eorum depositionis non vtantur dictione, & citra, vtuntur tamen dictione semper, quæ idem operatur respectu probationis quadragenariæ, Socin. consil. 54. libro 4. Felin. cap. licet numero 8. de probat. Quæ probatio eo fortior redditur, quod etiam semper depositione testium partis aduersæ fundatur, Roma. consil. 104. Socin. Iunior. 69. libro 1. Riminal. Iunior 60. libro 1. & eo verisimilior redditur, quod confessione partis aduersæ munitur resultante ex articulis, & testibus desuper examinatis in causa congrui fernity, ad notata per Dd. cap. 1. de confessis in 6. & tanto magis videtur sustinenda hæc probatio, ex quo non agitur principaliter de ipsa vnione, sed incidenter ad effectum, vt prouisi de vicariis simul, & portiones consequi habeant, & ordinarius, seu eius fiscus non est in causa: quo fit, vt etiam leuiores probationes sufficiant, gloss. l. si certi, §. sed si, si seruit. vendicet. Calder. consil. 23. de præben. Cæsar decis. 13. eodem, nec de præiudicio capituli Borgiæ, quod est in causa, tractatur, cum teneatur omnino per portionarios sustinere onus dictarum vicariarum, propter quod etiam eisdem assignatæ sunt quinque partes, ex duodecim decimarum spectantium ad capitulum Tirasonen. minusque ei competat aliquod ius conferendi dictas portiones, quoties eas vacare contigerit, ideo, &c. Nec potest dici. quod prædicti testes non deponant de 40. annis ante litem motam, siquidem, quia fuerunt examinati de 1586. & lis iuxta assertionem Borgien. fuit cœpta de 1580. Vnde cum deponant de recordatis à 50. annis, vtique de-

tique deponunt de tempore 44. annorum ante litem. Nec refert, quod primus & tertius dicant à 40. annis habuisse communicationem in vtroque populo, quia non per hoc sequitur quin antequam habuerint communicationem, potuerint scire id, super quo deposuerunt à suo recordatu, qui est annorum 50. cum ista duo adinuicem non contrarientur, maxime cum testes dum deponunt habere communicationem in vtroque populo à 40. annis, subdant, & vltra, quæ dictio potest etiam verificari respectu restantis temporis eorum recordatus, vt notum est, & regulariter dicta testium sunt iuuanda, non cauillanda, cap. cum tu, de testib. l. quoties de reb. dub. *Cassad.* dec 3. de probationib. *nec potest dici, quod dum testes dicunt vidisse, & scire esse annexas, &c. non probent, quasi quod deponant per verbum iuris, quia considerarunt domini, quod testes etiam dicunt, quod quandocunque vacarunt aliquæ vicariæ viderunt prouideri simul cum portionibus annexis: quo fit, vt cum eorum depositio fundetur in sensu corporis, merito sustineri debeat*, cap. testes. 3. part. 3. *Innocen.* cap. cum causam, de testibus, *Gemin.* consil. 42. num. decimo. *Nec eneruari huiusmodi probationem conclusum fuit ex eo, quod medio tempore vicariæ simul cum portionibus fuerint possessæ per prouisos Apostolicos quasi quod subducendum sit tempus, dictarum prouisionum ad* decisionem *Guidoboni* 133. de præscription. *quæ decisio aliquibus ex Dominis faciebat difficultatem, quia per alios fuit responsum, quod cum prouisi de vicariis, siue à Papa, siue ab ordinario possederint per 40. annos, & vltra vicarias simul cum portionibus, negari non potest quin bene probetur quadragenaria præscriptio, quæ in possessione radicatur, & non in eo, quod qui possederint, fuerint ab eodem prouisi*, ad cap. cum in tua, de decimis, & cap. fin. de offic. Archidiacon. *imo ex dictis prouisionibus magis iustificari prætensionem Tirasonen. dixerunt Domini, cum illæ necessario præ se ferant vnionem de qua agitur, siquidem quia prouisiones illæ loquuntur de vicariis simpliciter, & tamen prouisi per capitulum Borgiæ semper fuerunt immissi in possessionẽ vicariarum, & portionum respectiue, cum expressa assertione, quod essent vnitæ vicariis, quod citra veritatem dictæ vnionis, aut manifestum capituli Borgiæ delictum fieri non potuit, ad quod euitandum admittitur omnis interpretatio*, l. merito. ff. pro socio. *Vlterius circumscripta ipsa vnione deliquissent ordinarij qui pro tempore extiterunt, patiendo portiones, quæ vacarunt morte vicariorum, tanto tempore vacare, & absque aliqua collatione à prouisis de vicariis tantum indebite detineri, quod similiter in sensum sensati hominis cadere non debet, tum quia vnusquisque diligens præsumitur in his, quæ spectant ad officium suum*, cap. ad audientiam, de præscriptionib. & cap. deputati. de appellat. *tum etiam, quia verisimile non est, quod ita supine passi fuissent ordinarij se priuari iure conferendi separatim dictas portiones, vbi de veritate ipsius vnionis informati non fuissent*, argument. l. cum de indebito, ff. de probationib. *& denique deliquissent etiam prouisi de vicariis tamdiu possidend. absque titulo portiones ipsas, & in peccato tali moriendo, contra id, quod habetur in* cap. sanctimus, 1. quæstion. 7. *quod scilicet nemo præsumitur immemor suæ salutis. Et denique considerabant Domini, quod decisio Guidoboni posset applicari, vbi capitulum Tirasonen. prætenderet acquisiuisse ius præsentandi ad vicarias, & portiones mediante ipsa quadragenaria, nam hoc casu bene deducendum esset tempus prouisionum Apostolicarum, vbi illæ factæ non fuissent ab præsentationem capituli, & ratio est manifesta, quia possessio capituli tunc non esset vniformis, stante quod prouisi Apostolici non possederunt vigore præsentionis suæ, vnde sicut statui primæuo beneficij aliquid non detrahunt prouisiones Apostolicæ aliter factæ, vt omnibus notum est, ita etiam ei robur attribuere non debent, vt pari passu res ipsa metiatur, & propterea nil mirum, si illud tempus deducitur. Verum hoc in casu capitulum Tirasonen. non prætendit principaliter acquisiuisse aliquod ius præsentandi ad vicarias, minus ad ipsas portiones mediante hac quadragenaria, sed ex quo non dubitatur quin sibi competat ius liberum præsentandi ad ipsas vicarias, vt ex deductis constat, quod huiusmodi vicariæ debẽt exerceri per portionarios Ecclesiæ B. Mariæ de Borgia, ideo iure merito prætendit capitulũ, quod præsentati ad vicarias debeant non tantum de eis prouideri, sed simul de portionibus, quæ cum eis vacarunt, & hoc tum per necessariam consequentiam ipsius iuris præsentandi vicarias, iuncta tamen obligatione capituli Borgiæ, de qua in literis dictæ erectionis, & laudi: tum etiam quia ad fauorem dictarum vicariarum potest dici tale ius legitime præscriptum fuisse mediante ipsa quadragenaria possessione, & ita respectu capituli Tirasonen. videtur intrare posse regulam*, l. 1. ff. de authoritat. tutor. & l. Aristot. in fin. quæ res pignori obligari poss. *de qua per gloss.* verb. diuturni, in §. ex non scripto, de iure natural. *quod scilicet in consequentiam ei permittitur, quod alias principaliter denegaretur: respectu autem commodi ipsarum vicariarũ potest dici principaliter intrare quadragenariam ipsarum præscriptionẽ, cũ semper d. durante tempore prouisi de vicariis vniformiter possederint ipsas portiones, vt vicariis annexas.*

Pro quibus † facit sequens declaratio S. Congrega- 243
tionis Concil. super *cap. 13. sess. 24. de reform.* Si *duæ parochiæ per consuetudinem, quæ per 40. annos viguerit tanquam vnitæ vni semper collatæ, sine dispensatione fuerunt, eorum possessor non est molestandus.*

Aduertendum † est autem circa supradicta, Felin. 244
d. consil. 2. à n. 16. & Rebuf. *in praxi, titul. de vno. n. 35.* quem sequitur Hoieda *d. cap. 3. 2. partis, n. 14.* docere, quod alleganti vnionem esse factam sufficit ad eam probandam probare possessionem 40. annorum, cum fama tituli, & citant Bartol. *in l. Celsus, n. 5. ff. de vsucapio*, vbi vult, quod sufficiat probare titulum ad vsucapionem publica fama, & sequuntur alij relati *in additione ibi littera F. & G.* & Balbus *in repet. dict. l. Celsus 1. par. n. 41.*

Sed hæc † doctrina mihi videtur falsa, & contra tex- 245
tum *in d. cap. 1. de præscription. in 6.* nec obstat doctrina Bartoli, & sequacium, quia non videtur vera, & eorum rationes solum concludunt ex fama causari iustum errorem, non vero probari titulum, & quando illa esset vera, non procederet, vbi ius commune præscribenti resisteret, vt in proposito.

Et quamuis Rota † secuta sit dictam doctrinam Fe- 246
lini in causa Alexandrina S. Stephani 2. Maij, & 20. Iunij 1597. coram D. Lita, vbi fuit resolutum, *Vnionem probari ex possessione quadragenaria cum titulo ad consilium Felini secundum pluries per Rotam canonicatum, Rebuf.* de vnio. n. 35. *& de titul. constare, ex testibus deponentibus de ipsa vnione, de publica voce & fama, ad Feli.* ibi, n. 16. & 17. *Item ex sententia lata ad fauorem Abbatiæ S. Iustinæ de anno 1526. quæ dum dicit Ecclesiam hac S. Stephani esse membrum d. Abbatiæ, virtualiter præsupposuit ipsam vnionem.*

Tamen † istæ resolutiones videntur postea reuocatæ, 247
nam in eadem 15. Februar. 1599. coram D. Penna, *Rota censuit, Reuocandum esse mandatum de manutenendo*

dacum oblatis habentibus dictam Abbatiam, & concedendum seminario Alexandrino, pro cuius parte ostensum fuit de anteriori possessione, & consequenter posterior possessio instrumentalis ablatorum, non poterat manuteneri, nec obstare prætensam vnionem, & sic seminarium non potuisse acquirere validam possessionem: quia respondebatur adhuc de vnione non constare, & consequenter non posse in ea fieri fundamentum.

248 Tertio † vnio probatur ex verbis enunciatiuis plurium instrumentorum antiquorum, in quibus talia beneficia tanquam vnita enuntientur; Puteus *decis.* 209. *lib.* 2. Caputaquen. *decis.* 344. *numero* 2. & 347. *à numero* 2. *p.* 3. Mascard. *d. conclus.* 1418. *numero* 12.

249

Et reddunt † rationem: nam verba enuntiatiua plurium instrumentorum antiquorum habent vim famæ, Baldus, Salicetus & Paulus *in l. cum aliquis. C. de iure deliberandi.* Aymon *de antiquitat. temporis* 1. *par. sect. ampliatur nunc, n.* 14. Hieron. de Monte *de finib. regun. cap.* 66. *n.* 2. Valascus *de iure emphyteutico, quæst.* 9. *n.* 25 Menoch. *cons.* 191. *n.* 79. *lib.* 2. Caputaquen. *dec.* 337. *parte* 3. & Rota *decis.* 130. *n.* 1. *part.* 2. *diuersor.* & alibi sæpe.

250

Et fama † in antiquis bene probat etiam quod agatur de graui præiudicio, Innocen. *in cap. ventens* 1. *de testib.* & ibi Felin. *num.* 16. Decius *numero* 20. & 21. & alij, idem Decius *in cap.* 1. *de appell. à num.* 43. Alex. *consil.* 89. *num.* 4. *lib.* 5. Aymon *d.* 1. *par. sect. viso in hac* 1. *par* Alciat. *de præsumption. regul.* 2. *præsumpt.* 3. & *ibi additio.* Boerius *decis.* 42. *num.* 32. Lamber. *de iurepatron.* 2. *part.* 2. *libro quæst.* 10. *art.* 4. *numero* 13 Hieron. de Monte *supra cap.* 55. Gregor. Lopez *in l.* 29. *tit.* 16. *par.* 3. *gloss.* 2. Duennas *reg.* 299. *num.* 7. Mascard. *conclus.* 105. *à num.* 1. & *concl.* 753. *nume.* 7. & *conclus.* 1129. *num.* 10. Farin. *in praxi crim.* 1. *p. q.* 47. *numero* 106. & *seq.* plures referens, & dicens magis communiter receptum, & in Rota Romana canonicatuum, & Ioan. Garcia *de nobilitate gloss.* 18. § 1. *num.* 6. & 7 plures etiam referens Zauallos. *q.* 302. *num.* 8. Rota *decis.* 171. *num.* 7. & 176. *numero* 6. *par.* 1. *diuersor.* & *d. decis.* 130. *par.* 2.

251

Dummodo sit † vniformis, & solida, Menoch. *d. consil.* 191. *n.* 86. ac constans, & illæsa, sine varietate, & contrarietate Ioan. Garcia *ibi n.* 13.

252

Et quod † verba enunciatiua instrumentorum antiquorum probent, tradunt Hieron. de Monte *sup. cap.* 60. Valasc. *sup. n.* 22. & 23. Mascard. *concl.* 106. & 622. *à n.* 15 Chisanen. *dec.* 68. & Rota *decis.* 684. *n.* 1. *par.* 1. *diuersor.*

253

Et ita in vna † Parmen. prioratus S. Iacobi 28. Iunij 1594. coram D. Lita fuit resolutum, *Ex pluribus enũciatiuis priuilegiorum antiquorum probari prioratum esse membrum monasterij, & sic Abbatem dicti monasterij videri habere fundatam suam intentionem respectu collationis illius prioratus, & non Episcopum, & enunciatiuas duas antiquas habere vim famæ, &c.*

254

Quod † procedit, quando ista instrumenta antiqua haberent originem à diuersis personis, non ab eisdem, Aretin. & Felin. *n.* 4. *in cap. cum causam, de probat.* Aymon *d. sect. ampliatur nunc n.* 17. Hier. de Monte *d. cap.* 60. *num.* 7. & 10. & *cap.* 66. *num.* 7. Caputaquen. *d. decis.* 337. Achilles *decis.* 8. *de iure patronat.* Mascard. *d. conclus.* 622. *num.* 18. Rota *decis.* 388. *par.* 1. *diuersor.* & *d. decis.* 130. & 289. *num.* 1. *part.* 2. *diuersor.* & in Mediolanen. iurispatronatus coram D. Comitulo de anno 1589. de qua supra 5. *par. cap. ultim. numero* 88.

Et quando verba † enunciatiua sunt clara, Aym. *ibi* 255 *n.* 26. Rota *decis.* 168. *n.* 9. *par.* 2.

Sufficiat † tamen virtualiter enunciari vnionem, vt 256 in vna Alben. plebis, 8. Aprilis 1598. coram Illustrissimo Seraphino, in qua fuit resolutum, *Constare de vnione, seu annexione plebis de D. gliano, præposituræ Ferrariæ ex enuntiatiuis antiquissimis, de quibus in literis Innocen. III. & IV. in quibus enunciatur plebs tanquam de pertinentiis à præpositura, quæ confir[illegible] sunt per bullam Sixti IV. Puteus* decis. 209. lib. 2. *& fuit dictum in pluribus causis, vt in Tarasonen. annexionis canonicatus coram Bubalo, & in Burgen. iurisdictionis coram Orano, & in Tudertina prioratus coram Lita, & aliis: nec obstare, quod claris in dictis literis nõ fiat mentio de vnione, seu annexione, quia sufficit, quod id virtualiter in eis contineatur, Socin.* in l. in ambiguo, n. septimo, de rebus dubiis, *Parisius* cons. 44. n. 5. lib. 1. *Aymon* 149. n. 11. *& fuit dictum in causa Alexandrina S. Stephani* 20. *Iunij* 1597. *coram Lita, vbi enunciabatur quædam Ecclesia membrum, ista plebs, esse de possessionibus, & pertinentiis præposituræ, quod idem importat, cum vna Ecclesia alteram non possit possidere, nisi sit ei annexa: nec obstare, quod istæ literæ non exhibeantur, sed eis tantum constet per insertum in literis Sixti, quia cum inserantur de verbo ad verbum, faciunt fidem, & operantur diuersas enunciationes, Mohedan.* decis. 3. de fide instrumentor, &c.

Et intellige, debere † habere originem à diuersis 257 personis non suspectis, Hieron. de Monte *sup. d. cap.* 60. *numero* 11. & fuit resolutum in Sutrina beneficij 18 Decemb. 1587. sup. posita: 7. *parte, cap.* 15. *numero* 34.

Nam † enunciatiuæ plurium instrumentorum an- 258 tiquorum non habent vim publicæ vocis, & famæ si videntur emanasse à personis suspectis, Hieron. de Monte *ibi*, & Caputaquen. *d. decis.* 337. Achilles *dict. decis.* 8. *de iure patronat.* Rota *d. decis.* 130. *numero* 2. *part.* 2. & fuit resolutum in vna Nouarien. coram D. Pamphilio 5. Nouembr. 1586. & in causa Tarusina plebis de Medulo 16 Decembr. 1588. coram D. Bubalo. & in Albanen. prioratus 26. Nouembr. 1588. coram D. Orano adducta 6. *par. cap. vlt. numero* 99.

Et † sufficiunt, & requiruntur ad minus duo in- 259 strumenta, Aretinus, Fel. Aymon *num.* 19. & Mascar. *vbi proxime*, Hieron. de Monte *d. cap.* 60. *nu.* 9. & *cap.* 66. *à num.* 3. Valas. *num.* 24. *sup.* puteus in terminis *d. decis.* 209. *libro* 2. Chisanen. *d. decis.* 68. Rota *decis.* 185. 388. & 462. *num.* 3. *par.* 1. & *decis.* 130. *numero* 1. & 168. *num.* 8. & 288. & *seq. num.* 1. *par.* 2. *diuersor.* & in illa Parmen. prioratus, de qua *supra num.* 253. & fuit alias resolutum in d. Sutrina beneficij 18. Decemb. 1587.

Et ita in † causa Caputaquen. vnionis, 27. No- 260 uemb. 1587. coram D. Bubalo fuit resolutum, *Quod vnio non probatur per enunciatiuam instrumenti locationis de anno* 1509. *Tum quia est vnica, tum quia non est de antiquo, & enuntiatiue instrumentorum, bene probant, quando sunt plures, & de antiquo, quia habent vim famæ, & in probatione vnionis requiritur immemorialis. Et causa iterum proposita* 12. *Febr. & 16. Martij* 1588. *domini ßetorunt in resolutis.*

Sed † difficultas est, quod dicatur antiquum in 261 proposito: in quo Mascard. *d. conclus.* 622. *num.* 16. cum Socino Iuni. Bertrando, Decio, & Gail. docet, hanc antiquitatem in hoc casu debere esse centum annorum: idem docet Hieron. de Monte *d. cap.* 60. *nu.*

60.*num.*17. Valaſcus *ſupr.n.*16.& Meno.*d.conſ.*191.*n.* 79.*li.*2.

262 Et † facit, nam [illegible] quamuis variæ ſunt opiniones, [illegible]ur antiquum in materia probationis, vt per Aymon *de antiquitate* 1.*par.ſect.*1. Duenas *d.reg.* 299.*num.*7. Menoch. *de arbitrariis lib.*2. *casu* 3. Maſcard.*concluſ.*103.*à num.*1. Sim. de Prætis *de interpret. vltim.volun.lib.*5 *interpretatione* 2.*dubitatione vltima à num.*231.& Morlam *in Emporio iuris* 1.*par.quæſt.*11. *tit.*11.*n.*7.

263 Tamen † communis, & magis recepta opinio eſt, vt requiratur tempus centum annorum, vt per Ale. *d.conſil.*89.*num.*5.*& in aliis conſiliis*, Iaſon. *in repet. l. admonendi. nu.*246.*ff. de iure iur. & in l. cum aliquis, n.*7.*C. de iure deliberandi*, Decium *in cap.* 1. *de appell. num.*47. Aym.*n.*4. Duennas, Valaſcum, Maſcardum, *n.*7.& Morlam.*ibi*, & Ioan. Gutier.*conſ.*1.*n.*5.& Fari. 1.*par.q.*47.*n.*112.*&* 117.*& de teſtib.q.*69.*à n.*142. Zauallos *d.q.*302.*n.*9.

264 Quod † Rota intelligit quoad inſtrumenta, & ſcripturas, Puteus *deciſ.*212.*libr.*1. Caputaquen. *deciſ.* 28.*num.*4.*par.*1. Quæ ſic debet intelligi, & Rota *in d. deciſ.*185 *par.*1.*& in d.deciſ.*288.*in prin.par.*2. & in d. Sutrina; in teſtibus vero illud dicit antiquum quod excedit 60. annos Caputaquen. *deciſ.*5.*n.*3.*& deciſ.* 298.*par.*3. Granutius Theoremate 22.*num.*5. Burſat. *conſ.*151.*à num.*29.*lib.*2. & Farin.*d.q.*47.*num.*116.*&* 122.*& d.q.*69.*n.*145.& Rota *deciſ.*155.*n.*13.*par.*2. *diuersorum.*

265 Et ita † in vna Fauentina prætenſæ dotis 5. Junij 1560. fuit dictum, *Rotam tenere quod reſpectu teſtium illud dicitur de antiquo, quod excedit metam* 60. *annorum, iuxta* conſilium. *Alex.*4. li.2. *licet reſpectu inſtrumentorum requiratur tempus centum annorum: vt per Verallum* deciſ.240. lib.1. in manuſcript. *& vide declarationem S. Congregationis Concily ſupra adductam* 5. par.cap.vlt.n.92.

266 Rota † tamen *in d.deciſ.*Putei 209.*lib.*3.*in fine* in terminis illius deciſionis in inſtrumento tenuit, tẽpus 99. annorũ pro antiquo, & ſequitur Maſc. *d.cõcl.* 1418.*n.* 12. dicens cum d. deciſ. quod ex verbis enuntiatiuis inſtrumentorum antiquorum, puta 99. vel 100. annorum probatur vnio. Quod ſuſtineri poteſt cum in tanto tempore vnus annus, plus vel minus, importet parum.

267 Et tam † in teſtibus, quam in inſtrumentis cum ambigitur, an ſint de antiquo, detrahendum eſt tempus litis, Puteus *deciſ.*449.*nu.*2.*in fi.lib.*2. Rota *deciſ.* 185.*in prin.& 188.n.*1.*p.*1.*& d.deciſ.*288.*in prin.par.*2. Et in vna Tudertina bonorum 23. Maij 1569. coram D. Seraphino, in qua fuit reſolutum, *Commiſſionem, quemadmodum interrumpit præſcriptionem, ita interrumpere eam præſumptionem, quæ oritur ex antiquitate temporis, & paſſim tam in teſtibus, quam in inſtrumẽtis cum ambigitur, an ſint de antiquo Rotam ſoluere detrahere tempus litis, &c.* Granutius ſupr. & Farin. *d. numer.*116.

268 Ad quod etiam eſt † deciſio in cauſa Meliten. præcedentiæ 5. Dec. 1578. coram eo. D. Seraphino, in qua fuit reſolutum, *Quod quamuis regula ſit, quod ſit præſumendum pro ſententia, Gabriel* de ſentent. concluſ. 5. *tamen ſtylus Rotæ non admittit talem præſumptiuam iuſtificationem in ſententiis extra Rotam, niſi in ſententiis valde antiquis, puta centum annorum, & in quibus clara eſt obſeruantia, & quod eſſet etiam præſumptio ex reclamationibus, non obſtante ſententiæ antiquitate, quia ſententia, an ſit de antiquo, eſt arbitrarium, Abb.* conſ.4. num. 14. 1. parte. *Præſumptio autem, quæ ex antiquitate oritur, facile eliditur per contradictionem, vt fuit reſolutum in d. Tudertina bonorum: nec in Rota attenditur tranſitus in rem iudicatam, niſi conſtet de iuſtitia, & ſi ſententia eſt iniuſta, non tranſibit in iudicatum, de quo quando ſententia dicatur antiqua, vide deciſiones in cauſa Burg. iuriſdictionis de Virbieſca ſup. adductas* 3 p.c.2.à n. 205.*maxime tertiam & quartam.*

Quod autem dictum † eſt, vnionem probari ex enuntiatiuis inſtrumentorum antiquorum, accipiẽdum eſt concurrente longiſſima quaſi poſſeſſione ipſius vnionis; non alias, iuxta illud, quod alias in ſimile de iurepatronatus tradit Achilles *dec.*6. *de iure patr.* ſeu 319. Puteus 60.*&* 140.*in fin. lib.* 1. & dictum eſt ſup.5. *p.c.vlt.à n.*87. 269

Et facit † quod dicit Aymon *conſ.*276.*n.*32. quod licet alias in antiquis probationes leuiores, ſeu præſumptiuæ, & coniecturales admittantur, hoc tamen non habet locum contra poſſeſſorem, contra quem actor debet pleniſſime probare, non obſtante temporis antiquitate: & idem concludit Ripa *in l. rẽ quæ nobis, de acquir. poſſeſſ. numero* 59 Corn.*conſ.*35.*col.penul.libr.*1.*& conſ.*19.*col.*2.*libr.*2.*& conſ.*24.*&* 130.*li.* 4. Socin.*conſ.*194.*col.fi.lib.* 2. Tobias Nonius *conſ.*6. *numero decimo*, poſt Abb. *in c.veniens* 1. *num.* 8. vbi Decius *num.*22.*de teſtib.& in cap. inter dilectos, de fide inſtrum.nu.*6. Affli&. *deciſ.*277. Ioan. Nicolaus Arelatan. *in addit. vlti.* ad Alciatum *reg.*2.*præſumpt.*20. & Maſcar.*concluſ.*547. *num.* 6.*&* 7.*&* *concluſ.* 551. *num.*9.*&* 10. 270

Quamuis † idem Aym.*d.tract.de antiquitate*, 1.*par. ſect.viso in hac* 1. *num.*4.*&* 5 *& ſect.vlti.nu.* 33. teneat ſufficere probationes leuiores per indicia, & coniecturas, vel famam in antiquis etiam contra poſſeſſorem, qui nondum præſcripſit, & ſequitur Menoch. *de arbitrariis lib.*2.*casu* 115.*num.*4. Maſcard.*d.conclu.* 103.*n.*17. Farin.*d.q.*47.*n.*118. & Ioan. Garcia *de nobilitate, gloſ.*18.*§.*1.*à n.*9. poſt Aretinum & Felinum *nu.* 16.*in d.c.veniens*, & Decium *conſ.*428.*& in cap.* 1.*de appell.à n.*44. 271

Quæ † ſententia mihi non placet, & ſolum poſſet procedere, quando præſens ſtatus & poſſeſſio illius contra quem agitur, non repugnaret illis indiciis, & coniecturis ſeu intentioni agentis, aut quando ageretur de recuperanda re amiſſa, de qua amiſſione alias conſtaret. 272

Vltimo † probatur vnio per confeſſionem partis aduerſæ. Oldr.*conſil.*296.*num.* 4. Caputaq.*deciſ.*344. *numero.* 3.*&* 4.*p.*3. & ſequitur Maſcard.*d.concl.*1418. *num.*15. 273

Sed hæc † ſententia patitur difficultatem, primo ex eo, quod titulus beneficij non probatur per confeſſionem aduerſarij, licet ex ea poſſit iuſtificari, & coadiuuari gloſſ. *in c.duobus. verb. ſi non appareat*, & ibi DD. *de reſcript. in* 6. Rebuf. *de pacificis poſſe. num.* 194. alias 162. Aym.*conſ.*93.*numero* 5. Azeued. *conſil.* 12.*à num.*16. Rota *deciſ.*9. *de reſtit. ſpoliat. in nouis, & ibi additio, & in deciſ.*8. *de cauſa poſſ. in antiq.& deciſ.* 44. *de teſtib. in antiq.* quæ ait, quod confeſſio partis non ſufficit ad effectum adiudicandi beneficium alteri, licet ſufficiat ad imponendum ſilentium parti confitenti; & Rota *deciſ.*534.*nu.*3.*par.* 1. *diuersorum:* ergo nec vnio. 274

Secundo, quia † ius patronatus non probatur ex ſola confeſſione aduerſarij, vt S. Congregat. Concilij cenſuit ſup.*c.*9.*ſeſſ.*25. de reform. his verbis: *An per confeſſionem ſupplicantis, & narratiuam, quod beneficium eſt iuris patronatus alicuius ex fundatione, vel do-* 275

tatione probetur titulus iurispatron. ad formã huius Capituli Concily in princ. ita vt non sit necesse eundem titulum ostendere, etiam ex authentico documento, siue ex multiplicatis præsentationibus per tẽpus quod hominum memoriam non excedat, Congregatio respondit non sufficienter probari per solam confessionem.

276 Vnde † prædicta sententia non videtur vera, nisi concurrentibus adminiculis & coniecturis, vt in simili de iure patronatus, alias tenuit Rota in vna Regien. iurispatronatus 9. Maij 1586. coram Domino Pamphilio, vt in decis. sequenti, *Domini pro maiori parte tenuerunt. satis constare de iure patronatus, &c. Accedit etiam pro confirmatione iurispatronatus confessio ipsius domini Camilli in eius prouisione, quæ saltim in sui præiudicium sufficit ad probandum ius patronatus, etiam ex fundatione, vel dotatione. Cassad.* decis. 7. de iure patro. *Puteus* 6. libr. 3. *Peregrin.* decis. 62. lib. 2. *Præsertim vbi est adminiculata ex pluribus adminiculis. & coniecturis, Achilles* decis. vnica de confessis. *Sic non obstat resolutio S. Congregationis Concily quæ loquitur, vbi quis sola confessione*
277 *nititur.*

Idem in vna Gerunden. † permutationis 17. Maij 1593. coram D. Lita, vt in decis. sequenti. *Dubitauit, an constet, quod hebdomadaria curata Ecclesiæ parochialis loci de Aquauiua sit de iure patronatus Archidiaconatus Empuritanen. in casu, & ad effectum, de quo agitur: & domini tenuerunt sufficienter constare de iure patronatus in casu, & ad effectum, de quo agitur, hoc est ad effectum, vt ipsa permutatio non valeat tanquam facta sine consensu dict. Archidiaconi, & non ad effectum canonicandi ipsum ius patronatus, nam hoc casu maior probatio requireretur: moti igitur fuerunt domini ex eo, quod permutantes pluries confessi fuerunt etiam medio iuramento, quod dict. hebdomadaria est de iure patronatus d. Archidiaconatus, quas confessiones Archidiaconatus acceptauit denegando consensum præstare d. permutationi iam factæ, quæ confessio in præiudicium ipsorum confitentium plene probat ad textum* in l. cum te C. de transactio. in l. generaliter C. de non numerat. pecun. *Baldus* cons. 192. num 8. lib. 2. *Oldra.* cons. 296 numero quarto *Caputaquen.* decis. 344. num. 3 lib. 3. *& in terminis iuris patronatus tenuit Rota, concurrentibus tamen aliis adminiculis in illa Pampilonen. iurispatronatus, 26. Iunij 1586. coram R. P. D. Orano, & in vna Regien. iurispatronatus corã R. P. D. Pamphilio, & in illa Mediol. Capellaniæ coram R. P. D. meo Decano. Verum hoc in casu nõ desunt adminicula, datur enim instrumentum visitationis de anno 1578. in quo dicitur hanc hebdomadariam esse de iure patronatus d. Archidiaconatus, & in aliis pluribus instrumentis visitationũ dicitur eã spectare ad collationem d. Archidiaconi, & clarũ est verbum* collatio *comprehẽdere præsentationem, vt per Rebuf.* in praxi de deuolutio. n. 70. *Dantur etiã literæ prouisionum factarũ de dicto beneficio ab ordinario, eũ consensu d. Archidiac. eo expresso, quod ad illã collationẽ seu præsẽtationẽ spectet, & dantur testes deponẽtes de auditu, quod d. hebdomadaria sit de iure patron. d. Archid. quæ omnia visa fuerũt dominis sufficiẽtia pro adminiculis hoc in casu, eũ nõ agatur, vt dixi, ad canonicationem d. iurispatronatus.*

Idem etiam in causa † Pampil. beneficij de Tanfi 10. Aprilis. & 20. Nou. 1595. coram D. Mantica, & in
278 causa Placẽtina Capellaniæ, 24. Nou. eiusdẽ anni coram Dom. Penna, vt in decisione sequenti. *Circumscriptis testium exceptionibus gratia D. Iulij de Becoria vltimo loco producta videbatur iustificata quoad narratiuam iurispatronatus ex fundatione vel dotatione, ex confessione Augustini, qui in sua gratia cõfessus fuerat Capellaniam ad altare S. Mariæ Angelorum in Ecclesia S. Petri oppidi de Castigio esse de iure patronatus laicorum de Becoris, Puteus* decis. 326. num. 3. lib. 2. & decis. 36. lib. 3. *Peregrin.* 64. lib. 2. *Præsertim cum esset adminiculata, ex duabus præsentationibus de annis 1495. & 1507. nec ageretur ad canonicationem iurispatronatus, cum ordinarius non esset in causa, nec pro libertate beneficij certaret: item dicebatur iustificata, quod id præsentationem narratam factam à patronis de personalulij infra quatuor menses cum institutione subsecuta ex sola exhibitione instrumentorum, qualisq; unque præsentatio fuisset, sufficeret factam fuisse de facto, Ægidius* decis. 115. *incipien.* falsa expressio, *Verallus* 407 part. 2. *Quod vero idem Iultus nullos fructus percepisset ex prædicta Capellania ex eiusdem Iulij assertione censebatur probatum ex eo, quod actus negatiuus in facto proprio negantis consistens per eius assertionem cum iuramento probari possit, Ripa* in l. si constante. ff. soluto matr. n. 20 & 21. *Alci.* de præsump. reg. 3. præsump. 20. n 2.

Tandem idem † tenuit Rota in vna Lucana paro- 279
chialis 25 Iunij 1601. coram D. Pamphilio.

Iuxta quas decisiones, † ita demum ex confessio- 280
ne partis aduersæ concurrentibus etiam adminiculis & coniecturis probabitur vnio, si non agatur ad illius canonicationem, si enim ageretur ad canonicationem vnionis, seu ad declarandum beneficium vnitum, id non sufficeret, vt dicitur de iure patronatus, sed probanda erit per instrumentum seu literas ipsius vnionis, aut per immemorialem, seu quadragenariam cum titulo, vel ex verbis enuntiatiuis instrumentorum antiquorum, iuxta dicta. Quamuis confessio etiam non sola reuocata actoris prætendẽtis beneficium, tanquam non vnitum, sufficeret ad imponendum ei silentium iuxta dictam *decisionem 44. de testib. in antiq. &c.* & Aym. *d. cons. 93. numero quinto.*

Ad septimum, quando vnio † dicatur fortita ef- 281
fectum, quod est vtile ad *reg. 12. Cancellariæ* ab omnibus Papis fieri solitam, in qua reuocantur vniones, quæ suum non sunt fortitæ effectum, & ad Decretum Concilij, *sess. 7. cap. 6. de reform. & sess. 25. capit. 9. versi. insuper accessiones* dicendum est vnionem dici fortitam effectum, si secuta sit possessio, non alias. Glossator in *dict. reg.* quæ apud eum est 11. qui ait, quod super hoc emanauit quædam extrauagans Martini Quinti, quæ declarat istam regulam in quãtum dicit, nisi fortitæ sint effectum, scilicet, quando non est secuta possessio. & ibi Mando. *q. 5.* Hoieda *d. cap. 32. partis, num. 21* & practicabilia Rotæ *d. cap. de vnio. in fi.*

Et sic non subsecuta possessione ante d. regulam 281
reuocatoriam superuenientem, vnio per eam reuocatur, & succedente vacatione potest de beneficio, tanquam vere vacante legitime prouideri: nisi vnio sit facta pro dote necessaria, &c. Mando. *ibi & q. 3.* Mohed. *dec. 6. de priuil.* alias 138. & Rota *decis.* 1136. *lib. 3. part. 3. diuersorum* in vna Abulen. anno 1540. Thanis *decis. 43. in manuscriptis.*

In qua dicitur quod † *regula reuocatoria vnionum* 282
quæ non sunt fortitæ effectum intelligitur, quod vnio sit fortita effectum, quando ipsius vigore fuit capta possessio, ita commentator ipsius reg. ibi, quem domini, *alias secuti sunt, & licet d. reg. habeat verba amplissima etiam de vnionibus factis in fauorẽ Ecclesiarũ, & piorum, literarũ tamen non intelligitur reuocata vnio facta pro constitutione dotis, vel augmento cultus diuini, quia si de*

eis Pa-

eis Papa cogitasset vel interrogatus esset, verisimiliter respondisset, ar. l. tale pactum §. fi. ff. de pactis, *& referebãt antiquiores, ita iudicatũ in vna Calagur. & ita tenuere* 13. *Oct.* 1542. *in vna Conchen. coram Io. Paul. fuit tamen dictum, quod alias tentũ est solum in dote necessaria, & non augmentatiua: ita dixit Cardinalis Crescentius tũc Auditor. Ita in d. decis. Thanis.*

284 Et in vna Toletana † beneficij de Vallecas, 20. Nouembr. 1592. coram D. Gipsio fuit resolutum, *Quod vnio beneficij, quæ non fuit sortita effectum ante regulas reuocatorias Greg. XIII. & Sixti V. est per illas reuocata, per ea quæ scribit Glossator super regula reuocatoria vnionum* in fi. *Thanis* decis. 43. Acorambonus 20. lib. 1. *& non fuit sortita effectum, si Papa voluit effectum sortiri post obitum possessoris, qui obiit de anno* 1590. *& etiam si ante regulam reuocatoriam possessio capta non fuit per monasterium, cui vnio facta est, minusque fructus percepti, prout requiritur, Calder.* cons. vlt. nu. 2. de rebus Ecclesiæ, *tradit Modernus* in reg. 12. q. 5. n. 3. *Thanis* sup *Nec refert, quod medietas fructuum loco pensionis reseruata fuerit monasterio, Calder.* sup. *& licet vnio pro augmento cultus diuini facta sub dicta regu. reuocatoria comprehẽdi non videatur, Crescen.* dec 14. li. 1. *alias* 141. *quæ in impressis est* 1. de parochiis. *Mohed.* 145. *Tholomæus* 49. *quæ est* 3. p. diuerso. lib. 3. decis. 1143. *Achilles* 1. super regul. *id intelligendum est de augmento pro dote necessaria illius Ecclesiæ, cui fit vnio (de quo debet constare Oldra.* cons.) 261. *Puteus* decis. 337. lib. 1. *Achilles* sup. *& in vna Conchen. erectionis* 13. *Aprilis præteriti coram D. Seraphino, & in vna Virdun. canonicatus*, 28. *May* 1582. *coram eodem D. Gipsio, alias regulæ reuocatoriæ frustratoriæ essent, cũ semper vniones pro augmento cultus diuini fiant. Nec refert, quod fratres monasterij viuant eleemosynis, quæ non computantur in dotem Ecclesiæ, Rochus* de iure pat. verb. dotauit; *Lamb.* li. 1. 1. p. q. 5. *cum d. monasterium sit fratrum mendicantium S. Dominici, qui ex eleemosynis viuere debent; & satis est, quod ante effectuationem monasterio opulenta hæreditas relicta sit: nam quando vnio deuenit ad casum, &c.*

285 Et in † vna Mediolan. dismembrationis 16. Nou. 1594. coram D. Orano fuit resolutum, *Quod vnio facta, quæ non est sortita effectum, ante regulam Sixti V. reuocatur, quando non fuit facta ex causa necessitatis, sed voluptatis, vel vtilitatis, &c.*

286 Et in vna † Cæsaraugustana fructuum 10. Nou. 1595. coram D. Iusto fuit resolutum, d. regulas cessare, quando *dismembratio sit pro dote monasterij in augmentum cultus diuini, Puteus* decis. 331. & 337. lib. 1. *Achilles* decis. 1. de regula, &c. Fuit enim d. dismembratio pro dote cuiusdam monasterij monialium eri-
287 gendi oppido de Alcania. In qua † etiam fuit dictũ d. reg. Cancellariæ, quæ superuenit de vnionib. non sortitis effectum, non obstare in casu illo, in quo aliqua bonorum portio à beneficio est dismembrata, & vnita monasterio.

Quod † tamen non videtur verum, quia regula
288 etiam de dismembrationibus expresse loquitur, ibi. *& dismembrationes etiam perpetuæ.* Mand. *ibi*, q. 2.

Est etiam circa prædicta decisio † in causa Con-
289 chen. erectionis, 13. Aprilis 1592. coram D. Seraphino quæ sic ait: *Domini vnanimiter censuerunt vnionem, de qua agitur, nõ cadere sub regula reuocatoria vnionum, ex quo applicatio ista bonorum fabricæ locorum depopulatorum sit pro dote necessaria beneficij erigẽdi, & pro augmento cultus diuini, Mohed.* deci. 145. *Crescen.* 116. & 141. *alias* 1. & 3. de paroch. *Fabius* 5. *libr.* 1. *Puteus* 341. lib. 1. *Achilles* 397. *Verallus* 389. lib. 1. in manuscriptis, *Thanis* 43. *Ant. Aug.* in reg. reuocatoria, vnionum, num. 1. & 2. *nec procedit solum in vnione pro beneficio erecto, sed etiam in ea, quæ fit in ipsa beneficij erectione, prout expresse loquitur* d. dec. 116. & 141. *Crescen. vt patet ex earum lectura, & ex* decis. 138. *in qua narratur factum illius causæ. Confirmabitur ex eo, quod cum gratia erectionis non expirauerit, vt fuit resolutum cõsequens est, vt nõ expirauerit vnio, quæ venit in necessariam consequẽtiã, cum sit dos omnino necessaria. Præterea rationes consideratæ* d. dec. 141. *hic militant, cũ hic non extinguatur aliquod corpus beneficij, & alteri applicetur: nec etiam bona alicuius beneficij, ita quod in nullo læditur facultas conferẽdi, quæ fuit præcipua causa regulæ reuocatoriæ, sed tantum applicantur bona fabricarum locorum depopulatorum vacãtia, in quib. Ecclesiæ desierũt esse in rerum natura, quæ essẽt conuertenda in vsum fabricæ earundẽ Ecclesiarum, si extarẽt, & non essent dirutæ.* Et quod d. regula non habeat locum quando vnio fit ex causa dotis, & necessaria alicuius loci vel rei piæ, tradit etiam posthæc Gonçalez *d. gl. 5. §. 7. n.* 48. dicens fuisse etiam dictum in d. Cæsaraugustana dismembrationis fructuũ, 13. Maij 1596 coram eod. D. Iusto, & *n.* 51. ait. quod etiam nõ habet locum d. reg. quãdo vnus ordo supprimeretur in totum. & eius beneficia alteri applicarentur, vt fuit resolutum in vna Tirason. Prioratus 17. Febru. 1595. coram D. Blancheto.

Aduertendum est autem. † quod quamuis Mandos. *d. q. 5. num.* 3. & Rota in d. Toletana cum Calder. 290
videantur velle, vt vnio dicatur sortita effectum, fructus etiam esse perceptos, id nõ existimo necessariũ, sed statim, ac possessio capta est dici sortitam effectum, & ita videntur tenere Glossator *in d. reg. decis.* Thanis. & practicabilia Rotæ *sup.*

Et † conducit decisio in causa Perusina beneficij 291
1. Aprilis, 1596. coram D. Blancheto, in qua fuit resolutum, *Quod vnio facta de Ecclesia, seu beneficio de licentia beneficiati cum fructuum sibi reseruatione statim sortitur effectũ capta possessione ante fructuũ perceptionem, ita vt non reuocetur per regulam Cancellariæ reuocatoriam vnionis superuenientem durante adhuc reseruatione fructuũ, secus esset, si vnio esset suspensa post cessum, vel decessum beneficiati, Par.* cons. 36. n. 18. li. 4. *Oldrad.* consi. 223.

Neque etiam est necessarium † ad istum effectum 292
vt vnio dicatur sortita effectum, quod possessio sit pacifica, quicquid velit glossa *supra.*

Requiritur † tamen præcise possessio, nec sufficit 293
voluisse capere possessionem, & feciſse quantum in se fuit, & non potuisse habere, &c. quicquid velit Glossator *ibi.*

Rursus aduertendum est, † quod reg. ista reuoca- 294
toria non videtur intrare, si saltem in parte vnio sortita fuit effectum: nam tunc dici non potest vnionem suum non esse sortitam effectum: cum saltim in parte eum sortita fuerit, & negatiua totum excludat, in dubio potius est pronuntiandum pro non reuocatione, Roma *cons. 327. in princip.* & Rota *decis.* 468. *n.* 1. *part.* 1. *diuersorum.*

Et cum in vna † Burgen. vnionis de Helinis du- 295
bitaretur, *An dictum* capit. 6. §. illæ vero sess. 7. *habeat locum in vnione, quæ tempore publicationis Conci. Triden. erat effectuata in parte* sic responsum est: *Congregatio Concil. Trident. responderat non habere locum. Postea dubio iterum proposito fuerit in decisis à Cardinali Carrafa* 12. *Iuny* 1589. Et in † hac causa Rota coram domino Orano 28. Iunij 1589. resoluit, *Intrare decretum Concily* d. sess. 25. cap. 9. verſic. insuper

accessiones, *quia vnio in ea plenarium non fuit sortita effectum, licet beneficia vnita supprimantur*, quæ differentia prouenit ex diuersitate verborum illorum decretorum.

297 Vltimo vnio facta† ex causa onerosa, & in recompensam, non reuocatur per d. regulam Cancellariæ reuocatoriam vnionum, vt fuit resolutum in vna Eugubina beneficij 4. Iun. 1584. coram D. Rubeis: & in alia Eugubina Sancti Stephani 29. Martij 1596. coram D. Arigonio, de qua supra *parte præced. c. 4. n. 42.* ad Moheda. *dec.* 145. Crescen. 141. Puteum 357. *lib.* 1. Gonçalez *sup. n.* 50.

298 Et facit, † quod videtur tenere Mand. *ibi q.* 8. regulam illam locum sibi non vendicare in vnione facta ex causa remuneratoria ob seruitia, seu merita extraordinaria, vt per eum *reg.* 13. *q.* 8. *n.* 11. *& seq.*

299 Quamuis† in vnione facta cum clausula in vim cõtractus habere locũ alias Rota resoluerit in vna Abulen. de anno 1540. vt per Moheda. *dec.* 6. de *priuil.* Put. 52. *lib.* 1. *& dec.* 1136. *lib.* 3. *p.* 3. *diuersorum*, & tradit Mandos. *ibi q. vlt.*

300 Et quando vnus dat† de regula reuocatoria, & alter explicat vnionem fuisse fortitam effectum, cui incũbat onus probandi, vide Mandosium, *ibi q.* 7.

301 Ad vltimum de † reuocatione vnionis, vide Pet. de Perusio *in tract. de reuocatione vnionis*, Caccialupum *d. tract. de vnio. ar.* 9. *&* 10. Rebuf. *in praxi* 11. *de vnionis reuocatione*, Gambarum *de offic. legati lib.* 5. *rubric.* 1. *de potestate legati in vniendo ex n.* 153. & Rotam *dec.* 542. 578. 596. *&* 642. *lib.* 3. *par.* 3. *diuersorum*, & Açor *d.* 2. *p. lib.* 6. *c.* 29.

302 Et in summa † dicendum est primo, quod ille potest vnionem dissoluere, qui potuit illam facere, quã regulam ponit Caccialupus *art.* 9. & Rebuf. *n.* 15.

303 Qui † *num. seq.* cum Pet. de Perusio *d. tract. c.* 4. ait, quod potest Episcopus vnionem non solum à se factam, sed etiã à Papa, vel legato reuocare causa subsistente, nam Papa vniendo noluit tollere potestatẽ ordinarij, *c.* 2. *de religios.* domib. Feder. *cons.* 263. sequitur Açor *d. c.* 29. *q.* 5.

304 Hoc † tamen de reuocanda vnione facta à papa intelligit Pet. de Perusio *d. cap.* 4 quando illa vnio facta sit à Papa ex ordinaria potestate, secus si ex plenitudine potestatis, quam etiam legatum non posse reuocare ait.

305 Secundo dicendum † est, quod vnio reuocari potest cessante causa propter quam facta est Caccialupus *d. art.* 9. Rebuf. *n.* 1. *&* 2. vel alias ex causa necessitatis & vtilitatis ecclesiæ, vel quia redundat in eius damnum, Rebuf. *à n.* 3. & Açor *d. c.* 29. *q.* 4. *& c. præce. q.* 21.

306 Aduertendum est tamen † cum Petr. de Perusio *c.* 3. *q.* 3. quod vnio facta de ecclesia debili, seu paupere, non dissoluitur, si peruenerit ad pinguiorẽ fortunã, Cenzellinus *Clem. fin. verb. defensor. de rebus eccles.* tribuit tamen talis restauratio iustam causam dissolutionis, Açor *d. q.* 4.

307 Tertio dicendum est, quod in † reuocanda vnione requiritur causæ cognitio, & consensus capituli, sicut in facienda, Petr. de Perusio *c.* 3. 4. 5. *&* 6. & Rebuff. *à n.* 24. Açor *d. c.* 29. *q.* 5. *&* 6.

308 Et vlterius requiritur † vocatio defensoris, glo. *in d. Clem. fi. verb. vocabat*, Petr. de Perusio *d. c.* 3 & Rebuf. *n.* 13. & citatio eorum, quorum interest, vnionem non reuocari. Pet. de Perusio *d. c.* 6. Rebuf. *sup. à n.* 26. & Açor *d. q.* 6.

309 Quarto dicendum est, quod † reuocatio vnionis operatur, quod ecclesia vnita remaneat in statu antiquo, & sicut erat ante vnionem, Caccialupus *artic.* 10. Pet. de Perusio *supra cap.* 7. *& vlt.* & Rebuff. *à numero* 38.

CAP. III.

De dismembratione.

SVMMARIA.

Per dismembrationem licet non extinguatur beneficium, seu ecclesia, alteratur tamen, & diminuitur in bonis fructibus, seu reditibus: est enim dismembratio cum aliqua bona seu fructus beneficij ab eo separantur, & alteri applicantur, n. 1. *& ita quando fructus beneficij alteri vniuntur; & remanente beneficio penes suum rectorem, potius est dismembratio quam vnio*, n. 2.

In dismembratione, seu diminutione beneficij eædem causæ, & solemnitates requiruntur, quæ in vnione, & sic consensus capituli requiritur, etiam vocatio rectoris, vel defensoris, & aliæ solemnitates in alienatione rei ecclesiæ requisitæ, nu. 3. & seqq. *vbi ponuntur decis. Rotæ.*

Circa illud, quod in dec. Marsican. positis dicitur ad augendum seruitium requiri, quod probetur, aliquos parochianos sine sacramentis decessisse ob multitudinem incolarum, & ministrorum paucitatem, obiter aduertitur S. Congreg. contrarium censuisse, vt in declaratione posita, nu. 9. *cui standum est, quamuis Rota eam intelligat, Episcopum ita posse ex officio, si sibi extraiudicialiter videbitur, ita esse opus, & arbitretur, & c. vt in resolutione posita*, n. 10.

Quod dictum est in dismembratione, seu diminutione beneficij, requiri consensum capituli sicut in vnione, ita demum procedit in dismembratione beneficiorum ecclesiæ inferioris, si Episcopus sit author ipsius, n. 11. *secus si Episcopus non sit author, sed rector, nam in alienatione, qualis est dismembratio, rei ecclesiæ inferioris, quando Episcopus non est author, sed rector ipsius ecclesiæ non habentis collegium, sufficit, quod rector alienet cum authoritate solius Episcopi, & si habeat collegium, requiritur etiam consensus collegij*, n. 12.

PEr dismembrationem † licet non extinguatur beneficium, seu ecclesia, alteratur tamen, & diminuitur in bonis, fructibus, seu reditibus, est enim dismembratio cum aliqua bona fructus, seu reditus beneficij ab eo separantur, & alteri applicantur. 1

Et ita † quando fructus alicuius beneficij alteri vniuntur, remanente beneficio penes suum rectorem, potius est dismembratio, quam vnio, vt diximus *cap. præced. in princip. n.* 4. 2

In dismembratione † autem, seu diminutione beneficij eædem causæ, & solemnitates requiruntur, quæ in vnione, & sic consensus capituli, Abb. *consil.* 106. *nu.* 4. *part.* 2. Pauinus *de potestate capituli sede vacante* 3. *quæst.* 2. *part. numer.* 19. Mandosius *regul.* 22. *qu.* 13. *num.* 8. & 9. & practicabilia Rotæ *de vnio. num.* 11. *versic. item scias.* Requiritur etiam vocatio rectoris, vel defensoris, & aliæ solemnitates in alienatione rei ecclesiæ requisitæ, *cap.* 1. *de reb. eccles. non alienan. in* 6. *& cap. ne sede vacante*, & ibi Dd. gloss. *in Clem. fi. vna, de reb. eccles. verb. defensor*, & ibi etiam Dd. Rota *decis. vnica de rebus eccles. &* deci. *vnica, de his, quæ à prælatis in nouis*, Gambarus *de officio legati li.* 5. *rub. de dismembratione numero* 14. *&* 15. Mandos. *d. qu.* 13. *numero* 12. & practicabilia Rotæ *supra numero* 15. *& 16. versic. penultim.* Rota *decis.* 574. *part.* 1. *diuersorum*, 3

& in

& in vna Marsicana dismembrationis fructuum 14. Februar. & 28. Martij 1564. coram domino Pamphilio, & in vna Toletana parochialis de Madrid. 27. Iunij: & 19. Nouembris 1601. & 1. Februarij 1602. coram domino meo Corduba, vt in decisionibus sequentibus.

Marsicana dismembrationis fructuum 14. Februar. 1594.

4 PRo *informante, videlicet dismembrationem fructũ parochialis ecclesiæ S. Nicolai non sustineri, quia dicitur alienatio, Achilles* decis. vnica de reb. eccl. non alienan. *& requirit omnes solẽnitates, quæ requiruntur in alienatione rerum ecclesiæ, Rota* decis. 1. de rebus eccles. non alienan. in nouis *Franc.* capit. 1. col. 1. eodem tit. lib. 6. *Rebuf.* in compendio alienationum rerum ecclesiæ nu. 68. *& consequenter duo copulatiue* ne*pe solemnitatem, & iustam causam, nec vnum sine alio suffic.* cap. 1. de reb. Ecclesiæ non alienan. in 6. Clem. 1. eod. tit. *Dd.* in cap. fine exceptione, 12. q. 2. *vbi latissime Lauren. de Rodulphis* in 3. q. *Bertran.* cons. 364. n. 2. in 2. primi, *Dec.* cons. 142. nu. 4. *Couar. qui alios citat* var. resolut. lib. 2. cap. 17. n. 2. *vbi testatur de communi, & sæpius fuit decisum; hic autem vtrumque deficit, nam de solemnitate aliqua non constat, imo potius de contrario, cum dismembratio sit facta ecclesia vacante, & non constituto ei defensore, prout requiritur* capit. 1. *vbi glos.* in verb. defensor, *Francus & alij* de reb ecclesiæ non alienan. in 6. *& tradunt Dd. Card. Vital.* numero 35. *& alij* in Clem. fin. eod. tit. *de causa, quæ debet esse vel necessitatis, vel euidentis vtilitatis. Minus constat, quod aliqua vigeat, vt potuerit fieri dismembratio pro erigendis istis nouis canonicatibus, cum numerus parochianorum non sit talis, quod rector cum vno clerico in administratione sacramentorum non possit supplere capitulo, vt quisque, vbi Cardin. Im. & alij* de vita & honest. cleri. *Cassad.* decis. 19. de præbend. *Rebuf.* de congrua n. 65. *præsertim cum non probetur defectus seruitij, ita quod propter paucitatem ministrorum, & multitudinem incolarum, seu parochianorum aliqui decesserint sine sacramentis, vt requiritur ad augendum seruitium, per ea quæ alias deducta fuerunt in pluribus causis, & vltimo loco in causa Tiraso. congrui seruitij de mense Maij præteriti coram me. Et tanto magis, quod istis canonicis, seu coadiutoribus nouiter erectis non fuit impositum aliquod onus administrandi rectorem in administratione sacramentorum, & alias non sunt necessarij, cum ministri pro cantandis missis, & horis canonicis in Ecclesia parochiali, sint tantum ad bene esse, vt alias fuit resolutum in causa Legionen. congrua, sub die 11. Octobris 1577. coram bonæ memoriæ Lauretano: nec ista dismembratio potest sustineri vigore Concilij Tridentini, quia per illustrissimos dominos Cardinales d. Concilij interpretes fuit resolutum, Episcopum non potuisse ex fructibus huius parochialis erigere canonicatus.*

5 *In eadem* † *28. Martij 1594.*

DOmini steterunt in decisis, *non obstantibus testibus nuper examinatis, quia præter quam quod nihil dicunt de deputatione defensionis ecclesia vacante, & aliis solemnitatibus ad validitatẽ dismembrationis vna cum iusta causa copulatiue, vt in decisione dicitur, requisitis, nullam etiam probant necessitatem augendi numerum ministrorum in ista Ecclesia, intra cuius fines non constat sine sacramentis decessisse aliquos parochiales ob incolarum multitudinem, & ministrorum paucitatem, vt requiritur ad augendum seruitium, per ea quæ alias deducta fuerunt in Legionen. congruæ sub die 11. Octob. 1577. coram Domino Lauretano, maxime cum non probetur in hoc oppido, populum esse ita numerosum, vt rector cum vno clerico coadiutore non possit sufficere ecclesiasticis sacramentis administrandis, & cultui diuino peragendo, vt loquitur Concilium Trid.* sess. 21. cap. 4. *& facit* cap. vt quisque, *vbi Cardin. Imola, & alij,* de vita & honestat. clericor. *Cassador.* decis. 19. de præben. *Reb.* de cõgrua n. 65. *& cessat difficultas, quia non apparet, istis canonicis, seu coadiutoribus in eorum erectione fuisse impositum aliquod onus administrationis sacramentorum, & licet aliquando de facto se illi ingesserint, hoc tamen fecerunt hactenus de consensu rectoris, & absque eo quod ad hoc cogi possint, quod est potissimum requisitum, ad effectum vt dicatur ei iniunctum onus curæ iuxta glos.* in Clem. dudum, verb. impendant, de sepult. *Abb.* in c. de multa de prebẽ. sub n. 24.

Toletana † *parochialis de Madrid, Iunij, 1601.* 6

IO. *Franciscus prouisus per sedem Apostolicam de parochiali Ecclesia S. Sebastiani oppidi de Madrid agit spolio contra Franciscum Ortiz existentem in possessione cuiusdam membri S. Laurenty nũcupati, vigore dismembrationis factæ per Ordinarium Toletanum, vnde contingit dubitari, an ad dictum effectum dictus Ioannes Franciscus fundet suam intentionem, & fuit resolutum affirmatiue, nam de titulo colorato, & secundo extremo per partes non controuertebatur, de primo vero, scilicet possessionis Ecclesiæ S. Sebast. satis apparebat ex instrumẽto possessionis captæ per eius procuratorẽ, de cuius speciali mandato constabat in actis.* leg. prædia, *vbi Bartol.* ff. de acquiren. possess. l. non idcirco, *vbi Bald.* C. de fideiuss. *Puteus* decis. 360. numero octauo lib. 1. *Cæsar de Grassis* decis. 5. de causa possess. *iuncta assertione dictæ possessionis in intimatione ei facta ab ordinario pro residẽtia in beneficio. Quod autẽ Ecclesia S. Laurenty sit membrum, ac parochiani illi assignati sint S. Sebastiani vltra dismembrationem factam, satis videbantur probare testes qui dabantur, assignantes certos limites nulla interiecta parochia, & quod administrabantur sacramenta, & decimæ soluebantur. Ex quibus sequitur, quod d. Ioannes habeat intentionem fundatam super omnibus porochianis, & iuribus parochialibus existentibus intra limites suæ parochiæ,* capit. fin. de paroch. cap. ad decimas. de restitut. spoliat. in 6. *& consequenter dixerunt Domini, posse agere pro illis, & absque alia sui tituli exhibitione, Rota* decis. 1. de restitut. spoliator. in nouis. *Caputaquen.* dec. 6. part. 3. *Compostella.* in cap. nil de elect. *vbi Abb.* num. 24. *non obstante pretensa dismembratione, quæ est de intentione Francisci, ac tenetur de ea, & illius validitate docere,* leg. 1. ff. de exceptio. l. in exceptionibus, ff. de probat. *Paris.* cons. 45. num. 1. vol. 1. *Maxime quia ex aduerso prætendebatur non fuisse effectuatam, ex quo Ecclesia S. Lauren. nunquam fuit constructa. Nec obstabat consensus rectoris prædefuncti præstitus pro dismembratione, quoniam Ecclesiæ competit actio spolij, quando cecidit à possessione facto iniusto, vel nullo rectoris, Verallus* dec. 170. par. 3. *& fuit nouissime resolutum in causa Neapolitana spolij 13. Iunij huius coram D. Lancelloto. & alibi sæpe.*

In eadem † *19. Nouembr. 1601.* 7

FVit resolutum *vna parte informante, dismembrationem, de qua agebatur, fuisse invalidam: nam cum*

sit quædam species alienationis, indubitatum est requiri, solemnitatem, & iustam causam pro sui validitate, ac inde citandus erat rector, & eius consensus adhibendus & vacante Ecclesia constituendus illi defensor, cap. 1. *vbi glos.* ver. defensor. de rebus Ecclesiæ, *Lapus* alleg. 66. n. 3. *Rota* decis. vnica de reb. Ecclesiæ in nouis, *Achilles* decis. vnica eodem tit. *& fuit late deductum coram D. Decano in vna Toletana beneficij* 13. *Oct.* 1579. diuersorum 524. par. 1. *& coram D. Pamphi. in alia Vlisbonen. fructuum*, 21. *Iunij* 1596. *& in causa Marsicana dismembrationis fructuum*, 14. *Februa.* & 28. *Martij* 1594. *quod neutrum in præsenti videbatur fuisse factum. De causa autem vtili, vel necessaria, minus constabat, illa enim numerositas populi iam diu per S. Cõgr. Cõcilij fuerat reprobata, & dictũ tali casu adhibendum esse remedium, de quo* in cap. ad audientiam de Eccles. ædificand. *renouatum huic incommodo per augmentum seruitij subueniendum, maxime cum alias non ostenderetur impedimentum, nec adesset talis distantia, vt parochiani impediantur accedere ad parochiam. Quod impedimentum, si quod tunc adesset, iam hodie videbatur cessare per recessum Regiæ Curiæ ab oppido de Madrid, nec de illa apparebat, nisi per assertionem ordinarij in dismembratione facta, cui non statur, Bartol.* in l. si forte. ff. de castren. pecul. numero 6. *Legitima autem causa erat alias per processum iustificanda, nec adhuc noua Ecclesia fuerat ædificata, sed ambo rectores in vna eademque sacramenta ministrabant. Vnde semper stabat inconueniens, quod propter latitudinem parochiæ, vel populi multitudinem, non possent parochiani adire illam, nec parochus ad eos accedere.*

In eadem † 1. *Febr.* 1602.

8 DOmini steterunt in decisis 19. *Nouem. proxime præteriti, tam ex defectu solemnitatis, quam causæ; nec defectus defensoris deputandi suppleri potest ex tribus œconomis pro administratione sacramentorum, cum illi absque citatione instarent pro dismembratione faciendæ, tantum abest, quod tuerentur, & defenderet iura Ecclesiæ, prout faceret defensor ad istum effectum deputatus, vt iura requirunt*, c. 1. de reb. Ecclesiæ non alien. in 6. cũ aliis in d. dec. allegatis. *Et defensio satis videbatur facilis, cũ de nulla causa legitima appareret, prout fuit decisũ. Cui ex aduerso nõ dabatur congrua responsio: nam illa numerositas populi, vltra quod ante declarationem S. Congregationis Concilij, non potest dici sufficiens, non fuit sublata ex dicta dismembratione facta per diuisionem parochianorum à dextris & à sinistris, cum idem inconueniens distantiæ, & latitudinis parochiæ remaneret sacramenta administrando in eadẽ Ecclesia. Nec obstabat, quod postea superuenerit consensus rectoris, quia illius vocatio non requirebatur solum pro eius interesse, sed pro forma inducta ad rigorem iuris obseruandum in fauorem publicum, ne ecclesiæ depauperentur, vt fuit late deductũ in causa Senogal. spoly* 10. *Decemb.* 1568. *coram Fineto, ac inde consensus subsequens non conualidat alienationem nullam, sed operatur, quod ipse rector non possit contradicere, Io. And.* in c. 1. n. 3. de reb. Eccl. *Tiraq.* post leges connubiales gl. 6. n. 3. *Soc.* conf. 87. n. 4. lib. 1.

9 Circa illud † autem, quod in illis decisionib. Marsic. dicitur ad augendũ seruitium requiri, quod probetur aliquos parochianos sine sacramentis decessisse ob multitudinem incolarum, & ministrorum paucitatem, obiter aduerto, S. Congregationem Concilij in causa Tirasonens. contrarium censuisse, his verbis: *Congregatio Concilij censuit non debere expectari, quòd parochiani decedant sine sacramentis, vt Episcopi cogant rectores sibi adiungere alios sacerdotes in Ecclesiis parochialibus, in quib. populus ita numerosus est, vt vnus rector non sufficiat, iuxta* c. 4. sess. 22. de reform. *Hieron. Cardin. Matthæus.*

Cui standum est, quamuis † Rota in d. Tirason. cõ- 10
grui seruitij 6. Iunij 1594. corã D. Gipsio resoluerit, Quod *licet Episc. possit cogere rectores adiungere alios clericos ad administrationem sacramentorum, & diuina officia, si vnus rector non sufficiat, iuxta* cap. 4. sess. 21. de reform. *tamen Rota nõ solet ad id compellere, nisi probatum sit aliquẽ decessisse, sine sacramentis defectu congrui seruitij. Quæ decisiones non repugnãt cũ declaratione S. Congregationis, quæ declarauit posse Episcopum cogere ad id, si viderit esse necessariũ, nec esse expectandũ, quod aliqui moriantur sine sacramentis. Intelligendũ enim est Episcopum, ita posse ex officio, si sibi extraiudicialiter videbitur ita esse opus, & arbitretur. Rota tamen ad instantiam partis, nisi sibi iudicialiter appareat de necessitate ex prædicta probatione, non compellit, alias enim ipsa non potest arbitrari necessitatem. Maxime, quod alij clerici participates de decimis tenentur adiuuare rectorem in administratione sacramentorũ, prout fuit dictũ in Toletana primitiarum, &c.*

Illud vero quod supra † dictum est in dismem- 11
bratione, seu diminutione beneficij requiri consensum capituli, sicut in vnione, ita demum procedit in dismembratione, seu diminutione beneficiorum Ecclesiæ inferioris, s. episcopus sit author ipsius dismembrationis, seu diminutionis, vt *d. capit. 1. de rebus Ecclesiæ in* 6. Secus † si Episcopus non sit author, sed rector, nam in alienatione, (qualis est dismembratio, vt in dictis decisionibus) rei Ecclesiæ inferioris, quando Episcopus non est author, sed rector ipsius Ecclesiæ non habẽtis collegium, sufficit, quod rector alienet cum authoritate solius Episcopi, & si habet collegium, requiritur etiam consensus collegij, Abb. *in c. 1. n. 5. de his quæ fiunt à prælatis*, Aufrer. *in additione* 1 Capellæ Tolosanæ *dec.* 98. Couar. *lib. 2. var. c. 17. n. 1.* Caual. *milleloquio* 135. 1. *par.* Cauale. *decis.* 45. *n.* 28. Redoan. *de reb. Ecclesiæ n.* 25. *&* 26. Men. *in add. ad li. 2. de arbitrariis. casu* 172. *n.* 155. Solis *de censib. li. 2. c. 3. n.* 7. Castillo *de vsufructu. c.* 54. *n.* 22. & P. Molina *de iustitia. 2. to. disp.* 408. 5. *concl.*

CAP. IV.

De diuisione beneficij.

SVMMARIA.

Dismembrationi proxima est diuisio beneficij, per quam diuiditur, & secatur ex vno faciendo duo, &c. n. 1.

Quæ est prohibita Concilio Turonen. n. 2. *Nisi ex iusta & rationabili causa fiat, & facultates sufficiant, n.* 3. *& seqq. vbi ponuntur decisiones Rotæ.*

Circa hanc materiam diuisionis beneficiorum videndi sunt citati, n. 6. *Qui vltra dicta requisita in ea requirant cõsensũ capituli, sicut in alienatione, &c. n.* 7.

DIsmembrationi † proxima est diuisio beneficij, 1
per quam diuiditur & secatur beneficium ex vno faciendo duo, vel plura beneficia.

Est autem diuisio, seu sectio † beneficiorum pro- 2
hibita Concilio Turonen. vt *in cap. maioribus, & ca. dilecto. de præben.* vbi Ab. & alij Nisi ex † iusta & ra- 3
tionabili causa fiat, & facultates sufficiant, *c. vacante, & c. cum causam, de præb.* gl. *in d. c. maiorib. verb. diuisionem*, Abb. & alij *in d. c. vacante.* Et ita fuit resolutũ in vna Calagurritana beneficij de Ondategui 28. Martij 1583. coram illustrissimo D. Lancelloto, & in alia Calagurritana beneficij de Arriola 18. Iunij 1593. coram D. Gipsio, vt in sequentibus decisionibus, quæ quæ sunt notandæ.

Calagur-

Calagurritana beneficij de Ondategui.

4 REsolutum, *quod diuisio portionis integræ non potuit fieri per ordinarium, quia licet plures patrom præsent aderint plures, ita vt præsentati fuerint pares, optio est Episcopi in gratificando, cui voluerit, vt post Io. And. notat Abb.* c. autem. n. 8. de iure pat. *Decius* cons. 127. in princ. & 129. col. 2. versi. licet alius, *Lamb.* de iure pat. li. 2 p. 3. q. 5. art. 1. *non autem possunt dicti patroni instituere plures secundum Card.* Clem. plures, §. fi. q. 2. *& notat Abb.* in c. 2. n. 2. de iure pat. *Lamb.* d. q. 5. ar. 21. *quia beneficia non possūt diuidi*, c. maioribus. de præb. *& licet id fieri possit ex causa rationabili*, c. vacante, de præb. *tamen causas allegatas in dicta diuisione domini dixerunt esse vanas, quia ltib. & scandalis, quæ narrātur, potuit occurri per dictam gratificationem. Concordia etiam de iure admittitur, dummodo non sequatur sectio beneficij*, c. nisi essent, de præb.

5 *Calagurritana † beneficij de Arriola 18. Iun. 1593.*

VNa tantum parte insistante domini concluserunt, *diuisionem integræ portionis, de qua agitur, in vnā dimidiam portionem, & duo quarta de iure non subsistere, quoniam sectio beneficiorum est prohibita*, c. maioribus, c. dilecto, *vbi post alios Abb.* de præb. *vt dixerunt domini in alia Calagurritana beneficij de Ondategui coram illustrissimo Lancelloto 28. Martij 1583. nisi ex iusta causa fiat*, c. vacāte, c. cū causam, eod. tit. *gl.* in d. c. maioribus, *iusta enim causa in proposito casu non apparet, non quidem respectu indigentiæ beneficiatorum, quia in dicta Ecclesia adsūt duo integri beneficiati, qui regulariter sufficiunt, pro cura & gubernio vnius Ecclesiæ*, c. 1. vt quisque, *vbi Abb.* n. 1. de vita & hon. cleric. c. proposuit, de filiis presb. *cass.* dec. 19. n. 1. vers. sed pro affirmatiua, de præb. *non ex augmento diuini cultus, quia huiusmodi augmentum non habetur in consideratione, ex numero beneficiatorum, nisi vbi Ecclesia propter defectum beneficiatorū, suis debitis seruitiis defraudaretur. In hoc consistit cultus diuinus, vt diuina officia celebrentur*, c. ex par. de const. c. fi. de rescr. in 6. *P. de Vbal.* tract. de canonica Episcopi. c. 7. n. 6. *Nec dicatur, quod imo ex augmento numeri beneficiatorum diuinus cultus augeatur, vt colligitur ex* d. c. ex parte. *Quia respondetur, quod hæc sola causa non est sufficiens ad inducendam diuisionem beneficiorum, & præbendarum, Abb. & Imola* d. c. vacante, *Lāb.* de iure pat. li. 2. p. 1. q. 12. art. 7. *& inter alia requiritur, quod fructus sufficiant pro omnibus beneficiatis, sed nō est probatum in casu proposito, quod fructus d. integræ portionis sufficiant pro trib. beneficiatis, iuxta diuisionem prædictam. Et si aliter diceretur, sequeretur, quod semper ex ista causa augmenti diuini cultus esset locus diuisioni beneficiorum contra iura prædicta. Non obstat, quod ad lites dirimendas diuisio beneficiorum aliquando permittatur, quia alio modo dirimi potuisset dicta lis, vt per reseruationem pēsionis, sub beneplacito Apostolico, & concordiæ semper fieri debent, dummodo non sequatur sectio beneficij*, cap. nisi essent, de præbend. *vt bene deducitur in dict. Calagurritana beneficij, cuius copia data fuit.* Et † circa 6 hanc materiam diuisionis beneficiorum vltra Dd. *in d. c. maiorib. & c. vacante, & c. dilecto, de præb.* & Lamber. 1. *p. 2. lib. q. 7. art. 17.* vide etiam Rebuf. *in repet. c. exturpandæ, §. qui vero, de præben. 6. nota. in 3. modo percipiendi fructus*, & Bursatum *cons.* 185. *lib. 2.*

Qui vltra † dicta requisita in diuisione beneficiorum acquirunt consensum capituli, sicut in alienatione, &c. Ad quod facit quod dictum est de dismembratione beneficij *cap. præcedenti.*

CAP. V.

De erectione beneficij seu Ecclesiæ, in alium statum.

SVMMARIA.

Alteratur beneficium in melius per erectionem in alium statum superiorem, vt cum collegiata erigitur in Cathedralem, & Episcopalis in Metropolitanā, quod tamen solus Papa facere potest, n. 1.

Aliquando Ecclesia simplex erigitur in curatam, & parochialem, quod ex causa facere potest Episcopus, n. 2. *Cui obest declaratio S. Congregationis adducta*, n. 3. *cui respondetur ibi.*

Aliquando Ecclesia erigitur in collegiatam, quod videtur posse fieri per Episcopum, licet soleat fieri authoritate Papæ, n. 4.

TAndem alteratur † beneficiū in melius per erectionem in aliū statum superiorem, vt cum ecclesia collegiata erigitur in Cathedralem, & Episcopalis in Metropolitanam. Quod tamen solus Papa facere potest, *c. 1. ne sede vacante.* Et facit *c. quod translationem, & gl. ibi de off. legati*, & docet Reb. *in praxi tit. de erectione Ecclesiæ in Cathedralem*, qui de materia istius erectionis videndus est, & Açor. 2. *par. li. 5. c. 29. q. 25. & lib. 6. c. 30. q. 2. & 4.*

Aliquando etiam † Ecclesia simplex erigitur in curatam, & parochialem, quod ex causa facere potest Episcopus, vt per Rebuf. *ti. de erectione in curatā, & parochialem*, qui est videndus de hoc, & Açor *d. c. 29. q. 25. & d. c. 30. q. 3. & 4.* Cui tamen † obest declaratio S. Congregationis Concilij super *c. 16. sess. 25. de ref.* quæ sic ait: *Nec beneficia simplicia in curata conuerti ordinario possūt.* Sed potest intelligi, cessante causa, & necessitate.

Aliquando etiam Ecclesia † erigitur in collegiatam, quod videtur posse fieri per Episcopum, licet soleat fieri authoritate Papæ, Rebuf. *tit. de erectione in collegiatam*, licet contra teneat Açor *d. c. 30. quæst. 2.* nempe non posse fieri per Episcopum, sed per solum Papam. Quod tutius videtur Fusco *de visitatione lib. 2. c. 1. n. 6.* & allegat Rebuf. *ibi.* Et vt de Mando *de signaturæ gratiæ, tit. de erectionibus.*

FINIS.

GARCIA
de
Benef.

GVII
15

INDEX

LOCVPLETISSIMVS VERBORVM, RERVM, ET SENTENTIARVM,

Decisionum, ac Sacræ Congregationis Concilij Trident. Declarationum insignium, in primam & secundam partem Tractatus de Beneficiis,

AVCTORE LICENTIATO NICOLAO GARCIA Abulensi, Iuris vtriusque Professore, & almæ Ecclesiæ Abulensis Canonico.

A

ABBATIS doctrina, quod collatio facta non idoneo scientia, moribus & ætate, seu facta indignis ex quatuor defectibus, qui continentur in c. cum in cunctis. de electione, est nulla ipso iure, non est omnino vera, cap. 8. n. 63. p. 7.

Abbatis illatio, & sententia in cap. significasti, numero 6. de electione, accipienda est, quando collatio secundæ parochialis fit, non cum conditione suspensiua dimittendi primam, sed cum modo, & pacto, quod dimittat seu resignet primam, c. 2. n. 27. & 28. p. 8.

Abesse an possint licite Canonici, vltra tempus à Conc. permissum, amittendo distributiones & fructus, qui residendo lucrifiunt, c. 2. numero 319. p. 3. cum seq. & resolutur negatiue. Et an sit satis lucrari grossam resistendo ad honorem seu tempus illius, numero 324. cum seqq.

Abesse vltra tempus à Concilio permissum, & lucrari fructus ex causa peregrinationis, maxime ex voto an liceat, c. 2. numero 392. cum seqq. p. 3. resoluitur negatiue.

Abesse beneficiatos à choro, etiam stante consuetudine, quod possint à choro exire, dum Missa, Prima, Sexta, & Nona dicuntur modo ad finem redeant, c. 2. n. 569. circa medium, par. 3.

Absens bona fide sine licentia, videtur esse liber à culpa, & pœna amissionis fructuum, in foro conscientiæ, licet secus in foro exteriori, c. 2. n. 36. p. 3.

Absens licet ratione studij percipiat fructus præbendæ, non tamen distribution es quotidianas, cap. 2. n. 112. par. 3. limita, n. 113. cum seqq. vbi ponuntur declarationes S. Congregationis.

Absentes an in mensibus qui dantur recreationis gratia non solum lucrentur fructus, sed etiam distributiones cotidianas, maxime stante consuetudine, c. 2. n. 247. cum seqq. p. 3.

Absens pro seruitio & vtilitate Ecclesiæ de iure percipit fructus, & etiam distributiones si est præsens in loco, c. 2. n. 359. & seq. pa. 3. limita, & declara, vt n. 361. & 362.

Absentiæ iusta causa, vltra bimestre regulariter non dicitur lis, aut prosecutio eius super parrochiali, c. 2. n. 47. p. 3. & limita, vt n. 48.

Absentia trium mensium à Concilio permissa locum habet etiam si constitutio, aut consuetudo Ecclesiæ requirat seruitium totius anni, c. 2. n. 311. & 312. p. 3.

Ad absentiam trium mensium an requiratur causa & licentia, c. 2 n. 313. cum seq. p. 3.

Absentiæ licentia non est sumenda in diebus maximæ solemnitatis, c. 2. n. 317. p. 3. quod in Hispania non seruatur, n. 318.

Absolui ab excommunicatione incursa propter hæresim Papæ reseruata in Bulla Cœnæ non potest quis virtute Bullæ Cruciatæ, vel alterius priuilegij seu Iubilæi, in quibus non datur specialis facultas absoluendi ab hæresi, quia in facultate generali non censetur concessa absolutio ab hæresi, nisi id exprimatur, cap. 10. §. 1. nu. 109. part. 11.

Absolui quis an possit virtute Cruciatæ per confessarium à suspensione incursa, propter ordines male susceptos, vt ante ætatem, ca. 5. n. 48. cum seqq. p. 2. vbi resolutio traditur.

Absolutio à censuris virtute Bullæ, aut Iubilei, nisi in eo dicatur, in foro conscientiæ, suffragatur tantum in foro exteriori, quando facta est satisfacta parte contra aliquos. c. 5. n. 55. cum seqq. p. 2.

Absolutio à suspensione, seu alia censura sine literarū expeditione valet in foro conscientiæ, cap. 2. n. 32. p. 4.

Absolutio à censuris & pœnis latis vigore breuis, non datur, nisi dimissa possessione, refectis expensis & fructib. restitutis, vel cautione de restituendis præstita, c. 3. n. 131. p. 6.

Absolutio excommunicationis ab ordinario, vel alio inferiore extorta ex falsa causa ipsius absolutionis, est valida, c. 3. num. 10. p. 8. contra aliquos citatos numero 12. quorum sententia saltim procedet in absolutione

facta ex falsa causa excommunicationis, quæ non valet, n.11. sicut excommunicatus vnica excommunicatione ob plures causas, tacita aliqua, non censetur ligatus pluribus excomunicationibus; absolutus ab vna, non censetur absolutus ab aliis, n.13. Valet tamen quoad excommunicationem expressam absolutio facta etiam ab ignorante alias per surreptionem, contra Frechillam, n.14. At absolutio impetrata per rescriptum à Papa, vel Legato, ex falsa causa etiam ipsius absolutionis, tanquam surreptitia, non valet, n.15.

Absolutio sit in prouisionibus Apostolicis, non solum ab excommunicatione, sed etiam à suspensione, & interdicto ad effectum gratiæ consequendum per illam clausulam, teque quibuslvis, &c. capite 14. numero 6. p.7.

Absolutio illa quæ datur in literis, cum sit ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, excommunicatus qui impetrauit beneficium in forma commissaria, debet absolui antequam fiat collatio à commissario, alias collatio erit nulla, cap..13. n.62. part.7. nam ista absolutio ad effectum operatur impetrationis validitatem propter cap. 1. de rescriptis in 6. & solum prodest ad effectum vt literæ sint validæ: & si sunt in forma commissaria ad effectū solum, vt valeat mandatum de prouidendo: si vero in forma gratiosa, vt valeat prouisio, n.63. & si illa absolutio prodesset, vt valeret prouisio per commissarium, & executorem facienda, prodesset etiam quoad censuram futuram, n.64.

Accedere quod possit episcopus votis singularibus quibus videbitur, non procedit quando singuli examinatores approbant vnum, quem alij reprobant, capite 2. numero 60. p.9. vbi ponuntur declarationes S. Congregat.

Accessio Episcopi seu Vicarij ad vota paria seu singularia examinatorum, videtur debere fieri in ipso examine, seu coram ipsis examinatoribus simul congregatis, & non separatim, ca.2. n.58. p.9. quamuis electio ex approbatis facienda ab Episcopo possit ab eo fieri ex post facto, & separatim, n.50.

Accessus, & coadiutoriæ cum futura successione, si sunt in forma commissaria, nihil refert quod tempore vacationis beneficii impetrans sit excommunicatus, modo tempore collationis sit absolutus, ca.13. n.55. p.7. Si vero esset in forma gratiosa, ita quod succedente vacatione, Papa ex nunc prout ex tunc confert, & valeat collatio, & prouisio facta per Papam, etiamsi tempore vacationis impetrans esset excommunicatus, nu. 56. & conducit decisio Gambari adducta, n.58.

Accusatus de crimine, ex quo veniret priuandus beneficio, an possit illud renuntiare, c.3. §. 1. n.62. p.11. resoluitur posse, n.63.

Accusatus de crimine, ex quo veniret priuandus beneficio, poterit illud renuntiare in fauorem alterius, c.3. §.1. n 64. pa.11. contra aliquos citatos, n.65. cautela tamen Ferrarij in proposito, quam Felin. & alij sequuntur, non est tuta, maxime attenta constitutione Pij V. de confidentiis, n.66.

Accusatus pendente lite poterit permutare, c.3. §.1. n. 67. p.11. quamuis contrarium teneant aliqui relati, n.68. Sed prima sententia est verior, nisi forte obstet ei infamia orta ex accusatione apud bonos, & graues viros, ne possit ad aliud beneficium promoueri, & sic permutare, &c. n.69. aut nisi ob delictum esset de iure inhabilis ad beneficia obtinenda, n.70. & n. seq. ponitur casus practicatus Rectoris de Patres.

Accusatus poterit renuntiare lite pendente, etiam post conclusum in causa, c.3. §.1. n.89. p.11. etiam si renuntiatio sit in fauorem, n.90.

Accusatus poterit valide renuntiare, etiamsi quis prius impetrasset beneficium in euentum priuationis, nec impedietur renuntiatio, & eius effectus ex dicta impetratione, nec post renuntiationem poterit procedi ad priuationem, c.3. §.1. nu.72. p.11. Hoc tamen fallit secundum Gambarum, & Villad. quando quis impetrasset per priuationem, & quouis alio modo vacaret, quia tunc comprehenderetur etiam vacatio per renunciationem, nisi fieret in curia, n.73. sed reprobatur, n.74. Obiectio ponitur, & decisiones relatæ à nu.75. Respondetur nu.80.81. & 82.

Accusatus poterit renuntiare, etiamsi pro homicidio quis sit condemnatus pœna per pœnis carceris, vel alias, si non est priuatus beneficiis: nihilominus enim poterit renunciare, & collatio secuta erit valida, c.3. §.1. n.97. p. 1. Et ratio est, quia condemnatus per sententiam latam super homicidio vel alio crimine priuatione digno, non est priuatus beneficiis, nisi exprimatur in sententia secundum Innoc. & alios n.98. & seq. vbi ponitur resolutio Rotæ.

Accusatus potest renuntiare, siue simpliciter siue in fauorem alterius, etiam post scientiam impetrationis factæ à tertio de beneficio in euentum priuationis, vel post impetrationis præsentationem, c.3. §.1. num.84. p.11. & decretum irritans positum in impetratione solum operatur in euentum priuationis, numero 85. & si illud obstaret, obstaret etiam si renuntiatio fieret ab ignorante impetrationem, vt tenet Flores numero 86. 87. Nec decis. Rotæ 5. de re iudicata in antiquiorib. facit contra, numero 88.

Accusatus potest renuntiare etiam lata priuationis sententia, si ab ea fuerit legitime appellatum, quoniam per appellationem integrum manet ius cap.3. §.1. n.91. p. 11. cum per eam extinguatur, aut saltim suspendatur sententia, n.92. quam tenent relati, n.93. nec est necesse facere mentionem priuationis, & processus n.94. & pro eo etiamsi appellatio postea pronuntietur mala, & iniusta numero 95. non tamen procedit quando priuationis sententia contineret in se adiudicationem beneficij numero 96.

Accusatus seu denuntiatus de aliquo crimine interim pendente accusatione seu denuntiatione, promoueri non debet, c.8. n.67. quod procedit quando persona est infamata apud bonos & graues homines, alias accusatio non impedit promotionem, n.7. & de hac materia qui sunt videndi, n.8.

Adeptus non videtur quis pacifica possessionem, quando statim, & incontinenti, seu in limine legitimæ possessionis fuit in ea turbatus, seu lis mota, cap.1. §.1. n.110. part. 11. Et quando dicatur incontinenti turbari à nu.111. ponuntur sententiæ Doctorum & resoluitur, tunc dici, quando infra duos menses lis superueniet, seu turbatio, non si postea: & si intra duos menses lis non fuerit mota, primum censetur vacare à principio captæ possessionis, &c.

Admitti an possit ad concursum habens aliud canonicatum, resoluitur affirmatiue, c.2. §.1. n.207. & seq. p.9. vbi ponitur declaratio S. Congregationis: nec est in potestate Episcopi illam non admittere, nec valet constitutio contraria, n.209.

Ædificare an possint regulares sine licentia Ordinarij, remissiue, c.9. n.8. p.5.

Ætas eadem, quæ requiritur ad Beneficium requiritur ad pensionem, & sic septenium de iure antiquo, & hodie dicimus quartus annus, c.5. n.127. cum seq. p.1.

Ætatem probare cui incumbat, quando de illa non est facta

est facta mentio in gratia, c.2.à n.175.cum seq.p.6.

Ætas quomodo probetur remissiue, c. 2. n. 286. cum seq.p.6.

Ætas ad Episcopatum est, quod promouendus debet esse maior annis triginta, ita quod trigesimum annum iam excesserit, & in sacro ordine saltim ante sex menses constitutus, cap. 4. numer. 76. & numer. 77. part. 7. ponitur constitutio Gregorij XIV. de forma faciendi processus, & inquisitiones super promouendis ad Ecclesias Cathedrales.

Ætas à natiuitate connumeranda est, non à die conceptionis, c.4.n.89.p.7.

Ætas cum hodie ex Concilio Tridentino ad subdiaconatum requiratur viginti annorum, ad diaconatum vigesimi tertij, ad presbyteratum vigesimi quinti cœpti, ad canonicatum, aut portionem Ecclesiæ Cathedralis subdiaconalem requiritur ætas vigesimi primi, & ad presbyteralem viginti quatuor annorum completorum, ita quod attigerit annum sequentem, cap. 4. à num. 21. p. 7. vbi adducuntur aliquæ declarationes S. Congregationis.

Ætas eadem & habilitas, quæ requiritur, & sufficit ad titulum beneficij, requiritur, & sufficit ad coadiutoriam à Papa concessam, c.4.n.90.p.7.

Ætas eadem quæ in Episcopo, requiritur in Cardinalibus, cap. 4. numero 78. pa. 7. hodie tamen diaconus Cardinalis esse potest, qui in vigesimosecundo ætatis anno fuerit constitutus, ex constitutione Sixti V. numero 79.

Ætas in quolibet beneficio hodie requisita examinãda est, quia multa sunt innouata per Concilium, c.4.n.3. part .7.

Ætas legitima etiam vltra clericatum legitimitatemque requiritur, c.4.n.1.p.7. de qua qui sunt videndi, num.2.

Ætas licet de iure antiquo eadem requiratur ad dignitates, vel personatus, quibus animarum cura nulla subest, quæ in curatis, in quibus tamen Episcopus poterat dispensare cum maioribus 20. annis: tamen hodie ex Concilio requiritur, quod sint viginti & duobus annis, non minores, quod non poterit Episcopus dispensare, cap. 4. à n.54.p.7.

Ætas promouendorum ad canonicatus Ecclesiæ Collegiatæ non est innouata, nihilque circa eam innouat, seu disponit Concil. Trid. c.4.n.36. & seq. p.7. vbi ponuntur declarationes S. Congreg.

Ætas quænam requireretur ad canonicatum, licet olim de hoc esset controuersia, præcipue Ecclesiæ Cathedralis, qui de iure communi non habet annexum ordinem sacrum, sed tantum primam tonsuram, an sufficeret ætas septem annorum, sicut ad alia beneficia simplicia, vt tenent multi: an vero requiratur ætas quatuordecim annorum, vt alij tenent. Tamen hodie cessat ista controuersia ex regula Cancellariæ 18. de ætate ex decreto Concilij, vbi statuitur, quod nemo ad dignitatem, canonicatum, aut portionem recipiatur, nisi qui ordine sacro requisito sit initiatus, aut in ætate, vt infra annum initiari valeat, & quod in omnibus Ecclesiis Cathedralibus. omnes canonicatus, ac portiones habeant annexum ordinem presbyterij, diaconatus, vel subdiac. c.4.à n. 15.p.7.

Ætas quæ requiritur in Abbatissa, seu Prioriss a, remissiue. c.4.nu.80.p.7. & de ætate requisita ad beneficia regularia etiam remissiue, n.81.

Ætas requisita ad ordinem annexum, requiritur in aliis beneficiis habentibus ordinem sacrum annexum, licet non actu, cap.4.nu.49.p.7. & alias prouisio est nulla, etiam ex causa permutationis facta, n.50. quod non solum procedit in beneficiis habentibus annexum ordinem presbyteratus, sed etiam diaconatum, vel subdiaconatu, contra Ioann. Andream, & alios à n.51. & in his ætas ordinum requiritur tempore datæ impetrationis, nisi sit ad vacaturam in genere, tunc sufficit tempore vacationis, numero 52.

Ætas requisita in Canonico Pœnitentiario est quadraginta annorum vltra gradum doctoratus, vel licentiæ in Theologia, vel iure canonico, seu alias qui aptior pro loci qualitate reperiatur, c.4.n. 32.p.7. & secundum S. Congregat. defectus istius ætatis non obstat, vbi alias aptior pro loci qualitate non reperitur, n.33. sufficietque, quod non reperiatur in ciuitate, aut etiam in diœcesi persona apta cum dictis qualitatibus, nec est quærenda extra diœcesim, n.34. & debent esse dicti quadraginta anni completi, n.35.

Ætas requisita in eligenda in Abbatissã est quadraginta annorum completorum, nec contra potest Episcopus, aut Nuntius dispensare, c.4.n.71.p.7.

Ætas septem annorum licet de iure antiquo tantum requiratur ad beneficia simplicia, & sic quod quis sit maior septennio, c.4.num.5. pa.7. ex quo septenni potest conferri prima tonsura, n.6. & idem in minoribus ordinib. numero 7. tamen hodie nullus ante decimum quartum annum beneficium potest obtinere ex decreto Conc. Trid. numero 8. quod procedit secundum S. Congrega. nisi in fundatione aliter statuatur, quia non est ei derogatum, numero 9. & 10. vbi refertur quædam Rotæ resolutio.

Ætas vigintiquinque annorum regulariter requiritur ad dignitatem principalem in Collegiata, cum habeat curam animarum, c.4.n.65.p.7.

Ætas vigintiduo cũ annorũ requisita ad dignitates, & personatus non curatos, intelligitur, nisi alias habeant annexum ordinem presbyteratus, tunc enim requiritur ætas vigintiquinque annorum ad sacerdotium requisita, c.4.n.72.p.7. Vnde ad Decanatum, Præposituram, & Archipresbyteratum, etiamsi eis animarum cura nulla subsit, ea ætas requiritur etiam hodie, n.73. & in Abbate, n.74. Improbatur Mandosius dicens, quod stante consuetudine, quod Abbas constitutus esse debeat in ætate annorum triginta sufficiat annum trigesimum attigisse, n.75.

Ætate in dicta 25. annorum si quis quam sit, poterit obtinere beneficia curata, & quælibet alia sacerdotalia, aptitudine, etiamsi tantum habeat primam tonsuram: nec requiritur, quod sit in quatuor minorib. constitutus, c.4.n. 44. & seqq. p. 7. vbi adduntur declarationes S. Congregationis.

Ætatem in beneficio requisitam non habenti prouisio facta est nulla, cap. 4. num. 82. part. 7. Etiam in co scientia, n.83. & etiamsi ad ætatem requisitam desit quantũuis paruum & modicum tempus, vt vnus dies, vel hora, quidquid alias circa ætatem ordinum male teneant aliqui, n.84.

Ætatis decimum quartum annum vt quis attingat, & primam tonsuram habeat, sufficiet ad canonicatus Ecclesiæ collegiatæ, etiam insignis, sicut ad alia beneficia, interim tamen non habebit vocem in Capit. c. 4. n.38.p. 7. Et idem est in dimidijs portionibus Ecclesiæ Cathedralis, n. 40.

Ætatis sufficit attigisse decimum quartum annum, licet non sit expletus, c.4.n.11. & seq. p.7. & n.13. affertur alia declaratio S. Congregationis super decreto Concilij, & de ætate ad pensiones remissiue, n. 14.

Ætatis vigesimumquintum annum attigisse debet promouendus ad parochiales Ecclesias, seu curata bene-

ficia, & dignitates quascunque, quibus animarum cura subest, & alias prouisio est nulla, cap. 4. numero 41. p. 7. hinc in Abbate ea ætas requiritur, numero 42. Et quando dicatur animarum cura subesse remissiue, numero 43.

Ætatis vigesimum secundum annum satis an sit attingere, vt quis possit ad dignitates, vel personatus adsciscian vero sit necessarium habere viginti duos annos completos, c. 4. n. 66. p. 7. Resoluitur necessarium esse habere viginti duos completos, & n. 70. ponuntur declarationes S. Congregationis.

Affectio Beneficy vide verbo reseruatio, & verbo resignatio, & resignans.

Affectio, per dationem coadiutoris factam à Papa etiam inualidam non inducitur, c. 1. n. 174. p. 5. nec per vnionem nullam, n. 175. Licet secus in vnione ad vitam de beneficio vacante n. 176.

Agens de spolio, aut nullitate gestorum vigere breuis seu appellans, si allegaret paupertatem: signatura etiam iustitiæ daret commissionem reseruatis fructib. & expensis in finem litis, cum clausula dimissa possessione, & constito de paupertate, c. 3. n. 106. p. 6. sicut & datur aliis, vt n. 107. cum seq.

Alienatio patrimonij, ad cuius titulum est quis ordinatus, est nulla post Concil. c. 5. n. 176. vsque ad num. 181. p. 2.

Alienatio patrimonij, ad cuius titulum est quis ordinatus, an valeat sine licentia Episcopi, si tunc habet beneficium vnde viuere possit ca. 5. n. 184. cum seq. p. 2. & resolnitur valere.

Et talis causa potest occurrere, & necessitas, quod ea mediante Episcopus teneatur dare licentiam, etiam si aliunde ordinatus non habeat vnde viuere possit, ibid. n. 187. & 188.

Alimenta quamuis sint exhibenda depositio, & suspenso à beneficio ob pœnam propter crimen, & non in contumaciam ex reddit. sui beneficij, si non habet alias vnde viuat, secus tamen in excommunicato, etiam si egeat, c. 23. §. 1. n. 98. p. 7. quamuis contrarium teneant Sylvester, & alij, n. 99.

Alternatiua sola remouet obstaculum reseruationis, c. 1. à n. 22. p. 5.

Alternatiua secunda Pij V. non erat restricta ad residentes duntaxat, sed ad residentes iuxta formam Concil. & sic in tribus mensibus absentiæ permissis à Concil. illa gauderent, cap. 1. n. 461. cum seqq. p. 5. vbi Rotæ decisiones contrariæ referuntur & explicantur alternatiuæ verba, n. 464. cum seqq. & reprobatur sententia Gonçalez n. 469.

Alternatiua in Canonicatib. & Prebendis, locum habet, quando Episcopus esset in quasi possessione conferendi, sine interuentu Capit. ca. 1. n. 477. p. 5. ad quod vltimus status beneficij consideratur, n. 478. cum semiplena probatione, n. 479.

Alternatiua non habet locum, si duo beneficia, quorum vnum spectat ad prouisionem Episcopi, & alterum ad prouisionem alterius, sunt inuicem vnita, secus si spectarent ad prouisionem duorum Episcoporum, c. 1. n. 480. p. 5.

Alternatiua non potest se iuuare Episcopis in beneficiis ad aliorum collationem spectantibus, cap. 1. n. 481. p. 5.

Alternatiua quomodo accipiatur est varietas in regulis, c. 1. n. 482.

Alternatiuæ acceptatio est voluntaria, cap. 1. nu. 483. part. 5. semel vero acceptata non est locus pœnitentiæ, nisi Papa acceptauerit renunciationem, num. 484. cum seq.

Alternatiuæ acceptatio, est mentis, & voluntatis declaratio, & sic facta ab excommunicato tenet, c. 1. n. 487. p. 5. & debet fieri per literas patentes, nu. 488. subsignatas manu propria ipsius Episcopi, n. 489. & suo sigillo, n. 490. & de aliis requisitis necessarijs, à n. 491. vsque ad 496.

Alternatiuæ acceptatio inducta est adeuitadas fraudes circa vsũ ipsius, c. 1. n. 497. part. 5. cuius forma & fides quæ datur per datarium traditur remissiue, n. 498. & quomodo acceptatio probanda sit, numero 499. & n. 500.

Alternatiua non desinit gaudere Episcopus, non residens in mensib. Iuny, & Decembr. qui semper sunt Ordinarij, & consequenter prouisus ab Episcopo, de beneficijs in eis vacantibus, non tenetur probare residentiam, sicut in aliis quatuor mensibus, contra Gonzalez c. 1. n. 507. part. 5.

Alternatiua non habet locum in vacantib. per resignationem cum non sine reseruata per hanc regulam, & in quib. locum habeat, c. 1. n. 545. p. 5.

Alternatiuam quando habet Episcopus quod dicitur de octo mensib. reseruatis scilicet debere fieri mentionẽ de mense vacationis: procedit etiam in sex mensib. alternatis Papæ, c. 1. n. 658. p. 5.

Alternatiua solum conceditur Episcopis, & Archiepiscopis, & Patriarchis residentibus, vt intitentur ad residendum, c. 1. n. 682. p. 5. & sic non habet locum in infrascrib. n. 683. nec in Capit. nu. 684. etiam sede vacante, vt n. 685.

Alternatiuæ menses an debeant esse integri, vt Episcopus ea vti possit, c. 1. n. 692. p. 5. resoluitur negatiue, quibus Rota contradicat, ibid.

Alternatiua an gaudeat Episcopus, qui de ordinario, & vt plurimum non residet in suo Episcopatu, sed ad tempus cum animo recedendi, in beneficijs tunc vacantib. cum residet, c. 1. à n. 699. cum seq p. 5.

Alternatiua an possit gaudere Episcopus qui eam acceptauit, in beneficijs ad eius prouisionem spectantib. existentib. in alia diœcesi, c. 1. à n. 705. p. 5. resoluitur affirmatiue cum Rota.

Alternatiua an possit gaudere Episcopus in suo turno, in Ecclesijs in quib. collatio est communis Episcopi, & Capituli, facta inter eos concordia de prouidendo alternis vicib. c 1. n. 717. p. 5. cum seq. resoluiturque affirmatiue, cum Rota cuius decisio ampliatur, à n. 710.

Alternatiua concessa Episcopo prodest Capit. vbi menses ordinarij inter Episcopum & Capit. sunt diuisi ex concordia etiam facta ante concessam alternatiuam, c. 1. n. 718. & 719. p. 5. Et quid si concordia non sit authoritate Apostolica confirmata, n. 721.

Alternatiua an possit gaudere Episcopus in Canonicatu & Prebenda Pœnitentiarie, & in qua electio personæ est solius Episcopi, non obstante quod collatio Prebendæ sit communis Episcopi & Capit. vel solius Capituli c. 1. n. 729. cum seq. p. 5. resoluitur affirmatiue. Et quid in beneficio, cuius præsentatio ad Episcopum, institutio vero ad alium spectat, n. 734.

Alternatiuæ acceptatæ an videatur renuntiari, per indultum obtentum ad conferendum in omnibus mensibus, cap. 1. num. 737. par. 5. resoluitur quod non, & quomodo ea amittatur, n. 738. vbi decisiones Rotæ ponuntur, & an sit necessaria declaratio, num. 743. & 748. cum seq. & quid debeat facere Episcopus, qui semel eam amisit, nu. 751.

Alternatiuam an amittat Episcopus qui se intromisit in prouisione beneficiorum reseruatorum, propter ignorantiam reseruationis, c. 1. à numero 752. p. 5. resoluitur cum distinctione. Et quid si ab initio habuit iustam causam ignorantiæ, sed postquam certior fuit

tioratus est, mittit in possessionem ab eo prouisum, n. 756. & seq.

Alternatiuam an amittat Episcopus qui se intromittit in prouisione beneficij litigiosi, c. 1. numero 760. p. 5 resolvitur quod non, nisi scienter se intromitteret, numero 761.

Alternatiua, quomodo acceptetur, & de modo illius remittiue, c. 1. n. 762. p. 5.

Alternatiua Romæ acceptata, an Episcopus possit ante habitam notitiam acceptationis valide prouidere in suis quatuor mensib. an vero statim illi cessent, & effectualiter incipiat gaudere alternatiua, ca. 1. num. 762. cum seqq. part. 5.

Alternatiua non posse vti Episcopum, ante notitiam acceptationis, & receptam fidem aliqui curiales voluerunt, c. 1. n. 767. p. 5.

Alternatiua solum remouet obstaculum reseruationis & licet Ordinarius ignoret eius acceptationem, certus tamen est de fundamento suæ prouisionis, quod videtur sufficere, c. 1. n. 768. p. 5.

Animarum cura subesse quando dicatur remissiue, c. 4. n. 43. p. 7.

Annexio præbendæ, scilicet, canonicalis facta dignitati personatui, seu officio eiusdem Ecclesiæ, etsi videatur facta accessorie, tamen non fit per viam incorporationis, & suppressionis, sed vti duo beneficia obtinentur, &c. p. 12. ca. 2. numero 57. Et ideo collatio præbendæ pœnitentiariæ spectat ad collationem illorum, ad quos antea spectabat, quamuis prouisio officij pœnitentiarij, cui illa est annexa, ad solum Episcopum spectet, numero 58. Et ideo etiam non possunt duæ præbendæ simul teneri in eadem Ecclesia, etiamsi vna sit annexa dignitati, numero 59.

Annus probationis debet esse continuus intra clausura, non interpolatus, nec priuilegium aliquod suffragatur, quia est sublatum, nec anno probationis renunciari potest, & habet locum, etiam in eo qui ex voto religionem ingreditur, & in professo in vna transeunte ad aliam, etiam laxiorem: nec potest abbreuiari, etiam in ingresso post matrimonium ratum, &c. ex S. Congreg. cap. 9. numero 7. part. 11.

Antiquum tempus, quod dicatur, vide verbo, tempus antiquum.

Appellatio suspensiua non datur à sententia in iudicio executionis pensionis, c. 5. n. 570. p. 1. & quæ clausulæ tunc ponantur in commissione appellationis traditur, n. 571. & seq.

Appellare non licet à Vicario generali ad Episcopum, ca. 8. n. 28. part. 5. A foraneo tamen secus est, quia nec facit vnum consistorium cum Episcopo, n. 29. nec potest esse delegatus Apostolicus.

Appellari potest à iudice Metropolitani Archiepiscopi Compostellani residente in ciuitate Salmantina, ad Archiepiscopum ex Rota, cap. 8 n. 30. part. 5. nec potest esse delegatus Apostolicus, n. 31.

Appellatio datur à liquidatione, seu taxatione excessiua suspensiua eius, c. 3. n. 132. p. 6. non tamen nisi semel, vt n. 133. & seq. & ea pendente, datur absolutio à censuris cum moderatione tamen de qua, à num. 135. cum sequentib.

Appellanti obtinenti, an Auditor Rotæ, cui commissa est causa appellationis, possit conferre parochialem reseruatam, c. 2. §. 1. n. 253.

Appellantis ius an expiret quando electus cedit, vel decedit ante factum examen coram iudice appellationis, c. 1. §. 1. n. 254 p. 9.

Appellatio Abulens. venit ciuitas & diœcesis, & verbum clericus Abul. est aptum capere vtrumque c. 9. n. 27. p. 7. Et etiam appellatione diœcesis in proposito venit ciuitas, n 28. p. 16.

Appellatio, an & quando detur à mala prouisione, seu dispositione parochialis, c. 2. §. 1. à n. 239. p. 9. resolvitur non dari appellationem à relatione examinatorum, nec ab eorum reprobatione, à mala tamen ordinarij electione dari appellationem. Et adducitur declaratio S. Congregationis, & resolutio.

Appellationem non dari à reprobatione examinatorum, vt dictum est, quod etiam de deuolutiua intelligitur, solum procedit in beneficijs curatis, c. 2. §. 1. n. 242. p. 9. secus in simplicib. in quibus licet præsentati à quibusvis Ecclesiasticis personis non debeant institui, nisi prius fuerint ab ordinariis examinati, & idonei reperti, tamen à reprobatione examinatorum datur appellatio suspensiua, non obstante, cap. 9. sess. 25. versi. adhæc Concily Trident. n. 243. & seq. Imo etiam in parochialibus iuris patronatus laicorum datur appellatio præsentatis, quando vnus solus est præsentatus. Nec habet locum concursus à reprobatione examinatorum, sicut habenti gratiam in forma dignum n. 245.

Appellatio licet in parochialibus datur à mala ordinarij electione est solum ad effectum deuolutiuum, nã non impedit, aut suspendit, quominus executioni demãdetur, & prouisus pendente appellatione à parochiali non est amouendus, cap. 2. §. 1 n. 246. p. 9. etiamsi contra eum sit lata sententia per iudicem appellationis à qua ipse appellauit: nam ista secunda sententia non est executioni demandanda pendente appellatione, quæ habet virũque effectum, sicut etiam quando conceditur gratia per Papam de parochiali, & adest certus possessor, datur appellatio suspensiua à sententia executoris, n. 247. vbi quod procedit etiam quando examinatores sunt discordes. 248.

Appellationi à mala ordinarij electione quando sit locus, & an requiratur dolus Episcopi, c. 2. §. 1. n. 250. & 151. p. 9. vbi ponitur decis. Rot.

Appellatio tũc datur à mala ordinarij electione, quãdo alias seruata est forma Concily; illa enim non seruata prouisio est nulla, & parochialis manet Papæ reseruata, c. 2. §. 1. n. 249. p. 9.

Apostata est plus quam hæreticus, & sic idem dicendũ est de eis quod de hæreticis, & ipso iure amittunt beneficia, c. 10. §. 1. n. 147. p. 11. Licet alij apostatæ non sint ipso iure priuati beneficiis, n. 148. & de apostatis qui sint videndi, n. 149.

Archidiaconi iurisdictio, quæ à iure ei data est, si esset in Archipresbytero ex Ecclesiæ consuetudine, ille Doctor esse deberet, & c. secundum Menoch. cap. 7 n. 42. p. 7. Archidiaconi qui oculi dicuntur Episcopi, debent esse in omnibus Ecclesiis vbi fieri poterit, Magistri, seu Doctores, aut Licentiati in Theologia, vel iure canonico ex decreto Concily Trident. cap. 7. numero 36. part. 7. Nec sufficeret gradus iuris ciuilis, Medicinæ vel Artium, numero 37. Et intelligitur de Archidiaconis de quibus loquitur titulus de officio Archidiaconi, qui sunt caput capituli, & habent iurisdictionem, & ea munera exercent, quæ de iure communi Archidiaconi exercent, &c. à n. 38. Et adducuntur declarationes S. Congregationis. p. 24.

Archiepiscopus, an habeat visitare prouinciam c. 3. à n. 21. p. 10.

Arctati occasione beneficij recepti, illi dicuntur qui obtinent aliquod beneficium, ratione cuius tenentur se promoueri facere, cap. 7. n. 96. p. 5.

Arctati occasione beneficij recipiendi qui dicantur, traditur, c. 7. n. 99. & 100. p. 5.

Arctatus occasione beneficij recepti, vel recipiendi,

GARCIA de Benef.

non potest dici electus in concursu, ad beneficium Curatum cuius collatio facienda est à Papa, cap. 7. num. 101. p. 5.

Arctatus occasione beneficij recipiendi non dicitur is, cui aliquis vult resignare beneficium requirens actu ordinem, quo ille caret, c. 7. n. 102. p. 5.

Assassinus qui est priuatus ipso iure beneficiis, non facit fructus suos irreuocabiliter ante sententiam, cap. 10. n. 54. part. 5. Nec occidentes Cardinalem qui beneficiis sunt ipso iure priuati, n. 55. Nec occidentes Episcopum, qui etiam sunt priuati beneficiis, quæ in Ecclesia cui talis Episcopus præest, obtinet, n. 56. Nec in occidente Prælatum, vel con beneficiarium qui est priuatus ipso iure beneficio, quod obtinet in ea Ecclesia, n. 57. & seq. vbi quod dictio prorsus importat ipso iure.

Assertioni iudicis non statur super causa, sine qua actum facere non potest, c. 4. n. 55. p. 11.

Assignatio & deputatio Præbendæ pro Pœnitentiario, non impedietur per optionem post electionem factam, quamuis ante electionem recte possit optari, c. 4. nu. 129. part. 5. & concordantur Rotæ declarationes, numero 130. & 131.

Assumendus ad Episcopatum inprimis debet esse Magister, Doctor, aut Licentiatus in Theologia, vel iure canonico, aut publicum alicuius Academiæ testimonium habere, c. 7. n. 32.

Auditoriatus, & Clericatus Cameræ, quomodo vendantur, c. 2. n. 21. p. 1.

Augmentum vt enim potest fieri ex crescentibus facultatibus non obstante confirmatione Papæ, ita & diminutio diminutis facultatibus, c. 1. n. 5. p. 12. Et idè videtur, etiamsi in confirmatione sit clausula decreti irritantis sicut ea non obstante sit augmentum auctis facultatibus, secundum Felin. contra Abbat. de diminutione stante d. clausula aliter dicentem, qui tamen potest intelligi, vbi non euenit dicta diminutio, secundum eundem Feli. n. 6. & 7.

Authoritas Papæ non requiritur in redemptione pensionis ex eo quod cedat in causam alimentorum, c. 5. n. 30. p. 5. n. 30. p. 1. sed ad excludendam Simoniam, n. 31. 33. & 34.

Author ex constitutione Pij V. 58. existimat noue prohiberi resignationem coram ordinarijs factam cum mutua intentione, vt certæ personæ beneficium conferatur, etiam sponte, aut designando etiam nutu, vel signo futuros successores, alias designatio erit nulla propter decretum irritans, c. 3. 2. §. n. 206. Et tamen beneficium tanquam vacans manebit reseruatum Sedi Apostolicæ, aut superioribus Ordinarij, n. 207. At admittentes talem resignationem incurrunt suspensionis pœnam, num. 208. Si vero resignatio fieret cum intentione, & spe resignantis tantum, vt beneficium conferatur alteri, pro quo postea rogare intendit, non tamen vllo modo illum designando, non videtur esse contra dictam constitutionem, quæ tamen videtur prohibere mutuam intentionem, numero 209.

Authori non placet quod aliqui dicunt, quod excommunicatus iniuste, qui fuisset in mora petendæ absolutionis, seu qui se absoluendum non curaret, fructus eo tempore perceptos non recuperabit, cap. 13. §. 1. à numero 123. p. 7. quod procedat in distributionibus, & fructibus qui residendo, & diuinis interessendo lucrifiunt, & c. n. 123.

Authoritas Matthæi, & Marci, quos Deus coniunxit homo non separet, intelligitur de matrimonio consummato, cap. 10. n. 85. p. 7. In quo non potest Papa dispensare, nu. 86.

Authoritate propria capiens possessionem beneficij, vide verbo, beneficio an primetur.

Axioma turpius eiicitur, &c. refertur, numero 15. p. 7. 25.

Azonis opinio improbatur, quod legatus potest vnire sine consensu patronorum clericorum, vel laicorum ex præscriptione, consuetudine, aut priuilegio, cap. 2. §. 2. n. 211.

B

Beneficium in genere quid sit traditur, cap. 1. numero 1. 2. & 3. deque varia acceptione beneficij, numero 4. part. 1.

Beneficij appellatione de iure Canonico intelligitur beneficium Ecclesiasticum, c. 1. nu. 5. p. 1. & per antonomasiam. n. 6.

Beneficium ab aliquibus Sacerdotium dicitur, sed nō est relinquendum verbum beneficium vsitatum, c. 1. n. 7. part. 1.

Beneficium dicitur etiam Præbenda, & quomodo accipiatur Præbēda, c. 1. n. 8. & 9. p. 1. & de origine beneficiorum remissiue, n. 10.

Beneficij Ecclesiastici variæ definitiones traduntur, c. 2. n. 1. p. 1. 2.

Beneficium est ius percipiendi fructus ex bonis dedicatis clerico, propter diuinum officium competens, c. 2. n. 2. & 3. p. 1.

Loco verbi (clerici) melius esset ponere, personæ Ecclesiasticæ, & addere, (vel obsequium) vel desinto comprehendat Præceptoras, c. 2. n. 4 p. 1.

Beneficium est ius spirituale, c. 2. n. 5. p. 1. non principaliter, sed annexum, n. 6 & 7.

Beneficium non potest à laico, sine priuilegio Apostolico teneri, c. 2. n. 28. p. 1. quo casu beneficium sit quid seculare, & laicum, n. 29.

Beneficium non potest à laico conferri, c. 2. n. 32. p. 1. nisi ex priuilegio Apostolico, n. 33.

Beneficium datur propter officium, quod in laudib. diuinis consistit, c. 2. n. 60. p. 1.

Beneficium quomodo cognoscatur, c. 2. n. 61. p. 1. & ibi resolutiones Rotæ, à n. 62.

Beneficij essentia non est esse perpetuum, c. 2. n. 66. p. 1. limita saltim aptitudine, n. 79.

Beneficia manualia sunt vere beneficia, & vt talibus in eis committitur Simonia, c. 2. n. 77. p. 1. licet aliqui contra teneant, n. 78.

Beneficij manualis, & ad nutum amouibilis, facienda est mentio in impetratione secundi, cap. 2. numero 80. part. 1.

Beneficio dimisso, non tenetur quis ad solutionem pensionis, nec ad cautionem Banchariam promissam, etiam si ei consenserit, & se obligauerit in forma cameræ, & cū iuramento, c. 5. n. 178. p. 1. & cessat obligatio fideiussorum, n. 181. & etiam si resignatio sit nulla, & resignatarius possidet, num. 182. & resolutiones Rotæ traduntur, n. 179. & 180.

Beneficium habens pensione grauatum non iuuatur beneficio cap. Odoardus quo ad pensionem, c. 5. num. 237. part. 1.

Beneficij variæ diuisiones traduntur, c. 9. n. 1. 2. & 3. p. 1. & n. 11. 14. & 36.

Beneficium habens curam fori exterioris dicitur Curatum, c. 6. n. 7. p. 1.

Beneficium in dubio non censetur Curatum sed simplex, & qui dicit curatum debet probare, cap. 6. num. 8. part. 1.

Beneficia triplicia dicuntur, Dignitates, Personatus, & Officia, ca. 9. n. 9. p. 1. & quæ illa sint, & in quo differant, n. 20.

Beneficia censentur secularia, nisi contrarium probetur, c.6.n.12.p.1.

Beneficia regularia quæ sint, c.6.n.13.p.1.

Beneficia quæ prouidentur per electionem, quæ non egent confirmatione superioris, non sunt electiua, sed potius collatiua, & dicuntur mixta, quia conferuntur eligendo, c.6.n.23.cum seqq.p.1.

Beneficia electiua adeo sunt speciali nota digna, vt non veniant in mandatis de prouidendo, non facta mentione de electione, etiamsi nullus modus exprimatur, sed simpliciter mandetur prouideri, c.6.n.27.p.1. contrarium traditur, n.28. & 29.

Beneficij appellatione large sumpto vocabulo, omnia comprehendantur beneficia, c.6.num.37. & 39.p.1. non improprie, sed proprie quia beneficium est genus, numero 38.

Beneficij appellatione in materia stricta, vt in literis, non veniunt omnia, nec curata, & Dignitates, c.6.n.49. p.1. ex defectu intentionis concedentis, n.50. nec Præbenda Canonicalis, n.51. & 52.

Beneficiorum quorumcumque appellatione in materia restringibili, an comprehendantur Canonicatus, & Dignitates, cap.6.num.52.part.1. & Decius, & Staphileus declarantur, num.54. & 55. & quid de stilo Curiæ, num.56.

Beneficium à iure prolatum, etiam in materia stricta comprehendit omnia beneficia, c.6.nu.74.p.1. & alio traditur, n.75.

Beneficium seruit de titulo quoad ordines ad quos (præsertim sacros) non potest quis promoueri sine titulo, c.5.n.1.part.2.

Beneficium habens etiam curatum non sufficiens, non potest ad eius titulum sacris initiari, cap.5.nu.121.part.2. & quid ante Concil. obseruaretur traditur, num.112.123. & 124. & amplia etiam si cum eo, & pitanciis haberet honestum victum, & etiam si Episcopus promittat se suppleturum, n.125. & 126.

Beneficium ad cuius titulum quis fuit sacris ordinatus non potest renunciari, nisi facta mentione, quod ad illius titulum fuit ordinatus, & constito quod aliunde viuere possit, c.5.n.191. & seq.p.2. & amplia, vt num.193. & 194.

Beneficium per cuius assecutionem vacat illud, ad cuius titulum fuit quis ordinatus, non potest dici subrogatũ loco illius, c.5.n.211.p.2.

Quod dicitur de beneficio & patrimonio ad cuius titulum quis est ordinatus, procedit etiam in beneficio, & patrimonio subrogato loco illius ibid.n.210.

Beneficium quodlibet, obligat saltim ad recitandum Horas, cum detur propter officium, c.1.n.1.p.3 etiam si sit tenue, n.38.39 & 40. & non recitantes etiam intra sex menses peccant mortaliter, & post sex menses, non faciunt fructus suos, pro rata omissionis officij & temporis, num.2.

Beneficium nullos omnino habens reditus non obligat ad Horas, cap.1.num.4.1.p.3. & amplia vt nu.42.43. 44. & 45.

Beneficij titulum tantum habens, reseruatis alij omnibus fructibus, an teneatur recitare? c.1.n.46. vsque ad n.59.p.3.

Beneficia aliquo sunt quæ requirunt ordinem Sacerdotij, Diaconatus, aut Subdiaconatus, c.4.n.1.p.3. & obtinentes ea, tenentur infra annum ordines suscipere requisitos, n.2. & Parrochus id non faciens, est parrochiali ipso iure priuatus. n.3. quæ priuatio obligat in conscientia n.5. limita, vt n.6. & 7. & 9. vbi traditur declaratio congregationis, & n.8. & vide infra verbo Parrochus, & ales non habent vocem in Cap. n.12. & dimidiam partem distributionum perdunt, & post monitionem possunt beneficiis priuari, n.16. nisi careant ætate requisita, numer.17.

Beneficia variis modis prouidentur, & acquiruntur, c.1.n.1. & 2.p.4.

Beneficium vacat per mortem impetrantis qui signata supplicatione decessit, & non vt prius. cap.2.num.14. part.4.

Beneficium non vacare per obitum, seu resignationem habentis solam supplicationem signatam etiam in forma gratiosa, sed vt prius, tenet Cancellaria & Camera cui erit standum, cap.2. nu.18.part.4. & dubium refertur, num.19.

Beneficium vacat ante acceptationem collatarij, licet non libere, & illo moriente ante acceptationem vacat vt prius, c.3.n.41.p.4. & decisio Rotæ, n.42.

Beneficium aliquando conceditur non in titulum, sed in commendam, & quando dicatur cõcedi in titulum, c.4.n.1.p.4.

Beneficium conceditur in commendam, cum datur alicui in custodiam, & administrationem. cap.4.numer.6. part.4.

Beneficium, seu Prioratus, datus in commendam perpetuam non requirit professionem, c.4.n.27.p.4. nec ad id cogi potest illud habens, n.28.

Beneficium an vacet per obitum commendatarij, & an per commendam expiret reseruatio, c.4.n.60. cum seq.p.4. & amplia, vt n.73.

Beneficium manet affectum per commendam factam à Papa siue ad vitã siue ad tempus, quamuis apud Gallos id non seruetur, cap.4.numer.68.69. & 70.part.4.

Beneficia reseruata, seu quoquo modo affecta nõ cadũt sub spectatiua, c.4.n.71. & 72.p.4.

Beneficiorum libera, & plena dispositio pertinet primo, & principaliter ad Papam, capit. 1. numero primo p.5.

Beneficia sunt instituta de iure positiuo, & quod sint titulus perpetuus, est de iure positiuo Canonico, c.1.n.3.p.5. limita. vt n.4.

Beneficia affecta per appositionem manus Papæ, an dicantur specialiter reseruata c.1.n.sexagesimo secundo p.5.

Beneficia in curia vacantia specialius cæteris sunt affecta Papæ, c.1.72.p.5. & quando dicantur apud sedem vacare, n.73. & 74.

Beneficia hæreticorum vacant in partib. vbi fuit commissum delictum, & non in curia vbi sententia lata fuit capit.1.numero octuagesimo p.5. quæ hodie sunt reseruata, n.81.

Beneficia habentium domicilium in Romana Curia non comprehenduntur in hac reseruatione nisi curiales sint c.1.n.83.p.5. Et quid de beneficijs officialium & Capellanorum Papæ, & aliorum, numero octuagesimoquarto.

Beneficia vacantia ob non publicationem, non vacant in curia, nisi resignatio sit facta coram Papa, cap.1. numero 90.p.5. & narrans resignationem non publicatã, & beneficium adhuc per resignationem uacare, narrat verum, numero nonagesimo primo licet Rota teneat contra.

Beneficia vacantia in curia, si Papa non confert infra mẽsem à die vacationis, Ordinarij possunt illa conferre, ex cap. statutum de præben. in 6.c.1. n.96. p.5. limita, vt vt num.97.

Beneficia vacantia post renuntiationem Episcopatus, Papa admissam, vel post translationem ad alium Episcopatum, etiam antequam Episcopus habeat notitiam

GARCIA de Benef. GWI 15

sunt reseruata, quamuis Episcopatum possit administrare, ca.1.nu.245.part.5. quod limita, vt n.146. Cessatque dubium, quod fuit in Rota agitatum, numer. 247. & respondetur quibusdam decisionibus Rotæ, nu.250. cum seqq.

Beneficia vacantia per obitum alicuius, cuius mors ignoratur quo die, & mense fuerit, an censeantur vacare in mense Apostolico, an in Ordinario, & an Ordinarius possit illud conferre, c.1.n.527.p.5. cum seqq. vbi late resoluitur.

Beneficia vacantia in mense Ordinario, non sunt reseruata, ex eo quod vacatio duret, ac intret in mensē reseruatum, quia regula solum, reseruat Beneficia de nouo vacatura, in mensib. Apostolicis, secus ac in regula secunda reseruatoria beneficiorum vacantium sede Episcopali vacante, c.1.n.536.p.5.

Beneficia vacantia, sede Apostolica vacante in mense alias Apostolico, non reseruantur per superuenientem regulam mensium, c.1.n.537.p.5.

Beneficia vacantia in Romana curia non includuntur in reseruatione huius regula, in qua tamen includūtur alia beneficia reseruata cōtra Gonzalez. c.1.n.540. pa.5. quamuis quo ad expressionem mensis vacationis, nō habeat locum regula in beneficiis alias reseruatis, n. 541.p.5.

Beneficia litigiosa non sunt reseruata contra aliquos, cap.1. num.133. cum seqq. part. 5. & ponuntur decisiones Rotæ.

Beneficium non manet affectum per Breue de capienda possessione nomine camerę, etiam si possessio sit capta eius nomine, & prouisus decedat antequam illi possessio sit cessa, c.1.n.173.p.5.

Beneficia familiarium Papæ reseruantur per tertiam partem regulæ, & qui de ea tractent, c.1.n. 273. & 274.p.5. remissiue.

Beneficia Collectorum, & Subcollectorum camerę Apostolicę reseruantur, cap.1. à num 344.p.5. Et an requiratur eius exercitium vt sint reseruata, dicitur quod non, n.345. & decisio Rotæ, n.346. Sola enim deputatio sufficit etiam ante notitiam, n.147. quamuis alij contra, n.350. & explicantur verba regulæ, n. 351. & etiam si ante officium illa obtinuissent, n.352. Quamquam Mādosius contra n.353. & ibi de interpretatione verbi obtinere, n.354. & seq.

Beneficia Subcollectoris particularis in vna Ciuitate sunt reseruata, etiam stante Subcollectore generali in vna Prouincia, c.1. n.357.p.5. & amplia, vt n.358. Limita in Subcollectore particulari deputato, ab alio Subcollectore particulari, etiā ex facultate data à Papa, vt n. 373. essent tamen reseruata beneficia primi Subcollectoris à Collectore deputati, num.374. Et quid si vnus Subcollector esset in ciuitate & alius in Diœcesi, n.375. dic quod non, etiam si esset Diœcesis valde lata.

Beneficium Subcollectoris à Collectore generali, deputati, qui tempore deputationis erat excommunicatus, & publicatus, exercuerat tamen officium, est reseruatum, c. 1.n.381.p.5. limita, vt n. 382.

Beneficium impetranti vt reseruatum, ratione Subcollectoriæ, sufficit illam probare: nec tenetur probare quod erat vnitum, sed aduersario incūbit onus probandi pluralitatem, c.1.n.356.p.5.

Beneficia illius qui vni tantum negotio est impositus, *non sunt reseruata, & ibi ratio traditur, cap.1.num.383. part.5.*

Beneficia regularia perpetua comprehenderentur in regula, etiam si de regularib. expressa mentio non fieret, c.1.n.512.p.5. quia beneficiorum appellatione etiam regularia veniunt.

Beneficia regularia Ordinum militarium, *etiam minora, non comprehenduntur in hac reseruatione, capit.1. numer. 513. part.5. contra Gonzalez comprehenduntur tamen beneficia, etiam tenuissima in hac reseruatione, num. 514.*

Beneficia Patrimonialia, *an comprehendantur in reseruatione remissiue, c.1.n.515.part.5. & an Canonicatus Doctoralis, & Magistralis. n.516. & quod in beneficiis Ecclesiæ non numerata, num.517.*

Beneficia vnica siue monocularia *comprehenduntur sub reseruatione, etiam si sint Dignitates maiores, & principales, c.1.n.518.p.5. Et beneficia postea creata, nu. 519. limita, vt n.520. & amplia, vt n.521.*

Beneficia iuris patronatus Ecclesiastici, *in hac reseruatione comprehenduntur, nam etiam non facta particulari expressione in reseruationib. comprehēderentur, nec in gratia beneficij est necessaria mentio patronatus Ecclesiastici, c.1.n.552.p.5.*

Beneficia iuris patronatus Ecclesiastici, *licet recepti sit comprehendi in reseruationib. tamen in Hispania nō seruatur, & an id defendi possit. c.1.n.557.p.5. & resoluitur negatiue, n.558. & quid si beneficia debita sint certis personis, aut certo generi personarum, n. 559. cū seq vsque ad n.566.*

Beneficia iuris patronatus laicorum, *non comprehenduntur in reseruationibus etiam in corpore iuris clausis, nec legatus potest illa conferre, imo in gratia eorum necessaria est mentio & derogatio iuris patronatus, c.1. n.571.p.5. nec verba regulæ comprehendunt præsentationem laicorum, sed clericorum. n.572. declara vt n. 573. & seq. Etiam si spectet ad Duces, & Principes, nisi sit regnum, n.575. & ad excludendam reseruationem ratione patronatus oportet docere de iure patronatus ex fundatione, n.576. & quid si ostendatur per immemoriale, nu. 577. & 578. & quid si sint veri patroni, sed nō sunt in quasi possessione præsentandi, sed alij, n.579. & limita, vt n. 580. & 581.*

Beneficia iuris patronatus mixti *non comprehenduntur sub reseruationib. nec à Legato conferri possunt, nec valeret prouisio Papæ, non facta mentione de eo, c.1.n. 582. part.5.*

Beneficia *in quocumque mense resignata in manibus Ordinarij, non sunt reseruata, per hanc regulam, & reprobatur Gonzalez c.1.n.542.p.5.*

Beneficia possunt permutari *in quolibet mense anni coram Ordinario, cum vacant per resignationem, c.1. numer. 543. pa.5. & regula excipit resignationem expressam non vero tacitam, quæ ipso iure fieri intelligitur, numer. 544.*

Beneficia ad collationem vnius tantum pertinentia, *comprehenduntur in verbis regulæ, ibi quorumcumque collatorum, quia pluralitas resoluitur in singularitates, c.1.n.618.p.5. Etiam collatorum ex priuilegio, n.619. & tam ordinarios, quam extraordinarios, numer. 620. & alios. num.621.*

Beneficia tunc per reseruationem ante vacationem sunt affecta, cum reseruatio facta est absolute & pure, & de beneficiis certis, seu certarum personarum, seu ratione qualitatis beneficij, seu personæ, c.1.n.788.p.5. Secus si alias, n.789. vbi refertur Gonzalez. Et quid sit attendendum ad inducendam reseruationem, n.790. quæ omnia sunt approbata per Rotam, cuius decisio traditur, n.791.

Beneficia simplicia, *quæ parochialem habent annexam accessorie, non censentur curata, sed simplicia, c.3. n.122. & 123. pa.5. & sic à Nuncio possunt prouideri, nisi annexio esset æque principalis, n.124.*

Beneficia simplicia *quæ ex constitutione, vel ex cōsuetudini*

tudine Ecclesiæ habent onus gerendi vices curati in sede illius vacante, non sunt curata, & ideo poterunt à Nuncio prouideri, cap. 3. nu. 125. p. 5. Limita in simplicib. quæ habent onus perpetuum administrandi Sacramenta, n. 126. & 127.

Beneficia quæ curam animarum habent annexam, etiam si per plures administrentur videntur curata, & obligant ad residentiam, c. 3. n. 128. p. 5.

In Beneficiis reseruatis, possidens Beneficium, etiam cum bona fide, & ex prouisione Ordinarii, non facit fructus suos, sed contra eum fit condemnatio fructuum à die intrusionis, c. 5. n. 24. p. 5. Quamuis alias à die mortæ litis fieri soleat, n. 25. etiam in spolio, nisi sit violentum, aut attentatum. n. 26. quod procedit non solum in reseruatione clausa in corpore iuris, sed & in aliis, etiam non data scientia in prouiso. à n. 27. cum seqq.

Beneficia cum de iure præsumantur libera, ex vnica præsentatione non adquiritur quasi possessio præsentandi, ad hunc effectum, quia bona fides non præsumitur nisi probetur fama iuris patronatus, c. 5. à numer. 95. p. 5.

Beneficii vtilitas, in fori etiam priuilegio consistit, ca. 2. n. 1. p. 2.

Beneficia alia sunt secularia, scil. secularibus addicta, qualia censenda sunt omnia, nisi contrarium probetur: alia regularia, quæ ex fundatione, vel consuetudine, & c. religiosis sunt addicta: & cum indecorum sit, & rationi non congruat, homines disparis professionis, vel habitus Ecclesiis præficere, & c. secularia secularibus, & regularia regularibus conferri debent, c. 10. numero 1. p. 7.

Beneficia alia sunt, quæ non nisi actu presbyteris, vel altum ordinem habentibus prouideri possunt ex fundatione, consuetudine, statuto, vel priuilegio, c. 1. n. 57. p. 7. Vt quando institutio, vel statutum dicit, quod beneficium non conferatur, nisi presbytero, vel quod conferatur presbytero: & capellaniæ in quarum fundatione dicitur, quod præsetetur sacerdos, vel quod præsentetur capellanus, seu clericus qui missam celebret, vel alia verba resficientia tempus seu actum præsentationis, & tunc præsentatus tempore præsentationis debet esse sacerdos actu, & c. n. 58.

Et idem quando fundator, vel statutum diceret, quod prouisus de cappellania sit capellanus, vel sacerdos, aut quod sit sacerdos, vel capellanus, n. 59. & 60.

Beneficia aliqua sunt sacerdotalia, quæ requirunt de iure, consuetudine, statuto, priuilegio, vel fundatione, quod ea obtinentes in presbyteros ordinentur, alia diaconalia, & alia subdiaconalia similiter, c. 1. n. 40. p. 7. Et tunc dicitur annexus ordo aptitudine, & attento tempore prosecutionis, n. 41.

Beneficia amittuntur per matrimonium, etiam si eo nõ consummato vxor religionem ingrediatur, & sic matrimonium dissolueretur, c. 8. n. 3. p. 11.

Beneficia an vacent durante tempore dispensationis, si cum promoto esset dispensatum quod non teneretur consecrari intra annum, resoluitur non vacare, etiam si dispensatio esset ad instantiam partis, contra aliquos. c. 6. n. 14. & 15. p. 11. Et idem in prorogatione temporis dati ad se consecrandum, quia in effectu idem est & eadem ratio, num. 26.

Beneficia commendatoriorum ordinis D. Iacobi, & similium, aliis alterius professionis nullatenus conferri poterunt, nec etiam commendatarii ipsi ad beneficia secularia admitti poterunt, c. 10. n. 9. p. 7.

Beneficia conferentes habentibus defectum scientiæ competentis, seu alias indignis, non solum peccant mortaliter, sicut etiam indignus acceptans, sed etiam tenentur Ecclesiæ de damno, & interesse, c. 7. n. 24. & 25. p. 7. Et tenentur restituere fructus, & reditus, quos indigⁿ quotannis percipit ex beneficio indigne, n. 26. Licet non sit indistincte verum, quod aliqui dicunt, quod collatio facta in digno est nulla in vtroque foro, n. 27.

Beneficia cum sint aliqua, quæ ex fundatione, vel alias sunt debita certis personis, seu certo generi personarum, illis & non aliis sunt conferenda, vnde eorum collatio dicitur necessaria, c. 15. n. 1. p. 7. Vt cum debent conferri filiis patrimonialibus, vel clericis eiusdem Ecclesiæ, vel cum ad capellaniam vocantur consanguinei fundatoris, n. 2.

Beneficia duo curata quamuis possit quis tenere, quando vnum venit per annexionem: tamen in eadem Ecclesia non potest quis habere duas præbendas, etiamsi altera sit annexa dignitati, c. 5. §. 2. n. 187. p. 11. Vnde dispẽsatus ad duo sub eodem tecto non poterit illa obtinere, si alteri sit annexa capellania, vel aliud beneficium in eadem Ecclesia, nisi hoc quoque in dispensatione fuerit expressum, secundum Rebuffum, numero 188.

Nec potest quis sine dispensatione retinere beneficium simplex Ecclesiæ primæ, secundum Nauarr. nu. 189. & dicunt DD. quod iura magis abhorrent pluralitatem duarum præbendarum, seu duorum beneficiorum simplicium sub eodem tecto, quam duorum curatorum, n. 190. Et duæ præbendæ sunt magis incompatibiles sub eodem tecto, etiamsi altera sit annexa, quam dignitas cum parochiali annexa præbẽdæ in Ecclesia cathedrali, secundum Gomez, num. 191.

Beneficia duo difformia, & dissimilia sub eodem tecto, an sint incompatibilia, vt dignitas, & canonicatus, curatum, & simplex, canonicatus, & capellania, ca. 5. §. 2. nu. 230. vsque ad n. 237. p. 11.

Beneficia duo difformia sub eodem tecto, quod sint incõpatibilia tenet S. Congregatio Concilii, vt in declarationibus positis, c. 5. §. 2. n. 243. p. 11. Et sic consequenter dicendum est primum ipso iure vacare per assecutionem alterius, ex Concilio n. 244. potest tamen ex consuetudine teneri dignitas cum canonicatu in eadem Ecclesia, cui non est per Concilium derogatum, ex eadem S. Congreg. vt in declarationib. positis à n. 245. Nec huiusmodi consuetudo est periculosa; sed rationabilis, contra Oiedam, num. 248.

Beneficia duo diuersarum diœcesum, & alias ad diuersos collatores spectãtia, si essent vnita æque principaliter, in prouisione illorũ requiritur cõsensus vtriusque, c. 2. n. 47. p. 12. Sicut in Ecclesiis Cathedralib. seu collegiatis sic vnitis, quamuis canonici vnius non sint canonici alterius, electio deberet fieri ab omnibus communiter, & ab vtroque collegio simul, n. 48. quamuis in prouisione beneficij, cui alterum alterius diœcesis est vnitum accessorie, sufficiat consensus Episcopi beneficij principalis. n. 49. & sic si vnum monasterium vniatur alteri, Episcopus principalis habebit confirmare Abbatem, secundum Ioann. de Lignano contra Pet. de Perusio, cuius opinio solum procedet, quando vnio est æque principaliter, contra Cacialupum, à n. 50.

Beneficia duo etiam simplicia, certum est non posse simul teneri, si ambo requirũt personalem residentiam incompatibilem, ca. 5. §. 3. n. 261. p. 11. in ordine, sed non in impressione.

Beneficia duo habens vnita æque principaliter requirentia alias residentiam personalem debet in digniori residere, & alias vbi commodius, & vtilius esse videbitur: at in æqualitate, in quo maluerit, cap. 2. num. 45. fol. 294. part. 12.

Beneficia duo simplicia vniformia, siue similia, ac duæ

dignitates, personatus, præbendæ, portiones, canonicatus, præbendæ, portiones, canonicatus, seu officia sub eodem tecto, sunt incompatibilia, adeo vt per assecutionem secund. vacet primum ipso iure, etiam de iure antiquo, c. 5. §. 2. numero 182. p. 11. Nec valet statutum Episcopi in contrarium. numero 183. nec etiam consuetudo contraria etiam immemorialis, numero 184. nec Episcopus potest dispensare, numero 185. & improbatur dictum Zerolæ. numero 186.

Beneficia duo simplicia personalem residentiam non requirentia, certum est posse quem obtinere, quando alterum eorum non est sufficiens ad congruam sustentationem, capite quinto, paragrapho tertio numero 292. part. 11.

Beneficia duo si quis habeat, quorum quodlibet de per se non est sufficiens, & postea aliquod eorum contingit fieri sufficiens, an possit adhuc illa simul retinere stante decreto Concilij Trid. sess. 24. ca. 17. Resoluitur non posse, sed debere vnum ex eis dimittere, cap. 5. paragrapho tertio numero 319. part. 11.

Beneficia duo, vel tria habenti, quæ non sufficiunt ad congruam, an possit aliud, vel alia beneficia, vsque ad congruam conferri ad effectum retentionis, cap. 5. §. 3. num. 305. pag. 11. Et certum est ante Concilium licuisse plura beneficia alias non incompatibilia, etiam vltra duo tenere vsque ad congruam numero. 306. Sed stante Concilio id non licet, vt contra Nauarr. & alios & Rotam tenet S. Congregatio in declarationibus adductis à numero 307.

Beneficia extinguuntur, etiam quando authoritate Papæ, vel Episcopi, vel alio modo Ecclesiæ destruntur vna cum reditib. c. 1. n. 14. p. 12.

Beneficia mouitij non resignata, cum per ingressum religionis ante possessionem non vacent, an interim lucretur fructus, c. 9. n. 27. p. 11. Resoluitur quod in beneficiis habentib. fructus in absentia nouitius interim eos lucrabitur, nec debet eis priuari, siue postea exeat siue profiteatur n. 29. & si est curatum, debet obtinere licentiam ordinarij in scriptis, & si nollet eam dare, esset recurrendum ad superiorem, n. 30. in beneficiis vero non habentibus fructus in absentia, vt canonicatibus, & præbendis, quorum fructus residendo lucri fiunt, non lucrabitur, cum non resideat. n. 31.

Beneficia omnia possunt libere permutari, vt cap. 7. nu. 1. p. 11. Non solum habita in titulum, sed etiam in commendam, n. 12. sed cum beneficia commendata sint affecta, non potest eorum permutatio fieri, nisi coram Papa, n. 13.

Beneficia omnia promoti ad Abbatiam vacant adepta possessione pacifica ipsius, vel si per eum steterit, etiamsi non fuerit benedictus, c. 7. n. 1. p. 11. Pro quo allegatur ca. presbyteros 16. qu. 1. & facit regula Cancellariæ 25. num. 2. quod procedit tam in Abbatiis regularib. quam secularib. n. 3. intelligendo de Abbatiis secularib. quando Abbas in Ecclesia collegiata, habet generalem, & omnimodam, & quasi Episcopalem iurisdictionem, ita vt dici possit sponsus, & pastor: secus in aliis Abbatiis secularibus n. 4. procedit etiam in priori, seu prioratu, qui habet locum Abbatis, & est principalis prælatura in Ecclesia regulari, seu collegiata, & in effectu est eadem dignitas, ac Abbatia, & idem si vocaretur alio nomine, n. 5.

Beneficia plura obtinens ex dispensatione Papæ, sine causa tamen rationabili, an sit tutus in foro conscientiæ remisiue, c. 5. §. 3. n. 378. p. 11.

Beneficia plura retinentur hodie non solum ex prouisione manu Sanctissimi signata, sed etiam ex prouisione signata per concessum manu Cardinalis, vel alterius qui non possunt dici dispensare contra Concilium, capite 5. §. 3. numero 329. p. 11. Et refertur, quod circa hoc ait Zechus, n. 330. & quod successit Romæ de impetrationib. quæ fieri prætendebantur, & c. decretum Concilii, & declarationes S. Congregationis, n. 331. Vnde videtur probabilem opinionem Innocentii, quam consuetudo antiquissima probauit, etiam hodie posse procedere, & c. n. 332.

Beneficia plura simplicia residentiam non requirentia, an sint incompatibilia, & non possint retineri, quando alterum eorum est sufficiens, ca. 5. §. 3. num. 263. p. 11. Et prima sententia Innocentii, & aliorum est, posse teneri, quam seruat consuetudo, quam Papa scit, & tolerat, & c. à n. 264. Contraria sententia est glossæ, Abbatis, & aliorum, & communem obseruantiam, & consuetudinem contrariam non valere à n. 268. Quomodo procedant dictæ opiniones ante, & post Concilium Trid. à n. 272. vsque ad n. 280.

Beneficia priora, quæ per adeptionem posteriorum vacant virtute capituli de multa, nõ reseruantur per Extrauagantem, execrabilis, vers. quæ vero de præbendis, sed solum posteriora, quæ propter indebitam retentionem priorum vacant virtute dictæ Extrauagantis, c. 5. n. 45. p. 11. Quidquid dicant alij relati à n. 46. iuxta quæ est accipienda reseruatio regulæ 1. Cancellaria, in qua reseruantur beneficia, quæ per constitutionem, execrabilis, vacant, vel vacare contigerit, nu. 49. Beneficia tamen priora, quæ tempore illius constitutionis quis retinebat de facto sine dispensatione, comprehenduntur in dicta reseruatione, numer. 50.

Beneficia priora licet per Episcopatum vacent, per adeptionem tamen dignitatum, vel beneficiorum non vacat Episcopatus, vel Abbatia, c. 6. n. 43. p. 11.

Beneficia promoti in Episcopum quando vacare censeantur, controuersia est, & resolutur de iure non vacare, nisi post adeptam possessionem pacificam, & consecrationem, seu huius loco lapsum trimestris ad consecrationem dati, c. 4. n. 5. p. 11. In Curia tamen beneficia electi in Episcopum consecrati in Curia, statim conferuntur, etiam ante adeptam possessionem, secundum glossam, & alios, n. 6. Alij vero dicunt, quod de stylo, & consuetudine Curiæ beneficia promoti statim vacant per promotionem, statimque, vi vacantia per Papam conferuntur, nã 7. Declarando tamen, quod licet statim conferantur, tamen collatio non debeat habere effectũ, & beneficia vere, & effectualiter vacare nõ censeantur, nisi saltim adepta possessione vel per eũ stante, secundũ Abbatem, & alios, n. 8. Rota tamen, & alij interpretantur istud de stylo Curiæ procedere, quando in promotione Papa decreuit beneficia vacare, alias stari iuris communis dispositioni, & ab eo regulari stylum Curiæ, n. 9. & tunc non intrabit dicta declaratio Abbatis, sed decernente Papa beneficia statim vacare, vacabunt vere, & effectualiter statim, & prouisus de eis poterit possessionem capere, etiam ante adeptam à promoto possessionem Episcopatus, quamuis si non posset postea eã capere, posset & redire ad sua beneficia, etiam sine noua collatione, n. 10.

Beneficia promoti in Episcopum vacant sine controuersia, c. 6. n. 1. p. 11. Vacantq. omnia beneficia, n. 2. etiã simplicia, n. 3. ac etiam pensiones n. 4.

Beneficia promotorum ad Episcopatus in terris infidelium existentes, seu titulares, non vacant, ca. 6. num. 24. part. 11.

Beneficia quando dicantur sub eodem tecto, seu in eadem Ecclesia, an si vnum sit in Ecclesia, & aliud in capella claustro, aut cœmeterio, vel ambitu eiusdem Ecclesiæ, censeantur esse sub eodem tecto, & in eadem Ecclesia, c. 5. §. 2. n. 258. p. 11. Resoluitur, quod beneficium sitam

tum in capella, claustro, cœmiterio, seu ambitu contiguis Ecclesiæ, censetur esse in eadem Ecclesia: si vero non essent Ecclesiæ contigua, sed extra septa illius, beneficium ibi situm non censeretur esse in Ecclesia principali, n. 259.

Beneficia quando sunt annexa inuicem æque principaliter, cuiuslibet qualitas, & natura est attendenda, & sic si alterum illorum esset curatū, vel incōpatibile, impediret assecutionem alterius similis sine dispensatione, alias per assecutionem alterius incompatibilis vacaret vtrumque annexum c. 2. n. 41. pa. 12. Quamuis ipsa beneficia alias incompatibilia inuicem vnita, non sunt incompatibilia inter se ratione vnionis, n. 42. vbi adducitur declaratio S. Congregationis.

Beneficia quæ dicuntur vicariæ, quæ tamen sunt beneficia de per se, & vicariæ erecta in Ecclesiis vnitis, abdicando ab illis curam, & transferendo in vicarias comprehenduntur certe sub reseruationibus, c. 2. §. 2. n. 319. p. 9. Et qui sint videndi de vicariis parochialium vnitarum, n. 320. fol. 150.

Beneficia quæ permutantur, quando sunt in diuersis diœcesib. quid faciendum, remittitur ad glossam in c. 1. de rerum permut. li. 6. verbo collationem, & ibi DD. c. 4. n. 65. part. 11. Et sententia glossæ est communiter approbata, quam sequuntur relati, n. 66.

Beneficia quæ promoti obtinent tempore promotionis, sunt Papæ reseruata per Extrauagantem ad regimen, siue tunc, siue postea quomodocunque vacent, c. 6. n. 50. p. 11. Et quamuis Extrauagans sit temporalis, tamen omnes SS. Pontifices eam renouāt in prima regula Cancellariæ n. 31. & ponitur decisio Rotæ, n. 32. & quod in ea dicitur beneficia promoti vacare in Curia, & vt sic esse reseruata intelligitur quando in promotione Papa decernit ea vacare. n. 33.

Beneficia regularia in titulum regularib. professis prouideri consueta Concilio Trid. decretum est, vt religiosis tantum illius ordinis, & non aliis conferantur, ca. 10. n. 8. part. 7.

Beneficia regularia non possunt conferri nouitiis, sed debent dari expresse professis, c. 10. n. 4. p. 7.

Beneficia regularia secularibus vnir. Con. Trid. prohibetur, c. 10. n. 7. p. 7.

Beneficia secularia possunt conferri nouitio, & valebit collatio, seu electio de eo facta, c. 10. n. 5. p. 7. Qui consentiendo & beneficium acceptando non videtur ipsi religioni renunciare, sicut è conuerso, n. 6.

Beneficia secularia quod secularib. regularia regularib. conferantur, limitatur, nisi vrgeat necessitas, quia puta idonei non reperiantur, c. 10. n. 16. p. 7.

Beneficia secularia quod secularibus, regularia regularibus conferantur, limitatur secundo, vt non procedat in Ecclesiis parochialibus, seu curatis secularibus, ad quas promoueri potest monachus, maxime si est aptus concionator, c. 10. à nu. 17. p. 7. Sed contraria sententia tenetur, scilicet quod monachi sint inhabiles ad beneficia secularia etiam curata, nec Episcopus possit in hoc dispensare: canonici tamen regulares possunt obtinere curata à numer. 20.

Beneficia secularia quod secularibus, regularia regularibus conferātur, limitatur tertio, nisi sit mutata qualitas, & status beneficii, ad quod requiritur quadraginta annorum possessio cum bona fide, scilicet quando constat de vera qualitate beneficii, & anteriori statu: nam alias attendendus videtur vltimus status, maxime secularitatis, caput. 10. numer. 34. & sequenti. vbi adducuntur resolutiones Rotæ: nec sufficit quadragenaria stāte priuilegio, vel dispositione Papæ cum decreto irritanze seu prohibitione, sed opus esset immemoriali, num. 36.

Beneficia si sint simplicia, & requirant residentiam, ita quod non posset deseruiri in eis per alium: tunc per adeptionem secundi videtur renunciari primo, c. 5. à n. 74. p. 11. Sed non placet, n. 75.

Beneficia vacantia per assecutionem alterius authoritate Apostolica facta, sunt reseruata Papæ per extrauagantem ad regimen, quæ renouatur per omnes SS. Pontifices in regula 1. Cancellaria, c. 5. numer. 51. & 52. p. 11. quæ reseruatio procedit in beneficiis vacaturis per assecutionem alterius, non solum ex dispositione iuris, sed etiam ex decreto Papæ, numer. 53. Et similis erat reseruatio, quam pro suo tempore fecerunt Clemen: VI. & Vrbanus VI. de omnibus beneficiis vacantibus per assecutionem alterius incompatibilis virtute expectatiuarum, n. 54.

Beneficia vacantia propter hæresim, dispositioni Sedis Apostolicæ reseruantur ex constitutione 26. Pii V. de qua c. 10. §. 1. n. 71. p. 11.

Beneficia vacant renuntiatione facta, ex causa permutationis, quæ potest fieri, etiam exprimendo Episcopo, quod renunciant ex ista causa, c. 4. n. 1. & 2. n. 1. p. 11. Referuntur agentes de hac materia permutationis beneficiorum, quamuis non debeant, nisi permutantibus conferri, num. 3. adeo vt non solum expectatiua, sed nec optio permutationis effectum impediat, n. 4.

Beneficialis causa, & beneficii litigiosum, an sit quando quis se opponit prætendens sibi vti præsentando, vel alias beneficium esse debitum, ca. 3. num. 76. cum sequentib. part. 4.

Beneficiatus, an sit dominus fructuum, & an possit de eis libere disponere, disputatur, ca. 1. à num. 2. vsque ad 7. p. 2.

Beneficiatus etiam simplex, de iure communi non potest testari de fructibus beneficii, seu de adquisitis ex eis, ca. 1. à n. 8. p. 2.

Beneficiatus ex consuetudine potest testari de adquisitis, quæ consuetudo est approbata in Hispania, quo ad clericos Episcopis inferiores, per Rotam Romanam, c. 1. n. 11. & 12. p. 2.

Beneficiati stante consuetudine, an possint licite testari etiam ad vsus prophanos, eaque relinquere consanguineis etiam diuitibus, disputatur pro vtraque parte, c. 1. à n. 13. vsque ad n. 21. p. 2.

Beneficiatus an possit locare fructus, etiam ad longum tempus vel sibi bene visum, traditur, c. 1. n. 22. cum seq. part. 2.

Beneficiati non recitantes, non tenentur ad restitutionem fructuum, ex iure naturali & diuino, sed ex iure positiuo, c. 1. nu. 7. p. 3. & ita de iure antiquorum non tenebantur fructus restituere, n. 8. & 10.

Beneficiatus omittens aliquod seruitium, seu munus iniunctum, non tenetur ad restitutionem, sed illud si potest supplere debet, c. 1. n. 16. p. 3.

Beneficiatus non recitans intra sex menses primos, facit indistincte fructus suos, quidquid alii dicant, c. 1. n. 17. vsque ad 23. p. 3.

Beneficiatus omittens officium, primo semestri non tenetur ad restitutionem, non solum si statim post collationem beneficii incipiat omittere, sed etiam si post per aliquod tempus horas persoluerit, & postea incipiat illas omittere, contra Summam coronam, c. 1. num. 24. & 25. p. 3.

Beneficiatus qui bona fide, & absque peccato mortali, omisit recitare etiam post sex menses, non tenetur ad restitutionem, c. 1. numer. 26 p. 3. & intellige vt numer. 27.

Beneficiati non recitantes, tenentur in integrum restituere omnes fructus, etiam si beneficium sit curatum,

GARCIA de Benef. GVII 15

c.1.n.28.cum seqq.p.3.

Beneficiatus dicens officium per aliud Breuiarium à Romano, vel dicens de Sancto, cum esset de feria, an satisfaciat, ita vt non peccet saltim mortaliter, c. 1.n. 145.cum seq.p.3. Et quid si recitaret de vno Sancto, cum esset recitandum de alio, n.175. & quid si secutus fuit sententiam peritorum, n.176.

Beneficiatus recitans sine debita attentione, an teneatur ad restitutionem fructuum, cap.1.num.181. p.3. cum sequenti. & quid si recitat cum attentione, sed sine intentione satisfatiendi, an teneatur iterum recitare, à nu. 189.

Beneficiatus qui non potest recitare per se, potest tamen cum socio, an teneatur sic recitare, capit. 1.nu. 212. cum sequentibus part.3. Et an qui non potest totas horas, potest tamen partem, teneatur illam recitare n.216. cum seqq.

Beneficiandus non debet esse bigamus, cap. 6.nume.1. part.7.

Beneficiatus, an si hodiè stante Concilio Tridentino contraheret sine parrocho, aut testibus, perderet ipso facto beneficium, & partem affirmatiuam tenuit Rota in decisione posita, c.8.n.13.p.11. Sed contrarium verius videtur, n.14. nam matrimonium istud nullum est ex defectu formæ cõtractus, & ex actu nullo propter defectum formæ, seu solemnitatis non incurritur pœna, n.14. ita tenent citati n. 15.

Beneficiatus in sacris constitutus, matrimonium contrahens de facto indistincte non perdit ipso facto beneficium, sed est priuandus per sententiam, cap. 8. num. 17. part. 11. Quamuis alii teneant ipso facto priuatum esse, num. 18.

Beneficiatus in vna diœcesi, si acceptat aliud beneficium requirens similiter residentiam in alia; & ibi commoratur, tunc tacite inducitur renunciatio primi; nisi aliud appareat, c.5. num. 71. part 11. Sed contra tenetur, n. 72. & sequen.

Beneficiatus qui non habet scientiam competẽtem beneficio, quamuis collatio valuerit, tenetur addiscere, quamprimum commode possit, alias tenetur illud dimittere, ca. 7. nu. 21. p. 7. Et etiam fructus restituere, secundum Aragon. nume. 22. quod tamen non videtur verum, numer. 23.

Beneficii priuationem ipso iure nullum crimen, etiam depositione dignum inducit, nisi sit iure cautum; sed est priuandus per sententiam, & ita in dubio præsumitur, c. 10.n.5 p.11.

Beneficio an priuetur quis, ob violentam beneficii apprehensionem, seu occupationem, Corracius dicit quod sic, ex c. cum qui. de præbẽd. in 6. c.10. §.3. n. 2.p. 11. Quẽ textum explicant relati n.209. & quando dicatur violentus possessor remissiue, nu.210.] Sed id intelligitur respectu iuris, quod in beneficio violenter occupato, vel ad illud taliter occupanti competebat, nu. 211. Et non esset priuatus iure qui possessionem apprehenderet, nisi violẽtiam adhiberet illi, qui iam est in possessione, quamuis capiens propria authoritate possessionem beneficii ab alio occupatam debeat puniri, etiam si violentiam non adhibeat, nec lucraretur fructus, nec esset manutenendus, secund. Rebuff. num. 212.

Beneficiorum permutatio, vide verbo permutatio.

Beneficiorum prouisio debet fieri infra sex menses, vide verbo prouisio beneficiorum.

Beneficiorũ secularium simplicium sunt incapaces religiosi, etiam canonici regulares, c.10.n.28. & 29.p.7. vbi ponitur resolutio Rotæ.

Beneficium alteratur in melius per erectionem in alium statum superiorem, vt cum collegiata erigitur in Cathedralem, & Episcopalis in Metropolitanam, quod tamen solus Papa facere potest, capite 5. numero 1. p.12.

Beneficium amittitur, etiam per matrimonium cum consanguinea, aut alias de facto contractum à beneficiato minorum ordinum, secundum communem contra Cardinalem, But. Imol. & alios dicentes priuandum esse per sententiam, quibus accedunt Decius, & alij, quando scienter contrahit in gradu prohibito, dicentes communem habere quando ignoranter contraxit: quam Dens sententiam reprehendunt Gregor. Lopez, Couar. & alij, non enim ex eo, quod scienter contraxit, videtur in eo deficere consensus contrahendi, & quia magis peccans, non debet esse melioris conditionis, c.8. à n.4. p.11. Sed auctor è diuerso existimat, quod talis beneficiatus contrahens matrimonium in gradu prohibito ignoranter, & cũ dubia solemnitate, non amittit beneficium ipso iure, nec per sententiam debet priuari, quamuis scienter contrahens illud amittat ipso iure, n.8. Et ratio differentiæ ponitur, n.9.

Beneficium, an quod vacat de iure licet non de facto, quia aliquis est in possessione, conferri possit, cap. 1.n.41. part.10. Et posse conferri dicent relati, n.42. quod procedit quando possessio est euidenter iniusta, aut eius color cassatus à iure, vel ab homine, nam tunc collatio est nulla, etiam facta ab ordinario ex defectu potestatis, n.44 & sequentib. Sed contrarium tenetur, quia in ordinario non datur surreptio, quæ solum considerat in proposito, à numero 46. Licet in prouisione Papæ, vel legati, in quibus cadit surreptio, faciẽda est mentio de colorata alterius possessione, alias est surreptitia, & nulla, numero 48.

Beneficium, an si est patronatum, requiritur in resignatione ad eius validitatem patroni consensus, cap.3 à numero 12.part.11. Resolutur negatiue contra Abbatem & alios, quorum sententia procedet, in resignatione facta coram Papa in fauorem alicuius sine consensu patroni laici, & absque derogatione iuris patronatus, quæ patrono reclamante intra tempus ad præsentandum est irrita, n. 16.

Beneficium clerico dare quis non posset cum conditione, quod illud ei dimittatur, seu resignet libere, cum dederit ei aliud pinguius: imo esset simonia, cap.2.num.26. part.8.

Beneficium conferri potest simul atque beneficiatus mortuus est, vel alias vacat, ab ordinario, etiam ignorante mortem, seu vacationem, & sub conditione si vacat, capit.1. nu.37. part. 10. Cum per obitum vacat beneficium conferri potest, etiam nondum sepulto corpore defuncti quidquid sit in electione prælati, quæ alias videtur easſanda, à n.37.

Beneficium cum detur propter officium, oportet quod promouendus non sit irregularis, c.11.n.1.p.7.

Beneficium cum vacat, non solum conferri, sed etiam promitti potest, & promissum debetur, licet affectum non sit, sed valeat collatio alteri facta, c.1.n.31. p.10. Et patronatus qui promisit alicui eum præsentare ad beneficium vacans, licet possit variare, tenetur etiam illum præsentare, secundum Rochum, n.32. contra quem tenet Lambertin. cuius tamen rationes non videntur bonæ, numero 33. & 34. refertur sententia Gabrielis Vazquez: author vero satis probabile videtur promissionem etiam de beneficio vacante, licet iure non sit prohibita, nunquam tamen obligare, numero 35. & 36.

Beneficium cum vacet renuntiatione facta ex causa permu-

permutationis, non peterit ad illud redire renuntians sine noua collatione, etiamsi permutatio non sequatur, seu non teneat, nec habet effectum, cap. 4. n. 5. pa. 11. Quamuis contra teneant alij relati, n. 6. nempe quod si permutatio non habuit effectum, permutantes possunt redire ad sua beneficia absque noua collatione: quorum opinio tantum procedit in permutatione facta in manibus Papæ, nisi quando culpa eorum non habet effectum, n. 7. & sequenti, vbi ponitur decis. Rotæ. Et ratio est, quia in permutatione facta coram Papa si non habet effectum, ius non abdicatur à resignante, sicuti in resignatione in fauorem, & conditionali, nu. 9. Non tamen potest quis redire ad beneficium à se dimissum, ex eo quod permutans decesserit ante factam ei collationem, quamuis superstes cui fuit collatum beneficium compermutantis possit vtrumque retinere illo decedente ante ipsius resignationem, numero 10.

Beneficium de mensa Prælati dignitatis, seu capituli, non vacat per mortem clericorum illi seruientium, quibus illius fructus quandoque conceduntur, & huiusmodi beneficiis etiam curatis potest seruiri per vicarium temporalem, & ad nutum amobilem, &c. cap. 2. num. 3. part. 11.

Beneficium existens in diœcesi suffraganei quando impetratur, vt deuolutum ad Sedem Apostolicam, iuxta Concilium Lateranense, quomodo sit probanda deuolutio gradatim, vtrum præsumatur scientia Archiepiscopi de vacatione beneficij in diœcesi suffraganei, & ei currat tempus, ca. 3. à n. 21. pa. 10. Et ei currere tenent Rota, & alij, quia debet celebrare Concilium prouinciale, & in eo statuere personas, quæ solicite inuestigent, quæ correctione sunt digna, & referant in Concilio sequenti: & quia habet visitare prouinciam. Sed resoluitur id de personis statuendis nihil referre ad propositum, vltra quod non videtur vniuersaliter esse in vsu, & similiter non esse in vsu Archiepiscopos visitare prouinciam, nec ex Concilio posse, nisi causa cognita, & probata in Concilio prouinciali, & sic non præsumi scientiam dictæ vacationis, nec currere tempus, nisi probata alias scientia.

Beneficium extinguitur suppressione, & desinit esse, vt cum supprimitur dignitas, vel præbenda, seu numerus illarum diminuitur, c. 1. n. 1. p. 12.

Beneficium nondum vacans non potest conferri, vel promitti, c. 1. n. 1. p. 10. Nec iuramento confirmabitur, n. 2. præterquã à Papa qui ex plenitudine potestatis ius tribuit ad vacatura, n. 3.

Beneficium non perdit clericus per matrimonium, nec ipso iure, nec per sententiam si matrimonium esset nullum ex defectu consensus clerici, cap. 8. n. 10. part. 11. Et idem quando matrimonium est nullum ex defectu consensus mulieris procedentis ab eius furore, seu amentia, numero 11. At si esset nullum ex defectu consensus legitimi mulieris, vt quia fuit vi, vel metu compulsa, clerico libere consentiente ipso iure perdet beneficium, quando ipse libere, & scienter contraheret cum muliere coacta, n 12.

Beneficium non potest capi per obitum ex clauf. Siue alio quouis modo, posita in resignatione, cum ante factam resignationem per procuratorem principalis est mortuus, & sic resignatio non potest verificari, nec de iure, nec de facto, cap. 1. num. 65. part. 11. Quidquid sit de alio capite ex regula de verisimili, quæ non videtur intrare, cum nõ principaliter impetratur per obitum, n. 66. & seq. vbi ponitur decisio Rotæ.

Beneficium non potest conferri clerico incidenti in cæcitatem, c. 12. n. 21. p. 7.

Beneficium non sufficiens habenti, si detur aliud sufficiens de per se, vacat primum ipso iure, c. 5. §. 3. à n. 302. p. 11. nec tollit Concilium, quin habenti beneficium simplex non sufficiens liceat conferri aliud non curatum, &c. n. 304.

Beneficium non vacat per sponsalia de futuro, c. 8. n. 19. p. 11. & sic reprobatur decisio Rotæ antiquæ dicens, quod clericus contrahens matrimonium cum impubere vndecim annorum per verba de præsenti, etiam non secuta copula, perdit beneficium: nam hic contractus cum impubere iuris interpretatione solum est sponsalia de futuro, & contra illam tenet communis, n. 20. Nec placet concordia, quod communis procedat, quando clericus sciebat eam esse impuberem, & opinio Rotæ quando ignorabat, n. 21. & 22. & 265.

Beneficium perdit clericus ipso facto, matrimonio contracto, etiam non secuta copula, c. 8. n. 1. p. 11. Et si etiam accessus, regressus & alia tura ad beneficium competentia licet non extinguatur dispensatio, & habilitas ad beneficia, n. 2.

Beneficium per vnionem, etiam extinguitur, seu saltim alteratur aliquo modo, ca. 2. num. 1. p. 12. vbi ponitur summa totius materiæ vnionum, de qua qui sunt videndi n. 2.

Beneficium potest permutari, etiamsi nondum sit adepta possessio ipsius, nam habens ius in re, non tamen possessionem, potest cum alio permutare, cap. 4. num. 15. parte 11.

Beneficium primum, ita demum vacat per assecutionem secundi beneficij incompatibilis, si assecutio, & possessio secundi sit pacifica, non solum de facto, sed etiam de iure, id est, non litigiosa, sed absque controuersia iuris, & facti iudicialj, & extraiudicialj, contra Innocent. & alios, c. 5. §. 1. numero 105. p. 11. Et sequenti, vbi ponitur decisio Rotæ. Nec alias intrat decretum de dimittendo, quod non currit, nisi à die captæ possessionis pacificæ, & notæ: sufficit tamen, quod possessio secundi sit pacifica quoad obtinentem, &c. numero 106.

Beneficium primum, vt vacet per assecutionem secundi incompatibilis, non requiritur, quod vtriusque habeatur pacifica possessio, nam quãuis primum sit litigiosum, multo magis vacabit per assecutionem secundi pacifice possessi, & sic intelligitur declaratio Sanctæ Congregationis allata. Nec per possessionem pacificam, id est, acceptam post obtentionem secundi litigiosi, istud vacat, cap. 5. paragraph. 1. numero 107. & 108. part. 11. In terminis vero cap. ordinarius, paragr. in conferendis, vt collatio tertij facta habenti duo similia incompatibilia non valeat, nihil refert, quod tertium sit litigiosum, quamuis valeret, si fieret collatio tertij retinenti duo incompatibilia, quia secundum erat litigiosum: quæ tamen vacarent per assecutionem tertij pacificam, num. 109.

Beneficium principale debet exprimi in impetratione, nec est opus exprimere vnitum accessorie, caput. 2. numero 20. part. 12. & per collationem principalis habetur vtrumque, nec est necessaria alterius collatio, numero 21. & capta possessione Ecclesiæ, seu beneficij principalis, etiam alterius illi vnitæ intelligitur capta, numero 22.

Beneficium quando debet conferri certæ personæ, seu certo generi personarum, intelligitur data habilitate talis personæ, & si illa idonea sit, non alias: & quælibet dispositio, quantumuis generalis, recipit interpretationem de habilitate, c. 15. numero 12. p. 7. & sic inhabilis non potest optare, ex Rota, numero 13. & numero 14. ponitur alia resolutio Rotæ ad id. Sed id de optione intelligendum est, quando mutatur titulus beneficij, secus vbi non

GARCIA de Benef. GVII 15

mutatur, sed optio sit tantum quoad præbendam temporalem, n.15.

Beneficium resignare an possit ingressus religionem in anno probationis, & ante Concilium, clarum est quod poterat, c.9.n.9.p.11. Difficultas est stante Concilio sess. 23.c.16.de regularib. an illud decretum procedat etiam in renuntiatione beneficij, & procedere tenet Maiolus, numero 10.& Flam. Paris. relatus, numero 11. sed contrarium tenetur, nu.12. Nec Flam. loquitur consequenter, num.13.nec creditur S. Congregat. censuisse, quod decretum habeat locum in renuntiatione beneficij, numero 14.

Beneficium resignatum potest ab ordinario libere conferri,& à clerico impetrari, cap.3. §.3. num.264.pa.11. intelligendo de beneficiis simpliciter resignatis, quæ quibuslibet aliàs idoneis possunt libere conferri,& impetrari. nam resignata in fauorem non nisi his, in quorum fauorem resignantur, possunt conferri, num.265.& cum coram ordinariis non renuntientur beneficia nisi simpliciter, possunt per eos conferri libere quibuslibet excipiendo casus exceptos per constitutionem 58.Pij V. videlic. quod beneficia coram ordinariis resignata, non possunt conferri consanguineis, affinibus, aut familiaribus ipsorum collatorum, vel resignantium, numero 266. quod etiam procedit in parochialibus prouidendis per concursum, numer. 267. non tamen in beneficiis iuris patronatus, numero 268.

Beneficium si vnum tantum esset in persona patris & filij cum alternatiua residentia pater tenetur in totum cedere filio totum ius quod haberet, reseruata sibi pensione, c.3.n.79.p.7.& idem est quando pater esset coadiutor filij, n.80.

Beneficium sufficiens habenti, an nequeat conferri aliud, nisi prius illo dimisso, & aliàs collatio sit nulla ex decreto Concilij Triden. sess.24.cap.17.vt videtur ex eius verbis,& facit cap.is cui de præbendis in 6.cap.5.paragraph.3.nu.281.& sequentib. part.11. Sed contrarium resoluitur, nam verba dicti decreti intelliguntur ad effectum retentionis tantum, ex San. Congregat. & Rota n.283.

Beneficiũ sufficiens habenti, an si conferatur aliud non sufficiens, per assecutionem istius vacet ipso iure primum, capit.5.parag.3. num. 300. p. 11. resoluitur affirmatiue, n.30.

Beneficium sufficiens quod dicatur, remissiue, cap. 5. parag.3.num.320.p.11.& ad istum effectum computandæ sunt distributiones quotidianæ certæ in beneficiis requirentibus residentiam,& de grossa canonicatuum certum videtur, licet residendo lucrisiat,& ideo etiam non computetur in fructibus ad effectum regulæ de valore, n.321. & seq.

Beneficium vacat, & amittitur priuatione, seu depositione, quæ propter graue delictum imponitur cap. 10. numero 1.part. 11. nec est locus pœnæ priuationis beneficiorum, nisi in casibus à iure expressis, numero 2. Sed quia non omnia crimina comprehenduntur certa definitione, debebit iudex in his, quæ similia sunt expressis, in quibus imponitur depositionis pœna, eandem regulam sequi, numero tertio. non tamen debet iudex attendere multum ad canones antiquos, quia illi de facili imponebant pœnam depositionis, nec nisi pro graui crimine depositioni, seu priuationi locus est, numero 4.

Beneficium vacat per ingressum religionis, secuta professione expressa, vel tacita, non ante, cap.9.n.1.pa.11.& de professione tacita intelliguntur verba c. beneficium de regularib. in 6. ibi, aut constet, &c. & ibi, Seu Scienter, &c. n.2.& seq.

Beneficium vacat per mortem beneficiati, nam mers omnia soluit, c.2. numero 1.p.11. fallit vbi beneficium suppressum esset ab habente potestatem, vel vnitum, numero 2.

Beneficium vacat renuntiatione etiamsi ex causa permutationis facta sit renuntiatio, quæ est vera resignatio, licet ad effectum reseruationis, suppressionis, & vnionis habentur pro non vacantibus, præsertim quando sunt de primo vacaturo, c.3.à n.3.p.11.

Beneficium vacat renuntiatione, per quam amittitur omne ius in beneficio competés, proprietas, titulus & possessio, c.3.n.1.p.11. de qua materia resignationis beneficiorum videndus est copiosus tractatus Flam. Paris. nu.2.

Beneficium viuentis vniuersitati conferri potest secundum Corras. cap.1. num.24.part.10. Sed secundum Rebuffum non potest conferri in titulum, secus in proprietate, id est per vnionem, absque præiudicio possidentis, nu: 25.& 26. nec potest ei conferri beneficium in titulum, etiamsi non sit viuentis, sed solum in proprietate per vnionem. Et sic est intelligendus Corras. num.27. Et collatio, seu resignatio facta in fauorem capituli, vel collegij vnioni æquipollet, n. 28. & vnio de beneficio viuentis potest fieri non solum collegio, vel capitulo, sed etiam dignitati, aut beneficio alicuius personæ particularis, n.1.9. Et c. 1.2.& 3. de concessione præbendæ loquuntur de collatione tituli, n.30.

Beneficium vnum permutari potest pro duobus, si nihil aliud obstat, c.4.n.14.p.11.

Bigami incapaces sunt beneficiorum, cum ad ordines promoueri nequeant, c.6.n.2.p.7.

Bigamia est triplex, vera, interpretatiua, & similitudinaria, & quæ sit illa, c.6.n.15.p.7.

Bigamia interpretatiua contrahitur, quando quis vxorem adulteram cognouit etiam ignoranter, vt est communis, cap.6.n.16.part.7. quamuis contra eam male teneant aliqui: quia ista bigamia non est voluntaria, quod parum refert, cum ista irregularitas præcipue sit inducta b defectum Sacramenti, & diuersa ratio in irregularitate ex occisione hominis iusta, à numero 17. Reliqua de bigamiæ irregularitate per quos sunt videnda, numero 19.

Bona fide licet regulariter præsumatur etiam sine titulo, nisi alius possessor antiquior appareat, tamen vbi ius resistit, non præsumitur bona, sed mala fides, c.5.n.84.& 85.p.5. nisi possessio sit iusto titulo, aut probabilibus rationib. adquisita, vel longi temporis, n.87. vel simus in iure dubio, vt n.88.

Breuia regulariter quæ dicantur, traditur, c.3.n.2. p. 6.

Breuia regulariter,& de stilo dantur solũ super beneficiis reseruatis seu affectis, c.3 à nu.9 p. 6. & resolutio Rotæ, n.11.

Breue est surreptitium, si beneficium erat litigiosum,& non fit in eo facta mentio de lite, neque operatur effectum, & possessio capta esset vitiosa & attentata, c.3.n.14.& 15. p. 6.

Breuia de capienda possessione, etiam nomine cameræ & possessio capta eius nomine sunt ad vtilitatem prouisi, caput 3.numer. 17.parte 6. Vnde si gratia principalis est nulla, consequenter & breue erit nullum, numero 18. & 19.

Breuium ad executionem, solum requiritur verificatio eius quod est positum in forma illius, sub clausula constito, c.3.à n.25 p.6.& decisio Rotæ, nu.27. quamuis contrariũ etiam tenuerit in alia, n.28. quæ non placet. Quando vero in clausula constito, &c. sit mẽtio de pertinentia collationis, est verificanda, num.34.& reprobatur doctrina Gonzalez, n.35.

Breuia

Breuia de capienda possessione, hodie non dantur nisi cum clausula constito, &c. & sic executor debet assumere partes iudicis, cap. 3. nu. 58. part. 6. & resolutio Rotæ, n. 59.

Breue licet habet clausulam, constito, &c. si tamen in ea non continetur reseruatio, tenebitur postea impetrans illam verificare ad excludendum spolium, & reuocationem sententiæ excusandam, c. 3. n. 60. p. 6. & ita procedit decisio Rotæ relata, n. 61.

Bullæ tunc dicuntur expeditæ quando sunt plumbatæ, c. 2. n. 56. p. 4.

Bulla Cœnæ Domini explicatur, c. 10. §. 1. à n. 115. vsque ad n. 136. p. 11.

C

CAndelabri aurei dictum improbatur, & aliorum dicentium, quod si delictum deductum sit ad forum contentiosum, non tamen probatum, vnde reus absoluitur, aut in Ecclesiis etiam deprauatis potest Episcopus dispensare, c. 11. à n. 48. p. 7. & illorum sententia admitti potest in secundo casu, c. 6. sess. 24. de reformatione Conc. Tr. de absolutione, n. 51.

Canere in choro an teneantur Canonici, & obtinentes dignitates, vel portiones, sub pœna peccati mortalis, & obligatione restituēdi, an vero satisfaciant, cum sola assistentia, & horas priuatim recitando, c. 2. numero 512. p. 3.

Canere tenentur Canonici ex sua institutione, & iure communi in choro, seu peccato mortali si in hoc essent notabiliter negligentes, c. 2. numero 513. p. 3. ad lucrandos tamen fructus, & distributiones sola assistentia sufficit, etiam si distributionibus sola assistentia sufficit, etiam si non cantent, nec sint attenti, sed cum aliis loquantur, contra aliquos, numero 514. cum seqq.

Canonici noui an teneantur recitare primo anno, in quo non lucrantur fructus ex statuto, vel consuetudine Ecclesiæ, c. 1. n. 60. p. 3. vsque ad n. 77.

Canonicus ingrediens religionem, non lucrabitur anno nouiciatus, fructus præbendæ, quamuis sit iuste excusatus à residentia, c. 2. n. 341. p. 3. & quid in Canonico electo ad Episcopatum Italiæ qui debet Romæ examinari, n. 342.

Canonici existentes in seruitio Episcopi non possunt percipere distributiones cotidianas: quod fallit stante consuetudine in contrarium, c. 2. n. 348. p. 3. Secundo fallit, vt n. 349. & seq. vbi ponuntur declarationes. Itemque differentia traditur quo ad lucrandos fructus, n. 352. vsque ad n. 355.

Canonicus Vicarius Episcopi, non potest percipere distributiones in absentia, quamuis percipiat fructus, nisi sit consuetudo in contrarium, c. 2. n. 357. p. 3. Secus in Vicario capit. Sede vacante, n. 358.

Canonici, & alij Beneficiati, priuate celebrantes Missam in eadem Ecclesia, tempore officiorum, an habeantur pro præsentibus, ca. 2. n. 396. cum seq. p. 3. resoluitur quod non, licet contrarium de consuetudine seruetur, quod potest tolerari, n. 400. & 401.

Canonicus suæ obligationi satisfaciens quo ad residentiam & seruitium chori an possit ordinarie abesse à capi. c. 2. n. 524. p. 3. fundatur pars affirmatiua, à n. 525. resoluitur non licere, & respondetur contrariis, à n. 529. limita, vt n. 537. vsque ad n. 547.

Canonici, qui nondum fecerunt fidei professionem, an possint haberi pro præsentibus de licentia capituli cap. 3. num. 50. p. 3. & resoluitur quod non, nu. 51. & amplia, vt n. 52.

Canonicus qui non est in sacris potest optare si statutum, vel consuetudo non sit in contrarium, c. 4. numero 31. p. 3.

Canonicus ex decreto concilij non potest eligi supra numerum, ad futuram præbendam, c. 1. num. 5. p. 6 Sed in Ecclesiis vbi sunt Canonici Titulares, id non est sublatum, numero 6. & ibi traditur declaratio S. Congreg. & n. 7.

Canonicus pœnitentiarius Ecclesiæ cathedralis debet esse magister, vel Doctor, aut Licentiatus in Theologia, vel iure canonico, seu alias qui aptior pro loci qualitate reperiatur, c. 7. n. 49.

Canonicatus & Præbendæ Doctorales, & Magistrales ad quorum dispositionem, & prouisionem spectent, traditur, capite 4. à numero 168. p. 5. & explicatur Bulla Sixti IV. & Motus proprius Leonis X. numero 169.

Canonicatus & Dignitates non habentes fructus in absentia, possunt simul, seu cum alio poni in 24. licet alias solus soleat poni & numerari in 24. cap. 2. numero 168. part. 6.

Capellania erecta in titulum beneficij, potest ex ordinatione fundatoris dari puero, ante primam tonsuram titulo seculari, c. 2. n. 30. p. 1. si fundator expresse ita disponat, n. 31.

Capellaniæ ad nutū amouibiles non sunt beneficia vbi non instituuntur authoritate Episcopi, c. 2. n. 81. p. 1. secus si eius authoritate, vt n. 82.

Capellaniæ perpetuæ, institutæ authoritate Ecclesiastica, sunt beneficia sine dubio, & obligant ad horas, c. 2. n. 95. p. 1. & resolutio Rotæ, num. 96. & tunc non tenet prohibitio testatoris, quod Ordinarius non se intromittat in earum prouisione, sed ad solos laicos spectet, numero 97.

Capellaniæ et perpetuæ fundatæ sine authoritate Ordinarij, non sunt beneficia, nec obligant ad horas, c. 2. n. 102. cum seq. p. 1. & in eis valet ordinatio fundatoris, quod Ordinarius non se intromittat in eorum prouisione, nu. 105. decisio Rotæ, n. 106. & 107.

Capellania in cuius primæua fundatione, non interuenit Ordinarij authoritas, potest postea per Ordinarium erigi in beneficium, si non reluctatur fundatoris voluntas, c. 2. n. 108. p. 1. Quod intellige in Capellaniis fundatis in vltima voluntate, numero 109. aut inter viuos quorum effectus differtur post mortem, numero 110. Secus in institutis inter viuos, & statim effectuatis, numero 111.

Capellania in dubio censetur beneficium si appareat de vnica collatione, vel institutione Ordinarij, c. 2. n. 113. part. 1. & vltimus status beneficij attenditur, numero 114.

Capellania & beneficia simplicia, quæ nullos fructus habent in absentia, an requirant personalē residentiam, non obstante consuetudine contraria, c. 2. nu. 187. & seq. 3. resoluitur quod sit, ex Congrega. Concilij, & an Concilium tollat consuetudinem immemorialem, numero 189.

Capellania an sit Sacerdotalis ex eo solum, quod habeat onus celebrandi annexum, c. 1. §. 1. n. 75. & 76. p. 7. sunt variæ sententiæ: prima sententia Barbatiæ, & aliorum ponitur n. 77. secunda sententia quam tenuit Rotæ cum decisionibus adductis, num. 79. & 80. & 81. Tertia sententia conciliatrix, num. 83. & sequenti. Quarta sententia vera, & tenenda, & resolutio Rotæ, ac declarationes Sanctæ Congregationis, à num. 85. cum sequentibus.

Capellania vbi est Sacerdotalis actu, vel habitu ex fundatione, an possit Episcopus cum consensu patroni

hæredis, seu successoris, fundatoris, saltem pro una vice dispensare, vt prouideatur non habenti dictam qualitatem, ca.1.n.102.part.7. & quæritur de patrono hæredes, seu successore: nam de patrono fundatore clarum videtur posse tollere, & alterare conditiones, seu qualitates cum consensu Episcopi, saltem ex iuxta causa, quando essent vtiles Ecclesiæ, num.101. & sequenti. De hoc sunt plures sententiæ. Prima est affirmatiua, & ponitur, num.105. & 106. Secunda est negatiua, quæ de plano procedit stante Concilio Tridentino sess.25.cap.5.num.108 cum sequentibus, & tenet Sancta Congregatio in declarationibus adductis, num.112. & Rota decis. adducta, n.113. & 114. & 115.

Capellania si aliqua esset fundata cum obligatione residentiæ personalis, cuius fructus essent adeo minuti, vt non essent sufficientes tali oneri, posset ordinarius tollere eam obligationem, ita quod per substitutum possit illi deseruire, cap.1.num.126. part.7. Obiicitur Concily Tridentini sessione 25. de reformat. cap.4. Ex quo videtur Episcopum id non posse facere, nisi in Synodo diœcesana, num.127. sunt tamen plures sententiæ, circa dictum Decretum. Sententia Nauarri ponitur, numer.128. Sententia Enriquez, P. Ledesmæ, Emanuelis Rodriguez, num. 129. & dictum primum, & secundum authoris ponitur cum declarationibus Sanctæ Congregationis numero 131.

Capellaniæ in fundatione, si caueatur quod præsentetur Sacerdos proximior de parentela, si inuentatur alias clericus, si tempore præsentationis fuerit aliquis Sacerdos, ille debet præsentari, licet remotior, & erit præferendus, etiam si postea ante institutionem alter proximior esset Sacerdos, capit.1.n.73. & 74.p.7. vbi ponitur Rotæ decisio.

Capellaniæ in fundatione, vbi caueretur, quod per se ipsum deberet celebrare, seu quod deberet personaliter deseruire, aut quod resideat, tunc capellania erit Sacerdotalis aptitudine, non tamen actu, capit.1.nu. 98. parte 7. & numero 99. ponitur declaratio Sanctæ Congregationis, & ita procederet resolutio Rotæ in causa Lucana, & etiam videtur accipienda decisio Abulensis capellaniæ de Cebreros.num.100. & sequenti, vbi ponitur decisio.

Capiens possessionem virtute breuis eiecto possessore tenebatur, & poterat postea plene verificare reseruationem quæ in breue fundabatur, ad excludendum spolium restituibile, de quo eiectus agebat, c.3.à n. 53. p.6. vbi traduntur Rotæ decisiones.

Capiens possessionem, etiamsi non se ingerat administrationi, nec fructus percipiat, ac etiam si violentiam non adhibeat, videtur, quod sit priuatus iure ad rem, quia eam capiens ante collationem, & ius in re, est intrusus, cum eam capiat sine titulo, capit. 10. paragr.ap.3.nu. mero 223. part.11. & intrusus non solum cadit à iure suo, si quod habet ad beneficium, sed etiam fit inhabilis ad illud, numero 224. Intrususque tenetur in gratia illius facere mentionem de sua intrusione, alias gratia est surreptitia & nulla, numero 225. & sequenti, vbi adducitur resolutio Rotæ, & etiam de fructibus, si quos percepit, tenetur mentionem facere: nam fructus indebitè percipiens inhabilis fit, & rehabilitatione indiget, numero 227. quod tamen non habet locum in distributionibus, quando alias habet fructus prahenda, alioquin idem esset in eis saltim in grossa, numero 228. & gratia non facta mentione de fructibus male perceptis non suffragatur, numero 229. iuxta quod erit accipiendum, quod tradit Nauarr. & Henriquez citati, numero 230.

Capitulum tradendo possessionem prouiso videtur approbare prouisionem Episcopi, c.4.n.47.p.5. Quamuis secus si eam tradiderit dicens velle obedire mandato, numero 48.

Capitulum solum posse conferre stante absentia Episcopi, qui erat in Curia, & cuius reditus de facili non sperabantur, non placet authori, cap.4.num. 49.p.5. & ibi tex. in c.vnic.ne Sede vacante in 6. declaratur, num.50 & 51.

Capitulum non poterit Pœnitentiariam prouidere, occurrente vacatione sede Episcopali vacante, etiam si collatio Prebendarum sit cõmunis Episcopi, & capituli, vel etiam solius Capituli, sed spectabit ad Papa, capit. 4. numero 145. cum sequent. part.5. neque ei prebendam assignare, vt numero 148. cum sequen. & ibi ratio traditur.

Capitulum si sede vacante infra annum daret dimissorias alicui arctato ratione beneficij de facto possessi, non haberent locum pœnæ concily, capit.5. numero 149. part.2.

Capitulum an possit dare licentiam absentiæ Canonicis & Prebendatis, & eos habere pro presentib. vltra tempus à Concilio permissum saltem ad breue tempus ex iusta causa, ca.2. à n. 402.p.3. & quid stante consuetudine quæ dat iurisdictionẽ, n.414. & resoluitur nõ posse numero 417. Adeo quod nec fructus percepti, in tali absentia eius fiant, etiam si possint in absentia lucrari per tempus à Concilio permissum, numero 425. cum seqq.

Capitulum an possit dare licentiam absentiæ ex causis alias à iure expressis, alteratis tamen, seu modificatis per statuta, seu consuetudines Ecclesiæ, c.2.num.433. cum seq.p.3.

Capituli maior pars non sufficit in materia delicti, & prohibitorum, quæ tendunt ad damnum Capituli, & contradictio vnius facit ne videatur gestum à Capitulo, c.2. n.455.p.3.

Capitula absolute non possunt fieri tempore, quo officia & præsertim Missa maior celebrantur, & consequenter non tenetur quis, nec licite potest tunc interesse Capitu. c.2.n.548.p.3. & ratio traditur, n.549. cum seqq. & ita fuisse declaratum per Clem. VIII. traditur, n.557. & Congreg. Concily n.559.

Capitula tenere ante horas, interim dum aduenit hora recitandi eas, non est vtile, sed damnosum, secundum Nauarr.c.2.n.560.par.3. & quo tempore sint celebranda, n.361.

Capitulum quamuis possit conuocari, ex sententia Congregationis suo arbitrio, id intelligendum est dummodo tempore commodo conuocetur, & non officiorum, c.2.n. 563.p.3. & ibi an acta gesta in Capit. tempore officiorum sint nulla, nec ne, n.564. & resoluitur negatiue, quod intellige, vt n.565.

Capitulo interesse quis non tenetur, vbi non conuocatur legitime, & ibi quando dicatur non rite congregatum, ca.2.nu.571. cum seqq.p.3. & quid si congregetur, omnibus non vocatis, nu.574. & 575. vbi refertur statutum Ecclesiæ Abul. & idem si conuocetur tempore insolito, n.577.

Capitulum potest committere collationem, vel nominationem beneficii Canonico, qui non sit in sacris, c.4.n. 31.p.3.

Capitulum sede vacante, an possit beneficia conferre, & an in eorum collatione succedat. cap.7. numer.1. parte 5.

Capitulum sede vacante fungitur vice Episcopi & succedit in omnibus quæ sunt iurisdictionis ordinariæ, exceptis casib. à iure expressis, c.7.n.4.par.5. quamuis alij

alij aliter dicant, vt n.2.& 3. & de officio capit. & potestate sede vacante remissiue, n.5.

Capitul. sede vacante tenetur creare Vicarium infra octo dies, qui saltem sit Doctor in iure Canonico, vel Licentiatus, vel alias idoneus ad iurisdictionalia exercenda, alias ad Metropolitanum creatio deuoluitur, cap.7. n.6.par.5.

Capitulum etiam quod intra octo dies Vicarium non deputauerit, poterit re integra, antequam Metropolitanus nominet, moram purgare, c.7.n.7.p.1.

Capitulum sede vacante non potest se in aliquo intromittere, circa administrationem iurisdictionis, seu sibi aliquid reseruare, sed debet totũ libere Vicario relinquere, licet antea posset dare ei potestatẽ limitatam, c.7.n. 25.part.5.nec potest vnam causam alteri delegare, numer.26.

Capitulum in quod transit indistincte ius visitandi, non potest eligere visitatorem ad visitandam Diœcesim absque Vicario, & qualiter intelligatur, cap.7.num.27. part.5.

Capitulum sede vacante, an possit plures Vicarios constituere traditur, cap.7.à num.35. part.5. & resolvitur posse.

Capitulum sede vacante fungi vice Episcopi, & succedere in his quæ sunt iurisdictionis procedit, vbi ea iure communi competunt, cap.7.nu 38 part.5. Secus in his quæ competunt iure speciali, num.39. & declara, numero 40.

Capitulum sede vacante non succedit in iurisdictione delegata Episcopo, c.7.n.42.p.5. etiam si post præsentationem mãdati fuisset mortuus Episcopus, n.43.& etiam si delegato fiat à Canon.n.44.contra Paulum, & alios, n.46.

Capitulum sede vacante non potest visitare Monasteria Monalium exempta, quæ visitat Episcopus authoritate Apostolica, ca.7.n.45.p.5.& amplia, vt nu.47. cum seqq.

Capitulum sede vacante non potest beneficia conferre, nec succedit in collatione beneficiorum, c.7.n.51.p.5. nec in præsentatione, seu electione spectante ad Episcopum, n.52.etiam ob deuolutionem, num.53.& intellige, vt n.54.

Capitulum sede vacante, collationes necessarias beneficiorum facere potest, c.7.à n.55.p.5. contra Corrasium, cui respondetur à n.50.& nu. 71.& 72.& ita seruatur in beneficiis patrimonialibus, n.67. de quibus remissiue, n.68.

Capitulum sede vacante, an possit conferre parrochiales seclusa reseruatione, ex quo debent conferri magis idoneo reperto ex approbatis in concursu, c.7.n.79.& 80.p.5.& resolutio Rotæ, n.81.& 82.

Capitulo sede vacante non licet infra annum ordinandi licentiam concedere, nisi beneficij recepti, siue recipiẽdi occasione arctato, c.7.n.91.p.5. & ibi Bulla Sixti V. contra male promotos à Capitulo traditur, & limitatur, n.92.

Capitulum sede vacante potest infra annum dare dimissorias ad primam tonsuram, ex declaratione 6.& 7. tradita ad Concil.Tridentin.cap.10.sess.7.cap.7.num. 94.part. 5. sed contrarium verius videtur, numero 95. & 96.

Capitulum sede vacante potest dare licentiam volenti ædificare Ecclesiam, vt fiat Patronus, cap.9.numero 79. part.5.

Capitulum sede vacante succedit in potestate vniendi cap.2.paragr.1.numero 67.part.12. non tamen poterit sibi vnire, sicut sede plena non potest consentire vnioni faciendæ ipsi capitulo directe, & principaliter, &c. numero 68.

Capituli quia propter de electione declaratur, cap.6.n. 19.21.& 22.p.1.

Capitulum beneficium de regularibus in 6. ibi, (aut constet,) & ibi, (seu scienter,) intelligitur, c.9.n.2.& 3. p.11.

Cap.eum qui de præbendis in 6.intelligitur, c.10.n.6. p.11.

Capitulum quia nonnulli, & ca. de multa de præbendis, & extrauagans execrabilis eodem titulo, cum solum loquantur in beneficiis curatis, & dignitatibus, ac personatibus, seu officiis, sequitur decisionem cap. referente, & capit. præterea de præbendis dantium optionem non esse correctam per dicta iura, in aliis beneficiis incompatibilibus, nec in eis per assecutionem secundi vacare primum, c. 5.numero 65. contra Innoc. & alios relatos, numero 66.

Cap.2.de electione in 6.non procedit in præsentatione, c.2.n.3.p.8.

Cap.si quis cum duabus, & c.quidam 34.quæ.2.satisfit, c.3.n.111.p.8.

Cap.susceptum de rescriptis in 6.limitatur multoties, cap.1.num.11.15.16.& 17.& 20. cum seq. & n.83. & 89. part.11.

Capitulum susceptum de rescriptis in 6. non procedit in ordinario, sed etiam vno modo expresso continetur alius, secundum Domin. quod probabilissimum videtur, capite 1.à numero 77.p.11.& quidquid esset de hoc, certum est in ordinario apparente clausulam (sine alio quouis modo) non esse necessarium vllo modo verificare modum expressum, nec etiam de facto, numero 80.

Cap.susceptum de rescriptis in 6.recte procedit in executore, seu commissario Papæ, c.1.n.81.p.11.sicut etiam in legato, n.82.

Cap.is cui de præbendis in 6.procedit in habente potestatem delegatam prouidendi de beneficio personæ idoneæ, qui non potest prouidere beneficiato sufficienter, quia ad istum effectum non dicitur persona idonea de iure, c.5.§.3.n.284.p.11. secus vero est in collatore ordinario, & conferente authoritate orninaria, n.285. & in patrono, num.286. & quamuis in delegatione non apponatur verbum personæ idoneæ, intelligitur nisi exprimatur quod alias beneficiato possit prouidere, numero 287.& seq.

Cap.commissi, priuandi ibi, (vel priuatos nuntiandi,) de hæreticis in 6.intelligitur contra Couarr.c.10.§.1.n. 67.& 68.p.11.

Cap.inter solicitudines de purgatione canonica, & c.omnis.1.q.1.& c.conuenientib.§.si.1.q.7.procedunt in hæretico c.10.§.1.n.83.p.11.

Cap.2.§.hæretici, de hæreticis libro 6. loquitur de his qui sunt hæretici, & sic nondum emendati, & conuersi, non autem emendatorum, c. 10. §.1. numero 83. p.11.

Cap.ei cui de præbendis in 6.& allegata per Flam. Paris.loquuntur de beneficio Sacerdotium requirente, non tamen actu, & decisio 1.de præbendis in nouis fundatur in derogatione per clausulas generales, caput 1.n.68. part.17.

Capitulum 1. de rescriptis in 6. vbi quod non valeg gratia, seu rescriptum impetratum ab excommunicato, habet locum in gratiis concessis ab ordinario, c.13.nu.21. part.7.

Capitulum Ordinarij, parag. in conferendis de offic. Ordinar.in 6.non habet locum in Papa, c.5.par.1.n.176. part.11.

Cardinalis consensu requiritur in collatione beneficij vacantis per obitum familiaris Cardinalis, in cuius familiaritate decessit, c.1.n.275.p.5.idem in legato, & intellige in familiari continuo per quatuor menses, sed non quo ad effectum reseruationis, n.276.etiam si postea familiaris esse desierit, n.277.

Cardinales obtinentes Episcopatus, qui in eis residunt, solent habere indultum à Papa, vt priuilegijs concessis Cardinalibus presentibus in curia gaudeant, cap. 1.nu. 406.part.5.

Cardinalis Collator si non contulit beneficium vacans in mense alias Apostolico, infra semestre, an deuoluto fiat ad Archiepiscopum seu Capitulum, an vero ad solũ Papam, c.1 n.631. p.5. resolutur fieri ad Archiepiscopum, limita tamen, vt n.632.

Cardinalis Episcopus, an possit conferre beneficium, quod vacauit in mense Apostolico ante eius promotionem, in vita sui antecessoris qui Cardinalis non erat, cap.1.n. 633.p.5. resolutur non posse cessante indulto, & ante decedente, ante collationem beneficij vacantis in mense alias reseruato possit illud conferre Episcopus successor nõ Cardinalis, n.634.resolutur nõ posse contra Gonzal.n.636.

Casus in quibus quis priuatur ipso iure beneficiis, & in quibus venit priuandus per sententiam remissiue, c. 10.n.6.p.11.

Causa possessoria beneficij, & aliorum spiritualium seu quasi, dicitur Ecclesiastica.c.22.n.52. p.1.

Causæ cognitio excluditur, in concordia quæ est inter partes, quando confirmatio fuit obtenta ad supplicationem vnius partis tantum.c.2.n 229.p.3.

Causæ eædem & solemnitates requiruntur in dismembratione. seu diminutione beneficij, quæ in vnione: & sic consensus capituli requiritur etiam vocatio rectoris, vel defensoris, & aliæ solemnitates in alienatione rei Ecclesiæ requisitæ, cap.3.n.3.& seq.p. vbi ponuntur decisiones Rotæ.

Censura aliqua ligatum non esse oportet eum, cui de beneficio prouidetur, c.13.n.1.p.7.

Censura secundum Canonistas triplex est, excommunicatio, suspensio, & interdictum, c.13.n.2.p.7.

Citatio partis an requiratur in executione breuis de capienda possessione nomine cameræ absque vitio attentatorum traditur, & contra Lancelotum resoluitur, c.a. 3.à n.45.p.6.

Citatus si diceret se non possidere beneficium, super quo pensio est reseruata, aut qui consensit pensionem, non habuisse possessionem, vel bonum ius illius, per sionarius debet probare, c.5.n. 566.p.1. & quando non sit necessaria probatio, n.567.cum seqq.

Citatio generalis per edictum non sufficit, quando sunt alij patroni certi, sed debent specialiter, & nominatim citari, alias institutio est nulla, c.4. numero 8. & 9.pa.9. vbi ponuntur resolutiones Rotæ: prædicta tamen resolutio non procedit, vbi esset consuetudo in contrarium, numero 10.& seq. vbi ponitur resolutio Rotæ, & cum non sit contra ius, sed contra communem opinionem, sufficeret decennalis, numero 12. & in his partibus non est in vsu specialiter citare alios patronos, licet sint certi, sed solum sit citatio generalis per edictum, numero 13.

Clausula apponi solita iuxta regulam cancellariæ in literis indulgentiarum intelligitur tantum de ipso Papa concedente, & non de antecessore, capit. 1.numero 651. part.5.

Clausula sublata, &c. & de decreto irritante an liget Papam, Legatum, seu Nuntium remissiue, cap.1.nu.781. part.5.

Clausula transferendi non censetur per quascumque clausulas generales concessa, nisi speciali mentione facta, c.5.n. 241.p.1.& à solo Papa concedi potest, n.242.& de eius formula n. 243.

Clausula transferendi intelligitur de prima dumtaxat, c.5.n.247.& seq.p.1.

Clausula quæ ponitur in pensionibus pro Palatinis, c. 5.n.89.p.1.

Clausula, dummodo remaneant centum pro rectore, & mille pro Episcopo, intelligitur de tempore gratiæ, & reseruationis non vero annorum futurorũ, sicut clausula, dummodo medietatem fructuum non excedat, c.5.n.397. & seq.p.1.

Clausula dummodo remaneãt centum pro Rectore non est superflua, c.5.n.404. vsque ad 408.cum seq.& decis. Rotæ, 424 & 425.p.1.

Clausula sine retardatione, &c. arbitrio Rotæ potest procedi retardata solutione, c.5.n.465.p.1.

Clausula siue promissio de non petendo annullari pensionem, del et intelligi stante dicta conditione, & de facto non de iure, ca.5.n.467.p.1. & respondetur decis. Rotæ, n.468

Clausula Motu proprio, &c. quid operetur traditur, c.5.n.510.p.1.

Clausula sine retardatione solutionis solet poni in commissionibus super nullitate, vel super reductione pensionis a Papa reseruata, ob reuerentiam literarum Apostolicarum, & fraudes recusantium soluere, etiam si non adsit qui possessio exigendi, c.5 numero 516.& 517. p. 1.

Clausula sine retardatione, &c. limitat & suspendit iuris dictionem iudicis commissionis, ita vt iudex non possit procedere nisi prius soluta pensione, c.5.n.518.& seqq. part.1.

Clausula sine retardatione, &c. quid operetur traditur, c.5.n.520.& seq.p.1.

Clausula sine retardatione solutionis, &c. aliquando ponitur arbitrio Rotæ, c.5.n.526.p.1.

Clausula sine retardatione, &c. in pensionibus reseruatis per inferiores à Papa, non apponitur, c.5.num.528. part.1.& in quibus casibus prædicta clausula apponi soleat, n.529.

Clausula sine præiudicio legitimæ executionis quid operetur exponitur, cap.5. nu. 573.pa.1.& decisio Rotæ, n. 576.

Clausulæ quorum tenores &c.& supplentes omnes facti, & iuris defectus, &c. non faciunt vt confirmatio sit ex certa scientia, & quid illa operetur, cap.3.nume.234 part.3.

Per clausulam dummodo in eo non sit alicui ius quæsitum, &c. quod ius censeatur reseruatum traditur, c.3.n. 20.p.4.

Clausulæ decreti irritantis in alternativa non est posita respectu Papæ sed Ordinarij, vel versus respectu inferiorum, c.1.n.3.p.5.

Clausula quæ additur in prouisionibus dummodo collatio ad nos hac vice pertineat restringit clausulas generales, in euentum quod beneficia non essent reseruata, c. 1.n.178.cum seqq.pa.5.& quare ea ponatur, n.182.

Clausula cum libera, vel cum plena potestate: inducit mandatum speciale, c.8.n.72.p.5. vbi ponitur decisio Rotæ, n.73.

Clausula quod possit omnia quæ dominus facere posset, importat mandatum cum libera, cap. 8. numero 74. part.5.

Clausula quod promittit habere ratum, & firmum quidquid per procuratorem factum fuerit non inducit mandatum, cum libera, c.8.n.75.p.5.

Clau-

Clausula contradictores appellatione postpositâ compescendo, intelligitur de contradictoribus de facto, c. 2. n. 115. p. 6. & decis. Rotæ, à n. 116. cum seqq.

Clausula quod resignans habet aliunde vna cum pensione reseruata, verificatur sufficienter si ex pensione habeat vnde viuere possit, licet non verificetur quod habet etiam aliunde, cap. 2. num. 293 p. 6. & amplia, vt nu. 294.

Clausula dummodo non vltra tres dietas, &c. non intelligitur respectu Auditoris Cameræ, sed aliorum, c. 3. n. 12. & p. 13. 6.

Clausula constito, &c. inducit formam & conditionem, vt præcedat causæ cognitio, etiam parte citata cum adest intrusus, alias sufficeret extraiudicialiter constare, cap. 3. num. 36. & sequen. part. 6. & decis. Rotæ, num. 38. & 39.

Clausulam amoto quolibet detentore intelligi iuris ordine seruato: procedit vbi non est clausula, sine vicio spolii, cap. 3. num. 50. pa. 6. & decis. Putei declaratur, n. 51. & 52.

Clausula constito quod defunctus in possessione fuerit, an probetur ex possessione illius de præterito, ca. 3. à n. 70. cum seqq. p. 6.

De clausula non tamen à nobis prouisionem habentib. agitur remissiue, c. 3. n. 79. p. 6. quæ exceptio quando habeat locum traditur, n. 80.

Clausula sublata, &c. an obstet agenti de spolio, & nullitate gestorũ vigore breuis donec aperiatur os, cap. 3. à numer. 81. part. 6. & resoluitur non obstare, à num. 84.

Clausula sublata, &c. intelligitur, veris existentibus narratis c. 3. n. 87. p. 6. & illa solum non operatur, vt non possit opponi de surreptione, n. 88. cum seqq. vbi ponuntur decisiones.

Clausula quod de surreptione & obreptione dici non possit etiam cum clausula sublata non facit validam gratiam alias surreptitiam c. 3. n. 98. p. 6.

Clausula sublata breuis quamuis non obstet agenti de spolio tamen non signatur nisi cum clausula parito breui, c. 3. num. 100. pa. 6. limita vt nu. 101. 102. & seqq. nec impedit manutentionem in possessione iam capta, nu. 104. & seqq.

Clausula parito breui, &c. quid operetur exponitur, c. 3. a n. 110. p. 6. & ea stante in cõmissione inhibitio facta ei us vigore non operatur si non est paritum, nam cersetur facta stante dicta conditione pro vt in commissione, n. 140. & quæ requirantur ad paritionem breuis circa possessionem, à n. 141.

Clausula breuis, volumus autem vt dictus N. infra sex menses à data præsentium, &c. non est comminatoria tantum, c. 3. n. 153. p. 6. & intellige, vt n. 154. & an ea stãte si impetrans non expedierit intra sex menses à data breuis beneficium vacare censeatur eo ipso, n. 156. & resoluitur negatiue, n. 158.

Sub Clausula breuis de capienda possessione, non tamen à nobis prouisis, &c. comprehenduntur prouisi à prædecessorib. iuxta subiectam materiam, & prouisus virtute literarum Papæ, dicitur prouisus à Papa, c. 1. nu. 652. p. 5 limita, vt n. 613.

Clausula posita in commenda attento, quod clericis sæcularibus commendari consueuit, an verificetur in vno actu, c. 10. nu. 37. p. 7. vbi quod non licet, secus, si dixisset, solita est.

Clausula stante in supplicatione, nec non causæ annullatiuæ, & infectiuæ etiam proprii tituli, ac possessionis an exprimi possint, & c. secundum Mandosium non obstitisset præcedens occupatio, & intrusio, nec etiam mala fructuum perceptio, etiam si de illis non esset alias facta mentio, & c. ca. 10. par. 3. n. 237. pa. 11. qui bene ait non obstare tunc intrusionem, male tamen non obstare malam fructuum perceptionem, n. 238. & 239.

Clausula vocatis vocandis facit executorem mixtum, & vbi est interesse habens, qui debet vocari, seu alias est contradictor, tunc debet fieri processus, &c. capit. 2. §. 1. num. 140. p. 12.

Clausula vbi ponitur, (etiamsi Sacerdotalis) cassatur, quando narratur Diaconatus, vel Subdiaconatus, quo casu gratia est surreptitia, si præbenda habet annexum ordinem superiorem, si impetrans illo caret, alias secus, c. 1. n. 55. & 56. p. 7. cõmunis approbata per Rotam, n. 64. alias deuolu prouisionem ad superiorem, n. 65. & 66. ponitur decisio Rotæ & allegantur aliæ decisiones: impugnantur sententiæ, authorum, n. 67.

Clausula vbi in supplicatione apponitur, & (quod Oratoris dispensationes habeantur pro expressis) valeret impetratio, etiamsi adderetur dispensatio dispensationi, c. 2. nu. 74. pa. 7. Sed clausula hac tempore Sixti Quinti non dabatur quoad dispensationem super defectu natalium. num. 75.

Clementina si. de præbendis, intelligitur de præbendis canonicalibus, seu quasi, c. 5. paragr. 2. n. 200. p. 11. & præbenda quasi canonicalis est, quando eam habens reputatur pro canonico, & habet vocem in cap. vt canonicus licet non sit canonicus, nu. 201. & intelligitur de præbendis spiritualibus, & titulis beneficialibus: secus vero de præbendis, seu portionib. temporalib. quæ non inducunt incompatibilitatem, n. 202.

Clementina, si plures de præbendis, potest intelligi in obtinente plura incompatibilia beneficia ex dispensatione, qui acceptat tertium ex prouisione Papæ, in qua fuit facta mentio priorum: seu sunt habita pro expressis, quo casu tenet prouisio tertii, quia cap. Ordinarii §. in conferendis de officio Ordinarii in 6. non habet locum in Papa, c. 5. §. 1. n. 176. & seq. p. 11. vbi adducitur decisio Rotæ, quæ impugnatur quatenus dicit regressum ad incompatibilia causare impedimentum tertii, sicut ipsa beneficia, nu. 178.

Clementina si vna §. si. de rebus Ecclesiæ procedit, quando vnio fit capitulo principaliter, & directe: secus vero, quando in consequentiam, & indirecte, & in vtilitatẽ Cap. c. 2. §. 2. n. 69. p. 12. secus etiã vbi vnio fieret alicui dignitati vel præbendæ capituli, etiam omnib. præbendis distinctis, non simul sed separatim, & distincte vnicuique alicuius beneficu, & sic intelligitur Decretum Conci. Trid. sessione 24. c. 151. p. 1. titulo singulis præbendis singula beneficia vniatur, non omnib. simul indistincte vnum, aut plura secundum Hieronymum Gabrielem, n. 170. quæ videtur nimia restrictio ad d. Decretum, in cuius terminis verius videtur, posse ex eo fieri vnionem omnibus præbẽdis, seu distributionibus simul, vt videtur sentire San. Congregatio, cuius declaratio adducitur, quamuis non possit fieri cap. seu mensæ capitulari, num. 171.

Clementina, si vna supradicta de rebus Ecclesiæ, non procedit in suppressione, & extinctione alicuius dignitatis, vel præbendæ, quam ex causa potest facere Episcopus cum consensu capit. nisi bonæ Episcopi, & cap. sine communia c. 2. §. 2. nu. 112. p. 12. Sed contrarium tenent alii, si id caderet in vtilitatem cap. quia fructus ei applicantur, seu eius mensæ, etiam diuisæ, numero 173. tamen si vellent applicare vni præbendæ, vel etiam singulis, possent secundum Imolam, quem sequitur Decius contra Felin. cuius rationi respondet, nu. 174. sequitur etiam Hieronymus Gabriel ita intelligens secundam partem

dicti Decreti Concilii,n.175. sed in terminis istius Decreti verius videtur posse ex eo applicari fructus præbendarum suppressarum reliquarum distributionibus simul,& in communi, & indistincte,176.

Clerici attento iure communi non possunt testari de bonis adquisitis intuitu Ecclesiæ,secus de consuetudine Hispaniæ, c.1.n.594.p.5.

Clericus si ageret contra laicum qui eum turbat in possessione beneficii seu vexat,index laicus esset competens.c.2.n.59.p.1.

Clericus minorum pensionem habens non gaudet priuilegio fori,secundum congregationem Concilii cui standum est,c.5.n.70.cum seqq.p.1.

Clericus minorum habens pensionem non debet soluere gabellam,vel alia tributa,c.5.n.74.p.1.

Clerici minorum hodie non gaudent priuilegio fori nisi beneficium habeant,licet antea gauderent, c.2. n.2. p. 2.etiã si benefic.sit exiguum,n.3.licet non deferant habitum clericalem,n.4.5.& 6.sed an sufficiat solus titulus beneficii,& ius in re,vel de facto,numer. 7.vsque ad n. 15.

Clerici minorum non habentes beneficium licet priuentur fori priuilegio,non tamen priuilegio Canonis, c. 2.num.19.pag.2. & contraria sententia Solis reprobatur,nu.20.

Clerici etiam primæ tonsuræ non coniugati sunt exempti de iure communi à gabellis licet non habeant beneficium,c.3. nu.1.p.2. limita,vt n.2.& 3.

Clerici beneficiati,seu alias exempti , & gaudentes priuilegio immunitatis sunt exempti,etiam quoad exactiones pro necessitatibus publicis,& communibus,c.3.n. 11.cum seqq.p.2.

Clerici promoti sine titulo,sunt ipso iure suspensi ex constitutione Sixti V.c.5.n.34. p. 2.cuius absolutio reseruatur Papæ,n.35.

Clericus in minoribus non solum potest libere alienare patrimonium , etiam si ad illius titulum sit promotus, sed etiam resignare beneficium , licet non habeat vnde viuere possit,nec facta de eo mentione, caput.5. nu. 203. part.2.

Clericalis ordo confertur per primam tonsuram,secũdum Canonistas contra Theologos,licet non sit Sacramentum,c.1.n.2.p.7.de quo,& quot sunt ordines,remissiue,num.5.

Clericatus est prima,& præcipua qualitas inter eas, quas habere debent ii quibus beneficia conferuntur, c.1. n.1.part.7.

Clericatus quamuis tempore præsentationis omnino requiratur,non tamen requiritur,quod tunc præsentatus incedat in habitu clericali,ex constitutione Sixti V. quæ solum id requirit tempore collationis , quamuis ex ea teneatur statim dictum habitum assumere,caput 1.n. 39.part.7.

Clericatus quomodo probetur, qui cum sit qualitas extrinseca,non præsumitur , c. 1. n. 138 p.7. Resoluitur probari,non solum literis testimonialibus Episcopi, seu titulo ordinum,sed etiam testibus,n.139.etiam de publica voce & fama.nam sufficit probatio de communi reputatione,& fama,& per argumenta,& indicia, seu cõiecturas,& per semiplenas,& leues probationes probatur,n.140.& ita seruat Rota in possessorio,& petitorio, n.142.contra Rebuffum, & alios relatos, num. 141. & seq.

Clericatus quod probetur communi reputatione præsumptionibus,& indiciis,non procedit in materia obiectiua, c.1.num.144.p.7. Aut vbi præsumptio est contra aliquem, puta,quia est illegitimus , qui debet probare suum clericatum per literas,nec sufficit communis reputatio,& fama,numer. 145. nisi probetur dispensatio, quæ non probatur per narratiuam literarum ordinarii, n.146.& seq.constando enim de dispensatione clericatus illegitimi probatur per communem reputationem,sicut clericatus legitimi,n.148 & n.seq.adducitur resolutio Rotæ,& ita poterit procedere quædam decisio Rotæ relata,n.150.licet contrarium dicatur alia decisione relata,n.151.

Clericatus probatur etiam vnico teste , c.numero 154. p.7.etiam in iudicio,quando lis esset super beneficio, numer.155.contra Rebuffum, & alios relatos, numer. 156.

Clericatus probatur solo sigillo Episcopi recognito,etiam collatus non subdito,c.1. n.157.

Clericatus illegitimi probantur concurrentib.aliquib. coniecturis cum fama,c.1.n.152.p.7. & in iudicio possessorio restitutionis sufficeret illegitimo probare clericatum per reputationem,& actor illegitimus non tenetur dare literas sui clericatus ex Rota n.153.

Clericatus an probetur per literas , seu ostensionem superiorum ordinum puta Sacerdotii, seu Diaconatus, c.1.n.158.p.7.& non rebrobari tenent Rebuffus , & alii, quia per saltum posset esse promotus,quo casu non valet prouisio ei facta de beneficio, n.159. nam per saltum promotus est irregularis,n.160.quamuis aliqui dicant eum suspensũ,n.161.non tamen est irregularis respectu ordinum inferiorum,quos legitime susceperat:nam ab vsu illorum nõ est suspensus,n.162. vnde valeret prouisio ei facta de beneficio non requirente alium ordinem, &c.n. 163. Contrarium tenetur in dict.difficultate,nempe quod ad probationem clericatus,& Minorum Ordinum,satis sit probare,& ostendere maiores, 164. & adducuntur ad id resolutiones Rotæ ,à n.165. & procedit etiam in clericatu illegitimi,n.169. & respondetur Bartolo in contrarium allegato,n.170.

Clerici appellatione venit simplex clericus primæ tonsuræ, etiam in capellaniis , in quib. clerici generaliter vocantur,c. 1.§.1.n.90.

Clerici ciuitatis ipsius præferendi sunt exteris aliis in concursu ad parochiales,dummodo in maxima scientia non præcellant extranei,& c.c.9.n.9.p.7.

Clerici concubinarii notorii,quod non sint suspensi à beneficio,sunt qui tenent,& vsus, & consuetudo est pro hac sententia,c.14.n.52.p.7. supposito, quod non sint à iure suspensi ab officio,suspensione, censura,nec etiam à benefic.n.53.& supposito quod ita essent ab officio suspensi,verius est,non esse à beneficio suspensos,n 54.& num. 55.respondetur c.prater,32.dist.& n.56.c.si quis à modo 81.dist.

Clerici concubinary,an sint priuandi beneficiis,& de pœnis concubinariorum remissiue,capite 14. numero 63. p.7.

Clerici concubinary notory cum non sint sustensi à beneficio suspensione censura ,saltim ex consuetudine, valebit collatio beneficij eis facta,c.14.n.60.p.7.quamuis clericis concubinariis,etiam non notoriis,non debent beneficia conferri ex defectu morum,nu.61. Nec debent præsentari ad beneficia,etsi præsentarentur,& opponeretur de concubinatu,seu fornicatione , præsentatio non procederet,nisi essent emendati,n.62.

Clerici concubinary ,an sint priuati, seu priuandi beneficijs, resoluitur,nõ esse priuatos,nec priuandos,seu deponendos, sed suspensionis pœna puniendos,c.10.§.2.n. 181.part.11.Nisi fuerint moniti,& ad secundam,vel tertiam monitionem non destiterint:nam tunc sunt priuandi beneficijs,n.182. Et hodie debet præcedere tertia monitio, ex Concil.Trid.sess.25.ca.14.vbi præfigitur ordo,& modus procedẽdi,& puniendi concubinarios,n.183. Et adducitur

ducitur resolutio Rotæ, n. 184. Et de pœnis concubinariorum qui sunt videndi, n. 185. Et videnda Concilium, & declarationes S. Congreg. positæ, n. 186.

Clerici concubinary hodie à iudicibus Ecclesiasticis nõ puntuntur, vt præcepit sancta Synodus Concil. Trid. & vt monet Pius V. nec puniunt concubinarios iuxta formam Concilij, sed semper contra eos vtuntur pecuniariis pœnis, quæ non causant emendationem, & correctionem delinquentium, sed potius scandalum, & notam, c. 10. §. 2. à n. 188. p. 12.

Clerici coniugati, an & quando gaudeant priuilegio fori, remissiue, c. 5. n. 6. p. 7.

Clerici etiam primæ tonsuræ habentes beneficium etiam simplex, aut etiam ius in illo, vel ad illud, seu pensiones percipientes, debent tonsuram, & habitum clericalem, vestes scil. talares iugiter deferre, alias ipso facto sunt priuati omnib. beneficiis, &c. ex constitutione Sixti V. de habitu & tonsura, c. 1. n. 18. p. 7.

Clerici quod sint actu, & in habitu clericali, & tonsura in cedentes tempore collationis beneficiorum, hodie requiritur, ex constitutione Sixti V. de habitu & tonsura, alias collatio est nulla, c. 1. numero 15. p. 7. & Decretum irritans quod in fine habetur refertur ad omnia præcedentia, numero 16. & cum sit in iure positum, ligabit etiam ipsum Papam, nisi ex certa scientia contra fecerit, n. 17.

Clerici suspensi ab officio, esto quod vera esset illa sententia, quod sunt suspensi à beneficio, tamen supposito, quod clerici concubinary notory non sunt ab officio suspensi censura, non potest dici, quod sint à beneficio suspensi, c. 14. n 57. p. 7. Sed absolute verius est suspensum ab officio, siue à iure, siue ab homine, non esse suspensum à beneficio, quoad ea, quæ competunt non interessentibus diuinis, nisi aliud constet ex mente disponentis, n. 58. & suspensus ab officio si interfit diuinis, quamuis peccet, lucratur distributiones n. 59.

Clericos concubinarios notorios sunt qui tenent non esse suspensos, vera suspensione censura directe inducta in pœnam, sed suspensione ratione cuiusdam honestatis ab ipso canone facta ob decorem potius quam in pœnam directam criminis, vel principaliter à Deo, & à Canone per approbationem, & sic celebrantes non effici irregulares, ca. 14. à numero 19. p. 7. & respondetur cap. præter, & c. si qui sunt, 32. dist. & c. fi. de cohabit. cler. à numero 25. quod magis obstat est declaratio S. Congregationis, n. 32. fol. 78. & 79. Et dato quod ista suspensio esset vera censura de iure, potest dici eam iam non esse in vsu, à numero 32. & ad declarationem S. Congregationis dici potest, respondere de iure, & non tollere consuetudinem, n. 35.

Clericum qui narrat Abulensem, seu oriundum Abulens. debet id verificare, maxime quando ibi impetrat beneficium, c. 9. num. 29. pa. 7. ad cuius verificationem non sufficit habere ibi beneficium, vel domicilium, etiam si habuerit domicilium per decem annos, & vltra, num. 30. & quamuis is posset dici naturalis ciuiliter, & improprie, ortus tamen, seu oriundus nullo modo dici potest, n. 31. & quando quis diceret se naturalem Abulensem, intelligendum erat de naturalitate ratione natiuitatis seu originis nu. 32.

Coadiutor an teneatur recitare, cap. 1. num. 107. 108. & 109. p. 3.

Coadiutor solet Ecclesiis, & beneficiis concedi, & aliquando cum futura successione, c. 5. n. 1. p. 4.

Coadiutoria duplex est, c. 5. n. 2. p. 4. & de eius materia, n. 3. de temporali agitur, n. 4. & 5. de perpetua vero, n. 13. & 16.

Coadiutores possunt deputare Episcopi, etiam tanquam Apostolicæ sedis delegati, illiteratis & impeditis parrochialium Rectoribus, appellatione, & exceptione remota, ca. 5. n. 7. pa. 4. quæ deputatio ad eum spectat qui potest instituere concursum, n. 8. nec dicetur attentata etiam si sit executa post appellationem, vt resoluit Rota. n. 9 nam solum tollitur, quoad effectum suspensiuum, nu. 10. limita, vt nu. 11. & 12.

Coadiutoriæ ante Concil. Trid. cum futura successione solebant à Papa concedi, c. 5. n. 22. pa. 4. tamen à Concil. Trid. sunt sublatæ, nu. 23. Postea tamen concessæ fuere à tempore Sixti V. absque derogatione Concilii, n. 24. patitur tamen difficultates, vt n. 25. cum seq. & respondetur Concilio, nu. 30. cum seqq. vbi ponitur resolutio Rotæ, & Motus proprius Pii V. n. 36.

Coadiutoriarum hodiernarum formula refertur, ca. 5. n. 53. p. 4. & n. 54.

Coadiutor an teneatur (principali volente pro ea deseruire) ad damnum, & interesse subsequutum, cap. 5. nu. 55. & sequentib. par. 4. resoluitur affirmatiue num. 57. & eo absente, vel ægrotante, an possit pro eo deseruire, absque eius consensu, aut eo nolente, num. 58. cum sequentibus.

Coadiutorem habens, an sit habendus pro præsente, ratione infirmitatis, vel alterius legitimi impedimenti, ca. 5. n. 61. cum seqq. p. 4. & resoluitur quod sic.

Coadiutori, an sit assignanda eadem sedes principalis, & cum eadem antiquitate, cap. 5. numer. 65. cum seq. part. 4. & an in ingressu teneatur fabricæ soluere, quod est solitum soluere per nouos Canonicos, num. 78. & vide, numer. 110.

Coadiutor an possit gaudere mensib. datis causa recreationis, c. 5. n. 79. p. 4. & dic quod sic.

Coadiutor ægrotans, vel alias legitime impeditus habetur pro præsenti cap. 5. num. 80. par. 4. quando tempore impedimenti superuenientis erat actu seruiens, vt numer. 81.

Coadiutor an possit (principali excommunicato) inseruire, & lucrari fructus, cap. 5. à num. 83. cum sequent. part. 4.

Coadiutor an habeat vocem actiuam, & passiuam in Capit. 5. nu. 87. & seq. p. 4. dic quod sic.

Coadiutorem habens, an possit se iuuare beneficio iubilationis, c. 5. n. 89. p. 4. & quomodo intelligatur indultum coadiutori concessum, quod gaudeat regula de triennali, num. 90.

Coadiutor in Ecclesiis vbi sunt adiuncti, an sit puniẽdus cum illis, c. 5. n. 91. cum seq. p. 4.

Coadiutor qui non est in sacris, sed solum in minoribus, an gaudeat priuilegio fori, stante Conc. c. 5. n. 97. & seqq. p. 4. & an teneatur deferre habitum, licet non seruiat, n. 99. cum seq. & recitare, & sacris ordinari ad titulum coadiutoriæ, n. 102.

Coadiutor seruiens pro coadiuto, an debeat exire de Capitulo, in quo tractatur, de negotijs ipsius coadiuti, c. 5. n. 103. cum seq. p. 4. Et an ambo possint esse in Ecclesia, & seruitio eius, n. 107. cum seq. Et an Canonicus coadiutor Dignitatis lucretur vestuarium in Ecclesiis, in quibus Canonici vestuarium lucrantur, seruiendo pluribus diebus, quam obtinentes Dignitatem, n. 114. cum seq. & quid è conuerso, n. 117.

Coadiutoria, an inducat incompatibilitatem, c. 5. à n. 122. p. 4. resoluitur negatiue, & an coadiutor possit cedere coadiutoriæ muso coadiuto, n. 124. & an eius confessio noceat coadiuto, vel è contra, nu. 126. Et quid si tempore datæ coadiutoriæ, coadiutus esset mortuus, an successio locum habeat, à n. 130. resoluitur quod non, contra Gonz. alez, limita tamen vt n. 133. & decis. Rotæ nu. 134. vsque ad 139.

Coadiutoriam impetranti, narranti ætatem & alia impedimenta coadiuti, non sufficit probare impedimentum ætatis tantum. ex Rota c. n. 2. 195. p. 6.

Collector Subcollectorem secundum deputando, primum reuocare videtur, c. 1. n. 366. p. 5.

Collegium Cardinalium sede vacante non potest beneficia conferre, c. 2. n. 6. p. 5.

Coadiutoriam habens ante Concilium Trid. cum futura successione in Ecclesia paterna, an possit succedente vacatione post Concilium succedere in tali beneficio vigore coadiutoriæ, c. 3. n. 81. cum seq. p. 7.

Collatio beneficii facta ordinato prima tonsura ab alieno Episcopo sine dimissoriis est nulla, c. 5. nu. 141. quia est suspensus maxime hodie ex Concilio Tridentino nu. 142. & reseruatio pensionis, n. 143. & resolutio Rotæ, num. 144.

Collationem beneficii habens acceptam tenetur recitare, licet nondum acceperit possessionem, nec per eum steterit. c. 1. n. 93. p. 3. & contraria sententia discutitur, n. 93. vsque ad 96.

Collatio quid sit, c. 1. n. 3. p. 4. & quid institutio quæ sub ea comprehenditur, n. 4.

Collatio est duplex, necessaria & voluntaria, & quæ vtraque sit c. 1. n 5. p. 4.

Collatio libera ad effectum alternatiuæ illa dicitur, quæ potest fieri à solo Episcopo, absque alterius dispositione tentatione, vel consilio aut alias, c. 1. n. 475. p. 5. vel quando collator tenetur conferre certo generi personarum, nu. 476.

Collatio beneficiorum Curatorum reseruatur Papæ per verba regulæ ibi, cum cura, c. 1. n. 508. p. 5. non tamen tollitur concursus, n. 509. & intellige de beneficiis perpetuis, non de manualibus, secularibus, siue regularibus, vt n. 510. & 511.

Collatio beneficii vacantis in mense alias Apostolico, sede Apostolica vacante, facta ab Episcopo ignorante vacationem dictæ sedis valet, c. 1. n. 772. p. 5. ad quod conducit resolutio Rotæ relata, n. 773.

Collatio vbi ad Episcopum, & Capitulum simul pertinet, Capitulum habet vnam vocem, & Episcopus solus aliam dimidiam, c. 4. n. 28. p. 5. & sic si se non concordauerint, sed in discordia contulerint, neutra collatio valet contra Hostien. cuius doctrina reprobatur communiter n. 29. quo casu si Papa prouidet, prouisus à Papa dicetur habere potius ius, & eius prouisio erit bona, n. 33.

Collatio præbendæ spectantis ad collationem Episcopi & Capituli, facta ab Episcopo valet, non contradicēte capitulo infra semestre, & è contra, quia potest fieri separatim. ea. 4. nu. 42. par. 5. & ponitur decisio Rotæ, nu. 43. & interim erit ius considerabile quæsitum prouiso, vt numer. 44.

Collatio vbi spectat ad Episcopum, & Capitulum, potest Episcopus conuocare Capitulum, & cogere id congregari, ad prouisionem faciendam, c. 4. n. 52. p. 5. quamuis alias non posset si de eius vtilitate tractaretur, vel suorum n. 53. & seq.

Collatio de iure in beneficiis minoribus Ecclesiarum inferiorum, pertinet ad Episcopum, etiam sine Consilio Capituli, saluo iure patronatus, c. 4. nu. 235. p. 5. etiam si sint Ecclesiæ Cathedralis, nu. 236. secundum Abbatem: quod non procedit in portionib. & aliis beneficiis participantibus de mensa, n. 237. Maiora autem beneficia Episcopus cū consilio Capituli cōferre debet, à n. 238. Ex generali tamen consuetudine Episcopi in nullis beneficiis extra Cathedralem sitis requirunt consilium Capituli, quæ consuetudo valet, vt n. 240.

Collatio beneficiorum facta per Episcopum putatiuum, qui gerit pro Episcopo & Prælato, sed ex aliquo defectu non est verè Prælatus, an valeat, c. 4. nu. 276. p. 5. resoluitur valere, l. Barbarius, nu. 277. limita vbi aliquis est intrusus in dignitate reseruata, n. 278. quamuis Egidius contra teneat, n. 279. & seq. Secundo limita nisi authoritas superioris deesset, & titulus ab eo collatus quauis inualidus ex aliquo defectu occulto, n. 281. quidquid Bart. & alij teneant communem errorem sufficere, cum possessione officij, nu. 282. & tex. in l. 1. C. de testam. interpretatur, nu. 283. & non cuiuslibet superioris authoritas requiritur, sed legitimi, n. 284. & traditur resolutio Rotæ, n. 285. Et quid si vitium seu defectus, non est in materia, id est, in persona electi sed in forma n. 286. cum seq. Declara tamen vt non procedat hæc limitatio, quando per decennium quis se gessit pro habili, vt n. 289.

Collatio quando est admixticulata cum aliquali probatione potestatis Vicarii valet, & valent etiam gesta per prouisum à Vicario, nam tūc tribuit titulum coloratum, c. 4. n. 309. p. 5.

Collatio facta à Prælato putatiuo, & alia gesta per eum non valent, in fauorem scientium impedimentum Prælati, c. 4. n. 310. p. 5 quamuis alii mero iure valere, sed esse retractandam defendant, n. 311. quod intellige, vt nu. 312. & seq.

Collationes, & electiones factæ à Prælato putatiuo iure priuato, & ratione priuati officii, non valent, c. 4. nu. 314. p. 5. cum seq. etiam stante extrauag. ad euitandam, n. 321.

Collatio facta ab excommunicato ratione publici officii non occulto, sed publico non tamen notorio, aut denuntiato, an sit valida, c. 4. à n. 322. p. 5. resoluitur non valere, à n. 324. cum seqq. & sic procedit decisio Rotæ relata, n. 326.

Collatio facta à Prælato qui commisit aliquod delictum, ob quod ipso iure, & facto sit priuatus Prælatura, puta haresim, an valeat, c. 4. à n. 328. p. 5. resoluitur valere quādiu priuatio est occulta, n. 329. & seqq. quamuis aliqui contra, n. 330. quod intellige etiam si Prælatus esset accusatus de dicto crimine, num. 333. non obstante doctrina Bart. cui respondetur, numer. 334 & etiam si esset condemnatus, & depositus per sententiam, si tamen ab ea appellauit, nam pendente appellatione fungi officio minime prohibetur, num. 338. Secus si non appellauit, quamuis sententia solum esset declaratoria criminis, n. 339.

Collatio præsentatio, vel electio ad eum pertinet qui est in quasi possessione conferendi, præsentandi, vel eligendi, quod sufficit. quia sunt fructus eorum, qui ad bonæ fidei possessorem pertinent, cap. 5. à n. 1. cum seqq. p. 5. et tam si in consequentiam, & non principaliter sit in possessione, vt n. 9. quamuis Sahagun contradicere videatur, num. 10.

Collationis pertinentia ad inferiorem Episcopo ad quem de iure non spectat, probatur per famam, & communem reputationem, cap. 5. num. 144. 5. part. quod intellige quando super ea directe non agitur, nec pronunciandum existit, & cum ordinarius non est in causa, vel prouisus ab eo alius à Papa, vel Legato, vt nn. 145. nam quod non sufficeret contra ordinarium voluit Rota, nu. 146. cum sequentib. Secundo intellige, vt num. 150. 151. & 152.

Collatio necessaria ea dicitur, quæ debetur certo generi personarum, seu certæ personæ. c. 7. n. 73. p. 5. & reprehenditur Corra. n. 74. & ideo quando Patronus præsentasset plures æque idoneos posset Capitulum sede vacante instituere quem maluerit, n. 75.

Collationem Parrochialium, etiam hodie necessariam non esse, (quia tota radicatur in voluntate Episcopi tenuis

tenuit Rota, cap. 7. n. 83. p. 5. quod fundamentum videtur magis iuridicum ex constitutione Pij V. n. 84.

Collatio parrochialis vacantis, sede Episcopali vacante, in mẽse Ordinarij de iure reseruatur successori Episcopo, & sic Dux Albanus virtute sui indulti, non potuit præsentare ad parrochialem vacantem, sede Episcopali vacante in mense septembri, ex Rota, ca. 7. n. 87. p. 5. hodiè tamen secus erit per rationem de qua n. 88. & amplia, vt n. 89. & 90.

Collatio beneficiorum, an sicut potest fieri extra diœcesim, possit etiam fieri institutio præsentati, seu cõfirmatio electi, c. 8. à nu. 138. p. 5. & resoluitur cum Lambertino, nu. 142.

Collatio beneficij facta à Vicario Episcopo reuocato per mortem Episcopi, stante eius ignorantia valet, c. 8. n. 175. part. 5.

Ex collatione facta ab Ordinario spreto patrono infra tempus præsentandi, interim videtur quæsitum ius considerabile prouiso, ita vt non valeat prouisio Papæ alteri postea facta, non facta mentione de illa, ca. 9. n. 242. part. 5. Quamuis contrarium teneat Rota, n. 243. cuius sententia procedit, vt n. 244. & in prouisione facta à Papa sine derogatione iuris Patronatus laicorum, vt n. 245. cum sequen. & in prouisione facta à Nuncio, vel Legato, n. 248 & in omni casu quo fieret deuolutio ad Episcopum, nu. 249. cum seq. & quando collatio est facta iure ordinario & originali, secus si iure deuoluto, nam tunc non teneret, ex quo deuolutio nondum erat facta, n. 252. & tandem si Ordinarius sciens beneficium esse iuris patronatus conferat, non autem si ignorauerit, n. 253. quæ declaratio nimis restringit, n. 254.

Collatio aut fit cum conditione, modo, seu pacto præstandi postea iuramentum, & tunc est simoniaca, & nulla, cap. 2. n. 39. p. 8. aut ante collationem exigitur dictum iuramentum, & tunc collatio non videtur simoniaca, nec exactio iuramenti illicita, n. 40. nisi forte ille à quo exigitur, habeat ius ad beneficium, n. 41. quod tamen non videtur militare in parochialib. quæ prouidetur in concursu, &c. n. 42. nec videtur istud iuramentum inualidum, contra Flam. Paris. n. 43.

Collatio beneficij facta imperito seu illiterato, an sit nulla ipso iure, c. 7. p. 7. à n. 12. resoluitur esse nullam, intelligendo non de his, qui non habent scientiam competẽtem requisitam, vt licite cõferatur beneficium, sed de penitus illiteratis, & imperitis, ita quod nesciant legere, & n. 20. adducuntur, & examinatur declarationes Gonzalez circa hoc.

Collatio beneficij facta infami seu criminoso, an sit nulla ipso iure, cap. 8. num. 38. part. 7. à num. 39. ponitur sententia tenentium esse nullam, quæ fundatur à numer. 43. contraria sententia ponitur num. 47. quæ fundatur à num. 48. eo præcipuè, quod non est text. qui conuincat nullitatem talis prouisionis, nã esto, crimen inducat priuationem beneficij, siue per sententiam, siue ipso iure, & ob id alia non debeat admitti, tamen non ideo prouisio est nulla, nam in priuatione ipso iure non veniunt beneficia postea acquisita. Et hæc sententia tenetur, omissa distinctione Nauarri, & Couarru. quæ iure non probatur, numer. 51. & procedit etiam in collatione facta à Papa etiam ad instantiam partis, à num. 53. & etiam in prouisione facta virtute literarum ad vacatura, à numer. 57. & à numer. 59. respondetur fundamentis contrariæ sententiæ.

Collationem beneficij faclam clericis concubinariis seu fornicarijs notoriis esse nullam, cap. 14. num. 7. part. 7. nam si sunt suspensi ab officio, & eorum officia audire est prohibitum, numer. 8. etiam in minoribus constituti, contra aliquos numer. 9. & 10. & numero 11. ponitur declaratio Sanctæ Congregationis, atque ideo si celebrant, sunt irregulares, nu. 13. & sunt etiam suspensi à beneficio, à num. 15.

Collatio beneficij sine diminutione fieri debet, c. 1. nu. 121. p. 8.

Collatio beneficiorum, quæ dignioribus sunt conferenda, quamuis debeat fieri instar distributiuæ iustitiæ, tamẽ ibi non est vere, & propriè distributiua iustitia etiam minus principaliter: nec eligens dignum omisso digniore peccat peccato acceptionis personarum propriè sumptæ cõtra iustitiam distributiuam, sed solum peccato iniustitiæ contra commutatiuam iustitiam, & fidelitatem ex officio debitam Ecclesiæ, cap. 16. num. 51. & 52. part. 7. Vnde si ex omissione dignioris sequerẽtur aliqua damna, vel interesse, teneretur ei ad restitutionem illorum, exemplo œconomi, num. 53. & 54. Quod non solum procedit in beneficiis, quæ sine edicto & oppositione prouidentur, sed etiam quæ prouidentur per edictum, & oppositionem, nu. 55. Nisi forte in edicto promitteretur collatio digniori, n. 56. quæ tamen non videtur promitti dicendo, quod seruabitur vnicuique sua iustitia, n. 57. quamuis opositores descripti, & concurrentes in tempore præstituto habeant ius ex iustitia commutatiua, vt vni ex illis prouideatur, alias teneretur collator ad restitutionem, nu. 58. & quomodo sit facienda ista restitutio, n. 59. & 60.

Collatio beneficiorum post resignationem, quæ in permutatione debet intervenire, requiritur, ca. 4. numer. 85. part. 11.

Collatio beneficij potest esse conditionalis, si conditio insit de iure, puta si vacat beneficium, sub qua ab ordinario, etiam ignorante mortem, seu vacationem, collatio fieri potest, c. 2. n. 4 p. 8. Et etiam electio, n. 5. & 6. quamuis in electione contrarium teneat glossa, & alij n. 7. Quorum opinio procedet in conditionib. de futuro, quamuis tacitè insint, n. 8. & in conditione de præterito, aut de præsenti, quæ tamen non inest, quæ vitiabit electionẽ, quamuis non collationem, quæ solum vitiabitur ex conditione suspensiua, num. 9.

Collatio beneficij facta electo in Episcopum ante confirmationem valebit, & vacabit post confirmationem, sicut alia obtenta: nec per illius assecutionem ius per electionem quæsitum perditur, caput 6. numero 47. parte 11.

Collatio beneficij requiritur quod purè fiat, non conditionaliter, nec alternatiue, c. 2. n. 1. p. 8 Nam caput 2. de electione in 6. habet locum in collatione, seu prouisione, num. 2.

Collatio clandestina, & secreta quamuis valeat, requiritur tamen ad eius probationem, vt fides de ea quoquomodo fieri possit per instrumenta, vel testes, quibus probatur collatio, cap. 4. num. 10. part. 8. Quæ iuxta stylum Palatij, & Curiæ Romanæ non probatur literis ordinarij, seu legati suo sigillo sigillatis contra impetrates, seu prouisos Apostolicos, & in eorum præiudicium ad euitandas fraudes, &c. etiam si essent nominati testes, si Secretarius non esset Notarius, vel si testes nõ essent subscripti, à n. 11. circa quod adducuntur variæ resolutiones, & decisiones Rotæ à numer. 14. quarum summa ponitur, num. 27.

Collatio copulatiue fieri non debet, ne duo in eodem beneficio intitulentur, aut beneficij diuisio fiat, c. 2. n. 49. part. 8.

Collatio excommunicato facta de iure est nulla, ca. 13. nu. 4. par. 7. Etiam si sit facta motu proprio, nu. 5. & ideo non præstat titulum coloratum, & sic possessio illius nõ est restituibilis cõstando ex actis, quod collatio fuit facta ex-

communicato, n. 6. licet secus ad effectum regulæ de triennali, n. 7.

Collatio facta à secundo collatore ante factam deuolutionem non valet, nec conualescit, etiamsi primus non conferat intra tempus, capite 3. numero 31. p. 10. Etiamsi collatio sit facta simpliciter, non dicendo iure deuoluto, quamuis secus sit in collatione facta ab ordinario de beneficio iuris patronatus, spreto patrono, numero 32.

Collatio facta Episcopo dignitatum vel beneficiorum, an valeat, resoluitur quod non, nisi fiat ex dispensatione Papæ, aut ex iusta & necessaria causa, c. 6. numero 44. p. 11 Episcopo tamen titulari, vel qui renuntiauit Episcopat. facta collatio præsertim de beneficiis simplicibus valebit contra Card. & Bursat. numero 45. & reseruatio pensionis facta mentione de Episcopatu, numero 46.

Collatio facta indigno cum non sit nulla, & ipse indignus non teneatur fructus restituere, sed illos faciat suos ratione tituli, videtur etiam conferentem non teneri illos restituere, sed solum ad damna inde secuta, cap. 7. n. 28. part. 7. Et prædicta sententia procedere posset, quando collatio esset nulla, & quando non esset titulus beneficij, sed merum salarium, &c. in quibus etiam ipse indignus teneretur restituere fructus, siue emolumenta officij, &c. n. 29. & 30.

Collatio facta non idoneo scientia, moribus, & ætate, seu facta indignis ex quatuor defectibus, de quibus in cap. cum in cunctis de electione an sit nulla, vide verbo, Abbat. doctrina.

Collatio non conualescit per sequentem absolutionem ca. 13. n. 8. p. 7. Et procedit etiam in collatione facta excommunicato occulto, & ignoranti, etiam probabiliter, & inuincibiliter se esse excommunicatum, nam adhuc collatio est nulla, n. 9.

Collat. non conualescit per sequent. absolutionem, etiam in foro conscientiæ, in quo beneficiũ excommunicati ab ipso retineri non potest, c. 13. numero 10. p. 7. Quæ doctrina, & ampliatio procedit, etiamsi excommunicatio sit iniusta, contra Suarez, numero 11. & 12. quamuis secus si excommunicatio sit nulla, numero 13.

Collatio non conualescit, etiam in electione, & præsentatione, seu nominatione, c. 13. n. 14. p. 7.

Collatio non conualescit per sequentem absolutionem in permutatione beneficiorum facta per excommunicatum, quæ non valet, c. 13. numero 15. & 16. p. 7. Sed quamuis non valeat quoad excommunicatum, tenet tamen quoad non excommunicatum compermutantem, numero 17. & non valet collatio facta excommunicato ex causa permutationis, quamuis tempore resignationis, & admissionis non esset excommunicatus, numero 18. è conuerso si tempore collationis non erat excommunicatus valebit collatio, & permutatio, quamuis tempore resignationis, & admissionis ordinarij esset excommunicatus, numero 19. quamuis si fieret coram Papa, seu legato resignatio, etiam ex causa permutationis in fauorem excommunicati, sine absolutione ad effectum, quæ dari solet, non valeret admissio in fauorem illius, numero 20.

Collatio non conualescit per sequentem absolutionem, nõ solum in quibusvis beneficiis Ecclesiasticis, sed etiam in quacumque dignitate, & officio Ecclesiastico, etiam temporali habente vsum iurisdictionis, seu ordinis, c. 13. numero 22. pa. 7. Nam horum est incapax excommunicatus, quia est incapax vsus iurisdictionis, & ordinis ad quem ordinatur numero 23. & idem est eadem ratione in dignitatib. seu officiis non Ecclesiasticis habentibus iurisdictionem, nam etiam horum collatio facta excommunicato, seu electio est nulla, contra Suarez, numero 24. & 25. licet secus vbi obueniunt successione, seu ratione bonorum, vel magistratus, numero 26.

Collatio non conualescit, etiam in excommunicato minori excommunicatione: nam collatio, electio, seu præsentatio illi facta est nulla, c. 13. n. 27. p. 7. Etiamsi electores, vel collatores cum excommunicatum probabiliter ignorarent, n. 28. quamuis alij aliter teneant à n. 29. vbi respondetur capitu. final. de clerico excommunicato, ib. scienter.

Collatio non conualescit per sequentem absolutionem, etiam in pensione, c. 13. n. 34 p. 7.

Collationem palam fieri, & non clandestine, an necessario requiratur cap. 4. p. 8. à n. 1. resoluitur, quod licet collatio facta clandestine, & secrete, suspicione non careat, non tamen est nulla, sed valet, nec ideo est irritanda: & etiam facta de nocte, licet speciale sit in electione, quod facta clandestine, & de nocte non valeat, in ea dumtaxat in qua seruanda est forma capitu. quia propter de electi. alias enim etiam facta occulte, & clandestine valet, sicut collatio.

Collatio parochialis non valeret sic facta, confero tibi si intra annum te feceris ad Sacerdotium promoueri, valeret tamen, si diceretur, dummodo infra annum te facias ad Sacerdotiũ promoueri, c. 2. n. 12. & 13. p. 8. adducitur resolutio Rotæ.

Collatio parochialis tenet ab ordinario facta habenti aliam sub conditione, si primam resignauerit, seu dimittat, secundum Abb. quia ista conditio tacite inerat de iure, c. 2 n. 22. p. 8. & n. 23. ponitur resolutio Rotæ, & secus esset, si conditio tacite non inesset, vt quia primum non erat vacaturum ipso iure, n. 24. quamuis pensio bene posset reseruari per Legatum vel Episcopum sub conditione, vt cum primum habuerit beneficium, censeatur cassa, n. 25.

Collatio præbendæ pœnitentiarij, ad quem pertinea, vbi præbenda est annexa dignitati, seu officio alicuius Ecclesiæ, vide verbo annexio.

Collatio recte conualescit per sequentem absolutionem in beneficij iam collati, vel sub sua expectatiua cadentis, acceptatione facta ab excommunicato, quæ valida est. ca. 13 num. 35. p. 7. & ratio est, quod acceptatio ius titulumque non tribuat, sed potius ad factum, quam ad ius pertineat, numero 36. Beneficium tamen acceptatum vigore expectatiuæ non potest ei conferri ante absolutionem, sed collatio suspendetur n. 37. Et respondetur difficultati, quam mouet Couarru. quod acceptatio beneficij iam collati, iuris in re acquisitionem inducere videtur, à n. 38. & iuxta dicta est accipiendus Caietanus numero 44.

Collatio recte conualescit in prouisione facta in fauorem excommunicati à Papa vel Legato, cum clausula absolutionis à censuris ad effectum gratiæ consequendum in literis Apostolicis apponi solita, c. 13. numero 59. & 60. p. 7. vbi referuntur agentes de ista clausula, quæ non prodest insordescentib. ne irregulari, numero 61.

Collatio recte conualescit, vt possit quis post absolutionem retineri beneficium, tempore excommunicationis collatum, si cum eo fuerit dispensatum, c. 13. numero 73. p. 7. quæ dispensatio ab Episcopo fieri potest, numero 74. & dispensatione facta non requiritur alia collatio, num. 75.

Collatio recte conualescit in possessione capta ab excommunicato, quæ valida est, caput. 13. numero 89. parte 7.

Collatio

Collatio requiritur quod non sit surreptitia, alias non tenet, ca.3.numero 1.p.8. nam surreptio vitiat gratiam ipso iure, quamuis rescripta iustitiæ non nisi ope exceptionis n.2.

Collatio si fiat excommunicato, qui eam acceptauit, ablata excommunicatione, non valebit, ca.13. n. 43.p.7.

Commenda est duplex altera temporalis, & altera perpetua, c.4.n.7.p.4.

Cõmendare non potest beneficium inferior Episcopo, contra Hoiedam, & Cucum, cap.4.num.8.cum seq.p.4. nisi habeat iurisdictionem quasi Episcopalem, numer.12. & 13.

Commendari per Ordinarios alia beneficia possunt, vltra sex menses, etiam ad vitam, c.4.n.16.p.4.quod intellige, vt n.17.& 18.vsque ad 23.

Commenda ob quid sit inuenta à Rom.Pontificib.traditur, c.4.n.24.& 25.p.4.

Commenda sola vim habet dispensationis, nec requiritur alia dispensatio, c.4.n.29.p.4.est enim collatio Papæ dispensatoria, n.30.& commenda perpetua, & vnio temporalis, sunt quædam pallatæ dispensationes, n.31. Et ibi an Monasteria, & Dignitates possint commendari minorib.15.ann.n.32.

Commenda non inducit incompatibilitatem sicut titulus, c.4.n.33.cum seq.p.4.amplia, vt n.36.cum seq.& 40.& 41.

Commenda ad vtilitatem personæ non est proprie & vere commenda, imo censetur titulus, c.4.n.43.pa.4.etiam si sit temporalis, numero 44. Et ideo de ea debet fieri mentio per impetrantem, numer. 45.& 46. & traditur differentia, inter perpetuam & temporalem, numero 47.

Commendatarij huiusmodi, habentur vt Titulares, & iura loquentia de Titularibus procedunt in eis, caput 4. numero 48.cum sequent par. 4. nec possunt remoueri magis quam Titulares, num.52.limita, vt num. 33. cum sequent.

Commenda causa custodiæ non impedit prouisionem beneficij, & sic ea durante currit tempus prouidendi, cap. 4.n.59. p.4. & de materia commendæ qui sint videndi, n.77.remissiue.

Commendatarij & alij Prælati inferiores habentes quasi Episcopalem iurisdictionem etiam exempti, & nullius diœcesis non possunt remittere denuntiationes ex declaratione Papæ, & S.Congreg. contra Nauar. c.8.à n. 56.p.5. Qua declaratione stãte in his locis recurritur ad Episcopum intra cuius fines est locus, vel ad viciniorem, n.59.& 60.

Commissio habens clausulam (sine retardatione, &c. arbitrio Rotæ) intelligitur prout de iure, ca.5. num.527. part.1.

Commissarius Cruciatæ non potest dispensare in irregularitate propter ordinum malam susceptionem cõtracta, c.5.n.59.p.2.

Commissio facta Vicario, an transeat ad successorem in Vicariatu, cap.2.à nu.28.part.6. resoluitur transire contra communem, n.34.cum seq. nisi sit facta cum qualitate, ex qua videatur habitus respectus ad personam, n.37.

Communis sententia, de qua cap.10.numero 8.part.11. non potest admitti, nisi forte ex vsu, & consuetudine, si illam recepit, nec tunc esset admittenda, vbi beneficium esset alteri collatum, nec vbi priuatio esset notoria, numero 35.

Computatio graduum quomodo sit facienda, an secundum canones, an secundum leges, c.15.p.7.à n.23. Resoluitur secundum leges.

Concessio breuium non est contraria decreto Concilij Trid. de prima instantia coram ordinariis tractanda, c. 3.n.6 7.& 8.p.6.

Concil. Basil. quo reseruationes abolẽtur fuit conciliabulum, c.1.n.188.cum seq.p.5.

Concilium generale, an possit beneficia conferre, & qui id tractent, c.2.n.1.p.5.

Concilium in quo Papa præsit potest beneficia conferre, c.2.nu.2.p.5. secus si sine Papa ratione schismatis, n.3. Author tamen id concilium non posse credit nisi Papa id specialiter permittat, n.4.& de Papæ & Concilij potestate, qui sunt videndi, n.5.

Concilium Prouinciale non potest conferre beneficia Prouinciæ, nec Diœcesanum, beneficia Diœcesis, nisi quatenus is ad cuius dispositionem spectant, id permitteret, ca.2.n.7.p.5.

Conc.Trid.decretum explicatur, c.5. n.219. cum seq. p.2.& an procedat in alienatione voluntaria, an vero in necessaria, n.222.& 223.cum seq.

Concilij Lateranensis vltimi constitutio sub Leone X. sess.9.§.statuimus.enucleatur, cap.1.numer.3. 4.5.& 6. part.3.

Conc.Trid.verba de ordinandorum natalib.& genere iuxta ius antiquum intelligenda sunt, & per ea Concilium voluit excludere illegitimos filios, aut nepotes hæreticorum, & seruos, ac neophytos, c.2.num. 2.p.7. Nam Concilium ibi non intendit corrigere, aut alterare iura antiqua circa qualitates promouendorum, n.3.& 4. adducitur declaratio S.Congreg.

Conc.Trid. hortatur, vt in prouinciis, vbi commode fieri potest, dignitates omnes, & saltim dimidia pars canonicatuum in Cathedralib. Collegiatis insignib. cõferantur tantum Magistris, vel Doctorib. aut Licentiatis in Theologia, vel iure Canonico, c.7. num. 44.p.7. Et cum Concilium hortetur, non autem præcipiat, id non est inducendum ex necessitate, nec per Concilium Prouinciale statui potest secundum S.Congregat. cuius declarationes ponuntur, num. 45. Et sic Decreta Concilij Prouincialis Toletani, & Compostellani, quib. id statuitur, non habent vim, nu. 46. nec istud Decretum Concil. Compostell. est confirmatum in confirmatione Pij V. numero 47. nec dicta Decreta videntur vsu recepta, numero 48.

Concilium Trid. sess.24.c.15.tit. singulis præbendis singula beneficia vniantur, intelligitur, ca.2.§.2. n.170.& 175.p.12.

Conc.Tr. sess.7.de reformatione, c.4. addit c.de multa, quod quamuis in terminis d. c. de multa contendens retinere primum beneficium, quod ipso iure vacauerit per adeptionem secundi, etiam secundo esset priuandus per sententiam, tamen ex Decreto Conc. ipso iure est priuatus etiam secundo, c.5.n.94.p.11.

Conc.Tr. sess.7.d.c.4.de reform. addit etiam, quod licet d.c.de multa, vt priuaretur secundo, requiritur monitio, vel quod retineret vsque ad litis contestationem, tamen cum Concilium dicat, retinere præsumpserit, non videtur necessaria iudicialis contentio, nec monitio. c.5. n.95.p.11. Nam illa verba solum denotant dolosam, seu malitiosam retentionem saltim ex lata culpa, n.96. quæ recte datur sine monitione, aut litis contestatione, &c.n. 97.& adducuntur declarationes Sanctæ Congregationis, n.98. sufficeretque ad pœnam Concilij retinere primum de facto cum secundo, licet fructus non reciperet, numero 99.

Concil.Trident.sess.24.cap.17. non videtur in Hispania vsu receptum, nam post illud sicut antea Ordinarij conferunt plura beneficia, etiam vltra duo vni, etiam quod vnum sit sufficiens & omnia simul retinent,

dummodo alias non sint incompatibilia, c.5. paragr.3.n. 23.pa.11. Et etiam in Curia idem fit: nam SS. Pontifices narranti plura obtenta solent alia concedere, nec apponitur Decretum de dimittendo obtenta, nisi sint incompatibilia, num.324. Nec potest dici Papam super illis tacite dispensare contra Ledesmam à numero 327. & solum id posset procedere vbi Papa illa simul conferret, numero 327. vbi ponitur declaratio S. Congregationis. Nec etiam dici potest, id in Papa procedere ex facultate sibi tradita ab ipso Concilio per Decretum vltimum sessionis 25. de reformatione, quia id intraret, si Concilium prohiberet collationem, sed non prohibet, nisi retentionem, numero 328.

Concil. Trident. sess. 24. de reform. ca. 6. dum concedit Episcopis facultatem absoluendi in foro conscientiæ ab hæresi occulta, qualiter debeat intelligi, & an requiratur Sacramentalis confessio, c.10.n.137. vsque ad num.140. part.11.

Conclauistæ conclauis Sixti V. sunt vere familiares Papæ, ex constitutione eius, qua in aliis non habebit locum, c.1.n.311. & 312.p.5.

Conclusio illa quod olim possessor, hodie possessor præsumitur de qua relati, n.75. qualiter intelligatur traditur, c.3.n.76.p.6.

Concordia & turnorum diuisio, non intelligitur mortuo, seu deficiente Episcopo, secus eo suspenso, aut excommunicato, c.1.n.237. cum seq.p.5.

In Concordia proprietas remanet indiuisa, & accrescit Capitulo vacante sede, caput.1. numero 239. parte 5. sed contrarium traditur, numero 241. & respondetur, n. 242.

Concordia Vgolini inter oppositiones Canonistarum, & Theologorum traditur, c.2.n.20.p.1. quam tenet Nauarr.n.22.

Concurrentibus ad beneficium, vno habente aliud, & alio non habente, non habens præferendus est habenti ex Rota, capit.9. numero 12. & numero 13. part.7. Ponitur eius decisio, & alias amplius fuit resolutum, quod non habens beneficium præferendus est habenti in concursu, quamuis habens sit magis sufficiens, & statutum dicat dandum esse magis sufficienti, & habiliori, numero 14. Sed ista decisio loquitur in beneficio simplici, & non in parochiali in quibus aliud dicendum est, numero 15.

Concursus an habeat locum in parochialibus litigiosis vacantib. non obstante lite, c.2.§.1. à n.169.p.9. Resolutur affirmatiue, ex S. Congreg. cuius declaratio ponitur, electo tamen & iudicato magis idoneo ab Episcopo non posset fieri interim collatio de parochiali litigiosa ab Episcopo seu alio inferiori, ad quem talis collatio spectaret, n. 172. Sed vel erit recurrendum ad Papam, vel expectandus finis litis, n.173. & talis electus si peterit, ad defensionem litis admitteretur, n.174.

Concursus an debeat fieri in beneficiis vacantib. per resignationem, c.2.§.1. à n.156.p.9. Resoluitur in resignatione simplici debere fieri, secus in resignatione in fauorem, in qua non requiritur examen per concursum, sed solum in forma dignum, & ponuntur declarationes S. Congregationis, & idem in beneficiis resignatis ex causa permutationis, vt non sit faciendum examen per concursum n.161.

Concursus an debeat fieri in Vicariis perpetuis parochialium vnitarum, sicut in parochialibus iuris patronatus Ecclesiastici, c.2.§.2. à numero 285. p.9. Resoluitur non debere fieri concursum, sed ad nominationem illorum, quorum dignitati, vel Ecclesiæ parochialis est vnita, deputandos vicarios cum examine & approbatione Ordinarij etiam sine examinatoribus Synodalibus, nec valere Decretum Concilij Toletani contrarium, nec suffragari possessionem contrariam, etiam in iudicio possessorio, & adducuntur declarationes S. Congreg. & alia.

Concursus an faciendus sit in dignitatib. habentib. curam animarum in Ecclesiis collegiatis, resoluitur quod non, c.2.§.1.n.195.p.9. vbi ponitur declaratio S. Congr. & n.seq.

Concursus an faciendus sit in beneficiis regularibus curatis, resoluitur negatiue, c.2.p.1.n.197.p.9. vbi ponitur declaratio S. Congr. & n.seq. resolutio Rotæ, quod videtur procedere, etiam si sint solita commendari secularibus, n.199.

Concursus an faciendus in prouisione dignitatum habentium vnitam parochialem, resoluitur negatiue, cum vnio perpetuo & accessorie facta est, c.2.§.1.n.192.p.9. & declarauit S. Congreg. in declaratione ib. posita, n.193. sed si esset vnita æque principaliter, faciendus esset concursus, n.194.

Concursus an possit fieri ab inferiorib. Episcopo habentib. ius conferendi, c.2.§.1. à n.121. p.9. Resolutur negatiue, & adducuntur declarationes S. Congregationis, & Decretum Concilij Prouincialis Mediolanens 5. & nu. 126. alleganturdecisiones Rotæ: per quod tamen non tollitur præuentio inferiori competens in collatione, numero 125.

Concursus debet fieri in beneficiis curatis, quæ dicuntur vicariæ, non tamen sunt vicariæ parochialium vnitarũ sed de per se, c.2.§.2.n.298.p.9. & n.seq. ponuntur resolutiones, Rotæ & idem est in vicariis erectis in Ecclesiis vnitis abdicando, & separando curam ab ipsis Ecclesiis, & transferendo eam in vicarias, huiusmodi enim vicariæ sunt beneficia vere curata de per se, numero 301. & 302. & numero sequenti adducitur declaratio San. Congrega.

Concursus & examen, an vbi non fuit factum legitime, iuxta formam Concilij gratia & prouisio Apostolica facta in fauorem illius qui præsentauit approbationem, & literas Ordinarij, quib. testatur concursum factum legitime, & ex approbatis illum elegisse, iuxta formam Concilij, sit valida, & bonain vero surreptitia, & nulla, c.2.§.2.n.360.pa.9. Et videtur dicẽdum non esse surreptitiam, sed validam: quia prouisus non narrat concursum legitime factum, sed solum præsentat literas Ord. id testantis, quib. Papa dans fidem, id ait sibi innotuisse, & sic non eget iustificatione, à n.361. Sed contrarium videtur verius, quia fundatur falsa causa & ex verbis Concilij, à n.365.

Concursu facto, an si desistat magis idoneus, ex reliquis oppositorib. sit eligendus magis idoneus: an vero sit faciẽdus alius concursus de nouo proposito nouo edicto, c.2.§. 1.n.221.p.9. Resolutur, quod si ante factam per Ordinarium electionem de magis idoneo, ille desistat, non est faciendus nouus concursus, sed ex reliquis eligendus est magis idoneus intra eundem terminum: si vero facta per Ordinarium electione de magis idoneo reperto, ille desistat, seu cedat, vel decedat, non poterit eligi alius ex oppositorib. eius dẽ concursus, sed faciendus erit nouus concursus, ad quem Ordinarius habebit nouum terminum à die desistentiæ, seu cessionis, vel mortis ei notæ, n.222. & 223. id tamẽ intelligitur, quando desistit, cedit aut decedit ante lapsum quadrimestre datum ad significandũ Papæ, alias enim infra quadrimestre, non facta significatione, ad Papam deuoluitur. n.224.

Concursus faciendus an sit in beneficiis, quorum cura per plures administratur, c.2.§.1. à n.175.p.9. Resoluitur esse faciendum ex Concilio, quamuis alias beneficia ista non di-

non dicantur curata, tamen ex authoritate Papæ, Sanct. Congregationis, non esse receptum Decretum Concilij de concursu, quoad ista beneficia, maxime in Eccles. collegiata.

Concursus videtur faciendus in prouisione beneficij simplicis alicuius Ecclesiæ parochialis habentis de per se administrationem curæ in aliquo loco d. parochialis, c. 2. §. 1. n. 191. p. 9.

Concursus prouisionis Ordinarij, vbi non datur, non est necesse fieri mentionem, de mense non placet, c. 1. num. 664. p. 5.

Concurrentibus ad beneficium, vno habente aliud, & alio non habente, non habens præferendus est habenti ex Rota, c. 9. n. 12. & n. 13 p. 7. ponitur eius decisio, & alias amplius fuit resolutum, quod non habens beneficium præferendus est habenti in concursu, quamuis habens sit magis sufficiens, & statutum dicat, dandum esse magis sufficienti, & habiliori, n. 14. Sed ista decisio loquitur in beneficio simplici, & non parochiali b. in quib. aliud dicendum est, n. 15.

Condemnatus, an possit priuari beneficiis, quando iudex in sententia condemnatoria aliquam pœnam imposuit, non faciendo mentionem de priuatione, c. 3 §. 1. à n. 107. p. 11. Resoluitur affirmatiue in condemnato pro delicto in ducente irregularitatem, licet secus in condemnato pro delicto, quod licet sit dignum priuatione, non tamen inducit irregularitatem.

Conferre beneficia illegitimis, non erat stylus tempore Sixti V. etiamsi alias fuissent dispensati, & sic ratione istius styli, tunc videbitur necessarium exprimere dispensationem super defectu natalium in impetratione, etiam quod esset executio dispensationis, c. 2. n. 76. p. 7. vt in decisione Rotæ posita, n. 77.

Conferri non possunt beneficia excommunicato, ca. 13. n. 3. p. 7.

Confessarius virtute Bullæ cruciatæ potest absoluere à censuris extra confessionem, & ibi ratio traditur, c. 5. n. 53. & 54. p. 2.

Confessores Ordinarij vt Parrochi possunt audire confessiones subditorum extra parochiam, & etiam delegati c. 8. n. 131. p. 5. Quod post Conc. Tr. intellige si delegati sint approbati in ea diœcesi, non vero in alia, vt nu. 132. contra aliquos, à n. 133.

Confidentia beneficialis, absque pacto, modo, seu conditione, nõ est simoniaca, prohibita, & punibilis per constitutionem Pij V. de confidentia, & Pij III. contra aliquos. absque pacto enim non inducitur simonia, c. 3. §. 2. numero 165. & 166. p. 11. & numero 169. & seq. adducuntur resolutiones Rotæ, & numero 169. decisio Rotæ.

Confidentiæ præsumptio intrat ex donatione omnium fructuum, aut partis, facta à resignatario resignanti, quoties fuit facta illico post resignationem, secus si postea aliquo tempore interiecto, vel ex aliqua causa, c. 3. §. 2. numero 198. p. 11. & ex ista prima coniectura non inducitur, nec concluditur vera confidentia, sed colligitur præsumptio, ex qua aliis concurrentib. vult Papa probationem resultare, & idem in secunda, tertia, & quarta coniectura, contra aliquos, à numero 198.

Confirmatio ex certa scientia, & cum causæ cognitione illa dicitur, in qua est insertus tenor rei confirmatæ, vel saltem narrata substantia, & est expedita præcedente solita discussione, c. 2. à numero 226. p. 3.

Confirmatio in qua adest clausula ex certa scientia, non tamen est insertus tenor, aut narrata substantia rei, an sit ex certa scientia an vero in forma communi, c. 2. numero 230. cum seq. p. 3.

Congregationes particulares commissariorum capiti aut occupari Beneficiatos in negotijs, & rebus Ecclesiæ dum diuina celebrantur, non licet fieri, cap. 2. n. 506. & seq. part. 3.

Coniugati qui ordinari prohibentur sunt incapaces beneficiorum, c. 5. n. 1. par. 7. adeo vt etiam beneficia ante matrimonium obtenta amittant, nu. 2. & procedit etiam in administratione Ecclesiastica, numero 3. nec ex dispositione Episcopi possunt habere beneficium etiam simplex, n. 4. & concordia Capræ bene impugnatur per Oiedam.

Consanguinei fundatoris, quando vocatur ad beneficium, seu capellaniam, an satis sit præsentare quemlibet consanguineum, an debeat præsentari proximior, cap. 15. à n. 16. part. 7. Resoluitur, quod debet præsentari proximior, & respondetur legi vnum ex familia. §. si de falcidia, an attendatur proximitas respectu fundatoris an respectu vltimi capellani, à n. 19. resoluitur respectu fundatoris.

Consanguinei fundatoris, seu qui sunt de parentela eius, genere, seu familia, quando vocantur ad capellaniam, an censeantur etiam vocati spurij, seu illegitimi, & descendentes ex illis, & videtur quod non: nam non dicuntur, nec sunt de familia, agnatione, domo, seu cassata, cap. 15. n. 16. part. 7. Neque etiam de parentela patris, n. 37. nec cum illis est cognatio, consanguinitas, aut coniunctio ex parte patris, n. 38. & ideo appellatione coniunctorum non veniunt, num. 39. Sed distinguitur, an sint apposita verba iuris, seu ciuiliter significantia, & tunc illi veniant, & comprehendantur, à numer. 40. & cum vocatur consanguineus proximior, præferuntur remotiori legitimo, numero 47. & idem in legato pio, numero 48.

Consanguineus ex linea masculina, an inæquali gradu sit præferendus, seu ex parte matris, c. 15. à n. 21. p. 7. resoluitur quod non.

Consanguinitas, seu parentela fundatoris in proposito quomodo sit probanda, c. 15. à n. 28. p. 7. Resoluitur probari per indicia & coniecturas, seu communem reputationem, & famam, nec requiri probationem per gradus distinctos, nisi agatur de probanda consanguinitate restricta ad certum gradum, seu intra certum gradum, aut detur concursus alterius, & adducuntur resolutiones, & decisio Rotæ.

Consensus capituli, an præsumatur ex diuturnitate temporis interuenisse, etiam in vnione non enunciatus, videbatur præsumi, si lapsum esset tempus longissimum triginta annorum, ex traditis per Felin. & alios citatos, aut etiam concurrente possessione, & obseruantia vnionis cum scientia & patientia aduersarij, si lapsum esset longum tempus decem annorum, ex traditis per Aymon. & alios citatos, c. 2. §. 2. nu. 178. p. 12. Sed resoluitur, ita demum ex diuturnitate temporis præsumi consensum capituli in vnione non enunciatum, seu solemnitatem alias in actu requisitam, si lapsum sit tempus triginta annorum cum possessione & obseruantia vnionis, seu actus per illud tempus, alias non n. 179. & seq. vbi adducuntur resolutiones Rotæ, & reprobatur doctrina Flores circa hoc, n. 186.

Consensus capit. non præsumitur, nisi expresse probetur, & asserenti incumbit onus eum probandi, vel nisi alias de eo appareat, c. 2. §. 2. n. 177. p. 12.

Consensus capituli non videtur requiri in vnione facienda seminario. sed eius loco requiritur, quod fiat cum consilio quatuor deputatorum ex Decreto Concilij, alias vnio non valet, c. 2. §. 2. n. 190. p. 12. vbi ponitur declaratio S. Congr. sed Episcopus non tenetur sequi eorum

CARD I A
de
Benef.
GVII
15

consilium ex eadem S. Congreg. n. 191. & adducitur resolutio Rotæ, n. 192.

Consensum capituli, prout dictum est, requiri in dismembratione, seu diminutione beneficij, sicut in vnione, ita demum procedit in dismembratione beneficiorum Ecclesiæ inferioris, si Episcopus sit author ipsius, c. 3. numero 11. p. 12. secus si Episcopus non sit author, sed rector: nam in alienatione qualis est dismembratio rei Ecclesiæ inferioris, quando Episcopus non est author, sed rector ipsius Ecclesiæ non habentis collegium, sufficit, quod rector alienet cum authoritate solius Episcopi, & si habet collegium requiritur etiam consensus collegij, numero 12.

Consensus contra patronum, aut inferiorem collatorem, non præsumetur eorum, etiamsi in vnione enuntietur ab Episcopo, c. 2. §. 2. n. 213. p. 12.

Consensus illorum, ad quos collatio, electio, seu præsentatio pertinent, requiritur in permutatione, quamuis Episcopus totum debeat expedire, c. 4. numero 72. p. 11.

Consensus omnium habentium eligere, præsentare, vel conferre, an requiratur, an vero sufficiat consensus maioris partis, remissiue, c. 4. n. 73. p. 11.

Constare sufficit de vnione, vt præsumantur omnia fuisse solemniter acta, & c. c. 2. §. 1. n. 144 p. 12.

Constitutio 9. Iulij III. non est in vsu in his Regnis, nec in Prouincia Mediolanen. c. 1. numero 101. cum seq. p. 2.

Constitutio Pij V. habet locum, tam in non professis, quam in nulliter professis, c. 5. n. 12. p. 2. & vide, num. 13. & 14.

Constitutio Pij V. super collatione parochialium, non habet locum, nisi in his diœcesibus, in quib. fuit coacta Synodus, & in eis iuxta formam Concilij deputati examinatores ex declaratione Gregorij XIII. & S. Congreg. ca. 2. n. 4 p. 9.

Constitutio Pij V. de confidentia intelligitur, c. 3. §. 2. n. 4. cum seq. par. 11. & num. 174. cum seqq. & num. 187. & 188.

Constitutionis Pij V. de confidentia litera in vers. quare nos, qualiter sit legenda, c. 3. §. 2. à n. 192. p. 11. reliqua de confidentia apud quos videnda.

Constitutio Pij V. 58. versiculo caueat intelligitur, c. 3. §. 2. à n. 202. cum sequent. p. 11. ex quo versiculo apparet non posse coram ordinarijs renuntiari beneficia designando quouis modo successorem, aut ea intentione, vt alteri conferantur etiam libere, d. n. 202. nec potest procedere decisio Cassadori, n. 203. & conuincitur interpretatio Flam. Paris. quod intelligatur de intentione tacite, vel expresse in conuentionem deducta, n. 204. & interpretatio Ioannis Gutierrez quod procedat in foro exteriori, secus in interiori, n. 205.

Constitutio Pij V. supradicta v. caueant, non obstante an posset resignari beneficium coram ordinario cum intentione mutua, vt libere vniatur alicui certo loco, seu beneficio, vel designando locum, cui vnirj desideratur, absque vllo tamen pacto, modo, vel conditione, c. 3. §. 2. à numer. 210. pa. 11. resoluitur negatiue.

Const. Pij V. 58. quæ præscribit casus, in quib. ordinarij possunt admittere resignationes, c. 3. §. 3. n. 299. p. 11.

Constitutio Pij V. 58. non videtur bene seruari in Hispania in qua prætenditur eam non esse receptam, sed ab ea supplicatur, c. 3. §. 3. nu. 270. p. 11. circa quod ponitur resolutio Rotæ, n. 271.

Constitutio Pontif. Gregorij XIII. de resignationibus solum loquitur de resignationibus, etiam causa permutationis, & cessionibus, & sic non procedit in coadiutoria etiam de consensu cum futura successione: nam licet videatur habere naturam resignationis, non est vera resignatio, c. 3. §. 4. n. 275. p. 11.

Constitutio supradicta Gregorij XIII. habet etiam locum in resignationibus nullis, seu inualidis, c. 3. §. 4. n. 276. p. 11. Sed non intrat vacato ex dicta constitutione ob non publicationem, quando ireſignatio alias est nulla ex defectu consensus: nam tunc vere non est resignatio, & sic quamuis tempus publicandi currat à data gratiæ, intelligitur modo sit præstitus, & extensus consensus, num. 277. & adducitur resolutio Rotæ, n. 278.

Constitutio supradicta Gregorij XIII. capit resignationem factam in manibus ordinarij, c. 3. §. 4. n. 282. pa. 11. etiam quod ordinarius de beneficio resignato non disposuit, numero 283. vbi ponitur resolutio Rotæ in vna Mediolanensi, in qua habetur, quod licet in vnione non sit necessaria publicatio, id procedit data validitate vnionis, secus vbi beneficium resignatum vnitur nulliter, quamuis in eadem, & antea in alia Mediolanensi relata fuisset contrarium decisum, numero 284. sed verius necessariam esse publicationem, quando vnio est inualida, & intrat d. constitutio Gregorij XIII. numero 285.

Constitutio supradicta Gregorij XIII. non videtur vna recepta in his partib. quoad resignationes, & permutationes coram ordinario factas, cap. 3. paragr. 4 numero 289. part. 11.

Constitutio supradicta Gregorij XIII. vult resignationes etiã nullas, & inualidas publicari, & ex eis apprehendi, seu peti possessionem, &c. ca. 3. para. 4. num. 323. part. 11.

Constitutio supradicta, an obstet resignatario, quod non vult capere beneficium ex resignatione, sed ex alia vacatione propter clausulas generales, ca. 3. paragr. 4. n. 331. part. 11. Et non obstare fuit per Rotam resolutum in decisione adducta, numero 332. sed ista decisio non placet ex versiculo, quod si quicquam d. constitutionis, numero 333.

Constitutio supradicta non habet locum in beneficijs vacantibus per adeptionem aliorum iuxta Decretum apponi solitum de dimittendo libere in manibus Sanctissimi intra duos menses, ex Rota, cap. 3. §. 4. numero 334. p. 11. & alia decisio quæ contrarium videbatur decidere, loquitur in resignatione facta ad fauorem, licet de vacante per adeptionem secundi, iuxta Decretum, numero 335. ratio assignatur ibi, numero 336. quamuis respectu resignationum coram ordinario loquatur de resignationib. libere, & simpliciter factis etiam coram ordinario, qui non prouidit intra mensem, ita vt collatio sit deuoluta ad Sedem Apostolicam, &c. numero 337.

Constitutio 70. in ordine Pij V. cum de exercentibus sodomiæ crimen loquatur, non habebit locum in eo qui semel aut iterum illud perpetrauerit, sed in eis, qui quasi ex vsu continuato id exercent, cap. 10. paragra. 2. numero 198 part. 11. licet contra teneant Salcedo, & alij ex alia constitutione anteriori eiusdem Pij V. numero 199. Cui respondetur, quod licet pœna istius primæ constitutionis comprehendat perpetrantes: pœna tamen secundæ, quæ sunt grauiores, comprehendunt tantum exercentes, sicut etiam secunda non habet locum in laicis, vt prima, quæ responsio est melior alijs adducta per Manuelem Rodriguez, & Ledesman, quod secunda declarat primam, à numero 200. nec comprehendit exercentes pollutionem extraordinariam, seu extra vas, sed solum exercentes copulam sodomiticam n. 203.

Constitutio supradicta Pij V. 70. an comprehendat exercen-

exercentes bestialitatem, cap. 10. paragr. 2. à numero 204. part. 11. resolvitur negative contra Manuelem Roarig. & Ledesmam, saltim quoad pœnas ipso iure impositas, nam licet bestialitas sit crimen grauissimum, & contra naturam, & grauius sodomia, non tamen est sodomia, sed distincta species, & in pœnalibus non sit extensio, etiam ex identitate, & maioritate rationis, &c. procedit tamen in cognoscente fœminam præpostere, nu. 207.

Constitutio Sixti V. de habitu, & tonsura in his partibus cœpit ligare post lapsum octo mensium à die publicationis Romæ factæ, & ex tunc ad huiusmodi priuationem incurrendam non requiritur lapsus alicuius certi temporis, sed eo ipso quod in publico quis non gestat habitum clericalem supradictum, id est tonsuram, & vestes talares, incurrit huiusmodi priuationem, cap. 1. nu. 19. & 20. part. 7.

Constitutio supradicta Sixti V. de habitu, & tonsura forsan non est usu recepta saltim quoad hoc, vt non deferentes prædictum habitum clericalem, maxime tonsuram, sunt ipso facto priuati beneficiis & quod collatio illis facta sit nulla, c. 1. n. 24. p. 7.

Consuetudo quæ vni detrahit, & alteri adquirit non est proprie consuetudo, sed large, & abusiue, & potius dicitur præscriptio, ca. 4. n. 73 p. 5. & quando proprie dicatur consuetudo, n. 74.

Consuetudo, seu præscriptio hac qualis esse debeat, an quadragenaria, an immemorialis, vel quadragenaria cũ titulo, c. 4. à n. 75. p. 5. resolvitur sufficere quadragenariam sine titulo, & traduntur variæ opiniones pro & contra, à n. 80. vsque ad n. 88. & reprobatur quædam decisio, n. 89.

Consuetudo generalis Prouinciæ, quod Capitulum eligat excluso Episcopo, non extenderetur ad loca particularia, seu Ecclesiarum in quibus non esset talis consuetudo, cap. 4. num. 92. part. 5. sed contrarium traditur, num. 93. & explicantur decisiones Rotæ, à numero 96. cum sequent.

Consuetudo optima est legum interpres, cap. 5. nu. 86. part. 1.

Consuetudo contra libertatem Ecclesiasticam, non valet, nec ante legem recompilationis, cap. 3. nu. 7. 8. 9. & 10. part. 2.

Consuetudo immemorialis nunquam ce[illegible]r sublata, nisi expressa mentio de ea fiat, nec comprehenditur in reuocatione consuetudinis, etiam cum dicto vniuersali, cap. 2. numero 190. part. 3. & ibi limitat[illegible] traditur.

Consuetudini immemoriali est derogatum, per clausulam derogatoriam consuetudinum etiam iuramento, Apostolica confirmatione, vel alia quauis firmitate roboratum, c. 2. n. 191. p. 3.

Consuetudo vigens in Ecclesiis, (vbi matutini dicuntur media nocte) non interessendi illis, videtur excusare, c. 2. n. 326. p. 3.

Consuetudo quod Archidiaconus visitans percipiat distributiones valida est, c. 2. n. 333. p. 3.

Consuetudo contra legem in Concilio generali editam, num valeat traditur, cap. 5. numer. 50. 51. & 52. parte 4.

Consuetudo quod Prælatus non administret ante installationem, seu inductionem in possessionem seruanda est, cap. 4. nu. 257. part. 5. & ea consuetudo non solum in Hispania sed & in aliis partib. procedit, num. 258. & sequentib. Vnde in causa Burgen. fuit denegata remissoria, ad probandam consuetudinem contrariam, à numero 261.

Consuetudo immemorialis iuris patronatus probatur ex scripturis, per præsentationes effectuatas spatio centũ ann. sicut per præsentationes continuatas tempore probatas spatio sexaginta annorum, c. 9. à n. 107. p. 5. quamuis alias verius sit immemorialem non probari per instrumenta à n. 111.

Consuetudine aut priuilegio non stante quod prouidendus de beneficio sit naturalis aut oriundus Regni, bene potest conferri beneficium clerico alias idoneo, vndecunque sit, c. 19. n. 4. part. 7. Sed qui ex loco seu Diœcesi beneficij debet, si est idoneus, aliis extraneis præferri, n. 5. sicut etiam alteri præferendus est qui est ex gremio Ecclesiæ, n. 6. Sed id intelligitur de honestate tantum, n. 7. nisi simus inter duos præsentatos aut alias habentes ius ad beneficium, tunc enim cæteris paribus præferendus esset de iure naturalis, & qui est de gremio Ecclesiæ extraneo, n. 8. Et ita consuetudo interpretata est aut recepta, num. 10.

Consuetudini tenendi dignitatem cum Canonicatu vel portione in eadem Ecclesia, sicut non est derogatu[illegible] per Concilium, an ita etiam non sit derogatum consuetudini tenendi duo alia beneficia difformia, & videbatur similiter dicendum, non esse illi derogatum, c. 5. §. 2. n. 255. p. 11. Sed contrarium censuit S. Congregatio, & ponitur ratio differentiæ, n. 256. sed vbi Concilium non sit, quo ad hoc receptum, videtur posse adhuc seruari dicta consuetudo, quæ tamen non videtur certo stare in Episcopatu Abulens. n. 257.

Consuetudo decennalis vbi non est contra ius sufficit, c. 4. n. 12. p. 9.

Consuetudo & constitutio cuiusdam Ecclesiæ, quæ habet nouiter receptos, soluere certam quantitatem mensæ Capitulari, & certam fabricæ, & certum quid Capellanis & pueris chori, est iniqua, & simoniaca, nec potest tolerari quo ad quod soluitur mensæ & etiam Capellanis & pueris, c. 1. n. 91. p. 8. quamuis alias quod erogatur in sumptus ministrorum Dei pium reputetur, n. 92. vbi quid in pios vsus conuerti intelligatur.

Consuetudo exequendi sententiam & mittendi in possessionem Capellaniæ seu beneficij eum in cuius fauorem lata est, si re vera staret, & de ea constaret, cessaret attẽtata, c. 3. n. 26. p. 9. & idem esset stante statuto seu constitutione Synodali id statuente, seu prohibente appellationem respectu effectus suspensiui, n. 30. vbi ponitur decisio Rotæ, & declaratur n. seq. & prædicta resolutio procedit etiam, quando plures sunt præsentati ab vno patrono vel æquali patronorum suffragio, nam cum tunc Episcopus teneatur digniorem instituere, dignior prætermissus poterit ab eo appellare, num. 32. quamuis contrarium teneant aliqui, numero 33. & quamuis à gratificatione Episcopi quando sunt æque digni non detur appellatio, numero 34.

Consuetudo quod possit in eadem Ecclesia teneri dignitas cum Canonicatu, & procedit in beneficiis diformibus sub eodem tecto, non habet locum in Canonico pœnitentiario, vt in declaratione S. Congregationis posita, c. 5. §. 2. numero 249. p. 11. habet enim officium pœnitentiary, & insuper Canonicatum tali officio annexum, numero 250. nec refert quod officium pœnitentiary de perse non habet fructus, quia sufficit quod eos habeat ratione adiuncti Canonicatus, numero 251. aliquando tamen ex gratia & dispensatione Apostolica obtinet simul dignitatem, numero 252. & ista ratio considerata in pœnitentiario, non militat in Canonico lecturæ, nec in Canonico doctorali, aut magistrali in quibus solum consideratur Canonicatus & præbenda cum tali onere, &c. numero 253.

Consuetudo vel statutum quod quis possit esse triplex in eadem Ecclesia absque Papæ dispensatione non valet

GARCIA de Benef.

GVII 15

contra Botteum, c. 5. §. 2. p. 11. à numer. 238. & reprobatur consilium Nauarri docentis, posse teneri duas Capellanias cum dignitate in eadem Ecclesia ex consuetudine, si dignitas non est sufficiens, numero 240. & alia doctrina Zerolæ, n. 241. nec poterit Nuntius seu legatus in hoc dispensare, nisi haberet specialem facultatem, numero 242.

Contractus minus solemnis seu actus nullus de iure positiuo an sit nullus in foro conscientiæ, an validus, licet sint variæ Doctorum sententiæ: prima quæ ait esse validum, secunda quæ ait esse nullum, & tertia media, verissima est secunda sententia, & reliquæ improbabiles vt bene ostenditur, c. 1. numero 4. p. 9. & licet olim prima sententia fuerit communis, iam tamen communiter reiicitur & secunda est magis communiter recepta, præsertim per Iuristas, numero 13. quibus in hoc de intentione legum etiam pro foro conscientiæ magis deferendum est quam puris Theologis, numero 14. quidquid esset de aliis actibus seu contractib. minus solemnibus: in proposito tamen de electionibus seu prouisionibus beneficiorum tenenda est dicta secunda sententia, numero 15.

Contributio subsidij, & excusati per Pensionarium fieri debet habita ratione veri valoris beneficij, & quantitatis quam titulans soluit, cap. 5. num. 176. part. 1. & n. 177.

Conuentio de pensione reseruanda initium habere debet à superioris authoritate, non vero à partibus, nec arbitris compromissariis, c. 5. n. 342. p. 1.

Conuersi Monasteriorum sunt personæ Ecclesiæ, & gaudent priuilegio Canonis, & tamen dicuntur laici. c. 4. n. 11. p. 1.

Copulam habere penetrando vas etiam sine seminatione intra ipsum vas, an sufficiat ad effectum causandi impedimentum incestus, cap. 3. nume. 98. cum sequentibus. part. 8.

Copula si sit habita post dispensationem perfectam & factam ab Ordinario, vel post dispensationem impetratam in forma gratiosa, non commissaria dispensatio & matrimonium secuta, sunt valida, c. 3. n. 73. p. 8. nec obstat copula superueniens, nam cum impetrati iam sint dispensati & habilitati ad matrimonium, & esto esset incestus, non dirimeret matrimonium, n. 74. & facit quod copula cum affine in tertio vel quarto gradu ex actu fornicario non est hodie incestuosa ex quo possunt matrimonium cõtrahere, n. 75. & 76. ponitur declaratio S. Congreg. quæ facit etiam.

Corpore qui deformati insigniter sunt ita vt sine notabili horrore aut scandalo ministri Ecclesiastici esse non possint, aut sibi abscinderunt membrum aut partem membri, promoueri non possunt, non solum ad sacros Ordines, & beneficia quæ sacrum ordinem requirunt: sed nec ad minores Ordines & primam tonsuram, & consequenter nec ad vllum beneficium, c. 12. numero 3. p. 7. Nam isti simpliciter & absolute sunt irregulares, numero 4.

Corpore vitiatos oportet ad beneficia non esse promouẽdos, nam ij sunt irregulares, c. 1. n. 1. p. 7. de qua irregularitate seu inhabilitate ex vitio seu defectu corporali qui sunt videndi, n. 2.

Creditor cui fuit pignori data vniuersitas in qua est ius patronatus, non præsentat, nec in eum transit ius præsentandi, c. 5. n. 10. & 11. p. 5. & an procedat in terminis c. salubriter, n. 12. & 13.

Crimen confidentiæ simoniacæ mentalis etiam vnius tantum partis intentione & conscientia commissum voluit Pius V. prohibere & punire, saltim in quatuor casib: c. 3. §. 2. numero 187. & 188. p. 12. in quib. casib. vs simonia mentalis subiecta erit obligationi restitutionis, & censuris, & pœnis ex constitutione Pij V. licet alias simonia mentalis nullo modo obliget ad restitutionem, nec subiaceat censuris ex c. fi. de simonia, ex quo tantum colligitur quod de facto non punitur, non tamen quod Ecclesia non possit illam punire, n. 189. sicut etiam constitutio Gregorij XIII. de datis & promissis pro gratia vel iustitia obtinenda & eius pœnæ locum habent etiam in simonia mentali, n. 190. & est in simili constitutio 33. Paul. Quart. quæ declaratur, n. 191.

Crimen notorium etiam enorme non inducere irregularitatem ratione infamiæ, ca. 3. §. 1. numero 118. p. 11. & istam sententiam videri magis conformem praxi & consuetudini, & ideo tenendam contra communem, num. 119.

Crimen nullum occultum quantumlibet graue & enorme inducit irregularitatem, nisi illud de quo iure specialiter statuitur, c. 8. n. 68. p. 7.

Crimen qui commisit propter quod incurrit pœnam priuationis beneficij, an ipso iure amittat statim titulum ita vt teneatur in conscientia illud dimittere etiam ante sententiam declaratoriam, c. 10. num. 7. pa. 11. & partem negatiuã tenẽt relati, n. 8 pro qua facit quod de lege pœnali imponente pœnam ipso iure seu ipso facto vltra eos tradunt d. communiter contra Abb. Fel. Castrum & alios quod non obligat in conscientia ad pœnam ante sententiam, quando requirit aliquam actionem seu executionem positiuam, seu imponitur in re iam quæsita, & c. n. 9. adeo vt committens delictum propter quod ipso iure priuatur bonis, non amittat dominium eorum ante sententiam secundum aliquos, n. 10. quamuis contrarium alij teneant, n. 11. quæ sententiæ concordantur, n. 12. id in beneficiis intelligendum est, quando non subiungitur aliud verbum vnde conster, mentem Papæ esse, vt amittantur nulla expectata sententia secundum Molin. & alios, numero 13.

Crimina depositione digna si sunt notoria irregularitatem inducere & crimen notorium dici de quo lata est sententia, quæ transit in iudicatum, & sic omnem criminosum condemnatum de crimine priuatione digno posse etiam postea priuari beneficiis tanquam irregulares ex crimine notorio per sententiam, c. 3. §. 1. à numero 110. p. 11. sed verius est indistincte non esse irregularem notorium peccatorem & explicatur, c. fin. de tempor. ordinat. quo fundatur communis, à numero 113.

Crimina quæ priuationem inducant, c. 10. n. 38. cum seq. p. 11.

Cubicularij qui dicantur ad effectum regulæ reseruatoriæ 6. traditur, c. 1. numero 398. p. 5. & non intelligo de cubicularijs, seu camerariis secretis, vt numero 398.

Cuchi sententia dicentis, quod illæ conditiones electionem non vitiabunt, videlic. eligo si iuramentum solitum præstiterit, vel si prius beneficium dimiserit, vel in Ecclesia recesserit, modo exprimantur sicuti insunt actu, improbatur, c. 2. n. 10. p. 8.

Cura animarum dupliciter sumitur, cap. 6. numer. 6. part. 1.

Cura animarum si pertineret ad vnum Canonicum ratione sui Canonicatus, cui est annexa, in prouisione talis Canonicatus esset faciendus concursus, c. 2. §. 1. n. 189. p. 9. vbi ponitur declaratio S. Congreg.

Cura animarum si toti Capitulo incumbens transferretur in certam dignitatem seu Canonicum Ecclesiæ, prout fieri potest per Episcopũ de consensu Capituli ex facta Congre-

Congregatione, in prouisione talis dignitatis seu Canonicatus esset faciendus concursus, cap. 2. paragr. 1. nu. 190. part. 9.

Curatus an possit abesse per duos menses absque licentia Ordinarij ex causa, quæ sibi iusta videatur, c. 2. n. 9. p. 3. cum seq.

Curatum habens an possit admitti ad concursum alterius, vide verbo, admitti an possint.

Curia Romana quomodo accipiatur, nam aliqui dicunt ibi adesse curiam vbi est Papa, caput. 1. nume. 387. part. 5. alij vero aliter dicunt, vt numero 388. 389. & 390.

Curia Romana tunc dicitur transferri cum Papa vadit cum Cancellaria, & tribunalib. suis, seu quando Cancellaria & alia tribunalia mutantur, c. 1. n. 391. part. 5. nam quando Papa tantum alio vadit, non dicitur transferri, sed Papam ire, numer. 392. vt in Curia Regia, num. 393.

Curia licet ad effectum recusationis accipitur pro loco vbi est causarum audientia, & literarum Apostolicarũ, tamen contrarium declarauit Paulus III. c. 1. nu. 394. & 395. part. 5. & quoad reseruationem, tam vacantia in loco Cancellariæ quam vbi est Papa beneficia comprehenduntur, numero 395. & declarauit idem Paulus, numer. 396.

D

Dari aliquid non potest expensarum ratione vt à lite beneficij discedatur, c. 5. n. 350. p. 1. etiam si fiat authoritate superioris, si præcedat pactio inter partes, n. 351. & decis. Rot. 353.

Dataria hodie vult exprimi Ordinem sacrum annexum in supplicationibus de Canonicatibus ac portionib. Ecclesiarum Cathedralium, & in supplicatione ponitur clausula: (Etiam si Sacerdotalis,) quæ antea solebat concedi, cassatur, vnde cum iam ista qualitas sit à facto considerata, videtur in istis gratijs necessario faciendæ mentio de Ordine sacro annexo, nisi esset Subdiaconatus, quem ad minus debent habere annexum de iure Concilij, c. 1. numero 52. & 53. p. 7. sed nihilominus existimat author, id non esse necessarium à numero 54.

Decanus seu Archidiaconus ad quem spectat conuocare Capitulum, proponere & resoluere, id potest facere, licet non sit in sacris constitutus, caput 4. numer. 26. parte 6.

Decanus in Ecclesijs in quib. potest constituere vicedecanum, poterit constituere illum qui non sit in sacris ad conuocandum, præsidendum, & resoluend. ca. 4. n. 27. p. 3. limita, vt n. 28. & 29.

Decisio Putei & Achilis citata, n. 139. loquuntur ad effectum spolij, c. 1. n. 150. p. 2.

Decisio Crescen. 7. de iure patronatus explicatur, c. 3. n. 72. cum seq. p. 4.

Decisio Cap. Si tibi de præbendis in 6. non videtur procedere, quando maior pars fructuum secundi beneficij, aut etiam omnes sunt alteri reseruati, si non est etiam reseruata tota administratio, c. 5 §. 1. n. 133. & seqq. p. 11. vbi adducitur declaratio S. Congregat. & d. c. si tibi concesso, accipitur quando ad certum tempus alter fructus percipit, aut quando beneficium est de vento quod nondum habet fructus, licet succedente vacatione alterius eos sit habiturum, n. 135. & adducitur decisio Rotæ, num. sequent.

Decisio Cap. Si tibi concesso supradicti non procedit vbi solutio fructuum differtur post mortem, quia quod differtur non aufertur, ca. 5. §. 1. n. 137. p. 11. ex qua ratione huiusmodi statuta seu consuetudines Ecclesiarum non comprehenduntur decreto Concilij sessio. 24. de reformatione c. 14. nec Bulla Pij V. ex S. Congregat. n. 138. vbi ponuntur declarationes, & num. 139. vbi refertur, ita fuisse declaratum in causa Ciuitatensi, & ita fuit per Rotam resolutum in decisione posita, numer. 140. quamuis contrarium tenuerit Palac. & alias Rota in decisione posita, nume. 141. & in resolutione adducta, numer. 142. & procedit etiam si illi fructus non dentur renuntianti aut permutanti, aut qui non sepelitur in ipsa Ecclesia, numero 143.

Decisio Cap. Si tibi concesso supradicti an procedat in Ecclesijs in quib. ex earum statutis & consuetudinib. noui beneficiati non percipiunt fructus primi anni, nec reseruantur eis post mortem, c. 5. §. 1. & à n. 144. p. 11. resolvitur, quod si illi fructus applicantur Fabricæ, aut aliis pijs vsib. habebit locum decisio dicti c. si tibi concesso, nam illa non reuocantur per Concilium & constitutionem Pij V. nisi pro dimidia, quando vltra semestre reperiuntur concessi: si vero fructus cedunt antiquis, non habebit locum dicta ca. si tibi concesso, cum cessent tam dicta statuta & consuetudines etiam immemoriales stante Concilio & constitutione Papæ Pij V. quib. reuocantur etiam si iuramento, & confirmatione Apostolica, etiam ex certa scientia munita sint, & quamuis ante Concilium videbatur habere locum, quia tunc tolerabantur talia statuta & consuetudines saltim ab immemoriali tempore obseruata.

Decisio Cap. Si tibi concesso, supra citati an procedat hodie in Ecclesijs in quibus non est receptum dictum decretum Concilij & constitutio Pij V. sed adhuc seruantur prædicta statuta & consuetudines, cap. 5. §. 1. numero 149. p. 11. pro parte affirmatiua adducitur regula, quod lex etiam Canonica non recepta, non obligat quamuis primi non recipientes peccauerint, numero 150. & ratio ponitur, numero 151. & procedit etiam, si lex habeat decretum irritans, n. 152. & etiam si deroget consuetudini, n. 153. & etiam si non sit recepta per ignorantiam, n. 154. & quando dicatur lex non recepta, & an requiratur decennium, n. 155. & 156. nec obest, quod Concilium est in Hispania receptum, nam receptio ista est in genere & verbalis, cui non receptio in specie & re derogat, numero 158. nec refert, quod sit non receptio vnius Ecclesiæ seu Capituli, nam Capitulum in proposito non consideratur vti persona particularis, sed vti vniuersitas, à numero 159.

Decisio c. 2. quæst. 367. 2. p. videtur iam cessare, Episcopum non posse examini denuo subiicere pro beneficio simplici præsentatum à clericis, quem iam examinauerat quando illum promouit ad sacros Ordines, c. 3. n. 16. p. 9. & n. 17. adducitur quædam declaratio S. Congregat. quæ tamen decisio posset hodie procedere in præsentatis à patronis laicis, quando institutio ad Episcopum pertinet, & etiam in præsentatis ab Ecclesiasticis quo ad literaturam, n. 18. & supradicta doctrina confirmatur & declaratur ex declarationibus S. Congregationis positis, n. 19.

Decisio Conetens. Parrochialis declaratur, ca. 1. n. 52. & seq. p. 11.

Decisio etiam non placet, quod stante fundatione Capellaniæ quod eligatur vnus presbyter, qui pro ipsius anima Missam celebret & quod patroni possint eligere vnũ presbyterum siue capellanum, &c. Non sit sacerdotalis, quia testator alternatiue locutus est de presbytero seu capellano, sed dictio, siue, stat expositiue, c. 1. n. 71. & 72.

Decisio 1045. lib. 3. part. 3. diuersorum non videtur vera, ca. 1. n. 50. p. 11. Nec decisio Suppracien. Canon. p. 7. relata, n. 51.

Decisio penultima de iure patronatus in nouis non procedit contra ipsum patronum negantem se præsentasse, & reclamantē saltim infra tempus datum ad præsentandū c.4.n.48.p.8. nec etiam procedit vbi agitur de præiudicio alterius seu tertij, n.49. & n.50. ponitur decisio, 20. Rotæ.

Decisio Rotæ non placet, beneficium non esse sacerdotale ex obseruantia interpretatiua subsecuta licet Bulla Papæ loquatur de presbyteris, nam ista reuera non est obseruantia interpretatiua sed contra dictam Bullam, c. 1.n.69.70.& p.7.

Decisio Rotæ, 76. de rescriptis alias, 628. in antiquis quæ ait, quod si aliquis est oriundus de aliqua Diœcesi & habeat domicilium vel beneficium in alia, si impetrat beneficium, dicendo se clericum Diœcesis beneficij, & non originis talis gratia, valet nec est surreptitia, quæ decisio videtur dubia, præcipue cum dicens se clericum Diœcesis beneficij seu domicilij impetrat beneficium eiusdem diœcef. c.9. numero 17. & 18 p. 7. Nihilominus videtur vera, nam vt quis vere dicatur esse diœcesis alicuius, satis est ibi habere, vel originem, domicilium, vel beneficium, numero 19.& prædicta doctrina procedit quando fore, sis impetrans similiter impetraret, numero 20.

Decisio Rotæ Colonien sis Canonicatus ponitur, c.1.n. 74.p.10.

Declaratoria dari non potest quoad fructus in quibus quis est condemnatus, si non sunt liquidati, c.5.n.486.& 488.p.1.

Declaratio S. Congregat. circa decretum Conci. Trid. sess.24.c.13.& 15.de reformatione ponitur, vbi etiam habetur, quod Abbatiæ non nisi professis per Ordinarios cō ferri possint, pro quo facere videtur c.21.sess.25.de regularibus versiculo, quæ vero in posterum vacabunt, &c. Quæ verba licet non sint præceptiua, vt ait Rota, sed consultiua secundum San. Congregationem: tamen procedit respectu Papæ de quo ibi Concilium loquitur, cap.10.nu.11. part.7.

Declaratio alia S. Congregat. circa dictum decretum ponitur, c.10.à n.15.p.7.

Declarationes Sanctæ Congregationis ponuntur, cap. 10. n.31.& 32.part.7. Ex quibus apparet, Papam nolle quod regulares etiam Canonici admittantur ad Parrochiales, n.33.

Declarationes S. Congregationis super cap. 7. sessione 14.de reformat. Concilij Trid. ponuntur cap.11.num.53. part.7.

Declaratio S. Congregat. Conc. Trid. sess.24.c.16. Licet loquatur de examinib.& concursu faciendis pro collatione Parrochialium, sede Cathedrali vacante, procedit etiam in examinibus & concursu faciendis per Episcopum seu eius Vicarium sede plena, c. 2. numero 9. p.9.

Declaratio S. Congregat. non tollit quin si pro loco & emptore videatur plus necessarium ad congruam portionem quam ducrum aureorum pro singulis mensibus assignari possit, c.2.n.17.p.9.

Decretum irritans non ligat Papam nisi in eo dicatur etiam per nos, c.1.à n.25.p.5.

Decretum irritans alternatiue non obstat prouisioni Papæ, in forma dignum seu commissaria, licet secus in executorib. seu delegatis circa beneficia incerta. c. 1.n.31. part.5.

Decretum irritans, de quo in hac regula refertur ad omnes regulas præcedentes c.1.nu.407. part.5 & cessat quod ait Simoneta, num. 408 & an decretum impediat restitutionem in spolio, & manutentionem, numero 412. & traditur resolutio Rotæ num.413. cum sequen. & concluduntur Putei & Rotæ decisiones, à num.419. cum sequent.

Decretum irritans positum in decreto de dimittendo non respicit hanc partem si ille non dimiserit infra duos menses, sed reseruationem beneficij in euentum non dimissionis c.1.à n.423. cum seq. p.5.& decisio Rotæ, n.425. quod intellige, vt n.426.

Decretum irritans etiam super certo corpore beneficij, aut in corpore iuris clausum, non obest ad effectum manutentionis, nisi sit iustificatum, aut in continenti iustificetur, cap.1.nu.430. cum seqq. part.5.& quando dicatur probata reseruatio ad eum effectum traditur, numero 435.

Decreti Conc. Trid. sess.24. de reformatione, non receptio, & constitutionis Pij V. an excuset vel non, tamen in Ecclesijs in quib. sunt statuta & consuetudines vt noui beneficiati non percipiant fructus primi anni, & adhuc talia statuta & consuetudines seruantur siue de iure siue de facto, videtur habere locum decisio c. si tibi concesso, de præbendis in 6. ca. 5.§. 1. numero 165. p. 11. Nisi dicatur quod in terminis prædictorum statutorum & consuetudinum, ex quibus noui residentes non lucrantur fructus, sed remanent in mensa, diuidendi inter antiquos siue seruentur de iure siue de facto non habeat locum decisio d.ca. Si tibi concesso, nam cap. non percipit illos fructus tanquam fructus præbendæ noui residentis sed iure proprio, &c. Quod videtur probabile supposito quod nouus residens lucretur aliquos fructus seu distributiones, n. 166. Similiter dicendum videtur, vbi est statutum seu consuetudo quod beneficiati qui nondum sunt promoti ad Presbyteratus, vel Diaconatus aut Subdiaconatus ordinem non lucrentur fructus, quod non est contra decretum Concilij & constitutionem Pij V. 167.& sequenti vbi ponitur declaratio Sanct. Congregationis.

Decretum Conc. Trid. sess. 25. c.15. de reformatione in multis differt à iure communi, vt in declaratione S. Congregat. posita, c.3.n.14.p.7.

Decretum Conc. supradictum habet locum in filijs naturalib. procreatis ante clericatum, sicut constitutio Clemen. VII. c.3.n.15.p.7.

Decretum Concil. Triden. supra proxime citatum, facit inhabilem filium clerici ad obtinendum beneficium in Ecclesia paterna, & sic collatio ei facta non valet, c. 3.n.16.p.7.

Decretum Conci. supra dictum, & d. constitutio Clementis VII. an aliquid innouent quoad filios presbyterorum qui sunt nati ex legitimo matrimonio, cap.3.à nu.17. part.7. Resoluitur nihil innouari nec comprehendere nepotes illegitimos presbyterorum ex filio legitimo respectu beneficij aui, n.20.

Decretum supra dictum Concilij, & dict. Constitutio Clementis VII. & dispositio iuris communis an comprehendant nepotes legitimos presbyterorum ex filio illegitimo respectu beneficij aui. cap.3. num.21.p.7. resoluitur negatiue cum Rota, Sa. Congregatione, contra Rebuff. & alios.

Decretum Concilij supra dictum an habet locum in illegitimis habentibus beneficia in Ecclesia, in qua fuit beneficiatus eorū pater, qui tempore Concil. iam erat mortuus, vel resignauerat, ita vt non posset ea retinere, cap. 3. part.7.à n.40. resoluitur negatiue contra Nauarrum & adducuntur declarationes Sa. Congregationis quæ ita censuit.

Decretum Concilij supra dictum non habet locum in habentibus pensionem ante Concilium super beneficio à patre obtento, c.3. numero 45.& seqq. p.7. vbi ponuntur declarationes S. Congregat. nec dictum decretum quo ad

pensiones

pensiones videtur habere locum in pensione post Concilium imposita super beneficio, quod nec erat, nec fuit patrie, licet postea ad eum perueniat, n. 47. Sed prædicta resolutio procedit. Primo, in eo cui ante Concilium fuit collatum beneficium in Ecclesia, in qua pater etiam si possessionem eius obtinuisset post Concilium, dummodo per eum steterit, quominus antea illam obtineret, numero 48. vbi ponitur declaratio S. Congregationis. Secundo procedit, etiam si ante concil. Trident. habuisset solum titulum reseruatis alteri fructibus, titulo & denominatione, & post concilium cessasset huiusmodi reseruatio, numero 49. vbi ponitur declaratio S. Congregationis. Tertio procedit in habente regressum reseruatum ante Concilium, qui cum habeat causam de præterito non subiicitur dispositioni conc. quamuis post illud sortiatur effectum, numero 50. & seq. vbi ponitur decisio Rotæ.

Decretum Concilij Tridentini session. 25. caput. 12. comprehendit dignitates, & personatus etiam in Ecclesiis collegiatis vt censuit Sancta Congregatio, quamuis in contrarium sit alia declaratio eiusdem Sanct. Congregationis, & improbatur Manuel Rodriguez, c. 4. à nu. 58. part. 7.

Decretum Concilij de committendis causis iudicibus Synodalibus totum videtur esse in vsu respectu Nunty seu Legati, non vero Papæ, cap. 2. §. 2. nu. 352. part. 9. circa quod decretum notandæ sunt declarationes positæ, n. 352.

Decretum conc. Trid. sess. 24. c. 17. cuius verba ponuntur, c. 5. §. 3. n. 279. p. 11. comprehendit beneficia iuris patronatus, non obstante quadam declaratione S. Congreg. cui respondetur n. 252.

Decret. Conc. Trid. sess. 24. cap. 17. non habet locum in pensionib. ex S. Congregat. licet enim pensiones hodiernæ succedant loco beneficij; tamen non sunt tituli beneficiales, c. 5. §. 3. n. 314. p. 11. Vnde pensio non facit incompatibilitatem sub eodem tecto. nu. 315. Sed contrarium tenet Rebuff. & habere videtur stylus Curiæ, n. 316. & seq. ponitur quædam declaratio S. Congrega. quæ est notanda in proposito.

Decret. conc. Trid. sess. 25. c. 16. de regularibus non est verum habere locum ex Congrega. sententia, quando quis renuntiat ante ingressum, sed intuitu ingressus Religionis vt ait Flam. sed contrarium sæpe censuit Congreg. nempe non habere locum in donationib. & renuntiationib. factis ante ingressum seu in ipso ingressu, & ita tenent aliqui, licet alij etiam contra teneant, cap. 9. num. 15. & 16. part. 11.

Decret. Conc. Trid. sess. 25 c. 16. de regularib. non habet locum in testamentis & vltima voluntate vel elemosinis ex eadem S. Congregat. c. 9. n. 17. p. 11. licet contra fuit dictum per Rotam, n. 18.

Decretum Concilij Tridentini session. 25. de reformatione, cap. 4. intelligitur, cap. 1. à num. 131. vsque ad n. 136. part. 7.

Decretum Concil. Trid. supra dictum in aliquibus Episcopatib. non est in vsu receptum, & vbi non est receptum, procedit opinio Nauarri & Manuelis Rodridu. c. 1. n. 136. part. 7.

Decretum de dimittendo obtentum intelligitur de dimissione pura & simplici & non ex causa permutationis, seu in fauorem, non obstante stylo prætenso, quia non constat, Papam scisse, fuisse factam ex decreto, & quia si aliquas admisit, id fuit in eius voluntate, & ca. ex notatis c. 5. numero 58. p. 11. Quamuis Flam. Paris. videatur velle, stante illa clausula, posse resignare in fauorem & cum pensione, quia ait quod hodie apponitur, vt libere dimittant, vnde non possunt resignare in fauorem, vt antea fiebat, numero 59. Hodie ad magis euitandas similes renuntiationes dicitur, quod libere cum specifica mentione præsentis decreti dimittere omnino teneantur, &c. n. 60.

Decretum de dimittendo si cui apponitur, is siue post habitam possessionem secundi, siue ante, non poterit resignare primum coram Papa conditionaliter, sed ex causa permutationis, non facta mentione dicti decreti, alias resignatio esset surreptia & nulla a principio, & non facta alias dimissione iuxta formam decreti, lapso bimestri, vtrumque vacaret ex d. decreto, c. 5. n. 61. p. 11. Nec etiam poterit coram ordinario resignare simpliciter vel ex causa permutationis: alias lapso d. termino vacabit vtrumq; ad dispositionem solius Papæ, & quamuis interim valuisset, tamen habita possessione secundi & adueniente tempore dimittendi, irrita censebitur, n. 62. Moriente tamē illo ante aduentum dicti temporis non intrabit decretum in beneficus sic vacantib. Nec erunt reseruata, & c. n. 63. vbi forma d. dimissionis, &c. Prædicta reseruatio est extensa per Paulum V. ad vacatura ante assecutionem resignata, seu dimissa per constitutionem positam, numero 64.

Decret. de dimittendo primo beneficio, quando intret, & à quo tempore habeat locum, vide verbo beneficium primum, et primero.

Deduci in pactum non potest, ad tollendas differentias seu lites illud, in quo versantur opiniones, seu prætensiones partium diuersæ, quamuis verior sit opinio de eo, quod in pactum deducitur ca. 2. numero 19. p. 8. & sic accipiendum est quod ait Flam. Par. & c. n. 20. & ita posset procedere quædam decisio Rotæ, supra relata numero 21.

Defectu expeditionis literarum infra sex menses, obstat quando stetit per illum, qui potuit capere possessionem, & non cepit, c. 3. n. 161. p. 6. non tamen dicitur stare per eum stante intruso, n. 162.

Delega. inferioris à Principe licet non possit subdelegare, tamen si habet ad hoc speciale mandatum poterit, c. 8. n. 160. p. 5. contrarium tenent aliqui, n. 161. & concorda, à n. 162. vsque ad n. 173.

Delegat. cui Papa committit vt se diligenter informet de vtilitate Ecclesiæ, & si repererit in euidentem vtilitatem cedere alienationem, confirmet, & c. satis est vt adhibeat cognitionem extraiudicialem absque citatione, ca. 2. à n. 248. p. 6.

Delegat. iudex, seu executor, cui iuxta regulam Cancellariæ committitur, vt si vocatis vocandis repererit causas esse veras, vnionem faciat, &c. An si referendo adhibuisse causæ cognitionem, & causas reperisse veras, procedat ad vnionem, præsumatur pro illo, & ei fides in iudicio contradictorio adhibeatur super veritate causarum, c. 2. §. 1. p. 12. à n. 134. resoluitur negatiue, obiectio ponitur, n. 136. respondetur n. 138. & ampliatur numero 139.

Delicta si post dispensationem sunt deducta ad forum contentiosum, dispensatio facta prodest in foro interiori, non in exteriori c. 11. n. 52. p. 7.

Delinquentem priuatum ipso iure beneficio non teneri illud dimittere ante sententiam tenet Couarr. & alij, c. 10. n. 14. p. 11. Imo ait Couar. retinere beneficium priuatum per sententiam, vel ipso iure, etiam secuta sententia declaratoria, donec sententiæ executio fiat cui consonat Enriquez & Azor. n. 15. pro quo facit quod priuatus bonis ipso iure, etiam post latam sententiam non tenetur pœnam exequi, & bona offerre fisco, nisi illi præcipiatur n. 16. & seq. sed verius videtur, quod committens

delictum ob quod priuatur ipso iure beneficiis, seu officiis publicis, tenetur in conscientia illud dimittere non solum post sententiam, quod certum videtur contra Couar. Enriquez, & Azor. sed etiam ante sententiam, numero 18. Nam licet in pœna amissionis propriorum bonorum non debeat lex, imò nec secundum aliquos possit obligare delinquentem, vt sit executor illius contra se ante sententiam, & sic per illa verba ipso iure, seu ipso facto non censeatur ad id obligare, tamen in bonis communibus (qualia sunt beneficia, & officia publica) recte potest obligare delinquentem ad illa dimittenda ante sententiam, numero 19. & numero seq. confirmatur per plura.

De examine per concursum quæ habeantur in Concil. Prouincial. Bonon. primo à S. Congr. approbatur, ponuntur c. 2. §. 2. n. 391. p. 9.

Ad Denuntiat. & publicat. excommunicationis requiritur declaratoria illius, nec ex eo causa efficitur appellabilis c. 5. n. 586. p. 1. non obstante Conc. Trid. sess. 25. c. 5. n. 587.

Depositio, & suspenso à beneficio an sint alimenta exhibenda, vide verbo alimenta.

De processu, seu actis si apparet super vnione, & receptione testium, siue parte vocata, siue non, quia non erat, qui deberet vocari, stabitur illis donec contra probetur, si postea res deducitur in litigium c. 2. paragra. 1. num. 141. part. 12.

Derogatio sententiarum per viam legis tollit etiam rem iudicatam, licet secus in rescripto, c. 2. n. 201. p. 3. & vbi Concilium non derogat sententiis, non comprehendit casus per sententiam determinatos, n. 202. vsque ad 212. & sun deroget statuto à sede Apostolica confirmato, n. 213. cum seq.

Derogatio constitutionis in specie & individuo non est necessaria in concessionib. contra constitutiones aliorum Conciliorum, sed sufficit dicere non obstante tali Concilio, c. 5 n. 37. p. 4. maxime vbi derogatio est expressa, n. 38. & 39. vbi ponitur decisio Rotæ, & extende, vt nu. 40. 41. 42. & 43.

Derogatur etiam Concilio generali per clausulam generalem, non obstantib. constitutionib. quando concessio est Motu proprio, & apparet de certa scientia Papæ, c. 5. n. 45. p. 4.

Derogari non potest indulto Cardinalis per clausulam, seu si venerabili fratri Episcopo, & c. caput. 1. nu. 41. part. 5. Neque sub derogatione indultorum Cardinalis, censetur derogatum indulto Cardinalis Ordinarij, numero 42.

Derogatio addita à Sixto, non est superflua, nam stante consuetudine immemoriali, aut indulto Apostolico optandi, reseruata possent optari, ca. 1. n. 452. cum sequent. part. 5. quamuis verius videatur non dari talem consuetudinem.

Derogatio iuris patronatus laicorum pro medietate, non est aliud, quam reducere consensus per plures patronos præstandos ad medietatem, caput 1. numer. 585. parte 5.

Derogatio pro medietate an suffragetur quando præsentatio spectat ad vnum tantum, seu ad vniuersitatem, c. 1. n. 586. cum seqq. p. 5. & de derogatione Patronatus remissiue, n. 589.

Derogatur iuri patronatus etiam Principum in totum, quando beneficia vacant, per assecutionem alterius, aut deuolutionem, & alias vbi habent possessores, & admittitur etiam in Hispania, caput 1. numer. 590. parte 5.

Derogatio statutorum Ecclesiæ non solet apponi in literis Apostol. de beneficiis vacantibus nisi in beneficiis, & præbendis Ecclesiarum Cathedralium, seu Collegiatar. vnde in aliis beneficiis non vitiabitur doctrina supra dicta c. 1. n. 123. p. 7.

Detractio fructuum tertiæ partis, qualiter facienda, c. 2. n. 468. cum seq. p. 5. & quando eidem detractio locus non sit, n. 470. cum seq.

Detrahendum aliquid non est pro distributionib. Ecclesiæ Cathedralis, aut Collegiatæ, ex beneficiis extra ea existentib. nisi essent perpetuo vnita præbendis illius, ca. 2. n. 274. p. 3.

Detractioni tertiæ partis, an sine obnoxij obtinentes Dignitates, pro residentia in Collegiata Eccl. c. 2. numero 478. cum seq. p. 3. & n. 481. limita, vt numero 472. & 273.

Detractioni tertiæ partis etiam sunt subiectæ Dignitates & præbendæ quæ sunt de iure patronatus laicorum, nisi repugnet fundatio, cap. 2. num. 452. & sequent. part. 3.

Deuolutio ad quos fiat, remissiue, caput. 3. numero 41. part. 10.

Deuolutio an habeat locum in beneficiis manualibus, & ad nutum amouibilib. c. 3. p. 10. à numero 43. resolutur; dari in eis deuolutionē contra Aeneam de Falcon. ad effectum, vt superior suppleat negligentiam inferioris, qui tamen re integra poterit moram purgare, & prouidere, quamuis in aliis non est locus purgationi moræ, nec valet collatio facta post deuolutionem ab inferiori etiam re integra.

Deuolutio fit cum onere, & qualitatib. requisitis in prima prouisione. c. 10. p. 3. n. 42.

Deuolutio quomodo sit probanda gradatim, quando impetratur beneficium existens in diœcesi suffraganei, & impetratur, vt deuolutum, vide verbo beneficium existens.

Deuolutio sicut de Capit. ad Episcopum fit, ita de Episcopo ad Capit. c. 3. n. 33. p. 10. quoad beneficia spectantia ad collationem Episcopi proprio iure, secus si iure speciali, vel deuoluto, n. 34.

Dictio, prorsus, importat ipso iure, cap. 10. numero 58. part. 11.

Dictio, vel circa, quantum tempus importet quando narratur, quod resignans possedit beneficium per quinque aut sex annos, vel circa, & quando dicitur esse in tali ætate, vel circa c. 3. §. 1. p. 11. à numero 48. præsumitur importare ad summum sex menses, seu per illam tolli sex menses, alias si diceretur sine dictione, vel circa, deberet illud tempus integre verificari, numero 49.

Dictum Innocentij, quod abdicatio proprietatis, & custodia castitatis, sunt annexa ordini à iure positiuo improbatur, c. 10. n. 96. & 97. p. 7.

Dictum Molinæ non placet, dicentis valere renuntiationem, seu donationem factam à nouitio, sub conditione professionis, nam non seruatur forma Conc. Trid. sess. 25. c. 16. de regularib. c. 9. n. 19. p. 11. & videtur etiam facta in tempus inhabile: nam facta professione non poterat donare, nisi essemus in religione bonorum incapace, nam tunc posset dici, incipere ab hærede, nisi obstaret dictum decretum Concilij, vt quia esset facta à nouitio, licet renunciatio hæreditatis futuræ, seu pactum de non succedendo factum sub dicta conditione professionis valeret cum iuramento, & c. n. 20. sicut etiam donatio facta à nouitio cum pacto, & modo, vt eo professente sit nulla, non valet n. 22.

Dictum Toleti, quod S. Congregat. Concil. ex sententia Sixt. V. Episcopum, cum vero bigamo, qui duas successiue

cessiue duxerat dispensantem ad primam tonsuram, & beneficium simplex iudicauit ipso iure suspensum ab ordinum collatione, procedit iuxta d. constitutionem Six. V. c. 6. n. 12. p. 7.

Differentia traditur inter reuocationem factam per Episcopum & reuocationem per mortem Episcopi aut aliam vacationem Episcopatus, cap. 8. nu. 176. cum seqq. part. 5.

Differentiæ rationis assignantur plures inter simoniam, & vsuram capite 1. numero 49. p. 8. & verior videtur ratio Caietani, numero 50. est etiam optima ratio, quam adducit Vitoria, numero 51. quæ confirmatur, quia vsura est contra iustitiam; simonia vero contra religionem numero 52. est etiã bona ratio Volmi, quæ in idem recidit, quam etiam tradit Philias, numero 53.

Differentia an sit inter expressionem, quod possedit beneficium per tantum tempus, vel quod illud obtinet à tanto tempore c. 3 §. 1. à n. 51. p. 11. Resolutur expressionem, quod possedit per tantum tempus importare, quòd illud possedit taliter de facto, & sic cum titulo, vel sine: expressionem verò, quod à tanto tempore obtineret, importare quod à tanto tempore in illo habet ius in re, vel illud de facto possidet, nã is dicitur obtinere qui habet ius in re, vel qui possidet de facto.

Differentia secundum Authorem non est inter curata, & duas præbendas in eadem Ecclesia, quoad incompatibilitatem, sed solum est differentia in modo annexionis, nam per annexionem, & vnionem Eccles. Parrochialis factam præbendæ, supprimitur, & extinguitur titulus parrochialis, & c. ca. 5. §. 2. numero 192. p. 11. & sic tunc non intitulatur quis in parrochiali annexa, sed in præbenda, n. 193. & non censetur habere curam, n. 194. & consequenter parrochialis possessa, vti vnita, & membrum alterius non inducit incompatibilitatem n. 195. & qui habet duo curata, quando vnum venit per annexionem non dicitur habere duo curata, sed vnum curatum, & aliud simplex, nam curatum annexum simplici assumit naturam simplicis, num. 196. & seq. vbi adducuntur declarationes S. Congreg. & idem esset in annexione portionis factæ dignitati accessoriè, & sic obtinens talem dignitatem, cui est vnita portio, si simul obtineret aliam portionem, seu præbendam eiusdem Ecclesiæ, non esset triplex, aut in eadem specie duplex, n. 198. at per annexionem præbendæ, nempe Canonicalis, quæ propriè dicitur præbenda, factam dignitatem eiusdem Ecclesiæ, etsi videatur fieri accessoriè non solet extingui titulus, & nomen præbendæ, & Canonicatus, sed vti duo beneficia obtinentur, & ideo non possunt duæ præbendæ simul teneri in eadem Ecclesia, etiamsi vna sit annexa dignitati, vt in clement. fin. de præbendis, & c. numero 199.

Dignitates Cathedralium quæ ibi non maiores existunt, sunt tamen principales in Collegiatis, sunt reseruatæ, c. 1. numero 260. p. 5. & ita Archidiaconatus de Viuiesca, & alij similes sunt reseruati, nu. 261. & an in qualibet Ecclesia, duæ maiores reseruentur, resolutur negatiue, n. 262. & quid si sunt ambo æqualiter principales in eadem Ecclesia, numero 265. & intellige, vt num. 267.

Dignitates principales regularium Conuentualium, seu Monasteria Fratrum, quæ non reguntur per Abbates, seu per Priores Præpositos, & c. per secundam partem regulæ reseruantur, c. 1. n. 271 p. 5. limita in temporalib. n. 272.

Dignior electus ex quo etiam non potest ante collationem fructus percipere, etiam vti administrator, etiamsi antea esset constitutus administrator, & c. c. 2. nu. 25. p. 9. Nec videtur valere consuetudo contraria numero 26. quamuis videatur excusare à pœna priuationis beneficij, seu iuris de qua ibi, numero 27. nam consuetudo etiam mala, non tamen euidenter, tribuit iustam causam ignorantiæ, & qui facit, quod alij faciunt excusatur, ex numero 28. & qui haberet in eo malam fidem, & conscientiã læsam, non excusaretur à pœna priuationis, numero 29.

Dignior hodie stante constitutione Pij V. super collatione parrochialium, videtur habere ius de iustitia, vt ad parrochialem præeligatur, & consequenter Ordinarius eligens minus dignum, tenetur digniori prætermisso ad restitutionem damni, cap. 16. numero 61. part. 7.

Dignorem omittere, non esse peccatum mortale, sed sufficere dignum, & idoneũ eligere, seu præsentare, est alia sententia quæ ponitur c. 16. n. 11. quæ fundatur à n. 12. part. 7.

Dignioribus præteritis, licet in beneficiis sine cura contra iustitiam distributiuam delinquatur, non tamen committitur peccatum mortale & c. Secundum Sotum quem alij sequuntur c. 16. num. 8. p. 7. sed merito reprehenditur per alios, num. 9. & à fortiori sententia Pedrauæ, numero 10.

Dignitas aliqua si habet duas præbendas, seu portiones, neutra illarum est propriè præbenda Canonicalis, nec censetur duplex titulus beneficialis, sed tantum vnus, nempe ipsius dignitatis cum duplici reditu præbendæ, seu portione temporali, c. 5. §. 2. n. 203. p. 11. nisi aliunde constet, aliquam illarum esse verè Canonicalem, seu quasi, & c. n. 204. quòd tamen constare non dicetur ex eo solo, quod obtinens talem dignitatem, habeat vocem in cap. seu sit de cap. num. 205. nam licet de iure communi id competat solis Canonicis, & ratione Canoniæ, numero 206. tamen de iure speciali potest aliis competere, & ratione dignitatis à nu. 207. vbi adducuntur resolutiones Rotæ.

Dignitas cùm Canonicatu potest teneri in eadem Ecclesia, vide, verbo beneficia duo difformia.

Dign. principalis in Collegiata exempta, cui ordinaria iurisdictio, cum omnib. iurib. quasi Episcopalib. competit, necessario conferri non debet Licentiatio, vel Doctori ex S. Congr. c. 7. n. 33. p. 7.

Dimissio primi beneficij, quæ in extrauaganti execrabilis de præbendis. vers. qui verò, iubetur fieri coram Ordinario, an sit facienda intra mensẽ, sicut in versic. præcedentibus, an verò statim, & quàm primum secundi possessionem prouisus habuerit, c. 5. p. 11. à n. 34. resolutur, faciendam esse statim, & incontinenti, cum gloss. Cencelini, & aliis contra gloss. Guillermi, & alios, & quando dicatur fieri statim, & incontinenti, & c. intelligitur cum aliquo temperamento, secundum subiectam materiam arbitrio boni viri, n. 38. & quomodo sumantur dictiones istæ incontinenti, mox, statim, illico, quàm primum, & circa remissiuè n. 39.

Diœcesis appellatione, quando profertur à iure comprehenditur etiam Ciuitas, c. 6. n. 76 p. 1. etiam in mandato n. 77. Secus in materia strictæ dispositionis hominis, n. 78.

Dismembratione licet non extinguatur beneficium, seu Ecclesia, alteratur tamen, & diminuitur in bonis, fructib. seu reditibus, est n. dismembratio cùm aliqua bona, seu fructus beneficii ab eo separantur & alteri applicantur ca. 3. n. 1. pa. 12. & ita quando fructus beneficij alteri vniuntur, remanẽte beneficio penes suum Rectorem, potius est dismembratio, quàm unio, n. 2.

Dispensatio simplex ad beneficia, non solum non comprehendit præbendas, sed nec alia beneficia Cathedralis, c. 6. n. 62. p. 1. & resolutio Rotæ, n. 63.

Dispensatio est perfecta, & habet effectum ex sola signatura, c. 2. n. 28. p. 4. & resolutio Rotæ, n. 29. & declaratur regula 53. Cancellariæ, nu. 30. & 31. & limitatur, n. 33.

In Dispensatione Motu proprio concessa, veniunt omnia beneficia, c. 6. n. 64. cum seq. p. 1. reprobata sententia Enriq. n. 67. 68. & 69.

Dispensatio est stricta, & strictissimè interpretanda, ca. 9. nu. 58. 59. & 60. p. 1. reprobata sententia Gambari, n. 61.

Dispensatus ad beneficium si illud consequitur, non potest illud resignare, reseruata pensione, ca. 5. n. 156. & seq. p. 1. licet secus in dispensato ad beneficia in plurali, num. 158. part. 1.

Dispensatus ad beneficium si consequitur pensionem consumit dispensationem, nam ea intelligitur de primo, c. 1. n. 152. & seq. p. 1. contra aliquos, nu. 154. & Pensio cedit loco beneficij, n. 155.

In Dispensationibus matrimonialibus quæ committuntur Ordinariis, sufficit narrata verificari tempore executionis commissionis, licet tempore datæ non essent vera, c. 2. n. 283. p. 6. & quid in dispensationibus cum copula, n. 287. cum seq.

Dispensatio ob paupertatem, seu dotem minus competentem non viciatur, si postquàm ordinarius dispensauit, mulier facta esset dives, etiam si nondum matrimonium esset contractum, cap. 2. numero 291. part. 6. etiam si tempore dispensationis, successionis haberet spem, numero 292.

Dispensationes quæ committuntur Ordinariis vt precibus veris repertis dispensent, non expirant morte Papæ concedentis re integra, c. 2. à n 311. cum seq. p. 6. & ibid. declarantur tradita per Ioann. Andr. Felin. & alios, nu. 314.

Dispensare quis possit in inhabilitate simoniaci ad beneficia, respectu simoniæ c. 1. n. 74. p. 8. vbi ponuntur declarationes S. Congre. Concil.

Dispensatio erit surreptitia, & nulla si coniuncti narrent copulam inter eos esse habitam, & copulam ipsam, seu potius notam, & infamiam ex ea ortam tradant pro causa, vt facilius dispensetur si eo fine habita sit copula, & non exprimunt etiam in foro conscientiæ contra Enriquez, & ita in literis dispensationum dicitur, quod eam habuerunt fragilitate carnis, & non animo facilius obtinendi dispensationem, & ponitur clausula, quod accipiatur ab impetrantibus iuramentum de hoc, c. 3. à n. 94. p. 8.

Dispensationes gratis concedi oportet cap. 1. numero 99. p. 8. quod procedit in compositionibus, nõ verò in iuribus expeditionis bullarum, numero 100. quamuis etiam respectu compositionum non seruetur numero 101.

Dispensationes gratis adeo concedendæ sunt, quod Ordinarij quibus committuntur dispensationes matrimoniales, & aliæ, non possunt quicquam accipere pro labore, & receptione, & examine testium, vel alio quouis titulo, c. 1. à n. 102. p. 8. vbi ponuntur declarationes S. Congregationis, & decretum, & clausula literarum dispensationum matrimonialium, nec possunt excusari dicendo, quod per dictum decretum non prohibentur accipere stipendium, seu mercedẽ pro labore, sed donatiuum, quia vtrumque clarè prohibetur n. 109. nec rursus possunt excusari aliqua consuetudine, etiam immemoriali à n. 110. & n. 112. ponitur decretum Concilij Mediolanens. & n. 115. sententia Genuen. pro accessu tamen ad examinandos testes commorantes in aliis locis, absolutè posset accipere moderatas expensas, si expediret eum ire, & non committere examen, n. 116 pro transumpto etiam vltra instrumentum dispensationis posset aliquid accipi n. 117.

Dispensatio impetrata in forma commissaria non facta mentione de copula habita, post impetratam dispensationem, & ante quàm Ordinarius dispenset, est nulla, ob non factam mentionem de copula c. 3. n. 69. & sequent. p. 8. vbi ponuntur declarationes S. Congregationis, & pœnitentiariæ.

Dispensatio matrimonialis super impedimento consanguinitatis, vel affinitatis, non facta mentione de copula inter impetrantes habita, an valeat, an verò sit surreptitia, & nulla c. 3. n. 30. p. 8. & nu. 31. ponitur prima sententia dispensationem valere ex prædicta doctrina, secunda sententia talem dispensationem esse surreptitiam, & nullam n. 32. & v. 63. & ratio est, quia incestuosi etiam cum propriis consanguineis iure prohibentur matrimonium contrahere iuxta communem Canonistarum contra Theologos, & alios à numero 33. & sic ius tacitè exprimi iubet incestum, qui de iure est impedimentum, licet non dirimens, & intrat prædicta doctrina, numero 40. & etiam de matrimonio de facto contracto debet fieri mentio, quamuis non sit consummatum, numero 41.

Dispensationem non esse petendam ob incestum, nec à Papa, nec ab Episcopo consuetudine seruatur, quæ videtur excusare, etiam si non constet Episcopos scienter dissimulasse, maximè si est immemorialis cap. 3. à n. 49 p. 8. quod verum est, nisi quando petitur dispensatio ad contrahendum cum ipsa cognata, vel affini, cum qua est commissus incestus n. 52.

Dispensatio non probatur per narratiuam Ordinarij c. 1. n. 146 p. 7.

Dispensatio non esset surreptitia si impetrantes non traderent pro causa dispensationis copulam expressam seu notam, & infamiam ex ea ortam, sed aliam causam, quamuis non exprimant talem intentionem, & finem ca. 3. n. 97. p. 8.

Dispens. obtinenda à Schismatico an requiratur à Papa, an verò sufficiat dispensatio Episcopi c. 10. §. 1. à nu. 163. p. 11. resolvitur requiri dispensationem Papæ cum Abb. licet aliàs aliter dicat.

Dispensationem super impedimento consanguinitatis, vel affinitatis non facta mentione de copula esse surreptitiam & nullam iuxta secundam sententiam, quæ nunc rectè probata ca. 3. n. 63. p. 8. & idem est in impedimento cognationis spiritualis, & etiam in impedimento publicæ honestatis, n. 64.

Dispensationes subditorum inferiorum qui sunt nullius diœcesis, & iurisdictionem quasi Episcopalem habent illis sunt committendæ ex S. Congregatione c. 2. §. 1. p. 9. à n. 142. prius tamen coram Datario docendum est habere dictas qualitates, vel esse in quasi possessione, vt ei committantur, ex eadem S. Congregat. n. 143. & idem videtur in inferioribus exemptis, habentibus quasi Episcopalem iurisdictionem, & proprium districtum, licet non sint nullius diœcesis, cum sint Ordinarij à n. 146. vnde etiam Vicariis huiusmodi prælatorum poterunt committi, sub n. 147.

*Dispensationem valere obijcitur super vno impedimento non facta mentione de alio, super quo postea de per se poterit obtineri dispensatio, sicuti valet impetratio absolutionis ab vna excommunicatione non facta mentione de alia, & c. c. 3. n. 53 p. 8. sed respondetur id non esse verum in dispensationibus, quæ se contingunt, & impedimentum tacitum auget expressum, tunc enim necesse est de vtroque

de vtroque mentionem facere, alias dispensatio est nulla omnino, vt in exemplis adductis nu. 54. Nam vbi plura obstant impedimenta difficilius conceditur dispensatio, & vbi plura sunt obstacula, est necessaria mentio singulorum n. 55. & idem est in impetratione dispensationis vnius irregularitatis non facta mentione de alia n. 56. & quod obiicitur solum habet locum in dispensationibus, quæ non se contingunt, nec tacitum auget expressum, &c. à n. 57. nec absolutio ab vna censura contingit aliam, nec vna censura auget aliam n. 60. At contra responsionem obijcitur, quod ex ea sequeretur dispensationem, quam quis impetraret ad contrahendum cum consanguinea, vel affini, habens votum simplex castitatis, seu sponsalia de futuro cum alio contracta non facta de eo mentione esse surreptitiam & nullam, &c. n. 61. respondetur, diuersam esse rationem in impedimento voti simplicis, aut sponsalium, n. 62.

Dispensatio valida erit, si copula sit habita ante quam supplicatio Papæ porrigatur, & in ipsa fiat mentio de copula, licet ante quam Ordinarius dispenset, iterum copula habita sit c. 3. n. 92. p. 8. sed si impetrantes post factam separationem à Vicario delegato de nouo carnaliter se cognouissent, est opus noua dispensatione seu perinde valere, & c. n. 93.

Dispensatio, vide verbo Episcopus.

Dispensatus ad duo beneficia sub eodem tecto, poterit illa obtinere etiam si alteri sit annexa capellania, vel aliud beneficium in eadem Ecclesia contra Rebuff. c. 5. §. 2. n. 216. p. 11. & contra Nauar. quod non impeditur retentio beneficij simplicis cuiusdam Ecclesiæ cum rectoria alterius propter annexionem factam rectoriæ de alio beneficio simplici Ecclesiæ primæ, n. 217. sententia eorum solũ procederet, quando vnio facta esset æque principaliter, vel ad tempus, seu vitam obtinentis tantum n. 218.

Dispositio text in d. c. de cetero, & in c. ad audientiam de clericis non residen. procedit etiam in Canonico Doctorali, & Magistrali, c. 2. n. 364 p. 3. limita, vt n. 365. vsque ad n. 374. & non comprehendit Portionarios qui non sunt de Capit. licet in eo habeant vocem, n. 376. cum seqq. & procedit etiam in Prælatis inferioribus Episcopo respectu suorum subditorum, n. 381. & idem in aliis, n. 382.

Dispositum in Archipresbytero, vt debeat in Presbyterum ordinari non videtur hodie procedere in Archipresbyteris ruralibus, supposito, quod sunt beneficia simplicia, nec personalem residentiam requirunt, & sic in his videtur cessare constitutio Synodalis Abulens. cap. 1. n. 43. part. 7.

Distributiones quotidianæ non possunt dari absentibus à choro non obstante quauis consuetudine etiam immemoriali, c. 2. n. 430. p. 3. nec possunt donari à Capit. aliquo prætextu, n. 431. & seqq. vbi declarationes S. Congregat. ponuntur.

Distributiones quotidianæ quas amittunt absentes, tempore à Concilio permisso, vel alias quæ sint? Et quæ sint distributiones quæ sunt potius prebendæ, c. 2. n. 439. cum seq. p. 3.

Distributiones quotidianæ amissæ per non interessentes, vel alias, ad quos spectent, ca. 2. n. 443. cum sequentibus part. 3. & declara, vt n. 447. cum sequentibus, vbi ponuntur declarationes Rotæ quæ difficultatem patiuntur, n. 451. quibus respondetur, à num. 452. cum sequentibus.

Distributiones aliarum horarum non sunt diuidenda pro cõgruis distributionib. assignandis quibus horis aly, sed pro illis detrahenda est aliqua pars fructuum, cap. 2. numero 484. part. 3. & traduntur declarationes Rotæ, n. 485.

Distributiones sunt ordinandæ, & compartiendæ, per omnes horas, & non per certas horas tantum, c. 2. n. 487. cum seq. p. 3.

Distributiones, quas excommunicatus amittit, ad eos pertinent ad quos alias pertinere solent quotiescumque amittuntur à non residente, de quo alias, ca. 13. §. 1. n. 138. part. 7.

Distributiones quotidianæ an sint computandæ ad videndum an beneficium sit sufficiens, vide verbo beneficium sufficiens quod dicatur.

Diuina miracula non sunt trahenda in consequentiam c. 1. n. 13. & 14. p. 7.

Diuisim bene potest concedi facultas admittendi resignationem, & postea illa admissa, facultas conferendi, c. 1. n. 13. p. 10.

Diuisio beneficij proxima est dismembratio, per quam diuiditur & secatur ex vno faciendo duo, & c. c. 4. n. 1. p. 12. quæ est prohibita Concilio Turon. n. 2. nisi ex iusta, & rationabili causa fiat, & facultates sufficiant n. 3. & seq. vbi ponuntur decisiones Rotæ.

Docentes in scholis Theologiam, vel ius Cano. & studentes in eis per quinquennium, de iure communi excusantur à residentia, & in absentia fructus percipiunt, c. 2. num. 54. part. 3. & intellige, vt numer. 55. cum sequentibus.

Doctores agentes de permutatione beneficiorum, c. 4. n. 1. p. 11.

Doctores agentes de materia vnionum cap. 2. num. 2. part. 12.

Doctores qui sunt videndi de reuocatione vnionis c. 2. §. 3. n. 301. p. 12.

Doctores qui sunt videndi de inhabilitate ad ordines, & beneficia, seu irregularitate capit. 2. numer. 5. parte 7.

Doctores videndi circa impetrationem beneficij viuẽtis c. 1. n. 23. p. 10.

Doctores videndi de materia Clemẽtinæ gratiæ de rescriptis sunt relati cap. 5. nu. 70. & decisio Rotæ ibi posita, part, 11.

Doctores videndi circa c. cum qui §. 9. de præben. in 6. c. 5. §. 1. num. 174. p. 11. & ponitur resolutio Rot. numer. 175.

Doctores videndi in materia hæresis ac de hæreticis, c. 10. §. 1. n. 146. p. 11.

Doct. videndi de schismaticis c. 10. §. 1. numer. 165. p. 11.

Doctores videndi circa materiam diuisionis beneficiorum sunt citati c. 4. n. 6. p. 12. qui vltra dicta requisita in ea requirunt consensum Capituli, sicut in alienatione, &c. n. 7.

Doctores videndi de Vicariis parrochialium vnitarum c. 2. §. 2. n. 320. p. 9.

Doctores videndi de bigamia irregularitate, c. 6. n. 19. part. 7.

Doctores videndi de pœnis concubinariorum c. 10. §. 2. 185. p. 11.

Doctrinæ Couarruuiæ dicentis, mentionem faciendam esse de cognatione spirituali per catechismum in dispensatione super impedimento dirimente, procedit in vtroque foro contra Enriq. c. 3. n. 46. p. 8. & etiam post Conc. Trid. per quod non est sublatum hoc impedimentum cognationis spiritualis ex cathechismo, n. 47. licet esse sublatum teneant aliqui, n. 48.

Doctrina Hieronymi Gonçalez, de probatione collationum Episcoporum adducitur & ponitur eius regula, quæ tamen in parte reprobatur c. 4. numero 52. & seq. par. 8. & septem ampliationes illius adducuntur numero 54. & quinque limitationes numero 55. vbi aliquæ

GARCIA de Benef. CVII 15

earum examinantur.

Doctrina Manuelis Rodrig. non placet dicentis decretum Concil. Trident. seſs. 25. c. 16. de regularibus in donationibus causa mortis non habere locum, nam licet sint reuocabiles, & quo ad effectum legatis æquiparentur, tamen in fieri sunt instar contractus, & respectu formæ solemnitatis, & ordinationis æquiparantur contractib. c. 9. n. 22. part. 11.

Doctrina Seluæ non videtur vera, tenentis, quod si Papa in conferendo beneficium, cuius collatio ad eum spectabat iure deuoluto, aut alias fundat se super reseruatione, tenet prouisio, non obstante narratione reseruationis, c. 1. n. 64. p. 11.

Dominium rei dotalis an penes maritum, an vero penes vxorem existat disputatur, c. 9. à n. 148. cum seq. p. 5. & traduntur plures opiniones, vsque ad numerũ 160. & concordia Barbosæ, numero 161. & distinguuntur res æstimatæ, à nonæstimatis, numero 162. & 163. & maritum vere & proprie dominum censeri verius videtur, numero 164. cum seq. etiam irreuocabiliter, vt numero 167.

Donatio facta quæ dicatur, cap. 5. num. 153. cum seqq. part. 2.

Donatio pro suscipiendis ordinibus filio simpliciter facta, an computari debeat in legitima, ca. 5. nu. 159. p. 2. & resoluitur affirmatiue, n. 160.

Donans patrimonium alicui ad ordines potest apponere pactum de eo reddendo, cum ordinatus habeat alias vnde viuere possit, c. 5. n. 169. p. 2.

Donare an possit Episcopus de bonis, seu iuribus suæ mensæ Episcopalis, Capitulo sine solemnitate, & quod possit traditur, ca. 1. n. 722. p. 5. & contrarium, n. 723. cum seqq.

Donatio, licet non possit fieri Ecclesiæ quæ nondum est, hereditas tamen & legatum sic, id tamen non procedit in donatione ex causa dotis quæ recte fieri potest Ecclesiæ construendæ, c. 9. numero 40. & 50. p. 5.

Duæ Cappellaniæ sub eodem tecto sunt incompatibiles, tanquam beneficia vniformia, & non possunt simul teneri, absque dispensatione Papæ, sed per assecutionem secundæ prima vacat c. 5. §. 2. n. 221. p. 11. & tenuit Rota in decisionib. positis à n. 222.

Duæ Capellaniæ, seu altaria sub eodem tecto secund. Nauarr. & alios non sunt beneficia vniformia ad effectũ incompatibilitatis, nisi sint institutæ ad vnum finem, & ad eadem munera, & vnam congregationem: secus si ad diuersa, & separata munera, ca. 5. §. 2. n. 225. p. 11. quod videtur seruari in aliquibus partibus Hispaniæ n. 226. sed contrarium tenent relati, & Rota in decisionibus adductis n. 227. & stante quod sint beneficia vniformia, consuetudo in contrarium non erit habenda in consideratione, nec dispensatio Nuntij, sicut nec Episcopi n. 228. sed cum non sit ius clarum esse beneficia vniformia, sed in eo sint opiniones, consuetudo tenendi in eadem Ecclesia duas Capellanias huiusmodi sine dispensatione, aut cum dispensatione Ordinarij, seu Nuntij, videtur tolerabilis, etiam post Concilium, vbi illud quo ad hoc non sit receptum, n. 229.

Dubium si sit æquale in materia expositorum ob fauorem prolis, melior & benignior pars esset sumenda, & ideo censentur Christian. antiqui, & ex puro sanguine, & c. c. 2. n. 26. de quadam Bulla Gregorij XIII. circa hoc allegata per Enriq. n. 27.

Ducatus auri de camera, cuius valoris sit & intelligatur, traditur, c. 3. n. 147. p. 5.

Durante tempore perceptionis fructuum per priuilegiatum, obtinens secundum beneficium, etiam post adeptam eius possessionem, potest ipsum dimittere, & primum retinere, sicut posset ante adeptam possessionem, quia interim non vacat, contra Ioan. Andr. & alios c. 5. §. 1. p. 11. à n. 129. & quando illorum opinio vera esset, non procederet, vbi ante assecutionem fructuum moneretur lis, super beneficio, n. 132.

E

Ecclesia Parrochialis vt constituatur, quæ co ncurrere debeat, c. 6 num. 4. p. 1. & quæ sit differentia inter eam & curatam, n. 5. remissiue.

Ecclesia Collegiata, quæ dicatur, & quæ signa & requisita habere debeat, c. 4. n. 70. p. 5. remissiue: In Ecclesiis regularib. ad quem de iure spectet creatio Canonicorum regularium & Monachorum, caput. 4. nu. 71. parte 5.

Ecclesia aliquando erigitur in Collegiatam, quod videtur posse fieri authoritate Papæ, cap. 5. numero 4. parte. 12.

Ecclesia simplex aliquando erigitur in curatam & parrochialem, quod ex causa facere potest Episcopus p. 12. c. 5. n. 2. cui obest declaratio S. Congrega. adducta n. 3. cui respondetur, ibi.

Edicti terminus currit ex quo tam in valuis Ecclesiæ Cathedralis, quam Ecclesiæ beneficij præfixum est iuxta decretum Concilij Compostellani c. 2. n. 41. p. 9. nec est necessarium, quod fiet affixum per illud tempus, sed est arbitrarium, quanto tempore debeat manere affixum, nu. 42. & sufficit quod Nuntius, vel Notarius referat affixum in loco, licet non dicat, quanto tempore stetit n. 43. debet etiam apponi dies affixionis, & propositi edicti, vt sciatur an intra terminum, vel post sit factum examen n. 44. & sufficit, quod affigatur, nec est necesse quod prius legatur, n. 45.

Edicto semel proposito, si nullus compareat vel ex oppositorib. nullus repertus sit idoneus, quid faciendum c. 2. §. 1. n. 218. p. 9. resoluitur, vt in declaratomb. S. congr. positis n. 219. circa quod etiam considerandæ sunt aliæ declarationes positæ, n. 220.

Edictum apponendum erit ad summum cum termino 20. dier. cum succedat loco nominat. ab Episc. faciendæ ad quam ex Conc. præfixum est tempus 10. dier. nec vltra alios 10. prorogari potest ex constitutione Pij V. ca. 2. n. 39. p. 9. & sic erit accipiendum decretum Cons. Compostell. n. 40.

Edictum cum quo termino debeat apponi, vbi Concilium Prouinciale illud requirens, non designat c. 2. pa. 9. à n. 50. resoluitur esse arbitrarium modo non excedat viginti dies.

Edictum si cum maiori termino 20. dierum ponatur, an ideo vitietur prouisio parrochialis, c. 2. part. 9. à n. 46. resoluitur ex æquitate, & mente Papæ edictum positum cum maiori termino 20. dierum etiam à principio non esse nullum in totum, sed quoad excessum, & sic qui se opposuerint infra 20. dies, legitimos esse oppositores, non vero qui postea, nisi quando infra 20. dies nullus se opposuit, & c.

Effectuatio collationum, seu præsentationum probatur per subsequentes collationes, seu præsentationes factas per vacationem ex persona illorũ, c. 5. n. 105. & 106. p. 5. & amplia, vt n. 107.

Effectus qui resultent ex illis verbis, ipso iure, vel ipso facto remissiue, c. 10. n. 37. p. 11.

Electio quid sit, c. 1. n. 6. p. 4. ad quam reducitur postulatio, & quid sit, n. 7. & 8. quib. coniuncta est nominatio quæ duplex est, n. 9. & 10.

Ad Electiones Canonicatuum per concursum, vbi solet præmitti Missa de Spiritu sancto videtur posse tolerari, fieri etiam dum diuina celebrantur, cap. 2. numero 562.

mero 562. part 3.

Electionis & postulationis materia parum est in vsu, c. 1. n. 11. p. 4. & qui de ea tractent, n. 12. & 13. & de electione monialium, n. 14.

Electio Episcoporum non pertinet de iure diuino ad clerum sed ad Papam, vt vel ipse eligat, vel modum eligendi præscribat, cap. 4. n. 7. part. 5. prouisio vero inferiorum Ecclesiarum olim pertinebat ad Episcopum, numero 8.

In Electione Canonicatuum Doctoralis & Magistralis, an requiratur pro forma, quod vota præstentur secreto, ita vt si palam præstentur, electio sit nulla, c. 4. à numero 183. par. 5. & resoluitur quod sic, etiamsi vnus tantum id faceret, quamuis in aliis casibus capitularibus de iure sit secus, numero 185. & an sufficiat quod ab initio præstentur secreto, quamuis postea publicentur à numero 186. resoluitur id non satis esse, & quomodo dicatur electio secreta, à numero 189. & quid si vnus Canonicus ostenderet schedulam, an esset electio nulla, & non secreta, numero 192. resoluitur esse nullam, numer. 193. quamuis contra tenet Nauar. num. 194. Nec debet permitti à Capit. quod quis palam votum suum præstet, sed debet excludi vt indignus, num. 195. Et quid si ante electionem id publicaret, numero 196. & sequent. & quid si extraheret schedulas malas ad ostendendum postea alicui, n. 198.

Electio vbi fieri debet per vota secreta omnino, legitime impeditus qui potest alteri dare vices suas, non posset dare mandatum de eligenda certa persona, c. 4. à n. 199. par. 5. potest tamen ei iniungere quod suum votum daret tali, & si alteri daret peccaret, quamuis valeret votum, n. 202. & seq.

Electio vbi debet fieri per vota Episcopi & Canonicorum secreta, & per scrutinia, non potest aliter fieri per viam inspirationis, aut compromissi, cap. 4. num. 204. part. 5.

Electi duo, quando in vltimo scrutinio habent paria vota, an sit deueniendum ad sortes, an vero prius ad qualitates vt plures tenent, & fuit practicatum, c. 4. à n. 205. cum seqq. p. 5. resoluitur ad sortes esse recurrendum, vsque ad n. 212. & quis debeat esse iudex in huiusmodi controuersiis, & aliis occurrentibus in prouisionibus iis traditur, à n. 214.

Post electionem an requiratur collatio, an vero electio ipsa habeat vim prouisionis & collationis, c. 4. num. 219. p. 5.

Electio Canonicatuum Doctoralis, & Magistralis, an debeat fieri intra semestre, alias deuoluatur ad superiorem, c. 4. à n. 222. p. 5.

Electio minus digni ex approbatis omisso digniori, & prouisio parrochialis subsequuta, an sit nulla ipso iure ex decreto Concilij, & constitutione Pij V. an vero sit inualida c. 2. §. 1. p. 9. à n. 225. & multis hinc inde adductis contra Rotam cuius decisiones ponuntur, resoluitur esse validam, non obstante decreto irritante Concilij & constitutionis Pij V. quod inducit formam, nam non videtur referendum ad prouisiones factas de minus dignis, vnde talis electus, & prouisus videtur referendus ad prouisiones factas de minus dignis, vnde talis electus, & prouisus videtur facere fructus parrochiales suos donec eius prouisio per iudicem appellationis reuocetur, & sic non est condemnatus in fructib. nisi ad summum à tempore primæ sententiæ reuocatoriæ, & non à die motæ litis, vt dicebat Rota, nec à die intrusionis vt videbatur, supposito quod prouisio esset nulla propter decretum irritans, nu. 234. & 238.

Electus an si administrasset de facto ante confirmationem, vacent beneficia priora, capit. 6. part. 11. à num. 1. refertur sententia Abbatis, & Decij resoluitur vacare, quando ille est etiam consecratus, licet illicite & intuste, modo consecratio sit alias valida & in forma Ecclesiæ.

Eligens dignum prætermisso digniori an teneatur illi ad restitutionem & prima sententia est non teneri, cap. 16. numero 26. part. 7. quæ fundatur à numero 27. Contraria sententia nempe quod teneatur illi ad restitutionem ponitur, numero 30. quæ fundatur à numero 31. & clarius procedit & in beneficiis quæ per examen & oppositionem conferuntur & vbi ex lege vel statuto sunt danda digniori, &c. à numero 37. & eam aliqui admittunt, quando edictum propositum fuerit quo promittatur beneficij collatio digniori, vel fit oppositio sub huiusmodi pacto saltim implicito, numero 40. & 41.

Eligens, seu præsentans, aut promouens dignum omisso notabiliter digniori peccat mortaliter secundum communem sententiam Theologorum licet prouisio sit valida, cap. 16. numero 1. & 2. part. 7. & probatur ex iuribus & authoritatibus adductis, numero 3. & Concilio Tridentino adducto, numero 4. & confirmatur ex electionibus à DEO factis, numero 5. & secundo probatur, quia violatur iustitia distributiua ex qua beneficia sunt etiam bona communia & præmia meritorum, & committitur peccatum acceptationis personarum, &c. numero 6. violatur etiam secundum aliquos iustitia commutatiua, &c. numero 7. quæ sententia procedit in Episcopatibus & beneficiis curatis ex Concil. Tridenti. Altera vero quæ tenet, non esse peccatum mortale, digniorem omittere, sed sufficere dignum & idoneum eligere, procedat in beneficiis sine cura, numero 16. quæ secunda sententia placet, & est intelligenda, nisi aliqua lege vel constitutione particulari, aut iuramento aliud cautum sit in beneficiis simplicib. nume. 17. & maxime procedit in patronis non solum laicis sed etiam Ecclesiasticis, numero 18. & in patronis laicis videtur sufficere dignum præsentare etiam ad curata, n. 19. & ad iura & autoritates adducta pro prima sententia respondetur, n. 20. 21. & 22. & ad confirmationem, num. 25. & ad secundum respondetur, beneficia non esse bona communia & præmia meritorum, & sic non violari iustitiam distributiuam, n. 25. nec commutatiuam eligendo ministros idoneos prætermissis digniorib. &c. numero 26.

Emanuel Rodriguez & Vega dicentes, quod laicus potest se opponere ad beneficium presbyterale in Ecclesia, vbi est statutum, quod obtinens beneficium intra annum fiat presbyter dummodo attigerit. 25. an. quod non dicit Nauarrus per eos allegatus, ca. 4. n. 87. p. 7. & quod ibi subdunt, quod quando patronus præsentat absentem, non sufficit quod tempore quo accedit nuntius cum schedula habeat ætatem requisitam, accipiendum est iuxta alias dicta c. 1. n. 88. p. 7.

Emanuelis Rodriguez opinio improbatur, quod per priuilegium & facultatem datam Priori Sa. Benedicti vniendi monasteria consentientib. Abbatib. & Monachis Monasteriorum vniendorum, non obstante fundatione, dotatione, &c. potest fieri vnio Monasteriorum iuris patronatus sine consensu & vocatione patronorum, &c. c. 2. §. 2. n. 212. p. 12.

Enriquez improbatur, dum ait, quod si quis cum duabus sororibus eius cum qua vult contrahere, copulam habuit, non sit necessarium in dispensatione id exprimere, nec in dispensatione patruelium, seu consobrinorum exprimere quod sunt per viam vtriusque parentis,

GARCIA de Benef. CVII 15

quod est falsum nam ibi duplex gradus, c.3. numero 88. p.8. vnde etiam in descedentib. ab illis erit duplex gradus exprimendus, num.89. quamuis vbi duo consobrini ex dispensatione matrimonium contrahunt, in eorum nepotibus non videtur considerandus, nisi secundus gradus, nam alter confunditur & cessat per matrimonium, & dispensationem auorum, & secus esset, si sine matrimonio & dispensatione habuissent filios incestuosos, n. 90. & 91.

Episcopus dispensare potest cum illegitimo ad pensiones dummodo non sit super beneficio paterno, ca.5.n.159. part.1.

Episcopus potest pensiones imponere, c.5.n.295. p.1. ex causa, n.296. quamuis Granutius teneat contrarium, n. 296. vsque ad n.304.

Episcopus an ex non vsu amittat hanc imponendi pensionem facultatem traditur, c.5. à n.305. vsque ad n.310. part.1.

Episcopus an possit imponere pensionem super parrochiali non excedente 100. ducatos traditur, c.5.n.311. p. 1. vsque ad 314.

Episcopus non committit simoniam conferens beneficium reseruata pensione, quamuis sibi ipsi reseruare non possit, c.5.n.315. & seq.p.1.

Episcopum, seu Legatum posse clerico ægrotante consentiente, vt alius substituatur assignata sibi pensione pro alimentis, hoc facere etiam si agritudo sit perpetua, probabile videtur, c.5.nu.354.p.1. non tamen poterit is resignare in manibus inferioris à Papa cum reseruatione pensionis pro alimentis, n.355.

Episcopus an possit imponere pensionem super beneficio iuris patronatus, sine consensu patroni, cap.5.num.357. cum sequentib. part.1. & resolvitur posse, cum limitatione tamen.

Episcopus an possit statuere quod fructus beneficiorum vacantium primi anni applicentur fabricæ alicuius Ecclesiæ, c.1.n.93.p.2.

Episcopum cuius diœcesi est beneficium, potest ordinare, etiam si beneficium esset subiectum alteri Episcopo, quo ad prouisionem, non vero quoad iura Episcopalia, c.4.n. 15.p.2.

Episcopus de iure antiquo, poterat clericos promouere ad plures titulos, c.5.n.73.p.2. hodie vero non, nisi ad titulum beneficij, vel patrimonij, n.74. & 75. & declaratio S. Cong. 76.

Episcopus familiari quem ordinauit ex Concilio, tenetur statim re ipsa beneficium conferre, quod habet etiam locum in minoribus & prima tonsura, cap.5.n.84. part.2.

Episcopus non potest dispensare cum familiari triennali, alias non subdito, super illegitimitate etiam ad minores, c.5.n.86.p.2. nec super interstitiis, nisi pro Ecclesiæ vtilitate, n.87. limita, vt n.88.

Episcopus si ex iusta causa daret licentiam alienandi patrimonium maneret securus, secus si sine ea, c.5.n.189. part.2.

Episcopi, & alij Pastores, etiam Parrochi tenentur residere de iure Canonico diuino & naturali, c.2.num.16. part.3.

Episcopus non potest occupare Parrochum in suo seruitio, vltra bimestre contra Hoiedam, & Siluestrem, cap. 2.n.40. & 41.p.3. & ponuntur declarationes S. Congr. à num.42. cum seqq. & reprobatur Nauarr. numero 45. & 46.

Episcopus non potest statuere aliam seruitij & officij formam præter solitam, nec noua onera imponere pro lucranda tertia parte fructuum Dignitatum, personatuum, & officiorum in distributiones conuersa, ca.2.numero 490.part.3.

Episcopus qui habet alternatiuam acceptatam, & est absens à diœcesi, an possit conferre beneficia vacantia in mensib. Mart. & Sept. c.1. à n.687.p.5. resolvitur posse & limitatur.

Episcopus absens à sua diœcesi vltra tres menses absque causa legitima, licet fructus suos non faciat, & prouisio beneficiorum inter fructus computetur, potest conferre beneficia quia prouisio non est proprie & vere fructus: & vbi sit mentio de fructibus ad suam sustentationem, proprie non venit præsentatio, seu collatio, c.1.n.690. & sequenti. part.5.

Episcopus non habens notitiam acceptationis alternatiuæ nullatenus ea vti potest, cum non sit certus de sua potestate, c.1.n.765.p.5.

Episcopus esto quod non possit valide prouidere ante notitiam acceptationis, virtute alternatiuæ, tamen ea habita posset prouidere beneficia, quæ vacarent in mense alternato, post acceptatam Romæ alternatiuam quod sufficeret, vt statim cessarent quatuor menses, cap.1.n.771. par.5.

Episcopus qui misit Romam Epistolas acceptationis alternatiuæ & nescit, an sint Romæ receptæ, & recognitæ, an possit in dubio licite prouidere de beneficio tunc vacante in mense alternatiuæ, c.1.n.774 cum seq.p.5. resolvitur posse, sub conditione non simpliciter.

Episcopus qui probabiliter dubitat an alternatiua sit iam acceptata, si simpliciter prouidet de beneficiis vacatibus, in mense Mart. vel Sept. amittet alternatiuam si iam acceptata erat: at conferens virtute alternatiuæ: de cuius acceptatione non constat eam non amittet licet non sit facta, c.1.n.779.p.5.

Episcopus & Capitulum qui in discordia contulerunt, cum neutra collatio valeat possunt intra semestre datum ad conferendum, concordare in vnum ex prouisis, vel in alium, nisi interim Papa alicui prouidisset, alias denolunetur prouisio ad superiorem, caput. 4. numero 35. parte 5.

Episcopus non potest abreuiare Capitulo tempus semestre, quod habet de iure ad prouidēdum, c.4.n.55.p.5. nec cogere ad prouidendum, quamuis congregato Capitul. ad id posset maior pars si vellet prouisionem differre, n.56. Nec è contra Capit. non poterit abreuiare tempus Episcopo, nec illum vocare, vt interfit præsioni intra certum tempus, n.57.

Episcopus, vel alius Prælatus electus & confirmatus, an possit conferre, administrare, & exercere, quæ sunt iurisdictionis, ante installationem, vel inductionem in possessionem, c.4. à n.243. cum seqq.p.5. & quid stante consuetudine, n.257.

Episcopus non potest se ingerere administrationi, nisi ostensis & præsentatis literis Capi. de cuius preiudicio agitur, c.4.n.154. & seq.p.5.

Episcopus cui datus est coadiutor, an possit beneficio conferre, c.4.n.263. cum seq.p.5.

Episcopus potest dare facultatem etiam generalem Vicario eius remittendi denunciatione, reprobata sententia Menoch. c.8.n.62.p.5.

Episcopus si daret mandatum generale Vicario ad omnia excepta collatione beneficiorum seu alia re requirente speciale mandatum, an per hanc exceptionem veniant alia requirentia speciale mandatum, c.8. à n.76. cum sequentib. part.5. & resolvitur sub distinctione, numero 79.

Episcopus non potest dare facultatem conferendi beneficia, nisi Vicario suo seu officiali generali, cap. 8. n. 319. part.5.

Episcopus an possit exequi, seu expedire literas, in forma di-

forma dignum, directas Vicario, seu officiali, & sic an prouisio vigore illarum facta ab Episcopo sit valida, caput. 2. à num. 19. cum sequentibus part. 6. & resoluitur negatiue.

Episcopus potest suo Vicario dare facultatem conferendi beneficia etiam vigore alternatiuæ nondum competentis, c. 2. n. 24. p. 6.

Episcopatus non vacat per adeptionẽ dignitatum vel beneficiorum, vide verbo beneficia priora.

Episcopi ex decreto Conc. Tr. sess. 24. de reformatione c. 6. possunt ab hæresi occulta in foro cõscientiæ absoluere per se ipsos, non per eorum Vic. ullo modo, quamuis in aliis casib. occultis etiam sedi Apostolicæ reseruatis, possint absoluere per se ipsos, aut Vicarium ad id specialiter deputandum, c. 10. §. 1. n. 112. & 113. p. 11. vnde conuincitur sententia Corduba, quam alij sequuntur & tenet Naua. & c. n. 114.

Episcopi hodie ex Conc. Trid. possunt omnino dispensare in irregularitate ex homicidio casuali occulto, nec deducto ad forum contentiosum vt in c. 6. sess. 24. de reformatione ca. 11. n. 12. p. 7. in isto decreto Concilij non comprehenduntur inferiores habentes iurisdictionem Ordinariorum, & quasi Episcopalem nec etiam Prælati regulares, sed tantum Episcopi priuatiue quo ad omnes alios, num. 13. etiam si inferiores sint nullius Diœcesis, à num. 14. quorum subditi debent pro dispensatione seu absolutione de qua ibi, recurrere ad Papam, num. 19. & idem est in exemptis licet non sint nullius Diœcesis, nam non sunt subditi Episcopi, nec ei se possunt subiicere, nisi in casib. à iure expressis, n. 20. & non excludit Capit. sede vacante, n. 21. quãuis loquendo de absolutione hæresis contrarium teneant P. Ledesma, cuius rationib. satisfit, n. 22.

Episcopi hodie non poterunt dispensare cum homicida casuali non occulto etiam ad minores Ordines tam suscepto, aut beneficium simplex ad quod antea poterant, c. 11. n. 27. p. 7. quamuis contra teneant Nauarr. & alij dicentes, quod quãtum ad homicidium casuale nihil innouauit Concil. n. 28. quorum sententia poterit procedere in mutilatione membri, in qua etiam voluntaria nihil innouauit Concilium, & in ea etiam voluntaria, si est occulta potest Episcopus dispensare ex dict. c. 6. sess. 24. de reformatione, n. 29. appellatione enim homicidij non venit mutilatio, à n. 30. quamuis contrarium sentiant aliqui, n. 33.

Episcopi illarum regionum in quibus Conc. Trid. receptum adhuc non est, non possunt vti facultate concessa in dict. cap. 6. session. 24. de reformatione, cap. 11. numer. 23. part. 7.

Episcopi nullo modo poterant dispensare cum homicidio voluntario etiam occulto, sub quo intelligitur etiam mandans & consulens, nec etiam ad minores aut beneficium simplex contra alios caput. 11. numero 24. & 25. part. 7. licet ante Concilium possent, numero 26.

Episcopi possunt dispensare contra ius Canonic. etiam Concilij ex magna causa necessitatis, seu vtilitatis, quod procedit, quando superior consuli non potest, & in proposito non videtur posse considerari periculum in dilatione ad consulendum superiorem, c. 5. §. 4. num. 339. & 340. part. 11.

Episcopi seu alij iudices quamuis ex mandatis possessionum beneficiorum non possint accipere sportulas, alias committant simoniam, non tamen videntur incurrere pœnas impositas contra simoniacos in beneficio vel ordine, c. 1. n. 81. pa. 8.

Episcopi seu eorum Vicarij assistentes examinib. cum examinatoribus multo minus possunt aliquid accipere, seu sportulas ex huius examinibus, quia cum non possint id accipere ex prouisionibus beneficiorum, ita nec ex examinibus, cap. 2. paragraph. 2. numero 380. p. 9.

Episcopi translati ad alium Episcopatum, videtur cõsuetudine receptum in Hispania, quod administrent in primo & in eius possessione permaneant, donec possessionem secundi adipiscuntur, vel promotus ad primum possessionem eius capiat, quamuis non lucrabuntur fructus à die translationis facta cum consensu illorum, & ita seruatur maxime cum lucrentur fructus secundi Episcopatus, c. 6. n. 41. pa. 11. non tamen non valebit prouisio ab eis facta de beneficijs vacantib. post translationem ex regula 2. Cancellariæ, n. 42.

Episcopus ad maiores Ordines, & beneficia curata nequit dispensare, sed requiritur dispensatio Papæ, c. 2. n. 51. p. 7. quantumuis magna subsistente causa vtilitatis seu necessitatis Ecclesiæ, n. 52.

Episcopus an possit cum illegitimis dispensare in Canonicatu Ecclesiæ Cathedralis, c. 2. n. 57. p. 7. & n. 58. ponitur sententia affirmatiua communiter recepta, quæ fundatur, n. 50. contraria tamen sententia ponitur, nu. 60. & eius fundamenta à n. 61. vbi eis respondetur, n. 65. ponitur sententia Maioli, ad Canonicatum in Cathedrali Episcopum olim potuisse dispensare iuxta primam sententiam, & hodie quia omnes Canonicatus Cathedralium annexum habent Ordinem sacrum, dispensare non posse, pro qua est doctrina glossæ, quod Episcopus non potest dispensare in beneficio simplici requirente sacrum Ordinem, etiamsi non requirat eum actu sed post, n. 66. quæ sententia Maioli videtur tenenda, ita tamen quod cum illegitimo ad sacros Ordines dispensato, possit Episcopus etiam hodie ad Canonicatum dispensare, n. 68. & idem in portionib. Ecclesiæ Cathedralis: secus tantum in Canonicatu Collegiatæ, & in dimidijs portionib. numero 69.

Episcopus an possit facere concursum ad parrochiales vacantes in mensib. reseruatis, vel alias reseruatas seu affectas non obstantibus regulis conseruatorijs, resoluitur affirmatiue, c. 1. §. 1. n. 153. p. 9. & n. seq. ponitur declaratio S. Congreg. & ita intelligitur quod ait Nauar. parrochiales esse ab omni reseruatione exemptas, scilicet ad effectum concursus tantum, non collationis quæ à Papa facienda est, n. 155.

Episcopus an possit familiares consanguineos & affines suos vel resignantium admittere ad concursum parrochialium in suis manib. resignatarum, stante constitutione Pij V. 58. c. 2. §. 1. n. 210. p. 9. resoluitur non posse vt censuit S. Congreg. n. 211. quod non procedit in vacatione per obitũ vel alias, n. 212. & sequenti vbi ponitur decisio Rotæ.

Episcopus an possit in impedimentis matrimonium dirimentibus dispensare, quando impedimentum est occultum, & ad Papam non potest haberi recursus propter paupertatem, vel alia impedimenta, & in separatione esset magnum scandalum c. 5. §. 4. n. 341. p. 11. & communiter tenetur pars affirmatiua ex doctrina supradicta, quod Episcopi possunt dispẽsare contra ius, etiam Concilij ex causa necessitatis, quæ hic concurrit, n. 342. contrariam sententiam tenent Sotus, Corduba, & alij relati, n. 343. cum sequent.

Episcopus an possit statuere, quod fructus beneficiorum vacantium primi anni applicentur fabricæ alicuius Ecclesiæ, vel mensæ Episcopali, seu Capitulari, remissus, c. 1. n. 122. p. 8.

Episcopus an quando vult conferre parrochialem alicui oppositori habenti aliam, seu eligere, & nomi-

CARDIA de Benef. CVII 15

nare eum ad illam, posit ei dicere, quod prius resignet parrochialem, quam habet, c.2.n.45.p.8. resolvitur licet non videtur adesse simonia, si libere, & sine vllo pacto, & conditione fiat designatio, tamen non posse si is est constitutus in sacris, nec habet aliam vnde sustentari possit, & maxime si est ordinatus ad titulum primæ, numero 46. si tamen faceret resignationem cum conditione, quod Episcopus ei conferret secundam, esset simonia numero 47. & similiter si resignatio fieret salvo iure, &c. numero 48.

Episcopus dispensare potest cum illegitimis ex quocumque etiam damnato coitu ad ordines minores, & beneficium siue curatum cum sint honestæ vitæ, & virtute præditi, nam in ista dispensatione facienda per Episcopum requiritur causa, &c. c.2. numero 48. & seq. p. 7. non tamen potest cum eis dispensare super pluralitate beneficiorum simplicium, vt plura possint retinere; numero 50.

Episcopus dispensare non potest, vt quis habeat duo simplicia beneficia sufficientia, c.5.n.372.p.11. & 373. adducitur declaratio S. Congregat.

Episcopus dispensat in irregularitate orta ex hæresi occulta, c.10.§. 1.n.86.p.11.

Episcopus dispensare non potest cum bigamis, non solum ad sacros ordines, sed nec ad minores, aut primam tonsuram, aut beneficium, etiam simplex, c.6.a n.3. ponitur declaratio S. Cong. p.7.

Episcopus dispensare non potest contra ius, nisi in casib. à iure expressis c.5.n.5.p.7.

Episcopus dispensare non poterit, vbi beneficium illud conferre non potest, c.13.n.76.p.7. Et ideo vbi collatio, electio, seu præsentatio ad alium spectat, non potest Episcopus dispensare nisi illo consentiente, numer.77. & vbi Papa beneficium prouidit, non potest etiam Episcopus dispensare, quia beneficium manet affectum, numero 78.

Epūcopus dispensare etiam non potest qui scienter huic beneficium contulit c.13.nu.79.p.7. sed contrarium tenetur cum Suarez, quia non est priuatus potestate illud iterum conferendi, nam c.in iunctis §. 1. de electione habet locum solum in defectibus ibi expressis, & non in alio saltim de se temporali, & facile mobili contra glossam & alios à n.80. & facit consil. Nauarr. quod Episcopus authoritate Conc. Trid. c.6. sessi.24. potest dispensare in irregularitate descendēte ex delicto occulto, & ipso sciente, & etiam de consensu, & mandato eius facto, numero 87.

Episcopus dispensare non potest, etiam vbi quis scienter intrusus est in beneficio, sibi excommunicato collato propter inhabilitatem ex intrusione contractam, c. 13.n. 88. part. 7.

Episcopus habenti duo simplicia beneficia, etiam insufficientia non potest conferre aliud ad effectum retentionis, & si contulerit tertium quod sit sufficiens, per assecutionem illius duo priora ipso iure vacant: si vero tertium non sit sufficiens vacabit vnum ex prioribus, quod maluerit dimittere, & sic tunc habet locum optio, sicut quando duo curata simul conferuntur, ca.5.§.3.n.311. & sequen. p.11. & n.313. ponitur decretum Concilij Prouincial. Mediolan.5.

Episcopus in homicidio voluntario iusto poterit hodie etiam dispensare, vt antea cum nihil, quo ad illud videatur innouasse Concilium c.11.n.34.p.7.

Episcopus in impedimento affinitatis superueniente matrimonio, non potest dispensare ad petendum debitum, nisi forte ex consuetudine cap.5. paragraph.4. num.355. part.11.

Episcopus manutenendus est in possessione conferendi parrochiales, seu faciendi concursum lite pendente super iure patronatus, seu præsentandi, c.2.§.2.n.259.p.9. vbi ponitur resolutio Rotæ, sicut manutenendus est Episcopus in iurisdictione in tota sua Diœcesi contra inferiores prætendentes immemorialem, donec de ea constet ex iuris communis assistentia, non aliter probata quasi possessione Episcopi, n.260.

Episcopus, Nuntius, seu Legatus an hodie stante concilio Trid. possit dispensare ad duo beneficia difformia sub eodem tecto, sicut antea poterat ex communi c.5.§.4. à n.374.p.11. resolvitur posse, nam ista facultas non apparet sublata per Concilium non obstante capitul.4. sessione 7. & clare censuit Sacra Congregatio in declaratione posita, n.377.

Episcopus, Nuntius, seu Legatus, an possit dispensare super pluralitate beneficiorum incompatibilium c.5.§.4. n.336.p.11. in dignitatibus, personatibus, seu officiis, & curatis indistincte dispensare non potest, sed solus Papa dispensat, n.337. etiam si dispensatio fieret principaliter propter necessitatem seu vtilitatem Ecclesiæ contra Host. & alios, n.338.

Episcopus, Nuntius, seu Legatus, potest dispensare, vt quis habeat plura beneficia, etiam residentiam requirentia, quæ non sunt curata, aut dignitates personatus, vel officia, vel duo vniforma sub eodem tecto vel duæ præbendæ diuersarum Ecclesiarum, quarum quælibet de per se sufficiat secundum Abb. & alios ita explicantes, c.Sanct.70. distinctione, c.5.§.4.n.369.p.11. sed in requirentibus residentiam verius est non nisi Papam posse dispensare n.370. & hodie certum est ex Concilio Tridentino, contra quod Episcopus seu Legatus dispensare non potest, n.371.

Episcopus, Nuntius, nec etiam Legatus non posset dispensare in beneficio paterno immediate, etiam cum legitimo contra Gambarum c.3.n.5.p.7.

Episcopus, nec Vicarius non potest aliquid recipere pro collationibus beneficiorum, etiam parum contra Cechum c.1.n.78.p.8.

Episcopus ordinans bigamum etiam in minoribus dimissus, seu prima tonsura, grauiter peccat, nempe more aliter, & etiam conferendo ei beneficium, nec valet collatio c.6.n.6.p.7. & secundum Nauarr. videtur suspensus ipso iure à collatione ordinis, quem contulit bigamo, & etiam à missando per vnum annum, n.7. sed contrarium refertur tenere S. Congreg. & de pœna suspensionis à collatione ordinis nullus est canon, & pœna suspensionis à missando non videtur lata ipso iure, sed ferenda per sententiam à n.8.

Episcopus poterit Canonicos, seu Capellanos ad exercendam curam animarum deputatos à Capit. vel alius examinare, neque eis permittere absque eius approbatione curam exercere, licet ab immemorialis per eos exerceatur absque examine & approbatione Episcopi, ex Sancta Congreg. cuius declarationes ponuntur, cap. 2. paragrap.1.n.182. & 183.p.9. quamuis Nauarr. dicat, quod si Canonici, & Capellani eo ipso, quod sunt Canonici, & Capellani habent annexam facultatem exercendi curam, non potest Episcopus illos examinare, secus si requiratur deputatio ad curam exercendam, tamen Additio ibi ait, quod Congregat. vt refertur, absolute censuit Episcopum posse eos examinare, n.186. & seq. quamdiu tamen Episcopus eis non inhibuerit, ne aliam curam exerceant, poterunt eam exercere, absque examine, & approbatione Episcopi, quando non requiritur deputatio, alias secus, n.188.

Episcopus potest absque Synodo etiam hodie anniuersaria commutare, caput.1. numero 130. cum sequentibus, part 7.

Episcopus

Episcopus quamuis possit committere vicario suo, aut officiali generali facultatem recipiendi resignationes, & conferendi beneficia, non tamen poterit id committere singulari personæ, nec etiam ipsi vicario de certo beneficio c.1.n.9.p.10. quamuis contrarium tenuerint Rota, & Staphileus à n.10. in permutatione tamen, quam partes facere desiderant, posset procedere opinio Rotæ, & Staphilei, maxime quando esset de beneficiis diuersarum diœces. n.12.

Episcopus qui facit concursum ad parrochiales spectantes ad collationem inferiorum, an si ex approbatis reperit plures æque idoneos, debeat omnes illos eligere, vt inferior parrochialem conferat, cui maluerit, an vero possit Episcopos gratificare, & vnum solum eligere c.2.§. 1.à n.148. pa.9. resoluitur posse Episcopus vnum solum eligere, & respondetur cuidam declarationi S. Congreg. quæ videtur contra.

Episcopus, seu Capitulum Sede vacante in locum examinatorum defunctorum, vel absentium, alios deputare non potest nec intra annum, nisi omnes deficiant, nec post annum, etiam si omnes deficiant, c.2.n.78.p.9. quamuis in iudicibus synodalibus detur facultas Ordinario ad substituendum, &c.n.79. quæ facultas substituendi videtur intelligenda quando nondum aduenit tempus faciendæ Synodi, & transiuit in Capitulum Sede vacante, num.80. & ponuntur declarationes S. Congre. à num.81. quamuis Rota tenuerit deficientibus examinatoribus synodalibus, posse Episcopum deputare examinatores, absque celebratione Synodi, vt in decisionib. positis à numero 86.

Episcopus solus, vel vicarius, & non ipsi examinatores debent ex approbatis per examinatores eligere magis idoneum c.2.n.108.p.9.

Episcopus suo iudicio, & non ex votorum calculo, & collatione potest ex approbatis eligere, & debet eum qui sibi magis idoneus videatur, c.2.n.109.p.9. vbi ponitur declaratio S. Cong.

Error communis probabilis quod quis est legitimus minister, & habet iurisdictionem, licet ille in rei veritate non sit verus, an efficiat quod valeant gesta per illum, c.4.n.305. cum seqq.p.5. & an sufficiat titulus coloratus ad effectum. l. Barbarius, qui sufficeret ad effectum restitutionis spoli, n.308.

Examinatio vbi requiritur pro forma, vel alias est omnino necessaria, prætermitti non potest, quantumuis præsentatus sit notus, c.1. numero 22. p.4. & resolutio Rotæ, numero 23. & an praxis hodierna possit sustineri, numero 24. & respondetur numero 25.

Examinatores ad parrochiales in forma dignum, debent facere relationem, & approbationem non solum quoad literaturam sed etiam quoad clericatum, legitimitatem, ætatem, & mores c.2. à numero 236. p.6.

Examinatus an si semel non reperiatur idoneus, possit iterum examinari, & illi tunc reperto idoneo, beneficium conferri, capit.2. à numero 253. part.6. resolutur negatiue, maxime in Parrochialibus, num. 255. cum sequentibus.

Examen ac approbatio in concursu requiritur semper pro forma ad singulas parrochiales c.2.n.99. & seq.p.9. vbi ponitur declaratio S. Congre. & reprobatur quædam sententia Zerolæ, n.101.

Examen ad parrochiales debet fieri cum examinatoribus saltem tribus c.2.n.52.p.9. circa quod ponitur declaratio S. Cong.n.53.

Examen an esto non requiratur per concursum in prouisionibus faciendis de beneficiis resignatis ex causa permutationis, requiritur tamen nouum examē ipsorum compermutantium coram examinatoribus Synodalibus, c.2.§.1.à n.162.p.9 Resoluitur, non requiri nouum examen, nisi fiat permutatio cum beneficio simplici, aut nisi esset magna inæqualitas n. parrochianorum, vel permutantes alias non fuissent examinati ex S. Congreg. cuius declarationes ponuntur, & decretum Conci. Prouinc. Mediol.5. Expediret tamen tunc fieri examen ante renuntiationem, n.166. in permutationib. tamen quæ fiunt coram Papa, semper committitur Ordinario in forma dignum, n.167. circa parrochiales obtentas ex regressu, ponuntur declarationes Sanctæ Congregationis, numero 168.

Examen, & concursus factum cum tribus examinatorib. synodalib. adhibito etiam alio vel aliis non synodalib. an vitietur c.2.§.2.à n.321.p.9. resoluitur vitiari ex Sanct. Congregatione, & cum ea Rota, licet aliàs tenuisset contra.

Examen factum ante lapsum termini edicti, an subsistat c.2.§.2.p.9.à n.326. resoluitur negatiue, etiam nullo postmodum comparente, nam non seruatur forma Concilij, quæ est præcisa, & non ad effectum, vt apparet ex decreto irritanti, vt aliàs fuit resolutum per Rotam in decisione posita, n.329. & in proposito in decisione posita, nu. 331. licet antea secus tenuisset in decisione posita numero 327. ex quadam doctrina Lambertini, cui respondetur, n.332.

Examen per concursum, quod fiat in parochialib. iuris patronatus Ecclesiastici, procedit, nisi aliud in institutione, & fundatione cautum sit, quæ erit seruanda c.2.§. 2.n.270. & seq.p.9. & nisi institutio facienda sit à S. Pontifice, vt quia vacauerint in mensib. Apostolicis, vel aliàs sicut reseruatæ, nam tunc Ordinarius, nulla habita ratione patronorum, debet facere concursum, & magis idoneum eligere, ac instituendum remittere, & significare S. Pontifici, n.272. & seq. vbi ponuntur declarationes S. Congregat.

Examen per concursum requiritur in parrochialibus iuris patronatus Ecclesiastici, ita vt si institutio ad Episcopum pertineat, quem patronus digniorem inter probatos ab examinatorib. iudicabit, Episcopo præsentare teneatur, vt ab eo instituatur, cum vero institutio ab alio erit facienda, Episcopus ex dignis eligat digniorem, quem patronus ei præsentet ad quem institutio spectat c.2.§.2.n.261.p.9. circa quod ponuntur declarationes S. Congr.n.262. & 263.

Examen per concursum an requiratur in parochialib. iuris patronatus, resoluitur primo, in parrochialibus iuris patronatus laicorum non requiri examen per concursum, sed solum præsentatum examinandum esse ab ordinario, cum tribus saltem examinatoribus Synodalib. & illi idoneo reperto institutionem faciendam ca.2.§. 2.n.255.par.9. vbi ponuntur declarationes Sacræ Congregationis.

Examen tunc requiritur per concursum quando fuerint plures præsentati à patronis laicis ca.2.§.2. numero 256.p.9. vbi ponitur declaratio S. Congregation. quod intelligitur, quando singuli præsentati habent æqualem vocem, nam si aliquis haberet plures voces, is solum esset examinandus, numero 257. & in proposito nil videtur referre, quod ius patronatus sit ex fundatione, vel dotatione, aut ex priuilegio, seu consuetudine, numero 258.

Examinari an debeat, si vnus tantum ad concursum apparuerit, & ei, si reperitur idoneus, de parochiali prouideri c.2.§.1.p.9.n.214. resolutur quod sic, & addu-

GARCIA de Benef. GVII 15

cuntur declarationes S. Congr. n. 215.

Examinatio, & approbatio cum requiratur pro forma, non poterit omitti quantumuis præsentatus sit notorie idoneus c. 3 n. 15. p. 9.

Examinatores debent facere relationem, & approbationem de omnibus non solum, quo ad literaturam, sed etiam clericatum, ætatem, legitimitatem, mores, &c. ca. 2. n. 105. p. 9. alias videntur peccare mortaliter examinatores, n. 106.

Examinatores debent deputari in Synodo vera, & formali, quæ est congregatio legitima, quam facit Episcopus cum clericis sibi subditis ad tractãdum de his quæ curæ pastorali incumbunt, &c. caput 2. numero 67. part. 9. & non sufficeret congregari clerum ad effectum solum nominandi examinatores, & indices Synodales, &c. n. 68.

Examinatores debent deputari singulis annis in diœcesana Synodo, quòd etiam Capitulum, seu Vicarius Sede vacante facere potest, saltim sex qui debent proponi ab Episcopo, & à Synodo approbari, &c. cap. 2. nu. 64. part. 9. ex quibus Episcopus, vel vicarius debeat saltim tres eligere, vt secum examen perficiant, &c. numero 65.

Examinatores debent peracto examine renuntiare quotquot idonei reperti fuerint, caput 2. numero 104. part. 9.

Examinatores deputandi an sint in Synodo particulari, & nominatim: an verò possint deputari in genere c. 2. paragraph. 2. part. 9. à numer. 333. resoluitur non posse in genere deputari ita vt successores, seu subrogati in officio, seu præbenda comprehendantur, sed solum comprehendi tunc stantes ex S. Congregatione, cuius declaratio ponitur, n. 339 & Rota in decisionib. positis à nu. 341. & obseruantiam, & consuetudinem contrariam, non videri rationi multum conformem, nec præscriptam, nec posse introduci propter decretum irritans, nec releuare, quòd dicatur, Concili. quo ad id non esse à principio receptum, à num. 345.

Examinatores semel deputati, eorum officium non expirat cùm morte Episcopi dũmodo sex supersint: at si pauciores supereſſent lapso anno, alios loco mortuorum esse eligendos in Synodo, alias qui supererint pro legitimis non sunt habendi, ca. 2. n. 73. p. 9. & non solum aly loco mortuorum sunt tunc eligendi, sed etiam qui supererant sunt de nouo eligendi, vel relinquendi pro examinatorib. vel aly loco eorum, &c. n. 74.

Examinatores si intra annum omnes mortui sint, vel abfuerint, & videbatur, Episcopum eo casu posse per se ipsum examinatores deputare, nam vbi forma præcisè seruari non potest, sufficit actum facere eo modo, quo fieri potest ca. 2. nu. 70. & 71. p. 9. sed Clem. VIII. fecit decretũ super hoc, vt in declaratione Sancti. Congregat. posita, numero 72.

Examinatores si pauciores quàm sex in synodo deputantur, non erat legitima deputatio, & examen, & concursus cum illis factum erit nullum, caput. 2. numer. 66. part. 9.

Examinatores tenentur priuatim præsertim Episcopo petente renuntiare, quis sit magis idoneus, & nisi Episcopo id alias constet, poterit priuatim se informare de hoc ab ipsis examinatoribus, &c. c. 2. n. 110. p. 9. & sic procedit quedam declaratio San. Congregationis posita, numer. 111.

Examinatores tenentur approbare quotquot idonei reperti fuerint, vt ex eis patronus eligat, cap. 2. paragra. 2. num. 294. part. 9. vbi ponitur declaratio S. Congregationis.

Examinatores vt singulis annis deputentur in Synodo non requiritur pro forma, dummodo post annum saltim sex remaneant contra Rotam, c. 2. nu. 75. p. 9. & an idem sit in iudicibus Synodalibus in terminis Conc. Trid. sess. 25. c. 10. de reformatione, an requatur saltim si non adsint alij legitimi iudices, numer. 76. resoluitur tunc rectè posse à Nuntio vel Legato causas alijs committi, quamuis si committantur iudicib. Synodalib. rectè etiam possit rescriptum illis præsentari, n. 77.

Examinatoribus competit renuntiare, quis sit magis idoneus, cap. 2. num. 112. par. 9. & respondetur constitut. Pij V. num. 113. nec contrarium tenet Zechius relatus, n. 114.

Examinatoribus qui ex decreto Concilij nihil prorsus occasione examinis, nec ante nec post, possunt accipere, quacumque etiam immemorialis consuetudine non obstãte, &c. an possit stipendium pro suo labore dari, præsertim ex fructibus beneficij, c. 2. §. 2. p. 9. à n. 360. resoluitur negatiue ex S. Greg. & alus, licet contrarium sit statutũ Concilio Compostellano, & Toletano, & ita practicetur.

Examinatoribus videtur planè prohiberi, dicti decreto Concilij quidquid datur occasione examinis siue ante, siue post, etiam gratiose & liberaliter & ad captanda beneuolentiam, etiam si sit modicum, id enim rectè potest prohiberi tanquam simoniacum, cap. 2. §. 2. num. 390. part. 9.

Examinatorum defectus cũ lapso anno contingat culpa ipsius Episcopi non facientis Synodum sic nõ excusat eum ab obseruatione formæ, & cessat ratio Rotæ, c. 2. nu. 92. pa 9. quod procedit etiam si Episcopus de nouo vocatus ad Episcopatum, &c. n. 93. & sententia Rotæ posset procedere in terminis decisionum Literen. nempe in beneficijs iuris patronatus laicorum, à quib. præsentati si non sunt examinatores Synodales, poterunt examinari coram aliis ab Ordinario deputatis, à nu. 94. & ponitur resolutio Rotæ.

Examinatorum si vota paria aut singularia fuerint, accedere potest Episcopus seu Vicarius, quibus magis videbitur, c. 2. n. 54. p. 9. nam Episcopus tantum vel Vicarius habet votum decisiuum in hoc casu ex S. Congreg. n. 55. 56. & 57.

Examinatorum si fiat deputatio in genere, verbi gratia, lectorum, &c. cum non comprehendat successores, seu subrogatos, sed solum tunc stantes, videtur illos etiam dimisso officio manere examinatores, cap. 2. §. 2. num. 348. part. 9.

Examinatorum seu deputatorum, si aliqui intra annum mortui fuerint aut aliàs abfuerint, tota facultas examinandi ad superstites spectabit eo anno durante etiam si vnus tantum supereſſet, cap. 2. num. 69. p. 9. non fol. 126.

Exceptio nullitatis pensionis, non obstat in possessorio, nec est necessarium verificare conditionem positam in reseruatione pensionis, & refertur decisio Rotæ, c. 5. n. 447. part. 1.

Exceptio reductionis admittenda est ad impediendam executionem etiam si non probetur incontinenti, sed requirat altiorem indaginem quia oritur ex ventre supplicationis, c. 5. n. 489. & 490. p. 1.

Exceptio quando requirat altiorem indaginem arbitrio iudicis relinquitur, c. 5. n. 548. p. 1. resolutiones Rotæ, n. 549. vsque ad 552. p. 1.

Exceptio quando non requirit altiorem indaginem, sed altior indago oritur ex replicatione pensionarij, non est reseruanda in petitorio, cap. 5. num. 557. cum sequent. part. 1.

Exceptio quod beneficium erat grauatum ea pensione de qua non est facta mentio regulariter non impedit execu-

cutionem, nam requirit altiorem indaginem, c.5.n.560. & 561.p.1.

Excipiens contrariam pensionem ex eo quod non fuit facta mentio de prima, tenetur probare, quod tempore secundæ, prima erat reseruata, & quod erat valida, c.5.n. 565.p.1.

Exceptio reseruationis respectu Cardinalium, an sicut prodest Capitulo, sic etiam in beneficiis simultaneæ collationis reseruatis ei prosit indultum concessum Cardinali Episcopo, ad conferendum reseruata, cap.1.à nu.627. cum sequent.p.5. & resoluitur non prodesse: contra Gonçalez.

Exceptio & nostræ regulæ fauor, an extendatur ad Cardinales absentes à Curia, vel solum procedat in residentib. in ea, c.1.n.637. cum seq.p.5.

Exceptio Apostasiæ & inhabilitatis potest opponi, etiam agenti ad executionem breuis nomine Cameræ, ex Rota, c.3.n.20. & 21.p.6.

Excommunicatus seu suspensus, qui non percipit fruct. beneficij, an teneatur de suo soluere pensionem, an verò si soluenda ex fructib. c.5.n.226. vsque ad 230.p.1. resoluitur ex fructib. soluendam.

Excommunicatus tenetur ratione beneficij recitare, licet non percipiat fructus, caput. 5. numer. 231. & 232. part.1.

Excommunicationis & priuationis pœnæ non incurruntur etiam literis intimatis titulari, nisi pensionario volente & declarante, c.5.n.581.p.1.

Excommunicatio contra Ecclesiasticos soluentes exactiones, posita per Bonifacium VIII. non innouatur in Concilio Lateranens. cap.3.num.16. & sequentib.par.2. nec decretum Bonifacij per Bullam Cœnæ, numer.18. cum sequentib.

Exemptio in Subsidio, & Excusato, solum durat pro illo quinquennio, cap.5.num.173.pa.1. & resolutio Rotæ, nu.174.

Excommunicatio non incurritur per hæresim mentalem, sed requiritur, quod sit verbo aut facto exterius prolata, nam lex humana non ligat actus merè internos, nec in eo Ecclesia potestatem habet etiam ad præcipiendum, c.10.§.1.n.91.p.11. quæ sententia est hoc tempore communissima, & sumitur ex D. Thoma docente, quod de his potest homo legem facere de quibus potest iudicare, &c. Et habet fundamentum in scriptura, nu.92. & tenenda est quamuis contrariam teneant gloss. & alij citati.n.93. & ratio ponitur, num.94. quæ confirmatur, & explicatur, num.95. respondetur iuribus quibus excommunicantur aliquâ credentes seu sentientes, quod intelligunt de credentibus, & sentientibus in foro Ecclesiæ, &c. numero 96.

Excommunicatio irregularitatis non incurritur, & obligatio restituendi propter opus factum cum ignorantia comitanti, quæ cessante ignorantia, incurreretur, cap.10. §.1.n.97.p.11.

Excommunicationis pœna posita in extrauaganti cũ detestabile de simonia versiculo statuentes, esto restringatur ad simoniam realem ex illis verbis, qui quomodolibet dando vel recipiendo simoniam commiserit, tamen id non potest referri ad versiculum, per electiones, vbi agitur de nullitate prouisionis simoniacè factæ, c.1.n.43.p.8. & verius est per illa verba non restringi excommunicationem ibi positam ad simoniam realem completam etiã ex parte rei temporalis, nam illa referuntur solum ad spirituale nempe Ordines vel beneficia, ita quod tàm dantes Ordines, vel beneficia, per simoniã, quàm illa sic recipiẽtes sint excommunicati, nisi obstet stylus & intellectus Rotæ contrarius, n.44.

Excommunicato dantur alimenta necessaria ad sustentationem pro tempore quo nõ posset habere absolutionem & recessit à contumacia, cap.13.paragraph.1. num. 104.part.7. vel quando esset in extrema necessitate, numero 105.

Excommunicatus amissos fructus recuperare aut retinere non potest post absolutionem, c.13.§.1.n. 106.p.7. & improbatur consilium Nauarri dicentis, excommunicatũ satis iustè posse retinere fructus alios à distributionib. quotidianis receptos tempore excommunicationis, postquam fuerit absolutus ab ea, & respondetur eius fundamento n.107. & seqq.

Excommunicatus amittit fructus etiam vbi ante excommunicationem fructus percipiendi ipsius creditori assignati essent, contra Vgolinum, cuius rationi respondetur ex capit. peruenit de fideiussorib. & longè diuersum est in pensione & subsidio, c.13.§.1.p.7. à n.109. & n.113. ponitur decisio Rotæ.

Excommunicatus an possit optare, c.13.p.7. à nu. 48. vbi resoluitur, quod poterit optare, quando non mutatur titulus, sed optio sit tantum quo ad præbendam temporalem, etiam si esset notorius excommunicatus, seu denũtiatus, & extra Calendarium & communionem Ecclesiæ: vbi verè mutatur titulus, & debet fieri noua collatio beneficij poterit optare, id est, declarare suam voluntatem ad optionem seu illam acceptare, non tamen sibi facere prouideri de beneficio optato, sed tunc differri debet prouisio, donec sit absolutus.

Excommunicatus Canonicus, cuius excommunicatio seu declaratoria non fuit intimata Punctatoribus & sic non fuit positus extra Calendarium, non videtur teneri restituere fructus, & distributiones illius tẽporis ex dict. consuetudine, quãuis si interfuit diuinis excommunicatus, poterit in pœnam priuari fructibus & distributionibus tunc lucratis, cap.13. paragraph.1, num. 132. & 133. part.7.

Excommunicatus cum sit priuatus fructib. beneficij, est etiam priuatus administratione bonorum eius, c.13.§.1.n. 115.p.7.

Excommunicatus impetrans, absolutus ad effectum præsentium consequendum non poterit celebrare nec diuinis interesse, nec alia facere, cum illa absolutio sit ad effectum præsentium duntaxat consequendum, cap.13.n. 65.part.7. nec faciet fructus suos beneficij sic collati, numer.66.

Excommunicatus iniustè, qui fuit in mora petendæ absolutionis an recuperet fructus eo tempore, vide verbo, authori non placet.

Excommunicatus iniustè non amittit fructus, nec etiã quotidianas distributiones, c.13.§.1.n.118. p.7. nec placet quod aiunt Vgolinus & alij, quod quando distributiones aliis acquisitæ, seu adiudicatæ sunt, vt quia illis accrescũt non sunt ab illis petendæ, sed ab eo qui author fuit seu causa iniustæ excommunicationis, à n.119. quamuis appellatio ab excommunicatione tanquam iniusta non suspendat executionem priuationis, nec sit attentata, n.121. distributiones verò seu fructus remanentes in mensa Capitulari ab ipso Capit. reddendi sunt excommunicato, cũ constiterit excommunicationem fuisse iniustã, aut nullã, &c.n.122.

Excommunicatus non amittit fructus quando excommunicatio est nulla, c.12.§.1.n. 116. p. 7. onus tamen docendi de nullitate incumbit excommunicato, & non Capitulo quod ei denegauit distributiones, &c. ex Rota, numer.117.

Excommunicatus non amittit fructus vbi consuetudo est, vt eos non amittat, ca.13. §. 1.n.128. p.7. quæ videtur

CARCIA de Benef. CVII 15

esse in Hispania, n.129. & solum in Ecclesiis Cathedralibus vel Collegiatis, seu quasi, est in vsu non computare Canonicos & beneficiatos excõmunicatos, &c. n. 130. & stante illa consuetudine, beneficiatus excommunicatus nõ videtur teneri restituere fructus temporis quo fuit excommunicatus, sed illos lucrari, nec posse illis priuari, &c. numero 131.

Excommunicatus non amittit titulum beneficiorum ante excommunicationem habitorum etiam insordescens, priuatur tamen ipso iure fructibus ipsorum, eosque non facit suos, nec lucratur, quandiu est in excommunicatione maiori etiam occulta, licet id in sententia non exprimatur, c.13. §.1.n.90.p.7. quamuis glossa teneat eis non priuari, nisi in sententia exprimatur, &c. n.91. quod quamuis verum sit in suspenso ab officio, secus tamen de excommunicato, n.92.

Excommunic. potest optare, & optio ab eo facta valet, vbi optio solum operaretur retentionem vnius beneficij & dimissionem alterius, c.13. n.53. & respondetur c. referente de prabendis nu.54.

Excommunicatus priuatur fructibus, etiam si non maneat in contumacia seu non dormiat in sententia, nesi t in mora petendæ absolutionis, c.13.§.1.n.93.p.7. quamuis contra teneant aliqui. n.94. imò, & si iudex iniustè absolutionem differat, non erunt ei fructus reddẽdi, nec eos lucratur contra Suarez, licet contra iudicem habeat ius ad illos, & c.n.95. & seq. quamuis Vgolinus dicat, quod fructus habebit, vbi impeditur quo minus absolutionem consequatur, &c.n.97.

Excommunicatus si fuBeneficiatus, aut Canonicus pro causa suæ Ecclesiæ non amittit fructus, maxime stante statuto de hoc, & idem in Canonico, Vicario Episcopi, Capituli vel Legato Apostolico ratione officij excommunicato secundum Ioann. Gutierrez, de quo tamen valde dubitat author, cap.13.paragraph.1.numer.126. & 127. part.7.

Excommunicatus si sit pensionarius non lucratur reditus pensionis pro tempore excommunicationis, c.13.§.1. n.114.p.7.

Excommunicatus vnica excommunicatione ob plures causas, tacita aliqua, nõ censetur ligatus pluribus excõmunicationibus, sicut absolutus ab vna, nõ censetur absolutus ab omnibus, vide verbo absolutio excommunicationis.

Excusationes literarum pensionis non impedientur pendente causa nullitatis, seu reformationis coram Ordinario absque commissione, c.5.n.525.p.1.

Executor literarum debet esse Canonicus Ecclesiæ Cathedralis & positus in dignitate, caput. 5. numer. 531. part.1.

Executor non potest ponere sequestrum super fructib. beneficij pensione grauati, c.5.nu.583.p.1. quamuis post sententiam possit, n.584.

Executor absolute committit vices suas subexecutori ex clausula cæterum, c.1. n.585.p.1.

Executores literarum & gratiarum beneficialium, alij sunt mandatorum de prouidendo de beneficiis vacaturis, alij literarum & gratiarum de beneficiis vacantibus, cap.1.num.1.part.6. & de Prioribus qui tractent remissiue, nu.2.& 3.

Executores mandatorum de prouidendo, non sunt in vsu ex decreto Concily Tridentini, capit. numero 4. part.6.

Executores hodie dãtur literarum Apostolicarum, pro beneficiis vacantibus alij dantur, pro executione literarũ in forma gratiosa, quæ habent cordas sericas, cap.2.num. 1.part.6. qui solent esse Canonici, aut alias in dignitate Ecclesiastica constituti, quos pars petit dã. ùrque Bulla separata, quæ habent cordas Canapi, nu.2.& 3. Alij dãtur pro executione literarum in forma dignum, & Bullæ expediuntur cum cordis Canapi, num. 5. cuius tenor ibi inseritur.

Executor vt possit procedere an requiratur receptio, & præsentatio literarum disputatur, cap.7.ànumer.7.part. 6.& affirmatiue resoluitur, per rationem traditam, nu. 10.

Executoris primi data negligentia in rei veritate, an si secundus cui de ea non constat procedat, valeat eius executio & processus, ca.2.n.91 92.p.6.& resolutur negatiue, nu.95. cum seq.

Executores maxime literarũ informa dignum, an possint alteri subdelegare, & committere vices suas in totũ, vel in parte, præsertim quoad examen, c.2.n.97. cũ seqq. pa.6.& resoluitur affirmatiue, num.100.& quid quãdo est Apostolica clausula super quo conscientia tuam oneramus, n.102.& seq.& quid in dispensationib. matrimonialib. n.105.

Executores literarum in forma dignum, an sint meri, an vero mixti, ca.2. num.106. cum sequent. p.6.& resoluitur, esse meros, nisi adsit intrusus, vel appareat legitimus contradictor, nam tunc sunt, & dicuntur mixti, nu. 110. præsertim stante clausula, vocatis vocandis, nu.111. & sic ab eis datur appellatio suspensiua, nu.112.& decisio Rotæ, numer. 113.

Executor si possessio beneficij sit vacans non tenetur aliquem citare, nec assumere partes iudicis, & ideo ab eo non potest appellari, c.2.n.141. part.6. etiam stante clausula vocatis vocandis, num.142. Si tamen compareat legitimus contradictor debet audiri, numero 143. cum sequentib.

Executorum potestas quibus mandatur, vt prouisum in possessionem beneficij inducant, & defendant inductũ, &c. quamdiu duret exponitur, c.2.à n.146. cum seq. p.6. & quid quando prouisus semel fuit inductus in possessionem, si in ea turbetur, à n.151.

Executores literarum Apostolicarum quid debeant verificare, sub distinctione exponitur, c.2.à nu.156. cum seq. part.6.

Executor literarum in forma dignum, seu commissaria, tàm primus quàm secundus, non tenetur verificare, nisi illud quod sibi à Papa mandatur verificari, nempe idoneitatem impetrantis, c.2. n.231.p.6.

Executor quomodo debeat idoneitatem verificare traditur, c.2.n.235.p.6.

Executor qui committitur collatio beneficij simplicis, in forma dignum, si committit examen alicui, qui dat illi schedulam approbationis, absque examine, quia est ei nota scientia, an censeatur seruata forma examinis, & valeat collatio, cap.2. numero 269. part.6. & resolutur quod sic.

Executor si fecerit examinationem, & putans ipsum idoneum esse cum non sit, contulit beneficium, an collatio valeat, cap.2.à numero 270. part.6.resolutur quod sic.

Executor si per examinationem factam, vel alias intelligeret eum non esse idoneum, & nihilominus conferret collatio non valeret, c.2.n.274.p.6.

Executor in Parrochialibus debet impetranti conferre, & collatio erit valida si examinatores eum approbant, quamuis ipse eum non putet idoneum, capit.2.nu. 275.part.6.

Executor si ex quo sibi non constitit de congrua pronunciauit non esse locum executioni literarum, non erit locus appellationi, nec sufficit, & in gradu appellationis constare,

constare, c. 2. n. 281. p. 6.

Executores brevium, seu literarum in forma brevis pro capienda possessione, qui dicantur, & quomodo concedantur, c. 3. n. 1. 2. & 3. cum seq.

De Executorib. executorialium Rotæ, & quomodo procedendum sit in eisdem videndi sunt relati, c. 5. n. 1. & 2. part. 6.

Exigi à nouiter recepto seu in admissione ad possessionem Canonicatus seu præbendæ aut beneficij non potest aliquod etiam modicum conuertendum in commodum & vtilitatem Canonicorum & beneficiorum & personarum Ecclesiæ, sed est simoniacum, non obstante aliquo statuto vel consuetudine etiam immemoriali, c. 1. n. 83. & seq. p. 8. vbi ponitur declarat. S. Congr.

Ex oppositoribus descripti si aliqui non compareant ad examen in die pro examine, & concursu deputato, nec se excusent, legitimè poterit sine eis examen & concursus fieri ca. 2. §. 1. n. 216. & seq. p. 9. vbi ponitur ratio S. Congregationis.

Expectantes beneficia ratione spectatiua ratione spectatiuæ, vel resignationis debent sibi parare breuiarium, discereque modum recitandi sicuti sacris initiari, c. 1. n. 99. part. 3.

Expositi an sint habendi legitimi, an vero illegitimi, c. 2. n. 6. cum seq. p. 7.

Expressio mensis non est necessaria in vacatione per resignationem, siue in curia, siue extra nisi vbi resignatio non teneret, & resignatarius ex clausulis generalib. vellet capere beneficium, c. 1. n. 667. p. 5.

Expressio mensis, in prouisionibus Episcoporum, & aliorum Ordinariorum non est necessaria, ca. 1. num. 674. part. 5.

Expressio mensis, vide infra verbo regula de expressione mensis, & verbo mensis.

Expressio dispositiue de mense vacationis, an sit facienda in prouisionibus Nuntij de beneficiis reseruatis ratione mensis vacationis, sicut in prouisionib. Papæ, c. 3. numero 138. p. 5. resolvitur quod sic, numero 139.

Expressio eorum quæ tacite insunt non vitiat collationem, nec inducit simoniam, & sic in collatione beneficij possunt exprimi onera seu obligationes illi annexa, ca. 2. numero 14. p. 8. & ita pactio facta inter resignantem & resignatarium, vt ipse resignans possit exigere fructus ante resignationem decursos, & inexactos, non est confidentiaria nec simoniaca, & c. n. 15. tamen id procedit secundum citatos vbi exprimuntur eo modo quo insunt, alias secus, n. 16. sicut etiam quando fit expressio eius quod non inest vel oneris non annexi etiam pij est simonia, numero 17.

Expressio hæresis quanta requiratur vt excommunicatio incurratur, & aliqui dicunt requiri expressionem verbo, signo, vel opere exteriori quod de se vel ex circumstantiis illam significet, seu manifestet: alioquin non incurrit excommunicationem, c. 10. §. 1. n. 98. p. 11. & idem tenet in effectu Nauar. & alij relati, n. 99. & seq. etiam Suarez relatus, n. 100.

Expressio valoris maioris vero beneficij resignati facta à resignante, & resignatario, vt Papa signet supplicationem cum maiori pensione pro resignante, non efficit eos simoniacos, vel confidentiarios, licet peccent mortaliter, & idem quoties non fuerit expressus verus valor aliorum beneficiorum obtentorum per resignatarium, super quibus imposita est pensio pro resignante, c. 3. numero 40. & numero 41. p. 11. ponitur resolutio Rotæ quæ conducit ad prædicta, iuxta quam est accipienda alia citata, numero 42. & quod resignans cum reseruatione pensionis, & pensio non est valida, possit agere spolio, fuit alias resolutum, quod intelligitur iuxta dicta, nisi culpa ipsius resignantis pensio non sit valida, numero 43.

Extrauagans ambitiosæ, de rebus Ecclesiæ an obseruetur in Episcopatu Abulens. cap. 1. num. 47. part. 2. & in quibus recepta sit, & in quibus non, traditur numero 87.

Extrauagantis ad euitanda scandala responsio, nempe extrauagantem non esse vsu receptam cum exceptione de notorio excommunicato, sed cum sola exceptione de notorio Clerici percussore iuxta literam Concil. Constant. c. 14. n. 41. 42. p. 7.

Extrauagantis prædictæ alia responsio, quod etiam retenta litera Concilij Basil. verius est, exceptionem de notorio excommunicato non habere locum in suspensis & interdictis notoriis, ca. 14. num. 43. p. 7. nec potest dici esse eandem rationem n. 44.

Exterior actus secundum alios qui est effectus interioris non tamen repræsentans in se malitiam interioris potest puniri ab Ecclesia per censuras, quia ille actus est peccatum externum, & c. c. 10. §. 1. numero 101. p. 11. sed quod de facto Ecclesia non punit tales actus, & sit quando in actu exteriori nulla est significatio expressa, vel interpretatiua malitiæ interioris, non incurritur censura lata simpliciter contra committentes tale peccatum, numero 102. Vnde secundum istam sententiam quamuis posset tamen de facto non punitur hæreticus, cum in actu exteriori nullo modo apparet malitia hæresis n. 103.

Exteriorem actum dicit author qui est effectus interioris, etiam non repræsentantem malitiam interioris, posse puniri ab Ecclesia per censuras & generaliter posse ab Ecclesia præcipi prohiberi & puniri actus exteriores, & procedentes à talibus interiorib. seu quod idem est actus interiores, vt informantes aut afficientes exteriores, c. 10. §. 1. n. 104. p. 11.

F

Facultas data Episcopis per alternatiuam, an intelligatur, ita vt prorsus sit sublata reseruatio remissiue, c. 1. n. 736. p. 5.

Facultas concessa Episcopo à Concilio, sess. 24. de reform. cap. 6. competit etiam Capitulo sede vacante, cap. 7. n. 41. p. 5.

Facultas absoluendi à censuris, & pœnis data per Bullas seu Iubilea, non includit irregularitatem, & ita habet stylus curiæ, c. 11. n. 57. p. 7. & hæc sententia confirmatur ex Iubileis quæ modo conceduntur, n. 58. & approbatur in Concilio 3. prouinciali Mediolanens. n. 59. quamuis in irregularitate contracta ratione peccati contrarium teneant aliqui, n. 60.

Facultas absoluendi in foro conscientiæ concessa per Iubilea debet intelligi, quod virtute eorum non possit dari absolutio etiam a censuris extra confessionem sacramentalem c. 10. n. 141. p. 11.

Facultas concessa Episcopis ex decreto Concilij Tridentini sessione. 24. cap. 6. de reformatione, vt possint absoluere ab hæresi occulta in foro conscientiæ an sit hodie sublata per Bullas Cœnæ Domini, Pij Quinti, Gregorij XIII. Clementis VIII. late c. 10. §. 1. p. 11. a n. 11. vsque ad n. 136.

Facultas data Episcopis à Concilio Tridentino sessione, 24. caput. 6. de reformatione circa absolutionem ab hæresi docet Emanuel Rodriguez, quod intelligatur solum, quando ipse hereticus solus absque eo quod ab alio audiuerit, committit occultè crimen, nemine audiente, & non extenditur ad hæresim occultam, quando adest com-

GARCIA de Benef. CVII 15

plex, atqui Concilium non dat facultatem absoluendi ab obligatione denuntiandi complicem, &c. cap. 10. paragraph. 1. nu. 143. part. 11. sed ista restrictio non placet, nam ex vno etiam non complice non desinit esse occulta, neque etiam si sint plures complices, nisi sint plures quã duo, quia per duos solos non probatur, nec ex eo destruitur machina San. officij nec tollitur obligatio denuntiandi complicem, &c. a n. 143.

Facultas Inquisitorib. concessa absoluendi ab hæresi non videtur abrogata per Bullam Cœnæ Domini. c. 10. §. 1. n. 120 121 p. 11.

Facultate dispensandi super irregularitate concessa si in ea excipitur irregularitas contracta ratione homicidij voluntarij, an sub illa exceptione veniat homicidium voluntarium iustum ita vt vigore talis facultatis non possit in eo dispensari, c. 11. numero 38. p. 7. & certum est, Episcopum vigore facultatis Concil. Trident. sessio. 24. c. 6. de reformatione non posse in homicidio voluntario etiam iusto dispensare, nam in illo solum datur facultas dispensandi in irregularitate proueniente ex delicto, & sic ex illo decreto non potest dispensare super vlla irregularitate occulta proueniente aliunde quam ex delicto proprio, n. 39. & quoad facultatem dispensandi in omni irregularitate excepto homicidio voluntario certum etiam videtur non posse vigore illius dispensari in homicid. voluntar. iusto, sed comprehendi etiam sub illa exceptione n. 40. quamuis multi contrarium teneant, n. 41. & 42.

Facultate in generali non censetur concessa absolutio ab hæresi, vide verbo absolutio ab excommunicatione.

Falsa quælibet expressio viciat gratiam, etiam quod alias esset Princeps concessurus, c. 2. n. 197. p. 6. intellige, vt n. 198. & seq.

Falsa expressio quæ mouere potuisset Principem ad facilius concedendum, licet regulariter facit surreptitiam seu obreptitiam & vitiet gratiam, tamen non omnia tacita, quorum expressio mouere potuisset Principem etiam ad denegandum, vitiant gratiam, sed ea solum de quibus reperitur expressum, & quæ ex iuris dispositione exprimi debent, vel de quibus in iure est cautum, quod eis expressis gratiam non concessisset, cap. 3. n. 20. part. 8. & idem est in his quæ ex stylo Curiæ exprimi debent, n. 21. quamuis Couarru. & alij contrarium teneant, à n. 22. & prædicta resolutio probatur duobus fundamentis, n. 25. & n. 26. & contraria sententia posset procedere in rescriptis ad lites, ex capit. super literis de rescriptis, quod in eis loquitur & ponitur ratio differentiæ, n. 27.

Falsarij literarum Apostolicarum an sint priuati beneficiis, resoluitur affirmatiue ex capit. ad falsariorum de crimine falsi, ex quo etiam excommunicati sunt, & in Bulla Cœnæ casu 5. seu 6. explicato per relatos, c. 10. §. 2. n. 171. p. 11. & generaliter de falsarijs huiusmodi qui sunt videndi, n. 172.

Familiares triennales Episcoporum alias sibi non subditi, possunt ab eis ordinari ad titulum patrimonij, vel pensionis, ca. 5. n. 80. & 81. p. 2. vbi ponuntur declarationes S. Congr. & amplia, vt n. 83.

Familiares Papæ existentes in eius seruitio percipiunt fructus in absentia, c. 2. n. 383. p. 3. quod limita in scriptoribus, & aliis officialibus Curiæ, n. 384. sed non percipiunt sicut familiares Episcopi distributiones, num 385. & resolutio Rotæ, numero 386. circa indultum Subcollectorum.

Familiares Cardinalium excusantur à residentia secundum aliquos, c. 2. n. 387. p. 3. Sed contrarium traditur, n. 388. & quid in existentibus in seruitio Regis, n. 389. & seq. Et quod de Capellanis Regum dicit Nauar. c. 25. n. 125. declaratur, n. 391.

Familiaris si habens regressum, accessum, vel coadiutoriam ante vacationem decederet; aut non esset familiaris vacationis tempore, tale beneficium non includeretur in hac regula, nisi in literis esset decretum, quod ex nunc plenum ius sibi adquisitum existeret, c. 1. n. 304. cum sequent. part. 5.

Familiares an dicantur, fratres vel nepotes Cardinalium, qui sunt eorum commensales ad effectum huius regulæ, cap. 1. num. 313. cum sequentib. part. 5. & resoluitur quod non.

Familiares licet variè accipiantur, proprie tamen sunt deputati ad seruitium domini, c. 1. n. 314. p. 5. amici autem & similes non sunt familiares, n. 316. nec etiam Vicarij, nec prouisores Cardinalium n. 318. cum seq. nec visitatores, & alij officiales, n. 314. & quid in familiaribus familiarium habentibus partem à Papa vel Cardinali, n. 325. cum seq. & an in beneficijs Cubiculariorum honoris, qui habent partem panis in Palacio, procedat regula, n. 333.

Familiaris habens beneficium reseruatum, an possit dimisso eo optare aliud: & posito quod possit, vtrum dimissum maneat reseruatum an potius optatum, c. 1. nu. 334. p. 5. cum seqq.

Ferretus improbatur, dicens per verba fundationis, quod eligatur seu præsentetur Sacerdos, non requiri sacerdotium actu tempore electionis seu præsentationis, sed solum aptitudine, nisi quando Ordo Sacerdotij sunt annexus per verba negatiua, seu annullatiua, & prohibitiua. c. 1. n. 61. p. 7.

Fidei professio facienda etiam est, à promouendis ad Episcopatus, & Dignitates consistoriales, cap. 3. n. 2. p. 3. & à promouendis ad Doctoratum, vel ad alium gradum n. 3. limita, vt n. 4.

Fidei professio fieri debet iuxta formã traditam à Pio IV. c. 3. n. 5. & 6. p. 3. Quod extendit ad quoscumque Prælatos etiam regulares, & intelligit, vt n. 7. & an prouisi de dictis beneficijs ante Concilium teneantur facere professionem fidei, n. 8. 9. & 10. & an extendatur ad Canonicos, seu Dignitates in Ecclesijs Collegiatis, n. 12. resoluitur quod non, nec ad Portionarios, etiã si habebant vocem in Capit. nec ad Beneficiarios simplices, n. 13. & 14. nec ad personatus, & officia Cathedralium, num. 15. eam tamen professionem facere tenentur Canonici regulares Eccles. Cathedralium, n. 16.

Fidei professionem qui semel emisit, an in adeptione alterius beneficij teneatur emittere, c. 3. n. 17. 18. p. 3. resoluitur quod sic, idque sponte & absque monitione, n. 19. 20. etiam si sit exemptus, n. 21.

Fidei professio, an possit fieri coram Vicario Episcopi, eo non impedito, c. 3. n. 22. & seq. p. 3. Et an si prouisi de Canonicatibus, vel Dignitatib. fecerint eam in Capitu, præsente Episcopo, satisfaciant absque eo quod eam iterum faciant coram Episcopo, n. 24. & quid sede Episcopali vacante, n. 25. cum seq.

Fidei professionem facere debet prouisus de beneficio Curato, coram Vicario Capit. sede vacante, & non coram Capit, c. 3. n. 28. p. 3.

Fidei prouisionem intra duos menses non emittens, an teneatur postea emittere, resoluitur quod sic, c. 3. numero 29. p. 3. & an possit ad quærendos fructus præteriti temporis, vel futuri, n. 30. & 31. & quid in eo qui nondum accepit possessionem, stat tamen per eum, num. 32. & vide n. 76.

Fidei professionem non emittens an in conscientia teneatur fructus restituere, etiam non interueniente sententia, c. 3. numero 35. p. 3. resolue quod sic, & cui sunt huiusmodi

iusmodi fructus amissi applicandi, nu. 36. cum seq. & debens illos non potest sese cum Capit. componere, numero 44. & quid de distributionibus cotidianis, numero 58. cum seq.

Fidei professionem facere debentes, an teneantur illã ostendere, cap. 3. nu. 47. cum seq. p. 3. & an Canonici habeantur pro præsentib. de licentia Capit. ante factam professionem, n. 50. 51. vbi resoluitur negatiue, & amplia vt n. 52.

Fidei professio an fuerit facta, non solet attendi quo ad capiendam possessionem, maximè in absentibus, c. 3. n. 56. part. 3.

Fidei professionem non facientes, an peccent mortaliter, c. 3. n. 64. p. 3. & quid si ob ignorãtiam eam omiserint, nu. 66. cum seq. p. 3.

Fidei professio fieri debet corporaliter, id est, tactis scripturis, c. 3. n. 71. cum seq. p. 3.

Fidei professio non fit per procuratorem, ex sententia Rotæ, ca. 3. nu. 74. p. 3. & traduntur decisiones, nu. 75. 76. & 77.

Filij habiti ex incestu, quorum parentes postea contraxerũt matrimonium ex dispensatione Papæ cum Ecclesia, prolem susceptam, si quæ est, & suscipiendam exinde legitimã decernẽdo, an efficiantur legitimi per subsequẽs matrimonium, quo ad omnia etiam ad successiones, fideicommissa, & maioratus, an verò legitimatio ista censẽda sit sicut si esset facta à S. Pontifice separatim absque matrimonio ita vt solum prosit ad spiritualia, & Ecclesiastica, c. 2. n. 49. p. 7. vbi ponit sententiam Couarr. & aliorũ censendã esse eo iure quo censeretur si esset facta separatim &c. Sed contrarium tenetur, n. 40. vbi ponuntur decisiones Rotæ.

Filij illegitimi an possint obtinere beneficia vnita Ecclesiis, quas obtinuerunt seu obtinent eorum patres, seu Ecclesias filiales, & abillis dependentes, c. 3. n. 61. p. 7. super quo ponuntur declarationes S. Congregationis, n. 62. quæ plane procedunt quo ad Ecclesias filiales, quæ sunt beneficia distincta à matricibus; tunc enim rectè potest filius illegitimus habere filialẽ, licet pater habuerit seu habeat matricem vel è contra, nisi habens vnam, habeat ministrare in alia, n. 63. quo ad beneficia verò vnita faciunt difficultatem dictæ declarationes, vt in nu. 64. quæ difficultas resoluitur, n. 65.

Filij illegitimi Clericorum non prohibentur cum suis patribus habitare, c. 3. n. 74. p. 7.

Filij illegitimi in Ecclesiis vbi eorum parentes beneficiũ aliquod Ecclesiasticum habent, aut habuerunt, non possunt quodcunque etiam dissimile obtinere secundum tempus Concil. Trident. iuxta decretum sess. 25. de reformatione, c. 15. vbi neque in dictis Ecclesiis ministrare, nec pensiones super fructibus beneficiorum quæ parentes eorum obtinent vel alias obtinuerunt habere, &c. cap. 3. numero 13. part. 7. quod decretum in multis differt à iure communi, vt in declaratione S. Congreg. posita, nu. 14.

Filij illegitimi naturales efficiuntur quo ad ômnia præter Cardinalatum verè legitimi per subsequẽs matrimonium, c. 2. n. 28. p. 7. etiam sine instrumentis dotalibus de iure Canonico, n. 29. etiam per matrimonium putatiuum bona fide saltim vnius coniugum contractum contra Sarmientum n. 30.

Filij illegitimi non legitimantur per subsequens matrimoniũ clandestinum vel interdictum: nam tunc non legitimantur per ipsum c. 2. n. 31. p. 7. per quod tamẽ legitimantur si est validum, n. 32.

Filij presbyterorum à beneficijs paternis, Ecclesiæque paternæ specialiter repelluntur, c. 3. num. 1. p. 7. de quibus cum agitur, an possint succedere in beneficio patris, seu obtinere beneficia in Ecclesia paterna, catera habilia supponuntur, & sic illos esse alias habiles seu dispensatos ad obtinenda beneficia, n. 2.

Filij presbyterorum ex fornicatione nati, secundùm tẽpus Constitutionis Clementis VII. nullo tempore quoquo modo obtinere possunt beneficia quæ eorũ parentes in titulum vel commendam, aut administrationem seu vt alijs perpetuo vnita aliquando obtinuerunt, & sit nec immediatè, nec mediatè &c. c. 3. n. 9. p. 7. hanc constitutionẽ Clem. VII. limitant Rota. Primò, non procedere in beneficijs quæ patres dimiserunt, ante illam constitutionẽ. Secundo, quãdo beneficiũ erat portio tẽpore quo pater illud obtinebat, & postea fuit factus Canonicus, & sic erat aliud beneficium, n. 10. sed prima limitatio non placet, n. 11. & dicta constitutio habet locum in Clerico non presbytero, & in filio nato antè Clericatum ex Rota. numero 12.

Filij presbyterorum secundum tempus decretaliũ etiam legitimi non poterant immediatè succedere in beneficio patris, nisi ex dispensatione Papæ, mediatè verò poterãt succedere, c. 3. n. 3. p. 7. quod procedit non solum in filijs presbyterorum, sed etiam eorum qui in minoribus sunt constituti, n. 4.

Filij spurij putatiui naturales non legitimantur per subsequens matrimonium etiam verum contra alios c. 2. n. 33. p. 7. cuius ratio ponitur, n. 34.

Filius Clerici an possit obtinere beneficium, olim à patre aliquandiu possessum sine legitimo titulo, & minus pacifice, cap. 3. numer. 58. part. 7. resoluitur non posse, nec etiam obtinere beneficium in Ecclesia in qua eius pater aliud possederit, licet sine Canon. titulo.

Filius eius qui habuit titulum & prouisionem beneficij, non possessionem, an dicto decreto Concilij comprehendatur, c. 3. à nu. 54. p. 7. resoluitur negatiue & adducuntur declarationes S. Congreg. & sufficit quod habuerit possessionem, nec requiritur quod pater ministraueris in Ecclesia seu beneficio n. 57.

Filius, & pater non prohibentur celebrare Missam in eadem Ecclesia cum non habent beneficium, cap. 3. n. 73. part. 7. vbi ponuntur declarationes Sanct. Congregationis.

Filius, & pater vbi tempore Concilij obtinebant beneficia in eadem Ecclesia, an filius præcisè teneretur beneficium resignare aut permutare infra tres menses, nec sufficeret patrem infra illud tempus suum beneficiũ dimittere, cap. 3. numero 75. part. 7. vbi resoluitur, filium præcise teneri sine alia monitione sub pœna priuationis ipso iure, & ponuntur declarationes Sanct. Congregationis, Pius tamen IV. extendit dictum terminum ad sex menses, numero 76. & adeo filius teneretur resignare in dicto casu, vt procederet etiam si non posset permutare, nisi ex gratia cum aliquo dispensaretur vt in declaratione Sanct. Congregationis posita, numero 77. procedit etiam, licet super beneficio filij aliquis haberet regressum quo casu oblata illi resignatione cum honesta pensione, & non acceptata, poterit cum ea alteri resignare suspenso interim regressu vt in declarationib. S. Congreg. positis, n. 78.

Filius illegitimus an possit obtinere beneficium in Ecclesia in qua pater habuit solam sedem in choro ratione dignitatis quam in alia Ecclesia obtinebat, cap. 3. numero 66. part. 7. vbi resoluitur negatiue & ponitur declaratio Sacræ Congregationis, quod procedit etiam si nunquam actu sedisset in tali sede, numero 67.

Filius illegitimus an possit canere tãquam musicus simplex seu alias ministrare in Ecclesia in qua pater habuit vel habet beneficium cap. 3. numer. 68. p. 7. vbi resoluitur

GARCIA de Benef. CVII 15

non posse, & ponuntur declarationes Sanct. Congregationis, vnde non potest obtinere beneficium ratione cuius habet aliquod ministerium seu seruitium facere in Ecclesia, in qua pater fuit beneficiatus &c. n.69. nisi posset seruire per substitutum, n.71.

Filius illegitimus maximè spurius in Ecclesia patris viuentis non poterat etiam ex dispensatione Episcopi habere Canonicatū, seu aliud beneficium: secus in legitimo, caput.3.num.6.part.7. quamuis in hoc aliter loquantur Abbas & alij, num.7. & quod dicunt Felin. decision. & Selua cum Calderino accipiendum est de legitimo, numero 8.

Filius illegitimus non prohibetur à Concilio obtinere pensiones super beneficiis Ecclesiæ paternæ, cap 3.n. 39 part.7.

Filius illegitimus non prohibetur in Ecclesia paterna ministrare, quando ministraret, & celebraret ibi ex deuotione, & voluntariè, non ex officio vel salario, cap.3. n.70.part.7.

Filius illegitimus non prohibetur ministrare, & habere beneficium in Ecclesia in qua pater ministrauit & inseruiuit, etiam tanquam Capellanus, non tamen habuit titulum beneficij, seu tanquam Vicarius temporalis, c.3.n. 72.p.7. vbi ponitur declarat. S. Congr.

Filius qui antè Concilium obtinuit beneficium in Ecclesia in qua pater eius olim fuit beneficiatus an possit post Concilium ad aliud beneficium ascendere seu transire post optionem vel alias, caput.3.part.7. à numero 52. resoluitur negatiue & adducuntur declarationes S. Congregationis.

Flaminei Parisii dictum non videtur verum, quod si priuilegium conferendi concessum fuerit ab eo cuius iurisdictioni tantum detrahitur, venit facultas destituēdi, & per consequens recipiendi resignationem, nisi addatur dictio taxatiua, nam & Vicarius Episcopi habens facultatem conferendi non potest recipere resignationes secundum eundem Flamineum Paris. cap.3. paragra.3.n. 263.part.11.

Flamin. Paris. & Zech. improbantur dum dicunt in resignatione Archidiaconatus qui habet vocem in cap. faciendam esse mentionem de hoc, c. 1. numero 50. & 51. p. 7. Respondetur cuidam decisioni Paleoti.

Flaminius Parisius & alij improbantur, cap.1. n.62. part.7.

Flamin. Parisius improbatur dum dicit decreta Concilij omnia habere decretum irritans ex constitutione Pij Quarti super eius confirmatione, cap. 3. numero 13. part.9.

Flamin. Paris. improbatur dubitans an hodie Episcopi possint admittere permutationes beneficiorum, quia dicta constitutione Pij V. 58.v. ad hæc, expresse id conceditur ordinariis, c.4. à numero 62. p. 11. & cessat iam dictum Mandosij, quod permutationes in manibus Papæ tantum fieri poterant ex alia bulla Pij V. numero 64.

Fœminæ ex priuilegio possunt habere ius conferendi, cuius incapaces sunt de iure, c.1.n.622.p.5.

Fœmina adquirere, & habere potest ius patronatus, c. 9.n.142.cum seq.p.5.

Fori priuilegio an gaudeant habentes pensionem remissiuè, c.2.n. 15.p.2.

Fori priuilegio an gaudeant clerici minorum habentes beneficium, c.2.n.1. & 2.p.2.

Forma Capit. quia propter de electio. & Conc. Tri. sess. 25. de regul. c.6. non requiritur in electione Vicar. Capit. c.7. numero 21.p.5. contra Fuscum, numero 22.

Forma breuis est omninò obseruanda, cap.3. num.40. part.6.

Forensis seu alienigena, si impetrat beneficium non facta mentione de loco suæ originis, seu de sua diœcesi, gratia est surreptitia, c.19.n.16.p.7.

Formam à iure, statuto, consuetudine, vel fundatione præscriptam oportet in prouisione beneficiorum obseruare, alias nulla erit, nam forma non seruata corruit actus, c.1. numero 1.p.9. quod procedit etiam foro conscientiæ, in quo non poterit acceptari, nec retineri beneficium prouisum non seruata forma requisita, numero 2. contra Flam. Paris. relatum cuius dicta videntur falsissima, numero 3.

Forma Capituli fin. de electione in 6. seruanda est in institutione presenti: vnde institutio facta non proposito edicto, est nulla, nam illud caput etiam in institutione procedit, c.4.num.1.p.9. & procedit etiam in canonicatibus, & præbendis, aliisque simplicibus beneficiis, num.2. & nu.3 ponitur decisio Rotæ, & num.4. allegantur aliæ decisiones, & num.5. & num.6. adducuntur resolutiones Rotæ.

Forma nulla specialis à iure præscripta reperitur in prouisione beneficiorum simplicium spectantium ad liberam collationem ordinariorum etiam inferiorum Episcopo, c.3.n.2.p.9. nec in collationibus beneficiorum requiritur citatio, aut vocatio etiam per edictum, n.3. nec de iure requiritur concursus, sed sufficit vt is cui prouidetur, sit idoneus.

Forma seruanda in concursu parochialium omitti non potest, etiamsi Episcopus velit parochialem conferre personæ, quantumcumque & notoriè doctæ, & idoneæ, ca. 2.n.102.pa.9. & etiam vicario vel doctori, siue licentiato in Theologia, seu iure Canonico, &c. ex Sacr. Congregation.

Forma præscripta à Concil. Trid. de examine per concursum seruanda est in prouisione parochialium, c 2.n.1. p.9. & Pius V. in sua constitutione super collatione parochialium statuit omnes prouisiones præter & contra dictam formam factas, nullas esse, &c. nu.2. & ponitur d. constitutio n.3.

Forma vbi in alienatione rei Ecclesiæ fuit seruata, & iuris solemnitas, in dubio præsumitur facta ex causa iusta cap.2.paragr.1.n.142. part.12. quamuis quando fuit processum parte non vocata, etiam si sit in possessione qui obtinuit vnionem, contra teneat Ægidius & practicabilia Rotæ, n.143.

Fructus pensionis Ecclesiæ non possunt vendi, aut locari vltra tres annos, c.1.n.37.p.2. limita, vt n.38.

Fructus beneficiorum obuenientes tempore vacationis, debent futuris successoribus reseruari, nisi in vtilitatem Ecclesiarum expendantur, c.1.n. 89.p.2. & declaratur Zerola, n.90.

Fruct. Episcopatus in Hispania sede vacante ad Cameram spectant, c.1.n.91.p.2.

Fructus quomodo diuidantur inter beneficiatum defunctum, & successorem examinatur, cap.1.n.94. vsque ad n.100.p.2.

Fructus pensionis mortuo pensionario quomodo, & quatenus debeantur illius hæredibus, seu diuidantur pro illo anno traditur, cap. 1.numero 105.vsque ad 124.parte 2.

Fructus amissi ob non residentiam, restituendi sunt Fabricæ Ecclesiarum, aut pauperibus loci, nec habet locum compositio ca.2.n.30.p.3. & quid in Episcopo restituente, & in Parrocho, n.31. & seq.

Fructus annorum præcedentium qui hoc anno diuiduntur

uidentur debentur Canonicis, qui nunc sunt & non qui erant illis annis, c.2.n.429.p.3.

Fructuum tertia pars accipienda est secundum verum valorem currentem, & non secundum taxam, c.2. num. 467.p.3.

Fructuum appellatione propriè & verè non continetur præsentatio & collatio beneficiorum, cap.1.num.691. part.5.

Fructus omnes decursi à die vacationis debent restitui, nec possessor beneficij reseruati eos suos facit, c.3.nu. 115.p.6.

Fructus & distributiones perceptas, restituere tenetur intrusus in Canonicatu, & Præbenda, pro paritione breuis, etiam si non sit facta protestatio, c.3.à n.116. cum seq. pa.6. & non perceptas ob non residentiam, quando ipsimet facta fuit legitima protestatio n.120. limita, vt n.121. cum seqq.

Fructus veniunt in condemnatione, & restitut. quando Canonicus fuit habitus pro præsenti, & numeratus ratione negotiorũ Ecclesiæ: secus quando non fuit habitus pro præsenti: sed fructus sunt illi dati pro salario, c.1.nu. 123. & seq.p.6.

Fructus & distributiones quos Capitulum percipit, quia nullus residet, an pendente lite, seu controuersia cõtra intrusum, super executione breuis, sint deponendi, seu sequestrãdi & restituẽdi victori, c.3.à n.125 p.6. & resolutur negatiue quidquid dicat Sallustius Tiberius, vt nu. 129.

Fructuum perceptio ad effectum liquidationis quomodo probetur, traditur c.3.n.139.p.6.

Fructus amissi per excommunicatum ad quem pertineant, Doctores communiter dicunt, quod in vtilitatem Ecclesiæ sunt conuertendi, c. 13. §.1. num. 134. p.7. & sub Ecclesiæ vtilitate comprehenditur subuentio pauperum, licet non sit necessarium vt aliqua pars fructuum in vsum pauperum expendatur, contra Suarez, à num. 135.

Fruct. quando amittat excommunicatus, vide verbo, excommunicatus amittit, & verbo, excommunicatus canonicus cum seq.

Fructuum perceptio per resignantem, post resignationem licet inducat præsumptionem confidentiæ, purgatur tamen constito de causa ex qua fuerunt percepti, nã contra quatuor coniecturas positas à Pio V. admittitur probatio in contrarium, cap. 3. paragraph.2. numero 197. part. 11.

Fundator Capellaniæ ad nullum amouibilis potest repellere Ordinarium ab administratione in Cura, & visitatione eiusdem: nisi in casu negligẽtiæ, c.2.n.98.p.1. Sed non censetur exclusus ex eo, quod in fundatione alicui committatur visitatio, nu.99. nec contrarium censuit S. Congregat. in quadam declaratione, n.100. licet in terminis breuis Pauli V. censeatur exclusus à visitatione Priorum operum de Oropessa, n.101.

Fundator vbi constat quod noluit facere Capellaniam collatiuam, & beneficium, non videtur sufficere fuisse collatam vt Beneficium spatio 40. annor. sed requiritur immemorialis, c.2.n.115.p.1. sed contrariũ tenetur, numer. 116.

Fundare Ecclesiam propriè dicitur, qui fundum dat seu assignat in quo Ecclesia construatur, cap.9. num.39. parte 5.

Fundans construensve Ecclesiam, seu beneficium adquirit ius patronatus etiam si illud non reseruauerit, dũmodo expressè non remiserit cap. 9. numero 62. parte.5.

Fundans Ecclesiam, seu Capellam, potest in totum, vel pro parte remittere ius patronatus, & limitare illud in præiudicium hæredum, vel descendentium vt sibi placuerit, c.9.n.63.p.5. quod intellige secundum Rotam, nu. 64. & 65.

Fundator si relinquat ius patronatus filio suo, & descendentibus, & ille discedat sine descendentibus relicto herede collaterali, vel extraneo, transibit in talem heredem, & idem in similibus, capit.9.numer.66. parte 5. & idem est si testator sibi, vel alij reseruauerit, numero 67.

Fũdator licet ab initio possit remittere ius patronatus, vel illud ordinare prout voluerit, eo tamẽ in esse deducto authoritate Ordinarij, non poterit illud mutare, c.9.nu. 68.p.5. nec illud renuntiare seu auferre, in præiudicium sequent.n.69. & 70.

Fundationi & ordinationi sacerdotium actu requirenti an censeatur derogatum per clausulas generales derogatorias, in literis Apostolicis positas, nõ obstantibus statutis, & c.c.1.nu.116.p.7 Resoluitur per dictas clausulas censeri derogata, seu dilata statuta Ecclesiarum, etiã confirmata sacerdotium actu requirentia, ita quod possit quis huiusmodi beneficium consequi licet non sit sacerdos, dummodo sit ætatis legitimæ ad sacerdotium, non tamen censeri derogatum fundationi & ordinationi testatoris, nec fundationi etiam clerici, contra aliquos.

Fundatio laici id habet speciale, vt non censeatur ei derogatum, etiamsi in clausulis derogatoriis dicatur, etiam non obstantibus fundationibus, & c. cap.1.num.122. part.7.

Fundator potest apponere conditionem, vt conferantur capellaniæ, seu beneficia consanguineis, c.15.n.3.p. 7. & est omnino seruanda in prouisione beneficij, n.4 & 5. vbi ponitur decisio Rotæ, & aliter facta præsentatio, seu prouisio de non habente prædictam qualitatem parẽtelæ, seu consanguinitatis, est inualida, n.6. quod accipiendum est contradicente & opponente se aliquo consanguineo, & sibi fieri prouisionem petente: alias enim præsentatio, seu prouisio aliter facta, sustineretur, nisi aliter dicatur ex defectu potestatis, quia potestas conferendi erat concessa cum limitatione, numer. 7. & 8. vbi ponitur decisio Rotæ.

G

Gabrielis Vazquez sententiam author non admittit, docentis posse nos operari contra nostram opinionem, & sequi opinionem contrariam quàm viri docti sequuntur, & communiter existimatur non continere errorem, sed adhuc probabilitatem habere, quamuis ex propriis & extrinsecis principiis & rationibus non probetur, & c. c.5.§.4.n.360.p.11. nam quamuis possit sequi opinio probabilis relicta probabiliori n.361. quod etiam procedit in iudice qui potest iudicare, secundum opinionem probabilem relicta probabiliori, non ex parte facti, sed iuris, nu. 364. tamen ea opinio probabilis est, quam asseruntviri sapientes, & confirmant optima argumenta, quæ sequi nihil improbabile est, & sic debet esse conformis, non solum existimationi sapientum. sed etiam rectæ rationi, nu. 363. Et vt possit quis sequi opinionem probabilem, debet eam iudicare veram probabiliter, etsi non veriorem, nec id repugnat, etiam ex propriis principiis & rationibus, num. 364. & sententia Gabrielis Vazquez solum videtur vera, in subdito obedienti superiori, & c.n.366.

Gambarus credit dispensatum, ex Clementina si plures de præbendis, vt possit tenere quartum beneficium ad annum, si completo anno illud non dimittit, vacare alia, tria cap.5.§.1.numer. 179. p.11. Sed contrarium tenuit

GARCIA de Benef. C VII 15

Rota in decisione posita, n.180.

Gesta ab eo qui est priuatus beneficio, seu officio ipso iure, non valent si priuatio est notoria, quæ tamen alias deberent valere, secundum DD. communiter, c. 10. nu. 27. part. 11.

Glossa Magnæ doctrina in cap. nisi cum pridem. de renuntiatione, quod omne peccatum, quod ipso iure irrogat infamiam, impedit executionem ordinis etiam post peractam pœnitentiam, improbatur, c. 8. numero 67. p. 7.

Gradus aliquis Doctoratus, vel licentiæ, &c. licet de iure communi antiquo in nullo beneficio requiratur, tamen hodie ex Conc. Trid. in aliquibus requiritur gradus, c. 7. n. 31. p. 7.

Gradus etiam sine scientia competens sufficit ad beneficia, seu dignitates requirentia gradum, c. 7. numero 50. p. 7. non tamen gradus contra Academiæ statuta vel consuetudines, vel alias nullitèr receptus, numero 51.

Gradus non requiritur ad decanatum, quia id nullo Concilij decreto statutum est, ex S. Congregatione, c. 7. n. 43. p. 7.

Graduum computatio, vide verbo, computatio.

Gratia de Beneficio simplici vacante per obitum N. capiet præstimonium vacans per obitum illius, si non fuit dictum esse seruitorium, c. 2. numero 120. p. 1.

Gratia pensionis iustificari debet, quando non agitur contra eum qui pensioni consensit, sed successorem, & traditur decisio Rotæ, c. 5. n. 456. p. 1.

Gratia quando est conditionalis, vel modalis, licet agatur contra eum qui pensioni consensit iustificanda est, c. 5. n. 458. & 466. p. 1.

Gratia facta de beneficio, cuius summa viginti vt asseritur non excedit, quando excessus est minimus impetranti debetur, sic explicata decis. Rotæ, ca. 5. n. 505. & sequentib. p. 1.

Gratia perinde valere facta lite pendente non facta mentione litis est nulla, c. 3. n. 34. p. 4. & per clausulam literarum principalium, & super eo inter aliquos lis, &c. Solum censetur facta mentio litis quæ alias est super beneficio, non verò litis quæ est occasione literarum, numero 35.

Gratia conditionalis, ante euentum conditionis, non afficit beneficium, &c. capue 1. numero 153. p. 5.

Gratia prior non iustificata, non præiudicat posteriori, c. 3. n. 192. cum seq. p. 5.

Gratia si neutri, &c. quamuis sit conditionalis, & habeat duplicem conditionem, & impetrans debeat vtramque verificare, cap. 2. n. 212. part. 6. Tamen quoad non ius alterius satis dicitur iustificata ex eo quod tali iure in actis non constat, num. 214. cum sequentib. limita quando aduersarius nititur prouisione Ordinarij quæ non est iustificanda, n. 219. cum sequentib. vbi ponitur decisio Rotæ.

Gratiam habens ab Ordinario, non tenetur eam iustificare, quia Ordinarius prouidet Motu proprio Ecclesiis, non personis, & censetur informatus de qualitatibus subditorum, cap. 2. à num. 221. part. 6. vbi ponitur decisio Rotæ.

Gratia de prouidendo in forma dignum, an expiret morte Papæ concedentis re integra, ca. 2. à n. 296. p. 6. & resoluitur contra aliquos non expirare, numero 300. cum seqq.

Gratia ad Beneficium vacaturum incertum non expirat morte Papæ, ante vacationem etiam re integra, quando non committit executori prouisionem, sed ipse confert ex nunc, pro vt ex tunc, c. 2. à numero 305 p. 6.

Gratia si alicui sit concessa per quam committitur assignatio certæ pensionis, non expirat morte Papæ reintegra, c. 2. n. 306. p. 6. secus verò si committeretur assignatio pensionis certæ, vt n. 310.

Gratia & mandatum, an expiret morte concedentis deque eius materia remissiue, caput. 2. numero 336. part. 6.

In Gratiosis omnia narrata verificanda sunt c. 2. num. 189. cum sequent. par. 6. quamuis in rescriptis ad lites, ex pluribus narratis satis sit vnum verificare, quod sufficeret ad mouendum Principem, à n. 191. amplia in materiis componendis, pro quibus sequitur compositio, num. 194.

Gratia de beneficio vti vacante tali mense, non valet, si vacauit in alio, nec potest capi beneficium ex clausulis generalibus, nisi saltim de facto verificetur vacatio in mense narrata, c. 1. n. 55. & seq. p. 11. vbi adducitur resolutio Rotæ, quod procedit sine dubio, quando beneficium vacasset in mense reseruato, nec esset aliàs reseruatum alia ratione, propter regulam de expressione mensis, numero 57. vbi ponitur resolutio Rotæ, procedit etiam, quamuis mensis narratus esset reseruatus, & vacasset in mense ordinario, vt alias esset reseruatum beneficium, numero 58. & num. seq. ponitur resolutio Rotæ, quamuis alias Rotæ teneat, non debere verificari mensem vacationis reseruatum, narratum, non dato concursu prouisionum, vt in resolutionibus adductis à n. 60. Sed versus est etiam, tunc debere verificari saltim semplene, numero 63.

Gratia & beneplacitum Papæ, vt expensæ fierent per resignatarium obtenta ex falsa causa expressa in supplicatione, puta quia fuit dictum, attenta paupertate resignantis, præcedente tractatu, est confidentialis, nisi illa clausula fuisset posita in supplicatione à reuisoribus insciis resignante & resignatario, c. 3. §. 2. nu. 149. p. 11. sed obiicitur quod dictum est supra n. 40. de expressione valoris, maioris vero beneficij resignati, n. 150. quæ doctrinæ concordantur, n. 151.

Gratia facta de aliquo beneficio, habenti aliud incompatibile, seu ius ad illud, hodie in ea apponitur decretum, quod infrà duos menses primum dimittere, seu iuri cedere in manibus Romani Pontificis omninò teneatur, aliquin ambo vacent eo ipso, & c. c. 5. n. 55. p. 11. per quã clausulam tacitè dispensatur, vt per illos duos menses possit retinere primum cum secundo, & ideo ratione illius bulla pluris taxatur, quæ maior taxa excusatur expediendo bullam cum clausula, quod si habita possessione, quam primum dimittere teneatur, n. 56. quamuis etiam ista clausula importare videatur, quod non vacat primum per assecutionem & possessionem secundi, interim dum sit dimissio in manib. Papæ, n. 57.

Gratia non facta mentione de fructibus malè perceptis, non suffragatur, cap. 10. paragrah. 3. numero 229. part. 11

H

Habens duas Dignitates, in qua debeat residere dispensatur, c. 2. n. 185. p. 3. & quid in habente duo beneficia ex dispensatione, n. 186.

Habens ante Concilium coadiutoriam cum futura successione in Ecclesia paterna, an possit succedere vacatione, post Concilium succedere in tali beneficio vigore coadiutoriæ, c. 3. numero 81. p. 7. resoluitur non posse, & n. 82. ponitur declaratio S. Congre. & numero 83. decisio Rotæ, &

Rota, & idem esset in accessu, numero 84. Sed contra obiicitur quaedam declaratio S. Congr. numero 85. cui satisfit ex alia declaratione posita, numero octuagesimo sexto.

Habens canonicatum, seu dignitatum, cui sit vnita parrochialis accessorie, perpetuo debet residere in canonicatu, seu dignitate, & non in parochiali, ca. 2. n. 23. p. 12. & adducitur declaratio S. Congrega. n. 24. & declaratur alia quae videtur contraria, numero 25. & non requiritur aetas 25. annor. quae in parochiali requiritur, sed sufficit aetas alias in canonicatu, seu dignitate requisita, numero 26. & in resignatione sufficit facere publicationem in Eccles. beneficij principalis, vbi fieri debet, numero 27.

Habens instituere, vel confirmare, aut conferre beneficia permutata, si sit negligens & differat, seu recuset id facere, recurrendum est ad superiorem, qui tempus praefigat quo elapso ipse supplebit, vel compellendo, vel instituendo, c. 4. n. 5. p. 10. quidquid dicant Bellamera & Gimon relati n. 6.

Habens iurisdictionem quasi Episcopalem eo ipso videtur habere ius congregandi synodum, nisi aliud sit in contrarium, c. 2. §. 1. n. 139. p. 9. & quamuis habeant ius congregandi synodum, si nondum illam congregauit, aut examinatores non deputauit, spectabit concursus ad Episcopum, intra cuius fines, seu diœcesim parochialis existit, seu aduciniorem, n. 140. quod tamen videtur cessare semel congregata synodo, & in ea deputatis examinatoribus. licet illi extincti fuerint, sed tunc fieret devolutio ad Papam, n. 141.

Habens rem veram sufficiens patrimonium arbitrio prudentum, qui probauit habere maius ad satisfaciendum Episcopo qui plus petebat, non potest dici ordinatus sine licentia Episcopi, & propterea suspensionem incurrisse, etiamsi cum eius licentia fuerit ab alio Episcopo ordinatus contra Ledesmam, c. 3. n. 8. p. 8. & qui ob ficlum patrimonium sic ordinatur, non incurrit suspensionem latam contra eos qui absque licentia proprij Episcopi ordinantur, n. 9.

Habenti duo, vel plura beneficia incompatibilia si conferatur aliud, eius possessione adepta pacifice vacant etiam omnia prima iuxta Clement. si plures de praebendis c. 5. §. 1. n. 169. p. 11. contra quam obiicitur, c. ordinary §. in conferendis. de officio ordinar. in 6. ex quo enim collatio tertij non tenet, non potest inducere vacationem priorum, n. 170. respondetur quod licet collatio tertij non valeat, tamen eius possessione pacifice adepta vacant priora ex c. eum qui, p. 1. de praebendis in 6. n. 171. & idem erit si per prouisum steterit quominus eam adipisceretur quamuis collatio non valeat, nisi antea ei renuntiauerit, numero 172. sed verior est contraria sententia glossae, numero 173.

Habere copulam penetrando vas, etiam sine seminatione intra ipsum vas, sufficiet ad effectum contrahendi impedimentum incestus, c. 3. n. 98. p. 8. sicut ad rationem adulterij, & petendi diuorty sufficeret similis copula, n. 99. licet ad contrahendam affinitatem requiratur copula consummata per quam seminetur intra vas, n. 100. & ad consummationem matrimonij, n. 101. quamuis contrarium in proposito teneant aliqui, n. 102.

Habilitas personae, vide verbo beneficium, quando debet conferri.

Haereticè credentes, receptatores & defensores ipsorum non solum, sed & ipsorum filij, & nepotes, priuantur ipso iure beneficijs obtentis tempore commissi criminis, ita quod non solum sunt inhabiles ad obtinenda beneficia, sed etiam ipso iure priuantur obtentis, c. 10. §. 1. n. 72. p. 11. quae sententia fundatur ex iuribus & constitutionibus Pontific. relatis numero 73. & ex relatis n. 74. licet contra teneant alij relati, n. 75. & 76. Sed prima sententia, tanquam magis de iure verior, & communiter recepta amplexa est à Rota, quae dicit procedere etiam in pensionibus, n. 77. & praemittens communem conclusionem, filios natos ante haeresim poenis canonicis affici & comprehendi, contra alios, numer. 78. quae decisio ponitur n. 79.

Haeretici sunt excommunicati de iure antiquo, sed illa excommunicatio non est reseruata, ca. 10. §. 1. n. 88. p. 11. excommunicantur etiam excommunicatione reseruata in Bulla Coenae Domini primo casu, quem explicant relati, n. 89. & an sit vna, vel plures excommunicationes remissiue, n. 90.

Haereticus an sit irregularis, & inhabilis ad acquirenda beneficia, & affirmatiue tenent Speculator & alij, ca. 10. §. 1. p. 11. n. 80. qui tenent, quod qui est, vel fuit haereticus, irregularis est, etiam conuersus fuerit ad Catholicam Fidem, & poenitentiam peregerit: aiunt tamen, quod post abiurationem, & peractam poenitentiam dispensari potest vt in susceptis ordinibus administret tantum, numero 81. & quis possit cum eo dispensare videndus Vgolinus & Suarez, qui tamen Vgolinus male ait potestatem, quam de iure antiquo Episcopus habebat ad dispensandum cum eo, quoad ordines susceptos ante haeresim ipsis sublatam esse de iure nouissimo Conc. Trid. sess. 24. c. 6. de reformatione, vbi haeresis non est occulta, & vbi ad forum contentiosum deducta est, numero 82.

Haereticus an sit priuatus beneficijs ipso iure, an sit priuandus per sententiam, c. 10. §. 1. n. 59. p. 11. & communis sententia est esse priuatum ipso iure, numero 60. pro quo citatur cap. cùm secundum leges de haereticis in 6. quod tamen non loquitur de beneficijs, sed de bonorum temporalium confiscatione, numero 61. Citatur etiam, ca. quo iure, 8. distinct. quod parum probat, vltra quod non est iuris decisio, sed dicti Augustini, sicut etiam alia tria iura allegata num. 62. allegatur etiam ca. ad abolendam, §. 1. de haereticis, ibi, & sic omni officio, & c. nam verbum spoliatus, executionem importat: ideo denotatur ipsa n. 63. Sed haec inductio cessat & tollitur ex verbis praecedentibus. num. 64. & licet sit contraria sententia, quod non sit priuatus ipso iure, sed priuandus per sententiam, vt in numero 65. tamen tenetur communis, vt à nu. 66. vsque ad nu. 71.

Haereticum dicit author, in casu quo haeresis in mente concepta, oculis, vel digitis, aut capite aliasue annuit, vel dicta est, incurrere excommunicationem latam contra haereticos, quamuis in illo actu exteriori non manifestetur vllo modo malitia haeresis, c. 10. §. 1. n. 105 p. 11. & respondetur cap. fin. de simonia, procedere in poenis simpliciter latis contra aliquod vitium, seu peccatum, secus vero in proposito, n. 106.

Haereticus non est exterior, ita vt excommunicationem incurrat, qui ex interna haeresi aliquod opus externum indifferens facit, verbi gratia, coram sanctissimo Sacramento. caput non nudat, seu non flectit genu, c. 10. §. 1. n. 107. p. 11. licet secus, quando omissio exterioris, quod debet quis facere, sit ad exprimendam haeresim, & sic intelligitur Toletus, n. 108.

Haereticus occultus, si à secreta haeresi, vel apostasia sit in foro conscientiae legitime absolutus, non videtur manere irregularis, ca. 10. §. 1. n. 84. & 85. part. 11. quidquid alij dicant.

Henriquez improbatur dicens, quod beneficiatus qui manet contumax in maiori excommunicatione, non facit fructus suos, sed si horas recitauit, & fecit officium parochi, aut Canonici, retinere potest fructus suo

GARCIA de Benef. C VII 15

seruitio respondentes, nam seruitium illius qui alias non habet ius ad fructus beneficij, quia est illis priuatus, non est sufficiens titulus ad id, quicquid idem dicat, c.13. §.1. numero 100. p.7. & similiter in eo qui non habet legitimum titulum beneficij, seruitium non est sufficiens titulus, vt possit partem fructuum pro seruitio retinere, maximè si erat intrusus mala fide, numero 101. & seq. vbi ponitur decisio Rotæ: solum posset percipere distributiones quotidianas, & alia emolumenta similia, quæ dantur pro labore & ministerio personali, incerta tamen, numero 103.

Heres potest præsentari ante possessionem hereditatis adquisitam, c.5.n.82.p.5. quamuis Rota contra senserit, n.83.

Homicida cum non perdat ipso iure beneficium antea acquisitum, faciet suos fructus irreuocabiliter, donec per sententiam priuetur, c.10.n.48.p.11. quicquid dicant relati, numero 49. & si esset canonicus, posset canonicatui deseruire, stando & canendo in choro, numero 50. nam irregularis eas functiones obire potest, quas laici licite obeunt, vt canere, numero 51. Et sic sacerdos excommunicatus in choro cantans cum aliis, licet peccet, non incurrit irregularitatem, numero 52. & similiter etiam suspensus ab ordine, seu officio, potest canere in choro, sicut laici, n. 53.

Homicida qui est irregularis, nec ad ordines promoueri potest, beneficium obtinere nequit, & collatio illi facta est nulla ipso iure, c.11.p.7. à n.6. vbi adducuntur decisiones Rotæ.

Homicidy appellatione non venit mutilatio, c.11.n.30. part.7.

Homicidium an priuationem beneficiorum inducat, & quomodo, ca.10.n.38.p.11. Resoluitur homicidam non esse priuatum beneficijs ipso iure, sed priuandum per sententiam, n.39. quod procedit non solum in simplici homicidio in quo id receptissimum est, sed etiam in qualificato, n. 40. & seque. quamuis in qualificato contra teneat Felin. & in parricidio Rebuff. & Corras. n.42. & ita intelligitur cap. miror. 50. distin. de priuatione per sententiam, n.43. Potest etiam intelligi de priuatione executionis, & exercitij ordinis sacerdotij, n.44. & prædicta conclusio procedit etiam stante Concilio Trident. sess.14.c. 7. cuius verba accipienda sunt secundum ius antiquum, contra Maiolum, & præcipuè ibi agit Concilium de incapacitate homicidæ ad acquirenda beneficia de nouo, n. 45. & 46.

Homicidium quod dicatur voluntarium, & quod casuale, remissiue, c.11.n.43.p.7. & ponuntur declarationes S.Congr. n. seq.

Homicidium quod dicatur occultum in casu dispensationis, & Nauarrus & alij aiunt illud esse occultum, quod non est publicum, etiamsi ab aliquibus sciatur, c.11. n.45. p.7. Sed quamuis ista sententia probabiliter posset admitti, quoad breuia pœnitentiariæ, tamen in proposito verius est, occultum dici, quod non potest probari, n.46. & sequent. vbi ponuntur declarationes Sanct. Congregationis.

Hospitalia beneficia non sunt, ca.3. numero 1. p.1. nisi Ecclesiæ, vel beneficio essent vnita, numero 2. aut nisi religiosis personis essent deputata, eisque solita in titulum conferri, numero 3. aut nisi sint danda in titulum ex ordinatione fundatoris, vel per viam electionis etiam Clericis secularibus numero 4. Nec comprehunduntur isto casu per literas generales super prouisione alicuius, numero 5. & Clementina 2. de præben. non habet locum in religiosis, n.6. quæ declaratur per Rotam, n.7. decretum Conc. Trid. de Hospitalib. n.8. & declaratio S. Congr. super eo, n.9. & 10.

Hospitale quando est vnitum alicui Ecclesiæ seu beneficio, an eius administratio sit committenda alicui ad triennium tantum ex dicto decreto, c.3.n.11. cum seqq.p. 1. vbi resoluitur quod sic, & de materia videndi sunt DD. relati, n.14.

I

IDoneus qui dicatur, & in quo consistat idoneitas exponitur, c.2.n.233. cum seq.p.6.

In idoneitate probanda non requiritur citatio alicuius etiam si adesset intrusus, vel contradictor, ca.2. à n.242. p.6. Nec est necessarium testes in forma recipere, n.244. Nec verbum, si constiterit, includit citationem partis, & qualiter intelligatur, à n.245.

Idoneitas impetrantis, seu veritas precum dispensationis, si per testes præsentatos probaretur, ipsi tamen executori contrarium constaret non liceret exequi commissionem, cap.2.n.251.pa.6. & ibi consilium optimum traditur, n.252.

Illegitimi, an sine dispensatione possint obtinere pensionem, cap.5. numero 115. cum sequentibus, part.1. resoluitur quod non, contra Rotam nisi daretur in stipendium.

Illegitimus, vel alias incapax, dispensatus ad beneficia, an possit vigore huius dispensationis pensionem obtinere, capit. 5. numero 145. part. 1. cum sequent. resoluitur affirmatiuè, nisi sit dispensatus ad certum beneficium.

Illegitimi & descendentes ex illis, an sint de familia, seu agnatione, vid. verbo, consanguinei fundatoris.

Illegitimi, etiam spurij ex parte matris sunt de eius parentela, genere, & cognatione, & sic censentur vocati ad capellaniam, c.15. numero 52. & numero 53. p.7. refertur quod tradit Gonçalez in prædicta quæstione, & quædam decisio Rotæ, & n. 54. circa materiam huius cap. remissiuè.

Illegitimi, vide verbo, filij.

Illegitimus, seu irregularis dispensatus, vt quæcunque & qualiacunque beneficia recipere & retinere valeat, dummodò plura simul non sint, quam quæ à Concilio Trident. permittuntur, seu dummodo plura non sint, quod idem est iuxta stylum, an vigore talis dispensationis possit retinere plura beneficia, alias non incompatibilia, etiamsi vnum sit sufficiens, stante, quod Concilium in eo non liget, vtpote non receptum, & c.ca.5.§.3. à n. 333.p.11. & resoluitur affirmatiue.

Illud etiam accipitur pro commodo proprio, & tendit in vtilitatem canonicorum, quod soluitur mensæ capitulari, seu conuertitur in reparationem bonorum mensæ capitularis, c.1.n.90. vbi ponuntur declarationes S. congregationis.

Immemorialis sola, etiam cum allegatione priuilegij non suffragatur cum adest incapacitas, nisi fama priuilegij concurrat, c.2.n.38. p.1. & ibi resolutiones Rotæ traduntur n.39.

Immemorialis iuris patronatus, an probetur per instrumenta, cap.9.num.107. cum seqq.p.5. & numer.111. cum seqq.

Impedimentum in fine anni superueniens, non excusat à promouendo, si intra illud tempus non poterat promoueri, cum Bellamera contra Rebuff. cap.5.§.1.n.119.par. 11. & parrochus in fine anni impeditus restituitur, non ad alterum annum, sed ad tempus, in quo fuit impeditus, n.120.

Impetrans beneficium vti reseruatum, ob non residentiam Episcopi debet eam plenè & concludenter probare, c.1.n.

re, c.1.n.504.p.5.

In impetratione beneficij faciendæ est mentio de beneficijs obtentis licet de facto, & de iure ad rem, nisi vbi impetrans ignoratis, c.2.n.122.123.124. & 125.p.1. & de præsumptis, numero 126. & etiam de beneficio incompatibili vacaturo per assecutionem secundi contra Gonçalez, numero 127. & an sit faciendæ mentio de pensione, ca.5.numero 75.cum seq.p.1. vbi resoluitur, de pensione quæ datur in stipendium, non esse faciendam mentionem, numero 76. Nec de Patrimonio ad cuius titulum quis est ordinatus, numero 77. & seq. nec de hospitalitate, numero 79. nisi esset in forma pauperum, nu.80. de Pensione vero quæ datur loco beneficij faciendam esse mentionem n.81. & amplia, vt nu.83. & 84. & ita seruatur, numer.85.

Impetrans præbendam à Papa narrando fuisse discordiam in prouisione, inter Episcopum & Capitulum, an debeat eam plene & concludenter probare, an verò satis sit semiplene, c.4.numero 36.p.5. vt fuit per Rotam resolutum, numero 37. à qua decisione recessit, vt n.38. cum seq.

Impetrans tenetur verificare narrata in sua gratia, quæ mouerunt Papam ad concedendum, etiam parte non opponente, c.2.n.161.p.6.

Impetrans parte non opponente non tenetur verificare nisi ea quorum falsitas viciat gratiam, quia impetrans alias esset inhabilis, vel quia sunt fundamentum gratiæ, vel alias, vt c.2.n.162.p.6.

Impetrans tenetur verificare ætatem expressam, c.2.n.169.p.6. & intellige, vt n.170.171. & improbatur consil. Menoch.n.173.

Impetranti sufficit verificare de facto Doctoratum narratum, c.2.n.205.p.6. & ratio traditur, n.206. & limita, vt n.207.

Impetrans an sit re vera idoneus, non tamen sit per executionem verificatum teneat collatio, ca.2.n.258.p.6. & resoluitur quod non.

Impetrans si sit idoneus, & per executorem sciatur, an possit ad executionem procedi absque alia verificatione, c.2.à n.259.p.6. & resoluitur, quod non, nu.260. cum sequentib. etiam si de idoneitate notorie constet, à numero 264.

Impetrans stante æperitione oris tenetur verificare narrata in sua gratia, nisi sit Motu proprio, ca.3.n.99.p.6. vbi decisio ponitur.

Impetrans absoluitur, etiam ab excommunicationibus & censuris reseruatis Papæ, etiam in Bulla cœnæ, per clausulam, teque à quibusvis, &c. posticam in literis Papæ, c.13.num.67.p.7. at per dictam clausulam, positam in literis Legatorum, solum absoluitur à censuris, à quibus ipse alias poterat absoluere, nu.68. Sed quamuis hoc de iure verum sit, videtur Nuntium Hispaniæ posse per dictam clausulam absoluere ad effectum à quibuscumque censuris, etiam Papæ reseruatis, à quibus alias non posset absoluere ex clausula suarum facultatum posita, n.69. & 70.

Impetrans beneficium tunc per annum pacificè possessū debet facere mentionem de possessione illius, ex regula de annali, cui tantum quoad istam primam partem solet derogari, quæ habet locum etiam in beneficiis reseruatis, non solum specialiter, sed etiam generaliter, quamuis tempore Gregorij XI. loqueretur solum de specialiter reseruato, cap.1. à n.53.part.10. & n.55. ponitur resolutio Rotæ.

Impetrans certo modo tanquam deuolutum, debet probare deuolutionem, nec clausula generalis supplicationis, sine alio quovis modo, &c. alias locum habet, præsertim quia ponitur in calce supplicationis clausula, &

2. Tom.

de deuolutione detur dispositiue in literis, c.3.n.16.p.10. maxime stante in literis clausula, dummodo collatio sit deuoluta, vt præfertur n.17. vnde si beneficium erat reseruatum, gratia locum non habebit, nam deuolutio non cadit in beneficiis reseruatis, n.18. & vacationis tempus non deuolutionis debet considerari, vt dicatur beneficium liberum, vel reseruatum, n.19. & clausula generalis apponi solita, etiamsi reseruatum, &c. operatur quando ordinarius, vigore indulti reseruatum conferre possit, num.20.

Impetrans ita demum per dictas clausulas generales potest consequi beneficium ex alia vacatione, si vacationis modus dispositiue, seu assertiue expressus saltim de facto iustificetur, prout fieri debet, vt possit recurri ad clausulas generales, & stante ista simul, c.1.n.36.p.11. & ita procedunt decisiones citatæ n.37. & fuit resolutum in decisionib. relatis à n.38. ad 46. & facit resolutio adducta n.47. iuxta quod sunt acceptiendæ decisiones & DD. citati n.48.

Impetrans quando se dicit clericum Abulens. significatur origo, quoniam verbum debet naturaliter intelligi, & non accidentaliter, c.9.n.21.p.7. sicut quando dicitur talis de Perusio, intelligitur naturaliter, n.22. & ita cum in supplicatione quis se dicit clericum Abulens. in literis solet dici oriundus, n.23. & similiter quando in supplicatione dicitur, Nicol. clericus Abulens. diœcesis, intelligitur secundum stylum ex diœcesi Abulensi oriundus: & ita dicitur in literis, & ita iam de stylo non videtur procedere decisio Rotæ 76. de rescriptis, alias 628. in antiquis, n.24.

Impetrans si esset excommunicatus, collatio ei facta an teneat, si est facta in forma commissaria, aut per Papam, vide verbo accessus, & verbo, absolutio quæ datur.

Impetrantes qui in dispensationibus matrimonialibus narrant esse ortos ex tali loco, non sufficit verificare habitasse ibi, & habuisse domicilium vltra decē annos, c.9.n.33.p.7. nec refert, si dicatur, quod si Papa sciuisset, nihilominus concessisset, quia casus omissus non habetur pro expresso, & concessio facta in vno casu non porrigitur ad alium, n.34.

Impetrare quis potest duobus modis à Papa beneficia deuoluta, vel tanquam ad Sedem Apostolicam deuoluta, iuxta Concilium Lateranense, & tunc debet probari deuolutio gradatim, vel tanquam deuoluta ad inferiores ob negligentiam primi collatoris, vel Patroni, quia Papa cum illis concurrit, & tunc sufficit probare negligentiam primi, capite 3. numero trigesimo parte 10.

Impetratio beneficij facta à Papa per irregularem, seu homicidam, an valeat propter clausulam in literis Apostolicis apponi solitam, (teque à quibusvis), quæ sumitur ex clausula supplicationis, & cum absolutione ad effectum præsentium, cap.11. à n.54.part.7. resoluitur negatiue contra Cordubam, & alios, nam in d. clausula non venit irregularitas, quæ non est censura, nec absoluitur, sed dispensatur, n.56.

Impugnatur resolutio Rotæ, quatenus ait, quod prouisus ante Clericatum de canonicatu, immissus tamen in possessionem post clericatum dicendo, quod contulerunt, ac sibi prouiderunt, non censeatur de nouo prouisus, c.1. n.38.part.7.

In beneficiis simplicibus præsentati seu electi, vel nominati à quibusuis Ecclesiasticis personis, non debent institui neque confirmari, nec admitti etiam prætextu cuiusvis priuilegij, vel consuetudinis, nisi prius fuerint ab ordinariis examinati, & idonei reperti. c.3.n.5.part.9. & si institutio ad inferiores Episcopo pertineat, nempe

GARCIA de Benef. GVII 15

ex fundatione ante Concilium, aut immemoriali, quæ non tolluntur per Concilium, præsentari debent prius ab Episcopo examinari & approbari, alias institutio erit nulla, num. 6. & in præsentatis à patronis laicis numero septimo & octauo.

Incapaces sunt laici beneficiorum, vide verbo, laici.

Incestum committentibus ignoranter, non permittuntur coniugia absolute, sed post pœnitentiam, ca. 3. nu. 111. part. 8. incompatibilia qualiter sint duo beneficia simplicia sub eodem tecto, vel duæ præbendæ, etiamsi vna veniat per annexionem, vide verbo, beneficia duo curata.

Incompatibilitas consideratur duplici modo, quadam est illorum beneficiorum, quæ simul teneri non possunt: & primum vacat ipso iure per assecutionem secũdi, alia est quoad retentionem tantum, scilicet beneficiorum, quæ simul licite retineri non possunt, licet non vacet primũ ipso iure per assecutionem secũdi, capite quinto numero sexagesimo septimo part. 11. & ad ista reducitur triplex incompatibilitas, quam considerat Cardinal. numero 68.

Incompatibilitas vt inducatur, debent esse beneficia perpetua, saltim aptitudine, vt sunt beneficia manualia, seu ad nutum amobilia, quæ etiam cum dentur in titulũ, & possint esse perpetua, inducunt incompatibilitatem: officia vero seu dignitates quæ conferuntur ad certum tempus non inducunt talem incompatibilitatem, ca. 5. §. 1. numero centesimo octuagesimo primo. p. 11. vbi ponitur decisio Rotæ.

Incontinenti & statim fieri quando dicatur, & de dictionibus mox, illico, quam primum, & circa c. 5. nu. 38. & 39. p. 11.

Incontinenti turbari quando quis dicatur, vide verbo, adeptus.

Incumbens curæ animarum, imminenti suæ dignitari, habetur pro præsenti ex Concil sess. 22. c. 3. vt c. 2. nu. 334. p. 3. & intellige, vt n. 335. & ibi declarationes Sanct. Congregat.

Indultum, seu facultas conferendi beneficia, à Papa concessum, comprehendit omnia beneficia, etiam Curata & Dignitates, cap. 6. numer. 41. part. 1. & ratio traditur, num. 42. & nu. 43. & reprobantur contrarium tenentes nu. 44. & sequent. non enim importat graue præiudicium Ordinary num. 46. saltem considerabile, numer. 47.

Indulta, seu priuilegia Apostolica, quibus conceditur abesse vltra tres menses, an sint derogata c. 2. n. 252. cum seqq. p. 3. & resolutur negatiue.

Indultum conferendi beneficia vacatura, exceptis generaliter reseruatis, an comprehendit reseruata per regulã octo mensium, ca. 1. n. 60. p. 5. & an dicantur reseruata beneficia affecta, per appositionem manus Papæ, numero 62.

De indulto Clementis VIII. super modo prouidendi de beneficijs Patrimonialib. Calagurritan. late tractatur, c. 1. n. 568. cum seq. p. 5.

De Indultis Cardinalium remissiue, & ibi ponuntur limitationes quæ ponuntur in indultis modernis, c. 1. nu. 630. part. 5.

Indultum conferendi, seu præsentandi beneficia vacãtia in mensibus Apostolicis, nõ habet locũ, sede Apostolica vacante, quia tunc nulli sunt menses Apostolici, secũdum Rotam, c. 1. n. 647. p. 5.

Indultis derogatur per verba, ac etiam disponendi de huiusmodi beneficijs, & c. c. 1. n. 676. p. 5. & ad quæ ea verba referantur, n. 677.

Indultum Cardinalis Ordinary collatoris de conferẽdis beneficijs suæ diœcesis, seu ad collationem suam de iure spectantibus, non comprehendit beneficia, in quorum possessione conferendi alius erat, cap. 5. numero 5. part. 5. sicuti nec beneficia ad collationem inferiorum spectantia etiam dispositioni Papæ reseruata, nisi de illis facta sit expressa mentio nu. 6. & ratio traditur, nu. 7. & sequent.

Infames secundum leges, sunt infames secundum canones, c. 8. n. 11. p. 7.

Infamia facti est cũ quis est notatus de aliquo crimine apud bonos & graues, seu cum opinio alicuius grauata est apud bonos & graues super aliquo crimine, c. octauo numero duodecimo, part. septima: seu cum quis propter aliquod delictum graue apud bonos & graues viros male audit, nu. 13. & non est aliud quam vitæ sordes & vilitas diuulgata, & sic non potest esse occulta, numero 14.

Infamia iuris, de iure bene potest esse occulta & incurritur, quamuis delictum, ex quo illa oritur, seu propter quod ipso facto irrogatur, sit occultum cap. 8. numero 17. p. 7. Sed contrarium tenent relati. n. 18. Sed verior est in rigore prima sententia, quamuis de æquitate canonica possit secunda procedere, aut saltim quod non habeatur in consideratione talis infamia ex delicto occulto proueniens, nu. 19.

Infamia iuris illa dicitur quæ irrogatur per sententiã, vel ipso facto in casib. in quib. iure cauetur tantum, ca. 8. nu. 10. p. 7.

Infamia non solũ impedit præfici, sed etiam remoueri facit à dignitatibus habitis, cap. 8. num. 33 part. 7. nume. 34. sed id procedit solum in infamia iuris, nam infamia facti licet repellat quem à dignitatibus habendis, non tamen à dignitatibus quæsitis, nisi dicatur in sententia, numer. 35 & licet infamis infamia facti sit inhabilis ad obtinenda beneficia, obtentis tamen non priuatur, n. 36. & id procedit secundo in dignitatib. & honoribus cura titulos beneficiales, secus vero in beneficialibus, quia non est textus hoc dicens: vnde hæc pœna specialis priuationis ipso iure imponi nõ debet, esto infamia iuris regulariter veniat priuandus, c. 8. n. 37. p. 7.

Infamia notantur vsurarij, quamuis controuersia sit, an id solum procedat in vsurarijs publicis, an etiam in occultis, c. 8. n. 20. cum seq. p. 7.

Infamiam quando dicatur esse, seu aliquem esse infamatum de aliquo peccato, remissiue, cap. 8. numer. 15. p. 7. & ista infamia quomodo probetur etiam remissiue, n. 16.

Infamis maximè infamia facti, non est proprie simpliciter, & absolute irregularis, sed large secundum quid, c. 8. nu. 64. p. 7. & in materia irregularitatis pro regula habendum est, impedimentum illud, quod absque dispensatione tollitur, & potest cessare facto, non esse proprie irregularitatem, n. 65.

Infamis non est irregularis vere, etiam si infamia procedat ex delicto notorio, dispositione digno, c. 8. num. 66. part. 7.

Inferiores à Papa non possunt pensionem imponere interueniente pactione inter partes, nec coram eis potest fieri reseruatio, seu cessio reseruata pensione, caput. 3. num. 340. & 341. part. 1. reprobata sententia Rebuffi, numero 342.

Inferior cui Papa concessit facultatem dispensandi super aliquo prohibito à Concilio, non tenetur illi Concilio derogare, in dispensatione, cap. 5. numero 46. parte 4.

Inhabilitatus ad beneficia per constitutionem penalẽ, generaliter, & simpliciter est inhabilitatus ad pensionem, contra Nauarrum, c. 5. nu. 123. p. 1. secus in inhabilitato per sententiam n. 124.

Inha-

Inhabilitas posita in extrauaganti, execrabilis de præbendis, cum inducatur in obtinendis, non extenditur ad obtenta, cap. 5. numero 17. part. 11. habet locum in legitime dispensato ad plura, quia illa recipit non canonice, numero 18. quando dispensatio est concessa circa obtinenda, secus si circa obtenta numero 19 secus etiamsi sit concessa conditionaliter, si alias canonice conferantur: & idē secundum relatos, n. 20 Sed contrarium tenetur, nam illa clausula non inducit formam & conditionem, sed est expressio eius quod tacite inest, & sic nihil operatur, numero 21.

In literis resignationum parochialium, in forma dignū, dicitur, quod examen fiat adhibitis examinatoribus synodalibus si illic sint vt esse debent, alioquin ab ipso ordinario nominandis, c. 2. n. 96. p. 9. & isto casu est difficultas, an si illic examinatores qui habentur pro synodalib. non tamen sunt legitimi, & coram illis tanquam synodalib. fiat examē in forma dignum, sit validum, à n. 97. resolvitur negative.

Institutio & admissio præsentati à personis Ecclesiasticis sine examine, licet sit nulla ex decreto Concil. tamen in illo non est decretum irritans Bullæ Pij IV. ca. 1. n. 434. part. 5.

Institutio, seu collatio ab Ordinario facta, spreto patrono infra tempus datum ad præsentandum, nulla est ipso iure, c. 9. n. 231. p. 5. reclamante tamen patrono intra dictum tempus alias institutio valebit, n. 232. & ratio traditur, n. 233. quæ refutatur, nu. 234. & seq. & alia traditur n. 236. quæ reprobatur, n. 237. & vera ratio assignatur, n. 238. cum seq. & talis promisio est in pendenti, vt n. 240. cum seq.

Institutio Parrochialis, facta ab Ordinario, præsentato à Patrono, facta solum relatione ab examinatoribus, quoad scientiam & non quoad ad mores, &c. est nulla ex Rota, c. 2. à numero 239. p. 6. quamuis alias aliud dixisset.

Institutus ad præsentationem possessoris malæ fidei an sit removendus si postea constet de mala fide, c. 5. n. 79. cum seq. p. 5.

Institutio, an quando est facta in contradictorio indicio, seu sententia lata super ea facienda, causa sit appellabilis, resoluitur institutionem præsentati factam, pendente appellatione per alteram, interposita à sententia ordinarij, & possessionem subsequutam, & etiam possessionem à præsentato instituto captam, pendente appellatione iudiciali interposita ab institutione facta in sententia, esse attentatam c. 4. à numero 16. p. 9. & adducuntur variæ resolutiones & decisiones Rotæ, & numero 20. Respondetur doctrina Lambertini, & n. 26. improbantur Zaualos & Azeuedo. Nec est curandum de stylo contrario, seu consuetudine, quæ in aliquibus Episcopatibus seruatur: nam non est toleratus, sed admissus: sed per superiores reuocantur, tanquam attentata, n. 27. sicut etiam non est curandum de stylo tribunalis iudicis Metropolitani Salmanticæ residentis, qui semper dat executoriam suæ sententiæ, quando est confirmatoria primæ ordinarij, n. 28.

Institutio, quando requirit vt præsentetur sacerdos, vel quod præsentetur capellanus, seu clericus qui Missam celebret, vel alia verba respicientia tempus, seu actum præsentationis, & tunc præsentatus tempore præsentationis debet esse sacerdos actu, c. 1. numero 58. p. 7.

Institutio, vbi ad Episcopum pertinet in præsentatis à patronis laici, quos Episcopus si velit, potest examinare, non requiritur examen necessario ex Concil. Trid. sess. 7. c. 13. quod solum loquitur in præsentatis à personis Ecclesiasticis ac videtur etiam procedere in iure patronatus mixto, c. 3. n. 9. pa. 9. in quibus datur forma, ex quo cum examen præcedere debeat, datur consequenter ordo, qui inducit formam, qua non seruata actus est nullus n. 10. & seq. vbi ponitur decisio Rotæ, quamuis alias in terminis statuti Romæ statuentis, quod ante executionem sententiæ fiat certum monitorium, & sic dantis ordinem sit resolutum, executionem aliter factam non esse nullam, n. 12. quod impugnatur n. 14.

Instrumentum præsentationis requirit testes, c. 4. n. 51. p. 8. vbi ponitur resolutio Rotæ.

Intellectus domini Michael. Costæ ad text. in c. Rodulfus de rescript. reprobatur, c. 6. numero 79. & 80. p. 1.

Intentio dicentis Episcopum gaudere alternatiua, satis fundatur in acceptatione & præsumptione iuris, quod Episcopus residet in suo episcopatu, ca. 1. n. 501. p. 5. Sed contrarium traditur, numero 502. & an præsumatur quis residere in loco vbi residere tenetur, numero 503.

Intimatio literarum fieri debet per Notarium data copia, si petatur, c. 5. n. 578. p. 1.

Intrusus & possidens beneficium sine titulo tenetur ad solutionem pensionis, non autem beneficiatus verum titulum habens, c. 5. n. 183. p. 1.

Ioan. Gutierrez opinio, dicentis in constitutionibus Pij IV. & Pij V. comprehendi confidentias illicitas, licet non simoniacas, quoad vtrumque forum, & etiam licitas, quoad forum externum, conuincitur, c. 3. §. 2. numero 173. p. 11.

Irregularis, seu illegitimus dispensatus ad Ordines etiam Sacros, non censetur dispensatus ad beneficium etiam simplex, c. 6. numero 70. 71. & 72. p. 1.

Irregularis, an sit ægrotus morbo impediente vsum ordinis, vide verbo, morbo caduco.

Irregularis censeri debet quis non solum in dubio homicidij, sed etiam alterius cuiuscunque facti, ob quod incurritur irregularitas ad effectum abstinendi, & cessandi ab officijs irregularibus prohibito, etiam in foro exteriori, & post factam diligentiam, vt in cap. ad audientiam, & cap. significasti de homicidio, quæ nouum ius non inducunt, non vero vt debeat spoliari beneficio, &c. p. 7. cap. 2. n. 18. & idem in dubio iuris, vbi quis dubitat an suo delicto sit imposita pœna irregularitatis, antequam fiat diligentia & examen in iure, & etiam post dum manet dubius, quamuis vbi dubium esset apud omnes, an in aliquo casu sit iure imposita irregularitas, tunc non esset quis censendus irregularis, numero 21. & 22.

Irregularis est abscindens sibi membrum, aut eius partem, cap. 12. num. 4. p. 6. quod procedit, etiamsi non sit notoria eius culpa, n. 5. quamuis contrarium teneant relati, n. 6.

Irregularis non est, qui non sua sponte, sed casu, aut in cunabilis, aut per vim, aut propter ægritudinem sectus est, cap. 12. n. 7. p. 7. nisi id sua culpa acciderit, quia dabat operam rei illicitæ, vt in adultero, cui à marito, vel à iudice sunt abscissa virilia, quem esse irregularem tenet communis, n. 8. Sed contrarium tenent alij, n. 9. & ista sententia videtur verior ex adductis, nu. 10. 11. & 12. etiam iuxta sententiam Toleti circa irregularitatem, ex homicidio casuali positam, n. 13. & 14. quæ videtur bona cum additione posita, nu. 15. istisque consonare videtur dictum Manuelis Rodriguez, esse irregularem eum, qui cognouit carnaliter mulierem habentem morbum gallicum, ex cuius contagio amisit membrum, nisi ipse...

ranter etiam cognouisset quam sanam putabat, numero 16. quæ tamen sententia videtur nimis dura, numero 17.

Irregularis regulariter non est priuatus ipso iure beneficio tam quæsito, sed illud retinere potest, antequam priuetur per sententiam, per quam illo priuatur, quando irregularitas sequuta est ob eius culpam seu delictum, c.10.num.47.p.11.

Irregularitas vna tantum incurritur, & non plures, non solum ob celebrationem in excommunicatione, seu alia censura iteratam, sed etiam ob homicidium, rebaptizationem, seu aliud delictum iteratum, quamuis secus sit in censuris, quæ multiplicantur multiplicatis transgressionibus, seu peccatis, etiam eiusdem generis, cap.3.à numero 84. part. 18. & ratio differentiæ num. 87.

Iudex laicus de causis beneficij non potest cognoscere, c.2.n.49.p.1. Non solum in petitorio, sed nec in possessorio, numer.50. improbata contraria sententia, num.51. & & 57.

Iudex non debet petere legitimationem personarum, parte non opponente, c.5.n.569.p.1.

Iudices synodales debent deputari & designari nominatim, & in particulari, & non possunt designari in genere, cap. 2. §. 2. numero 349. & sequenti, part.9. & numer.351. ponitur quædam declaratio S.Congregationis.

Iudicis assertioni an stetur super causa, sine qua actum facere non potest, vide verbo, assertioni.

Iuramentum de resignando beneficium, ad cuius titulum fuit quis ordinatus, vel de non reuocando procuratorem ad resignandum, cum non habeat alias vnde viuere possit, an valeat? cap. 5. numero 230. cum seqq.p.2.

Iuramentum vbi defertur à iure, requiritur necessario in actu iurandi corporalis tactus scripturarum, ca.3. num.79.p.3.

Iuramentum de eligendo magis idoneum, quomodo sit præstandum, c. 4. à numero 170. p.5. & an possit præstari per procuratorem, num. 172. cum seqq. & an in Ecclesijs, in quibus tale solet præstari iuramentum, si omittatur valeat electio, sine tali iuramento, n. 176. & resoluitur valere, sed contrarium verius est, nume. 177. cum seq.

Iuramentum de non petendo relaxationem, an sit validum remissiue, c.2.n.44.p.8.

Iuramentum examinatorum, quando & quomodo præstandum sit, resoluitur expedire vt publice in synodo, quo primum tempore delicti sunt, illud præstent, quamuis hoc non videatur necessarium, cap.2. §.2.num.356. & sequenti, p. 9. vbi ponitur formula iuramenti, & præstandum est tactis Euangelijs, & alias non seruatur forma Concilij, numero 358. nec opus est illud præstare in quolibet examine, sed satis est iuramentum generale semel præstitum, num.359.

Iurare an debeant examinatores, & requiratur pro forma, quod iurent se quacunque humana affectione postposita fideliter munus executuros, alioquin examen & concursus coram eis facta nulla sint, 9.part. cap. 2. §. 2. numero 314. resoluitur affirmatiue, numero 355.

Ius ad rem expostulatione non queritur postulato, c. 3.n.7.p.4.

Ius ad rem habet præsentatus, quando præsentatio est per ipsum acceptata, non alias, capit. 3. numer.11. part. 4. Non tamen requiritur admissio superioris, sed quod ei sit facta præsentatio, numero 12. Sed si sunt præsentati, neutri quæritur, numero 13. & extende, vt num. 14.

Ius ad rem ex acceptatione quæsitum includitur in regula 30. de impetrantibus, & intellige, vt c.1. nume. 82.p.5.

Ius ad rem per mandatum de prouidendo de prima præbenda factum, recepto in Canonicum authoritate Apostolica, includitur in hac regula 30. quando durante familiaritate successit vacatio præbendæ, ca.1. numero 286.p.5.

Ius ad rem per electionem includitur in hac regula, & d. regula 30. c.1. num. 288. & seqq.p.5. item per præsentationem clerici & laici cum non potest variare à num. 290. per reseruationem factam pro familiari, num.292. & seq. & per collationem nondum acceptatam, numer. 294.

Ius ad rem per consuetudinem optandi non includitur in hac regula, quoad præbendam in optatam licet secus in optata per eum, qui erat familiaris, tempore, quo competebat ei ius optandi, cap. 1. à numero 295. part.5.

Ius ad rem per cessationem solutionis pensionis non includitur, in hac regula nec beneficium cadit in hac reseruatione, decedente pensionario ante canonizatum regressum, vel accessum, cap. 1. numero 299. & seq.p.5.

Ius ad rem per regressum includitur in hac regula, c. 1.n.301. & 302.p.5.

Ius ad rem per priuationem in forma iuris non comprehenditur in reseruatione huius regulæ, cap.1. nume. 307. p.5. & alios modos acquirendi ius prosequitur author, num.308.

Ius ad rem per mandatum de prouidendo de certo beneficio vacante, includitur in hac regula, c.1. numer.309. part.5.

Ius in re in beneficio acquiritur per collationem acceptatam, etiam ante possessionem, c.2.n.1.p.4.

Ius in re acquiritur, per institutionem præsentandi, consummationem electi, & admissionem postulationis, c.2.num, 3.p. 4. & an illud habens possit propria authoritate beneficij possessionem apprehendere, nume. 4. cum sequentib.

Ius in re an acquiratur ex sola supplicatione, aut signatura, literis non expeditis, ita vt per eam possit capi possessio, cap. 2. num. 10. p. 4. & resolutio traditur, n.11.

Ius alterius ex supplicatione competens narrandum est in gratia, c.2.nu.12. p.4. & conuincitur sententia Lerolæ, n.15.

Ius alterius ex electione, seu præsentatione quæsitum, narrandum est in impetratione gratiæ, alias erit nulla, c.3.n.21.p.4.

Ius ad beneficium acquiritur decem modis secundum aliquos, c.3.nume.1. & 2.p.4. Primus est electio siue acceptata, siue non, num.45. & 6. Secundus, Præsentatio Patroni, num.8. & 9. & decisio Rotæ, num. 10. Tertius, acceptatio vigore gratiæ expectatiuæ, num. 15.16. & 17. Quartus, gratia expectatiuæ Præbendæ, recepti in Canonicum, seu mandatum de prouidendo in prima Præbenda, n.36. & 37. Quintus, Collatio nondum acceptata, n.38. Sextus, reseruatio facta pro aliquo de certo beneficio, n. 43. & 44. Septimus, optio seu ius optandi, nu. 45. & intellige, vt n. 46. Octauus est, non solutio pensionis, num. 47. 48. & 49. Nonus, priuatio iuris, num. 53. Decimus est, per regressum & accessum, & coadiutoriam cum futura successione, n. 55. cum seqq. Vndecimus, per mandatum de prouidendo decreto beneficio vacante, n. 59. Duodecimus est oppositio, stante consuetudine dante ius opponendi, num. 61. & 62.

Ius beneficij dicitur esse penes resignantem, & sic vacat per obitum vere, quando Papa annullat collationem, si infirmus decedit infra 20. dies, & sic non admittit illam resignationem, c.1.n.166.p.5.

Ius breuis, est personale, & expirat per mortem, seu resignationem obtinentis, ante captam possessionem nomine Camerae, c.3. numero 23 p. 6. limita, vt numero 24.

Ius conferendi, probatur ex statuto, seu concessione Episcopi confirmato authoritate sedis Apostolicae, etiam si non constet de quasi possessione conferendi, & vsu statuti, c.5. numero 153. par.5 cuius obseruatio praesumitur, n.154.

Ius ex acceptatione spectantis, non est considerabile, vt de eo debeat fieri mentio in impetratione seu reseruatione, c.3.n.18.p.4 nec quo ad clausulam, dummodo non sit in eo alicui ius quaesitum, n.19.

Ius ex acceptatione spectantis quaesitum, non est considerabile, quoad regulam de iure quaesito non tollendo etiam lite pendente, licet de lite debeat mentio fieri contra Sarnen. c.3. à numer 27. ad 30. p.4. & quando de lite mentio fieri soleat, num. 31. cum seqq. vbi ponitur decisio Rotae.

Ius opponentis se ad beneficium solum est considerabile respectu Ordinarij & inferiorum à Papa, qui non possunt illi derogare, c.3 num 63. p.4 & est faciendа mentio de eo, numer. 64. & ad quem effectum, numer. 65 cum seqq.

Ius optandi, & ius ad rem acquisitum, non videtur sublatum per reseruationem spiritualem beneficij, etiam Motu proprio factam post vacationem ipsius, nisi illi derogetur cum derogatione regulae, de iure quaesito non tollendo, c.1 n. 455. p.5.

Ius recepti in Canonicum authoritate Papae spectans primam Praebendam est considerabile quoad dictam clausulam. c.3.n.21.p.4.

Ius ad beneficium expirat per irregularitatem sequentem contractam ex homicidio, vel alias, c.1. numero 10. part.7. quis posit cum homicida dispensare, remittere, num.11.

Ius à resignante, an per renunciationem simoniacam, quamuis sit nulla, abdicetur, & valeat in eius praeiudicium, cap. 3. §. 2. à numero 213. p. 11. resolutur negatiue contra aliquos, quamuis sic renuntians non potuerit repetere beneficium à resignatario, seu alio possessore illius, allegando propriam turpitudinem, numero 218.

Ius conferendi cum spectat simul ad Episcopum, & Capitulum, qui inter se prouisionem diuiserunt per turnos si Capitulum in suo turno non confert infra tempus, aut confert indigno, non fit deuolutio ad Episcopum, sed ad superiorem, cap.3. num. 35. p.10. & idem est quando per Canonicum, cui in turno capitulari ex commissione ipsius prouisio competit, non prouideretur infra tempus, numero 36. Quando vero iste Canonicus prouideret indigno prouisio infra semestre reuerteretur ad capitulum, nisi scienter eam ratam habuerit, num. 37. nec isto casu capitulum haberet nouum semestre vbi prouisio ipso iure est nulla, n.38. & ponitur resolutio Rotae, num. 39 & alia n.40.

Ius nullum acquiritur ex nominatione ante actualem praesentationem, c.1.n.34.p.7. & n. seq adducuntur resolutiones Rotae ad praedicta.

Iuri ad rem ad aliquod beneficium censetur quis renuntiare per assecutionem alterius beneficij, quod simul retineri non possit cum illo, etiamsi non sit curatum, dignitas, personatus, c.5.n.69.p.11.

Iuris patronatus & praesentandi Regum Hispaniae ad Episcopatus praecipuum fundamentum est priuilegium Apostolicum, quod habent Reges Hispaniae, c.1.n.217 p.5.

de Iure patronatus Regum Hispaniae remissiue, c.1. n.214.p.5. & Francae, n.215. & varietas horum regnorum traditu, n.216.

Iuri patronatus Regio derogari non censetur per hanc reseruationem, etiamsi ex priuilegio vel consuetudine competat quamuis praesentatio sit facienda Papae, cap.1. n.219 & seq.p.5.

Ius patronatus Ecclesiasticum, quid sit declaratur, capit.1.num.553. & seq. part.5. & quid si Patronus laicus ex fundatione fiat religiosus an sit Ecclesiasticum, numero 555.

Ius patronatus spectans ad laicos religiose viuentes, & habitum religiosum portantes, veluti magistros, & milites ordinum militarium etiam coniugatos, est Ecclesiasticum, capit.1.n.556.par.5.

Iuri Patronatus mixto derogari solet in totum, in prouisionibus Papae. cap.1. n. 583.p.5. & vbi de derogatione iuris Patronatus laicorum pro medietate n.584. & quid ea sit n.585.

Ius patronatus laicorum quid sit explicatur, capit.1.n. 592 part.5.

Ius patronatus, an censeatur laicale, an vero Ecclesiasticum, quando clericus Beneficiatus ex bonis quaestis intuitu Ecclesiae fundat, seu dotat Ecclesiam, Capellam, seu Capellaniam relinquendo Patronos suos haeredes, vel cõsanguineos. cap.1 n. 593 par 5. & censetur Ecclesiasticum attento iure communi, secus attenta consuetudine Hispaniae, qua mediante possunt testari, nu.594. & seq. amplia in Episcopis habentibus facultatem testandi, n. 596. & 597.

Ius patronatus competens operariis, seu Oeconomis Ecclesiae an sit Laicale, an vero Ecclesiasticum cap.1. à numero 567. cum seqq.p.5. vbi resoluitur esse Ecclesiasticum, contra Felinum, idem dic de spectantibus ad Hospitalarios etiam laicos, etiam quando est approbatum Hospitale, authoritate Episcopi, numero 600. cum seqq.

Ius patronatus confraternitatum laicorum, an sit laicale, vel Ecclesiasticum cap.1 numero 604 p 5. resolui-tur de rigore esse Ecclesiasticum, de aequitate tamen ad effectum derogationis, laicale numero 608. & sequen. Idem dic de spectata ad priores, seu officiales eorum, nu. 609. quamuis secus si esset relictum priori, qui semper debet esse persona Ecclesiastica, nam tunc erit absolutè Ecclesiasticum, numero 610 & seqq. & idem dic de collegiis institutis, pro sustentatione pauperum, numero 612. vbi de subsidio impositio per Papam numero 613.

Ius patronatus quando est Ecclesiastici & laici, & facta est conuentio de alternis vicibus praesentando, an in turno Ecclesiastici censeatur Ecclesiasticum. & in turno laici laicale merè capit.1.à n.614. cum seq.p.5. & resoluitur quod sic.

Ius patronatus, penes quem sit, quando laici vacante beneficio nominant rectorem, quem persona Ecclesiastica praesentat Episcopo, vel contra, & sic an sit Ecclesiasticum, an vero laicale, cap.1. nu. 616.p.5. resoluitur esse apud eos qui nominant.

Ius patronatus non transit in conductorem ad modicum tempus. etiam cum vniuersitate bonorum capit.6.nu.10. par.5. etiam si aliter conuentum sit n.11 conuincitur Rebufus, n.12.

*Ius patronatus cuius varias tradunt doctores diffini-

GARCIA de Benef. CVII 15

tiones, est ius non merè spirituale, sed temporale potius annexum spirituali antecedenter, quatenus datur ad præsentandum ad beneficia, cap 9.n.4.par.5. usque ad n.8.

Ius patronatus vendi nequit, alias venditio est Simoniaca, c.9.num.9.par.5. nisi cum vniuersitate bonorum, n.10.

Ius patronatus an transeat in emptorem cum hæreditate vendita cap.9.num.11.p.5. resolvitur cum communi transire, vt tenuit Rota n.12. quamuis contrarium tradatur, à n.13.

Ius patronatus an transeat in creditorem cui vniuersitas bonorum in quo est ius patronatus pignori data est, cap.5 n.10.& 11.p.5.

Ius patronatus, an transeat in fideicommissarium vniuersalem, cap.9.à n.17.p.5.

Ius patronatus, an vemat in confiscatione bonorum, c.9.numero 25.p.5.& resolvitur sub distinctione, num.27. & 28.

Ius patronatus (sequuta sententia priuatoria iudicis Ecclesiastici,) si est sanguinis, & pertinet ad familiam, seu consanguineos, ad illos transibit, si verò est hæreditarium, ad extraneos transmissibile, euanescit, & Ecclesia remanet libera. cap.9.n. 29.p.5. non tamen sequuta tali sententia priuatoria, transiret ad hæredem ex testamento, vel ab intestato ipsius comdemnati, eo defuncto, n.30. præterquam in crimine hæresis, in quo ipso iure est priuatus, n.31.

Ius patronatus, vt transeat cum re vẽdita, seu alienata satis est adhærere accessoriè alicui fundo, non solum qui vniuersitatem constituat, sed etiam particulari, contra communem, ca.9.à n.32.p.5.

Ius patronatus quamuis sit inuendibile, & pro eo non possit aliquid præstimonij dari, tamen hoc non tollit quin cum illud est annexum bonis, ratione illius bona pluris æstimentur, & vendantur, quam alias, capit.9. num.35. p. 5.

Ius Patronatus tam per laicos, quam per clericos, adquiritur fundatione, dotatione & constructione, capit. 9. numero 36. par. 5. & refertur decretum Concil. Triden. circa hoc. numero 37. & declaratur numero 38. & 39.

Ius patronatus sola fundatione, hoc est fundi assignatione, non statim adquiritur, sed sequuta constructione, vel dotatione, ab eo, vel ab aliis, non potest dici patronus quis Ecclesiæ quæ nondum est, capit.9.nume.44. p. 5.

Ius patronatus adquiritur Ecclesia cœpta ædificari, statim proposito primo lapide, cum consensu ordinarij, quamuis non adquiratur eius exercitium.c.9.nu. 45.& seqq.par.5. limita nisi daretur dos in limine fundationis Ecclesiæ n.47. Ecclesia enim incepta, statim est capax dotis, & ita post affixionem primi lapidis statim ei adquiritur, n.48.

Ius patronatus ita demum ex dotatione adquiritur si sit congrua, & sufficiens, nam dotans insufficienter, non efficitur Patronus, cap.9.n.52.p 5.etiam si ea sit consignata cum consensu Episcopi, n.53.

Ius patronatus adquiritur ex dotatione Ecclesiæ, etiam iam constructæ, & consecratæ quando esset sine dote, & cum consensu Episcopi id fieret, c.9.n.55.p.5.quamuis contradicat glo.in. 56. pro qua faciunt declarationes S.Congrega. n.57. & seqq. quibus respondetur, numero 59.

Ius patronatus licet adquiratur ex dotatione, non tamen ex simplici dotatione, vel legato, nisi fiat pro dote, tacitè vel expressè, cap.9.num.60.p.5.& resolutio Rotæ n.61.

Ius patronatus adquiritur ex prædictis causis authoritate tamen ordinarij, & non alias, cap.9.num 71.p.5. quæ authoritas ex post facto interposita sufficit, num.72. & an præsumatur interuenisse, num.73. & decisio Rotæ n.74.

Ius patronatus competens ex dotatione, vel fundatione, licet præseruetur à Conci. Trident. non tamen refutat illud quod alias potest probari secundum regulas iuris communis, cap.9.n.81.p.5.

Ius patronatus non solum probatur ex immemorialis quæ probat legitimum titulum, c 9.n.82.part 5. sed etiam per famam, vbi est antiquum, n.83. concurrente longissima quasi possessione, ita vt non cẽseatur reuocatum per Concil.n.84. & decisio Rotæ num.85. & probatur etiam contra Ordinarium vindicantem Ecclesiam in libertatem, numer.86. & ibi traditur decisio Rotæ quæ videtur contra.

Ius patronatus probatur ex enuntiatiuis instrumentorum antiquorum, emanatis à diuersis personis non suspectis, capit.9.n.87.cum seqq.p.5.vbi ponuntur resolutiones Rotæ.

Ius patronatus, quando dicatur antiquum, remissiuè, cap.9.n.92 part.5.vbi ponuntur decisiones Rotæ, nu.93. cum seqq.

Ius patronatus in priuatis personis probari ex vnico actu, vt quia semel quis præsentauit, & sequuta fuit institutio spatio 40. an. secundum Zerolam reprobatur, c. 9.n.97.p.5.

Ius patronatus quando agitur de familia potenti, in qua præsumitur ex vsurpatione debet probari secundum formam Concily, cap. 9. numero 98. par.5. & decisio Rotæ. numero 99. cum seqq. idem dic de iure patronatus vniuersitatum, etiam si hæc paruæ sint. cap.9. numero 102. p. 5. & ibi an testes de vniuersitate sufficiant.

Ius patronatus, an personis potentibus, & vniuersitatibus (in quibus vt immemorialis sufficiatur, præsentationes etiam continuatæ non minori quam 50. an. spatio, quæ omnes effectum sortiræ sine, authenticis scripturis probari debent) probari etiam debeat per authenticas scripturas, an verò possit etiam aliter probari, capit.9.à numer.103.cum seqq.p.5.& an id requiratur pro forma, n.113.

Ius patronatus quomodo probetur, & an probetur confessione, traditur remissiuè, cap.9. numero 114. parte 5.

Ius patronatus ex priuilegio reuocatum est per concilium, capit.9.numero 115.par.5. vbi traditur S.Congreg. declaratio, num.116.& Rotæ num.117. etiam si in priuilegio dicatur, quod sit prorsus eiusdem roboris & naturæ ac si ex dotatione competeret, num.118.& ponitur declaratio S.Congreg.num. 119. Limita in priuilegiis concessis ex causa onerosa, num.120. & declaratio Rotæ, n. 121.

Ius patronatus ex augmento dotis, de iure non adquiritur, sed requiritur, quod in totum Ecclesia dotetur, nec sat est quod sit commode dotata, capit.9. n.122. & seqq. p. 5.

Ius patronatus ex augmento dotis concessum etiam per Papam à 40. an. circa subiicitur examini & remissioni Ordinarij. Concessum vero ante annos 40. à confirmatione Concily; non, c. 9. numero 124. p. 5. & ponuntur decisiones Rotæ, vsque ad numerum 127.

Ius patronatus non potest competere ex concessione, & priuilegio Episcopi, c.9.n.128.p.5. vbi ponitur declaratio S.Congrega. & n.129.cum seqq. & amplia, vt n.133.cum seqq.

Ius pa-

Ius patronatus hereditarium, etiam in fœminas heredes transit c.9.num.143. part.5. etiam si relictum sit consanguineis, seu eis qui sunt de genere, parentela, seu familia: quidquid sit contra in Italia, numero 144. & etiam in maioratu, nisi expresse sit exclusa, numero 145. cum seq.

Ius patronus villæ in dotem datæ, ad spem spectet, ad maritum, an vero ad vxorem, capit. 9. à num. 147. cum seqq. p.5.

Ius patronatus rebus dotalibus annexum ad maritum transit sicut & dominium & ita ad eum solum pertinebat præsentare, & non ad vxorem, c. 9. n. 177. p.5. quãuis alij contra teneant, n. 178 quibus satisfit, n. 179. & seq. improbata sententia Rotæ, an. 181. & Lambertini, nu. 184. & limita, vt nu 185.

Ius patronatus aliud est Ecclesiasticum, aliud laicale, aliud mixtum, & sic patroni alij dicuntur Ecclesiastici, alij laici, alij Ecclesiastici & laici simul, c. 9. num. 208. p.5.

Ius præsentandi competit vsufructuario, omnium bonorum, c.9.num.207 p 5

Ius patronatus mixtum ad effectum concursus, an censendum sit Ecclesiasticum, an potius laicale. part. 9. capit.2. §. 2. à numer.376. resoluitur censendum esse Ecclesiasticum ex S. Congregatione, cuius declarationes ponuntur.num.278.

Ius patronatus mixtum cum ad effectum concursus censendum sit Ecclesiasticum, an parochiales talis iuris patronatus cadant sub reseruationibus, ita vt si vacauerint in mensibus reseruatis, ordinarius, nulla habita ratione patronorum, debeat facere concursum, & eligere magis idoneum, part.9.capit.2. §. secundo numero 283. Resoluitur non cadere, sed ad istum effectum censendum esse laicale, num 284. Et quod dicitur de parochialibus iuris patronatus Ecclesiastici, idem dicendum videtur de parochialibus, in quibus persona Ecclesiastica habet ius nominandi rectorem, nam idem in effectu est, n.281.

Iurisdictio transfertur in delegatum à tempore datæ, licet non quoad exercitium ante præsentationem literarum, c.1.num.348. & seq.par.5.

Iurisdictio voluntaria, potest exerceri extra territorium, capit.8.numer. 128. p. 5 etiam si sit delegata, & concessa ab inferiore à Principe, numero 129. & respondetur ad l.2. versi. apud legatum ff. de officio. procons.num.130.

Iurisdictionis actus non est propriè interesse matrimonio, c.8.numer.35.p. 5. & ibi qui Parrochus teneatur assistere matrimonio.

L

LAicus cum ex priuilegio confert beneficium non requiritur institutio, aut confirmatio episcopi, aut alterius clerici, c.2.num.34.p.1.

Laico ius conferendi non potest competere, etiam ex conditione apposita in limine fundationis, c. 2. numero 35.p.1. & etiam si adsit immemorialis, numero trigesimosexto.

Laici incapaces sunt beneficiorum si non sunt clerici saltim primæ tonsuræ par.7. capit.1.num.9. adeo vt non sufficiat destinatio concurrente etiam habitu clericali, numer.19. neque etiam reputatio, qua quis existimetur clericus, si re vera non erat talis, numer.11. quamuis clerico putatiuo, de cuius clericatu non constat, nisi per communem reputationem, potest dari pensio & beneficium, pro quo obtinendo sufficit communis reputatio: numer.12.

Laicus qui non habet primam tonsuram, cum sit incapax beneficiorum, non potest ad beneficium præsentari, aliàs præsentatio erit nulla, capit.1. numer. 25. part.7.

Laicus qui de proximo est clericandus, potest præsentari ad beneficium, cap.1.numero 26 p 7 quæ tamen doctrina Flaminij Parisiens. videtur esse contra Lambert. & alios docentes, non sufficere præsentatum post præsentationem in continenti clericari, num.27. sed prædicta doctrina procederet, quando proxime clericandus expresse, vel tacite præsentaretur in tempus, quo esset clericus, & sic in tempus habile, numero vigesimoquarto, & tacite diceretur præsentari in dictum tempus, quando patronus eum præsentaret non absolute, sed dicendo præsento talem proximè clericandum, vel præsento talem & peto eum ordinari. &c. numero vigesimonono: & ita est accipienda declaratio S. Congregationis adducta, numero trigesimo. & in casu quo absolute præsentaretur nondam habens primam tonsuram præsentatio esset nulla & facta de indigno & incapace, quantumuis de proximo clericaretur, & ita procedit doctrina Lambertini & aliorum, num. 31. & Rota quam Flami. citat loquitur diuerso casu & intelligitur, num. 32. & 33.

Laudes quantumuis sint vna hora cum matutino, tamen possunt ab illo diuidi, & recitari per modum horæ distinctæ, c.1. num 224.p.3. dicendo Pater noster, & Aue: numero. 225. & alia de materia horarum Canonicarum, num.227.

Lector & Pœnitentiarius cum sint priuati ipso iure suis Canonicatibus, ob absentiam vnius mensis à ciuitate absque Ordinarij, vel Capituli licentia ex d. Bullis, si infra semestre ab huiusmodi absentia, Ordinarius, vel Capitulum non prouiderint, vel non egerunt super declaratione vacationis, fiet deuolutio ad superiorem, capit.4.numero 225.par.5. Nec ad priuationem requiritur declaratio & voluntas Capituli, numero 226. idem erit si haberent licentiam, sed nullam. numer.227.

Lecturæ præbenda ad cuius prouisionem pertineat, c. 4. à num 153. cum seqq.p.5 & de Concil. Triden. super ea loquente, num. 154. & sufficit quod talis præbenda sit actualiter deputata pro Theologo, numer.155. & satisfit concilio Theologiam Scholasticam legendo numer. 156. & de tempore, hora & materia lecturæ, & de substituto ponendo, num 157.158. & 159.

Lecturæ prouisio, & collatio, in erectis ante Concil. fieri debet ab illis ad quos ante Concil. pertinebat, cap. 4.numer. 161. par. 5. in erectis vero post Concil. electio personæ lectoris ad solum Episcopum pertinet: collatio vero personæ, ad illos ad quos anteà spectabat, numero 162. & seq. & traditur Rotæ declarationes. Intellige vbi Præbenda vacaret in mense Ordinarij, secus si in mense Apostolico, vel alias esset reseruata, nam tunc electio & collatio, ad Papam spectaret, numero 164.

Lecturæ præbendæ erectæ in Regno Castellæ & Legionis, in quocunq. mense vacent, ex decreto Concilij prouidentur per Episcopos, & Capitulum, ad instar Doctoralium & Magistralium, capit. 4. numero 165. par. 5. quamuis contrarium per Rotam fuerit resolutum, numero 166. & refertur doctrina Gonçalez numero 167.

Ledesma reprobatur dum dicit, quod si tres examinatores fuerint diuisi in suis votis, potest Episcopus accedere cui voluerit, & si fuerint pro vna parte, & alius pro alia potest etiam accedere parti cui voluerit, ca. 2. n.63. p.9.

Legentes, seu studentes in ciuitate Salmantina, pos-

CARDIA de Benef. CVII 15

sunt etiam vltra triennium locare fructus beneficiorum, cap.1.n.39.par.2.

Legatus potest pensionem imponere, cap.5.n.281.& seq. p.1.

Legatus à latere potest beneficia conferre, & omnia exercere in prouincia, quæ potest Episcopus, c.5.n.283.& seq.p.1.& limita, vt n.285.

Legati missi, vel nati, non possunt reseruare pensiones, nisi eis specialiter sit concessum, c.5.num.286.p.1.vel nisi sint cum authoritate Legati de latere, numero 287.

Legati simplices missi absque potestate Legati de latere, cum potestate tamen conferendi beneficia, nihil dicendo de reseruatione pensionum an possit eas reseruare, c.5.num.290.cum seqq.p.1.vbi distinguitur.

Legatus an possit beneficia conferre, & de eius officio, & potestate, qui agant, c.3.n.1.p.5.etiam in conferendo beneficia, n.2.

Legati alij sunt à Latere, alij missi, seu constituti, alij nati, & qui illi sint, c.3.n.3.p.5.

Legati à latere possunt conferre beneficia suæ Prouincia, c.3.n.4.p.5.& an ex priuilegio, n.5.idque iure ordinario in beneficiis exemptis, num.6.quam glo. contra numer.7.

Legati licet sint Ordinarij, tamen dicuntur Ordinarij super inducti, & non naturales, sed odiosi, cap.3.n.9.p.5.

A Legato iure legationis prouisus, & vt Legato, non dicitur prouisus authoritate Apostolica, capit.3.numero 10.& 11.p.5.tamen prouisio Legati dicitur prouisio sedis Apostolicæ, cuius appellatione Legatus venit.numero 12.

Legatus in sua Prouincia, vices gerit sedis Apostolicæ, in non reseruatis, c.3.num.13.p.5.& sic Legatorum literæ dicuntur Apostolicæ, num.14.& eo respectu ab eo prouisus, dicetur authoritate Apostolica prouisus, nu.15.& de interpretatione clausulæ amotis quibuscunque &c. n.16.

Legati à latere possunt conferre beneficia etiam de iure patronatus Ecclesiastici, c.3.numero 17.p.5.etiam non facta mentione illius, numero 18.& spectantia ad collationem exemptorum, etiam si beneficia ipsa sint exempta, numero 19.& 20.& etiam si collatio ad sedem Apostolicam deuoluta sit, numero 21.est enim Legatus Ordinarius exemptorum, vt ibi dicto numero 19.

Legato non currit tempus sex mensium, ad conferendum, sicut currit aliis Ordinarius, c.3.n.22.p.5.sed Lapus contra num.23.& concordant Cardinal. Immola, & alij, n.24.& 25.sed cum possit conferre deuoluta ex propria negligentia, verius videtur non currere sibi tempus, n.26.

Legatus potest conferre beneficia suæ prouinciæ quamuis deuoluta ad prælatum extra suam legationem contra communem, capit.3.num.27.par.5.& ratio traditur, numer. 28. Nam in materia collationis attenditur locus, vbi situ est beneficiu, & non locus personæ, ad quam spectat collatio, num.29.Secus autem est in beneficijs extra suam prouinciam, etiam si per deuolutionem, vel alias spectarent ad collationem alicuius Prælati de prouincia, n30.

Legatus cum non habeat faculatem conferendi beneficia extra suam prouinciam, eius prouisio non præstat titulum coloratum, nisi constet esse intra limites legationis, c.3.numero 31.p.5.limita, vt numero 50.& 51.

Legatus non potest conferre beneficia ad episcopum deuoluta, ex negligentia prælati regularis exempti, cum Episcopus ea conferat authoritate Apostolica, & vt Delegatus Papæ, c.3.n.32.& 33.p.5.poterit tamen cum limitatione, de qua n.34.

Legatus potest beneficia vacatura, suæ collationi reseruare, c.3.n.35.p.5.cum modificatione, de qua n.36.& seq. Personæ tamen cui reseruauit, nullum ius quæritur, quia non potest dare ius ad vacaturum, numer.38.amplia, vt n.39.

Legatus de latere in sua prouincia concurrit (sicut & Papa) cum quolibet ordinario, in collatione beneficiorum, & inter eos est locus præuentioni, etiam in mensibus, Ordinarijs concessis, cap.3.à numero 40.par.5. Non obstantibus concordatis Germaniæ, cuius decisiones ponuntur, numero 43.& 44. Quod etiam procedit attentis regulis hodiernis, vt numero 45.cum sequent.

Legatus non potest conferre, vel reseruare Ecclesias Cathedrales, vel regulares Collegiatas, seu ipsarum Dignitates maiores post Pontificalem electiuas, capit.3.n.52. par.5.Nec beneficia reseruata, n.53.etiam si sit ei facultas concessa beneficia qualitercunque vacantia conferendi, n.54.

Legatus etsi haberet facultatem conferendi beneficia reseruata, non propterea poterit conferre vacantia in curia, nisi specialiter sit concessum, cap.3.n.55.par.5.Nec beneficia litigiosa, n.56.Nec Cardinalis virtute indulti, n.58.

Legatus habens facultatem conferendi litigiosa beneficia, non poterit conferre litigiosa iuris patronatus laici, cap.3.numero 61.par.5.quamuis prouisio Papæ valeret, non facta mentione, nec derogatione illius, numero 6.Nec potest Legatus conferre beneficia iuris patronatus laicorum, numer.63.& prouisio absque patroni consensu erit nulla, quamuis eo non reclamante intra tempus sustinebitur, numero 64.& seq. potest tamen conferre ea, si deuoluta sunt ad Episcopum, ex negligentia Patroni, numero 66.Nec iuris patronatus mixti, num, 67.quod limita, vt numero 68.quæ limitatio non placet, vt numero 69.& seq.Nec contra sentit Couarr, nu.71.

Legatus benè potest conferre beneficia iuris patronatus laicorum ex priuilegio, vel præscriptione, numero 72.& seq.p.5.quod amplia etiam si sit priuilegium speciale, ad certa beneficia, & non generale, quamuis secus in habente priuilegium speciale etiam perpetuum ad conferendum beneficia curata, & Legatus cum Papa non potest concurrere, numero 74.cum seq.

Legati alij qui non sunt à latere, sive missi sive anti, conferendi beneficia potestatem non habent, nisi hoc eis specialiter sit permissum, c.3.numero 80.p.5. Nisi sint missi cum potestate Legati de latere, numero 82.

Legatus non potest alicui committere receptionem resignationis beneficiorum & collationem ipsorum in genere, aut in specie, par.10.numero 6, quod habet locum in aliis collatoribus, num.7.licet legatus bene possit resignationes beneficiorum recipere & illa conferre, numero 8.

Leges collegiorum imponentes pœnam priuationis collegij ipso iure, seu ipso facto tale quid facientibus obligant in conscientia ad pœnam, etiam ante sententiam contra aliquos, c.10.n.36.p.11.

Legitimatio facta dispensando in radice matrimonij est ex matrimonio, & valet ad omnia, c.2.n.41.p.7.& quando sit dispensatio in radice matrimonij, num.42.

Legitimati per subsequens matrimonium an admittantur ad fideicommissa, seu primogenia, ad quæ vocan-

vocantur ex legitimo matrimonio nati remissiue, & resoluitur affirmatiue, cap. 2. n. 43. p. 7.

Legitimati per Papam habebuntur vt legitimi ad ordines & beneficia, cap. 2. n. 45. p. 7. de quo qui sunt videndi, n. 46.

Legitimi an illegitimi sint habendi exposíti, capit 2. numero 6. p. 7. & numero 7. ponitur prima sententia habendos esse pro legitimis, & posse absque dispensatione promoueri, & numero 8. secunda sententia contraria, cuius ratio ponitur, num. 9. & magis placet, num. 10. & ea admissa non poterit Episcopus cum eis dispensare. Posset prima sententia post factum admitti, propter authoritatem eam tenentium, num. 11. & pro secunda adducitur alia ratio, numer. 12. quæ intelligitur. numero 13. & 14.

Legitimi an & quando sint filij nati in figura matrimonij ex matrimonio putatiuo, capit. 2. numero 44. par. 7.

Legitimos esse etiam oportet promouendos ad beneficia & ex legitimo matrimonio, nam illegitimi inhabiles sunt ad Ecclesiastica beneficia, cum nec ad ordines, nec ad clericatum admittantur, c. 2. numero 1. p. 7.

Lex Regia 2. tit. 4. lib. 1. recopila. declaratur, c. 3. n. 2. 3. & 4. cum seq. p. 2.

Lex Concilij, quatenus priuat fructibus penalis est, & sic non obligat in conscientiam, ad restitutionem cessante peccato contra Ledesmã c. 3 numero 67. & 68. cum seq. par. 3.

Lex 1. ff. ad Turpilianum, ibi: Si autem pronunciauerit, *intelligitur, cap. 3. §. 1. n. 100. par. 11. ex qua apparet damnatum de crimine, quod de iure meretur priuationem eo ipso priuatum esse, licet in sententia non exprimatur, & ita videtur alias tenere Innoc. quamuis alias etiam videatur velle, quod requiratur noua sententia in executione pœnæ à dicto num. 100. vbi ponuntur sententiæ Doctorum, concordantur opiniones, numero 105. & 106.*

Lex humana, quando liget actus merè inter nos, vide verbo, excommunicatio vel primero.

Lex potest in pœnam impedire acquisitionem fructuum beneficiorum, & aliorum publicorum, ita vt in conscientia debeant restitui, cap. 10. numero 21. p. 11.

Lex quando dicatur non recepta, & an requiratur decennium, c. 5. §. 1. n. 155. & 156. p. 11.

Liber Datariæ probat in fauorem eius ad cuius commodum & contemplationem pensio fuit reseruata, c. 5. numero 270. p. 1. & decisio Rotæ, numero 271. & 272.

Licentia alienandi patrimonium non potest dari, per Vicarium Episcopi, sine speciali mandato, c. 5. num. 290. part. 2.

Licentia ad non residendum studiorum causa hodie est à superiore petenda, nec sine ea abesse licet, c. 2. n. 87. p. 3. limita in docentibus, vt ibidem, & idem erat de iure antiquo, n. 88. & 89. Nisi consuetudo, aut priuilegium sint in contrarium, n. 93.

Licentia (in casibus, in quibus absentes à iure habentur pro præsentibus) non requiritur à Prælato, c. 2. n. 96. & seq. p. 3.

Licentiam absentiæ Ordinarius non potest dare Canonicis, vltra tempus à Concilio permissum, c. 2. n. 98. p. 3. & concordia Concilij Toletan. & Compostellan. super illis, n. 99. & 100. & declaratio S. Congreg. n. 101. & amplia etiam pro studio Theologiæ, & alijs, a n. 102. & 107. cum seqq.

Licentia, quæ datur Canonicis, ad se absentandum, an spectet ad capitulum, ad quod spectat eorum prouisio, & non ad Capitulum cum Portionarijs, c. 4. numero 230. p. 5. & quando ea non sit necessaria, numero 231. & quid si habeant licentiam pro negotijs fictis, numero 232. & licentia debet esse expressa, & non tacita, vt numero 233. quia vbi ea requiritur debet esse expressa.

Licentia eligendi confessarium data à Papa, Episcopo, vel Parrocho, non expirat morte concedentis, quia est gratia facta ipsi pœnitenti, c. 2. n. 315. p. 6. licet alij contra, n. 316. quod intellige, vt n. 318. & seq.

Licentia audiendi confessiones, data alicui Sacerdoti ipsius contemplatione, à Papa, Episcopue, non expirat morte concedentis, c. 2. num. 319. cum seqq. p. 6. & quid in licentia, seu iurisdictione alicui data à Parrocho, ad audiendas confessiones suorum subditorum, numero 325. & seq.

Licentia audiendi confessiones certarum personarum, data alicui ipsarum fauore, expirat morte concedentis, c. 2. n. 327. p. 6.

Licentia & facultas testandi concessa à Papa, non expirat morte concedentis re integra, c. 2. n. 328. p. 6. nec licentia faciendi maioratum, n. 329. & seq. ampl. a, vt n. 331. cum seqq.

Licentia proprij Episcopi probatur, sola assertione ordinantis, c. 1. n. 171. p. 7.

Licentia quælibet ab ordinario per surreptionem, seu deceptionem obtenta, erit valida, quamuis obtinens decipiendo peccet. c. 3. n. 7. p. 8.

Lis & illius prosecutio super Dignitate non excusat possessorem à residentia vltra tempus à Concilio permissum, persecutio vero litis super iuribus, seu bonis Dignitatis, aut Canonicatus excusat, c. 2. numer. 49. & seq. part. 3.

Lis introducta super beneficio vt vnito, non est super beneficio, cap. 2. numero 32. p. 12. vbi ponitur resolutio Rotæ.

Literæ facultatis transferendi, an debeant coram iudice præsentari, traditur remissiuè, c. 5. n. 250. p. 1.

Literæ reseruationis Pensionis, quando agitur contra successorem in beneficio non consentientem reseruationi, debent iustificari, c. 5. numer. 448. p. 1. & decisio Rotæ, n. 449.

Literæ pensionis, & reseruationis fructuum, sine modum, siue conditionem contineant, iustificandæ sunt, c. 5. n. 460. p. 1.

Literæ originales in primis præsentandæ sunt coram executore, seu processus fulminatus, seu solum processus, in quo ipsæ literæ sunt insertæ, donec pars opponat, c. 5. n. 532. & seq. p. 1.

Literis pensionis præsentatis, quid pensionarius, & iudex facere debeant, exponitur, c. 5. n. 535. & seq. vsque ad n. 546. p. 1.

Literæ quamuis non sint intimatæ titulari etiam successori, poterit executor dare sententiam contra eum quam mandet, quod infra certum terminum soluat, c. 5. num. 579. p. 1. & idem vbi non esset lapsus mensis vt n. 580.

Literarum originalium, vel alias authenticarum præsensatio, necessaria est ad exercitum iurisdictionis, nec sufficit transumptum factum à Notario seu copia, c. 2. n. 16. p. 6. & traduntur decisiones Rotæ, à numero 17. cum seqq.

Literæ vnionis non dicuntur literæ de beneficio, sed de proprietate, & re profana, capite 2. numero 33. p. 12.

Literis Episcopi de resignatione an credatur, cap. 4. à numero 42. part. 8. & placet decisio Crescentij, quod

GARCIA de Benef. CVII 15

litera Episcopi solo sigillo sigillatæ sine tabellione, non probent resignationem, etiam si esset eodem tempore facta, intelligendo contra eum, quem dicit resignasse id negantem & contradicentem, alias secus, numero 47.

Literis ordinarij solo suo sigillo roboratis, statur, vbi non agitur de antidatione, seu anterioritate prouisionis, in his, quæ ad eius officium pertinent coram eo vno, & eodem tempore factis, alias solum probarent vltimum actum, contra Mascardum. cap. 4. à numero 34. parte octaua.

Litigiosum non esset beneficium, vbi ageretur de priuatione ipso iure incursa, etiam ad instantiam habentium interesse, & ius prætendendi beneficium, si tamen non petebant adiudicationem seu collationem illius in illo iudicio, vt in resolutione Rotæ posita, c. 3. §. 1. nu. 83. par. 11.

Locatio fructuum beneficiorum, facta vltra triennium, an sit in totum nulla, an vero sustineatur pro triennio disputatur, capit. 1. numero 48. cum sequentibus, par. 2.

Locatio fructuum, seu rerum beneficij facta vltra triennium an confirmetur iuramento in præiudicium ipsius beneficiati accurate disputatur, c. 1. n. 83. cum seqq. p. 2. & negatiue resoluitur.

Locationis prohibitio, & eius nullitas est inducta in fauorem Ecclesiarum, & ministrorum, & ideo beneficiatus poterit agere contra eam, cap. 1. nnmero 88. parte 2.

M.

Mandato de manutenendo in possessionem pensionis, vt sit locus, quæ requirantur, c. 5. n. 453. & seq. par. 1.

Mandatum de prouidendo ante collationem non dat titulum, & ius in re, sed ad rem, & sic per obitum illud habentis, non vacat beneficium, sed per prius, c. 3. n. 60. par. 4.

Mandatum de prouidendo de beneficio vacaturo, aut incerto, non inducit affectionem beneficij de iure, c. 1. num. 148. p. 5. quamuis de stylo curiæ contrarium sit, numer. 149.

Mandatum datum Vicario ad conferenda beneficia debere esse speciale qualiter intelligatur, traditur, c. 8. nu. 113. vsque ad 118. p. 5.

Mandatum de manutenendo conceditur, etiam spoliatori & detentori contra spoliatum, cap. 10. §. 3. num. 213. p. 11.

Manutentio datur resignatario, etiam post probatam non publicationem, donec declaretur id per iudicem, c. 3. n. 312. p. 11.

Marcus Antonius Genuen. improbatur, dicens, quod quando debet eligi sacerdos, debet esse actu, quando onus impositum est à laicis, secus si ab Ecclesiastico, vel per statutum Ecclesiæ, & Gonzalez, & alij, c. 1. numero 63. par. 7.

Maritus vere & proprie rei dotalis dominus censetur, c. 9. n. 164. & seq. p. 5.

Maritus licet rem dotalem alienare non possit, dominus tamen earum est, c. 9. n. 166. p. 5. sicut pupillus, minor, & similes, vt n. 167.

Maritus recte potest manumittere seruos dotales absque donatione vxoris, c. 9. n. 168. p. 5.

Maritus dominus est partuum ancillarum dotalium & aliorum, quæ in fructu non computantur, c. 9. nu. 169. par. 5.

Mascardi doctrina, quod licet beneficia resignata ex causa permutationis vacent, tamen de æquitate quadam non dicuntur vacare ad effectum, vt alteri conferri possint, & vt comprehendantur in iuribus & priuilegiis loquentibus de beneficiis vacantibus, & in expectatiuis intelligitur de iuribus, & priuilegiis, per quæ permutatio posset impediri conferendo beneficia alteri, c. 3. n. 11. p. 11.

Masculinum quamuis comprehendat fœminum, tamen maioris explicationis gratia, addita sunt in regula, verba illa collatricum, c. 1. n. 622. p. 5. Nam fœmina ex priuilegio possunt habere ius conferendi, cuius capaces sunt de iure, vt ibidem.

Matrimonium contractum coram Parrocho excommunicato, denunciatoue, &c. vel alio Sacerdote de eius licentia valet, c. 8. n. 135. p. 5. etiam in aliena parochia, nu. 136.

Matrimonij contractus cum impubere, quod iuris interpretatione sit sponsalia de futuro, procedit etiam hodie stante Concilio Trident. in matrimonio clandestino, contracto sine parocho & testibus, quamuis alias est omnino nullum ex S. Congregatione, cap. octauo, numero 23. part. 11. vbi ponitur declaratio S. Congregationis.

Matrimonium contrahens de facto beneficiatus, an perdat beneficium ipso facto, vel veniat priuandus per sententiam, vide verbo, beneficiatus in sacris.

Melioratio facta filio pro suscipiendis ordinibus, etiam sine traditione est irreuocabilis, cap. 5. num. 156. cum seqq. p. 2.

Mentio an sit facienda per intrusum in noua prouisione, seu gratia de fructibus per eum perceptis remissiue, c. 1. n. 92. p. 2.

Mentionem fieri debere de mense vacationis statutum est, quia vult Papa certior reddi, an beneficium vacauerit in suo mense, c. 1. numero 655. p. 5. & an dispositiue, an vero absolute, & indubitanter facienda sit, num. 656. quod solum procedit in mensibus reseruatis, numer. 657.

Mentio an necessario facienda sit de ordine annexo beneficio, seu præbendæ ex consuetudine, statuto, priuilegio, vel fundatione ab impetrante, esto sit in ætate ad talem ordinem requisita, c. 1. numer. 44. p. 7. resoluitur negatiue cum communi contra alios, & adducitur decisio Rotæ, cuius ratio est, nam de qualitatibus non consideratis, & expressis à iure, seu stylo, non est facienda mentio, nu. 48. & qualitates exprimendas qui ponunt, num. 49.

Mentio an sit facienda in impetrationibus de dispensatione, cap. 2. numero 72. par. 7. vbi resoluitur, quod non, quando est executio dispensationis iam factæ, secus in secunda dispensatione, seu vbi additur dispensatio dispensationi, numer. 72. & sequenti, vbi ponitur decisio Rotæ.

Mentio beneficiorum obtentorum, non est necessaria in prouisione de parochiali, quæ à Papa fit electo in concursu ab ordinario, nam est illi debita collatio, c. 4. numero 96. par. 11. sicut etiam in institutione præsentati facta à Papa, non est necessaria mentio obtentorum, nu. 97. nihilominus in prouisione parochialium praxis, consuetudo, & stylus videtur habere contrarium, numero 98.

Mentio de intrusione est facienda, etiamsi intrusus non administrauerit, nec fructus perceperit, & si fructus perceperit, etiã de illis faciẽda est mentio, c. 10. §. 3. n. 232. p. 11. nisi fructus debeantur tertio, n. 232. vel nisi quãdo adest lis, ex qua timere potest restitutionẽ fructuũ, n. 233. vbi adducitur resolutio Rotæ, nullibi tamen recte probari, quod

quod intrusus, aut percipiēs fructus indebite, sit inhabilis ad beneficium illud, nisi in casu cap. quisquis de electione, numero 234. & quamuis de stylo curiæ videtur intrusum quamdiu est intrusus, & qui percipit fructus indebite, quamdiu illos habet, esse inhabiles ad illud beneficium, nam de stylo datur illis rehabilitatio, tanquam inhabilibus, cum compositione tertiæ partis fructuum perceptorum; tamen id non procedere in eo, qui habens ius ad rem intrusit se in beneficio per solam possessionem, absque eo, quod se ingesserit administrationi, vel fructus perceperit, &c. numero 235. & 236.

Mentio etiam non est facienda de colorata alterius possessione, quando in literis est clausula, amoto quolibet detentore, *nam satis videtur facta mentio de possessione colorata per istam clausulam, quæ habet vim expressionis illius, cap. 1. numero 66. part. 10. quod procedit quando ista clausula apponeretur in literis gratiosis, secus si in literis executorijs, vel in executione gratiæ, prout consueuit poni, secundum DD. à numero 70. & de dicta clausula,* amoto, &c. *remissiue, numero 73.*

Mentionem facere de obtentis, non est opus in permutatione facta coram ordinario, sicut nec in alia prouisione ab eo facta, capite 4. numero 99. p. 11.

Mentione facta reseruationis per clausulam, siue alio quouis modo, *venit omnis reseruatio, cap. 1. numero 27. part. 11. præterquam per vacationem apud sedem, seu in curia, nam hæc requirit specialem mentionem, num. 28. & ad quandam decisionem Rotæ in vna Spoletana, quam Mandosius allegat in contrarium, Respondetur, quod ibi aderat, etiam clausula,* verusque & vltimus vacationis modus, etiamsi ex illo quæuis generalis reseruatio, etiam in corpore iuris clausula, resultet, habeatur pro expresso, *numero 29.*

Mentione facta reseruationis per dictam clausulam, siue alio quouis modo, *quod veniat omnis reseruatio, procedit maxime stante clausula,* ac dispositioni Apostolicæ specialiter, vel aliàs generaliter reseruatum existat, *cap. 1. n. 30. p. 11. & quando illa apponatur, & quando solum dicatur,* ac dispositioni Apostolicæ specialiter reseruatum existat, *quo casu non venit generalis reseruatio, n. 31. Dicta clausula,* siue alio quouis modo, *capit etiam vacationem per priuationem, n. 32.*

Mentio non est facienda de colorata alterius possessione, stante clausula in supplicatione, ac de N. & aliorum quorumcunque concessiones, prouisiones, & possessiones habeant pro expressis, *c. 1. n. 56. part. 10. & idem stante clausula,* ac de N. & aliorum quorumcunque concessiones, iura, prouisiones, &c. habeantur pro expressis, *n. 57.*

Mentio non est facienda de colorata alterius possessione, quando in rescripto est clausula, vocatis vocandis, *quæ operatur expressionem coloratæ possessionis, c. 1. n. 58. p. 10. & vbi ea apponatur, à n. 59.*

Mentio non est facienda de colorata alterius possessione, quando in rescripto est clausula, dummodo non sit alteri ius quæsitum, *cap. 1. n. 61. part. 10. & vbi ea apponatur, n. 62. & ratio ponitur, num. 63. quæ clausula non suspendit gratiam, & num. 64. de ea remissiue, numero 65.*

Mentionem oportet facere in impetratione de vtroque beneficio annexo æque principaliter, c. 2. numero 42. parte 12. quamuis si solum facta sit mentio de vno per clausulam cum annexis in literis apponi solitam, confertur vtrumque, & per clausulam supplicationis, quorum & illi forsan annexorum, &c. numero 44.

Mentio, quod debeat fieri de incestu in dispensatione, facit doctrina Couar. quod in dispensatione super impedimento dirimente est facienda mentio de cognatione spirituali per catechismum tantum contracta, quæ impedit, & non dirimit matrimonium, c. 3. numero 42. p. 8. quod intelligitur quando illud impedimentum dirimens non esset cognatio spiritualis ex eodem baptismo, tunc enim sufficeret exprimere cognitionem spiritualem ex baptismo, cum qua confunditur cognatio ex catechismo, n. 43. sicut impedimentum publicæ honestatis ex sponsalibus, aut matrimonio rato, cum affinitate superueniente ex matrimonio consummato confunditur, n. 44. licet secus quando impedimentum publicæ honestatis ex sponsalibus concurreret cum affinitate ex copula illicita, aut affinitas ex copula illicita præcedenti, cum publica honestate ex matrimonio rato subsequuto, numero 45.

Mensis qui datur recreationis gratia, à Concilio, quot dies contineat, c. 2. n. 506. cum seq. p. 3.

Menses absentiæ ex quibus diebus, & horis sint conficiendi, c. 2. n. 327. & seq. p. 3.

Menses alternatiuæ non sunt reseruati, nam ea solum remouet obstaculum reseruationis, c. 1. n. 22. p. 5. vbi decisio Rotæ.

Menses octo, Ianuarij, Febru. &c. ptout iacent, sunt Apostolici, & reliqui quatuor Ordinarij, c. 1. num. 522. part. 5.

Mensis vnde incipiat & computetur in proposito, c. 1. n. 523 p. 5.

Menses nulli sunt reseruati, respectu Cardinalium, quia eos regula excipit, alias eos comprehenderet, capit. 1. numero 624. part. 5. intellige de Cardinalibus Ordinarijs Collatoribus tantum, numero 625. etiam in beneficijs simultaneis cum Capitulo, nu. 626. cui etiam prodest.

Mensis vacationis & obitus, exprimendus est quando beneficium impetratur, per obitum habentis ius in re, alio existente in possessione: quando vero impetratur per obitum vltimi possessoris de facto possidentis, sufficit exprimere mensem illius vacationis de facto, capite 1. numero 663. par. 5. vbi ponitur decisio Rotæ.

Media nox, quæ dicatur, cap. 1. numero 524. part. 5. & quid vbi sunt diuersa horologia, numero 525. alias sumenda est à communiter accidentibus, vt numero 526.

Metropolitanus, (ad quem reprobatus & reiectus ab executore appellauit,) an teneatur eum iterum examinare traditur, c. 2. n. 78. p. 6. & quid in hac Prouincia Compostellana, n. 79.

Milites Hierosolymitani, sunt vere religiosi, 6. 4. n. 38 par. 1. & ideo per eorum professionem dissoluitur matrimonium ratum, n. 4. quamuis aliqui dicant non esse proprie religiosos, n. 5.

Milites sancti Iacobi, dicuntur laici ad differentiam Clericorum, vere tamen sunt personæ Ecclesiasticæ, c. 4. numero 9. 10. & 13. p. 1. & vide, numero 14.

Milites sancti Iacobi, Calatrauæ, & Alcantaræ, sunt etiam proprie & vere religiosi secundum plures, cap. 4. n. 15 p. 1. Contrarium tenent alij, n. 26. & Rotæ, n. 17. & 19. refertur votum D. Pamphylij, n. 18. & intellige, vt n. 21. & 22.

Milites S. Petri, & alij habentes priuilegium trans-

CARDIA de Benef. CVII 15

ferendi pensiones, coram Notario & testibus, possunt illas tranferre, etiam non ostensis priuilegiis, nec literis reseruationis, c.2.n.15.p.6.

Miracula diuina non sunt trahenda in consequentiam, c.1.n.13.& 14.p.7.

Monachi & regulares possunt ad dignitatem Episcopalem euehi, c.10.n.30.p.7.

Monachus factus Episcopus non habet bonorum, seu fructuum dominium & proprietatem, sed administrationem & dispensationem, c. 1. numero 89 p. 7.

Moniales dicuntur personæ Ecclesiasticæ, & gaudent eo priuilegio, c.4.n.12.p 1.

Morbo caduco laborans, aut sinistri oculi infirmitate, aut capitis morbo, non est inhabilis ad obtinenda beneficia simplicia, licet secus in beneficijs requirentibus ordinem sacrum, & ægrotus morbo impediente vsum ordinis est irregularis ad beneficium curatum de nouo suscipiendum, non ad simplex, c. 12. numero 20. p. 7.

Mors omnia soluit, c.2.n.1.p.11.

N

NArrans habere reseruatos fructus, seu partem illorum pro pensione debet narrare illorum valorem, & illum iustificare, capite quinto, numero 102. part.1.

Narrans se obtinere pensionem certæ quantitatis, non tenetur probare se illam habere, & non excedere quantitatem narratam, capite quinto, numero 103. part.1.

Narratiua super qua fundatur reseruatio pensionis debet plene iustificari, c.5.n.477.p.1.

Narratiuæ factæ proprio motu in reseruatione pensionis, si stetur, an possit probari contrarium, c.5.num.498. part.1.

Narrare copulam, non erit opus in dispensatione, si copula sit habita inter coniunctos ignorantes probabiliter, seu bona fide esse coniunctos, quia tunc non contrahitur impedimentum incestus, c.3. numero 106. p. 8. Quia tunc non est incestus formaliter, nec fuit commissum peccatum incestus, numero 107. Et ideo etiam in concessione non esset opus, tunc dicere circumstantiam consanguinitatis, numero 108. Habens tamen copulam cum coniuncta scienter, ignorans pœnam contra incestuosos iure positam incurrit illam contra Vegam, numero 109. quamuis verum sit, quod quoties narratur copula in dispensatione, etiamsi dicatur ignoranter habita, soluitur maior compositio, sicut quando scienter: sicut etiam quando dispensatio petitur ob notam & infamiam mulieris, etiam non sequuta copula, numero 110.

Narrare sufficit Papæ in supplicatione dispensationis copulam, non dicendo quot vicibus sit habita, licet sæpe habita fuerit, cap.3.numero 77.p.8. sicut si quis leuet, seu teneat in Baptismo plures filios alicuius, vnica tantum est compaternitas, numero 78. & si quis ter, vel quater contraxit nuptias, non est necesse id exprimere in dispensatione bigamiæ, numero 79. Et in dispensatione irregularitatis contractæ, ex eo quod quis excommunicatus celebrauit, non videtur necessarium exprimere, quod pluries celebrauit, aut pluribus excommunicationibus ligatus, quia vna tantum videtur irregularitas, licet secus in eo, qui celebrat ligatus diuersis censuris, à numero 80.

Natura Capellaniæ ad nutum amouibilis, non mutatur si de facto quis ordinetur, ad titulum eiusdem, c. 2.numero 91.p.1.

Naturales attenta consuetudine, seu lege particulari, qua gaudent nobilitate parentum, vt in Hispania, sunt de familia, domo, &c. nisi subiecta materia aliud importet, vt successio maioratus, seu iuris patronatus, c.15.n. 49.50.& 51.p.7.

Naturalis, seu oriundus Regni, vbi est beneficium, debet is esse, cui de beneficio prouidetur in Regnis, vbi est tale priuilegium, seu consuetudo, c.9.n.1.p.7. externus enim beneficium ibi obtinere nequit sine Regis permissu, & literis naturalitatis, vt in Gallia, & Regnis Castellæ, n. 2.& 3.

Nauarrus consil. 14. de clericis non residentibus reprobatur, c.2.n.339.p.3.

Nauarri consil.13.de rebus Ecclesiæ, non videtur verum, c.2.n.19.p.12.

Nauarri doctrinæ de eo, qui vinum non potest bibere, quin euomat, quod licet sit irregularis ad presbyteratu, possit promoueri ad ordines minores, & etiam ad diaconatum, & subdiaconatum, de qua cap.12.numer.24.p.7. Respondetur contrarium esse verius, numero 31 & 32. & quidquid in eo esset, tamen in corpore vitiatis aliud dicendum esset, ex quo sunt absolute irregulares, numero 33.

Nauarrus hallucinatur confundens quatuor casus confidentiæ, qui ponuntur in constitutione Pij V. de confidentia, versic. quare nos cum conjecturis, quæ etiam sunt quatuor, & ponuntur in vers. ad probandum, & illi quatuor casus vocantur præsumptiones iuris, & de iure, & non sunt arbitrariæ, sed iure definitæ, c.3.§.2.n. 196.p.11.

Negligentia data habentis instituere, ex prefixione termini illi facta à superiore, & sic ad eum facta deuolutione, non intelligitur ei præfixum semestre ad institutionem faciendam, contra Lambertinum, c.4.n.7.& 8. part.10.

Negligens si sit habens instituere, vel confirmare, aut conferre beneficia permutata, & differat, seu recuset id facere, recurrendum est ad superiorem, qui tempus præfigat, quo elapso ipse supplebit, vel compellendo, vel instituendo, c.4.n.5.p.10.

Nepos legitimus ex filio, seu filia illegitimis, non potest viuente auo obtinere pensionem super beneficio, quod auus possidet, vt auitæ incontinentiæ memoria arceatur secundum S.Congregationem, cuius declaratio ponitur, c.3. numero 24. & in nepote illegitimo ex filio illegitimo idem videbatur, nempe non comprehendi in dictis dispositionibus, quia in materia odiosa, & pœnali appellatione filiorum non veniunt nepotes, numero 25. & confirmatur, num.26. & ita tandem censuit S.Congregatio, numero 27.

Notarij & alij officiales, quibus alias salarium constitutum est, an ex possessione beneficij, seu mandato, & actis illius, possint aliquid accipere pro suo labore, videtur id non tolli dictis declarationibus, quæ non loquuntur de possessione, c.1.n.80.p.8.

Nouitius non possunt conferri beneficia regularia, sed debent dari expresse professis, c. 19. numero 4. p. 7.

Nouitiis, possintne conferri beneficia secularia, vide verbo, beneficia secularia.

Nox media, quæ dicatur, vide supra verbo media nox.

Nullitatis seu reformationis causa pendente coram Ordinario, absque commissione, non impeditur executio literarum pensionis, c.5.n.525.p.1.

Nullitates orientes ex ventre, discutiendæ sunt in petitorio stante quasi possessione exigendi, capite 5. nu.554.

numero 554.part.1.

Nullitas actus est pœna proprie,cap.1.n.98.p.8.

Numerus vbi à Papa,vel eius authoritate sit præfixus,vel confirmatus,vel dignitas creata, licet non possint etiam ex causa diminuere, vel supprimere, tamen id intelligitur,nisi causa diminuendi, nempe diminutio reddituum ex post facto superuenisset, cap.1.numer.3. & 4.p.12.

Nuntij Hispaniæ,an possint reseruare pensionem, c. 5.n.288.& seq.p.1.resoluitur negatiue.

Nuntius Hispaniæ licet mittatur cum potestate Legati de latere,tamen circa beneficia conferenda, datur ei facultas restricta ad beneficia 24. ducatorum valorem non excedentia,c.3.num.83. & seq. p. 5. in cuius valore distributiones cotidianæ continentur, numero 89.

Nuntius Hispaniæ non potest prouidere beneficia curata,c.3.n.85.p.5.nec Dignitates in Ecclesiis Cathedralibus,aut Collegiatis, qui non sunt beneficia simplicia, num.86.& solum potest conferre vacantia beneficia per obitum,non per resignationem,assecurationem,vel alias, num.87.

à Nuntio factæ prouisiones, antequam fide dignorum testimonio constiterit, beneficia non excedere valorem taxatum, nullæ sunt, quatumuis verum non sit excedere, capit.3.numere 90.p.5. & intellige, vt numero 91.

Nuntius an stante quod solum potest conferre beneficia simplicia, possit prouidere Archipresbyteratus, qui non sunt in Ecclesiis Cathedralibus,seu Collegiatis,sed dicuntur Rurales,& solent habere aliquam iurisdictionem,supposito quod non excedant valorem 24. ducatorum,cap.3.à numero nonagesimoquarto part.5.& resoluitur quod sic. Et an beneficia Curata habitu tantum non actu, quia caret Parrochianis,à numero 99. & referuntur Doctorum sententiæ, & Rotæ, vsque ad num.115.

Nuntius an possit prouidere beneficia litigiosa,cap.3. num.29.part.5.resoluitur quod non numero.130. & seq. vbi explicatur clausula facultatis eiusdem,& an beneficia vacantia in mensibus Ordinarij, numero 132. resoluitur quod sic, limita tamen in quatuor mensibus Ordinarij non habentis alternatiuam, numero 133.& sequent.Et sic poterit apponere clausulam in literis solitam Apostolicis appons,seu si venerabili fratri Episcopo &c. per quam derogatur alternatiuæ,numero 135.contrarium traditur,numero 136. & concordia, vt numero 137.

Nuntius an possit prouidere beneficia 24.ducatorum vacantia in Episcopatu, cuius sedes vacat,stante regula 2.Cancellariæ, per quam reseruantur omnia beneficia vacantia sede Episcopali vacante, c.3.n.140.cum seqq. p.5.resoluitur negatiue.

Nuntius an possit prouidere, duo beneficia annexa, quorum in simul fructus excedunt valorem 24.ducatorum:singulorum vero non excedunt,cap.3.à numero 143. cum sequentibus p.5.resoluitur cum distinctione, & ibidem de valore ducati auri numero 147. cum sequentibus,& an incerta,& emolumenta funeralium,& vniuersariorum in eo sint computanda,numero 153.cum sequentibus resoluitur negatiue, cum limitacione tamen, & an redditus,& emolumenta competentia beneficiato, ratione Capituli Beneficiatorum, numero 58.cum seqq. Et an fructus,qui in diœcesi Carthaginen. & Conchen. dicuntur tertiariæ, num.61. cum sequentibus resoluitur negatiue, & an sint deducenda de dicto valore stipendia Missarum,numero 163.cum seqq. resoluitur negatiue.

Nuntius an possit prouidere beneficium, quod valet plus 24.ducatorum, est tamen pensione grauatum, qua deducta eos non valet, c.3.num.170. cum sequentib. resoluitur negatiue,nisi pensio esset perpetua,vt in numero 173.

Nuntius an possit vigore dictæ facultatis prouidere beneficium,quod in modico excedit valorem 24.ducatorum, & an sextæ partis diminutio, quæ solet dari ad excusandum malam valoris expressionem, danda sit prouisioni Nuntij, c.3.num.180.part.5. resoluitur negatiue,n.182.

Nuntius an possit conferre beneficia iuris patronatus, non excedentia valorem 24. ducatorum, cap.3.à num. 243. cum sequentibus, part.5. resoluitur cum distinctione.

Nuntius an possit derogare Iuri patronatus laicorum, pro medietate tantum, & mixto in totum traditur, cap.3. numero 246. p.5.resoluitur. numero 247. & 248.

Nuntius poterat ex dicta facultate,conferre beneficia iuris patronatus laicorum ex negligentia eorum,seu culpa ad Papam,aut Ordinarium deuoluta,sicut Legatus, dummodo non excedat valorem 24.ducat.c.3.n.249.& seq.p.5.

Nuntius an possit conferre beneficia exempta,seu ad exemptorum collationem spectantia,non excedentia valorem 24. ducatorum, cap.3. num. 251.p.5.& resoluitur posse.

Nuntio an currat tempus semestre ad conferendum,c. 3.n.252.cum seq.p.5.

Nuntij Hispaniarum facultas circa hoc de licentia ad Ordines traditur,c.7.n.103.p.5.

Nuntius Hispaniæ non potest etiam sede Apostolica vacante, dare Ordinandis dimissorias literas, nisi competenter Beneficiatis, & arctatis, cap.7. numero 104.part.5. quamuis alias possit quis promoueri cum dimissoriis literis Legati de latere. vt numero 105.

Nuntij Hispaniarum solent habere facultatem dispensandi in homicidio casuali,etiam publico,c.11.n.35. part.7. & similiter Commissarius generalis Cruciatæ, n.36.vbi ponitur clausula facultatis,quam explicant relati,n.37.

Nuntio Hispaniæ solet dari facultas dispensandi super quocumque impedimento publicæ honestatis ex sponsalibus, &c.vt in clausula posita,cap.5.§.4. num.367. par.11.& Commissario Cruciatæ conceditur facultas in foro conscientiæ dispensandi cum his, qui primo & secundo affinitatis ex fornicatione contracta gradibus coniuncti matrimonium contraxerunt,nec non in superueniente simili affinitatis impedimento, &c.vt in clausula posita,num.368.

O.

Obiectioni,quod illiteratus, seu imperitus sit irregularis, atque adeo collatio illi facta sit nulla,respondetur hanc non esse proprie & stricte irregularitatem, maxime si non sit penitus, & omnino illiteratus, sicut etiam defectus morum, non est irregularitas, c.7.num. 19.p.7.

Obligatio soluendi pensionem, supposita parte affirmatiua, an incumbat solum Capitulo, an vero singularibus de Capitulo, pro parte quam percipiunt,cap. quinto, numero 221. vsque ad 225. parte 1. vbi distinguitur.

GARCIA de Benef. CVII 15

Obligatio recitandi quam habent beneficiati, sicut & in sacris constituti, non est iustitiæ, sed religionis ex præcepto Ecclesiæ, c.1.nu.14 & 126.p.3. contra aliquos, num.15.

Obseruantia 30. annorum, præsumitur iusta, c.5.num. 479.p.1.

Obtinentes in Cathedralibus & Collegialibus Dignitates & Canonicatus, si non resideant etiam moniti non possunt hodie statim priuari: Sed primo anno dimidia parte fructuum, secundo vero omnibus priuantur, cap.2. numero 140. cum seqq.p.tertia idem est in simplicibus residentiam requirentibus, numero 141.

Obtinentes in Ecclesiis Cathedralibus, aut Collegialibus Dignitates, &c. tenentur ad residentiam, ita vt non liceat vltra tres menses abesse, vt in Conc.Triden. c.2. num.180.p.3. Et an Concilium comprehendat Dignitates principales, & Capita Collegiatarum, num.181. & 182.

Obtinens Parrochialem, & Canonicatum si non resideat in parrochiali vt debet, cogitur residere in Canonicatu, cap.secundo, numero 184.p.3. & quid in eo, qui habet duas Dignitates, numero 185. & quid in habente duo Beneficia ex dispensatione, numero 186.

Obtinentes Dignitates in Ecclesia Toletana, & aliis prætendunt non teneri ad residentiam, & non residunt, propter immemorialem, cap.secundo, numero 196.p.3. & ibidem Concil.Trident.declaratur, numero 197. & sequente, & limitatur hodie, vt numero 199.

Obtinens Dignitatem, cui incumbit visitatio, an possit ratione visitationis abesse vltra tres menses, ita quod lucretur fructus, c.2.n.332.p.3.

Obtinentes ex dispensatione Parrochialem, & Canonicatum, residentes in parrochiali percipiunt fructus Canonicatus ex priuilegio Bullæ Pij V. censetur enim dispensatus, vt recipiat fructus alterius, quando dispensatio est perpetua, cap.secundo, numero 343.p.3.

Obtinentes Dignitates pro residentia, an sint obnoxij detractioni tertiæ partis, c.2 n.478. cum seqq.par.3. & limita, vt n.482.cum seq.

Obtinentes Dignitatem Canonicatum, vel Portionem, an teneantur per se, & non per substitutum obire diuina officia sibi incumbentia, vt cantare Missam, Euangelia, &c.cap.2.numer.494 cum seqq.p.3. resoluitur teneri per se, non obstante contrario statuto, num.498. cum seqq.

Obtinentes Dignitatem simul cum Canonicatu, aut portione in eadem Ecclesia, an teneantur vtriusque beneficij onera & officia subire, & per seipsos, c.2 num. 501.cum seqq.part.3. resoluitur affirmatiue, limita ex causa iusta, numero 504. & amplia, vt num.506. cum seqq.

Obtinens Parrochialem cum Canonicatu ex dispensatione ante concilium obtenta potest post illud aliam Præbendam optare, cum non mutetur titulus, alias secus, c.1.n.343.p.5.

Obtinens parrochialem in casu cap. licet canon de electione in 6. si non sit infra annum ad Sacerdotium promotus, ob quod ipso iure illa priuatur, non potest illam retinere. sed debet relinquere, c.10.n.28.p.11. Nec satisfacit, quod dicunt Nauarr. & alij, quod in illo casu constat de mente legislatoris id volentis, & quod priuatio, de qua ibi non imponitur propriè, vt pœna, sed vt quædam conditio, vel modus rei traditæ, &c.numer.29. & 30.

Officiales seu Prouisor, vel Vicarius generalis, aut iudex Ordinarius Episcopi, vel alterius Ecclesiasticæ iurisdictionem obtinentis hodie in Regnis Castellæ & Legionis, debet esse constitutus in Sacro ordine, alias electio est nulla, c.8.n.11.p.5. ex Breue Clemen. VIII. quod comprehendit officiales, & alios ad præsens existentes, vt n.12. & ante publicationem non ligat, à nu.13 & 14. cum seqq.

Officialis executor cui primæ literæ sunt directæ, si non possit illas exequi, quia erat mortuus Episcopus, vel quia erat intrusus, seu contradictor, secundus exequutor non posset procedere ad exequutionem, c.2.à n.69. p.6 à quo casu ad quem erit appellandum dubitatur n. 72. & videtur quod ad Papam. num.7 sed contrarium traditur, numer.74. & concordantur numero 75. 76. & 77.

Officium collatoris sicut expirasse dicitur, per redditionem computorum, ita & officium Subcollectoris expirasse censetur, c.1.n.384.p.5.

Onus iustificandi pensionem spectat ad pensionarium agentem contra successorem in beneficio non consentientem pensioni, cap.quinto, numero 462. parte 1.

Onus probandi pensionem esse reducendum incumbit titulari, c.5.nu.484.ad medium, p.1. & respondetur decis.Rotalibus contrarium affirmantibus, numer.485. & sequenti.

Onus probandi cui incumbat, quando vnus dat de regula reuocatoria, & alter replicat vnionem fuisse sortitam effectum, remisisse, cap.2.§.3.numero 300.parte 12.

Oppositor si vltra oppositionem iustificauerit, qualitates resignatas, per constitutionem, ita vt censeatur ab illa vocatus, acquiritur ei ius cõsiderabile, de quo in prouisione aduersarij erat faciendæ mentio, & assimilatur præsentationi, seu electioni, ca.3 numero sexagesimonono p.4. & refertur consil.Mandosti, numero septuagesimo & quid si essent plures oppositores, numero septuagesimoprimo, & amplia, vt numero 75 & intellige, vt num. 80.

per Oppositionem ad Parrochiales, an acquiratur ius considerabile, saltem approbato aut electo, tanquam magis idoneo, capit.3. à numero octuagesimoprimo cum seqq part.4. & amplia, vt num.octuagesimoquinto cum seqq.quamuis Rota contrarium voluerit, numer. 90.91. & 92.

Opponens se post terminum edicti, an possit & debeat admitti cum descriptis, præsertim nondum facto examine, videtur resoluendum negatiue, c.2.§.1.nu.200 p.9. & idem videtur, vbi non apponeretur edictum, de examinandi nominati essent coram examinatoribus intra decem dies, aut aliud tempus ab Episcopo præscribendum n.201. & sequenti, vbi ponitur declaratio Congregationis.

Opponens se post terminum edicti, admittitur, si in edicto diceretur, quod etiam post eius terminum admitteretur, qui vellet examinari, aut si Decreto Concilij Prouincialis iubentis apponi edictum id caueretur, vt in Concilio Prouinciali Toletano, c.2.§.1.num.203.p.9. & Concilio Compostellano censent aliqui cautum esse, nu. 204. Sed falluntur, num.205. vbi illud explicatur, nihilominus resoluitur esse admittendum re integra, numer.206.

Optare nouam Præbendam, ad possit Canonicus habens coadiutorem perpetuum cum futura successione, c.5. à n.118.p.4.

Optare quid & an excommunicatus possit optare, vide verbo, excommunicatus an possit optare.

Optio an impediatur in Ecclesiis vbi non optatur præbenda,

bendæ, sed præstimonia annexa, c. 1. n. 456 cum seqq par. 5. resoluitur non impediri.

Ordinarius non potest condonare fructus amissos, ob non factam professionem, c. 3. num. 51 cum seqq. p. 3. sed ad Papam, vel pœnitentiarium recurrendum est.

Ordinarius in Ecclesiis vbi sunt adiuncta, an possit absque eis procedere ad priuationem Canonicorum, ob non receptionem ordinum, c. 4. num. 18. p. 3. & resolutur posse.

Ordinarius non potest dare coadiutorem perpetuum, & irreuocabilem, cum futura successione, c. 5. n. 17. p. 4. nec Legatus, n. 18.

Ordinarius non potest præuenire in beneficiis reseruatis, c. 1. n. 51. p. 5. & ibi ratio traditur, n. 52.

Ordinarij Collatores qui dicantur, traditur, c. 4. n. 1. p. 5.

Ordinarij appellatione, in materia collationis, non solum Episcopus venit, sed etiam alius inferior, licet non habeat iurisdictionem, c. 4. n. 2. & 3. p. 5.

Ordinarij Collatores, de iure communi sunt Episcopi seu Archiepiscopi, qui in prouisione beneficiorum suæ diœcesis fundatam habent intentionem, cap. 4. numero quarto p. 5. & an beneficia, & Prębendæ Cathedralium, & Collegiatarum pertineant ad solius Episcopi prouisionem, an vero simul cum Capitulo numero quinto.

Ordinarius primus executor, an possit executioni mandare literas in forma dignum, & conferre lapso termino 30. dierum, & moram purgare re integra capit. 2. numero octuagesimooctauo p. 6. & non posse traditur, numero 89. sed contraria sententia est, verior, vt num. 90.

Ordinarius vide suprà verbo Episcopus, & verbo collatio.

Ordinatus sine tit ulo quas pœnas incurrat, cap. 5. nu. 15. p. 2.

Ordinatus sine titulo suspensus, an possit absolui ab ea per Bullam Cruciatæ posteriorem, cap. 5. numero trigesimooctauo p. 2. resoluitur negatiue, numero 39. cum seqq.

Ordinatus ad titulum patrimonij, sine vlla necessitate aut Ecclesiæ vtilitate nullâ incurrit pœnam etiam stante constitutione Sixti Quinti contra male promotos, capit. 5. numero octuagesimonono & nonagesimo p. 2.

Ordinatus ad titulum beneficij non possessionum an aliquam pœnam incurrat, capit. 5. numer. 133. cum seqq. p. 2.

Ordinatus ad titulum Patrimonij sufficientis, qui tantumdem debet, an dicatur ordinatus sine titulo sufficienti, & incurrat pœnam, cap. 5. numero 136. vsque ad numerum 145. part. secundo, & resoluitur negatiue.

Ordinatus ad titulū Patrimonij donati cum pacto de non petendo seu de illo reddendo an dicatur ordinatus sine titulo, & pœnam incurrat capit. 5. num. 150. cum seqq. p. 2.

Ordinatus ad titulum patrimonij quod fuit renuntiatum, vel restitutum, dicitur ordinatus sine titulo, cap. 5. numero 170. p. 2. & idem si interuenit pactum de illo restituendo licet non fuerit restitutum, numero 171.

Ordinatus ad titulum patrimonij, qui post donationem illud retro donat, vel alienat, quamuis peccet, non tamen incurrit suspensionem, nec est ordinatus sine titulo, capit. quinto numero 175. & seq. part. 2.

Ordinatus sacris ordinibus ad titulum patrimonij si illo renuntiato, ad superiores promoueatur, non est suspensus, nec promotus sine titulo, c. 5. nu. 182. p. 2. & limita, vt nu. 183.

Ordinari quis non poterit ad titulum Capellaniæ, ad nutum amouibilis, nec alterius beneficij manualis, c. 2. numero 83 p. 1. Nam titulus debet esse perpetuus, n. 84.

Ordinari quis non potest ad titulum Capellaniæ amouibilis, non ad nutum, sed ex iusta causa cap. 2. n. 92. part. 1.

Ordinari potest quis ad titulum Capellaniæ non collatiuæ si est perpetua, tanquam ad titulum patrimonij, c. 2. nu. 112. p. 1.

Ordinari quis potest ratione beneficij, ab Episcopo beneficij, seu de eius licentia, c. 4. nu. 1. p. 2. & quid si in diuersis diœcesibus habet beneficia, num. 2. vel beneficium sit manuale, num 3.

Ordinari quis non potest ratione prębendæ temporalis quam habet ratione lectuæ, cap. 4. & 5. p. 2. Nec ratione Capellaniæ, non collatiuæ, num. 6. Nec ratione pensionis, num. 7.

Ordinari quis potest ratione beneficij, etiā tenuis, licet non ad titulum illius, c. 4. n. 8. p. 2 & amplia vsque ad num. 14.

Ordinari quis non potest hodie, ad titulum paternæ hæreditatis, sed requiritur quod vere & realiter habeat patrimonium, capit. 5. numero 91. & 92. p. 2. Neque ad titulum alieni beneficij, vel stipendij, numero 93.

Ordinari quis potest ad titulum pensionis, seu stipēdij à laico assignandi, si imponat talem pensionem, vel stipēdium super re certa fructifera non alias. c. 5. nu. 94. cum seqq. p. 2.

Ordinari ad titulum stipendij ab aliquo promissi, aliquando specialiter concessum est propter penuriam Sacerdotum, capit. quinto numero nonagesimoseptimo p. 2.

Ordinari quis non potest ad titulum seruitij in aliqua Ecclesia, cui ascribitur, capit. 5. numero 98. & 99. cum seqq. p. 2. vbi de intellectu Concil. capit. 16. sess. 23. Seminarista tamen ordinari potest ad titulum seruitij beneficij, Seminario vniti, num. 104. vbi ponitur decisio Rotæ.

Ordinari quis non potest ad titulum beneficij habentis redditus incertos, capit. 5. numero 111. part. 2. an autem beneficium, vel patrimonium dicatur sufficiens, iudicis arbitrio relinquitur, numero 112. cum seqq.

Ordinari quis non potest ad titulum literaturæ cōtra aliquos, capit. 5. numero 127. & seq. part. 2. & ibi declaratio S. Congregat. Neque ad titulum de futuro, & in spe, vt numero 130. neque ad titulum coadiutoriæ etiam perpetuæ cum futura successione, numero 131. nisi forte haberet congruam, numero 132.

Ordinari quis potest etiam ad titulum donationis, c. 5. nu. 7. p. 2.

Ordinarij an possint in prouisionibus vti dicta clausula, vel alias quouis modo, capit. 1. à numero septuagesimotertio part. vndecima, resoluitur affirmatiue, contra Rebuf. & posse conferre vacationis modo non expresso, & habere modum vacationis pro expresso.

Ordinarij an possint vti clausula, teque à quibusuis &c. in suis prouisionibus, c. 13. n. 71. p. 7. vbi resoluitur affirmatiue, quamuis non soleant eam apponere, & per eam tantum possent absoluere ab iis, à quibus alias poterant.

Ordinarius an possit in collatione alicuius beneficij exigere iuramentum à collatario, de non resignando illud cum pensione, nec in fauorem alicuius, sed libere, &c. capit. 2. n. 29. p. 8. & Nauar. & alij tenent negatiue, ex ratione de qua n. 30. & 31. discutitur à n. 32. cum seqq.

Ordinarius hodie in beneficiis curatis vnitis mensæ, seu quoad spiritualia, & temporalia potest facere deseruiri per vicarium perpetuum ex Decreto Concilij, vbi derogatur priuilegio ponendi vicarium temporalem, seu amobilem, &c. & habet etiam locum in vnitis mensæ, &c. cap. 2. n. 4. 5. & 6. p. 11. & derogatur etiam immemoriali deseruiendi per vicarios temporales, seu amobiles, n. 7.

Ordinarius intra quatuor menses à die vacationis notæ debet facere concursum ad parochiales spectantes ad collationem aliorum, & illis significare personas electas pro collatione obtinenda, alias omnimoda dispositio illis reseruatur, §. primo numero 152. parte 9.

Ordinarius licet nullo modo possit alterare conditiones, vel qualitates possibiles annexas beneficio ex fundatione, an possit eas mutare, quando reditus ipsius beneficij essent insufficientes ad illas, & reducere missas, &c. capit. 1. numero 124. p. 7. Resoluitur secundum DD. Episcopum id posse facere cum consensu patroni, aut etiam eo inuito, si vocatus nollet consentire, numero 125.

Ordinarius non potest libere, & sine causa facere, vt beneficia vnita deseruiantur per vicarios temporales, seu amobiles, quia eius arbitrio videtur relictum, nempe arbitrio boni viri, & sic ratione regulato, cap. 2. nu. 8. & sequent. pa. 11. vbi ponuntur declarationes S. Congregationis., nec nisi citatis, & auditis partibus, numero decimo. Nec appellatione remota, nisi in visitatione, & tunc tollitur quoad effectum suspensiuum tantum, numero vndecimo nec potest fieri nisi in visitatione, quando beneficia sunt vnita monasteriis, &c. numer. duodecimo. In quibus hodie ex constitutione Pij Quinti debet deputari vnus ex ipsis regularibus ad nutum amouibilis, numero decimotertio. in parochialibus tamen, quæ non sunt vnita monasteriis, sed eorum membra, nec Decretum Concilij, nec constitutio Pij V. locum habent, numer. 14.

Ordinarius stante constitutione Pij Quinti 58. non potest admittere resignationem beneficij religionem ingressuri, nisi statim re ipsa profiteatur, ita enim intelliguntur verba illius, religionem ingressuri, & non de habitus susceptione, vt volunt Fuscus, & Flamin. Paris. qui reprobantur, capit. 9. numero vigesimotertio & sequenti, part. 11. & ita iuxta dictam constitutionem, & non iuxta mentem Concilij procedet dictum Manuelis Rodriguez relati numero vigesimoquinto. In casibus tamen alias permissis poterit ordinarius admittere resignationem nouitij, seu religonem ingressuri, etiamsi statum non profiteatur, seu religionem ingrediatur, non obstante dicta constitutione, numero vigesimosexto.

Ordinatus ordine sacro censetur idoneus ad beneficium simplex c. 7. n. 10. p. 7.

Ordinem presbyterij, diaconatus, aut subdiaconatus, an habeant annexum in omnibus Ecclesiis cathedralibus omnes canonicatus, ac portiones, cap. 4. num. 15. p. 7.

Ordo annexus aptitudini, quando dicatur, vide verbo beneficia aliqua sunt.

Ordo an sit, prima tonsura, c. 1. nu. 6. p. 7.

P.

Pacifice si prædecessor triennio possedit, & communiter reputabatur beneficiatus, & in possessione cessit, seu decessit, non tenetur amplius successor iustificare illius titulum, & præfertur cuilibet alij impetranti ex persona alterius ex allegatione Lapi, quam Palatius seruat, & reducit ad triennium, c. 1. numero duodecimo p. 11. & qui sint videndi de eo, numero 13.

Pactio de soluenda pē sione sine authoritate Papæ præcedens resignationem beneficij est confidentialis, & contra constitutionem Pij V. cap. 5. num. 63. & seq. in fine, part. 1.

Pactio de soluendo pensionem literis non expeditis, nō est confidentialis: est tamen symoniaca, maxime stante clausula quod literis non expeditis reseruatio sit nulla, ex qua etiam est confidentialis, capit. 2. numero 48. p. 4.

Papa potest imponere pensionem, cap. 5. numero 274. p. 1. Nec in eo requiritur causa, aut consensus beneficiati, num. 275. decisio Rotæ, num. 276. quæmuis aliqui contra, num. 277.

Papa regulariter non assignat pensionem sine causa, & consensu beneficiati, cap. 5. num. 278. p. 1. resolutio Rotæ, num. 279.

Papa licet possit imponere pensionem sine consensu patroni, tamen si beneficium est iurispatronatus laicorum ex dotatione, & fundatione pensio est nulla, non facta mentione de eo, c. 5. n. 361. p. 1.

Papa aliquando prouidet seculari, de beneficio regulari in commendam, c. 4. n. 26. p. 4.

Papa potest de iure coadiutorem cum futura successione deputare c. 5. n. 19. & 20. p. 4. Nec ista coadiutoriæ sunt contra Concilium Lateranen. n. 21.

Papa quando disponit aliquid contra Concilium, per viam legis, non requiritur aliqua derogatio contra eliquos, c. 5. n. 47. p. 4.

Papa potest sine causa clericum priuare suo Beneficio, c. 1. n. 2. cum seqq. p. 5.

Papa potest prouidere de omnibus beneficiis & concurrit cum quolibet Ordinario, vt Ordinarius Ordinariorum & orbis, cap. 1. num. 8. p. 5. & inter eos est locus præuentioni, etiam in mensibus Ordinarij à numer. 9. & idem est in legato. num. 13. & an idem sit in sex mensibus alternatiuæ habentis decretum irritans, num. 14. cum seqq.

Papa si præueniat in prouisione alicuius beneficij, cuius Prælatus est Cardinalis, & habet indultum: an eius prouisio præferenda sit stante decreto irritante indulti, in quo dicitur etiam per nos, &c. cap. 1. numer. 32. cum seqq. p. 5.

Papa si præueniat in prouisione alicuius beneficij reseruati, Cardinalem Ordinarium collatorem, habentem indultum cum decreto irritante, dicente etiam per nos, &c. Non valet prouisio nisi derogetur indulto, cap. 1. nu. 40. par. 5.

Papa per regulam reseruatoriam non intendit laderę Concordata Germaniæ & Franciæ, de quibus remissiue, c. 1. nu. 641. p. 5.

Papa etiā sine causa potest derogare, & reuocare priuilegia data ad conferendum beneficia, cap. 1. num. 678. part. 5.

Papa cum dispensat cum monacho. vt mātrimonium contrahat, illo contracto consequenter etiam manet relaxatum votum paupertatis, & obedientiæ, c. 10. num. 90. part. 7. Et respondetur cap. cum ad monasterium de statu monach. in fine, licentiam ibi intelligi volun-

gi voluntariam,& sine causa,num.91. Et secunda responsio,quod in sensu composito,id est cum monacho, non possit Papa dispensare in votis castitatis,& paupertatis, n.92. & 93. quæ defenditur ab impugnatione Ledesmæ, à n.94.

Papa ex suprema plenaque quam habet in beneficiis potestate, collationem facere potest sub conditione etiam de futuro,& quæ non insit alternatiue,copulatiue,& ad tempus,c.2.n.50.p.8.

Papa hodie dispensat cum illegitimis ad obtinenda quæcumque beneficia præter dignitates, ac canonicatus in cathedralibus,ac principalem in collegiata,dummodo plura non sint,&c.de qua clausula remissiue,c.2.nu.71. p.7.

Papa in voto solenni castitatis, quod fit in susceptione sacrorum ordinum,vbi est etiam traditio personæ,potest dispensare,c.10. numero 50.parte 7. Nec refert dicere, quod votum, seu debitum continentiæ non sit essentialiter annexum ordini sacro,sed ex statuto Ecclesiæ,statui vero religionis sit essentiale, nam supposito quod sit, esset indispensabile sicut votum religionis, si traditio esset ratio indispensabilitatis,n.51.

Papa solus potest cum illegitimis dispensare ad dignitates,vel personatus,etiam sine cura cum communi,contra Gambarum,c.2.n.53.p.7.

Parentela, & descendentia antiquæ probatur per enunciatiuam plurium instrumentorum diuersorum notariorum,quia equipollet famæ,quæ sufficit ad probationem huiusmodi descendentiæ, c.15.nu.32.p.7. & descendentia probatur per fidem libri Baptismi,addito aliquo adminiculo,ex Rota,num.33.Non vero sufficit ad probationem descendentiæ,etiam antiquæ,vna enunciatiua, sed ad minus requiruntur duæ de antiquo emanatæ à diuersis personis non suspectis,nu.34. vbi ponitur decisio Rotæ.

Parochus qui affuit per duos aut vnum mensem,absque licentia Ordinarij in scriptis,vel absque aliqua honestæ causa,an non faciat fructus suos,c.2.n.25. cũ seqq. p.3.& resolutur negatiue.

Parochus habens iustam causam, & necessitatem discedendi notoriam,an possit discedere non petita licentia, c.2.numer.33. & 34.part.3.& an tacita sufficiat,numero 35.

Parocho habenti re vera iustam causam absentiæ, non satis est petere licentiam ea non obtenta,sed debet recurrere ad superiorem,nec interim potest abesse, c.2.nu.37. cum seqq.p. 3.

Parochus qui residet in parochiali, non tamen per se exercet officium,sed per substitutum an teneatur ad restitutionem fructuum,c.2.nu.52.p.3. resolutur negatiue, num.53.

Parochi quibus à Papa datus est coadiutor perpetuus, an teneatur ad residentiam, an vero excusentur ab ea, cap.2.num.172. cum seqq.par .3. resolutur non excusari, & ibi declarationes S.Congregat. traduntur, n. 179.

Parochus non se faciens intra annum ad sacerdotium promoueri, eo elapso est parochiali priuatus ipso iure,cap.quarto,numero 3.& 5.parte 3. limita in Canonicatibus, Dignitatibus, & aliis Beneficiis,vt numero 10.quia in eis non habet locum text.in cap.licet canon. num.11.

Parochus qui ad Sacerdotium promoueri non attendens,parochialem receperit peccat mortaliter,cum obligatione restituendi fructus nisi voluntate mutata promotus fuerit,cap 4.numer.3.p.3.& an idem procedat in accipientibus alia beneficia, vide num.34. cum seqq.& quid in accipiente beneficia simplicia,quibus non est ordo annexus, n.42. cum seqq.& quid in accipiẽte beneficia,quib.non ist ordo annexus, n.42.cũ seqq.& quid in eo qui à principio bonum animum habuit suscipiendi, postea tamen mutato consilio retinet beneficium, n.52. & 53. cum seqq.

Parochiales in curia vacantes, sede vacante et ea quæ vacarunt viuente Papa possunt per Ordinarium prouideri, cap.1. numero 101. & 102.parte 5.& ibi de intellectu.cap.si Apostolica, de præbend.in sexto,numero 103.& an sit ei derogatum,numero 104. cum seqq.

Parochus impeditus in fine anni restituitur, non ad alterum annum,sed ad tempus in quo fuit impeditus, c. 5.§.1.n.120.p.11.

Pater an prohibeatur succedere in beneficio filij, c.3. à n.28.p.7.resoluitur non prohiberi cum communi contra Hostien.& alios.

Pater habens pensionem cum facultate transferendi, an possit illam transferre in filium, c.3.à n.32.p.7. resoluitur negatiue contra Gigantem,etsi pensio esset constituta super beneficio, quod pater nunquam obtinuit; tam ex constitut.clementis V II.quam ex Decreto Concilii Triden.

Pater post Concil. Triden-an possit obtinere beneficium in Ecclesia,in qua eius filius illegitimus est beneficiatus de præsenti,c.3. nu.30.p.7. & resolutur non posse num.sequenti.

Pater,vel alia coniuncta persona in causa spirituali, non admittitur pro alio sine speciali mandato, etiam cum cautione,cap.9.n.203.p.5.limita, vt numero 204. cum seq.

Patri donanti filio, qui testatur merita præcise non creditur,c.5.n.327.p.1.

Patrimonium habens, potest promoueri licet exp non assignetur in titulum,c.5.n.77.p.2.

Patrimonium ad cuius titulum quis ordinatur, debet consistere in re immobili,& fructifera,c.5.n.105.& 106. p.2.& debet esse sufficiens ad victum honestum, vt nu. num.107.108.& 109.

Patronus Capellaniæ etiam collatiuæ ita fundata vt ad nutum sit amouibilis, potest ad nutum,& liberam voluntatem, absque causa à numero 85.part.1.toties quoties voluerit amouere Capellanum,c.2.nu.86. Nec poterit Ordinarius destitutum tueri in sua possessione, num.87.

Patronus,solus non erit faciens in Ecclesia Capellam, vel Altare,sed etiam Ecclesia erit compatrona.& concurret in præsentando ratione fundi quem ponit,id est el sitio.c.9.num.40.p.5.Valet tamen consuetudo: vt Ecclesia non sit compatrona ratione fundi,&c.quæ seruatur in Hispania num.41.limita (seclusa consuetudine) si faciens Capellam solueret aliquid Ecclesiæ pro fundo, id est por el sitio,num.42.

Patroni vbi plures concurrunt in dotatione, sed tamen inæqualiter,an æqualiter fiant patroni,traditur,c. 9.num.54.p.5.

Patronus alicuius Ecclesiæ,vel Capellæ,non potest illam vendere sine lue simoniæ,cõtra Lasarte, Ledesma, & alios,cap.9.numer. 138. & seq. par.5. & traduntur declarationes Rotæ,ex quibus prædicta confirmantur,à num.141.

Patroni Ecclesiastici habent semestre ad præsentandũ, laici quadrimestre,c.9.n.209.p.5.& quando sint Ecclesiastici & laici simul, omnes habent semestre ratione communis,num.210.

Patroni laici possunt variare ante institutionem Episcopi,& alium præsentare à cumulando quod non possunt facere,patroni Ecclesiastici,cap. 9. numer.211. & seq.pars

GARCIA de Benef.

CVII 15

Patroni laici, licet possint variare, & alium præsentare cumulatiue, non tamẽ possunt sine causa à prima præsentatione discedere, c.9.n.213.p.5.

Patronus laicus variare non potest, lite alias pendente inter præsentatos, nisi collitigantem præsentet, c.5.à num. 217.p.5.

Patroni vbi sunt plures, possunt singuli separatim præsentare, aliis non requisitis, quando ius patronatus spectat ad eos vt singulos, vt in dubio præsumitur, & non vt vniuersos, & iure collegij c.9.numero 222.p.5. quamuis contrarium teneat Abbas, numero 223. cui respondetur, numero 224. & procedere potest sententia Abbatis, vt numero 125.126. & 128. & quid sit dicendum, quando aliqui nolunt conuenire ad præsentandum, n.229. & seq.

Patronus reliqua in materia, require supra verbo beneficia iuris patronatus, & verbo ius patronatus.

De Patronis, & de iure patronatus qui tractatus ediderint remissiue, c.9.n.1.p.5. & qui sint videndi, nu.2. & quæ sint notanda, n.3.

Patroni debent præsentare intra semestre, nisi sint patroni laici tantum, qui solum habent quadrimestre, c.2. n.6.p.10.

Patronus Ecclesiasticus, an si reperiantur duo æque idonei, possit gratificare, & præsentare Episcopo quem maluerit, an vero debeat ambos præsentare, vt Episcopus instituat vnum ex eis quem voluerit, c.2.§.2.num. 265.p.9.

Pecunia non datur pro executione ordinis, aut clauium, sed pro iure percipiendi fructus, cap.2.numero 14.p.1.

Pensio an sit beneficium, & beneficij nomine veniat, c. 5.num.2.p.1. vbi ponitur sententia Barbatiæ affirmatiua (& qui de pensionibus tractent, traditur, nu.1.) contraria tamen sententia traditur, nu.3. & 4. quæ approbatur, n.5. & 6. & quod non agitur de pensione quæ datur in titulum beneficij, sed de ea quæ simpliciter constituitur, ad tempus super fructibus beneficij, vt dicto num. 5. & 6.

Pensio est quid mere temporale, c.5.numer.7.p.1. quod verum est in pensione quæ titulo seculari, & vti laico assignatur, quæ est omnino profana, & in laicum cadit, vt n.8.

Pensio quæ hodie est in vsu, quæ loco beneficij assignatur, non est quid mere temporale, sed spirituali annexũ, cap.5.numer.9.17.18.19. & 47.p.1. quia sicut beneficium, prærequirit clericatum, secundum stylum curiæ, num.10.

Pensionem obtinentes, & habitum & tonsuram deferre debent, c.5.n.11.12.13. & 14.p.1.

Pensio non potest imponi ab inferiori à Papa alicui laico, ab ipso tamen Papa potest, cap.5.num.15. & seq. p.1.

Pensio non potest redimi, seu emi nec precio transferri sine authoritate Papæ, c.5. num.20. vsque ad nu.28.p.1. Contraria tamen sententia est verior in pensione, quæ titulo seculari, & vti laico assignatur in stipendium, vt num. 25.

Pensio commoditas & fructus possunt vendi, & liberatio obligationis, quam habet Hispanus in cuius capite est imposita pensio, c.5.n.29.p.1.

Pensio sola sine causa, cedit in causam alimentorum, c.5.n.32.p.1.

Pensio potest gratis remitti, absque authoritate superioris, c.5.nu.39.p.1. etiamsi expresse reseruata esset pro alimento, numero 40. & 41. cum seqq. & ibi an pensio æquiparetur contractibus, an vero vltimæ voluntatibus.

Pensio ad cuius titulum quis fuit ordinatus, non potest remitti absque authoritate superioris, c.5.num.46. par.1.

per Pensionem non intitulatur quis Ecclesiæ, sicut per beneficium, à quo in aliis etiam differt, c.5.nu.49. par.1.

Pensio est quoddam ius temporale, separatum & formale distinctum à beneficio, c.5.n.49.p.1.

de Pensione vbi facienda est mentio, an sit exprimenda eius quantitas, sicut valor beneficij ex regula de valore, c.5.num.92.p.1. cum seqq. & resoluitur quod sic, & quod dictio & aliud quodcumque beneficium, comprehendit pensionem.

Pensio an amittatur per contractum matrimonij, & per promotionem in Episcopum, sicut beneficium, c.5.nu. 105. cum seqq.p.1. & resoluitur affirmatiue, in pensione assignata loco beneficij, & nõ in stipendium, idem in promotione ad Abbatiam, n.112. & in assumptione ad Papatum, n.113. & an idem sit per professionem religionis, n.114.

Pensio cum cedat loco beneficij, etiam quoad habilitates, regulanda est tanquam beneficium, & qui non est capax beneficij, non est capax pensionis, cap.5.num.121. par.1.

Pensio non potest reseruari irregulari, cap.5.numero 135 par.1. contrarium tenet S. Congregat. loquens in homicida cui erit standum, num.136. cum seqq. Nec religioso sine dispensatione, n.139. & resolutio Rotæ, num. 140.

Pensio an faciat spolium, & an Pensionarius de iure prohibeatur testari de redditibus pensionis, c. 5. numero 160. & seq. p.1. vbi resoluitur quod sic contra aliquos.

Pensionis diffinitio traditur c.5.num. 162.p.1. vt per Gigantem, quæ parum differt à diffinitione Corrasij, nu. 163. quæ defenditur, num.164. reiectis aliis, numero 165. & aliis relatis, à num. 166. & melior diffinitio refertur, n.170.

Pensio soluenda est ab œconomo vacante beneficio, ex fructibus, c.5 n.188.p.1. & sequestrato beneficio à sequestro, n.189.

Pensio soluenda est inter antecessorem, & successorem in beneficio pro rata temporis quo quis possidet & gaudet fructibus, c.5.n.190.

Pensio constituta super fructibus, & distributionibus præbendæ, pro tempore vacationis, seu quo beneficiatus non lucratur, an sit soluenda à Capitulo eos percipiente, c.5.n.206. vsque ad n.220.p.1.

Pensio debet solui in loco beneficij nisi aliud reseruatione expressum sit, cap.5. numero 233. par.1. Sed si pensionarius non esset ibi, vel alias in loco destinato solutionis, vel procurator eius, pensionem debens non esset in mora, seu culpa, cap.5.num 234.p.1. quamuis ad sciendum verum ille reperiatur deberet fieri proclama, n.235.

Pensio extinguitur morte pẽsionarij, c.5.n.239.p.1. Nec potest transferri, nisi quando adest clausula transferendi, n.240.

Pensio etiam reseruata transfertur in alium de consensu pensionarij, & eam soluentis authoritate Papæ c.5. n.251. par.1. etiam in vim priuilegiorum, vt n.252. cum seqq.

Pensio prima extinguitur per translationem, & noua creatur, c.5.numer.255.p.1. resolutur Rotæ, n.256. & seq.

Pensiones reseruatæ in persona, & capite vnius ad commodum alterius per cuius obitum expirent traditur, cap.5.numer.261.p.1. cum seqq. & resoluitur expirare

pirare per mortem vtriusque.

Pensio imposita etiam à Papa ex falsa causa est nulla, c.5.n.280.p.1.

Pensionis assignandæ causas, qui Doctores tradant ponitur remissiue,c.5.n.318.p.1.

Pensio imposita sine causa per inferiorem à Papa nulla est,cap.5. numero 322. p.1.maxime si in fraudem Canonis constitueretur incapaci beneficij, numero 323.

Pensio præsumitur in fraudem imposita nisi appareat de causa,c.5.n.324.p.1.de qua debet constare,n.325.nec sufficeret assertio Episcopi,n.326.

Pensio debet commensurari causæ, vt non excedat, c.5.numer.328.p.1. alias non esset nulla in totum, sed reducenda, vt donatio remuneratoria excedens merita, nuus.329.

Pensiones impositæ per Episcopum, an transeant ad successores in beneficio, cap.5.numero 330.cum seqq. p.1.

Pensio ab Ordinario imponi nequit, in permutatione beneficiorum,ad coæquandum fructus ex pactione partium,contra aliquos,c.5.nu.344.cum seqq.p.1. Nec refundi pecunia,n.347.reprobata sententia Vgolim,num. 348.decisio Rotæ,n.349.

Pensio constituenda est in quantitate,& non in quota,c.5.num. 362.par.1.& ita obseruat Papa,numer.363. & ita inferiores à Papa non possunt reseruare pensiones in quota,numero 364. licet de iure communi secus, n.365.

Pensio moderata esse debet,c.5.num.366.p. 1.alias ad debitam quantitatem reducenda est,numero 367.& declara,vt num. 368.& in quanta qnantitate, nume.370. & seq.

Pensio non imponitur in parochialibus non excedentibus centum ducatos,c.5.nu.372.p.1. & qualiter ducati intelligantur,n.373.

Pensio si excedit 100.ducatos in parochiali solet reseruari pro quantitate excedenti, cap.5. numero 347. p.1.

In Pensione super parochiali solet apponi clausula dummodo remaneant 100.ducati pro Rectore, c.5.n.375 p.1. & aliquando non,vt n.376.

Pensio nunquam censetur imposita super incertis & distributionibus, nisi expresse dicatur capit.5.numero 379. p.1. & amplia, vt numero. 390. vsque ad 387.& 390.

Pensio reseruata super distributionibus potest transferri vigore priuilegiorum dantium facultatem transferendi pensione reseruatas, super fructibus, redditibus, & prouentibus, cap.5.n. 11. & decisio Rotæ n.392.

Pensio imponi non solet in Episcopatibus non excedentibus mille ducatos, capit. 5. n.393. cum seq. p.1.

Pensio in Episcopatibus Hispaniæ solet reseruari,vsq; ad tertiam partem,c.5. n.395.p.1.& clausula apponi solita traditur,vt num.396.

Pensio non ideo erit diminuenda si attento tempore gratiæ remanebant centum Rectori deducta pensione,etiam si postea contingat aliquibus annis non remanere.c.5.n. 399.p.1.& limita,vt n.400.

Pensio pure & absolute reseruata, quæ est surreptitia ob malam expressionem valoris, beneficij vel alias est nulla in totum,c.5.n.427.par.1.

Pensio reseruata cum narratiua,quod tantam partẽ non excedit,si excedit est in totum nulla,cap.5.num.428. cum seq.p.1.

Pensio imposita vltra potestatem imponentis est nulla in totum,& ratio traditur,c.5.nume.430. & seq. p.1.

Pensio reseruata à Legato vltra tertiam partem habente facultatem illam reseruandi, vsque ad tertiam partem est nulla in totum,c.5.num.432.p.1.& declara, vt num.433.

Pensio reseruata Motu proprio non est iustificanda,c. 5.n.491.p.1.quod procedit etiam in impositis super Episcopatibus Hispaniæ,num.492. & 493. Secus si non Motu proprio,vt num.494.

Pensio si assignatur Motu proprio, ex aliqua causa quæ non sit vera, Motus proprius facit gratiam valere non obstante surreptione,cap.5.num. 499.vsque ad 503. par.1.

Pensio si assignatur Motu proprio,propter merita in genere valet gratia, licet causa falsa sit, cap.5.nu.504. p.1.

Pensio peti non potest ab eo, qui non est vel successor iuris, vel possessionis consentientis,cap.5.numer.512. p.1.

Pensione semel imposita non potest postea in iudicio executionis allegari resignantem nunquam habuisse ius,c. 5.n.515 p.1.

Pensio secunda non valet, non facta mentione de prima,c.5 n.561.p.1. & amplia,vt n.562. & 564 & decis. Rotæ,n.563.

Pensio an salua conscientia exigi, & solui possit literis non expeditis non stante clausula quod sola signatura sufficiat,c.2 n.34. cum seqq par 4. vbi affirmatiue resoluitur, & sola supplicatio sufficit in foro conscientiæ, vt quis sit tutus, num.37.quod hodie cessat, post clausulam apponi solitam tempore Greg XIII num.39 & 40. & Sixti V.num. 41 & 42. & Clementis VIII.num.43. & 44.

Pensio imposita super fructibus Canonicatus Corduben. Nec non præstimony illi annexi mortuo possessore tota solui debet à successore in Canonicatu, & nihil à successore in præstimonio,c.1.n.459.p.5.

Pensionis translatio nõ valet,nisi literæ facultatis fuerint exhibitæ coram iudice,c.2 nu.11 p.6.aut saltim processus fulminatus in quo literæ sint incertæ.n.12 vel supplicatio signata,vt n.13. quamuis Gambara aliter dicat, n.4.

Pensionarius non tenetur dicere officium diuinum,c. 5 numero 65.& 66.par.1 Hodie tamen tenetur ad officium paruum B.Mariæ, numero 67. ad quod non tenetur percipiens pensionem titulo seculari, numero 68 & 69.

Pensionarius excommunicatus, non facit suos redditus pensionis, c.5.n.131.cum seqq.p.1. nisi sit pensio reseruata in stipendium quæ etiam reseruata excommunicato valet,n.134.

Pensionarius tenetur pro rata soluere subsidiũ & excusatum,& alia onera imposita re fectu fructuum,c.5.n. 171.p.1.& limita,vt n.172.

Pensionarius tanquam creditor, præfertur Ecclesiæ Cathedrali, in Pontificali, & ornamentis pro pensionibus debitis ab Episcopo defuncto.c.5. num.204. & seq. p.1.

Pensionarius præfertur in fructibus beneficij quibusuis creditoribus,c.5.n.236.p.1.

Pensionarius existens in quasi possessione exigendi, non tenetur in possessorio ostendere literas reseruationis, nec alias qualitates verificare, cap.5. numer.446. par.1.

Pensionarius quando agitur de nullitate pensionis in petitorio, tenetur verificationẽ facere,etiam si sit in possessione exigendi,c.5 n.455 p.1.

Pensionarius quando agitur de nullitate, tenetur iustificare suam gratiam, maxime vbi pensio fuit reseruata sub conditione aliqua, cap. 5. n. 457. & seq. p. 1. & decisio Rotæ, n. 459.

Pensionarius existens in quasi possessione exigendi, si pensio fuerit reseruata dummodo mille remaneant pro Episcopo in possessorio non tenetur probare remanere, secus si Episcopus agat petitorio, c. 5. numero 461. p. 1.

Pensionarius vbi agitur in petitorio tenetur iustificare conditionem sub qua pensio fuit reseruata, c. 5. n. 463. & seq. p. 1.

Pensionarius existens in quasi possessione exigendi pensionem per 30. annos, in petitorio non debet iustificare conditionem, & narrata in reseruatione, & ibi ratio traditur, c. 5. n. 478. p. 1.

Pensionarium debere verificare conditionem reseruationis pensionis, intelligendum est, in casu nullitatis, si conditio non vera, secus in casu reductionis, c. 5. n. 484. p. 1.

Pensionarius tenetur probare possessionem, vel bonum ius illius qui primo consensit pensioni, nisi esset eius successor in iure illius, c. 5. n. 511. p. 1.

Pensionarius si allegaret, nullitatem, surreptionem, vel aliam exceptionem requirentem altiorem indaginem debet remitti iudicio Ordinario, cap. 5. numer. 547. p. 1.

Pensionarius vt possit declarari incidisse in excommunicationem, quæ requirantur traditur, cap. 5. n. 575. cum seqq. p. 1.

Permutans & optans bona retento titulo beneficij tenetur ad pensionem, c. 5. n. 183. p. 1.

Permutatio debet fieri authoritate superioris, & licet clerici inter se tractare de permutando valeant, per se tamen permutare beneficia nullo modo possunt, c. 4. numero 56 p. 11. alias permutatio propria authoritate facta, erit simoniaca, & nulla, numero 57. & sua beneficia perdunt qui ea sic permutant, quia illis priuantur per sententiam, numero 58. imo ex extrauaganti cum detestabile de simonia, videntur illis priuari ipso iure, & incurrere excommunicationem contra aliquos, numero 59.

Permutatio debet fieri ex causa, nam ad eam iusta causa requiritur, quam Episcopus disquirere, & cognoscere debet, c. 4. numero 44. p. 11. an debeat fieri ex causa necessitatis, seu vtilitatis Ecclesiæ; an vero possit fieri ex sola expedientia, & vtilitate personarum, quæ redundat in vtilitatem Ecclesiæ, quamuis ad hoc, vt superior teneatur admittere permutationem, requiratur causa necessitatis, vel magnæ & euidentis vtilitatis Ecclesiæ.

Permutationem expedire non potest Episcopus, si beneficia sunt reseruata, quorum permutationi solus Papa authoritatem interponit, c. 4. n. 82. p. 11. pro quo allegatur extrauagans execrabilis, versiculo inhibentes de præbendis, sed non multum facit, n. 83. verum tamen est, quia de beneficiis reseruatis inferior non potest se intromittere, n. 84.

Permutatio facta absque consensu patroni, non est nulla ipso iure, sed venit annullanda, patrono intra tempus datum ad præsentandum contradicente, c. 3. n. 19. p. 11. vbi ponitur decisio Rotæ, quamuis esse nullam teneant Bellamera, & alij, num. 20. & alia dicta Cabedi reprobantur, numero 21. & idem erit in permutatione facta sine consensu electorum, vel inferiorum collatorum, nu. 22.

Permutatio facta absque vlla causa iusta, quæ saltim redundet in vtilitatem Ecclesiæ, & ad eam saltim reductiue pertineat, nulla est, si coram inferiore à Papa fiat: sufficeret tamen causa ex parte vnius permutantium, modo ex parte alterius non sit in damnum Ecclesiæ considerabile, cap. 4. num. 49 p. 11. quod maxime procedit stante constitutione 50. Pij V. vers. ad hoc, n. 50. ex qua iuncta constitutione 42. eiusdem, beneficia sic permutata coram ordinario absque iusta causa, manebunt tanquam vacantia reseruata, & admittens suspensus, n. 51.

Permutationes fieri possunt, etiam coram legato à latere, licet secus, si non sit de latere, cap. 4. numero 61. p. 11.

Permutatio ita demum beneficiorum est permissa, si eui vnita non sint, nam beneficia vnita permutari non possunt, cap. 4. n. 23. p. 11. quod potest intelligi primo de beneficiis vnitis, postquam vnio sortita est effectum, numero 24. sed beneficium vnitum capitulo potest permutari cum alio Petri, vt hoc vniatur capitulo, & illud conferatur Petro, &c. numero 25. & beneficia vnita videntur posse permutari inter se, numero 26. & intelligitur secundo de beneficiis vnitis ante quam vnio sortiatur effectum quæ etiam permutari non possunt, numero 27. non solum coram ordinario, sed etiam coram Papa; nam effectus vnionis non tollitur per prouisionem Papæ subsequentem, nisi sit facta Motu proprio, numero 28. & nisi permutatio, seu resignatio in fauorem fiat coram Papa cum narratiua vnionis: nam tunc videtur suspendi pro illa vice, etsi non sit derogatum regulæ de iure quæsito, numero 29. & in resignationibus, seu permutationibus solet dari suspensio vnionum, suppressionum, & aliarum gratiarum, numero 30. & sic procedunt declarationes S. Congregationis adductæ, numero 31.

Permutationem non in fraudem, sed ex honesta affectione processisse credendum est, quia superioris authoritas suspicionem tollit, nec delictum præsumendum est cap. 4. numero 100. par. 11. nisi in contrarium vrgeant coniecturæ, numero 101. sed coniecturæ istæ, quas adducunt DD. citati, militant respectu expectantium, quando erant expectatiuæ, nunc autem cum non adsint expectantes, quia sunt sublati per Concilium, istæ coniecturæ fraudis permutationum videntur cessare, numero 102.

Permutationes non potest expedire vicarius Episcopi, nisi mandatum habeat speciale, cap. 4. numero 74. p. 11.

Permutatio non potest fieri ex causa concordiæ cum alio beneficio, si duo litigarent super illo beneficio ab vno ex illis possesso, c. 4. n. 20. p. 11.

Permutatio non præsumitur in dubio facta ex iusta causa nec credetur ordinario dicenti se facere illam iustam de causa, nisi probetur illa, si non est facta cum causæ cognitione, cap. 4. n. 52. p. 11. quamuis contrarium teneant Bellame. & Auchar. quorum sententia procedet, quando ordinarius in ipsa permutatione enuntiaret adhibuisse causæ cognitionem, n. 53. & faciunt adducta, num. 54. & 55.

Permutatio non valet pro tertio, cap. 4. n. 21. p. 11. & debet esse inter duos, non triangularis, vel quadrangularis, nu. 22.

Permutatio non valet, si vnus ex permutantibus non habet ius in beneficio, contra Gabarum & fortiori non valet facta cum beneficio ficto, cap. 4. numero 19. p. 11.

Permutatio quando fieret coram ordinario, illis quorum interest, scilicet patronis, collatoribus, seu electoribus inuitis, & contradicentibus, esset nulla, ita quod absque alia cassatione posset prouisio fieri, nisi fiat propter

propter necessitatem, vel vtilitatem ipsarum Ecclesiarum, cap. 3. num. 23. p. 11. Sed si fieret, per Papam, aut nisi essent patroni laici per legatum, absolute valeret, numero 24.

Permutatione rescissa ob contradictionem patroni, absque cuius consensu fuit facta, possunt permutantes etiam inuito patrono redire ad sua beneficia mediante noua collatione, quando non fuerunt in culpa, cap. 3. numero 29. p. 11. alias si essent in culpa, redire non possunt, numero 30. & sequenti, adducitur resolutio Rotæ: nec excusat in proposito ignorantia iuris, cum requiratur ignorantia probabilis, numer. 32. quamuis contra teneat Bellamera, cuius sententia solum procedet in ignorantia iuris dubij, numer. 33. & sic quando essent in culpa, patronus posset præsentare, & collator conferre talia beneficia, tanquam vacantia per resignationem, numero 34. & idem videtur in resignatione in fauorem coram Papa facta scienter, sine consensu patroni laici, numero 35.

Permutatio solum fieri potest de beneficiis propriis, c. 4. n. 16. p. 11. & sic non potest fieri de iure ad rem, n. 17. nec de pensionibus, n. 18.

Plura beneficia habens, an omittens officium peccet tot peccata, quot habet beneficia, an vero vnum solum, cap. 1. n. 121. cum seqq. p. 3.

Pœna suspensionis fuit mutata per Innocent. III. in hanc, quod ordinator, vel successor compellantur ordinato, in necessariis prouidere, cap. 5. n. 18. vsque ad num. 30. p. 2.

Pœna cap. penul. & cap. per tuas, de simonia non procedit in proposito, c. 5. n. 31. p. 2.

Pœna cap. cum secundum Apostolum de præbendis, habet locum in Episcopo ordinante aliquem sine titulo, scienter, cap. 5. n. 32. par. 2. non tamen vbi non fuit in culpa, nu. 32.

Pœna Beneficiati non residentis in beneficio residentiam requirente est priuatio beneficij, cap. 2. n. 126. p. 3. debet tamen prius moneri, n. 127. & seqq. nec est ipso facto priuatus, num. 129. & quæ requirantur ad procedendum contra eum, n. 130.

in Pœna priuationis fructuum, non est opus præuia monitione, vt resideat, cap. 2. n. 145. p. 3. & cui debeat applicari, n. 146. cum seqq.

Pœna in Beneficio curato, seu parochiali, non residentis incurritur ipso iure, ex capit. extirpandæ, §. qui vero, in fine, de præbend. cap. 2. n. 131. cum seqq. p. 3. & quod in parochiali annexa, n. 132. cum seq. & an requiratur monitio, n. 135. cum seqq.

Pœna priuationis fructuum non potest remitti ab Episcopo, cap. 2. numero 141. part. 3. quamuis ante sententiam possit ex causa, augere, vel minuere, numero 150. & si Episcopus remittat, vel dissimulet, non tenebitur Canonicus fructus illos quos alias fecit suos, restituere in foro conscientiæ, numero 151. & seqq. Et quid si Canonicatus non haberet fructus quibus priuari possit puniendus est arbitrarie citra priuationem, numero 153. Quomodo autem sit procedendum contra non residentes, numero 154. cum sequent. neque trina citatio est necessaria, numero 160.

Pœnarum executio contra Parochos non residentes suspendi non potest, priuilegio, licentia, familiaritate, exemptione, appellatione, aut inhibitione, cap. 2. numero 161. & limita quoad deuolutiuum, numero 162.

Pœna priuationis Beneficiorum, in breui & monitorio contenta, cum solum sit lata ob contumaciam, ea cessante cessat, maxime data absolutione ab illa, cap. 3. n. 151. & seq. p. 6.

Pœnitentiarius institutus, statim habet a iure facultatem, audiendi confessiones illius Diœcesis & iurisdictionem absoluendi, sicut Parochus, sine noua licentia Ordinarij, c. 4. num. 114. p. 5. & quilibet sacerdos faciet decreto confitendi, nu. 113. secus erit in alia Diœcesi etiam si confitentes habeant Bullam, vt num. 114. nec habet facultatem absoluendi, à casibus Episcopo reseruatis, nisi Episcopus ei illam specialiter dederit. num. 115. Quo casu integras debet confessiones audire, nu. 117. nec potest recusare confessiones audire, num. 118. & si recusat poterit puniri, num. 119. ab Episcopo etiam sine adiunctis, vt numer. 120.

Pœnitentiario potest Episcopus committere absolutionem de qua loquitur Concilium, cap. 6. sess. 24. vt cap. 4. n. 116. p. 5. vbi ponitur decisio Rotæ.

Pœnitentiarius non tenetur ad maiorem residentiam, quam Canonici, cap. 4. numero 122. par. 5. vbi ponitur declaratio S. Congregationis imo censetur præsens in Choro, dum confessiones audit, numero 123. actu & vere: non vero dum est in confessionario licet officium ibi recitet, numero 124. & in processionibus & exequiis defunctorum, num. 125. vbi declarationes tradantur.

Pœnitentiaria ad cuius prouisionem spectet traditur, cap. 4. numero 109. p. 5. & de Concilio Trident. super ea disponente, numero 110. quod cum loquatur in Cathedralibus tantum, non habet locum in collegiatis, numero 111.

Pœnitentiariæ prouisio ad quem spectet examinatur, c. 4. n. 137 cum seqq. p. 5. & n. 140. cum sequen. vbi ponuntur decisiones Rotæ, n. 141. limita vbi vacat in mense Apostolico, vel alias est reseruata, vt n. 144. neque ad Pœnitentiariæ prouisionem requiritur edictum, neque concursus ex Concilio n. 143.

Pœnitentiaria potest resignari, sicut aliæ præbendæ etiam in fauorem alterius dummodo habeat qualitates requisitas & dari in coadiutoriam, c. 4. n. 151. p. 5. & de eius qualitatibus remissiue, n. 152.

Portionarij Ecclesiæ Abulen. possunt assumi ab Episcopo, in familiares, sicut Canonici ex statuto Ecclesiæ, cap. 2. numero 379. p. 3. & idem die in dignitatibus, numero 380.

Portiones tertiæ partis in distributionibus conuersæ, quas absentes amittunt, interessentibus accrescunt in terminis Concilij, cap. 3. sess. 21. de reform. cap. 2. nu. 459. par. 3. non obstante eodem Concilio, cap. 3. sess. 22. vt numer. 460. quorum vera interpretatio traditur numero 464.

Possessio Beneficij, est quid spirituale, seu annexum spirituali, & ideo ea carere non licet redimere vexationem, cap. 2. numero 53. p. 1. & resolutio Rotæ, numero 54.

Possessio ex sola signatura, seu supplicatione antea poterat iure capi. c. 2. n. 46. p. 4. secus tamen hodie, ex constitutione 33. Iuly tertij, n. 47. & decisio Rotæ, nu. 49. cum seqq.

Possessio stante intruso, non potest capi ex monitorio decreto ab auditore cameræ in vim breuis maxime cum habeat clausulam, quod si quis senserit se grauatum, &c. vel similem & sic resoluitur in citationem, cap. 3. à n. 41. part. 6.

Possessor Castri, vel Comitatus, ratione cuius competit ius præsentandi, licet nunquam præsentauerit potest præsentare, quia Dignitas seu Castrum semper id ius retinuisse videtur, capit. 5. numer. 9. p. 5. & idem est in possessore maioratus, num. 15. 16. & 17. vbi ponitur resolutio Rotæ, & idem est in Regnis Castellæ, in quibus possessio naturalis & ciuilis statim transfertur in successorem

maioratus quāmuis alius apprehenderit prouisionem illius,n.18. & limita,vt n.19.

Possessor Dignitatis,aut Beneficij ad quod spectat præsentatio,seu collatio potest præsentare,seu eligere, dummodo Beneficia non sint reseruata,nam tunc non valebit præsentatio,propter decretum irritans,c.5. numero vigesimo & vigesimoprimo cum sequen.part. 5. quod & possessionem,& fructuum adquisitionem impedit, numero 23.

Possessor malæ fidei non facit fructus suos,cap.5.à nu. 71.par.5.

Possessorij Beneficij causa,sto quod non esset spiritualis, de ea non posset inter clericos,laicus cognoscere,c.2. n.55.p.1. & resolutio Rotæ,num.56.

de Possessorio processu,& modo procedendi in eo remissiue,cap.5.n.588.p.5.

Possessio amittitur,& acquiritur ex actu nullo, capit.13.§. quarto numero 324.part.11. & possessio capta sine titulo est mala,& iniusta non tamen nulla, numero 325.

Possessionem pacificam beneficij,seu tituli,& liberum curæ exercitium.sufficit habere in terminis capit.commissa, & capit. licet canon de electione in sexto, vt prouisus teneatur ad Sacerdotium promoueri,& curat tempus, de quo ibi. capit.5.§. primo numero 126. & & seq.p.11.vbi ponitur declaratio S.Congregationis,& reprobatur,seu declaratur quædam doctrinæ Rebuffi, num.128.

Possessionem qui accepit simoniace, quamuis peccauerit,& fuerit nulla,tamen si alias beneficium est suū,& in eo habet legitimum titulum,poterit illam continuare, c.1.num.82.p.8.

Possidens beneficium habitum per simoniam se ignorante commissam,habet titulum coloratum,& gaudebit beneficio regulæ de triennali,cap.1.num.15.p.8.

Potestas dispensandi in fauorem illius concessa, cui datur potestas,est fauorabilis,& large interpretanda, c.6.nu.73.p.1.

Practica Hispaniæ in materia pensionum,cap.5. nu. 530.part.1.

Præbendæ collegiorum cum sint institutæ, non vt stipendia pro labore,sed vt præmia meritorum,& in sustentationem pauperum dantium operam literis,& sic principaliter propter ipsos eligendos, eligentes dignum omisso digniori contra statuta Collegij, non solum peccarent mortaliter contra iustitiam distributiuam, sed etiam tenerentur ad restitutionem digniori, cap. 16. numero 46.p. 7. & si eligerent indignum, non habentem qualitates, & conditiones requisitas, tenerentur etiam collegio restituere, quod cum illo expendit ipso non restituto,prout tenetur admittere collegium, num. 47.

Præbenda semel deputata in Pœnitentialem pro Pœnitentiario,seu Theologalem, pro Theologo, non potest optari cum vacat, ab alio Canonico, capit. 4. numero 132.p.5.nec Pœnitentiarius potest optare aliam, retento officio Pœnitentiariæ numero 133.nec dimissio, vt numero 134. & quid in Ecclesiis, vbi non optantur præbendæ sed præstimonia illis annexa traditur, numero 135.

Præbenda prima vacans post Concil.pro quo sit prius assignanda,an pro Theologo an vero pro Pœnitentiario? capit.4.n.136.p.5.remissiue.

Præbenda lecturæ,vide supra verbo lecturæ præbenda,& verbo lector,& verbo lecturæ prouisio.

Præceptoriæ Sancti Ioannis Hierosolomitani sunt Beneficia,cap.4.num.1.& 2.p.1.

Præceptoriæ ordinis diui Iacobi, Calatranæ, Alcanterę, & similium, sunt Beneficia,capit.4.nu.6.& 8.p.1.

Præscriptio immemorialis non censetur sublata,sublata,quacumque præscriptione,cap.2.n.192.p.3 limita, vt num.193.

Præscriptio immemorialis requiritur, cum capitulum prætendit prouidere præbendas Ecclesiæ Cathedralis, excluso Episcopo ex consuetudine: aut quadragenaria cum titulo,c.4.n.90 p.5.sicut ad hoc, vt inferior adquirat ius conferendi contra ordinarium habentem fundatam suam intentionem de iure communi,num.91.

Præscriptio immemorialis an sit necessaria si forte in confirmatione statuti,esset clausula decreti irritantis, quæ operatur non solum,quod statuentes non possint illud reuocare,sed etiam quod non possit contra illud induci consuetudo,nisi immemorialis, c.4.n.106.& seqq. p.5.

Præsentatio quid proprie sit traditur cap.1. num.15. p.4.

Præsentari clericum,idem est quod exhiberi,& offerri Episcopo, nam de absente, præsentatio regulariter non fit,nisi persona esset cognita,ca.1.num.decimosexto p. 4. nec valet consuetudo in contrarium, numero 17. quamuis si casu facta esset, & admissa,valeret, numero decimooctauo.& ita potest saluari consuetudo numero 19.

Præsentari quamuis possit absens,vbi notus est manifeste,Ordinarius tamen non tenetur admittere præsentationem,c.10.num.20.p.4.& vbi admittitur,requiritur etiam acceptatio præsentati intra tempus legitimum,vt nu.21.

ad Præsentationem reducitur nominatio Vicarij, ca. 1.n.26.p.4.& de nominationibus Vniuersitatum ad Beneficia,quæ in Gallia fiunt,num.27.

Præsentatio facta à patrono excommunicato etiam occulto est nulla,& illius institutio.c.4. 316.p.5. quod procedit in patrono Ecclesiastico,nam sic a laico etiā publico excommunicatio valet,nu.317.cum seqq. Posset tamen Episcopus talem præsentationem factam à laico publice excommunicato non admittere, etiam si non sit denuntiatus,nam si esset teneretur eam repellere, alias peccaret,nu.319.cum seqq.reprobaturque sententia Bertachini,num.320.

Præsentatio seu prouisio non potest dici habuisse effectum,ad effectum adquirendi quasi possessionem,præsentandi,licet fuerit secuta institutio,& prouisus man serit in prouisione,si tamen mansit ex causa concordiæ subsequuta,c.5.n.108 p.5.

Præsentatio vnius sine aliis,(vbi plures sunt in quasi possessione præsentandi,)etiam effectum sortita, non priuat alios quasi possessione præsentandi, sed magni illam præseruat,nisi fiat animo priuandi illos,capit.5.numero 115.& seqq. parte 5. & ibi resolutio Rotæ. Et quando dicatur fieri animo priuandi alios, numero 117.

Præsentatus ab vxore relicta à marito vsufructuaria omnium bonorum,præfertur præsentato ab hærede, quia ius Patronatus transit cum vniuersitate, & in vsumfructuarium omnium bonorum,cap.9.num.21.par.5.intellige vbi ius patronatus est bonis annexum,nu. 22. limita,vt num.24.

Præsentatus à Pupillo maiore septennio, præfertur præsentato per tutorem, etiam si præsentatus à Pupillo esset minus dignus,c.9.num.186. par.5.quamuis alij contra num.187.& seqq.sed communis sententia tenenda est,vt num.189.

Præsentare an possit tutor sine voluntate pupilli c.9. à num.

à num.190. par.5. & resoluitur posse, & eius præsentationem valere, nisi pupillus alium antea præsentasset, n.194. idem dic in Curatore Puberis, n.195 Nam in his Curatoris potestas non attenditur, n.196. nec patria potestas, n.197.

Præsentatio vbi spectat ad filium famil. solum, vt quia ipse est patronus, pater præsentare nequit, cap.9. numer.198.par.5. & idem dic in Curatore, numer.199. & seqq. etiam si præstiterit cautionem de rato, numero 201.

Ad præsentandum requiritur speciale mandatum, c. 9.n. 202.p.5.

Præsentatio literarum vide supra, verbo literarum originalium.

Præsentatio non solum alternatiua, sed etiam conditionalis, in certa, dubia, & obscura, procedet, dummodo infra tempus datum ad præsentandum purificetur, &c. & si venit purificanda per habentem instituere, statim dicitur purificata, &c. cap. 2. numero 3. p. 8.

Præsentati debent examinari antequam instituantur, vide verbo, appellationem non dari.

Præsentatus etiam si Episcopus differat eum instituere sine causa, potest appellare à grauamine sibi illato, cap. 4.n.9 p.10.

Præsentibus permutare volentibus, & petentibus renuntiationem admitti, & collationem fieri, an sufficeret, si Episcopus dicat, placet nobis, & permittimus, cap.4.à nume.86.p.11. res latitur non sufficere, sed opus esse quod fiat expressa renuntiatio, & collatio, contra Bellameram, &c.

Præstimonia & præstimoniales portiones sunt Beneficia, cap.2.n.117. & seq. p.1. quamuis aliqui contra teneant, & alij distinguant, n.119.

Præstimonium comprehenditur inspectatiua ad Beneficium simplex aut cum cura, vel sine cura, nisi in certis casibus, c.2.n.121.p.1.

Præuenire non potest Ordinarius, in Beneficiis reseruatis, c. 1. numero 51. p. 5. & ibi ratio traditur, numero 52.

Præuentioni locus est inter Papam & ordinarium, nisi prouiso obstet regula de verisimile notitia, nam tunc eius prouisio non valet, cap 1.n.43.p.5.

Priuatio vbi inducitur à iure, seu ex decreto propter actum positiuum, Beneficium vacat vbi sit actus, cap.1.n. 79.p.5.

Priuatus cum quis est beneficio ipso iure, etiam in pœnam, statim potest prouideri contra Lapum, & Lancellotum, cap.10.num.23. & 24. & sic tempus datum ad prouidendum curret a die sententiæ commissi criminis, ob quod quis priuatur beneficio ipso iure, n.25. vnde sequitur quod ille non habet in eo titulum, nec potest illud retinere, sed tenetur relinquere ei, cui prouisum est, numero 26.

Priuatus ipso iure, si sit peritus, an sit priuandus beneficiis, c. 10.§.2.à n.166.p.11. Resoluitur cum communi non esse priuatum ipso iure, sed priuandum, contra Rebuf. & de stylo non dari pro periurio priuationem beneficiorum, nisi sit iudiciale, & n.169. adducitur resolutio Rotæ.

Priuatus quod non esset iure qui apprehenderet possessionem, nisi violentiam adhiberet possessori, intelligitur de habente ius in re, secus in habente ius ad rem, c.10.§.3. num.214.p.11. Nam is priuatur eo iure intrudendo, & ingerendo se administrationi beneficij, etiamsi vacet, & nemo illud detineat, quod procedit in quibuslibet beneficiis, & in præsentatis, seu nominatis, nu. 215. & sequenti; nec excusatur ab illa pœna, etiamsi is institutus, si institutio sit nulla ex defectu iurisdictionis, vel alias, quia fuit facta non propositis edictis, num. 217. & sequenti, nisi excusaret error facti, aut iusta credulitas, vel sententia superioris declaratis, non esse necessaria edicta, numero 219. & 220. adducitur resolutio Rotæ, numero 221.

Priuilegium Innocen. IV. concessum fratribus minoribus, quod ratione itineris, seu alterius iustæ causæ, existentes extra suos Conuentus possint recitare, non iuxta ordinem Breuiarij, an sit reuocatum per Bullam Pij V. capit. 1. num. 177. part. 3. cum seqq. & esse reuocatum resoluitur.

Priuilegium concessum per Martinum V. fratribus S. Hieron. quod infirmi & senes satisfaciant obligationi recitandi, recitando aliquos psalmos, & alia similia non videntur reuocata, quia non sunt contra dicta Bullam, cap. 1. n. 180. p. 3.

Priuilegium docentium in scholis, an procedat hodie stante Concil. in Parochialibus, & Curatis, c. 2. num. 68. cum seq. p. 3. & quoad Canonicatus, & alia Beneficia residentiam requirentia manet incorrectum, numer. 85. & seq.

Priuilegium Eugenianæ Constitutionis, non habet locum in Beneficiis, etiam simplicibus, residentiam ex fundatione requirentibus, cap. 2. n. 111. part. 3.

Priuilegia perpetua de non residendo, concessa certis personis, seu certo generi personarum sunt reuocata, per Concilium, cap 3. num. 266. part. 3. & concessum Capellanis Regis num. 267. & referuntur duæ difficultates, nu. 268. vsque ad num. 277. & num. 283. vsque ad numer. 302.

Priuilegia regularium, quod non teneantur seruare interdicta in aliquibus diebus tantum, sunt sublata per Concil. contra aliquos, cap. 2. numero 278. cum seqq. p. 5.

Priuilegium & gratia percipiendi distributiones in absentia, concedi solet ad tempus, & prorogari Inquisitoribus, & ministris S. Inquisitionis Hispaniæ, cap. 2. n. 356. par. 3. & ibi declaratio. S. Congrega.

Priuilegium quod scriptores Apostolici, dimisso officio, remaneant Protonotarij, non est in vsu, c. 1. numer. 205. p. 5. sed contrarium traditur, n. 206. & quando non esset in vsu per regulam reseruatoriam renouatur, numero 208.

Priuilegium non operatur antequam innotescat priuilegiato, cap. 1. n. 766. p. 5.

Priuilegium de fructibus primi anni beneficiorum vacantium, comprehendit etiam vacantia causa permutationis, c. 3. n. 8. p. 11. & reprobatur consilium 2. Mandosij, nu. 9.

Probatio conditionis, quod remaneant centum pro rectore, & aliarum debet esse concludens & plena, cap. 5. n. 473. cum seqq. p. 1.

Probatio qualis requiratur, pro iustificatione gratiæ & verificatione narratorum, cap. 2. à n. 224. part. 6. vbi resolutio traditur.

Probatio semiplena an sufficiat, pro verificatione clausulæ constito, &c. an vero plena requiratur latissime traditur, cap. 3. à n. 62. cum seqq. part. 6.

Probare plene tenetur impetrans, ob non publicationem istam negatiuam, cap. 3. §. 4. numero 308. p. 11. nam negatiua debet probari plene per eum qui in ea se fundat, siue agendo, siue excipiendo, num. 309. & adducitur resolutio Rotæ, num. 310. & decisio eiusdem, numero 311.

Probari quibus modis possit huiusmodi negatiua, non publicationis remissiue, c. 3. §. 4. numero 316. p. 11. & adducitur resolutio Rotæ, quod non probetur, nisi per

Confessionem partis, vel probato, quod literæ non fuerunt expeditæ intra tempus ad publicandum, & idem est, quando fuerunt expeditæ intra tempus, ad finem tamen termini, ita vt non potuerit deferri in tempore ad locum, numero 317. & negatiua non expeditionis literarum probatur ex diligentiis factis in Cancellaria, Camera, & registro secreto parte citata, numero 318.

Probari requiritur eum possedisse ad probandam execrabilitatem extrauagantis execrabilis de præbendis c. 5. n. 42. p. 11. & debet liquido constare de possessione incompatibilium ex Rota, nu. 43. ex qua etiam non sufficit producere instrumenta possessionum parochialium, nisi probetur perceptio fructuum, vel tantum tempus effluxisse, quod ei posset pro notabili negligentia imputari Quæ decisio si requirit actualem perceptionem fructuum, non videtur vera, maxime si ingessit se administrationi, nu. 44.

Probatur non publicationis negatiua, ex non petitione possessionis infra tempus, & ex eo quod infra tempus datum ad publicandum non habuit resignatarius collationem, sine qua possessio adipisci non potest; nam constitutio intelligitur de valida possessione, cap. 3. §. 4. numero 319. & seqq. p. 11. vbi ponitur decisio Rotæ, & intrat vacatio ex dicta constitutione, si non est petita possessio infra tempus, etiam quod resignatio alias fuerit nulla: nec est satisfactum per præsentationem commissionis super executione literarum, & petitionem executionis earum, nisi copulatiue etiam concurrat, quod possessio instanter petatur ex Rota numero 321. Nec satis fit per mandatum de immittendo datum in ipsa collatione, seu purificatione gratiæ in forma dignum, ex eadem, numero 322.

Procurator constitutus ad acceptandum Beneficia, poterit etiam Curata & Dignitates acceptare, cap. 6. n. 48. p. 1.

Procuratores generales Clerici Hispaniæ à Congregatione deputati, residentes in Curia Romana, & Regia, non excusarentur à residentia, nec lucrarentur fructus in absentia, nisi staret Breue Clementis VIII. cap. 2. n. 375. part. 3.

Procurator ad præsentandum ad beneficium vacaturum potest constitui, quando daretur potestas præsentandi in genere, c. 1. n. 19. p. 10.

Procurator ad præsentandum ad beneficium vacaturum, potest constitui ex iusta causa, si patronus haberet se absentare in longinquas partes, quia tunc poterit authoritate Ordinarij interueniente aliquam ponere, vt præsentet ad vacatura, c. 1. numero 18. p. 10.

Procuratorem ad præsentandum ad beneficium vacaturum, potest constituere persona illustris, vt Episcopus, per cap. significasti, de iure patronatus, secundum vnum intellectum, qui tamen non conuenit illi, nec placet ista limitatio, c. 1. numero 16. & 17. p. 10.

Procurator generalis, seu administrator negotiorum patroni, potest constitui ex iusta causa absentiæ ante vacationem beneficij, cui præsentationem committat; nam tunc valet datio procuratoris, etiam quod vnicam præsentationem haberet, c. 1. numero 20. & sequenti. p. 10. vbi ponitur resolutio Rotæ, quod tamen secus esset, si essent nominatæ personæ præsentandæ, numero 22.

Procurator non potest constitui in specie ad præsentandum ad beneficium vacaturum, cap. 1. n. 14. p. 10. non solum in beneficiis vacaturis per mortem, sed etiam per renuntiationem, vel alias, n. 15.

Professio fidei vide supra verbo, fidei professio.

Professio facta cum conditione, pacte, seu modo, de retinendo, seu habendo proprio, non valet, c. 10. numero 98. p. 7. contra aliquos citatos, numero 99. Respondetur cap. finali quod clerici, vel vouentes, numero 100.

Professio quamuis olim posset fieri expressa, vel tacita infra annum probationis, tamen hodie ex Decreto Concilij Trident. non potest fieri, nec tacita, nec expressa, nec quæ obliget Religioni, etiam in genere, non solum in Mendicantibus, sed nec in alia Religione, cap. 9. n. 4. & 5 circa quod in permutatione collatio non est gratiosa, & libera, sed necessaria; nam admissio non est necessaria, nu. 95.

Promotus sine titulo quas pœnas incurrat, cap. 5 n. 15. p. 2. & quæ pœnæ innouantur per Concil. ibidem & n. 16. & 17.

Promoueri quis potest ad Subdiaconatum & Diaconatum, ad titulum Beneficij licet non lucretur illius fructus nisi post presbyteratum, cap. 5. numero 110. p. 2.

Prouisi de quibuscunque Beneficiis curam animarum habentibus, in manibus Episcopi, vel Vicarij, & prouisi de Canonicatibus, & Dignitatibus, etiam in capitulo, professionem fidei facere tenentur, cap. 3. numero 1. par 3.

Prouisio ab ordinario, vel Nuntio (licet male) qui vigore eius prouisionis, possessionem ingressus est, & postea vigore nouæ prouisionis, Papæ literis non expeditis, possessionem continuat, non obstat dicta constitutio; Sed erit tutus in conscientia, modo noua prouisio sit concessa, in forma gratiosa, & non commissaria, capit. 2. n. 52. 53. & 55. p. 4. & est tutus sola supplicatione signata, vt numero 54.

Prouisi de Beneficiis, in quocunque mense vacantibus, à Cardinal. Ordinario Collatore habente indultum, non tenetur expedire nouam prouisionem, ratione indulti, c. 1. n. 37. & 39. part. 5. & ibi decisio Putei, 2. de Præbendis declaratur, n. 38.

Prouisiones factæ per Capitulum Sede vacante, non consumunt, nec alterant turnum neutrique computantur, nec Capitulo, nec Episcopo, capit. 1. numer. 243. part. 5.

Prouisus Apostolicus de Beneficio vacante, in mense Martij, vel Septem. tanquam reseruato ex eo quod Episcopus gaudet alternatiua, non solum tenetur probare acceptationem illius, sed etiam quod Beneficium sit liberæ collationis, & intellige, vt cap. 1. numero 505. p. 5.

Prouisus Apostolicus in aliquo ex mensibus Martij & Septem. qui cessante alternatiua sunt Ordinarij, non tenetur probare quod Episcopus residebat, in mensibus Februarij, & Augusti respectiue, vel saltem in ipso mense Martij, aut Septem. licet non ex ratione Gonçalez, cap. 1. n. 507. p. 5.

Prouisus à Papa, agens contra prouisum à Nuntio, ad fundandam suam intentionem, an teneatur probare valorem narratum, in sua gratia possessori, & sic excedere valorem 24. duca. cap. 3. numero 195. cum seqq. par. 5. & quomodo non teneatur probare excessum à numero 208. cum seqq. Et qualiter probetur valor Beneficiorum, à n. 218.

Prouisus à Papa de Beneficio vacante in mense Ordinarij, non tenetur facere mentionem de mense, contra Gonçalez, cap. 1. n. 657. p. 5.

Prouisio Cathedralium olim pertinebat solum ad Romanum Pontificem, capit. 4. nu. 6. par. 5. prouisio verò inferiorum Ecclesiarum ad Episcopum, numer. 6 Sed postea da-

postea data fuit potestas à Papa, cuilibet Collegio eligendi sibi prælatũ, sive sit Ecclesia Cathedralis, sive inferior, vt num. 9.

Prouisio prębendarum Ecclesiæ Cathedralis pertinet ad Episcopum cum consensu Capituli secundum primã opinionem, v. 4. n. 11. p. 5 nisi bona Episcopi & Capituli sint communia secundum secundam, n. 12. vel ad vtrosq; simul, n. 13. quam hodie sequitur Rota, num. 14. & confirmatur, vt num. 15. inter quas opiniones tertia placet, quia communior est, n. 17. idem de Dignitatibus dicendum est, num. 20.

Prouisio & collatio Canonicatuum prębendarum & dignitatum Ecclesiæ Collegialis ad quem pertineat, variæ sunt Rotæ opiniones, cap. 4. num. 58. part. 5. Prima quod ad Prælatum, & Capitulum, & non ad Episcopum pertineat de iure, à nume. quinquagesimo nono. Secunda ad Episcopum solum à num. sexagesimo secundo. Tertia quod præsentatio, seu electio, spectet ad capitulum institutio vero, seu confirmatio, ad Episcopum, nu. 64. cum segq.

Prouisus à possessore, præfertur prouiso à proprietario, cap. 5. à num. 1. p. 5.

Prouisio à possessore malæ fidei facta, quamuis non teneat, & sic institutus sit remouendus, adhuc tamen prouisio facta à proprietario, qui non possidet non valebit, cap. 5 à num. 73. par. 5. contra Innocen. vs. 77. traduntur que concordia authoris, num. 78.

Prouisio facta à proprietario, qui non est in possessione valet, nullo alio existente in possessione, capit. 5. num. 81. part. 5.

Prouisio facta de Beneficio sito in Diocœsi vbi Cardinalis habet indultum, est nulla etiam si Cardinalis, non prouideret propter vim decreti irritantis, cap. 5. nu. 103. part. 5.

Prouisio Apostolica non mutat statum, seu quasi possessionem iuris patronatus, seu conferendi, cap. 5. numero 118. & 119. part. 5. vbi ponitur decisio Rotæ, numer. 120.

Prouisus in casu collationis (post litem super proprietate mota) facta, ab eo qui antea erat in quasi possessione conferendi, non videtur remouendus, etiam si collator post ea succumbat in proprietate, cap. 6. numero 31. part. 5. Sed videtur probabilius, quod pendente lite super proprietate, potest etiam fieri præsentatio, & institutio, nu. trigesimosecundo & tenet congregatio, numero 33.

Prouisio facta spreto patrono, est in pendenti, & interim habet implicitum statum, ita vt patrono reclamante, sit nulla à principio, & ex tunc, eo vero non reclamante, censeatur valida à principio, vt ex tunc, capit. 9. numero 240. par. 5. quamuis alij, valere collationem, vt ex nunc, & non vt ex tunc teneant, num. 241.

Prouisus à Papa, in forma dignum, an vbi Ordinarius, cui sunt directæ literæ principales, infra 30. dies nõ confert Beneficium impetranti, sub prætextu quod non est idoneus, vel alias, possit recurrere ad secundum executorem, vigore alterius Bullæ executoriæ, capit. 2. à numero quinquagesimonono part. 6. resolutur que negatiue, numero. 61. cum Rota, numero 62. & 63. nec sic prouisus tuabitur regula de triennali, num. 64. respondeturque cõtrariis à n. 65. cum seq. & an prosit ad Nuntium recurrere. num. 80. resolutur non posse, numero 81. & 82. & decisio Rotæ, nu. 84. cui adhæret Gonçalez. numer. 85.

Prouisio quæ debet fieri de hospitalibus, est facienda, etiam infra sex menses in hospitalibus, quæ conferuntur in titulum beneficij, cap. 2. num. 8. p. 10. & quod dicunt D d. quod non est tempus statutum ad conferendum hospitalia, accipitur de hospitalibus, quæ non conferuntur in titulum beneficij, n. 9.

Prouisionem, seu collationem factam non habenti qualitatem requisitam, licet dicatur valere si aliquis qualificatus non petit collationem sibi fieri, non est verum in beneficiis, quæ sunt conferenda personis qualificatis, non ob respectum & fauorem personarum, sed Ecclesiæ & beneficij, vt graduatis in communi, vel habentibus talem ætatem, seu ordinem, capit. 15. numero decimo p. 7.

Prouisus à Papa de secundo incompatibili non potest excusare vacationem primi, ex eo quod non expederit bullæ, sine quibus non potest capere possessionem, si per eum stat, c. 5. §. 1. n. 104. p. 11.

Prouisus de parochiali, si possessionem illius aliquando, id est saltim per duos menses obtinuit sine litigio, arctatur constitutione cap. commissa de electione in 6. & tenetur infra annum ad Sacerdotium promoueri, & sufficit, quod semel cœperit pacifice possidere, quamuis postea lis moueatur, secundum glossam & alios, c. 5. §. 1. n. 117. part. 11. Sed in terminis d. cap. commissa verius videtur, quod etiamsi post duos menses lis superueniat, prouisus de parochiali nec tenetur se promoueri facere, nec arctatur illa constitutione, saltim si adhuc restabat tempus sufficiens ad se promouendum, n. 118. Sed contrarium tenet S. Congregatio, etiam si à principio parochialis sit litigiosa, vt in declarationibus positis, n. 121. cui erit standum, num. 122.

Prouisus si aliquis esset de beneficio incompatibili, in quo alius esset intrusus, non vacabit primum, licet cõtra intrusum nullam faciet diligentiam pro capienda possessione secundi, c. 3. §. 1. n. 102. par. 11. etiamsi esset monitus & præfixus terminus per superiorem ad faciendam diligentiam, num. 103.

Publicatione alia non est opus, cum literæ resignationis nullæ publicantur, & capitur possessio obtento postea perinde valere, cap. 3. §. 4. n. 313. p. 11.

Publicationem debet impetrans facere infra sex, aut nouem menses, & non infra tres, cum impetratur beneficium coram ordinario resignatum, ob non factam prouisionem per ordinarium, seu publicationem infra tẽpus constitutionis præfixam, contra notata, cap. 3. §. 4. num. 287. p. 11. Et restitutio ad publicandum impetrata ante lapsum tempus non suffragatur, nisi Papa id intellexerit contra eandem, n. 288.

Publicatio, & apprehensio, seu petitio possessionis in tempore, est pars resignationis, & sic qui mittur resignationis, id probare debet, capit. tertio. §. 4. numer. 299. part. 11. vbi ponitur decisio Rotæ, & numero 300. resolutio Rotæ, quod etiam procedat in gratia, & impetratione ob non publicationem, numer. 301. vbi adducitur resolutio Rotæ.

Publicatio facienda est cum literis, seu earum transsumpto authentico in manibus, cap. 3. §. 4. nu. 290. p. 11. vbi ponitur formula publicationis, nec opus est ipsas literas legere, nec earum datam, num. 291. & oportet eam facere in lingua vulgari, quamuis non sit necessarium. num. 292.

Publicatio facta extra tempus constitutionis, non suffragatur, nec restitutio obtenta ad publicandum, si fuit impetrata lite pendente, nec de ea fuit facta mentio, cap. 3. §. quarto numero 384. p. 11. vbi ponitur resolutio Rotæ.

Publicatio facta in choro coram canonicis, & presbyteris dumtaxat, est nulla ex Rota, cap. 3. §. 4. num. 294. part. 11.

Publicatio in resignatione, seu permutatione bene-

GARCIA de Benef.

ficiorum æque principaliter annexorum facienda est in Ecclesia vtrusque, c.2.n.46.p.12.

Publicatio non valet facta summissa voce, & in tali loco, quod plerique eam non intelligunt, sed solum illi qui sunt in testes adhibiti, & si qui forte prope sint, c.3.§.4.n.293.p.11.

Publicatio probari potest, non solũ instrumento authẽtico, nempe à notario cum testibus nominatim expressis confecto, cap.3.§.4.num.302.par.11. sed etiam testibus, num.303.

Publicatio præsumitur, quando resignatarius est triennalis pacificus possessor, & ideo ei datur manutentio, cap.3.§.4.numero 213.par.11. quæ tamen præsumptio non habebat locum in spolio, quando resignans in terminis constitutionis Pij V. agebat spolio contra resignatarium, qui non docebat de publicatione, numero 314. nam nec triennalis, nec allegatio Lapi habent locum in spolio, num.315.

Publicatio quando debeat, & constare, & de ea doceri, hodie stante constitutione Gregorij XIII. tantum procedit, quando resignatarius agit ad canonizationem suæ gratiæ, secus quando non vult suam gratiam canonizare, sed tantum nititur excludere vacationem per obitum, de qua in gratia aduersarij, cap.3.§.4.num.305.p.11. vbi ponitur decisio Rotæ, & numero sequenti, vbi ponitur resolutio eiusdem. Idem fuit resolutum in causa Abulen. beneficij, fuit tamen dictum, quod ad excludendam vacationem per obitum, contra actorem, qui probauit intentionem suam, debet in cæteris iustificari resignatio, etiam per eum, & possessorem, vt in decisione posita, n.307.

Publicatio requiritur etiam in vnione valida beneficij resignati, & habet locum constitutio Gregorij XIII. quamuis constitutio Pij V. non procederet in vnionibus, c.3 §.4.n.286.p.11.

Publicatio si probatur facta non debito tempore, præsumitur non fuisse facta alias debito tempore, cap.3.§.4. nu.329.p.11. quod procedit, dummodo constet illam publicationem esse factam per resignatarium, seu de eius ordine, non alias, nu.330. vbi ponitur decisio Rotæ sic accipienda.

Publicatio vt valeat, debet affigi in valuis Ecclesiæ exemplum continens ea quæ dicta sunt, & debet affigi quædam charta, quæ sufficit quod sit simplex, in qua dicatur, vt in formula posita, c.3.§.4.n.295.p.11. Et sufficit affigi in vna porta, quamuis Ecclesia plures habeat, nu.296. praxis tamen habet, vt affigatur copia integra ipsarum literarum, quo pacto pinguius adimpletur forma dictæ constitutionis, n.297. sicut etiam pinguius adimpletur affigendo ipsummet originale, nu.290. vbi adducitur decisio Rotæ.

Q

QVadrimestre, vel semestre, vt locus sit deuolutioni non currit quando est lis inter personas præsentatas, c.6.num.58.part.5. etiam si lis sit ex vi iuris patronatus, num.29. quidquid dicat Lambertinus, & decisio. Rotæ, n.30.

Qualitas narrata, tendens in præiudicium alicuius, etiam quod facilius non inducat ad concedendum verificanda est, c.2.n.209.p.6.

Qualitas, & habilitas requisita, requiritur tempore oppositionis, & petitionis, cap.4. numero 85. & 86. par.7.

Qualitas requisita in beneficiis, alias vacantibus, requiritur etiam in vacantibus ex causa permutationis, c.3.num.6.p.11. & sic beneficia, quæ debentur filiis patrimonialibus, non possunt permutari ad fauorem aliorum, nu.7.

Qualitates considerandæ in præsentatis, & in æquali gradu consanguinitatis, seu alias in paritate vocum debeant aliis præferri, & in concurrentibus in oppositione qui sunt videndi, cap.9.num.11.p.7. vbi ponitur decisio Rotæ.

Quasi possessio exigendi pensionem, adquiritur per vnum actum solutionis, cap.5.num.450.p.1. etiam facta metu censurarum, num.451. nisi fiat protestatio, num, 452.

Quintanaduennas improbatur dicens, cap. referente, & cap. præterea, de præbendis, non esse ante, sed post Cõcil. Lateranense sub Alex. III. c.5.n.4. & 5 p.11. & cap, eam te de ætate, & qualitate, in quo fundatur, explicatur, n.6.

Quintanaduennas improbatur dicens, quod si in variis Ecclesijs plures aliquis dignitates consequutus sit, non amittet priorem ipso iure, ex c. de multa, cap.5.n.9. p.11.

Quomodo in causis pensionum sit procedendũ & narrata verificandum, c.5.n.442.p.1. & decisiones Rotæ, n. 443. cum seqq.

Quasi possessio defuncti, seu prædecessoris ad præsentationem, seu collationem sufficit, nam ea transit in heredem, vel successorem absque noua apprehensione, cap.5. à num.33. cum seqq. par.5. quod intellige, vt num.37. cum sequen.

Quasi possessio iuris præsentandi adquiritur ex solo vnico actu cap.5. num 59. cum seqq par.5. & attenditur vltimus, & immediatus status, nu n.63. traduntur que decisiones Rotæ, numer. 64. cum seqq. limita si actus vltimus esset factus sine præiudicio iuris alterius, vt numer. 65.

ad Quasi possessionis adquisitionem ad effectum præsentationis, & collationis, & eius validitatem, quæ requirantur, traduntur, cap.5. numero 66. & seqq. par.5.

Quasi possessio Capituli conferendi Parochiales, Sede Episcopali vacante, non suffragatur ad validitatem collationis, vt Rota resoluit, cap.5. numero 90. cum seqq. par.5. & videtur contraria decisio adducta, numero 94.

Quasi possessio præsentandi non adquiritur vbi institutio, aut consummatio secuta esset non præuio edicto, licet institutus de facto habuisset possessionem, c.5. à n.99. cum seq. par.5. limita, vt n.104. & reprobatur sententia Ferreti dicentis, quod status, seu quasi possessio libera collationis, non potest induci, per collationem factam de beneficio iuris patronatus absque consensu patroni, c.5. n.101.p.5.

Quasi possessio prouidendi non adquiritur per prouisiones etiam effectuatas, factas contra decretum irritans, positum in indulto, vel alia dispositione, quia decretum inficit omnia etiam possessionem, cap.5. numero 102.p.5.

Quasi possessio conferendi, seu præsentandi vbi adquiritur aduersus Episcopum, requiritur eius scientia, & patientia, cum eo ipso quod ait in possessione Episcopatus, sit in possessione libere conferendi, c.5. nu. 123. & seq. par, 5. & amplia, vt num. 125. & seqq. & in quasi possessione iuris patronatus quamuis non præsentasset, vt num, 127.

Quasi possessio seruitutis cum adquiritur aduersus dominum fundi, qui est in eius possessione, requiritur eius scientia & patientia cum eum possideat tanquam liberum

rum c.5.n.128.par.5.

Quasi possessio exigendi pensionem, non transfertur in transl tarium etiam, si ius & proprietas transferatur, qu a est quid facti, c.5 n. 470.p.1.

Quod de iure ineſt, non potest deduci in pactum ad inducendam ſpecialem obligationem, quæ est fortior ad excusandam contradictionem nec obligatio antidotalis, c.2.n.18.p.8.

R

RAtiones & computa bonorum & reddituum mensæ & fabricæ, non licet facere dum diuina fiunt saltem mane c.2.n.568 p.3.

Rebuffi dictum refertur, hodie vsum communem obtinuisse, quod post requisitionem patroni, maxime etiam eo non consentiente, permutatio approbatur ab Episcopo, & valet, c.3.nu.26 p.11. quod videtur approbare S. Congregatio in declaratione posita, nu.27. Sed accipienda erit, quando permutatio fi ret in magnum Ecclesiæ vilitatem, n 28.

Rebuffi sententia dicentis quod simoniacus non priuatur ipso iure beneficiis ante simoniam adeptis, sed est opus priuatione, c.1.n.41 p 8.

Reædificatio sub constructione seu fundatione comprehenditur c.9.n 51.p.5 & ibi an adquiratur ius patronatus, ex Ecclesia penitus destructa.

Recitare an quis teneatur, etiam ante possessionem quæstam, c.1.n. 78. p 3. & ponuntur sententiæ doctorum vsque ad nu.83 limita nisi per eum stet, quominus accipiat n.85 cum seq.

Recitare nescienti non est licitum accipere beneficium sibi collatum, c.1.n.97 p.3. quæ sententia videtur nimis rigida, n.98.

Recitare an etiam teneatur, habens titulum & prouisionem beneficij in cuius possessione est alius contra quẽ litigat, aut neuter. c.1 n.100.p.3.& disputatur pro vtraque parte, vsque ad n.104.

Recitare an teneatur beneficium tenens in commendam cap.1 numero 105.& seqq.par.3. & sub distinctione resoluitur, & an coadiutor ad id teneatur, n.107.cum seqq.

Recitare officiũ an teneatur pluries habẽs plura beneficia, c.1.n.110.p.3. cum seqq. & resoluitur negatiue, etiamsi iniuste possideat n.120.

Recitare non tenentur officium paruum Beatæ Mariæ habentes cum beneficio, seu ordine sacro pensionem, sed satisfaciunt recitando officium maius, cap.1.nu 117. part.3. & quid sit dicendum in pensionario Clerico nu. 1.8.

Recitare omittens vno die omnes septem horas, an cõmittat vnum tantum peccatum an vero plura, c.1.num. 131.p.3.cum seqq. & resoluitur, vnum tantum comm tere, & quid in omittẽte recitare per vnum mensem nu. 139. & 140. Et quid in confessione sit explicandum nu. 141. cum seqq.

Redẽptio pensionis non potest fieri authoritate Nunij. c.5.n 35 p.1.

Reddituus pensionis amissi ob excommunicationem pensionary remanent ipsi tituari, & ipsi sunt restituendi, c. 13.§.1.n.139.p.7.

Reductio pensionis non potest fieri per inferiorem, in pensione per Papam imposita. capit.5. numero 369.parte 1.

Reductio siue reformatio pensionis potest fieri per Ordinarium etiam si ea esset reseruata per Papam, c.5.nu. 401.p 1.limita vt n. 402.

Reductio peti non potest si computatis funeralibus, & ingressu, remanet rectori congrua, ca. 5. numero 401. parte 1.

Reges Hispaniæ, quibus Adrianus VI. indulsit ius præsentandi Abbates & alios præfectos, non potuerunt præsentare ante Concilium Trident. ad præfecturas regulares, personas seculares, nec regulares alterius ordinis & multo minus post Concilium poterunt, c.10.nu. 14.p.7.

Registrum Apostolicum fidem facit saltim in curia. c. 5 n 534.p.1.

Regula de infirmis non habet locum in translatione pensionis c.5.n.258 p.1. nec constitutio de publicandis, n. 259. & de materia remissiue, n.260.

Regula quod datum ob causam, causa non secutâ repeti potest explicatur, capit.1.numero 11.cum seqq. par.3.

Regula de verisimili notitia, solum habet locum in vacatione per obitum, c.1.n.44.p.5.& per quem debeat probari.n.45 & concludenter n.46.

Regula de verisimili notitia, non habet locum in Ordinario, & Legato contra alipuos c.1.n.47. & 48.p.5. & qui de ea tractent n 50.

Regula reseruatoria Monasteriorum, comprehendit Monasteria electiua, cap.1.nu.118.p.5 & alias dignitates inferiores electiuas, & beneficia electiua, nu.119. cum seq etiam non facta mentione de electione, nu.122. cum seq.

Regula de impetrantibus beneficia per obitum familiarium, habet locum in vacatione per obitum inducta per regulam de infirmis. cap.1.numero 168 parte 5.nec opus est exprimere modum vacationis inductæ, numero 169.

Regulam reseruatoriam de qua hic, non habere locum in Cardinalibus tenuit Rota, c.1 n.252.p 5 de qua author dubitat n.253. & seqq. nec habet locum in dignitatibus non reseruatis, vt n 255.

Regula reseruatoria dignitatum maiorum post Pontificalem, intelligenda est de maioribus actu, nec sufficit erectio in posterum, c.1.n. 257 p.5 secus si tempore prouisionis esset actu maior, licet non tempore vacationis, nu. 258 cum seqq.

Regula mensium non sedebat edi, & publicari, c.1.nu. 439 p.5.quam Sixtus V. publicari fecit à nu.440. cum seqq & de eius origine n.444. & quo tempore duraverit. & duret, n 446. cum seqq.

Regula non solum habet locum in vacatione de iure, & de facto, sed etiam in vacatione de iure tantum, aut de facto tantum, c.1.num.548.par.3. quam limita si habens ius ad beneficium, decedat in mense Apostolico, n.549.

Regula hæc non procedit in beneficiis Ecclesiæ non numeratæ, sed receptiuæ, quæ nunquam vacant, c.1.n.550. par.5.

Regula reseruatoria, an sicut non comprehendit Cardinales similiter etiam non comprehendat Reges Collatores. c.1.num.639.p.5. resoluitur quod non, & quare regula dicat Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium, &c. n.640.

Regula hæc, an reseruet beneficia ad prouisionem quorumcumque quomodolibet pertinentia, siue de iure communi, siue speciali, c.1.n.642 p.5.

Regula de mense exprimendo procedit in gratia si neutri &c.1.nu.659.p.5.& in noua prouisione, quando in prima gratia non fuit expressus, n. 660. & etiam si quis velit capere beneficium per clausulas generales siue alio quouis modo, nu.661. & in gratia de beneficio vacante non solum de iure, & facto, sed etiam de iure tantum, & de facto tantum, nu.662. & non solum in vacatione per

GARCIA de Benef.

obitum, sed etiam alio quocũque modo in quo intrat reseruatio regulæ, n. 665. nec praxis Dataria est in contrarium, num. 666.

Regula de expressione mensis non habet locum in beneficiis alias reseruatis, & in vacantibus in Curia. c. 1. n. 668 p. 5. nec in prouisionibus Papæ de beneficiis iurispatronatus laicorum. n. 669. nec in præsentatione & institutione, etiam coram Papa nu. 670. nec in subrogationibus quoad beneficium litigiosum in locum, & ius defuncti, quamuis secus in gratia si ventri, nu. 671. nec in gratia reformatoria, seu perinde valere, num. 672. & an in prouisionibus Nuncij, seu Legati. n. 673. & an etiam Ordinarij, num. 674.

per Regulam de expressione mensis non cõsebitur derogatum Bullæ Sixti IV. & Leonis X. de Canonicatibus, Doctoralibus & Magistralibus Hispaniæ, & quare c. 1. n. 679. cum seqq. p. 5. vbi de rationibus Gorçalez.

Regula. 10. reseruatoria videtur superflua. c. 1. num. 783. p. 5. contrarium num. 784. & loquitur de beneficiis vacantibus post obitum prædecessorum reseruantium, vt num. 785.

Regula Cancellariæ, quæ superuenit de vnionibus non sortitis effectum, non obstat, quando aliqua bonorum portio à beneficio est dismembrata, & vnita monasterio, ex Rota, c. 2. §. 3. num. 287. p. 12. Sed non videtur verum, quia regula etiam de dismembrationibus expresse loquitur, num. 28.

Regula cap. Inquisitioni, de appellat. quod clausula in fine posita refertur ad omnia præcedentia, non procedit vbi est diuersa ratio, nec vbi adest maior ratio, quod referatur ad proximiora quã ad præcedentia, nec vbi cõstat de mente contraria, c. 10. §. 1. n. 136. p. 11.

Regula de triennali an iuuet contra Decretum Concily c. 3. n. 88. p. 11. vbi resoluitur negatiue cum S. Congregatione, & Rota, num. 89.

Regula de triennali non habet locum in beneficio vnito, c. 2. n. 28. p. 12. & similiter nec allegatio Lapi, nu. 29. quamuis diuersum sit in regula de annali, in qua non requiritur titulus, & sic obtinens beneficium vt vnitum, potest excipere de regula annali contra actorem, qui illud impetrauit tanquam beneficium; & titulus, quia ex persona actoris ius metimur, n. 30. & sequenti, vbi ponitur resolutio Rotæ.

Regula de triennali non suffragatur contra Decreta Concily Triden. sess. 7. c. 4. & sess. 24. c. 17. ex S. Congregatione, c. 5. §. 4. n. 379. p. 11. de quo remissiue, num. 380. & nu. 381. adducitur alia declaratio S. Congregationis.

Regula in fambus procedit, tam in infamia facti, quã iuris, c. 8. num. 9. p. 7.

Regula legis non dubium. C. de legibus non procedit, quando lex eadem prohibens & puniens, c. 8. n. 62.

Regula legis si forte, ff. de castrensi peculio, non procedit in iudice, pro quo iura præsumũt stante enuntiatione solemnitatum, c. 2. §. 1. n. 133. p. 12.

Regula reuocatoria vnionum non videtur intrare, si saltim in parte vnio sortita fuit effectum. c. 2. §. 3. n. 294. p. 12. licet secus sit in Decretis Concily Triden. sess. 7. c. 6. & sess. 25. cap. 9. ex S. Congregatione, & Rota, à num. 295.

Regularia beneficia sunt manualia, & ad nutum amouibilia, nisi sint curata, aut electiua, cap. 2. numero 66. p. 1. resolutio Rotæ. num. 67. & seqq. & sunt vere beneficia, num. 69.

Regularia beneficia quæ sint exponitur, c. 6. num. 13. part. 1.

Regulares secluso priuilegio, non possunt de iure, absoluere à casibus Episcopo non solum à iure, verum specialiter per ipsum reseruatis, contra aliquos. cap. 2. numero 303. & seqq. part. 3.

Religiosi Societatis Iesu, qui emiserunt tria vota, non solemnia, non comprehenduntur sub decreto Concily, c. 5. num. 9. part. 2. Sed Pius V. illud extendit ad regulares non professos. num. 10. & declaratio S. Congregat. nu-mer. 11.

Religionum breuia, seu priuilegia, quod eorum fratres non possint vti Bulla cruciatæ quoad indultum eligendi confessorem, an derogentur per sequentes Bullas. capit. 5. numero 60. cum seqq. p. 2. & resolutur non derogari.

Religiosi an sint omnino incapaces beneficiorum secularium, maxime in titulum, & Corras. ait, quod prater Ecclesias curatas, & cathedrales, & aliorum quorumcumq; beneficiorum secularium, vt temporalium rerum, etiam ex dispensatione Papæ incapaces sunt, c. 10. n. §8. p. 7. Certum tamen est ex dispensatione Papæ esse capaces beneficiorum secularium etiam in titulum, sicut possunt habere titulum suorum beneficiorum regularium, n. 37. & 40. Sed inquit Corra. esse capaces temporalium, etiam ex dispensatione Papæ, n. 41.

Religiosi sunt incapaces beneficiorum secularium simplicium & etiam canonici regulares, cap. 10. num. 28. & 29. pag. 7.

Religiosos ex dispensatione Papæ esse capaces temporalium rerum verum est, non solum quoad administrationem, & dispensationem, sed etiam quoad dominium, & proprietatem, c. 10. numero 42. Nam Papa potest ex causa dispensare in voto solenni religionis, nu. 43. quamuis contrarium teneant D. Thom. & alij, num. 44. In quo communis sententia canonistarum, & Theologorum tenenda est, quæ comprobata est facto Pontificum, num. 45. Et ratio est, nam sicut in voto simplici, & iuramento, quorum obligatio etiam est de iure diuino, Papa potest dispensare, ita in voto solemni, cuius etiam obligatio procedit ex actu humano, num. 46. Et obiectioni, quod in voto solemni non possit dispensari ratione traditionis personæ, in qua solemnitas vo-ti consistit, falsa sit & qua ratione potest papa dispensando ex causa tollere obligationem voti simplicis, & iuramenti, & ius ex promissione Deo quæsitum, eadem potest tollere ius ex traditione Deo quæsitum. & traditionem reuocare, nu. 47. & 48. sicut etiam in matrimonio rato potest dispensare, n. 49.

Renuntiatio patrimonij donati facta ante quam ordinetur, non est symoniaca, & valet cap. 5. num. 127. cum seqq. par. 2.

Renunciari an possit statuto, seu priuilegio habenti decretum irritans expresse vel tacite, cap. 2. n. 243. cum seq. part. 3.

Renuncians beneficium, quæsitum, ad præsentationem patroni in manibus Ordinarij nesciente Patrono, & accepta collatione libera ab eo, non videtur ponere Ordinariam in quasi possessione libere conferendi. c. 5. nu. 119. vsque ad num. 14. p. 5.

Renuntians sine superioris authoritate, licet non amittat ius, & proprietatem beneficij, amittit tamen possessionem, quæ facilius amittitur, c. 3. §. 3. n. 235. p. 2. Ita-ca quod remissiue, nu. 236. & ita videtur procedere decisio Rotæ relata, nu. 237.

Renuntiare beneficio an possit minor, remissiue cap. 3. §. 1. num. 59. p. 11. & an minori in beneficialibus competat restitutio, etiam remissiue, num. 60. & n. 61. ponitur resolutio Rotæ in ista quæstione.

Renuntiare beneficio licet de iure communi infirmus posset, tamen hodie non valet renuntiatio infirmi infra 20. dies decedentis ex regula Cancellariæ de infirmis, capit. 3. §. primo numero 57. par. 11. & qui scribunt super ea, nu-

super ea numero 58.

Renuntiare beneficio proprio regulariter, cuiquam liberum est, c. 3. §. 1. nu. 44. p. 11. hodie tamen in curia non admittuntur absolute resignationes parochialium, & aliorum beneficiorum residentia, nam dataria vult quod exprimatur per quantum tempus beneficium possedit resignans, seu à quo tempore illud obtinet, etsi tempus est breue, resignatio reiicitur, n. 45. & idem est in permutationibus huiusmodi beneficiorum cum aliis non residentia, 6. 46. qui stylus incipit à tempore Gregorij XIV. & hodie regulariter requiritur quod possederit per quinque annos, vel circa, n. 47.

Renuntiare non potest beneficium obtinens, seu cedere in manibus Episcopi ad effectum, vt vniatur alicui loco, seu Ecclesiæ, & non alias, quamuis contrarium videatur supponere Rota vna Segobien. relata, c. 3 §. 2. nu. 157. p. 11.

Renuntiare non potest libere beneficio hodie in sacris ordinatus, præsertim ad titulum illius, nam non potest illud resignare, nisi aliunde habeat, vnde commode viuere possit, c. 3. §. 1. n. 36. p. 11.

Renuntiare non potest maximè in fauorem criminosus priuatus ipso iure beneficiis, c. 3. §. 1. n. 124. p. 11. & idem erit in priuato beneficijs per sententiam, quæ transit in rem iudicatam per quam beneficium vacat, n. 125. quamuis Rebuff. dicat, quod ante exequutionem potest resignare, quia sola sententia non priuat iure, nec possessione, quod solum verum est respectu possessionis, qua non est priuatus ante executionem, & sic procedit dictum Felini, quod canonicus priuatus per sententiam non perdit ipso iure stallum in choro, & locum in capitulo: sed oportet, quod distalletur per superiorem, non tamen est verũ quoad ius, & titulum beneficij, quo statim priuatus est, & potest conferri, n. 126. & 127.

Renuntiare poterit accusatus, etiam in fauorem, & renuntiatio valet, etiam non facta mentione de crimine, nec de accusatione, seu inquisitione, aut processu, nec de priuatione, c. 3 §. 1. n. 120. par. 11. quia de iure non cauetur, n. 121. limitatur vt non procedat, quando in impetratione facta à tertio in euentum priuationis fuerit adiecta clausula, & cum Decreto, quod resignatio illius cedat in fauorem impetrantis, n. 122. ex eo tamen non tollitur Episcopo dispensandi potestas in casibus in quibus alias potest, ipsaque dispẽsatio impediet priuationis sententiam, n. 123.

Renuntiare potest intrusus beneficio deĩto propria authoritate, quando est intrusus existenter & apparenter carens titulo, c. 3. §. 3. n. 250. p. 11.

Renuntiare potest quis beneficio non solum per se, sed etiam per procuratorem, c. 3. §. 1. n. 42. p. 11. vbi de procuratore ad resignandum, remissiue.

Renuntiatio beneficij litigiosi, si ius anceps sit, potest fieri sine superioris authoritate, cap. 3. §. 3. numero 249. par. 11.

Renuntiatio cum licentia, seu authoritate superioris fieri debet, c. 3. §. 3. num. 219. p. 11. alias non tenebit in præiudicium Ecclesiæ, aut superioris, tenebit tamen in damnum, aut præiudicium renuntiantis, quia ex hoc videtur feciſſe tacitum pactum de non petendo beneficium secundum glossam, & DD. relatos, numer. 220. pro quo faciunt decisiones Rotæ relatæ, numero 221. & sequenti. Sed verus est non tenere, etiam in præiudicium renuntiantis, nec quoad ipsum beneficium valere, sed adhuc verum habere titulum, & ius in eo, donec ea renuntiatio per superiorem admittatur, seu ratificetur, num. 223. Et sic de beneficio taliter renuntiato debet fieri mentio in impetratione, numero 224. & adducitur resolutio Rotæ, n. 225.

Renuntiationem dicitur etiam tenere in præiudicium renuntiantis quoad hoc, vt superior possit eum priuare ob delictum suum, quia resignauit sine consensu superioris, ex c. quod in dubijs de renuntiatione, ca. 3. §. 3. num. 230. p. 11. Sed ille textus id non probat, sed tantum renuntiantem in manibus laici, & ab eo denuo suscipientem, quod maius delictum est, eodem beneficio esse priuãdum. n. 231. & decisionibus Rotæ pro contraria parte adductis, n. 221. & sequenti, respondetur, n. 232. & 233. & sequenti.

Renuntiatio facta, & ab alias non renuntiaturo, etiam in manibus inferioris, ea intentione & spe, vt alicui certæ personæ conferatur, sine pacto tamen, aut conditione, valet, nec committitur vlla simonia etiam mentalis, c. 3. §. 2. n. 161. p. 11. & sic non est simoniacum mandatum ad resignandum certa beneficia in manibus inferioris à Papa, pure, libere, & simpliciter, nec non petendum, & obtinendum de eis prouideri certæ personæ, ex Rota, apud Cassadorum, n. 163. & simile ait Rebuffus relatus n. sequenti.

Renuntiationem factam sine authoritate superioris tenere in præiudicium renuntiantis, intelligendum est quoad hoc, vt superior possit eam approbare, & ratam habere, c. 3. §. 3. n. 226. p. 11. nisi ante admissionem, & ratificationem reuocauerit renuntiationem, nam re integra poterit pœnitere, numero 227. & ideo in supplicationibus, & in literis ponitur illa clausula, siue præmisso, &c. quæ operatur vt Papa per eam approbare videatur renuntiationem factam coram non superiori de beneficio illo, & de illo sic vacante prouidere, num. 228. & seq.

Renuntiatio facta in fauorem certæ personæ, seu vt beneficium alicui conferatur, simoniaca est, & nulla, c. 3. §. 2. n. 52. p. 11. quicquid dicant alij relati, nu. 153. quorum opinionibus omissis communis tenetur & probatur, num. 154. nec poterit inferior conditionem reiicere, & resignationem simpliciter admittere contra aliquos, n. 155. vnde resignatio facta in manibus Legati simpliciter, cum mãdatum ad cedendum esset in fauorem certæ personæ, licet eidem prouiderit, fuit nulla, ex Rota contra Rebuffum, & alios, n. 156.

Renuntiatio facta in fauorem à priuato beneficio ipso iure, vel per sententiam ante executionem, vel ab obtinente beneficium alias sine titulo, erit bona, nihilominus, & valida ex clausulis generalibus siue præmisso, sine alio quouis modo, &c. dummodo alteri ante eam non sit ius quæsitum, cap. 3. §. 1. numero 128. parte vndecima, vbi ponitur resolutio Rotæ: in permutatione vero secus erit propter clausulam, quæ in permutationibus apponitur iuxta regulam Cancellariæ 39. num. 129.

Renuntiatio in fauorem alterius, an esto quod non possit fieri coram ordinario, possit tamen quis consentire, quod suum beneficium conferatur certæ personæ, seu vniatur certo loco, in sui præiudicium, sicut potest absolute consentire, quod prouideatur, c. 3. §. 2. à n. 158. p. 11. resoluitur affirmatiue & an coram ordinario fieri possit cessio iuris, litis, & causæ in fauorem collitigantis, numemero 160.

Renuntiatione in tacita, vt quæsit per adeptionem secundi, etiam requiritur licentia, seu approbatio superioris alias non vacat primum secundum communem, c. 3, §. 3. n. 238. p. 11. contrarium tamen tenet gl. & alij relati. n. 39.

Renuntiatio literarum ad beneficia seu iuris ad rem, potest fieri absq. superioris authoritate, c. 3. §. 3. nu. 247. p. 11. reprobatur tamen dictum Flamin. Paris. quod potest quis absque authoritate superioris tacite renuntiare

GARCIA de Benef.

literis beneficiorum vacantium, in quibus per collationem, & acceptationem habet ius in re, non capiendo possessionem illorum, num. 248.

Renuntiatio tacita duplex est secundum authorem, tacita quædã quæ sine verbis fit facto hominis, & in hac requiritur consensus superioris, sicut in expressa, & ita procedet communis, cap. 3. §. 3. num. 240. p. 11. sufficiet tamen consensus tacitus ipsius superioris in acceptando, num. 241. alia renuntiatio tacita est, quæ à iure inducitur, & ipso iure fieri intelligitur, etiam parte contrarium protestante, vt quæ fit per adeptionem secundi incompatibilis, & in aliis casibus, quæ non est vera renuntiatio, nu. 242. & in hac contra communem non requiritur licentia, seu approbatio superioris, & procedit sententia glossæ, nu. 243. pro quo faciunt iura adducta, à n. 244.

Renuntiatio vt consistat, debet esse libera, & spontanea, non metu facta, aut per dolum, vel fraudem, licet donec rescindatur, mero iure teneat, c. 3. §. 2. n. 143. p. 11. & de renuntiatione sic facta, aut post spolium, & de prouisione metu facta, remissiue, n. 144.

Reprobatur sententia Germony tenentis à Vicario foraneo, ad Episc. appellari non posse. c. 8. n. 32. p. 5.

Reprobatur doctrina Sbrocij dicentis non dari appellationem ad Episcopum, à sententia Vicarij generalis, constituti tantum in ciuitate, c. 8. n. 33. p. 5.

Reprobatur doctrina Syluestri & Cechi, dicentium, Vicarium foraneum esse ordinarium, & idem consistorium cum Episcopo, si ad Vniuersitatem causarum sit deputatus, cap. 8. numero trigesimoquarto & trigesimoquinto p. 5.

Reprobatur sententia Lapi & aliorum, quod siue insimul, siue diuersis temporibus fiat commissio specialis alicui, vel aliquorum requirentium speciale mandatum, & addatur clausula generalis de qua hic, tunc tota iurisdictio erit ordinaria. c. 8. n. 45. p. 5.

Res dotales, naturaliter in vxoris permanent dominio & eius esse intelligitur, c. 9. num. 172. p. 5. quod intellige quoad spem, quia ad eam sunt reuersuræ. num. 173. cum seq.

Regnum si impetraretur contra Petrum Opidi de Arebalo Abulen. Diœcesis, & alios eiusdem Diœcesis, per illam clausulam generalem possent conuenirj aly eiusdem Oppidi. c. 6. num. 81. par. 1.

Reseruatio pensionis facta excommunicato non absoluto ad effectum est nulla, c. 5. n. 130. p. 1.

Reseruatarius in cuius persona fuit pensio reseruata an possit valide, eam transferre, & cassationi consentire, etiam sine consensu eius in cuius commodum est, c. 5. nu. 268. & seq. p. 1. & resoluitur affirmatiue.

Reseruatio expirat per collationem secuta acceptatione sine possessione, c. 2. n. 2. p. 4. item & per prouisionem factam cum sola supplicatione, num. 15. si ea est registrata, num. 16 & in forma gratiosa, secus si in forma cũmissoria, vt num. 17.

Reseruatio, non comprehendit beneficium ad quem quis est electus, seu collatum non acceptatum, c. 3. numer. 22. part. 4.

Reseruatio de tali beneficio interim facta etiam motu proprio, non impediret acceptationem illius, non obstante d. cap. si eo tempore, vt c. 3. n. 40. p. 4.

Reseruati nulli sunt menses, respectu Cardinalis Ordinarij collatoris. c. 1. n. 34. p. 5. etiam in beneficiis spectãtibus ad prouisionem prælati & Capituli simul, num. 35. vbi ponitur decisio Rotæ num. 36.

Reseruationes, aliæ dicuntur generales, aliæ speciales, & quæ illæ sunt cap. 1. nu. 56. cum seqq. p. 5. & qui de eis tractent, numero quinquagesimotertio & de tempore quo cœperunt, numero quinquagesimoquarto & quinquagesimoquinto,

Reseruationes speciales, in fauorem aliquorum, maxime mentales, iam non sunt in vsu, capit. 1. numer. 64. part. 5.

Reseruationis potentia, & effectus, à quibus pertractentur traditur, c. 1. n. 112. p. 5.

Reseruatione non continentur Episcopatus, bene tamẽ Abbatiæ c. 1. n. 113. cum seq. p. 5. & ibi de intellectu extrauagantis, ad regimen. & an comprehendantur monasteria nu. 117.

In reseruationib. factis sub ista forma, referamus Beneficia ad cuiuscunque collationem, prouisionem, presentationem, seu dispositionem spectantia, non comprehenduntur beneficia electiua, cap. 1. n. 124. cum sequentibus part. 5.

Reseruatio siue affectio, inducitur Beneficio, per solam appositionem manus Papæ quamuis vtiliter factam, c. 1. n. 137. & sequen. p. 5. & per commendam factam à Papa nu. 140. limita vt nu. 150. 151. 152. 154. 177. 186. & seq.

Reseruatio Papæ facta ad tempus, vel ex certa causa si illa semel affecit, Beneficium semper manet affectum etiam post tempus, c. 1. n. 144. p. 5.

Reseruatio Beneficij non euanescit per collationẽ Papæ inualidam, nec potest Ordinarius illud conferre, c. 1. n. 145. p. 5. amplia vt n. 147.

Reseruationes plures inducuntur per regulas Cancellariæ, quas summi Pontifices facere solent suo tempore duraturas, cap. 1. num. 190. p. 5. de quibus hic agendum est, num. 191.

Reseruationes extrauagantis ad regimen innouãtur, c. 1. n. 192. vsque ad n. 196. p. 5. ad cuius effectum non sufficit ius ad rem sed in re, n. 197. quod intellige, vt n. 198. cum seq. & verba extrauagantis, ibi declarans nihilominus & illa, &c. ea etiam Beneficia declarantur, num. 200. cum seq.

Reseruatio de Beneficiis de quibus Ordinarij contra Concilij Tridentini decreta disponunt, in quibus amplificari possint traditur, c. 1. n. 209. p. 5. & limita in Beneficiis de quibus Patroni disponunt n. 210. & intellige, vt num. 211.

De Reseruatione Ecclesiarum cathedralium & monasteriorum qui tractent, cap. 1. num. 212. p. 5. & ad quos olim Episcopatuum prouisio pertineret, num. 213. remissiue.

Reseruatio Pij V. de qua c. 1. n. 221. & seq. p. 5. an comprehendat Beneficia spectantia ad collationem Episcopi & Capituli simul, & non comprehendere resoluitur, cum Gabriele, c. 1. n. 223.

Reseruatio Pij V. quia personalis spirauit cum ipso. c. 1. n. 224. cum seq. p. 5. quam non fecit Greg. XIII. sed successores Pij V. vt n. 228.

Reseruatio de qua hic locum habet si ad Episcopũ solum spectaret electio, nominatio, quamuis collatio & institutio ad alium pertineat, seu sit communis, ca. 1. n. 238. part. 5. non tamen è conuerso, vt nnmer. 231. cum sequentib. vbi ponitur decisio Rotæ quæ confirmatur, vt numero 233.

Reseruatio, an habeat locum vbi simultanea est prouisio diuisa per turnos, c. 1. nu. 234. cum seq. p. 5. resolsitur, quod non, nec habet locum vbi collatio Beneficium, spectantium alias ad collationem Episcopi, Sede Episcopali vacante spectat ad aliquem nec reseruaretur futuro successori, n. 244.

Reseruatio regulæ 30. de impetrantibus includit Beneficia, ad quæ familiaris habebat ius ad rem, cap. 1. num. 278. & sequent. part. 5. limita & declara, vt numer. 280. & 281.

De

De Reseruatione Beneficiorum collectorum, & Subcollectorum, remissiue, cap. 1. n. 344. p. 5. & vide supra verbo beneficia collectorum.

Reseruatio regulæ 5. non continetur in extrauagenti, ad regimen licet contineatur in corpore iuris, & qui sint de ea videndi, c. 1. n 386. p. 5.

Reseruationes Beneficiorum curialium dū curia transfertur, qualiter intelligantur traditur, c. 1. à nu. 387. cum seq. p. 5. & à n. 391. cum seq.

De Reseruatione Beneficiorum Cubicularioru, & cursorum Papæ ad regulam 6. qui sint videndi traditur remissiue, c. 1. n. 397. p. 5.

De Reseruatione Beneficiorum Ecclesiarum Sancti Ioannis Lateranen. Sancti Petri, & aliarum, & titulorum Cardinalium, à Curia absentium, agitur, c. 1. num. 401. p. 5. & an hæc regula sit superflua, num. 402. & de quib. Episcopatibus intelligatur reseruatio facta n. 403. cum seq.

Reseruatio sine decreto, an liget manus ordinarij, ita quod eius collatio non valeat, cap. 1. num. 408. part. 5. & quid cum decreto ante notificationem, num. 409. & an non solum inficiat titulum, sed etiam & possessionem, aut omnia, numero 410. & quid si decretum ponatur in literis de beneficio vacante in mense ordinarij, numero 437.

Reseruatio mensium Apostolicorum, & alternatiua pro Episcopis residentib. traditur, cap. 1. à num. 438. cum seq. p. 5.

Reseruatio semper censetur præcedere, contingente eadem die vacatione Beneficij, in mense reseruato, & prouisione ordinarij, nec non reseruatione nostræ regulæ, cum aliis regulis factæ: etiam si prouisus ab ordinario anteriorem possessionem haberet, quia tota dies comprehenditur in regula, c. 1. n. 443. p. 5.

Reseruatio regulæ locum habet in beneficiis vacantib. in mensib. Apostolicis, non solum vna vice, sed etiã plures c. 1. n. 538. p. 5. Et de verbis regulæ ibi, ad suæ voluntatis beneplacitum, n. 539. remissiue.

Reseruatio expressa sicut non cadit in beneficio iuris patronatus laicorum, & mixti, ita nec tacita ex appositione manus Papæ, c. 1. n. 591. p. 5. vbi decisiones Rotæ ponuntur.

Reseruatio hæc est personalis, & sic cum conditore expirat, maxime quia est facta ad suæ voluntatis beneplacitum, quod morte expirat, c. 1. n. 643 & seq. p. 5.

Residere vbi debeat habens duo beneficia vnita æque principaliter, vide verbo beneficia duo habens.

Residentia in omnibus beneficiis etiam simplicibus de iure requiritur, c. 2. nu. 1. p. 3. exceptis præstimoniis, nu. 2. De consuetudine tamen generali, in simplicibus residentia non requiritur, n. 3. Et resolutio Rotæ, n. 4. 5. & 6. vsque ad 9. Quæ autem beneficia requirant personalem residentiam, & de causis excusantib. ab ea, & qui de ea tractent, n. 13. 14. & 15.

Residere quomodo teneantur Episcopi, & Curati, & quanto tempore abesse possint traditur remissiue, c. 2. nu. 18. p. 3.

Residentiæ obligatio, an solum procedat in habentibus vere curam animarum, aut beneficia curata, an etiam in habentibus exercitium Curæ, c. 2. n. 163. cum seqq. p. 3. & resolutur affirmatiue.

Residere in Canonicatu, an teneatur habens Canonicatum & Monasterium in commendam c. 2. numer. 183. par. 3.

A residentia excusatus, non lucratur fructus, qui non lucrifiunt in absentia, misi in casibus à iure expressis, c. 2. n. 340. p. 3.

Residere tenentur, non solum obtinentes in Ecclesiis Cathedralib. & Collegiatis Dignitates, Canonicatus, aut Portiones, sed etiam Mansionary ac Capellani, & obtinentes alia beneficia perpetua, & habentia annexum seruitium in choro, c. 2. n. 475 p. 3.

Residere, an præsumatur quis in loco, vbi alias residere tenetur, c. 1. n. 503. p. 5.

De Residentia Episcoporum, ad alternatiuam regulæ ista c. 1. n. 686. p. 5.

Residere in sua Diœcesi, an dicatur Episcopus existens in loco exempto suæ Diœcesis, ita vt gaudeat alterratiua, c. 1. nu. 703. cum sequentibus par. 5. & resoluitur negatiue.

Resignans beneficium reseruata pensione cum habeat ius ad illud incompatibile, debet facere mentionem de obtentis & de illo ad quod habet ius, cap. 5. num. 90. & sequentib. part. 1.

Resignans tenetur ad soluēdum pensionem stante clausula, quod non possit resignare, in fauorem alicuius, nisi facta pensionario intimatione, ac facta obligatione per resignatarium, c. 5 n. 184. & seq. p. 1.

Resignans, an stante quod pensio reseruata sit in totum nulla, possit redire ad beneficium, & sit restituendus ad possessionem disputatur, cap. 5. num. 434. cum sequentibus par. 1.

Resignatarius non obstante consensu & approbatione iuris resignationis, potest dicere de nullitate pensionis, si vult probare non ius, vel falsitatem causæ, c. 5. n. 514. p. 1. vbi ponitur decisio Rotæ.

Resignans beneficium à quo tempore desinat lucrari fructus, c. 1. n. 125. p. 2. & resolutio traditur, nu. 126. cum sequent.

Resignans, an faciat fructus suos, perceptos ante scientiam admissionis resignationis, c. 1. nu. 133. cum seq. p. 2. resolutur negatiue.

Resignans dicitur possidere, & potest insistere possessioni donec beneficium resignatario in forma digna adquiratur, cap. 2. num. 139. part. 2. & ratio traditur nu. 141. & 142.

Resignans in Canonicatibus & Præbendis, quorū fructus residendo lucrifiunt, tandiu eos lucrabitur, quandiu licite insistit possessioni, & residet, capit. 1. numero. 196. part. 2.

Resignare libere beneficium aliquis ad cuius titulum ordinatus quare prohibeatur, ratio traditur, ca. 5. n. 197. par. 2.

Resignare beneficium sacris initiatus vllo modo potest etiam si ad illius titulum non sit promotus, misi aliunde habeat vnde viuere possit, vt in Constitutione Pij V. c. 5. n. 198. p. 2. Quã intellige, vt n. 199. Et quid in curia seruetur n. 200. cum seq.

Resignans, si moriatur in Curia infra 20. dies licet prouisio per resignationem non teneat, ex regula de iis firmis, beneficium tamen est reseruatum & affectum Papæ, c. 1. num. 158. & seq. p. 5. contrarium traditur, num. 160. cum seqq.

Resignans, in Curia in fauorem, seu conditionaliter scienter nulliter, beneficium vacat per dictam resignationem & sic manet reseruatum & affectum Papæ. c. 1. num. 170. p. 5 reprobata sententia Gulielm, nu. 171. cum seq.

Resignans reseruata pensione, an possit impedire resignatarium, ne capiat possessionem beneficij resignati, & possessionem captam per dictum resignatarium, pendente appellatione ab ipso resignāte interposita, & an id dicatur esse attentatum, c. 2. n. 133. p. 6. Resolutur esse attentatū, si de facto impedit, vel opponendo friuolam exceptionē, n. 134. Et decisio Rotæ n. 135. cum seq. & reprobatur Flores, n. 138. ponitur q. resolutio signaturæ, n. 139. &

reprobatur Gonçalez,n.140.

Resignantem num tempore datæ, sit necessarium probare, aliunde habere congruam, an vero sufficiat quod eam habeat tempore executionis gratiæ,disputatur,c.2. à n.276.p.6. & resoluitur satis esse, quod de ea constet tempore executionis,n.277.

Resignatio valida est etiam stante clausula, quod alias resignatio censeatur facta in fauorē pensionarij, si ille non agit ad beneficium, c.5. n.186. p.1. quæ solet poni in pensionib.pro Palatinis.n.187.

Resignatio beneficij in fauorem scholaris,cum Clericus factus fuerit, sortitur effectum si resignans ante caracterem susceptum moriatur,licet secus in translatione pensionis,c.1.n.132.& 163.p.2.

Resignatio vbi conditionalis est in fauorem,potest resignans incumbere possessioni,& omnia pertinentia ratione beneficij exercere,donec resignatarius capiat possessionem secundum Flamin.Paris. c.1.n. 142. p.2. Sed id est falsum n.143.vsque ad n.155.

Resignatio facta ab eo, qui non habet vnde viuere possit,etiam de beneficio ante Concilium obtento, est nulla, ca.5.n.195.p.2.& amplia,vt n.196.

Resignatio cum est expedita in forma gratiosa, tunc narratiua de congrua debet esse vera tempore datæ,cap. 1.n.282.p.6.

Resignans beneficium in fauorem alterius in forma dignum,qui non fuit repertus idoneus, non potest redire ad beneficium,sed remanebit vacans libere per resignationem, quia scire, vel nescire debuit illum non esse idoneum, nisi probaret diligentiam adhibitam, aut iustam ignorantiam, &c. & si resignauit reseruata sibi pensione, non valebit etiam reseruatio, c. 3. numero 38. p. 11.

Resignans beneficium in fauorem alterius reseruata sibi valida certa pensione,non alias,& reseruatio fuit nulla,ob expressionem maioris valoris beneficij factam ab ipso resignante scienter,& sic culpa sua,non poterit redire ad suum beneficium,sed ius ab eo abdicatur,nec tenebitur successor in beneficio ad solutionem pensionis,quamuis resignatarius qui consensit, non possit excusari ab eius solutione,nisi fuerit in errore iusto,c.3.numero 39. p.11.

Resignans in fauorem,seu conditionaliter,quoties sciēter nulliter resignat,per talem resignationem ius abdicatur ab illo,c.5.n.36.p.11.ex quo procedit,quod tradit Zaallos citatus n.37.

Resignatarius,quando non habuit collationem,nec bene,nec male,aut eam non habuit ab executore deputato, tunc enim,& si infra tempus apprehenderet possessionem, non satisfaceret constitutioni Gregory XIII. c.3. §.4.nu. 326.pa.11.quamuis ad publicationem non sit necessarium factam esse collationem ab executore, n.327. at vbi virtute resignationis, & literarum facta esset collatio resignatario per executorē, siue bene,siue male,siue valide, siue inualide,& successiue apprehensa possessio infra tempus datum dicta constitutione, non videtur illa intrare, n.328.

Resignatarius,seu cessionarius,virtute clausulæ,siue alio quouis modo, potest capere beneficium tunc vacans per obitum alterius,quamuis resignans,seu cedēs nullum ius in eo haberet,c.1.nu.33.p.11. Et præfertur alteri qui postea impetrasset per obitum, etiam ab eodem, contra Rebuffum, num.34. si quis velit capere beneficium per dictas clausulas generales, obstabit regula de mense, si vacauit in mense reseruato,nec est alias alia ratione reseruatum, quia erat necessaria expressio mensis, numero 35.

Resignationem alicuius volentis in eius manibus beneficium suum resignare,vt de eo prouideat, non potest recipere,qui solum habet potestatem conferendi,vt executor datus ad prouidendum de beneficijs vacantibus, si hoc ei nominatim esset iniunctum, c.3. §.3. numero 261. p.11.

Resignatio etiam causa permutationis publicari debet iuxta constitutionem Gregor. XIII. & eius formam,per quam constitutio Pij V. fuit in totum abrogata,c.3 §.4.n. 273.p.11. & summa d.constitutionis Greg.ponitur num. 274.

Resignatio etiam pura esse debet,non solum à pecunia, sed etiam ab omni pactione,debet enim esse libera,& sine vllo pacto,modo,vel conditione,alias simoniaca est,& nulla,c.3.§.2.n.145. p.11. quamuis non est confidentialis resignatio beneficij facta cum pacto, quod resignatarius suffragatur resignāti,vel alteri in aliqua electione,committitur tamen simoniaca,n.146.

Resignione facta ex causa permutationis, seu in fauorem,non facta mentione, seu suspensione vnionis,an statim subintret vnio,c.4.à n.33. p.11. resoluitur negatiue, nisi sit facta sciēter,quamuis in resignatione simplici statim subintret, iuxta quæ accipitur declaratio Sa.Cōgregationis adducta:& ista procedunt in vnione de beneficio certo.seu beneficiis certis,per quam acquiritur ius ad tale beneficium,saltim ad rem, n.37. vnio vero de beneficio primo vacaturo non capit beneficium resignatum ex causa permutationis,seu in fauorem,n.38.

Resignatio facta cum pacto, quod resignatarius faciat omnem impensam in admissione, & expeditione literarum pōsionis pro resignante, est simoniaca,etiamsi postea retineat in primo termino solutionis pensionis, contra Flamin.Paris. nisi fiat cun beneplacito Papæ,c.3. §. 2.n. 147.sequent.p.11.

Resignationem non potest admittere vicarius Episcopi,nisi habeat speciale mandatum,cap.3. paragr.3.n.255. part.11.

Regnationes potest admittere Capitulum sede vacante,contra Rebuffum,c.3.§.3.num.256. & sequent. par.11. quod procedit non solum in resignatione, quæ fit in resignantis pœnam,sed etiam in qualibet resignatione, contra Flamin.Paris.n.258.cuius rationi respondetur n.sequent.procedit etiam in beneficiis spectantibus ad collationem solius Episcopi,n.260.

Resignatio si fiat alicuius beneficij in fauorem filij clerici, reseruata tamen pensione resignanti super beneficio patris de consensu eius, an intret Decretum Concil. Trid sess.25.de reformatione,c.15.vers.ad hæc,c.3.n.87. p.7.vbi resoluitur intrare,& ponitur declaratio S.Congreg.

Resignationi authoritatem non interponi, qui iure speciali beneficium confert,quoniam destituere non potest,c. 3.§.3.n.262.p.11.

Resolutio Rotæ, quod à concordia in beneficialibus,licitum est recedere ante beneplacitum Sedis Apostolicæ, c.5.n.138.p.2.nec recedens tenetur ad expensas alterius partis,n.239.

Responsum Ripæ approbatur, electionem factam sub illa conditione, si placuerit Summo Pontifici,irritam fieri,quamuis contra eum teneat Cuchus,c.1.2.p.7.

Restitutio distributionum quotidianarum, seu grossæ Canonicatuum, quæ Canonici alias choro interessentes amittunt, ob non recitationem, fabricæ & pauperibus, non vero aliis Canonicis facienda est,cap.1. num.35.cum seqq.part.3.

Restitutio fructuum amissorum ob non susceptum ordinem intra tempus,cui sit facienda traditur,c.4.num.59. part.3.

In Restitutione fructuum facienda per condemnatum, detrahenda est quantitas pensionis antiquæ solutæ, licet non illius

non illius quam ipse conferit, capit. 5. numero 238. part. 1.

Restituendi obligatio est, si eligat aut præsentet dignum omissio digniori in Episcopatibus, & beneficiis curatis, & aliis quæ ex aliqua lege, vel constitutione danda sunt dignioribus, & magis idoneis: nam cum beneficia sint instituta propter seruitium Ecclesiæ, constitutio illa, quæ est iuris humani, quod dentur dignioribus, & magis idoneis, facta videtur in fauorem Ecclesiæ, vt ipsa habeat meliores ministros, & non in fauorem ipsorum, ministrorum, &c. c. 16. n. 43. p. 7. Et confirmatur exemplo domini, qui suo operi præciperet eligi operarios magis idoneos, &c. n. 44. Et idem dicendum est in cathedris, & aliis officiis publicis, quæ ex lege, seu ordinatione debent dari dignioribus. n. 45.

Restituendi obligatio non est in beneficiis sine cura, in quibus non est peccatum digniorem dimittere, ca. 16. n. 42. part. 7.

Restitutio an competat minori in beneficialib. vide supra verbo, renuntiare beneficio, el primero.

Reuocatio in beneficiis manualibus fieri potest sine causa, malitia tamen cessante, c. 2. nu. 88. par. 1. non obstante regula de triennali, num. 89. quidquid alij dicant, numero 90.

Reuocatio procuratoris constituti ad resignandum ex causa permutationis, vel alias etiam cum iuramento valet c. 5. n. 235. p. 2. contra aliquos relatos, n. 236. quod intellige vt n. 237.

De Reuocatione procuratorum constitutorum ad resignandum beneficia, & de illius intimatione necessario requisita, ac de illius materia, agitur remissiue, cap. 8. num. 180. p. 5.

S

Sacrilegi an sint priuati seu priuandi beneficiis, resolutur esse priuandos per sententiam; nam est graue delictum, & depositione dignum, c. 10. §. 2. numero 173. p. 11.

Sacrilegi autem insequentes, percutientes, aut capientes Cardinalem, sunt ipso iure priuati beneficiis, c. 10. §. 1. n. 175. p. 11. & percutientes, aut capientes seu bannientes Episcopũ, n. 176. & etiam procurantes capi Ecclesiasticos, vt suis renuntient beneficiis, aut ne citati vadant ad Curiam Romanam, n. 177. quamuis alias percutientes clericum non sunt priuati, nec regulariter priuandi beneficiis, sed incurrunt excommunicationem canonis, si quis suadente diabolo, n. 178. de cuius canonis excommunicatione qui sunt videndi, n. 179. qui de sacrilegis generaliter, n. 180.

Sacrilegi sunt infames, & impediuntur promoueri, c. 10. §. 2 n. 174. p. 11.

Sanctam Congregationem apparet sentire, quod capitulum sede vacante, etiam stante Concilio, non possit facere collationem parochialium, in quocumque mense vacarent, etiam seclusa reseruatione beneficiorum vacantium sede Episcopali vacante, quæ tempore factæ declarationis Tolet anæ non stabat, c. 2. n. 115. ad quod facit alia declaratio adducta n. 116. p. 9.

Schismatici huiusmodi non videntur absolute, & in vniuersum excommunicati iure antiquo, quicquid aliqui dicant, nam cap. licet de electione loquitur in casu particulari, c. 10. §. 1. n. 113. p. 11. nec cap. firmissime de hereticis probat contrarium, n. 154. nec etiam excommunicantur in cap. de liguribus, 23. q. 4. nec in c. 2. de schismaticis, nu. 155. nec etiam in cap. nulli 19. dist. nu. 156. nec in c. 1. de schismaticis, n. 157. Sed quidquid sit iam in bulla Cœnæ casu 1. excommunicantur absolute Schismatici, n. 58.

Schismatici non possunt etiam de iure antiquo conferre beneficia, c. 10. §. 1. n. 159. p. 11. quamuis videatur valere collatio ratione publici officij facta a schismatico occulto & tolerato, n. 160.

Schismatici non possunt sine dispensatione obtinere beneficia, etiamsi ad Ecclesiæ vnitatem redirent, sed chismaticus etiam ad vnitatem Ecclesiæ reuersus de iure communi ineligibilis, inhabilis, & irregularis remanet, c. 10. §. 1. n. 161. p. 11. Quod videtur posse intelligi de schismatico publico, secus de occulto, maxime emendato & conuerso, qui non videtur inhabilis, seu irregularis, n. 162. & an requiratur dispensatio Papæ, an vero sufficiat dispensatio Episcopi, a n. 163. resolutur requiri dispensationem Papæ cum Abbate, licet alias aliter dicat.

Schisma si est sine hæresi, non videtur ius expressum, vbi ipso facto priuentur beneficiis schismatici, c. 10. §. 1. n. 151. p. 11. respondetur cap. nos consuetudinem, 12. dist. & cap. quia diligentia de electione allegatis, n. 152.

Schisma vbi est cum hæresi, dicendum est idem de schismaticis, quod de hereticis & sunt ipso iure schismatici priuati beneficiis vt hæretici, & vt tales etiam sunt excommunicati iure antiquo, c. 10. §. 1. n. 150. p. 11.

Scholastria, de cuius origine, & officio remissiue, conferenda est Doctori, vel Magistro, aut Licentiato in Theologia, aut in iure canonico, & alias prouisio est nulla ca. 7. nu. 34. p. 7. Sufficit autem quod sit graduatus in qualibet vniuersitate approbata, licet non sit ex illis, quæ essent in illa regione, in qua esset scholastria ex S. Congregatione, n. 35.

Scientia & patientia ad adquirendam possessionem, non requiritur si ille in cuius præiudicium dicta quasi possessio adquiritur non est in possessione illorum iurium, traditurque ratio, c. 5. n. 121. & seq. p. 5.

Scientia & patientia illius, de cuius præiudicio agitur, an præsumatur, relinquitur arbitrio iudicis, c. 5. n. 129. & seq. p. 5.

Scientia & patientia, ex lapsu longi temporis probatur, c. 5. n. 131. p. 5. etiam respectu Episcopi, quia tenetur visitare, n. 132.

Scientia ex coniecturis colligitur & probatur, c. 5. nu. 133. p. 5.

Scientia & patientia præsumpta sufficit ad adquirendam quasi possessionem, & ex præsumpta scientia, infertur ciuilis possessionis amissio cap. 5. n. 134. cum seq. p. 5. & scientia officialium sufficit, vt n. 136.

Scientia Archiepiscopi vtrum præsumatur in vacatione beneficij in diœcesi suffraganei, & ei currat tempus, c. 3. à n. 21. p. 10.

Scientia ea requiritur in beneficiis, quæ aliquem ordinem habent annexum, quæ necessaria est in ordine annexo, c. 7. n. 11. p. 7.

Scientia præsumpta sufficit contra patronum, nec id negant qui dicunt non sufficere scientiam interpretatiuam, c. 2. n. 32. p. 10. & ad decisiones Putei, & Mohed. in contrarium citatis respondetur, quod in proposito non agitur de omissione, vel priuatione iuris conferendi, vel præsentandi absolute, sed solum pro ea vice, quod non est maximi præiudicij, immo sufficit scientia præsumpta, etiamsi sit narrata in gratia, n. 39.

Scientia, seu litteratura in beneficiando requiritur, c. 7. n. 1. & illiterati ab ordinibus etiam repelluntur, n. 2. de qua scientia, & literatura ad beneficia, & ordines requisita, qui sunt videndi, n. 3.

Scientia vnius patroni non nocet alteri, ex Rota, c. 2. n. 40. p. 10. & ius præsentandi etiam in vno ex patronis, qui non habuit scientiam, conseruari potest aliis: propter scientiam exclusus, ex Rota, cuius resolutio ponitur, numer. 41.

GARCIA de Benef.

Scire exactè non requiritur ad primã tonsuram & beneficium simplex, sed parum sciens, & parum construens est habilis, c.7.n.7.p.7.

Scire legere & scribere, licet ad primam tonsuram solum requiratur, tamen ad beneficium, etiam simplex, maior sufficientia requiritur, nempe quod sciat legere, construere, & cantare, c.7.num.4.pa.7. Imo videtur sufficere quod sciat legere, & construere, vt est praxi receptum, & quod dicitur de cãtu, procedet in beneficio seruitorio, modo requirat seruitium personale, quamuis nec in his soleat multum curari de cantu, nec in eo fieri examen, quia vsu & exercitio addisci solet, numero 5. & 6.

Secularia beneficia, quamuis de sua natura sint perpetua, c.2.n.70.p.1. tamen per Papam, non vero per inferiorem, possunt ad tempus concedi, n.71. Et ex fundatione possunt esse temporalia, & ad nutum amobilia, numer. 72. licet Nauar. contra teneat, numer. 73. qui tamen admittit posse esse temporalia per Papam, seu immemorialem, n.74.

Secularia beneficia, etiam ex constitutione, vel statuto possunt esse temporalia, seu manualia, ca.2.n.75.p.1. licet Nauarr. contra sentiat, n.76.

Sede Apostolica vacante omnes menses sunt Ordinarij, & tunc Ordinarij possunt prouidere de beneficijs vacantibus in quolibet mense, ante factionem regularum Cancellariæ cap.1.nu.645.par.5. nisi alias sint affecta, ve n.646.

Separatio tertiæ partis fructuum pro distributionibus facienda, ex Decreto concily Triden. non est ita facienda, vt fiat necessario dismembratio bonorum, sed sat est, si valor tertiæ partis fructuum ponatur pro illis, c.2.num. 466.part.3.

Semestre ad impetrandas literas virtute breuis, currit à die adeptæ possessionis, & non antea, c.3.n.163.p.6. quod intellige, vt nu.164. & seq. & an eo elapso, possit postea quandocunque expedire antequam sit tertio ius quæsitum, n.166. & resoluitur affirmatiue: & an beneficium eo ipso vacans, à solo Papa prouideri possit: an ab Ordinario, à n.169. & resoluitur ad solum Papam pertinere, à n.171.

Seminare intra vas, si vir illud non penetrat, non videtur sufficere ad contrahendum impedimentum incestus, & idem ad rationem adulterij, & diuortij, saltim respectu viri, cap.3.n.103. quamuis sufficiat ad contrahendam affinitatem, n.104. & ad consummationem matrimonij, n.105.

Sententiæ latæ contra vnum coadiutorem, an noceant secundo, & an latæ contra coadiutorem noceant coadiuto, ca.5.n.127.p.4.

Sententia Adiutoris Cameræ super executione breuis non tollit quin sit apponendum sequestrum lata prima sententia per Rotam in petitorio, & etiam in possessorio, cap.3.n.149. cum seqq.p.6.

Sensus moralis in scriptura, non probat aliquid esse de iure diuino, c.2.n.17.p.1.

Sententia Aegidij vera videtur, quod quando plures modi vacandi copulatiue narrãtur, omnes debent, saltim de facto verificari, contra alios, c.1.n.49.

Sententia improbatur multorum dicentium Episcopum posse dispensare cum bigamo in minoribus, saltim vbi maxima causa esset dispensandi, aut quoad vsum susceptorum, c.6.n.13. & 14.

Sententia Mascardi de probationibus concluſ.991. alias.n. 10. procedet quoad solemnitates requisitas ad actum enuntiatas, saltim in genere in literis Episcopi, cap. 4.nu.38. Ex qua ratione præcipuè procedit decisio Rotæ enulr.11. d ie ure patronatus in nouis, aliàs 423. quæ ad præsentationem probari per solam narrationem Episcopi factam in literis institutionis, quia factum præsumitur solemniter actum, nisi contrarium probetur, quam sequuntur relati, n.39. & intelligitur in Episcopo narrante de facto coram eo, non autem in vicario asserente de facto coram Episcopo, ex Rota n.40. quæ tamen intelligentia non videtur certa, & difficultatem patitur, ex aliàs dictis, n.41.

Sententia prima lata contra possessorem apud Curiam parochialis sequestrabitur, non obstante constitutione Pij V. quia loquitur in prima sententia ordinarij, c.2.§.1.n. 248.

Sententia Suarez dicentis ex vi extrauagantis cum detestabile de simonia non incurri ipso facto censuras quæ in antiquioribus iuribus erant tantum ferendæ: at depositio non incurritur ipso facto, c.1.n.42.

Sequester beneficia confert, & præsentat, c.6.n.1.p.5. siue ius patronatus sequestretur de per se, siue vniuersitas in qua continetur, n.2. quamuis alij contra nu.3. & alij voluntarium sequestrum à necessario distinguant, nu.4. & e. contra Zechum n.5.

Sequester, an colligat fructus nomine alieno & sic non possit præsentare sicut creditor pignoris examinatur, c.6. n.6. cum seqq.p.5.

Sequester beneficia confert, data prius in eo capacitate. scilicet, si clericus est, secus si laicus, cap.6, n.13, par.5, & idem in præsentatione, n.14. quando ius præsentandi pertinet ad Ecclesiam, seu beneficium, nu.15. & quando laicus deputatur sequester Prælaturæ, seu beneficij, solum censetur deputatus ad temporalia, nu.16. & de materia sequestri, n.17.

Sequester voluntarius possidet, necessarius vero non, secundum communem, ca.6.n.18.par.5. licet alij aliter teneant, n.19.

Si sequestratio Ecclesiæ, de qua contenditur non sit facta, & pendente lite vacatio acciderit beneficij pertinentis ad collationem, vel præsentationem illius Ecclesiæ, Quis debeat tunc conferre, dubitatur & resoluitur, c.6. à n.20. cum seqq.p.5.

Seruitium ad augendum, licet iuxta decisionem Marsicanam positam, p.12.c.3.n.4. requiratur quod probetur aliquos parochianos decessisse sine Sacramentis ob multitudinem incolarum, & ministrorum paucitatem, obiter aduertendum est S. Congreg. contrarium censuisse, vt in declaratione posita. nu.9. cui standum est, quamuis Rota eam intelligat, Episcopum ita posse ex officio, si sibi extraiudicialiter videbitur ita esse opus, & arbitretur, &c. vt in resolutione positum, n.10.

Simonia committitur, cum prouisio beneficiorum sit pretio, seu mercede aliquoque pacto, modo, seu conditione, & non gratis, p.8.c.1.n.1. & 2.

Simonia facta prouisio beneficij vtiatur, & est nulla ipso iure impediente illius acquisitionem, p.8.c.1.n.3. etiamsi simonia sit facta ignorante prouiso, contra Felin. & alios, n.4.

Simonia mentalis non inducit nullitatem, nec obligationem restituendi, quia nec ex natura rei, nec ex iure naturali, aut diuino, simonia eam inducit, quia nulli fit iniustitia, cum voluntariè hinc inde detur, nec de iure humano ea introducta est in simonia mentali, sed solum in exteriori, p.8.c.1.n.54. & reprobatur sententia Lessij & Suarez, n.55.

Simonia mentalis non inducit nullitatem, nec simoniacus mentalis tenetur ad resignationem, vel restitutionem, p.8.c.1.nu.45. Itcet contra teneant aliqui citati, numero 46.

Simoniaca prouisio est nulla ipso iure, etiam in eo qui acquisiui

acquisiuit beneficium per simoniam cum consiliario, seu amico commissam, ipso prouiso, & etiam collatore ignorantibus, nisi factum esset in fraudem prouisi, p. 8. c. 1. n. 8. Et etiamsi collator alias esset collaturus, si etiam fuit motus consilio, vel intercessione illius, n. 9.

Simoniaca prouisio est nulla, licet ad beneficium per huiusmodi simoniam quæsitum antea ius haberet, contra Nauarr. p. 8. c. 1. n. 13. & tunc non solum vitiatur confirmatio, seu institutio, sed etiam amittitur ius ad rem ex electione, seu præsentatione, n. 14.

Simoniaca prouisio est nulla, quamuis illa simonia fuisset commissa cum vno ex multis electoribus, præsentatoribus, aut collatoribus, quorum maior pars, alias eum elegisset, p. 8. c. 1. nu. 10. Sed contra videtur decisio Rotæ Farin. 103. vbi quid præsentatio simoniaca vnius patroni non vitiat præsentationes aliorum, num. 11. concordia, n. 12.

Simoniæ materiam, vide per DD. relatos, p. 8. c. 1. num. 123.

Simonia in beneficiis solum est de iure positiuo secundum Canonistas, c. 2. n. 8. & 9. p. 1.

Simonia est dari pecuniam pro præceptoria Ordinis Sancti Iacobi Alcantaræ, & aliorum, c. 4. numero 7. p. 1.

Simoniæ an committatur & confidentia per promissionem factam à Titio, de soluendo ex suo pensionem, constitutam super beneficio Ioannis ad fauorem Meuij resignatis suum beneficium, in fauoram ipsius Titij, c. 5. n. 57. vsque ad n. 63. p. 1.

Simonia est conuenire Canonicos inter se, vt quicunque eorum eligatur in Vicarium, sede vacante teneatur diuidere salarium aliis Canonicis, c. 7. numero 16. p. 5.

Simoniace prouisio beneficij facta, non solum est nulla, sed etiam simoniaci inhabiles sunt ad illud, p. 8. c. 1. numero 56.

Simoniacus in beneficio, non est ipso iure suspensus, vt simoniacus in ordine, sed solum excommunicatus, c. 1. n. 70. pag. 70. tamen hodie sunt inhabiles ad beneficia quæcumque ex constitutione Pij V. etiam in foro conscientiæ, contra Nauarrum, nu. 71. & 27. Non tamen ex eo simoniacus potest dici irregularis, sicut nec confidentiarius n. 73.

Simoniaci infames sunt infamia iuris, c. 1. num. 57. p. 8. Non tamen ipso facto, sed cum per sententiam de hoc crimine fuerint damnati, secundum Abb. contra aliquos dubitantes, à n. 58. Et videtur non sufficere esse sequutam sententiam super crimine simoniæ, nisi in ea imponatur pœna infamiæ, saltim si ad alias pœnas est processum, n. 61.

Simoniaci redduntur inhabiles ad alia quæcunque beneficia, c. 1. n. 62. p. 8. etiam in simonia conuentionali, secundum rotam, n. 63. pro quo facit, quod simoniacus, etiam in beneficio est irregularis, secundum aliquos, & committentes confidentiam, nu. 64. & 65. Sed id de iure communi difficultatem habet etiam simonia reali, præcipuè quia ista inhabilitas non videtur in fine expressa, num. 66. Quamuis ob simoniam etiam conuentionalem, seu pactum simoniacum quis reddat se indignum ad acquirendum beneficium, n. 67. & contrarium tenent alij, num. 68. nec est verum illud de irregularitate, numero 69.

Simoniacos non esse illos qui coacti dant sportulas pro collationibus, æquum videtur, & praxi consentaneum, quia non possunt resistere, dummodo voluntarie non dent nec etiam soluentes Capitulo in admissione ad possessionem, quod solum consuetum est, c. 1. numero 39. p. 8. Maximè in foro conscientiæ, modo non dent pretio, nec pro causa principali, & immediata beneficij, seu possessionis, n. 94. & sequenti, & licet prouisio simoniace facta etiam cum ignorantia, & bona fide est nulla, id procedit quando beneficium est acquisitum per simoniam directè, secus in proposito, vbi non est simonia directè, numero 97. & sic nullitas actus est pœna propriè, quæ cessante peccato simoniæ debet cessare, numero 98.

Simoniam & confidentiam induci ex mutuo, quando adest pactum tacitum, siue expressum, cessante vero pacto non, c. 3. §. 2. num. 170. p. 11. Quamuis aliqui tenuerint ex mutuo non committi confidentiam etiam stante pacto. Quæ opinio certa videtur, quando mutuum fuit factum ante resignationem, vel in ipsa resignatione, n. 171. Vnde etiam renuntiantes beneficia reseruata pensione ea spe, & intentione, vt illa statim redimatur, non committit confidentiam, nec simoniam, nisi pactum interuenerit, numero 172.

Simoniam non committi etiam mentalem, quando intentio renuntiantis, vt beneficium alteri detur, & c. non intendit ad id arctare, & obligare, sed vt libere & sponte fiat: at si intendit ad id arctare, non tamen declarat prauam suam intentionem, committitur simonia mentalis, c. 3. §. 2. numero 184. & 185. p. 11. sicuti in simili dicitur de vsura mentali, quæ non est perpendenda ex intentione principali, sed ex eo quod mutuans intendat aliquid sibi dari gratis, vel non gratis, numero 186.

Sodomitæ an sint priuati beneficiis ipso iure, an priuandi: Rebuff. s tenet quod ipso iure, c. 10. §. 2. num. 191. Sed id non est expressum, nec probatur in iure, sed quod sunt priuandi, & deponendi, n. 192. & qui videndi sunt de hoc crimine, n. 193. Nec etiam est expressum in iure, quod sint ipso iure suspensi, aut irregulares, contra DD. n. 194. & seqq.

Sodomitæ si sint clerici, hodie ex constitutione Pij V. omni priuilegio clericali, omnique officio, dignitate, & beneficio Ecclesiastico ipso iure priuantur, & c. & sic sunt ipso iure depositi, & in effectu irregulares, c. 10. §. 2. n. 196. p. 11. Quod procedit etiam in foro interiori saltim quoad priuationem executionis officij, & inhabilitatem, seu irregularitatem, n. 197.

Solemnitas extrinseca, an in exemplatione instrumenti præsumatur ex antiquitate temporis, remissiue, cap. 2. §. 2. n. 187. p. 12. Sed huiusmodi præsumptioni non est locus, vbi ex ipso instrumento apparet de contrario, nempè non interuenisse dictum consensum, seu solemnitatem, alias in actu requisitam, n. 188. & sequenti, vbi adducuntur resolutiones Rotæ.

Solemnitas extrinseca licèt alias regulariter non præsumatur, etiam enuntiata instrumento, quæ tempore actus verisimiliter interuenire non potuit parte opponente, tamen pro decreto, vel actu iudicis, in quo enuntiantur solemnitates, præsumitur, quod omnia sint solemniter acta, nisi contra probetur, c. 2. §. 1. à n. 123. p. 12. Quod intelligitur, quando causæ, & solemnitates requisitæ nominatim, & in specie exprimuntur, secus in genere, n. 116. Sed quod præsumatur etiam pro Decreto, si in genere exprimantur solemnitates, dicendi in communi causa cognita, vel iuris solemnitate seruata, tenent alij, num. 127. & absolute Surdus relatus numer. 128. conciliantur & concordantur, numer. 129. & 130. & declaratur quod ait Menoch. relatus numero 131. & Romanus, & alij, numero 132.

Solemnitas requisita in alienatione rerum Ecclesiæ, non desideratur in constitutione pensionis c. 5. n. 319. vsque ad 321. p. 1.

Solui, an possit pensionario pecunia redemtionis con-

GARCIA de Benef.

e nta ante obtentum beneplacitum Papæ, ca. 5 n.37. & seq.par.1.

Solutio pensionis præsumitur continuata à tempore reseruationis, stante exactione de præsenti, quod intellige, vt c.5.n.480.cum seq.p.1.

Sportulas accipere iudices Ecclesiasticos est contra ius canonicum, c.2.§. 2.n.381.p.1. Et quando detur valere consuetudinem in contrarium, vt tenent relati, n.382. In quo tamen non valeat talis consuetudo, tenet Abb, & alij dicentes communem, n.383. tamen in proposito non est consuetudo præscripta, n. 385. & quod tempus requiratur ad eam, à numero 385. Sed stando in primo fundamento, nulla consuetudo etiam immemorialis excusaret, n.398.

Staphileus dicens in permutatione quæ fit inter beneficiatos de authoritate Episcopi, non requiri consensum patroni, reprobatur, c.3.n.25.p.11.

Status Ecclesiæ vitæ non alteratur per vnionem ad aliam, sed debet in ea more soluto deseruiri, nempe per vicarium perpetuum, si est curata, & si sunt beneficia simplicia, per vicarium temporalem, nisi in Ecclesiis collegiatis vnitis c.2.n.35.p.12. de vnitis verè mensæ Prælati, vel Capituli, seu quoad spiritualia & temporalia, remissiue, n.16.

Statuentes non possunt reuocare statutum à Papa confirmatum, quando concernit fauorem alterius, & quando est confirmatum cum præcepto, quod omnino seruetur, ex Rota, c.1.n. 12.p.12. & de suppressione & extinctione beneficij, remissiue, n. 13.

Statuta, vel consuetudo Ecclesiæ, quæ habet nouiter receptos & possessionem canonicatus, vel præbendæ, teneri soluere aliquid, approbantur per Concilium, quando id in vsus pios cõuertitur, vt in vsum fabricæ Ecclesiæ, &c. c.1.n.85. p.8. quamuis de iure communi commutis esset opinio valere huiusmodi consuetudinem in vsum pium, quando non præcessit exactio; non tamen statuta imponentia onus recepto, vel recipiendo, etiam in vsum pium, n.86.

Statutum de cætero non potuerit fieri, vt aliquid soluatur in vsum pium, nisi fuerit per Papam ex certa scientia approbatum, c.1.n.87. & 88 p.8. Nec potest post Concilium Triden. capi pro rebus piis, quod consueuit capi pro commodo proprio, n.89.

Statutum quod prosequens litem sibi motam super præbēda, post triennalem possessionem habeatur pro præsente difficilis videtur, c.2.n.51.p.3.

Statutum vel consuetudo Ecclesiarum, in quibus vltra tres menses, datur singulis mensibus ipsius Canonicis vnus dies pro tonsione barbæ, an sit reuocatum, c.2.n.245. & seq.p.3. & resoluitur esse reuocatum, nisi in specie confirmatum.

Statutum seu consuetudo, vt præbenda, seu grossa lucri fiat interessendo vna hora, vel duabus, aut minori tempore nouem mensium non valet, cap.2.n.329.par.3. Sed non seruatur in Hispania, n.330. & quid in Ecclesia Ciuitaten. obseruetur, n.331.

Statuta & consuetudines Ecclesiarum, concedentia iubilationem deseruientibus per 40. annos, an sit contra ius, & derogata. per Concilium, c.2.n.344.p.3. & ibi Sacræ Congrega. declaratio ponitur.

Statutum Ecclesiæ Abulen. quod Doctoralis, non procuret, nec acceptet familiaritatem Episcopi, nec ea vtatur, maxime viget, cap.2.n.367. par.3. limita in Portionariis & Canonicis, vt n.279. & 380.

Statutum est in Ecclesia Abulen. quod Canonici adiuuent ad Canendum in choro, capit. 2. numero 523. part.3.

Statutum quod electio siue collatio facta aliquo contempto sit ipso iure, licet non valeat quia est contra ius: valet tamen statutum quod contractus, & alia negotia Ecclesiæ facta non vocatis absentibus, non valeant; cap. 2.n.567.p.3.

Studium generale est, quod est erectum per Papam, Regem, aut Principem, cap.2.n.56.par.3. & inter alia Salmantinum dicitur approbatum n 57. & seqq.

Studium adire, quot possint simul de vna Ecclesia, est arbitrarium, c.2.n.67.p.3.

Studentes in Ecclesiis Cathedralibus, non gaudent dicto priuilegio, de percipiendis fructibus in absentia, cap. 2.n.117.part 3. & quid de Canonico Lecturæ, seu Theologali, n.118. vsque ad n. 122. & quid in Canonico qui in eadem Ecclesia præiudicaturus est, n.123. cum seqq.

Stylus Curiæ facit ius, c.5.§.2.n.254.p.11.

Stylus Curiæ seruat, quod in dispensationibus super impedimento consanguinitatis, affinitatis, cognationis spiritualis, vel publicæ honestatis, fiat mentio de copula, & stylus facit ius etiam in partibus, c.3.n.65.p.8. & ita declarauit S. Congregatio Concily, vt in declarationibus positis, n.66. & aduertis additio Nauarri relata, n.67. & P. Ledesma relatus, n.68.

Stylus Curiæ, vt videatur intrusio, quamdiu quis est intrusus, & percipit fructus indebite, non procedit in impetrante non habente alias bonum titulum, ad cuius vitilitatem, instantiam fuit capta possessio nomine Camera, ante quam ei cessa sit, c.10.§.3.n.240.p.11. Nec etiam in eo, qui se intrusit in aliquo beneficio, tanquam vnio accessorie alteri, & sic non vt titulo, si postea impetraret in titulum, quamuis procederet, si de nouo impetraret vnionem, n.241. nec procedit etiam in bonæ fidei possessore, vt in decisione Rotæ posita, n. 243. Et licet alias contra eam tentum est possidentem beneficium reseruatum ex prouisione ordinarij, etiam cum bona fide, non facere fructus suos, etiamsi reseruatio non sit clausula in corpore iuris, nec de certo beneficio, adhuc tamen potest in eo procedere ad effectum, vt in impetratione nouæ gratiæ non teneatur facere mentionem de fructibus perceptis, nec se super illis componere, &c. numero 243. Et hoc quod dicitur de bonæ fidei possessore, videtur posse procedere, etiamsi tempore impetrationis nouæ gratiæ dubitet, seu habet iam notitiam de suo malo titulo, si statim confugit ad remedium, & ad Papam pro noua gratia, nec fuit in mora, etiamsi interim permaneat in possessione, numero 244.

Stylus erat etiam tempore Sixti V. non conferre beneficia illegitimis, etiamsi alias fuissent dispensati, & sic ratione istius styli tunc videbitur necessarium exprimere dispensationem super defectu natalium in impetratione, etiam quod esset executio dispensationis, c.2.n.76.p.7. vt in decisione Rotæ posita n.77.

Stylus qui stabat tempore Sixti V. non conferendi beneficia illegitimis, etiam si alias fuissent dispensati, hodie non viget, & ideo standum erit resolutioni supradictæ, 2.n.78.p.7. de quo an in secunda dispensatione, seu gratia sit facienda mentio de alia priori, remissiue, numero 79.

Stylus saltim decennalis valet contra legem, etiam canonicam ab initio non receptam, sicut stylus iudicis præscriptus spatio 40. annorum valet, contra ius ab initio receptum, c.1.n.137.p.7.

Stylus Curiæ facit ius, c.5. n.87.p.1. & si facit ius vniuersale, etiam in partibus faciet, vt n.88.

Subcollectorem (cum sit delegatus) non posse alium subcollectorem cõstituere, qualiter intelligatur, accurate traditur c.1.n.359. cum seqq.p.5.

Subcollector si succedentes plures subcollectores deputauit, in aliqua ciuitate, ita quod eodem tempore vnicus tantum

tantum fuit, eorum omnium beneficia sunt reseruata, c.1. nu.365.p.5. secus quando eodem tempore sunt duo, aut plures, n.367. licet vtriusque deputatio valeat, n.368. limita, vt n.369, & 372. Quod intellige siue facta sit vtriusque deputatio simul siue alias, n.370. & seq.

Subcollectorem secundum deputando quis primum tacite reuocare videtur, c.1.n.366.p.3.

Subcollectoris facultas probatur per testes, Collectoris autem, per literas, c.1.nu.376.p.5. ad effectum probãda facultate ad effectum soluendi, nu.377. & intellige, vt num.378.

Subcollector ad eligendum, debet esse deputatus cum omni iurisdictione, nec sufficit esse deputatum vti nudũ ministrum, c.1.num.380.part.5. ad effectum reseruationis.

Subcollector debet esse persona in dignitate constituta & qualificator, alias & deputatio erit nulla & reseruatio cessabit, c.1.n.385.p.5.

Subsidium & excusatum, an sit deducendum de valore beneficij: vt à Nuntio possit prouideri, ca.3.à n.174. par.5.

Substitutus à Vicario, habente facultatem substituendi, potest Vicario substituenti beneficium conferre, quia iure Episcopi conferet non Vicarij, cap.8.num.145. par. 5. Sicut procurator substitutus potest substituentem præsentare, num.146.

Substitutus à vicario habente facultatem recipiendi resignationes, & beneficia conferendi, potest conferre beneficia substituentis resignantis, capit.8.num. 147. part.5.

Subrogatio gratiosa (quæ est dum ipse Papa subrogat) habet vim breuis de capienda possessione, & tbi quæ dicatur subrogatio rigorosa, c.4.n.1. & 2.p.6. vbi de materia multa traduntur à nu.3.

Subrogatus qui petit immitti in possessionem debet probare possessionem defuncti, de tempore obitus, c.4.n.7. part.6.

Subrogatio gratiosa, suffragatur quo ad possessionem, etiam quod beneficium non esset litigiosum, vt tenuit Rota. c.4. à nu.8.p.6. Quamuis quandoque aliud senserit à nu.11. & intellige, vt nu.15.

Subrogationi gratiosæ locus etiam est quo ad possessionem, & non requiritur iustificatio in beneficio reseruato, sicuti in litigioso, vt in decisionibus adductis, c.4. à nu.21.p.6. & declara, vt per eas, à nu.24. vbi reseruatio est notoria, & clara.

Subrogato gratiose, etiam quo ad possessionem dari mandatum de immittendo, etiam non iustificata sua gratia; fallit. Primo quando subrogatio datur in beneficio non litigioso, vel non reseruato clarè, cap.4.num.29. part.6. Secundo fallit quando subrogatio fuit data incidenter & accessorie ad gratiam principalem, numer. 31. Quamuis Rota contra tenuerit, nu.32. & 33. Quam intellige, vt n.34. Tertio fallit quãdo est par titulus ab alio productus, n.35. Quarto fallit in subrogato intus sui authoris non possidentis, nu.36.

Subrogatio collitigantis ad hoc, vt annulletur omnis alia gratia facta tertio petenda est intra mensem, cap.4. nu.36. in fine p.6. & qui de hac materia sint videndi remissiue, n.37. & quandiu dicatur durare iis videndæ sunt decisiones positæ, à nu.38.

De Subrogato illius qui habuit executoriales remissiue, c.5.nu.3.p.6.

Successor in beneficio an teneatur soluere pensiones decursas tẽpore antecessoris, c.5.n.191. vsque ad n.202. p.1. resolutur teneri & qualiter, nu.203.

Successor potest docere de non iure possessoris, qui consensit pensioni, c.5.n.513.p.1.

Successor matoratus vel castri, an possit præsentare, de supra verbo possessor Castri.

Superioris authoritas suspicionem tollit, c.4 nu.100. part.11.

Superiori cuilibet, ad quem gradatim fit deuolutio, non currit semestre, quod sibi datur ad conferendum, etiamsi deuolutio fiat à patrono laico, nisi à die notitiæ, c.3.nu.9. cum sequentibus, part.10. vbi ponuntur resolutiones, & decisiones Rotæ.

Superior intelligitur non collator, sed is qui potestatem habet instituendi, & destituendi, c.3.§.3.n.251.p. 11. vs Papa nu.252. & Episcopus, nu.253. & inferior habens Episcopalem iurisdictionem, nu.254.

Superior intelligitur non solum Papa, sed etiam Episcopus, c.4, nu.60.p.11.

Supplicatio interposita à lege, & constitutione generali, an suspẽdat interim eius executionem, donec secunda iussio superueniat. Quod non cum Manuele Rodriguez contra alios, c.3.§.3.nu.272.part.11.

Suppressio & diminutio, licet sine causa fieri non possit, tamen ex causa, puta propter diminutionem reditum, bene potest fieri ab Episcopo cum consensu capituli, sicut vnto, cap.1.num.2.part.12.

Suppressio, vel diminutio, quod non possit fieri aduertit author, vbi non euenit diminutio, si authoritate Papæ numerus est præfixus, vel confirmatus, vel dignitas creata, etiamsi non adsit clausula decreti irritantis, quamuis secus sit in augmento, quod potest fieri etiã non auctis facultatibus, non obstante confirmatione si non est clausula decreti irritantis per quam videtur Papa habere pro illicito, quod fieret in contrarium, & animaduertisse ad fauorem Ecclesiæ, & obuiare facilitati canonicorum, c.1.a n.8.p.11.

Supplicatio sola iuris proprij vel certij excluiui iuris agentis, pro possessione valet ad obtinendam absolutoriam. vt c.2.n.23.p.4.

Supplicatio non probat gratiam, vbi agitur ad illius Canonizationem, secus in absolutoria, & in possessorio, c.2.n.24.p.4. & decisio Rotæ, n.25.p.4.

Surreptio datur in Papa, & Legato non in ordinario, sed dicitur prouidere motu proprio & Ecclesiis, nõ personis, sicut Papa, & Legatus, & sic prouisio ordinarij non potest de surreptione impugnari, c.3.n.3.p.8. Quæ tamẽ non procedit, quando Episcopus dispensauerit cum illegitimo vt possit habere beneficium & postmodum tacita prima dispensatione ab eodem impetratur secunda super pluralitate beneficiorum, quæ non valet secundum Seluam, nu.4. Sed id est, quando ex iure speciali, & ex dispensatione sit collatio beneficij, n.5. Et supponunt falsum, quod Episcopus possit dispensare cum illegitimo super pluralitate beneficiorum simplicium.

Surreptio in vno capite, seu in vna parte, non vitiat rescriptum quod ad alia capitula separata regulariter, nisi surreptio sit dolosa: nam tunc vitiat in totum: quod non procedit vbi capitula videntur omnino separata, c.3. nu 16. & nu.17.p.8. ponitur decisio Rotæ: tamen quando surreptio in vno fuit causa obtinendi quoad omnia, rescriptum vitiatur in totum, n.18.

Surreptio non datur in ordinario, c.1.n.46.p.10.

Surreptione non solum non vitiatur gratia beneficialis, sed etiam quælibet gratia ordinarij, c.3.n.6. p.8.

Surreptio rescriptorum iustitiæ non datur in Curia propter facilem recursum ad signaturam, c.3.n.114. Et idem videtur etiam seruari in rescriptis, & commissionibus emanatis à Nuntio, ad quem recurritur pro reformatione, n.115.

Surreptitia est remissio secundi homicidij, non facta mentione de remissione alterius, & est nulla, c.3.nu.28.

GARCIA de Benef. CVII 15

p.8. Et ratio ponitur num. sequenti.

Surreptio vitiat gratiam, nedum quando fuit causa inductiua, & finalis gratiæ, sed etiam si fuit impulsiua, vt quia Princeps alias concessisset, sed non tam facile, c.2. n.200. p.6. amplia, vt n.201.

Suspectus de hæresi abiurans de vehementi, & publici priuatus non est inhabilis ad beneficia, c.10. §.1. n.87. p.11.

Suspendere interdictum potest iudex ad aliquem effectum, & etiam cessationem, c.13. n.72. p.7.

Suspensis ab officio, vel beneficio, non possunt beneficia conferri, sed illorum sunt incapaces, prouisioque eis facta est nulla, c.14. n.1. p.7. Quamuis Suarez dicat non esse irritam, sed irritandam, n.2. & 3. ponitur decisio Rotæ, & n.4. allegatur alia, & idem est in interdictis personaliter, n.5.

T

TEmpora quatuor ante Concilium Tridentinum sũt consideranda, & distinguenda, pro intelligentia materiæ de incompatibilitate beneficiorum, & vacatione vnius per assecutionem alterius, de qua est copiosus tractatus Hoiedæ, cum Doctorib. relatis, c.5. n.1. part.11.

Tempora tria alia, ante quatuor illa tempora possunt notari, cum Quintana duennas, c.5. n.11. p.11. Primum ex Concilio Calcedonen. de quo in c. Clericum, 21. q.1. n.12. Secundum ex Nicæna Synodo 2. seu 7. generali de qua in c.1. 21. n.13. Tertium ex Concilio Vrbani XI. Placentiæ, de quo in c. sanctorum, 70. dist. vbi titulorum pluralitas generaliter prohibita est, n.14. Antiquitus enim nemo poterat ordinari sine titulo certæ Ecclesiæ, seu beneficij, in qua Ecclesiastica munia personaliter obiret, n.15.

Tempus antiquum quod dicatur, aliqui docent debere esse centum annorum, c.§.3. num.261. p.12. Et facit, nam quamuis variæ sunt opiniones, quod dicatur antiquum in materia probationis, tamen communis, & magis recepta est, vt requiratur tempus 100. annorum, à num.262. Quod Rota intelligit, quoad instrumenta, & scripturas: in testibus vero illud dicit antiquum, quod excedit 60. annos, nu.264. Et sequenti, vbi adducitur resolutio Rotæ: Rota tamen alias in instrumẽto tenuit tempus 99. annorum pro antiquo, & sustineri potest, cum in tanto tempore vnus annus parum importet, n.266. Et tam in testibus, quam in instrumentis, cum ambigitur, an sint de antiquo, detrahendum est tempus litis, n.267. Et sequenti, vbi adducuntur resolutiones Rotæ.

Tempus cõceptionis, an natiuitatis sit considerandum, vt filij iudicentur naturales, vel spurij, aut etiam legitimi. Et prima opinio est, considerandum esse tempus vilius proli, c.2. n.35. p.7. Secunda est, inspiciendum esse tempus conceptionis, n.36. Et prima approbata est per l. I. Tauri, n.37. Sed magis placet secunda, quamuis prima sic approbata d. l. Tauri, quæ procedet quoad effectus iuris ciuilis, non tamen quoad hoc, vt tempus natiuitatis sufficiat, vt alias sint legitimi, aut sicut naturales legitimentur per subsequens matrimonium, &c. Et sd. lex contrarium vellet in proposito, ex defectu potestatis inutilis esset, n.38.

Tẽpus patronis datũ ad præsẽtandũ, siue à iure siue à fũdatore, currit nõ à die vacationis, vt tenuit Rota antiqua, & alij, sed à die notitiæ vacationis, c.2. à n.34. p.10. & adducuntur resolutiones Rotæ, n.36. & 37.

Tempus primum ante Concilium Triden. considerandum pro intelligentia materiæ de incompatibilitate, est ante Concilium Lateranense sub Alex. III. & tunc obtinenti duo curata, vel dignitates, vel alias incompatibilia dabatur optio, & non vacabat primum ipso iure per assecutionẽ alterius, nec priuabatur secundo c.5. n.2. p.11.

Tempus secundum est dicti Concilij Lateranẽsis sub Alex. III. in quo fuit prohibitum, vt nullus diuersas dignitates, & plures Ecclesias reciperet, alioquin priuaretur secundo, & c. c.5. n.3. p.11.

Tempus semestre ad conferendum de beneficiis, an currat Legato, & Nuntio, c.2. n.14. p.10.

Tempus semestre conferendi ad hoc vt currat necessario requiritur notitia vacationis, & c. adducitur resolutio Rotæ. c.2. n.20. p.10.

Tempus semestre datum ad conferendum, currit à tempore scientiæ vacationis numerandi, c.2. n.15. nam dantur in odium negligentis, num.16. & sic etiam non currunt impedito, siue fuerit impedimentum iuris, siue facti, num.17. & in tempore impedimenti computatur tempus suspensionis, & peregrinationis pro absolutione obtinenda, num.18.

Tempus semestre datum ordinariis ad conferendum parochiales ad eorum collationem spectantes per bullam Pij V. quæ dicit à die vacationis, intelligitur die vacationis notæ, quamuis Episcopus nondum accepisset possessionem Episcopatus, cum per ipsum stetisset, ex Rota in decisionibus positis, c.2. à n.21. p.10. Ex quibus concluditur sententia Flores docentis, semestre datum in dicta bulla currere à die vacationis, etiam ignorantib. n.25 & quædam doctrina Rebuffi, n.26.

Tempus semestre datum ad conferendum debet computari secundum Calendarium, & secundum quod menses occurrunt, & quod deficit de primo mensis, accipiendum est de vltimo, cum assignetur tempus, à quo debeant incipere, c.2. n.42. p.19. & de momento ad momentum est huiusmodi computatio facienda, à tempore scilicet scientiæ, seu vacationis notæ.

Tempus semestre, & dicta de deuolutione procedunt solum in prouisione voluntaria & libera, ad institutionem vero præsentati, & confirmationem, non est præfinitum tempus à iure, c.4. n.1. p.10 & idem est in beneficiis resignatis ex causa permutationis, ad quorum collationem tempus præstitutum non est, n.2. quamuis contra teneat Ioan. Nicol. Delphinus, nu.3. quod est falsum quia in collatione necessaria non habet locum, cap. 2. de concess. præbendæ, sed in habẽte liberam potestatem conferendi, n.4.

Tempus semestre non currit durante lite super iure conferendi. seu eligendi, licet secus sit in patronis, cap.2. n.19. p.10.

Tempus semestre, numerandum est à tempore scientiæ vel à tempore, quo scire potuit, & debuit collator, vt Episcopus qui tenetur visitare singulis annis c.2. n.27. p.10. & sequentib. vbi adducuntur resolutiones Rotæ. oportet enim quod ignorantia Episcopi non sit supina, n.30.

Tempus semestre, quod currit à tempore scientiæ, debet intelligi de notitia vera, vel præsumpta vacationis, quæ determinari debet per iudicẽ, considerata qualitate beneficij modo vacationis, & longitudine temporis illius, distantia locorum & fama, & c.2. n.31. & n.32. & 33. p.10. ponuntur resolutiones Rotæ.

Tempus tertium ante Concil. Trid considerandũ pro intelligentia materiæ incompatibilitatis, est Concil. Later. sub Innocentio III. in quo statuit, quod si habens beneficium curatum, aut personatum, vel dignitatem reciperet secundum, ipso iure vacet primum, & si illud retinere contenderit, etiam secundo spolietur per sententiam c.5. n.7. p.11. Et idem in officiis, & beneficiis regularibus curam animarum habentibus, & in dignitatibus regularibus, etiã in manualibus, ac in Vicariis perpetuis, numer.8.

Tem-

Tempus vltimum, & quartum considerandum ante Concilium Tridentinum, pro intelligentia materiæ incompatibilitatis est, extrauagantis execrabilis de præbendis, in qua statuitur, quod recipientes secundum beneficium curatum, aut dignitatem, personatum, seu officium, primum quod ipso iure vacat, absque mora coram ordinariis dimittere debeant verbo, & facto, alioquin ex tunc sint ipso iure secundo priuati, & ad sacros ordines, & beneficia inhabiles, c. 5. n. 10. p. 11.

Tempus vltimum Concilij Tridentini sess. 7. de reformatione, c. 4. successit postea, c. 5. numero. 76. p. 11. Cui decreto non aduersatur aliud eiusdem Concilij sess. 24. de reformatione, c. 17. quod obtinentes plures parochiales, vna retenta alias infra spatium sex mensium dimittere teneatur, nam loquitur de obtinentibus tunc plures parochiales & c. Nō autem de pluribus parochialibus, aut alias incompatibilibus beneficiis post Cōcilium obtentis, de quibus loquitur d. c. 4. n. 77. Et ita accipitur, quod tradunt Salcedo, & alij relati, n. 78.

Termino edicti elapso, quamuis Doctores dicant, quē non esse admittendum, seu audiendum etiam re integra, id est, institutione non sequuta, tamen contrarium seruatur, nam ante institutionem semper admittuntur, qui præsentantur ab aliis patronis, seu prætendunt habere ius, c. 4. n. 14. par. 9. Quod non videtur contra ius, ex quo in edictis non dicitur, quod post terminum illius non admitterentur, sed procedetur in causa, n. 15.

Terminus competens, & peremptorius debet assignari in edicto, c. 4. n. 7. p. 9.

Tertia pars fructuum, vide supra verbo fructuum tertia pars, & c. 2. n. 467. p. 3.

Testes an in Regnis Castellæ tres requirantur attento iure Regio, cui in eis standum est, etiam in causis Ecclesiasticis, cum non sit ius Canonicum contrarium, & resolutur duos sufficere etiam de iure Regio, quamuis tres communiter apponantur, contra aliquos, capit. 29. part. 8.

Testes quot requirantur, vt titulus, seu prouisio ordinarij, cum subscriptione notarij, & testibus recte probet, vti publicum instrumentum de iure communi, certum est duos sufficere in instrumentis, capit. 4. numer. 28. part. 28.

Testes super valore beneficij. debent reddere rationem sui dicti, etiam non interrogati, alias non probant, ca. 3. n. 242. p. 5.

Testes recipere in forma, non est necessarium in dispensationibus, quæ committuntur ordinariis cum clausula, quod diligenter se informent. & c. Sed sufficit, extraiudicialiter sese informare, c. 2. num. 249. & seq. part. 6.

Textus in Concilio Trid. Sess. 24. de reformatio. cap. 22. versic. præterea obtinentibus, & c. Declaratur, capit. 2. num. 180. & 213. cum sequentibus vsque ad num. 226. part. 3.

Textus in Concil. Trid. Sess. 22. e. 3. declaratur, cap. 2. n. 337. p. 3.

Textus in Concilio Tridentino cap. 3. Sess. 21. de reformatio. declaratur, cap. 2. num. 459. & 472. cum seq. p. 3.

Textus in Concil. Trident. cap. 3. Sess. 22. explicatur, c. 2. n. 476. p. 3.

Textus in Concilio Trident. cap. 4. Sess. 22. de reformatione, comprehendit ea omnia beneficia, quæ ordinem requirunt, & declaratur, capi. 4. n. 13. 14. & 15. p. 3.

Textui in Concil. Trident. c. 10. Sess. 7. duodecim declarationes factæ à S. Congregatione traduntur, c. 7. nu. 93. p. 5.

Textui in Cano. ex multis, l. 9. 3. respondetur, c. 2. n. 16. 17. & 18. p. 1.

Textus in cap. cum in illis. §. illis, de præbendis, in 6. inncta Clemen. 1. eo titulo declaratur, cap. 6. numero 30. part. 1.

Tex. in cap. licet Canon, & in c. commissa de electio. in 6. explicantur, c. 4. n. 4. & 11. p. 3.

Tex. in cap. Commissa. §. cæterum de electione, in 6. declaratur, c. 4. num. 46. cum seqq. & numero 57. & 58. part. 3.

Tex. in cap. si eo tempore de electione, in 6. explicatur c. 3. n. 23. p. 4.

Tex. in cap. nemo de electione in 6. declaratur, c. 4. n. 14. & 15. p. 4.

Tex. in cap. statutum de præbendis, in 6. corrigitur, c. 1. n. 98. cum seqq. p. 5.

Tex. in cap. si beneficia de præbendis in 6. declaratur, c. 1. n. 758. p. 5.

Tex. in cap. vnico, in fine, ne Sede vacante. in 6. explanatur, c. 4. n. 50. & seq. p. 5.

Textui in cap. si diligenti de Simonia respondetur, c. 19. p. 1.

Tex. in c. quia propter de electione, declarrtur, c. 6. n. 19. 21. & 22. p. 1.

Tex. in cap. penultimo, & in cap. per tuas de simonia explicantur, c. 5. n. 166. p. 2.

Tex. in cap. relatum de Clericis non residentibus declaratur, c. 2. n. 90. & seq. p. 3.

Tex. in cap. finalis, de magistris late examinatur, c. 2. n. 92. 94. & 95. p. 3.

Tex. in cap. decreto, & in c. ad audientiam, de Clericis non residen. an sit derogatum per Concil. traditur, c. 2. n. 345. cum seqq. part. 3. & an procedat in Canonico Doctorali, & Magistral. numer. 364. & 365. & limita vsque ad nnm. 374. & latius vide supra verbo dispositio textus.

Tex. in cap. nonnulli, ibi vel expressam, & c. declaratur, c. 5. n. 44. p. 4.

Tex. in cap. salubriter de vsuris interpretatur, c. 5. n. 13. & 14. p. 5.

Tex. in cap. consultationibus de iure patronatus hodie non procedit in distinctione ex Decreto Concilij Trident. Sessio. 25. cap. 9. vt cap. 5. nu. 137. par. 3. & traduntur decisiones Rotæ, nu. 138. & 139. & declaratur, n. 140. & resolutiones Rotæ, n. 141. & 142.

Tex. in. cap. quoniam in fine cum aliis de iure patronatus, intelligitur & declaratur, c. 6. n. 27. p. 5.

Text. in cap. Ne Sede vacante procedit in collatione libera & gratiosa, ex rationibus assignatis, quæ non militant in collatione necessaria, cap. 7 n. 69. & 70. part. 5.

Tex. in cap. eam de re rescriptis exponitur, c. 2. n. 26. & 27. p. 6.

Tex. in ea. quoniam Abbas de officio delegati, an procedat in iudicibus in synodo deputatis, qui dicuntur iudices seculares, c. 2. n. 38. & 39. p. 6.

Tex. in cap. super literis, in secundo casu de rescripis, loquitur in rescriptis ad lites, nec habet locū in gratiosis, c. 2. n. 202. p. 6.

Tex. in cap. gratum, & in c. relatum, & in c. licet de officio delegati, interpretantur, c. 2. n. 324. p. 6.

Tex. in Clementina plures. §. finali de iure patrona. explicatur, c. 9. c. 216. p. 5.

Tex. in Extrauaganti Ambitiosæ de rebus Eccles. alien. vel non, explicatur, c. 1. n. 28. p. 2. & præsumitur vsu recepta, negantique incumbit onus probādi, n. 40. & ratio traditur, n. 41. vsque ad n. 46.

Tex. in Extrauaganti Ambitiosæ ampliatur etiam in

mandato ad locandum res Ecclesiæ vltra triennium, c.1. n.71.p.2. Sed reprobatur, n.72 & 73. & declaratio beneficiato volentes eas alienationes annullare, n.74.75.

Tex. in Extrauaganti, 33. Iuly. 3. ad finem explicatur, c.2.n.26.& 27.p.4.

Tex. in l. meminisse. ff. de officio proconsu. explicatur, c.1.n.151. vsque ad n.154.p.2.

Tex. in l. vbi autem. ff. de in diem adiectione, & in l. necessario. §. quod si pendente. ff. de periculo & commodo rei venditæ, explicatur, c.1.n.164.p.2.

Tex. in l. Barbatius. ff. de officio prætoris, in materia Episcoporum conferentium beneficia, cum non sint Episcopi late explanatur, c.4. d. n. 276. & 277. cum seqq. p.5. & n.327. remissiue.

Tex. in l. ad varios. C. de numera. & actua. libro 12. explicatur, c.4.n.295.p.5.

Tex. in l. in rebus. C. de iure dotium, late explicatur, c. 9. à n.171. cum seqq. p.5.

Thomas Sancez, Reuellus, & Suarez reprobantur in materia dubij. c.2.n.23.& 24.& Salas n.25.p.7.

Thomas Sanchez, & alij reprobantur, c.5.§.4.n.356. part.11. ex decreto Concilij Trid. sess. 24. de reformatio. matr. c.5.

Thomas Zerola, & Zechus improbantur, c.1. nu.62. part.7.

Thomas Zerola improbatur dicens in casu cap. licet Canon de electione in 6. non teneri parocum dimittere parochialem, nisi post latam sententiam, c.10.n. 31.p.11. & Doctor Sahagum dicens iudicis pronuntiatione opus esse in specie d.c. licet Canon, n.32. Qui improbatur etiã dum ait, iudicis pronuntiatione opus esse in specie cap. licet Episcopus, 2. part. de præbendis in 6. vbi non agitur de pœna, & requiritur ibi vocatio possessoris. nam & iniustus possessor non debet amoueri à possessione inauditus, & sine causæ cognitione, n.33.& 34.

Thomas Zerola improbatur, c.2.n.1010.p.9.

Titulus præsumitur in possessorio, ex possessione longi temporis, nempe decennij, c.5.n.483.p.1.

Titulus beneficij ad minores ordines, & primam tonsuram, an requiratur? & quid de iure antiquo, nouo, & de consuetudine, c.5.n.2. cum seqq.p.2.

Titulus ad ordines an requiratur, solum in Clericis secularibus, an etiam in regularibus. c.5.n.7.& 8.p.2.

Titulus accipitur pro quolibet modo legitimo obtinendi beneficia, c.4.n. 2.p.4. licet alias multis modis sumatur, n.3.& ibi qui dicatur titulus iustus, n.4.& de titulis coloratis remissiue, n.5.

Titulus præsumitur ex possessione decennali, c.4. nu. 299.& seq.p.5. vbi non constat de contrario, nec resistit ius, n.301.& 302. cum seqq.

Titulus coloratus qui sufficeret ad effectum restitutionis in spolio beneficij, an sufficiat ad effectum l. Barbatius, c.4.n.308.p.5.

Translatio pensionis fieri nequit sub conditione, si moreretur ex infamitate præsenti, c.5.n.55. p. 1. nec per testamentum, vt n.56.

Translatio pensionis iuxta clausulam facultatis, coram quo fieri debeat, c.5.n.244. cum seq.p.1.

Translatio pensionis, vide supra verbo pensionis translatio.

Translatarius tenetur iustificare reseruationem pensionis, non solum in petitorio, sed etiam si agat ad solutionem, nec possessio transferentis ei prodest, c.5.nu.469. p.1.

Translatarius si non iustificat suam gratiam non proceditur ad executionem literarũ Apostolicarum, c.5.n. 471.p.1.& decisio Rotæ, n.472.

Transferentes pensiones per confidentiam non comprehenduntur constitutionibus Pij IV. etiam contra confidentiarios, c.5.n.51.p.1.& decisio Rotæ, n.52. Peccant tamen mortaliter, & committunt simoniam, n.53.

Transferendi pensionem habens facultatem, non potest illam transferre cum reseruatione, seu pacto illam exigendi quoad vixerit, c.5.n.54.p.1.

Transferendi facultas non consumitur per translationem inualidam, c.5.n.248.p.1.

de Transactione & compositione in spiritualibus remissiue, c.5.n.356.p.

Turnorum materia in collationibus beneficiorum, remissiue, c.1.n.728.p.5.

Tutor in Hispania (vbi datur decima fructuum tutoris pro labore) an possit decimare ius præsentandi, seu præsentationes competentes pupillo. c.9.n.206.p.5.

V

Vacandi modus de præsenti solum venit per clausulam, vel alio quouis modo, non autem de futuro, c. 1.n.25.p.11.

Vacantem parrochialem non posse conferri in commendam temporalem ei, qui magis idoneus fuerit indicatus, & electus, dum affert bullas Papæ, nec posse interim constitui vicarium in ea, aut ei quoquo modo præfici, c.2. n.21.& 22.p.9. vbi ponitur declaratio S. Congreg. quamuis contrarium seruetur, nu.23. iuxtaque videatur conforme ex c. auaritiæ de electione in 6. quod procedit in quibuslibet beneficiis, n.24.

Vacationes an ventant per eas, etiam beneficiorum reseruatorum resoluitur negatiue, si non est facta mentio reseruationis, c.1.n.26.p.11.

Vacatio beneficij probatur ex persona alicuius probatione, possessione, & obitu eius, nisi detur titulus alterius, c.1.n.14.p.11.

Vacatio beneficij variis modis contingit, quos ponunt relati, c.1.nu.1.p.11. & vacant aliquando de iure, & de facto, aliquando de iure, & non de facto, aliquando de facto, & non de iure, n.2.

Vacatio etiam per mortem dari nequit, vbi canonicatuum, & prebendarum, non est certus numerus, ca. 2, n.17.p.11.

Vacatio narrata non est necessario verificata, quando gratia non est ad illam restricta, sed narrat etiam aliam vacationem, saltim in genere dicendo, aut alias certo modo, & ideo sufficit illam verificare, c.1.num.68. cum seq.p.11. vbi adducuntur resolutiones & decisiones Rotæ.

Vacatio non intrare videtur ex cõstitutione 87. Gregorij XIII. ob nou publicationem, quando resignatio est nulla, quia resignans in sacris constitutus nõ habet aliunde viuere possit, vt Papa vult, aut quia non fuit facta mentio, quoad illius titulum est ordinatus, c.3. §.4.num. 279.p.11.

Vacatio non intrat ex d. constitutione ob non publicationem, quando resignatarius decessit intra tempus datum ad publicandum, c.3.§.4.n.281.p.11.

Vacationis omnes modi, verbo vacationis veniunt præsertim, vbi eadem est ratio, c.1.num.3.p.11. Et verbum vacatio simpliciter prolatum comprehendit omnem modum vacationis, etiam in materia pœnali, n.4.& ita quando in supplicatione fit mentio de vacatione simpliciter comprhenditur omnis modus vacandi, num.5. Et idem in expectatiua, n.6. In gratia tamen de beneficio vacante requiritur de stylo, quod exprimatur modus vacandi, & ex qua persona, nisi quando impetratur certo modo, n.7.

Vacatio primi beneficij, an inducatur ipso iure per adeptio-

adeptionem secundi in beneficiis residentiam requirentibus, etiam simplicibus per decretum Concily Triden. sess. 7. de reformat. cap. 4. c. 5. n. 76. p. 11. Ponitur sententia Nauarri, & aliorum negatiua, num. 80. Quam tenuit Rota in decisionibus relatis, n. 81. Et est in praxi seruata in Hispania, num. 82. Contraria sententia, & sic affirmatiua tenetur, quæ est approbata, per S. Congregationem Concily, vt in declarationibus adductis, & recepta & practicata in dataria, & cancellaria, & tenetur iam à Rota, vt in resolutionibus & decisione adductis, & est reuera satis conformis Concilio, quod extendit cap. de multa ad quæcunque beneficia incompatibilia, à numero 83.

Vacationem primi beneficij incompatibilis, ad inducendam per assecutionem secundi, non sufficit collatio sola, & acceptatio eius, sed requiritur adeptio possessionis secundi pacifice, vel quod per prouisum stet, quominus eam adipiscatur, c. 5. §. 1. n. 100. p. 11. Collatio vero non acceptata, vel ius ad rē, non sufficit ad inducendam vacationem primi, quamuis per eum stet, quominus habeat ius in re, & possessionem, n. 101.

Vacatio primi beneficij incompatibilis, vt inducatur per assecutonem secundi, requiritur quod habeat pacificam possessionem nedum beneficij, & tituli, seu exercitij, curæ, vel officij, sed etiam bonorum, & fructuum, seu maioris partis eorum, nam si fructus, seu maiorem partem eorum secundi non potest habere, quia ex priuilegio, vel aliàs ad alium pertinet ad tempus, non vacat primū cap. 5. §. 1. n. 123. p. 11. & idem est in beneficiis promoti ad Episcopatum, num. 124. & decisio cap. si tibi concesso de præbendis in 6. non est correcta per extrauagantem, execrabilis, n. 125.

Vacationis vno modo expresso alij non veniunt, cap. 1. n. 8. par. 11. cuius quinque limitationes ponunt Felin. & Selua, n. 9.

Vacationis vno modo expresso venit alius, & limitatur c. susceptum de rescriptis in 6. vbi communis opinio est, quod vacet beneficium vno modo, nam quamuis reuera vacet alio modo, tamen illa communis opinio excusat impetrantem, quando est vnicus impetrans, c. 1. n. 10. p. 11. quæ limitatio intelligitur, quando exprimitur vacatio ex persona eius, qui communiter reputabatur verus beneficiatus, alias secus, n. 11.

Vacationis vno modo expresso venit alius, vbi ppareat de intentione impetrantis, c. 1. n. 15. p. 11. seu potiue de intentione mandantis, videlicet Papæ, n. 16. & quando dicatur de ea constare à n. 17.

Vacationis vno modo expresso venit alius in acceptatione, c. 1. n. 20. p. 11.

Vacationis vno modo expresso venit alius, quando exprimeretur certus vacationis modus cum clausula, vel alio quouis modo vacet, tunc enim venit omnis modus vacandi ex persona expressa, licet non ex alia, nisi addatur, aut ex alterius cuiuscunque persona, quæ clausulæ communiter apponuntur, c. 1. n. 21. & 22. p. 11. Et tamē est satis probabile, quod si diceretur, vel alio quouis modo vacet, tunc propter verbum vacet, non comprehendatur modus vacādi, n. 23. Et ita potest accipi decisio Rotæ, num. 24.

Vacationis vno modo expresso non venit alius in literis ad beneficia, quæ ambitiosa reputantur, c. 1. nu. 84. p. 11. alias vero in dispositione hominis expresso vno modo vacationis non includitur alter etiam in materia fauorabili, num. 85. Nisi fieret mentio de morte, & in casu, de quo agitur, eundem effectum operaretur mors ciuilis, quem naturalis, tunc enim mors ciuilis, & naturalis æquiparantur, etiamsi, materia non sit fauorabilis, n. 86. In dispositione iuris, facta mentione de vacatione certo modo, puta per mortem, etiamsi materia sit odiosa, includetur alius, quando in eo est eadē ratio, ac in expresso, alias secus, num. 87. Ex quo reprobatur quoddam dictum Franchi, n. 89.

Vacatio ex resignatione, vbi simpliciter exprimeretur, non veniret vacatio, ob non publicationem, quæ specialiter exprimi debet, c. 1. n. 95. p. 5.

Vacatio per obitum inducta per illam regulam, est etiam vera, & non ficta, quia in his, quæ sunt iuris positiui, lex non fictè, sed vere agit, c. 1. n. 167. p. 5.

Vacare Ecclesiam ibi dicitur, vbi sit priuatio, vel renuntiatio, etiam à procuratore alibi constituto, c. 1. n. 75. p. 5. etiam si persona sit alibi, n. 79. cum seqq.

Valor narratus in gratia etiam motu proprio facta, est probandus, quando ex aduerso probatur contrarium, cum errore notabilis, quantitatis, c. 5. n. 508. p. 1.

Valoris beneficij, de quo fit gratia, requiritur expressio secundum regulas modernas, c. 5. n. 509. p. 5.

Valor beneficij à Nuntio collati, a quo probandus sit traditur, c. 5. à n. 187. p. 5. & resoluitur à prouiso, num. 188 idque plene, n. 189.

Valor beneficiorum quomodo probetur, traditur, c. 3. n. 218. cum seqq. p. 5.

Valor beneficiorum vbi narratur, distincte & separatim ita quoque debet probari, & non in confuso, c. 2. n. 165. p. 6.

In Valoris verificatione qualis probatio, etiam minor & Semiplena sufficit, capit. 2. à numer. 166. cum seqq. par. 6.

Variatio Patronis laicis semel tantum censetur permista, & proprima vice, cap. 9. nu. 214. par. 5. quamuis aly contra, num. 215.

Verba Concily Trid. sess. 24. c. 18. ibi, si opus fuerit quorsum tendant, cum semper videatur esse opus vicario c. 2. num. 13. par. 9. Vbi respondetur, cum declaratione S. Congregationis posita.

Verba enuntiatiua instrumentorum antiquorum bene probant, quando ista instrumenta antiqua haberent originem à diuersis personis, non ab eisdem, p. 12. c. 2. §. 3. num. 254. Et quando verba enuntiatiua sunt clara, nu. 255. Sufficiet tamen virtualiter enuntiare vnionem, vt in resolutione posita n. 256. par. 1. Et debent habere originem à diuersis personis non suspectis, n. 257. Nam enuntiatiuæ plurium instrumentorum antiquorum non habent vim publicæ vocis, & famæ si videntur emanasse à personis suspectis, nu. 258. Et sufficiunt, & requiruntur ad minus duo instrumenta, num. 259. Et adducitur resolutio Rotæ, num. 260.

Verba ipso iure, seu ipso facto, an censeantur velle obligare in conscientia ad rem, qua priuatur dimittendam ante sententiam, c. 10. n. 22. p. 11.

Verbum, interfit, vel assistat, tantum importat, quātum verbum resideat. secus de verbo cantet, vel seruiat, vel sacris operetur, nisi aliunde colligatur, cap. 1. §. 1. nu. 89. p. 7.

Verbum, ordo, generaliter prolatum comprehendit etiam primam tonsuram secundum communem vsum canonum, c. 1. n. 6. p. 7. & sic decreta Concily Trid. sess. 7. c. 7. quoad principalem dispositionem, & sess. 23. c. 8. vers. vnusquisq; autem de reformatione, comprehendunt primam tonsuram. n. 7. & 8.

Verbum oriundus, ut appareat ex stylo, accipitur pro orto, cap. 9. part. 7. numer. 25. quamuis alias oriundus quis dicatur ab origine, seu natiuitate paopria, vel paterna, num. 26.

Verbum, penitus, de quo in capit. nouis de simonia, significat nullitatem ipso iure, c. 1. n. 5. p. 8.

Verbum libere, importat idem quod vsque grauami-

GARCIA de Benef. GVII 15

ne & diminutione, c.5.n.376.p.1.reprobato Cõsilio Nauarri,n.377.

Verbi vt accepimus,& verbi sicut intelleximus,& verbi,vt asseritur,differentia explicatur,c.5.num.495.cum seqq.p.1.

Verbum prouisio, & verbum dispositio late sumptum, & sic in materia fauorabili comprehendit omnem modum prouidendi,& sic electionem,c.6.n.31.p.1.

Verbum collatio,seu conferre est generale & comprehendit alios modos,c.6.n.32.p.1.secus in materia odiosa n.33.34.& 35.

Verbum statim,intelligitur in continenti, c.5.num.85. par.2.

Verbum statuimus est iuris noui inductiuum, cap.1.nu. 9.p.3.

Verbũ obtinere non solum significat impetrari,seu assequi,sed etiã tenere seu retinere,c.1.nu.354.& seq.p.5.

Verba ac etiam disponendi de huiusmodi beneficiis,referuntur non solum ad priuilegia & indulta, sed etiam ad consuetudines, etiam immemorialis disponendi de eis, c.1.n.677.p.5.

Verba, vsque ad suæ voluntatis beneplacitum, qualiter accipiantur traditur , remissiue capit. 1. numer. 539 p.5.

Verba ad collationem,prouisionem,&c.Per quos tractentur, & explicentur, remissiue traditur, c.1.num 551. p.5.

Verba regulæ reseruatoriæ,præsentationem, &c.Quid includant,c.1.n.572.p.5.

Verba,electionem & quamuis aliam dispositionẽ &c. Per quos tractentur,remissiue,c.1.n.617.p.5.

Verbum,Collatorum,&c. Quid comprehendat,c.1.nu. 621.p.5.

De verbo generaliter,& de verbo reseruauit, remissiue,c.1.n.654.p.5.

Verba ac consuetudines etiam immemoriales optandi, &c.Nec non priuilegia & indulta, explicantur remissiue,c.1.n.675.p.5.

Verba,etiam cum quibuscunque derogatoriarum derogatoriis,&c. Qualiter intelligantur remissiue,c.1.nu. 681.p.5.

Verba authoritate Apostolica, &c. Quando coniunguntur cum verbis concedimus facultatem, &c. Non faciunt iurisdictionem delegatam,secus quando coniunguntur potestati faciendi, c.7.n.50.p.5.

Vestes talares quamuis in rigore dicantur,quæ hominem vsque ad pedes tegunt, tamen ex epicheia,& æquitate talares iudicabuntur,quæ iuxta consuetudinem clericis sunt decentes,quamuis non sint nimis longæ, c.1.nu. 21.& 22.p.7.nec est necessarium portare duas vestes longas.sed vna sufficit,n.23.

Vicaria perpetua debet prius erigi in executionem decreti Concilij Trident.sess.7.c.7. de reformatione, c.2.n. 15.par.11.& si non constat de erectione, non est attendendus vltimus status,quod sit collata,vt perpetua,&c. numer.16.

Vicaria quando vacat in mensibus reseruatis, an de eadem sit dicẽdum, quod dictum est de vicariis perpetuis parochiarum vnitarum, c.2.§.2.p.9.a nu.304.adductis variis decisionib.Rotæ,resoluitur vicarias perpetuas erectas ante Concilium cõprehendi sub reseruationib.& tunc earum prouisionem ad Papam spectare,absque præuio concursu. in vicariis verò perpetuis,ex Decreto Concilij erectis vacantibus in mensibus Apostolicis posse fieri nominationem, & deputationem,non obstante reseruatione, ita tamen quod vicarij teneantur expedire nouam prouisionem,nec alias ad possessionem admitti possunt ex constitutione Pij V.46. quæ solum loquitur de vicariis Ecclesiarum vnitarum,quæ ante Cõcilium non habebant, vicarios perpetuos, sed amobiles sicut Concilium,nec habent locum in Ecclesiis in quibus ante Concilium vicariæ perpetuæ erant,ex S. Congregatione,contra Rotam.

Vicarij deputatio spectat ad Episcopum, seu vicarium eius in parochialibus spectantibus ad collationem aliorum, c.2.§.1.num.127.p.9. & in locis exemptis vicarij electio ad eum spectat,ad quem spectat concursus ex S. Congreg.nu.127.p.9.& in locis exemptis vicarij electio ad eum spectat, ad quem spectat concursus ex S Congregatione,n.128. Limitatur prædicta resolutio, nisi inferior Episcopo sit nullius diœcesis, habens proprium, & distinctũ territorium.& omnimodam,& quasi Episcopalem iurisdictionem & ius congregandi Synodum, a nu 129. vbi ponuntur declarationes S.Congregationis, & decisiones,& resolutio Rotæ id tenentis, & idem videtur in inferiori exempto,licet non sit nullius diœcesis habente tamen proprium districtum & Episcopalem iurisdictionem priuatiue & ius congregandi Synodum.num. 136.& numero sequenti adducitur declaratio S.Congregationis : & ita est intelligendum, quod dicit Ledesma relatus,n.138.

Vicario,parochiali vacante, simpliciter dato,non omnes fructus, sed congrua portio arbitrio ordinarij iuste determinanda debetur , nec Episcopus à principio posset omnes assignare,nisi omnes essent necessarij ad congruam portionem c.2.n.16.p.9.

Vicarium esse constituendum in vacatione parochialis cum congrua fructuum portionis assignatione, c.2.nu. 14.p.15.circa quod ponuntur declarationes S.Congregat. n.15.

Vicarius Episcopi an ex generali commissione absque speciali mandato,possit facere concursum ad parochiales, & ex approbatis digniorem eligere, resoluitur affirmatiue,c.2.§.1.n.117.p.9. quod procedit etiam vbi esset locus gratificationi inter plures approbatos æquè idoneos, nec per Concilium id tollitur , etiam si Episcopus non sit impeditus,n.119.non tamen poterit vicarius absque speciali mandato facere collationem parochialium magis idoneo electo,n.120.

Vicarius Episcopi habens specialem facultatem conferendi,poterit conferre omnibus quibus potest Episcopus, & sic etiam habentibus beneficium, etsi dictum sit quod conferat idoneis , non obstante capitulis cui deprehendis in 6.quod non procedit in delegato ordinarii, sed solum in habente potestatem delegatam conferendi authoritate Apostolica,c.5.§.3.nu.292.p.11.& improbatur Sbrocius à n.295.

Vicarius Episcopi, seu capitulum, an sede Episcopali vacante, possit facere concursum ad parochiales vacantes & ad ipsum spectet obire illa munia,quæ Concilium statuit obeunda ab Episcopo, seu eius vicario, cum parochialis Ecclesiæ vacatio cõtigerit,c.2.an 6.p.9.Resoluitur affirmatiue,& ponitur declaratio S.Congregationis Toletanæ.

Vicarius generalis Episcopi vnire non potest sine speciali mandato,etiamsi sibi sit data facultas conferendi cũ clausula generali, & ad omnia alia, &c.quæ non extenditur ad maiora,c.2.§.1.nu.69.p.12. quamuis contra teneant Mohedan. & Hieron.Gabr. & Gambarus relati, n.70.

Vicarius positus in parochialis vacatione, parochialis onera sustinebit,donec de rectore prouideatur, qui etiam debet habere custodiam omnium bonorum parochialis,c. c.2.num.18. part.9.vbi ponitur declaratio S.Congregationis.

Vicarius , seu œconomus , quod deputetur cum congrua donec de rectore prouideatur per eum,ad quem spectat,non est de forma concursus, & prouisionis, ita vt a-

liàs non valeat; quicdquid aliàs vellet Rota; quæ tamen postea hoc admittit, &c. part. 9. capit. 2. numer. 19. & 20.

Vicarius constituendus est per episcopum, vacante parochiali, quam primùm notitia vacationis eius habetur, quod procedit etiam in parochialibus ad alium spectantibus, capit. 2. numer. 10. & 11. part. 9. ponitur numero 11. quædam declaratio S. Congregationis, quæ declaratur, n. 12.

Vicarius episcopi, non potest constituere pensionem, nisi sit specialiter ei concessum, c. 5. n. 317. p. 1.

Vicarius episcopi, cui facultas conferendi beneficia data est, beneficia etiam curata, & dignitates conferre potest, c. 6. n. 40. p. 1.

Vicarius episcopi non debet necessario esse doctor, vel graduatus, licet Episcopus teneatur idoneum vicarium constituere, c. 7. n. 17. p. 5. & grauiter peccant episcopi, qui aliquando constituunt vicarios Theologos seu alias inepios, n. 18. & etiam peccant ipsi acceptantes, n. 19.

Vicarius Episcopi, an possit beneficia conferre, c. 8. n. 1. p. 5.

Vicarius episcopi debet esse clericus, saltem primæ tõsuræ; nam laicus esse non potest, cap. 8. num. 2. par. 5. nec Clericus coniugatus. n. 3. nec bigamus, nisi fuerit dispensatus ad ordinem susceptum, etiam soluto matrimonio, n. 4. cum seqq.

Vicarius Episcopi esse non potest, qui fuit iudex maleficiorum, & protulit sententiam mortis, etiam si postea vel antea fuerit Clericus, & ratio traditur, c. 8. n. 7. p. 5. Sed improbatur hæc sententia, n. 8. & 9.

De Vicario Episcopi qui sint videndi remissiue, c. 8. n. 20. p. 5.

Vicarius Episcopi Ordinarius est, sicut & ipse Episcopus, c. 8. nu. 21. p. 5. amplia etiã in vicario Sede vacãte, n. 22. Quamuis contrarium teneant relati. n. 23.

Vicarius Episcopi non ex eo est Ordinarius quod lex det huiusmodi iurisdictionem, quoniam verius est eam accipere ab Episcopo deputante, capit. 8. numer. 24. part. 5. Sed quia ex iuris permissione, & consensu Episcopi, constituitur, vt eius locũ teneat, n. 25. vt in vicariis prætorum, num. 26. quod procedit in vicario generali, vt n. 27.

Vicarius quem ponit Archiepiscopus Toletanus in ciuitate Toleti, non videtur vicarius generalis & principalis, si non est positus cum potestate generali ad totam Diœcesim, nec vicarius Matritij, & Compluti, cum non sint positi ad totam Diœcesim, nec possunt esse delegati Apostolici, c. 8. n. 36. p. 5. quidquid dicat Flores. nu. 37. & 38.

Vicarius Episcopi, quæ sunt meræ gratiæ expedire nõ potest, c. 8. n. 46. p. 5. vnde ex generali mãdato dispensare non potest, vt n. 47.

Vicarius Episcopi non potest remittere denunciationes, ad matrimonia requisitas, nisi ei specialiter sit concessum, & ibi ratio traditur, c. 8. num. 50. cum seq. part. 5. quamuis aliqui contra teneant, nu. 54. & refertur decretum Concily Prouincialis Toletani, & Mediolanen. numero 55. & declaratio Rotæ, numero sexagesimoprimo.

Vicarius Episcopi expedit ea quæ sunt iustitiæ & necitatis, & quæ sunt voluntariæ iurisdictionis non tamen sapiunt gratiam, c. 8. n. 63. & seq. p. 5. & regulariter omnia potest, quæ Episcopus, n. 65. exceptis prohibitis, & quæ requirunt speciale mandatum. n. 66. & quæ sint illa remissiue, n. 67.

Vicarius Episcopi poterit etiam facere omnia quæ requirunt speciale mandatum, si in mandato exprimitur aliquid requirẽs speciale mandatum, adiecta clausula, (& ad omnia alia etiam si mandatum exigant speciale) c. 8. num. 68. p. 5. dummodo non sint maiora, vel grauiora expressis, n. 69.

Et post expressum aliquid requirens speciale mandatum, non sufficeret dicere (& generaliter ad omnia alia) nisi addatur etiam si mandatum exigatur speciale, c. 8. n. 70. p. 5. Nec contrarium voluit Rota n. 71.

Vicarius, Episcopi sine speciali mandato non potest conferre beneficia, c. 8. n. 80. p. 5. cum collatione beneficiorum sit quædam donatio quæ non venit in generali mãdato, n. 81. nec præsentare beneficium pertinens ad præsentationem Episcopi, n. 82. & 83.

Vicarius, Episcopi potest cõfirmare electos, & instituere præsentatos, quæ sunt necessitatis & iustitiæ, c. 8. n. 85. p. 5. contra Rebuffum & alios, nu. 86. & ita censuit congregatio Concilij, n. 87. etiam si esset locus gratificationi inter plures præsentatos, n. 88.

Vicarius Episcopi cum accipiat potestatem ex commissione eiusdem; potest ipse Episcopus aliqua sibi reseruare, quæ alias venirent in generali mandato, capit. 8. num 89 par. 5. ex declaratione Rotæ, cui declaratio contraria traditur, num. 90. & 91. & respondetur, vt c. 92. & 93.

Vicarium Episcopi posse decernere excommunicationes sine speciali mandato, etiam stante Concilio decreuit S. Congr. c. 8. a n. 94. cum seqq p. 5.

Vicarius Episcopi, an sicut sine speciali mandato potest instituere, ita etiam & possit id facere Iudex delegatus alicuius causæ, c. 8. n. 100 p. 5 Resoluitur non posse. & ad tex. in Clemen. Auditor de rescriptis. Respondetur quod solum procedit in Auditoribus Romanæ Curiæ, n. 101. contrarium tamen seruat praxis, n. 103.

Vicarius Episcopi potest etiam conferre beneficia ex causa permutationis resignata, si potestatem habeat ab Episcopo recipiendi resignationes ex causa permutationis, & si potest etiam conferre beneficia, nominatis, & aliam quamlibet collationem necessariam facere, c. 8. n. 104. p. 5. Quamuis aliqui contrarium teneant, à n. 107. cum seq.

Vicarius Episcopi speciale mandatum habens sine dubio confert beneficia, etiam quæ sunt liberæ collationis, c. 8. n. 112. q. 5. vbi qui sunt videndi de hoc.

Vicarius Episcopi habens facultatem conferendi beneficia, poterit illa conferre, etiam extra Diœcesim sicut & ipse Episcopus poterat, c. 8. n. 126. p. 5. contra Baldum, & alios. n. 127.

Vicarius episcopi habens facultatem conferendi beneficia non poterit conferre eidem Episcopo beneficium, etiam si alias esset capax. Cum vna persona, seu vnũ corpus censeatur, c. 8. n. 143. p. 5.

Vicarium Episcopi, posse facere, seu substituere alium vicarium (licet possit cõstituere delegatum ad Vniuersitatem causarũ) difficile videtur. c. 8. n. 148. cum seq. p. 5. quod amplia & intelge vt nu. 150. cum seqq.

Vicarius Episcopi potest alium constituere, quando ei data est facultas substituendi secundi Pauinu. c. 8. n. 154. p. 5. Quod procedit si addita fuissent verba, damus facultatem substituendi alium, quem nos vicarium cum eadem potestate substituimus, vt nu. 155. & 156. Quo casu non erit vicarius incertus, n. 157. & declara, vt n. 158. cum seq.

Vicarius Episcopi habens facultatem conferendi, si fuerit reuocatus valet coll atio facta ab eo reuocationem ipsam ignorante, c. 8. n. 174. p. 5.

Vicarius Episcopi, an sicut non potest beneficia conferre sine speciali mandato, ita etiam non possit vicarius Pap &c. 8. à n. 181. p. 5. & resoluitur non posse, n. 182. etiam si vicarius esset Cardinalis, à numero 183. limi-

GARCIA de Benef.

GVil 15

ta, vt numer 186.

Vicarius Episcopi sine speciali mandato non habet authoritatem, ad reseruationem iuris patronatus, c.9.n. 75. p. 5. Sicuti nec ad confirmandum donationem iuris patronatus, n.76. & decisio Rotæ, n.77 & quando præsumatur facultas vicarij, qui iuri patronatus consensit remissiue, n. 78.

Vicarius Episcopi non potest, se intromitere in causa, seu iurisdictione Episcopo delegata, c.2.n.22.p.6.limita vt n.23.

Vicarius Episcopi habens facultatem conferendi potest conferre Vigore alternatiuæ non concessæ tempore commissionis, licet de ea nulla fiat mentio in commissione, c.2.n.25.p.6.

Vicarius, Capituli Sede vacante, an possit exequi & expedire literas in forma dignum, & dispensationes directas officiali, seu vicario simpliciter, cap.2.à n.40.cum seqq.p.6.resoluitur negatiue attento stilo Curiæ, & Cancellariæ, n.44.cum seqq.vt sæpius resoluit Rota à n.46. cum aliis, & an prouiso à Vicario Capituli, possit fieri de nouo collatio à n.55.

Vicarius Capituli Sede vacante (Canonicus tamen) non solum habetur pro præsenti, & lucratur fructus in absentia, sed etiam distributiones, c.2.n.359.& 360.par. 3.nisi sit consuetudo contraria, vt n.361.

Vicarius, Capituli, Sede vacante debet esse Doctor, vel licentiatus, alias deputatio est nulla & deuoluitur ad Metropolitanum, c.7.n.9.par.5. & censuit congregatio Concily, n.10.& 11. Quod male seruatur in Ecclesiis huius Regni, n.14. Quod intellige & declara, vt n.12.& 13. & reprobatur consuetudo aliquarum Ecclesiarum circa hoc, n.15.

Vicarius, Capituli Ecclesiæ Colligatæ Sede vacante prælati, qui ordinariam & quasi Episcopalem iurisdictionem habet, non debet necessario esse Doctor, aut Licentiatus, cap.7.n.20.p.5.

In Vicarium à Capitulo Sede vacante electum, eo ipso transit tota iurisdictio, Capitulo competens, nec est necessarium speciale mandatum, quo ad ea quæ sine eo in vicarium Episcopi non transeunt, c.7.n.28.p.5. quamuis antea non transiret in eum maior potestas, Sede vacante, quam in vicarium Episcopi, n.29.

Vicarius, Capituli cum non habeat iurisdictionem aliunde, nisi ab ipso Capitulo, Si Capitulum det ei limitatum mandatum reseruando sibi aliqua, non videtur posse exercere potestatem, in illis quæ sibi Capitulum reseruauit, c.7.n.30.par.5. Quamuis Hugolinus videatur sentire contrarium, n.31. Quem impugnat Suarez, n.32. & 33. Metropolitanus autem ob negligentiam Capituli, poterit dare illi iurisdictionem in illis quæ sibi Capitulum reseruauit, n.34.

Vicarius, Capituli, Sede vacante, poterit conferre beneficium, si illud ex fundatione conferendum est certæ personæ, vel certo generi personarum, quamuis non sit iuris patronatus, aut patronus non præsentasset in tempore, c.7.n.76.p.5.& amplia vt n.77.

Vicarius Generalis dicitur is tantum qui in spiritualibus & temporalibus est creatus, c.8.n. 120. & 121.p.5. Author tamen sufficere esse solum in spiritualibus creatū verius existimat, n.122.& seq.contra Bonifacium & Pauinum, nu.124.& sufficere esse Vicarium generalem certi loci, vt possit ei committi facultas, conferendi beneficia illius loci, n.125.

Vicarius Generalis positus, in oppido Diœcesis, tunc tantum esset principalis, quando in ciuitate non est alius Vicarius Generalis, sed est in illo oppido causa maioris commoditatis, c.8.n.39.p.1.

Vicarius Generalis in his quæ requirunt speciale mandatum, & specialiter committuntur erit delegatus, & sic in eis ab eo appellabitur ad Episcopū, secus in his quæ veniunt ex generali commissione, c.8.nu.40.par.5. Quod intellige quando ista separatim committerentur, secus si simul cum iurisdictione generali & ordinaria potestate, qui tunc in omnibus erit ordinarius, vt n.41.& seqq.& amplia, vt n.43.& 44.

Vicarius Generalis Episcopi in terminis Concily Trident.Sess.24.de reform.cap.6. non poterit dispensare in irregularitatibus, & suspensionibus, ex delicto occulto prouenientibus, quamuis Episcopus possit illi committere eam facultatem etiam in genere, cap.8.nu.48.& 49. part.5.

Vicaria temporalis seu ad nutum amouibilis, non est beneficium, cap.2.num.93.par.1.& decisio Rotæ, numer. 94.

Videnda circa dispensationem illegitimorum, c.2.nu. 70.p.7.

Visitans, seu exercens iurisdictionem imminentem suæ dignitati, vel Ecclesiæ, nō lucratur distributiones, quādo est absens à ciuitate, seu loco Ecclesiæ, alias secus, c.2.nu. 336.p.3.& quid in Archidiacono visitante, n.338.

Vitare non tenemur hodie, etiam secluso consuetudine, clericos concubinarios, seu fornicarios notorios, per sententiam, aut confessionem in iudicio factam, aut per operis euidentiam, & notorietatem facti, nisi per iudicem fuissent publicati, & denuntiati, ex extrauagante ad euitanda scandala relata per citatos, c.14.n.36.p.7. quæ etiam hoc casu procedet, & est seruanda, n.37.quod procedit etiam in concubinariis notoriis notorietate facti, n. 38.quamuis in hoc contrarium teneant Cosmas, & alij, exceptione de notorio excommunicato posita in d.extrauagante iuxta literam Concily Basilien.num.39. quam exceptionem habere etiam locum, & extendi paritate rationis ad suspensos, & interdictos, ita notorios tenet Cosmas, & alij, n.40.

Vitare solum hodie tenemur excommunicatos in duobus casibus, scilicet quando est notorius clerici percussor, aut publice denuntiatus specialiter, & expresse, c.14.n. 45. p.7. quod non solum procedit in excommunicato generaliter à iure, vel ab homine, sed etiam in excommunicato ab homine specialiter, & nominatim; nam etiam iste non est euitandus, nisi sit publicatus, & denuntiatus in Ecclesia, vel loco publico, n.46.& sequentibus, vbi recte expeditur, & inducitur dicta extrauagans, quamuis contrarium teneant Felin.& alij, n.49.& 50.& quid seruetur in episcopatu Abulensi, n.51.

Vitæ quoque, ac morum honestas in promouendo ad beneficium necessaria est, c.8.n.1.p.7 & oportet promouendum, cuius opinio in nullo vacillare debet, nulla nota, vel infamia respersum esse: nam notatis, & infamibus portæ dignitatum patere non debent.nu.2. accipitur dignitas in proposito pro quolibet beneficio, nu.3.& semper infamia impedit habere beneficium, numer.4. & omnis infamis tam de iure, quam de facto repellitur à promotione, n.5.

Vitium qui patitur seu defectum corporis celebrationem impediens tantum, vel qui caret visu oculi canonis vel pollice, & cæco ob id impediatur à sacerdotio suscipiendo, an possit nihilominus promoueri ad diaconatum, & alios inferiores ordines, ad quorum actuum executionem non habet impedimentum, capit.12. à numero 22.part.7.resoluitur negatiue, & num.30.ponitur decisio Rotæ.

Vitium, seu defectus corporis absque culpa prouenies, impedimentum præstans executioni alicuius actus, seu officij ordinis propter impotentiam, seu debilitatem, vel insignē deformitatem, licet quoad ordines suscipiendos abso-

absolute irregularitatem inducat, tamen quantum ad susceptos non reddit, quem ex toto irregularem, sed solum quoad illum actum, seu officium ordinis, ad quem est inhabilis, cap.12.num.18. part.7. & sic ei qui sine sua culpa incidit in irregularitatem, quæ nascitur ex defectu ad vsum vsius ordinis, & non alij tam suscepti, potest dari beneficium non requirens maiorem vsum, numero 19.

Vnio ad vitam inducit incompatibilitatem, saltim hodie ex Concilio Trid. quamuis antea secus esset, si ut in commenda ad vitam, cap.5.§.2.num.219.p.11. & sic habens in aliqua Ecclesia dignitatem ad sui vitam erectam, cui pro eius dote portio d. Ecclesiæ est vnita, non potest iam obtinere aliam portionem, seu præbendam eiusdem Ecclesiæ, nec in ea coadiutor deputari sine speciali dispensatione Apostolica, quæ tamen vix concedetur, n.220.

Vnionem alleganti esse factam secundum Felin. & Rebuf. sufficit ad eam probandam probare possessionem 40. annorum, cum fama tituli ex doctrina Bartoli in l. Celsus de vsucapionib. volentis, quod sufficiat probare titulũ ad vsucapionem pubblica forma, c.2.§.3.n.244. Sed id videtur falsum, nec doctrina Bartoli videtur vera, & c.n. 245. & quamuis Rota secuta sit dictam doctrinam Felini in vna Alexandrina, vt in resolutionib. adductis, n.246. tamen videntur postea reuocata, vt in resolutione adducta, n.247.

Vnio alia est perpetua, alia temporalis, seu ad vitam illius, cui conceditur, c.2.n.9.p.12.

Vnionem an hodie possit Episcopus facere sine cõsensu capituli, ex Concilio Trid. sess.21. c.5. vbi datur Episcopis facultas vniendi, etiam tanquam Sedis Apostolicæ delegatis, c.2.§.2.a nu.157. p.12. Resolvitur negatiue ex illis verbis iuxta formam iuris contra Nauarr. & Zerolam ex S.Congregatione, cuius declaratio adducitur, & n.160. adducitur resolutio Rotæ, vltra quod illud Decretum procedit solum in vnionib. beneficiorum cum curatis, & c.n. 161. at vbi extat consuetudo in contrarium, non videtur consensus capituli necessarius etiam in terminis d. Decreti, n.162.

Vnio, an sit accessorie, vel æque principaliter, colligendum est ex verbis ipsius vnionis, & c.c.2.n.55.p.12. & alias quomodo id cognoscatur, remissiue, n.56.

Vnionem Apostolicam vitiat ipso iure surreptio c.2.§. 1.n.117. & sequentibus, p.12. vbi adducuntur resolutiones Rotæ.

Vnionis causæ ex quib. ab ordinariis debeant fieri, ad duas reducuntur, scilicet ad euidentem necessitatem, vel vtilitatem, c.2.§.1.n.108. part.12. & plures adducuntur causæ à citatis, n.109.

Vnionis causæ non præsumuntur veræ, etiamsi ordinarius, vel legatus eas inserat in vnione & asserat esse veras, sed iuuans se vnione tenetur illas probare, cap.2.§.1. n.120.p.12. Sed si ordinarius, vel legatus in ipsa vnione enuntiet adhibuisse causæ cognitionem, & solemnitates requisitas, & reperisse causas esse veras, videtur standum eius assertioni, & præsumendum esse pro vnione, donec contrarium probetur, etiamsi processerit parte non vocata, quia forte nullus tunc aderat qui deberet vocari, n.121. quamuis contra dicat practicabilia Rotæ, n.122. ratio ponitur, n.123.

Vnio de beneficiis etiam certis per recessum, vel decessum facta, non videtur habere locum in beneficiis resignatis in fauorẽ, sed intelligi de cessu simplici, nisi diceretur per cessum, etiam in fauorem, cap.4.numero 39 p.11. Nam beneficia resignata ex causa permutationis, seu in fauorem, non dicuntur vacare ad effectum, vt alteri conferri possint, & c. num.40. Sed verius est non valere talium beneficiorum resignationem in fauorem, seu ex causa permutationis, nisi facta mentione, & suspensione vnionis, num.41. & sequenti, vbi ponitur decisio Rotæ, & si facta esset scienter, intraret statim vnio, numero 43.

Vnio de beneficio primo vacaturo non capit beneficium resignatum, ex causa permutationis, seu in fauorem, c.4. n.38.p.11.

Vnio de beneficio non vacante non impedit eius vacationem pro prima vice, immo vt vnio intret, & habeat effectum, requiritur vacatio illius, c.2.§.1.n.97.p.12. vnio enim ista non sit, vt ex tunc, sed in futurum cum vacauerit, n.98. & sequenti, vbi adducitur declaratio S.Congregationis.

Vnionis diffinitio, c.2.n.3.p.12.

Vnionis effectũ non impedit reseruatio, nec suspendet in terminis Concily Trid. sess.21. c.5. & sess.23. c.18. & sess.24.c.15. de reformat. ex illis decretis, c.2.§.1.n.100. & sequenti p.12. vbi adducitur resolutio Rotæ, quod solum habet locum in vnionibus factis ante vacationem, alias non valent vniones de beneficiis reseruatis factæ virtute illorum Decretorum.c.18.& 15. ex S. Congregatione, vt in declarationibus positis, n.102. consonat Concil.Bonon.adductum, n.103. Nec obstant aliæ declarationes adductæ, n.104. quia intelliguntur, vt in nu.105. & seq.

Vnionis effectum impedit reseruatio superueniens, & illam suspendit, donec reseruatio cesset, ex quo fit motu proprio, quamuis aliud sit in prouisione Papæ subsequente ad instantiam partis, non facta mentione, seu suspensione vnionis, cap.2.§.1.n.94 part.12. quamuis contra teneat Felin. dicens vnionis effectum non suspendi per reseruationem superuenientem, & c.n.95 & quamuis Rebuff. dicat reseruationem generalem non impedire vnionem, quia beneficium per vnionem dicitur suppressum, ob id non dicitur amplius vacare, n.96.

Vnio etiam Apostolica facta ex falsa causa est nulla, cap.2.§.1.n.115. part.12. etiamsi facta sit motu proprio, numer.116.

Vnionis faciẽdæ facultas restringitur à Concilio Tridentin aliquibus casibus. Primo in terminis, c.9. sess.14. de reformatio. vt beneficia vnius diœcesis non vniantur beneficiis, seu locis alterius, cap.2. §.1. num.85. part.12. Secundo in terminis cap. 13 sess.24. vt beneficia curata non vniantur monasterijs, dignitatibus, præbendis, seu aliis beneficijs simplicibus, & c. numero 86. quo Decreto non solum vnio parochialis prohibita, sed etiam partis fructuum, ex S. Congregatione, sicut in terminis capit. 16. sessione 25. de reformatione, beneficia curata in simplex conuerti non possunt, etiam pro parte fructuum, vt in declarationibus positis numero 87. & notatur error Gonçalez num. 88. Tertio restringitur in terminis capit.18. sess.23. & capit.15. sessione 14. de reformatione ad beneficia simplicia, & sic d.cap.15. non comprehendit dignitates ex S.Congregatio.numer. 89. Quarto in terminis cap.9. sessione 25. vt beneficia libera nõ possint vniri beneficijs, vel hospitalibus iurispatronatus, numero 90.

Vnio facta æque principaliter nihil aliud operatur, nisi vt rector vnius sit rector alterius, vtrumque tamen beneficium manet sicut erat, & quælibet Ecclesia in suo statu, & honore remanet, & proprios reddit us agnoscit, & gaudet suis priuilegijs, cap.2.num.37.part.12. Quod procedit etiam quando vnio accessorie facta est ad tempus, seu vitam; nam non est extinctiua tituli, nec vera, & propria vnio, sed magis quædam palliata dispensatio, & c.numer.38. & sic hodie vnio ad vitam inducit incompatibilitetem, numer. 39. & obtinens canonicatum, cui

fit vnita parochialis ad vitam, debet in parochiali residere, & non in canonicatu.

Vnio facta ex causa onerosa, & in recompensa, non reuocatur per regulam Cancellariæ c. 2. §. 3. n. 297. part. 12. & facit quod videtur tenere Mandosius regulam illam non habere locum in vnione facta ex causa remuneratoria obseruatiue, seu merita extraordinaria, n. 298. quamuis in vnione facta cum clausula in vim contractus habere locum alias Rota resoluerit, n. 299.

Vnio facta pauperis Ecclesiæ, non dissoluitur, si peruenerit ad pinguiorem fortunam, tribuit tamen talis restauratio iustam causam dissolutionis, c. 2. §. num. 306. part. 12.

Vnio facta per ordinarium sine causa, vel ex causa falsa, etiam seruata iuris forma, est nulla ipso iure, c. 2. §. 1. n. 113. p. 12. quicquid in facta ex falsa dicant citati, n. u. 114.

Vnio facta semel bene, seminario actu erecto, & habenti scholares, an si postea illi desinant ibi esse ad tempus, vt redditus insumatur in fabricam, seu reparationem domus, vel alia de causa expiret vnio beneficiorum, c. 2. §. 2. à n. 197. p. 12. Resoluitur non expirare, in odium tamen Episcopi tollentis schorales à Seminario, licet ad tempus forte impetrarentur, & concederentur beneficia illi vnita à Papa dissoluente vnionem, n. 200. & si esset persio reseruata seminario, licet tunc non expiraret, non posset exigi pro illis annis, n. 201.

Vnio facta seminario, vt valeat requiritur etiam quod sit actu erectum, & habeat actu scholares, & magistros; ex S. Congregatione, cuius declarationes ponuntur, c. 2. §. 2. n. 193. & sequenti p. 12. & adducuntur resolutiones Rotæ, n. 195. & sequenti.

Vnio fit quinque modis, quos ponunt relati, c. 2. n. 5. p. 12. primo quoad spiritualem communicationem tantum; sed ista non est vnio proprie: secundo, cum vna Ecclesia subijcitur alteri: tertio vt neutraliter subiiciatur, sed æque principaliter: quarto cum ex duabus fit vna; quinto cum vna Ecclesia erigitur in cathedralem vniendo illam alteri, vt idem sit Episcopus vtriusque quæ reducitur ad tertium modum, n. 6.

Vnionem ille potest dissoluere, qui potuit illam facere, cap. 2. §. 3. num. 302. p. 12. & potest Episcopus non solum vnionem à se factam, sed etiam à Papa, vel Legato reuocare causa subsistente, nisi facta sit à Papa ex plenitudine potestatis, secundum Petr. de Perus. numer. 303. & 304.

Vnio ita demum est nulla, ex defectu consensus capituli, si hoc dicat capitulum, in cuius fauore fuit introducta ista solemnitas, alias non, exemplo alienationis rei Ecclesiæ, quæ est nulla, si placet Ecclesiæ, &c. secundum Rotam in vna Segobien. c. 2. §. 2. n. 163. p. 12. Sed nō placet, nam consensus capituli in vnione non tū fuit introductus in eius fauorem, quam pro forma, & solemnitate, &c. n. 64. & adducitur resolutio Rotæ, n. 165. & sic vnio facta sine consensu capituli erit nulla, etiam capitulo non dicente, nec allegante: & ista nullitas poterit opponi à quocumque cuius interest, n. 166. & de alienatione rei Ecclesiæ est diuersa ratio, quia eius nullitas est in fauorem ipsius Ecclesiæ, &c. n. 167.

Vnio magis concernit iustitiam, quam gratiam, & cum causa præsertim necessitatis tenetur Episcopus eam facere, & si recusaret, posset adiri superior, cap. 2. §. 1. numero 110. part. 12. & similiter si capitulum nollet consentire, recurrendum est ad superiorem, & posset compelli, si iusta causa subesset, numero 111. In terminis autem Concilij Trident. sessione 24. capit. 15. de reformatio. potest Episcopus, sed non tenetur, nec metropolitanus potest supplere, ex S. Congregatione, numero 112.

Vniones non potest facere inferior Episcopo, etiamsi habeat facultatem conferendi, nisi hoc ei competat ex priuilegio, vel præscriptione immemoriali, aut quadragenaria cum titulo, aut nisi haberet iurisdictionem Episcopalem capit. 2 numero 71. & 72. part. 12. possent etiam inferiores Episcopo facere vnionem stante consuetudine proprie sumpta præscripta, licet non immemoriali, numero 73. & pro prædictis facit declaratio S. Congregationis adducta, numero 74. nec obstant aliæ declarationes adductæ numero 75. quibus respondetur numer. 76.

Vnio non præsumitur, sed probari debet ab eo qui factam asserit, cum vnire sit quid facti, & odiosum, capit. 2. §. 3. n. 224. part. 12. & reprobatur Menoch. id declarans, vt non procedat, quando asseritur facta vnio duarum Ecclesiarum, de quarum paupertate, & inopia appareat; nam tunc facta præsumitur, quod est sine fundamento, nec Felin. quem citat id dicit, sed solum quod est coniectura, &c. n. 225.

Vnio omnia emolumenta beneficia vniti transfert in Ecclesiam, cui facta est vnio, & ad eam pertinent cap. 2. n. 34. part. 12.

Vnionem potest Episcopus facere cum onere legendi, capit. 2. §. 1. n. 82. part. 12. non tamen potest facere vniones ad tempus, seu ad vitam, sed solus Papa, n. 83. & sic cap. 15. sess. 24. de reformatione, non habet locum in suppressionibus ad tempus, sed perpetuis, ex S. Congregatione, numer. 84.

Vniones potest Episcopus facere, etiam monasteriis & locis religiosorum, capit. 2. §. 1. numero 77. etiamsi religiosi, & monasteria sint exempta, numer. 78. ac fabricæ Ecclesiæ etiam cathedralis, numero 79. Nec obstat declaratio adducta numero 80. cui respondetur, numero 81. & comprobatur ex alia declaratione adducta, numero 81.

Vnio potest fieri per Episcopum absque capitulo, vbi extat consuetudo in contrarium, capit. 2 §. 2. numer. 125. part. 12. licet glossa in Clementina si vna, & alij citati, teneant non valere consuetudinem contrariam, num. 153. & respondetur verbis d. Clementinæ, num. 154. debebit tamen esse consuetudo immemorialis, aut quadragenaria cum titulo, numero 155. nisi simus in consuetudine generali, quæ esse consuetudo propria, & non præscriptio, tunc enim sufficeret solum tempus 40. annorum, quæ consuetudo in his Regnis esse videtur, n. 156.

Vnio probanda est per instrumentum, seu literas ipsius vnionis, cap. 2. §. 3. n. 226. & sequenti, vbi quod requiritur scriptura, nec sufficiunt testes ex Rota, contra Cacialupum, & Zerolam relatos, n. 226.

*Vnio probatur ex diuturnitate temporis, c. 2. §. 3. numero 229. part. 12. sed quod tempus requiratur resoluitur contra aliquos relatos requiri tempus immemoriale, vel quadragenarium cum titulo putatiuo dante causam præscribendi, numero 230. & sequenti, & in probanda d. immemoriali debet probari, quod beneficium semper est tanquam vnitum possessum, & debet esse probatio 40. annorum de visu, numero 232. quod probatur ex iuribus, & ratione adductis, numero 233. & ita tenet Rota, vt in resolutionibus adductis, numero 234. & in decisionibus positis à numero 235. & in resolutione adducta, numero 238. quod solum videtur procedere in vnione accessoria, & extinctiua tituli, secus in vnione æque principaliter, in qua quodlibet beneficium remanet in suo statu, & retinet nomen, & iura sua, & solum agitur, vt vnus sit rector vtriusque, & sic non ita resistit ius commune: vnde in ea non erit necessaria immemorialis, aut quadragenaria cum titulo, sed sufficiet quadra-

genaria sine titulo cum bona fide, vt videtur velle Rota in decisionibus positis à num. 1239. pro quibus facit declaratio S. Congregationis adducta, n. 143.

Vnio probatur etiam ex verbis enuntiatiuis plurium instrumentorum antiquorum, in quibus beneficia tanquam vnita enuntientur, c. 2. §. 3. nu. 248. part. 12. nam verba enuntiatiua plurium instrumentorum antiquorum habent vim famæ, n. 249. & fama in antiquis bene probat, etiam quod agatur de graui præiudicio, dummodo sit vniformis, & solida, ac constans, & illæsa, &c. n. 250. & 251. & quod verba enuntiatiua instrumentorum antiquorum probent tradunt citati, n. 252. & adducitur resolutio Rotæ, nu. 253.

Vnionem probari ex enuntiatiuis instrumentorũ antiquorũ, id intelligendum est concurrente longissima quasi possessioni ipsius vnionis, non alias, c. 2. §. 3. n. 269. p. 12. & facit doctrina Aymon. & aliorum, quod licet alias in antiquis probationes leuiores, seu præsumptiuæ, & coniecturales admittantur, hoc tamen non habet locum contra possessorem, contra quem actor debet plenissime probare, non obstante temporis antiquitate, n. 270. quamuis idem Aymon alias teneat sufficere probationes leuiores per indicium, & coniecturas in antiquis, etiam contra possessorem qui nondum præscripsit, nu. 271. Quæ sententia non placet, & solum posset procedere, quando præsens status, & possessio illius, contra quem agitur, nõ repugnaret illis indiciis, & coniecturis, seu intentioni agentis, aut quando ageretur de recuperanda re amissa, de qua amissione alias constaret, n. 272.

Vnio probatur etiam per confessionem partis aduersæ, c. 2. §. 3. n. 273 p. 12. Sed obiicitur, quod titulus beneficij non probatur per confessionem aduersary, licet ex ea possit iustificari, & coadiuuari, n. 274. & quod ius patronatus non probatur ex sola confessione aduersary, vt S. Congregatio censuit in declaratione adducta, n. 275. & sic prædicta sententia non videtur vera, nisi concurrentibus adminiculis & coniecturis, vt in simili de iure patronatus tenuit Rota in decisione posita, n. 278. & aliis ibi allegatis, &c. n. 279. iuxta quas decisiones ita demum ex confessione partis aduersæ, concurrentibus etiã adminiculis, probabitur vnio, si non agatur ad illius canonizationem, aliàs id non sufficeret, vt dicitur de iure patronatus, quamuis confessio etiam sola non reuocata actoris prætendentis beneficium, tanquam non vnitum sufficeret ad imponendum ei silentium, numer. 280.

Vnio quando dicatur sortita effectum, quod est vtile ad regulam Cancellariæ reuocatoriam vnionum, & ad Decretum Concilij Trid. sess. 7. c. 6. & sess. 25. c. 9. resoluitur dici sortitã effectum si secuta sit possessio, non aliàs c. 2. §. 3. n. 281. p. 12. & sic non subsecuta possessione, ante dictam regulam reuocatoriam superuenientem, vnio per eam reuocatur, & succedente vacatione potest de beneficio tanquam verè vacante legitime prouideri, nisi vnio sit facta pro dote necessaria, n. 282. & sequenti, vbi ponuntur resolutiones Rotæ, & num. 289. ponitur decisio eiusdem, & refertur quod tradit Gonçalez.

Vnio quando fit, vt ex duobus beneficiis, seu Ecclesiis vnum fiat, operatur vt consuetudo, & priuilegia data alteri, competant, & si sunt contraria, meliora, & fauorabilia conseruabuntur. part. 12. capit. 2. numer. decimo, par. 12. Operatur etiam quod canonici qui sunt in vna Ecclesia sint in alia, & faciant vnum corpus, numer. 11.

Vnio reuocari potest cessante causa, propter quam facta est, vel aliàs ex causa necessitatis, & vtilitatis Ecclesiæ, vel quia redundat in eius damnum, c. 2. §. 3. numer. 305. p. 12.

Vnionis reuocatio operatur, quod Ecclesia vnita remaneat in statu antiquo, & sicut erat ante vnionem, §. 3. n. 309. p. 12.

Vnio si facta sit ab Episcopo ipsi capitulo, non valet, cum quis non possit authorizare in facto proprio, iuxta Clement. si vna §. fi. de rebus Eccles. quæ est iuris antiqui declaratiua, contra Oldrad. & ideò requiritur authoritas Papæ, c. 2. §. 2. n. 168. p. 12.

Vnio tribus modis potissimum fit. Primò, vt ex duobus beneficis, seu Ecclesiis vnum fiat: secundò vt vna Ecclesia alteri subiiciatur, seu vnius beneficij alteri accessorietertio, duorum beneficiorum, seu Ecclesiarum inuicem æquè principaliter, capit. 2. numer. 7. part. 12. & quando duæ Ecclesiæ cathedrales vniuntur, vtraq; æquè principaliter censetur vnita, &c. & idem quando duæ parochiales vniuntur, n. 8.

Vnio vnius beneficij facta alteri accessoriè, operatur extinctionem, & suppressionem nominis, & tituli beneficij vniti, ita vt amplius beneficium dici non possit, sed iudicatur, vt prædium eius, cui fit vnio, part. 12. capit. 2. numero 12. & sequenti vbi adducitur resolutio Rotæ, & sic vnum tantum est beneficium, nam vnum omnino transfertur in aliud beneficium, & cum titulo illius, cui facta est vnio, confunditur, & efficitur vna massa, seu vnum corpus, numero 14. & non datur vacatio beneficij vniti, numero 15. & non solum nomen, sed etiam titulus beneficij extinguitur, contra Petr. Gregor. num. 16. Et attenditur, tantum qualitas, & natura beneficij principalis, non autem annexi, num. 17. Nam vnitum assumit naturam consuetudinis, & priuilegia principalis, n. 8.

Vnio vt dicatur sortita effectum, quamuis Mandos. & Rota cum Calder. videantur velle fructus etiam esse perceptos, id non videatur necessarium, sed statim ac possessio capta est, dici sortitum effectum, par. 12. capit. 3. §. 3. numer. 290. Et adducitur resolutio Rotæ, numero 291. Nec est necessarium ad istum effectum, quod possessio sit pacifica, numer. 292. Requiritur tamen præcise possessio, nec sufficit voluisse eam capere, & fecisse quantum in se fuit, non potuisse habere, nu. 293.

Vnio vt reuocetur, requritur causæ cognitio, & consensus capituli, sicut in facienda, cap. 2. §. 3. numero 307. p. 12. Et vlterius requiritur vocatio defensoris, & citatio eorum, quorum interest, n. 308.

Vnio vt teneat vltra causæ cognitionem faciendam per Episcopum, requiritur consensus capituli, cap. 2. nu. 145. p. 12. Quamuis non requiratur tractatus, num. 146. Qui consensus potest interuenire, etiam post vnionem, n. 147. De quo relati, nu. 148. Quamuis contrarium teneat Bursatius relatus, n. 149.

Vnio vt valeat, requiritur etiam vocatio, & consensus patroni, ac inferioris collatoris, & electorum, capit. 2. §. 2. numer. 202. p. 12. Nam debet fieri vocatis, quorum interest, aliàs non valet, tam ex iure communi, quàm ex Concil. Trid. numer. 203. Et qui sunt isti, quorum interest, qui vocandi sunt remissiue, num. 204. Circa quod adducuntur Resolutiones Rotæ, à num. 205. Et declarationes S. Congregationis, n. 210.

Vnire an possit Episcopus beneficia reseruata, seu deuoluta, capit. 2. §. 1. à num. 91. par. 12. Resolutur quod sic, nam reseruatio non impedit fieri vnionem per ordinarium, sed suspenditur eius effectus pro tempore prouisi de illo à Papa præter quam si reseruatio esset perpetua, vt in prima dignitate, quicquid dicant.

Vnire Episcopatus solus Papa potest: capit. 2. §. 1. nu. 60. part. 12. Qui etiam potest vnire omnia alia beneficia, n. 61.

Vnire potest etiam Episcopus ex legitimis causis beneficia suæ diœcesis non exempta, capit. 2. §. 1. num. 62. p.

GARCIA de Benef.

C VII 15

2. Non tamen poterit vnire omnia beneficia suæ diœcesis, numer. 63. Vbi adducitur declaratio S. Congregationis, quamuis possunt plures Ecclesiæ, seu beneficia vniri, n. 64.

Vnire potest ex causa rationabili, & legitima, Legatus à latere, qui est maior Episcopo, & omnia potest in sua prouincia, & quæ Episcopus in sua diœcesi beneficia suæ prouinciæ quæ conferre potest, part. 12. capit. 2. §. 1. n. 65 Quamuis Legatus non à latere, ex quo non potest conferre beneficia, non possit etiam illa vnire, nam qui non potest conferre, non potest vnire, nnmer. 66.

Vniri an possint beneficia regularia secularibus, vide verbo beneficia regularia.

Vniri seu incorporari possunt fructus beneficij remanente beneficio penes suum Rectorem, ex Rota: sed ista potius est dismembratio, cap. 2. n. 4. p. 12.

Vnio facta à Papa de beneficio vacante advitam inducit affectionem, per appositionem manus Papæ sicut commenda cap. 4. num. 74. p. 4. limita in vnione facta ad vitam de beneficio iam collocato & pleno, vt numer. 75. & ratio differentiæ traditur, n. 76.

Vnio præbendæ proximæ vacaturæ facta pro pœnitentiario, cum sit facta authoritate Concilij censetur præseruata in Regula Cancellariæ de reuocatione vnionum etiam si sit facta authoritate Sedis Apostolicæ c. 4. n. 126 p. 5. & intellige de præbenda Canonicali quæ absolute dicitur præbenda, & non de portione, nu. 127. & 128.

Vnita prima dignitate post Pontificalem Capitulo: an regula intret in sequenti & illa prima traditur, c. 1. n. 268 p. 5. & decisio Rotæ, n. 270.

Vocandi sunt per edictum publicum, qui voluerint examinari pro obtinenda parochiali vacante, c. 2. num. 35. p. 5. Quod accipiendum est, vbi Concilium prouinciale id statuit, vt Toletanum, & Compostellanum, nu. 36. & sequenti, vbi ponitur declaratio S. Congregationis, quamuis aliqui absolute dicant esse necessarium. num. 3?

Vocari Episcopum non etiam oportet in vnione facienda per legatum, seu ex commissione Papæ, contra aliquos, c. 2. §. 2. n. 221. p. 12. Nã quamuis ex vnione ei auferatur collatio, id prouenit ex natura vnionis, & legatus habet in hoc eandem potestatem, quam Episcopus, & concurrit cũ eo, & aliàs sententia, iura & iurisdictio inuiolata remanent Episcopo, nu. 222. & dictum Petri de Perusio, quod sicut Episcopus non potest vnire sine consensu ordinarij collatoris, ita nec legatus intelligitur, de ordinario collatore inferiori, n. 223.

Vocari non debet plebs, audiretur tamen si causam rationabilem allegaret ne fieret, c. 2. §. 2. n. 219. part. 12. Nam parochianorum interest bonum habere pastorem, ideò sunt legitimæ personæ in causa hoc respiciente, ex Rota, n. 220.

Vocationem rectoris beneficij certum est non requiri, nec eius consensum, cum ei ad suam vitam non prouideretur, nec defensoris, si vacat, c. 2. §. 2. nu. 214. p. 12. quod procedit etiam in vnione facienda per legatum, nu. 215. Nec etiam rector Ecclesiæ est vocandus in vnione facienda de aliquo beneficio, seu præstimonio suæ Ecclesiæ, nu. 116. quod procedit etiam in casibus positis per Concil. Trident. vt vocatis his quorum interest, vniones fiãt, quamuis in illis citandum esse rectorem, & possessorẽ beneficij videatur velle Fuscus n. 217. procedit etiam in vnione facienda ex commissione Papæ vocatis quorum interest, n. 218.

Vocem habentes in capitulo, etiam in omnibus ex eo solo, non sequitur eos esse de capitulo, c. 5. §. 2. n. 210. p. 11. & dignitas habens de consuetudine, vel priuilegio vocẽ in capitulo, si assequatur canonicatum, debet habere duplicem vocem, sicut etiam duplices distributiones, nisi aliud habeat consuetudo, nu. 211. quod quoad vocem non seruatur in Ecclesia Abulensi, nu. 212. & ita in Ecclesia Palentina Decanus, & in Seguntina Decanus & Thesaurarius, qui habent duas præbendas, & vocem in capitulo, solent simul obtinere aliam præbendam canonicalem seu portionem, non obstante impetratione, & contradictione facta, &c. à num. 213.

Vota quomodo sint danda ab examinatoribus ponitur quædam declaratio S. Congregationis, capit. 2. num. 107. par. 9.

Vota singularia quando dicantur, vt Episcopus possit accedere, quibus videbitur, supposito quod examinatores debent esse tres ad minus, c. 2. n. 61. p. 9. resoluitur quod cum ex tribus vnus approbat vnum, quem alter reprobat, & alter nec approbat, nec reprobat, n. 62.

Vocem in Capitulo non habent, qui in subdiaconatus ordine, constituti non sunt, licet id eis ab alijs concedatur c. 4. num. 24. p. 3. nec consultatiuam, nec assistentiam n. 25.

Vota Societatis Iesu, licet iam dirimant matrimonium ex constitutione Gregor. XIII. adhuc dicuntur simplicia, quia non sunt perpetua ex parte societatis, sed donec prælatis placuerit, c. 10. nu. 74. p. 7. ex qua etiam ratione non dissoluunt matrimonium præcedens, numero 75.

Voti in dubio, & præcepti distinguendum est inter negatiuum de non faciendo, quod est seruandum, & affirmatiuum de faciendo, quod non obligat, c. 2. n. 16. p. 7. & inde etiam procedet distinctio, cap. 1. quisitioni, vers. verum de sententia communi. de qua hæc agunt relati, numer. 17.

Voti solemnitas consistit formaliter non in traditione, quam ipsum votum includit, sed in hoc quod Ecclesia authoritate statutum est votum esse solemne, scilicet per quod homo inhabilis est ad matrimonium, seu in hoc quo fiat vt Ecclesiæ decernit, c. 10. n. 58. p. 7.

Voti solemnitas cum sit de iure positiuo, apparet posse Papam dispensare in voto solemni religionis, sicut in voto simplici, c. 10. n. 59. p. 7. & quod possit dispensare in voto solemni paupertatis docent relati, n. 60. & obiectioni Nauarri respondetur, n. 61. & 62. & 63.

Voti solemnitas, ex sola constitutione Ecclesiæ est inuenta, vt per ista verba inquit Bonifacius, & Gregorius XIII. c. 10. n. 54. p. 7. quæ non possunt intelligi, vt intelligunt Thomistæ de cæremonia solemnitatis, n. 55.

Voti solemnitatem non est verum consistere in traditione, ita quod votum solemne sit promissio, & traditio, seu exhibitio personæ per assumptionem status, simplex verò sola promissio; nam etiam in votis simplicibus potell esse traditio, sicut in voto solemni, quæ nihil aliud est, quam dedicare, & mancipare se Deo, & eius seruitio. c. 10. n. 52. par. 7. Vt patet in eo, qui perpetuo vouet seruare castitatem, & in eo, qui extra religionem approbatam voueret perpetuo castitatem, paupertatem, & obedientiam, & in societate Iesu, n. 53.

Voto paupertatis, & castitatis, etiam solemni, cum non tam repugnet dominium, quam vsus, & sola Ecclesiæ constitutione monachus sit incapax dominij sicut & ad matrimonium inhabilis, rectè poterit Papa illum facere habilem, & capacem dominij, etiam manentem monachum, c. 10. n. 87. p. 7. Quamuis id non soleat facere, sed concedere administrationem, & dispensationẽ rerum, qualem habent beneficiarij regulares fructuum suorum beneficiorum, n. 88.

Votum simplex, & solemne non differunt essentialiter, & specifice, sed solum accidẽtaliter, & ex institutione Ec-

ne Ecclesiæ, suntque eiusdem speciei, ex parte obiecti, vnde sumitur specificatio, cap. 10. numero. 56. p. 7. Quamuis solus Aragon, & aly teneant differre specie, numero 57.

Votum solemne paupertatis, sola Ecclesiæ constitutione facit monachum inhabilem ad dominium, vel retinendum, vel acquirendum, cap. 10. num. 64. part. 7. Sicut etiam votum solemne castitatis, etiam monachi, sola Ecclesiæ constitutione facit inhabilem ad matrimonium, & illud dirimit, numer. 65. Et quando id introductum, sit, numer. 66. & sequentibus. Quamuis contrarium teneant D. Thomas, & aly ratione traditionis, quam includit votum solemne, numer. 69. Cui rationi respondetur, à n. 70.

Votum solemne religionis, cum solo iure Ecclesiastico dissoluat præcedens matrimonium ratum, sequitur posse Papam ex causa dispensare in matrimonio rato, vt tenent communiter Canonistæ, cap. 10. num. 83. part. 7. Quamuis contrarium teneant Theologi communiter, numer. 84.

Votum solemne Religionis, si faceret inhabilem ad matrimonium sua natura ratione traditionis, etiam votum solemne ordinis sacri id faceret, cap. 10. numero 72. Et etiam vota simplicia Societatis IESV, numero 73.

Votum solemne Religionis, cum sola Ecclesiæ constitutione dirimat matrimonium subsequens, consequenter dicendum est à fortiori, solo Iure Pontificio dissoluere præcedens ratum, capit. 10. numer. 76. & 77. Quamuis aly aliter, & varie teneant, quorum sententiæ improbantur, à n. 78.

Vota Canonicorum, an debeant pro forma præstari secreto, in electionibus Canonicatuum Doctoralis & Magistralis, ita quod alias ea non seruata sit nulla, ca. 4. numer. 183. part. 5. Ee quid in aliis, numer. 185. & cætera de materia vide supra verbo, electio, & verbo electio Canonicatuum.

Votare an possit is, qui non interfuit actibus oppositorum, & resoluitur contra Rotam posse. cap. 4. numer. 213. part. 5.

Vsurarij, etiamsi non sint publici, aut manifesti, non debent ad ordines promoueri, nec eligi, aut promoueri ad dignitates Ecclesiasticas. & officia, repelluntur enim à beneficio obtinendo, nec possunt eligi, aut præsentari ad beneficium, c. 8. à n. 28. p. 7.

Vsurarij qui dicantur manifesti, & de pœnis vsurariorum remissiue. c. 8. n. 32. part. 7.

Vsurarij si pœniteant, & restituant vsuras, amittunt infamiam de æquitate canonica, cap. 8. numero 69. part. 7.

Vsurarius mentalis tenetur ad restitutionem, quando mutuatarius coacte dat vltra sortem ratione mutui, secus quando libere, & sponte dat, licet mutuans iniquam habeat intentionem, c. 1. n. 47. & 48. p. 8.

Vsufructuarius est quasi dominus seu procurator in rem suam, c. 9. n. 23. p. 5.

Vtilitas beneficij in fructuum perceptione consistit, c. 1. num. 1. part. 2.

FINIS.

Ex libris Collegij societatis Jesu Paderbornæ.

GARCIA
de
Benef.

GVII
15

GARCIA
de
Benef.

GVII
15

GARCIA
de
Benef.

GVII
15


GARCIA
de
Benef.

GVII
15

GARCIA
de
Benef.

GVäl
15


Th
1347a


GARCIA
de
Benef.
G. VII
15